BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN

H. 623/12

I
3

Digitized by Google

I

Digitized by Google

Digitized by Google

ITALIA SACRA
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIÆ,

Et Inſularum adjacentium, rebuſque ab iis præclare geſtis, deducta ſerie ad noſtram uſque ætatem.

OPUS SINGULARE
PROVINCIIS XX. DISTINCTUM,

In quo Eccleſiarum origines, Urbium conditiones, Principum donationes, recondita monumenta in lucem proferuntur.

TOMUS SECUNDUS,

Complectens Metropolitanas, earumque ſuffraganeas Eccleſias, quæ in Æmiliæ, Flaminiæ, Piceni, Umbriæque Senonum Inclytis Italiæ Provinciis recenſentur.

A U C T O R E

D. FERDINANDO UGHELLO

Florentino Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ordinis Ciſtercienſis, & Sacræ Indicis Congregationis Conſultore.

Editio ſecunda, aucta & emendata,

CURA ET STUDIO

Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS, Apud Sebaſtianum Coleti. MDCCXVII.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Reverendiſſimo, ac Eminentiſſimo
S. R. E. Cardinali

ULYSSI JOSEPHO GOZZADINO

IMOLÆ ANTISTITI.

AB Apoſtolico throno, cujus Vicariam Dei in terris inſidentem Majeſtatem præſidium ſibi, atque decus exoraturus veneratus eſt ſupplex Ughellus meus, gratioſo clementiſſimi Pontificis dignatus, & auctus obtutu, in tuum properat venire conſpectum, EMINENTISSIME PRINCEPS, conſiliorum Tuorum memor, officiique ſui apprimè conſcius. Non enim invida delevit oblivio præſtantiſſimum illud auſum, quo in muneris, gloriæque ſocietatem coactis è tota Italia ſelectiſſimis, doctiſſimiſque viris, atque eorum laboribus, vigiliiſque

præſidens, gravioribus licet aulæ Romanæ diſtentus curis, hoc de Epiſcopis Italiæ opus, cujus exemplaria jamdudum diſtracta ab Eruditis fruſtra quærebantur, mendis omnibus, atque erroribus perpurgatum, pretioſiſſimis ab antiquitate petitis monumentis, optimiſque clariſſimorum virorum adnotatis undequaque excultum, & auctum, in ſtudioſorum commodum, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ emolumentum, totiuſque Italiæ honorem, atque gloriam, ut prælo rurſum committeretur, impenſe incubuiſti. Quandoquidem vero multiplices, eæque inexplicabiles exortæ difficultates egregio interceſſere facinori, ſuſceptumque propterea conſilium irrito conatu elanguit, non ideo tamen tam proni erga ſe ſtudii exſolutus eſt onere Ughellus meus. En igitur ut primum per me illi contigit rurſum fari, hiſce fratris mei typis veluti renatus, vix exhibitis ſupremo Antiſtiti debitæ venerationis obſequiis, in tuam feſtinus convolat aulam, ORNATISSIME PRÆSUL, quibus poteſt, officiis eximium erga ſe Mecænatis ſui favorem humillimè proſecuturus, atque volumen hoc Tuo ampliſſimo inſcriptum Nomini veluti votivam beneficentiſſimo numini tabellam appenſurus. Quamvis autem non ſit adeo comptus, iiſque decorus ornamentis, quibus celebrem ſcriptorem pro dignitate curaveras honeſtare, ſed tumultuaria, atque præcipiti leviter expolitus opera, non equidem vereor, ne pro ſingulari, ad quam proprio quodam naturæ munere factus eſſe videris, humanitate illum leni, ſerenaque fronte excipias, benigno amplectaris intuitu, & in fidem, clientelamque tuam clementer ſuſcipias, ſi non Editoris, Auctoris certè approbaturus labores, quos tua dignos cura aliquando cenſuiſti. Quod quidem cum tu præſtiteris perhumaniter, qualicumque tandem habitu, ornatuque inſtructus in vulgus prodeat Ughellus meus, quidquid illi ad omnigenum decus, certiſſimamque commendationem deerit, id omne Tui patrocinii munere cumulate compenſabitur, evadetque annuentibus auſpiciis Tuis ſacrum, ſiquid etiam editoris inertia videri queat ominoſum.

Quamquam profecto non adeo lacinioſo ſuperindutum cultu in lucem exit hoc noviter excuſum volumen, cum uno certe ſuperaddito, eoque miræ venuſtatis, maximique pretii ſuperbiat ornamento, fulgentiſſimo ſcilicet Nomine Tuo, quod Imolenſium Antiſtitum agmen feliciſſimè claudit. Cujus equidem Tuarum commemoratione virtutum populorum ora jam late adimplentis exaggerata præconia invito omnino, atque reluctante calamo præterire me coegit inſignis modeſtia Tua, quæ laudes, quas mereri ſatagis, audire non ſuſtinet. At, ut verum fatear, quotuſquiſque tanta mentis inopia laborans ad ea, quæ de Te ſimplici enarratione dictavi, perlegenda conceſſerit, qui, cum intelligat Te duorum emunctæ naris in eligendis Adminiſtris ſummorum Pontificum Innocentii XII. & Clementis nunc proſpere regnantis lateri à ſecretis adhæſiſſe, in ſacrum Purpuratorum ſenatum, ſummæ proximam dignitatem, cooptatum, Romandiolæ regendæ præpoſitum, Legatum à latere ad benedicendas Philippi V. Hiſpaniarum regis, atque Eliſabeth Farneſiæ nuptias miſſum, hæc inquam cum intelligat, facile non arguat eas tibi animi dotes ineſſe, quæ ad tanta obeunda munia requiruntur? Eximiam nempe in rebus gerendis ſagacitatem, promptum in arduis conſilium, prudentem in implicitis dexteritatem, tenaciſſimam æqui, juſtitiæque integritatem, flexibilem in ſubditorum commoda humanitatem, beneficentiam,

ma-

magnificentiam, majeſtatem ſingulares. Si verò Te ad tantam munerum, honorumque amplitudinem evectum graviſſimo Præſulatus oneri adhuc ſubdentem humeros audiat, ecquis in te non perſpiciat ingentem Relligionis zelum, pietatem ſummam, excellentem humilitatem, cæteraque his affinia ſanctioris animi lumina, quibus lucerna ſuper candelabrum poſita eluceſcat oportet? Familiarem illam porrò domus tuæ, ac penè dixerim traducem, quæ etiam in ſequiori gentis tuæ ſexu ad miraculum floruit, exquiſitam ſapientiam, ſine qua tot, tantæque virtutes languerent, vileſcerent dignitates, his omnibus tibi viam ſtraviſſe, atque colophonem addere nemo poteſt ambigere. Et revera adeò optimarum artium, ac diſciplinarum abdita penetraſti, ut, cum dicendum eſt, eloquentiſſimus, cum jus conſulendum, peritiſſimus, cum de divinis, humaniſque rebus diſſerendum, longe omnium ſcientiſſimus videaris, elegantiores etiam non aſpernatus Muſas, quas in ſeveriorum facultatum contubernium advocare identidem conſueviſti. Verum tot, tantaque Nominis Tui decora, quæ & monumenta Eruditorum jam edita, & communis applaudentium populorum rumor concelebrant, hic quoque morem iterum geſturus modeſtiæ tuæ renovato ſilentio prætereo, ignorans quid potius admirer, ſummam ne amplitudinem Tui, in quo uno omnes tot celeberrimorum Majorum Tuorum togatæ virtutes, atque honores mirabili ſe ſe fœdere conſociarint, an præſtantiam vetuſtiſſimæ familiæ Tuæ, in quam tot cumulatis virtutibus, ſplendidiſque honoribus nil novi intuleris. Porrò illud unum reliquum eſt, ut ſupremus ille ſplendor, cui tam proxime adhæres, per Te tandem nobiliſſimæ genti Tuæ concilietur, nec ullus amplius extet dignitatis titulus, quo genus Tuum expetat cohoneſtari, vel quem adhuc deberi meritis Tuis boni omnes conquerantur. Quod quidem ut faxit D. O. M. vehementer inter alios peroptat, qui Ughellum hunc, ſeque Tibi dicat

EMINENTIÆ TUÆ

Dabam Venetiis pridie Kalendas Martias 1717. M. V.

Addictiſſimus, humillimuſque Servus
Nicolaus Coletus.

CAN.

CANDIDE LECTOR.

JAM Tomus Secundus noſtræ Italiæ geſtit ad lucem, quem quatuor fama inclytæ Provinciæ, quatuorque Metropolitanæ cum ſuis ſuffraganeis Eccleſiis locupletabunt, eodem omnino ordine, Alphabetico ſcilicet, à nobis opportunè excogitato, ut omne dignitatis odioſum certamen conficeretur. Inde perbellè accidit, ut ab Æmilia exordiremur, ubi Bononia nobiliſſima Civitas ſituata eſt, mater ſtudiorum, doctiſſimorum hominum ſeminarium, domicilium antiquiſſimæ nobilitatis, cui quidem Metropolitana dignitas recenter obvenit, quam tamen nobilitate, clare geſtis, inſigniquc dignitate, jam olim commeruerat.

Secundum locum implebit Ravenna Metropolis Flaminiæ antiquiſſima, ac nobiliſſima, adeo olim potens, ut circumadjectas Eccleſias ſæpius impugnaret, ipſique Romanæ Sedi facta ſuperba minaretur.

Tertio loco Piceni Provincia vetuſtiſſima, Metropoliſque Firmana has ſequetur, tempore recentior, ſed ob magnitudinem, eminentiamque hujus gradus digniſſima.

Poſtrema hujus Secundi Tomi Provincia erit Umbria Senonum, Urbinatiumque Metropolis, ubi olim regnarunt Feltrenſes, Roboreique Duces, armorum togæque lumina, quorum præſentem orbitatem glorioſè ſublevare videtur Sereniſſima Victoria Roborea Magna Duciſſa Hetruriæ, Mediceæ poſteritatis ſpes unica, ornamentum ſingulare.

In Metropolitanis autem æque, ac in Cathedralibus, idem narrandi ordo cernetur, idemque veritatis candor, quo in primo Tomo uſi ſumus, quem veridicorum Hiſtoricorum medulla, antiquiſſima monumenta, privilegia, bullæque Pontificiæ, ſanctiones, diplomataque Imperatoria, aliorumque Principum ſpectatæ juriſdictionis nobis ſubminiſtrarunt. Inde perſpicua illarum Eccleſiarum felicitas erit, quæ ita ſapuerunt, ut contra bella, incurſiones, incendia, eluviones, oſoreſque Eccleſiaſticæ libertatis ſua jurium monumenta, venerandæ antiquitatis veros Theſauros tueri potuerint.

Cæterum ne, Lector, mireris, ſi in noſtro Secundo hoc Volumine, aliiſque ſequentibus, frequentiora gentilitia ſtemmata Epiſcoporum tibi occurrent. Hi enim ſecundi præ primis viſi ſunt ſapuiſſe, qui ad illuſtrandam gentem ſuam, quod primi illi, plerumque contumaces ad monita facere neglexerant, mihi ſcribenti ſuis coloribus expreſſa ſtemmata humaniſſime tranſmiſerunt. Ut igitur volentibus obſequioſe reſpondemus, ſic noſtrum non erat, ad officium ſuum alienam proterviam compellere.

Denique lætabere, Lector, nos hujus Tomi fini *a* adjeciſſe Hiſtoricos, pioſque verſus, nondum typis expreſſos, Alphani primi famoſi Salernitani Archiepiſcopi, qui Gregorii Septimi Papæ vixit temporibus. Eandem verò Hiſtoriarum Italicarum coronidem, cæteris voluminibus noſtræ Sacræ Italiæ ad abſolvenda, quæ reſtant, appingendam expecta, quarum nonnullæ ſelectiores apud me M.S. aſſervantur. Si tu interim, Lector, hunc qualemcumque noſtrum laborem æqui bonique perges conſulere, & Vale.

a *Nos in ultimum tomum rejecimus.*

Proteſtatio Authoris.

CUM Sanctiſſ. D. N. *Urbanus* Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S.R. & Univerſalis Inquiſitionis decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii anni 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu Martyrii fama celebres è vita migrarunt, geſta & miracula, vel revelationes, ſeu quæcumque beneficia, tamquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus ſive ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur, Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, benè tamen ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penes auctorem. Huic Decreto, ejuſque confirmationi, & declarationi obſervantia, & reverentia, quæ par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu, quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nituntur, iis tantùmmodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

NO-

NOVUM AD LECTOREM

PRÆLOQUIUM.

» ECce tibi, optime Lector, alterum doctiſſimi viri Ferdinandi Ugbelli Italiæ Sa-
» cræ volumen, eatenus quidem emendatum, atque additamentis locupletatum,
» quatenus & per feſtinationem præli quotidianum penſum exigentis licuit, & eru-
» ditorum hominum ſubſidiarius labor ſuppetias tulit. Ii verò, qui ad exornandam hujus
» tomi novam editionem ſua ſymbola contulerunt, & quorum nomina non ſine gravi ingra-
» ti animi nota hic præterire fas eſſet, præter Cl. virum PROSPERVM MANDO-
» SIVM Equitem, Romanumque Patritium, cujus notulas Auctorum loca indicantes,
» unde Epiſcoporum uberiorem haurire notitiam poteris, per totum volumen paſſim offen-
» des, ſequentes ſunt. Præſto etenim fuere
» In Urbinatenſium Præſulum ſerie Cl. vir DOMINICUS RIVIERA, Urbinas,
» Secretarius Conciſtorii, & S. Congregationis Aquarum, Præfectus Archivi ſecreti
» Caſtri S. Angeli, & Canonicus S. Petri:
» In Bononienſium, Cl. vir PETRUS ANTONIUS ROVERSCIUS, J.U.D. Bo-
» nonienſis, & in patria Univerſitate publicus Profeſſor:
» In Parmenſium, Cl. vir ODOARDUS BONVICINUS Nobilis Parmenſis:
» In Regienſium, Cl. vir BENEDICTUS BACCHINIUS Ordinis S. Benedicti erudi-
» tiſſimus Abbas, qui Hieronymi Tuſchii Regienſis Cathedralis Archidiaconi non ita
» pridem denati exactam pene omnium, quæ refert in Regienſium Præſulum enarratio-
» ne noſter Ugbellus, documentorum cum authographis collationem, & emendationem,
» ineditorumque præterea divitem collectionem ab ejus nepote cl. viro Mario Tuſchio
» mihi impetravit, tranſmiſitque:
» In Comaclenſium, Cl. vir JO: MATTHÆUS ZAPPATA J.U.C. Patritius Co-
» maclenſis:
» In Faventinorum, Cl. vir PETRUS CANNETUS Camaldulenſis doctiſſimus Ab-
» bas:
» In Ferrarienſium, Cll. viri HIERONYMUS BARUFFALDUS Ferrarienſis Pa-
» triæ Cathedralis Beneficiatus, & JOSEPH LANZONUS Philoſophus, ac medicus
» Ferrarienſis:
» In Forolivienſium, Cl. vir PHILIPPUS RICCEPUTUS Societatis Jeſu nobilis
» alumnus, cujus exquiſitam in Eccleſiaſtica hiſtoria eruditionem, reconditamque do-
» ctrinam prægrande, quod molitur, opus, & à nemine adhuc tentatum propediem
» palam faciet:
» In S. Severini, Cl. vir BERNARDUS GENTILIUS Sanſeverinas Patritius:
» In Senogallienſium denique, Cl. vir JOSEPH TIRABOSCHIUS Nobilis Senogallien-
» ſis, qui patriam hiſtoriam concinnat.
» Auctorum autem ſcripta jam edita, e quibus notas uberiores excerpſi, ſunt
» BOLLANDI, & Sociorum Acta Sanctorum pluribus voluminibus comprehenſa in
» fol. Antuerpiæ.
» HARDUINI Noviſſima Conciliorum collectio Pariſiis XII vol. in fol.
» LUDOVICI VEDRIANI hiſtoria Mutinenſis 4. vol. 2. Italice. Mutinæ 1666.
» PETRI MARIÆ CAMPII hiſtoria Eccleſiæ Placentinæ. fol. vol. 3. Italice. 1672.
» BENEDICTI BACCHINII Agnelli liber Pontificalis, ſive vitæ Pontificum Ra-
» vennatum. 4. Mutinæ 1708.
» JULII CÆSARIS TONDUCCII hiſtoria Faventina. fol. Italice. Ferrariæ 1675.
» Aliorum vero ſcriptorum elucubrationes, e quibus ſemel, aut iterum aliquid de-
» prompſi, diſtincte citatas ubique invenies. Præclariſſimi porrò, eruditiſſimique viri
» BENEDICTI JOANNELLI Caſanatenſis Bibliothecarii auxiliariam operam haud ſa-
» tis unquam laudavero: neque enim eo ſolum auctore ad hanc novam Italiæ ſacræ
» editionem procurandam acceſſi; ſed etiam præſentiſſimo, ubi opus fuerit, uſus
» ſum adjutore.

INDEX ALPHABETICUS

ARCHIEPISCOPATUUM, ET EPISCOPATUUM, Qui in hoc Secundo Tomo Italiæ Sacræ recenſentur.

Bononia,	*Bologna.*	Col. 1.
Firmum,	*Fermo,*	679.
Ravenna.	*Ravenna.*	323.
Urbinum,	*Urbino,*	779.

Adria,	*Adria.*	Col. 397
S.Angelus in Vado,	*S.Angelo in Vado.*	894
Ariminum.	*Rimini,*	409
Bertinorium.	*Bertinorio.*	589
Burgum S.Donnini.	*Borgo à S. Donnino,*	62
Callium.	*Cagli,*	808
Cæſena.	*Ceſena.*	441
Cervia.	*Cervia.*	467
Comaclum,	*Comacchio.*	481
Crema,	*Crema.*	56.
Faventia.	*Faenza.*	490
Ferraria.	*Ferrara.*	513.
Forum Livii,	*Forli.*	565.
Forum Popilii.	*Forlimpopoli.*	589.
Forum Sempronii,	*Foſſombrone.*	826
Imola,	*Imola.*	618
Macerata.	*Macerata.*	729
Mons Altus.	*Mont'Alto.*	747
Mons Feretranus, vel Leopolitanus.	*Monte Feltro.*	841
Mutina.	*Modena.*	73
Parma.	*Parma.*	140
Piſaurum.	*Peſaro.*	857
Placentia.	*Piacenza.*	194
Regium Lepidi.	*Reggio.*	238
Ripa Tranſona.	*Ripa Tranſona.*	755
Saſſena.	*Sarſina.*	651
Senogallia.	*Sinigaglia.*	865.
S.Severinus.	*S.Severino.*	764
Tolentinum.	*Tolentino.*	770
Urbania.	*Urbania.*	881

Digitized by Google

ITALIA SACRA

FERD. UGHELLI

Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA TERTIA;

SEU ÆMILIA,

Sive Inſubria Ciſpadana, in qua Bononienſis Metropolis cum ſuis ſuffraganeis deſcribitur.

ÆMILIA, ut fert antiquior, communiorque ſententia, ab Arimino civitate exordiebatur, unde finem accipiebat Flaminia, uſque ad Padum flumen ultra Placentiam, totuſque hujusmodi terræ tractus Æmilia vulgo appellabatur. Alii vero ab Arimino, uſque ad flumen Scultennam illius compulere confinia; quam cum deinde ſubſecuti Coſmographi cum Flaminia confudiſſent, atq; utramque cum Ciſpadana Inſubria, Paulo Diacono lib. 2. de Geſtis Gothorum viſi ſunt feciſſe licentiam, totam Inſubriam Ciſpadanam Æmiliam

A


appellandi, hoc eſt, totum illum terræ tractum, qui a Scultenna, uſque ad Padum ſupra commemoravimus pertinere. Hunc auctorem modo ſequemur, & a Bononia, hujus Provinciæ principe civitate, atque Metropoli paululum retrogradati, exordium hujus tertiæ Provinciæ ſumemus: deinde de ſex Epiſcopatibus illius ſuffraganeis inſtituemus narrationem. Cæterum hæc Provincia, ut citra Padum etiam Bononiam complectitur, aeris ſalubritate, nobilitate incolarum, copia frugum, induſtria gentis, opibus, atque armis nulli alteri videtur eſſe ſecunda.

Digitized by Google

METROPOLITANA BONONIENSIS SEDES,

Cujus Suffraganei ſequentes ſunt,

Epiſcopatus
- Cremenſis
- S. Domnini, ſeu Burgi S. Domnini
- Mutinenſis.
- Parmenſis.
- Placentinenſis.
- Regii Lepidi.



BONONIA Æmiliæ caput, Italicarum civitatum nobiliſſima, quam Priſci etiam Felſinam dixere, ad Apennini radices media via Æmilia ſita eſt, prope fluvium Rhenum, quam Ptolomæus in ſexto climate collocat, ad longitudinis gradum 33. cum dimidio, latitudinis vero 43. & 30. Ad Meridiem memoratum Apenninum proſpectat; ab Oriente flumine Savenne alluitur; a Septentrione illi adjacet explicata, lataque planities; ab Occidente eidem propior labitur Rhenus fluvius, quam iterum torrens Sapina mediam jucunde partitur. Idem Ptolomæus ad Togatam Galliam Bononiam vult pertinere; Plinius vero ad octavam regionem; Zoſimus Æmiliæ adſcribit. De ejus exordio fabuloſa obtrudunt incautis Hieronymus Albertuccius, Joannes Garzonius, ab Annio Viterbienſi ſabularum egregio Architectore pleraque mutuati; quibus ob dulcem patriæ amorem Leander Albertus propior fuiſſe videtur. Cæterum probabilior opinio eſt, ab antiquis Hetruſcis fuiſſe ædificatam, quos deinde cum Galli Boii exegiſſent, civitatem illam Bojonam dixere, quæ quondam Felſina fuit, ut Volaterranus narrat in Commentariis Urbanis, Petruſque Marſus ſuper Silium Italicum. Bononiæ autem tum exordium, tum opes, tum laudes, egregie iis carminibus complexus eſt Adrianus ille Cornetanus Cardinalis, qui deinde conjurationis ſuſpectus iram Decimi Leonis declinans, infelici fato correptus, nuſquam deinceps comparuit.

Urbs antiqua, ingens, Hetruſcis Regia quondam,
Felſina, tum Boiis fato irrumpentibus impar,
Accepiſſe novum fertur Bojonia nomen.
Verum ubi ſunt Boii Romano milite pulſi,
Barbariem excuſſit, cœpitque Bononia dici.
Subditur ad Boream radicibus Apennini,

A

Planicie acclivi procumbens ſolis ad ortum (bem
Inter aquas Sapinæ, & Rheni, quarum utraq; in ur-
Ducta vehit, revehitque rates, priſtinaque verſat;
Æmiliæ decus, & belli, paciſque patrona,
Dives opum variarum, & nullius indiga cultus,
Muſarum domus, atque omnis nutricula juris.

Romam antiquitate præit. Galli quippe jam inde a Tarquinii Priſci temporibus, ejectis inde Hetruſcis, Bononiam occuparunt: ſed cum Boii viciſſim à Romanis militibus fuiſſent expulſi, Romanorum colonia evaſit, ut memorat Livius an. DLXV. Coſſ. M. Fulvio Nobiliore, ac Cn. Manlio Volſenc. Feſtus Bononiam vocat municipium ſui juris. Præter citatos auctores illius meminorunt Tacitus, Strabo, Appianus, Dion, Svetonius in Auguſto, atque Nerone, Mela, Trebellius Pollio in Cenſorino, Procopius de Bello Gothorum, Paulus Diaconus, Silius Italicus, Cicero, Vellejus Paterculus, Antonini Itineraria, aliique antiqui ſcriptores. Cum deflagraſſet, illam Claudius Cæſar ducentorum mil-

B

lium aureorum impenſa reſtauravit, ut Tacitus narrat in 12. Populi Romani proſperiorem fortunam ſecuta eſt, Marcique Antonii deinde partibus acceſſit, atque uſque ad Gratiani Imperatoris tempora eandem fidem populo Romano ſervavit. Deinde cum ad libertatem aſpiraſſet, vocaſſetque plebem ad pileum adhuc novę libertatis jura defendentem, Aſculepius Præfectus Imperatoris ad officium compulit, in ea arce prævalida ædificata, quæ rebellantibus timori eſſet, ac fræno. Sed nihilominus paulo poſt rebellantem Theodoſius Imperator in mulctam defectionis *a* excidit, civibus pene omnibus occidione deletis. Sed Theodoſio *b* illam deinde reſtaurante, quaſi urbs nova ſtetit, diſciplinarum domicilio aucta, ad preces S. Petronii Epiſcopi. Cum autem deinceps Leo III. imperaret, Longobardorum tyrannidem ſenſit, donec Pipino Francorum

Re-

a Tale excidium non tutò tribuitur Theodoſio.
b Juniore.

Digitized by Google

Rege illam in libertatem iterum aſſerente, cum Ravennate Exarchatu ex ejuſdem Regis munificentia Eccleſiaſticæ juriſdictioni ceſſit: quam deinde regiam largitatem Carolus Magnus. primuſque Lotharius Imperator æmula virtute ſecuti dicuntur. Cæterum, ut fere ſemper mortalium res fluctuare videntur, modo Cæſaribus, Pontificibus modo, modo tyrannis civibus, ac demum comitiſſæ Mathildæ, quæ illam demum Chriſtiana pietate cogente Eccleſiaſticæ juriſdictionis fecit, coacta fuit parere. Cum autem Bononienſes cives ſe in libertatem aſſeruiſſent, adeo cœperunt florere opibus, valere armis, ut collatis ſignis, Imolam, Faventiam, Ravennam, Cerviam, Forum Livii, ac pene totam Flaminiam ſub ſuam redegerint poteſtatem. Ea poſtea laxitate imperii Fridericus Imperator exuit Bononienſes, cum Hentium ex damnato concubitu filium ſuum Sardiniæ Regem indigne tuliſſet fuiſſe captum. Haud autem majora unquam detrimenta Bononia perpeſſa eſt, quam à civibus Lambertucciis *a*, atque Geremiis, qui implacabili odio invicem quondam de imperio decertarunt. Quorum cum aliquando tandem opes, armaque fortuna belli fregiſset, Peppulos, Vicecomites Mediolanenſes, Bentivolos haud mitiores tyrannos habuere ſucceſſores. Hos Pontificii legati exegere non ſemel, ſæpeque exacti ab illis illuſtria variantis fortunæ exempla præbuere. Donec Julius II. ejus civitatis arrepto fræno ſtabilem dominandi rationem viſus eſt inſtituiſſe, quadraginta *b* Senatoribus creatis, qui quandam libertatis imaginem referentes, cætero populo exemplo eſſent, ac duces eccleſiaſticum jugum levius tolerandi. Vetus memoria tenet, quam omnis ætas venerata eſt, ut teſtatur Sigonius lib. 1. de Epiſcopis Bononienſibus, hanc civitatem Chriſtiana Sacra ſuſcepiſſe ab Apollinari Æmiliæ Apoſtolo, quem Petrus Apoſtolorum Princeps illuc dicitur deſtinaſſe. Qui tametſi Ravennæ ſedem fixerit, Æmiliam tamen totam Chriſti Evangelio implevit, ibique clerum, quanquam ſævientibus adhuc tyrannis, informem inſtituit; adeoque profecit Bononiæ, ut plures, qui ibidem Chriſti fidem amplexati ſunt, martyres illuſtres evaſerint; in quibus enituere Hermes, Aggæus, & Cajus, qui ſub Maximiliano corona ſunt decorati martyrii: Agricola item & Vitalis martyres *c*, quos ut præcipuos tutelares divos Bononia ſemper venerata eſt. Verum cum etiam ſub perſecutione Chriſtiana fides altas ibi radices egiſſet, majorque jam fidelium numerus haberetur, quam quod capite videretur poſſe carere, Dionyſius ſanctiſſimus Pontifex, Zamam virum pietate præclarum primum Bononienſium Epiſcopum ordinavit, qui a civibus lætanter exceptus, ibi Epiſcopatus thronum fundavit, parvo ibidem in honorem S. Petri ædificato templo, quod interim voluit eſſe pro cathedrali, donec nobile, ampliſſimumque templum, quod hodie S. Petro ſacrum non ſine admiratione ſpectamus, in totius Æmiliæ cathedralem ædificaretur. Cæterum Bononienſium pietatis teſtes ſunt tot templa in honorem Sanctorum munificentiſſime ædificata, ampliſſimiſque cenſibus aucta, receptique intra Bononiam omnis ordinis ſacri alumni, ſuperbaque cœnobia. Porro inter cætera ſancti Petronii, Bononienſium protectoris, templum viſendum eſt, quod ſi aliquando abſolvi contingat, futurum eſt, ut nulli alteri cedat ex iis, quæ in tota Italia habentur celebriora. Secundum hoc S. Dominici cœnobium ſpectatæ magnitudinis, ac elegantiæ eſt, ubi ejuſdem Sancti ſacrum corpus quieſcit, candidi marmoris tymbo excellenti opere perfecto: caput vera in tholo quodam ditiſſimo monſtratur; prætereaque una ex precioſiſſimis ſpinis de aculeata Servatoris Chriſti corona cum Bibliis ab Eſdra Propheta in album corium deſcriptis. Hoc quoque templo ſiti ſunt celeberrimi jure conſulti; item oratores præſtantiſſimi, aliique plurimi excellentes viri. Ipſo in cœnobio ampliſſimo, præter alia nec ignobilia opera, celebris bibliotheca eſt. Item S. Auguſtini *d*, S. Fran-

a Lambertutiis, atq; Hieremeis.

b Hos ad §c. Sixtus V. adauxit.

c Nec non & Florianus, & Proculus milites.

d S. Jacobi Auguſtinianorum.

A

ciſci, S. Salvatoris Canonicorum Regularium, ubi cœnobium inter Italiæ totius egregia opera numerandum: S. Stephani, ubi tot ſacratæ reliquiæ monſtrantur a divo Petronio huc delatæ: S. Joannis Montani, in quo Canonici Regulares Lateranenſes ſacris operantur, atque Carmelitarum S. Martini ſpectabilia templa ſunt, præter alia *e*, quæ hic brevitatis cauſa non recenſentur. Vigintiduo *f* Religioſorum monaſteria Bononiæ ſpectantur cum Abbatiis S. Proculi Benedictinorum, ac S. Michaelis ordinis Montis Olivetani in Nemore. Item decem & novem Collegia, in quibus illud a Sixto V. inſtitutum, auctumque prædivite cenſu S. Mariæ Stratæ olim Ciſtercienſium juriſdictionis cęnobii eminere videtur *g* Metropolis quatuor dignitatibus decoratur cum ſex decim canonicis, duodecim manſionariis, viginti capellanis, ac ſeminario triginta clericorum, qui illic obſequio divino ſubſerviunt. Ex regula recentis architectonicæ perpulchra nitet Eccleſia. Hæc jam inde a piæ inſtitutionis initio cathedralis fuit, ejuſque antiſtes Archiepiſcopi Ravennatis ſuffraganeus,

B

ex privilegiis Pontificum, ac Imperatorum principatus titulo condecoratus. Gregorius XIII. Bononienſis Pontifex Max. præcipuo amore in patriam in totius Æmiliæ metropolim illam erexit, exemitque a Ravennati ſubjectione. Cardinalis Gabriel Paleottus, qui Bononienſis Epiſcopus erat, primus illius Eccleſiæ Archiepiſcopus dictus eſt, Imolenſi, Cervienſi, Mutinenſi, Regienſi, Parmenſi, Placentinoque Epiſcopis eidem attributis ſuffraganeis. Torſit ea rerum converſio Archiepiſcopum Ravennatem, cum tot Eccleſias cum Bononienſi ſibi decidere animadverteret; liteſque uſque ad Clementis VIII. hinc inde exæſtuarunt, qui Imolam, Cerviamque ſub Ravennati juriſdictione eſſe decrevit: Cremam autem, ac S. Domninum Bononienſi accedere. Ea rerum moderatio diſſenſiones jugulavit. Nobilis vero Nonantulana Abbatia, ab omni jure olim exempta, Bononienſibus partibus ultro acceſſit.

C

Gaudet autem Bononienſis Eccleſia perampla diœceſi, ac prædivite cenſu, nobilitaturque bonarum artium publico ſtudio, illic à Theodoſio Imperatore munificentiſſime inſtituto, quod cum peramplo privilegio firmaret, eam Academiam ſcientiarum omnium fontem, atque arcanorum ſacrum armarium honoris ergo appellat. Quæ cum deinde pacis ornamenta gentium diſſidia propemodum evertiſſent, a Carolo Magno, Lotharioque primo reſtituta ſunt, cum in hæc verba priſtinam ejus ſtudii dignitatem prius commemoraſſet: Legum ac juris ſchola una fuit, & ſola Bononia: extatque de ea Calchondylæ illud honorificum teſtimonium: Bononia opibus, & reliqua felicitate præcipuis Italiæ urbibus non cedit, literarum vero ſtudiis ſuperat; Petro vero Anchorano vera Mater ſtudiorum eſt. affirmatque Actius legalium ſtudiorum Bononiam ſemper obtinuiſſe monarchiam. Gloſſ. 1. ſui C. de teſtamen. legum nutricem appellat. Clemens V. in concilio Viennenſi, ut Bononienſe ſtudium proveheret, linguas Hebraicam, Arabicam, Chaldæamque cenſuit illuc inducendas. *h* In ea academia to-

D

tius Europæ doctiores publice profeſſi ſunt, qui in omni memoria ſibi ſimiles produxerunt alumnos. Quamplures protulit ſanctos, ac quinque omnino Pontifices, Honorium ſcilicet II. Lucium II. Gregorium XIII. Innocentium IX. Gregoriumque XV. Cardinalium vero, Epiſcoporum, ac Prælatorum vix poſſit iniri numerus. Nec minus Bononienſes valuerunt in armis; legat, qui volet, Leandrum Albertum ac Nicolaum Paſchalinum Alidoſium, qui de iis duo magna ediderunt volumina. Ad pleniorem autem Bononienſis civitatis cognitionem maxime juvabunt legentes Carolus Sigonius in Bononienſi hiſtoria, Scipio Balbus, Stephanus Pighius, Joannes Boterus, Antonius Codrus Urceus, Cherubinus Gherardaccius, Franciſcus Scotus, Nicolaus Brucius, Paulus Merula, Blondus, Carus, Gaſpar Bombacius, Jodocus Hondius, & alii. De ejuſdem civitatis Epiſcopis Sigonius quatuor edi-

e Et præcipuè S. Mariæ Servorum.

f 28.

g Sicut & illud almi & perinſignis S. Clementis à Card. Albornotio fundatum.

h Gregorius IX. Bonifacius VIII. Clemens V. & Jo. XXII. eorum Decretales Doctoribus, & ſcholaribus Bononienſ. direxere.

Digitized by Google

dit libros; Paleottus autem Cardinalis brevem eorundem catalogum confecit, e quibus, aliiſque mutuati ſumus hanc ſequentem Bononienſium Præſulum ſeriem. Bononienſis Eccleſiæ redditus taxa in libris Cameræ Apoſtolicæ mille Florenorum aureorum habetur: verus valor ad quatuordecim millia ſcutorum aſcendit.

ADDITIO.

„ *Templum S. Petronii ſupramemoratum perinſigni* „ *Baſilica collegiata, quinque dignitatibus, 20. Canonicis habitu magno incedentibus, 14. Manſionariis,* „ *18. Capellanis, 50. Clericis officiis divinis inſervientibus illuſtratur, temporalique ſub gubernio reſidet* „ *unius Præſidis à Pontifice electi, & quinque Senatorum ab excelſo Senatu deputatorum. In Metropolitana vero præter cætera ab Auctore expoſita recenſendi ſunt quinque Pœnitentiarii, omnes ex Clericis Regularibus Barnabitis Congregationis S. Pauli, qui fuere vocati ab Alphonſo Paleotto Archiepiſcopo de mandato Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſub Clemente VIII. anno 1599. ut narrat P. Barelli in mem. Barnab. t. 2. l. 3. c. 1. At Eccleſia Collegiata S. Mariæ majoris una tantum Prioris dignitate effulget, novemque Canonicis, & 5. Presbyteris condecoratur. Intra urbem 28. Regularium cœnobia, & 7. in ſuburbiis, monialium autem 27. & earum, quas vulgus Tertiarias appellat, undecim numerantur: Duo pariter Xenodochia, ubi Peregrini ſæculares, & alterum, ubi Peregrini Sacerdotes hoſpitantur; ſex Noſocomia, ubi ægroti curantur: unum Brephotrophium, ubi infantes expoſiti; unum Ptochotrophium, ubi mendici, aliud ſimile, ubi fœminæ pauperes: Orphanotrophia tria, ubi Orphani, quatuor, ubi puellæ aluntur: domus pro Cathecumenis, & demum in ſuburbiis una Leproſaria, ubi Leproſi curantur. Gaudet Bononia monte Pietatis nulli in Italia ſecundo; qui ſub ſe alios ſex, & tres alios in oppidis S. Joannis in Perſicheto, Butrii, & Caſtri Bononienſis, beneficio oppignorantium complectitur. Alium pariter matrimonii montem nuncupatum exercet pro ſublevandis nubere volentibus vel in Domino, vel in ſeculo, vel pro laurea doctorali capienda. Quadraginta ſex Laicorum confraternitates conſuetis ſupplicationibus incedentes complectitur, & 54. templa, in quibus animarum cura exercetur. Incolarum 65. millia inibi degunt. Diœceſis verò ſatis ampla eſt, quæ decem oppida ex præcipuis, 379. Parochiales ædes, & ſub eis ultra 172. millia mortalium enumerat. Bononia tandem novem Eccleſiæ luminaria pro Tutelaribus ſuis, Petronium ſcilicet, Florianum, Proculum, Dominicum, Franciſcum, Ignatium Loyolam, Franciſcum Xaverium, Antonium Patavinum, & Catharinam concivem veneratur. Anno 1160. die 8. Maij, quidam Theoclys Kmnia Eremita natione Græcus, Byſantio ad Montem Guardiæ diſtrictus Bononienſis tranſtulit tabulam, ubi picta eſt imago B. Mariæ manu S. Lucæ Evangeliſtæ, ut ex publico documento penes RR. Moniales S. Matthiæ, & in Archivo publico Bononiæ lib. 4. in Scrimo n. 43. habetur. Ad cujus celebrem, venerandamque imaginem commodiori greſſu inviſendam cœpit Bononienſium pietas an. 1674. exſtruere inſignem porticum extra Portam Saragoſiæ, quam per tria milliaria prolatam an. demum 1716. maxima totius Catholici orbis admiratione perfecit.* Roverſcius.)

I. 1. S. ZAMAM *a* primum(1) Bononienſem Epiſcopum S. Dionyſius Pontifex ordinavit circa an-

a De eo Acta SS. Januarii pag. 291.

A num Domini 270. Hic ſæviſſimæ perſecutionis tempore hujus Eccleſiæ fundamenta ſubſtruxit, gentileſque quamplures ad fidem Chriſti convertit. In vicis ſedem fixit, ubi in D. Petri Apoſtoli honorem excitavit ſacellum, quo diu pro cathedrali ſubſecuti Præſules uſi ſunt, donec ubi modo cernitur, ſplendidior ſubſtrueretur. Diu ſuperſtes fuit, pluriſque presbyteros ordinavit: decedens ſepultus fuit, ubi fixerat ſedem. Ejus concelebrant feſtum Bononienſes die 24. menſis Januarii. De quo Roman. Martyrologium hac ipſa die.

(„ S. ÆDUUS *Bononienſis Epiſcopus, cujus memoria diutius occulta prodit ex antiquiſſimo Antuerpienſi Martyrologio ſub die 4. Januarii his verbis.* „ In Oriente in civitate Bononia Hermetis, Aggæi, „ Caii, & Ædui Epiſcopi: *de quo etiam Florentinius in notis ad vetuſtiſſimum Lucenſe Martyrologium, Afrum tamen Epiſcopum fuiſſe putans: & Bollandus in Actis Ss. tom. 1. ſub die 4. Januarii, qui tamen ignorare fatetur, quiſnam fuerit, & cujus* B *civitatis hic Æduus Epiſcopus. Nulla ſiquidem Bononia in Oriente. Sed cum Hermetem, Aggæum, & Cajum Bononiæ in Italia paſſos ſub Maximiano Bononienſis Eccleſiæ tabulæ affirment, eoſque veluti concives ſuos venerentur Bononienſes, Æduum quoque paſſionis ſocium Bononienſem Epiſcopum dicere conſequens mihi videtur, & conſentaneum.*) II.

2. S. FAUSTINUS *b* hanc eandem rexit Eccleſiam temporibus Conſtantini Magni an. 312. E vivis exemptus eſt die 30. menſis Januarii, ſepultuſque eſt in eodem ſacello apud ſuum Anteceſſorem cum hac inſcriptione, quam etiam nunc legimus apud S. Felicem. III

b FAUSTINIANUS alii: De quo Acta SS. Febr. t. 1. p. 619.

Hic requieſcunt corpora Zamæ primi Epiſcopi, & Fauſtini ſecundi Civitatis Bononiæ.

3. DOMITIANUM S. Fauſtinus excepit, ut narrat Nicolaus Paſcalinus Alidoſius in lib. virorum illuſtrium Bononien. IV.

4. JOANNES. (*Ex Alidoſio.*) V.

5. S. BASILIUM S. Sylveſter Bononienſem VI.
C evexit ad ſedem Hic Ariminenſi (2) conciliabulo interfuit, atque ad viginti annos ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit. SS. Petri, & Pauli templum vel a fundamentis ſubſtruxit, vel abſolvit. Tradunt enim plures ſanctum Fauſtinum illius fundamenta jeciſſe. Ibi ergo decedens ſepulchrum accepit an. 350. ubi fertur vixiſſe, ejuſque feſtum celebratur die 6. menſis Martii. De quo Martyrol. Rom. ea ipſa die.

6. S. EUSEBIUS Bononienſis Eccleſiæ Pontifex, vixit temporibus Gratiani, ac Theodoſii Imperatorum. Familiariter ſancto Ambroſio Epiſcopo uſus eſt, cum quo, aliiſque ſanctis Epiſcopis Concilio Aquilejenſi interfuit an. 381. (3) Traditur ædificaſſe illum monaſterium SS. Agricolæ, & Vitalis, ac S. Proculi. Quam autem ſub hoc ſancto Paſtore Bononienſis Eccleſia ſanctitate floruerit, teſtatur ſanctus Ambroſius lib. 1. & 3. de Virginibus. Ejus feſtum ſolemne habetur die vigeſimo ſexto menſis Septembris. VII.

D 7. S. FELIX Mediolanenſis, alumnus, diaconuſque Ambroſii, poſt cujus exceſſum, cui interfuerat, ad Bononienſem thronum aſſumptus eſt circa annum 400. Fama tenet, conſtanſque traditio, hunc S. Epiſcopum ædificaſſe monaſteria Ss. Naboris, & Felicis, ſanctorumque Gervaſii, & Protaſii, e viviſque exemptum in S. Naboris cœnobio fuiſſe VIII.

---

(1) Mea ſententia, quòd incendio Diocletiani combuſta ſint antiqua Eccleſiaſtica monumenta, nullius alterius Bononienſis Epiſcopi mentio habetur, qui Zamam præceſſerit: cum nequaquam mihi perſuadari poſſit, nobiliſſimam Italiæ Civitatem ingenti ſemper populo refertam, tribus fermè ſæculis à Chriſti adventu dilapſis, caruiſſe Eccleſia, & qui ei præficeretur, Epiſcopo, cum conſtet nonnullas alias Italiæ civitates, dignitate, & frequentia populi longe impares, jampridem fuiſſe Epiſcopalibus ſedibus illuſtratas. *Baronius Annal. tom. 2. ad an. 271.*

(2) Verum quomodo potuit Baſilius Ariminenſi Conciliabulo interfuiſſe, quod anno 359. habitum, ſi IX. annis ante mortuus ſit? male etiam conjicit Sigonius circa annum 350. creatum Epiſcopum, ſi à S. Sylveſtro Papa qui an. 335. obiit, ordinatus fuerit. Ferrarius in Catal. SS. Italiæ in locum S. Sylveſtri ſubſtituit S. Julium Papam, qui an. 350. ſedit. Sed quidni dicatur ab anno circiter 330. uſque ad an. 360. aut 370. Epiſcopus vixiſſe: quia nihil certi de tempore deceſſorum ſcitur, & S. Euſebius ſucceſſor cum S. Ambroſio, cui familiaris erat, interfuit anno 381. Synodo Aquilejenſi. Obſervat præterea Ferrarius errare Sigonium circa diem obitus S. Baſilii, quem ſtatuit VIII. Id. Martii, cum pridie Nonas Martii, quo dies ejus natalis celebratur, obierit. Verum potuit minùs advertens, ex VI. Martii ſtatuiſſe VIII. Idus, uti in octo menſibus debet fieri. *Bollandus in Actis Ss. Martii. t. 1. p. 426.*

(3) Jam diutius ante Concilium Aquilejenſe Bononienſibus præerat Euſebius. Siquidem anno 377. concionantis Ambroſii auditor erat, à quo ut vir florentiſſimæ Virginitatis cultor publico elogio ait commendatus: & verba ſunt hæc: *Bene accidit, quia nos laboraturos Dominus ſciebat, & auxilium de ſociis miniſtravit. Adeſt Piſcator Eccleſiæ Bononienſis aptus ad hoc piſcandi genus &c.* lib. 1. de Virgin. Ipſum Ambroſium Mediolano recedentem an. 392. apud ſe invitavit ad ſacra S. Agricolæ martyris lipſana transferenda: De quo etiam Binius in notis ad Concil. Aquilejen. an. 381.

Digitized by Google

fuiſſe tumulatum, die 4. menſis Decembris an. 429. De eo Martyr. Rom. hac ipſe die.

IX. 8. S. PETRONIUS Bononiæ patronus, atq; protector, patria Conſtantinopolitanus, fuit filius Petronii clarifs. viri. Hic cum jam inde a puero monachalem vitam fuiſſet profeſſus, divinorumq; contemplationi ſe penitus dedidiſſet, ut ſanctiorem vitã conſequeretur, a Theodoſio Imperatore ad Cœleſtinum primum Pontificem miſſus, ab eodem Pontifice Bononienſis eſt dictus Epiſcopus, circa annum Domini 429. Arrianæ adhuc hæreſis reliquiæ tum Bononiæ, tum per totam Italiam Chriſtianos ſæviſſime divexebat. Quarum fibras Petronius qua verbo, qua vitæ incomparabili exemplo magna ex parte Bononiæ excidit, miriſque modis Chriſtianam fidem propagavit, clerumque fundavit. Plura templa in ſanctorum honorem conſtruxit, inſtituitque parochias, quarum ope noviter ad Chriſtum converſi inſtituerentur. Monaſterium S. Stephani erexit, ubi plures ſanctorum reliquias honorifice (B) collocavit, quas Conſtantinopoli, ubi apud Theodoſium aliquamdiu degerat, illuc apportaverat; cujus intuitu ferunt Theodoſium Bononiam reſtauraſſe, ac peculiari ornamento decoraſſe an. 433. additis generalis academiæ diſciplinarum omnium ampliſſimis privilegiis, prout ex eleganti reſcripto intelligi poteſt; quod extat in marmorea tabula inciſum apud Eccleſiam S. Petronii; tametſi ſua ipſius narratione apud cordatos viros, rerumque antiquarum peritos claudicare videatur. In eo enim Ludovicus Franciæ & Philippus Angliæ reges recenſentur, & Cœleſtinus Papa memoratur: hic fato ceſſerat an. 432. die 6. Aprilis; cui ſucceſſit Sixtus Tertius: illi vero haud reperiuntur apud veteres, recentioreſque auctores; cum luce clarius pateat anno 433. Francorum regnum Clodium Capillatum Ferramundi filium adminiſtraſſe, qui regnare cœpit 425. obiitque an. 450. Philippus autem Angliæ Rex, de quo mentio in privilegio, hucuſque ignotus, fictitius eſſe videtur, cum nullus hujus nominis Angliæ Rex inveniatur, primuſque illius Regni Rex Egbertus e- (C) numeratur an. ſalutis 830. Utcumque tamen res ſit, judicent alii; nos vero privilegium hic exſcribendum curavimus, ſicuti jacet hiſce conceptum verbis.

Theodoſii Cæſ. Privilegium.

Ne bonæ artes, cunctarum diſciplinarum dogmata depereant; cum mores, ſanitas, judicia, cæteraque id genus optimis doctrinis gubernentur: NOS THEODOSIUS Dei gratia Rom. Imperat. Auguſtus commoditate, & fertilitate loci capti. V. ac XX. menſium penſitate conſilio in dignitatis noſtræ ſolio ſedentes generali Chriſtianorum convocato concilio, ſummo Pontifice Cœleſtino, Cardinalibus XII. Archiepiſcopis, Epiſcopiſque innumeris, aliiſque in variis dignitatibus conſtitutis Principibus ac Ducibus Chriſtianis, Balduino quoque Flandren. ac Gualterio Pictavien. comitibus legatis, quorum alter Ludovici Franciæ, alter Philippi Angliæ regum illis arduis negotiis addictis vicem geſſere, ſedente etiam centum Senatorum collegio, Bononiam omnium ſcientiarum fontem, arcano- (D) rum noſtrorum armarium, perennem ſtudii ſedem fore, hac inviolabili indulgentia decernimus, volentes inſuper, ut omnes ſententiæ a judicibus, qui in alma hac civitate per quinquennium ſaltem non ſtuduerint, latæ, nullæ penitus exiſtant: & ſi quis ad magiſtratus promotus dignitatem, ab alio quam ab Archidiacono Bononienſi librum magiſtrale ſuſceperit; quamquam id quarumlibet facultatum periti præſtiterint, approbaverintque, eum auctoritate noſtra omni dignitate privamus. Si quis vero ſcholaſticos ad ſtudium hoc euntes abeunteſque auſu temerario offenderit, capite puniatur. Hoc niſi præſes exequatur, eadem illum pœna affici

Italia Sacra Tom. II.

(A) *jubemus. Hujus autem ſacræ conſtitutionis exemplar, bulla aurea majeſtatis noſtræ munitum, manuque Ciceronis curiæ noſtræ notarii ſcriptum ad perpetuam rei memoriam, Petronio Epiſcopo Bononienſi ex Cæſarum Conſtantinopolitanorum ſanguine orto idem ſummis precibus efflagitanti, ac procuranti, gubernandum, cuſtodiendum, omnibuſque viribus exequendum tradimus, ac concedimus.*

Romæ in Capitolio, anno Dominicæ Nativitatis CCCC. XXXIII. die IX. Maji.

Petronius tandem evolavit ad Cœlos fulgens miraculis, temporibus Theodoſii, ac Valentiniani Imperatorum circa annum Domini 450. ſepultuſque eſt apud S. Stephanum. Cæterum adeo pie, ſancteque Petronium paſtorem ſuum Bononienſis civitas coluit, ut eidem, beneficiorum memor, in media Civitate ſumptuoſum, viſendumque templum excitaverit ad perennitatem. De eo Gennadius de viris illuſtribus c. 41. Ado Viennenſis in Chronico. S. Euſebius, Surius, Petrus Gales. Ferrarius, aliique, qui ejuſdem vitam enarrarunt.

9. ADRIANUS Sancto Petronio ſucceſſit, ut X.
Alidoſius ſcribit.

10. MARCELLUS ejuſdem civitatis Epiſco- XI.
pus fuit, apud eundem.

11. Cæterum vult Sigonius S. PATERNIA- XII.
NUM Petronio ſucceſſiſſe an. 451. cujus tempore ad ſepulchrum SS. Agricolæ, & Vitalis aliquot inſignia extitere miracula, quorum meminit S. Gregorius Turonenſis lib. de gloria martyrum. Sanctus autem Paternianus pie, ſancteque Bononienſem adminiſtravit Eccleſiam ad multos annos, requievitque in Domino die 12. menſis Julii, relatuſq; eſt in numerum ſanctorum, de quo Martyr. Rom. ad hanc diem. Ejus corpus in templo S. Felicis conquieſcit.

12. S. TERTULLIANUM *a* Paternianus excepit circa annum 470. qui apud S. Felicem tumula- XIII.
tus eſt. Ejus feſta dies celebratur die 27. menſis A- *a De quo Acta SS. Aprilis t. 3. p. 494.*
prilis. De quo Martyrologium Rom. hac ipſa die.

13. S. JOCUNDUS, ſive Locundus poſt S. XIV.
(C) Tertullianum Bononiæ ſedit circa annum 485. cujus feſtum recurrit 14. menſis Novembris. Qui apud S. Felicem & ipſe tumulatus eſt, ejuſque meminit Martyrol. Rom. hac ipſa die.

14. JULIANUS Epiſcopus Bononien. anno XV.
490. apud Alidoſium.

15. GERARDUS eidem Bononienſi Eccleſiæ XVI.
præfuit anno 500.

Scribit Sigonius Laurentium Bononienſem fuiſſe Epiſcopum, Romanæque Synodi ſub Symmacho Papa tanquam ſuffraganeum Ravennatis Archiepiſcopi interfuiſſe. Etenim cum repeiiſſet ſcriptum, Laurentius Bobienſis Epiſcopus, ſuſpicatus in eam ſcripturam irrepſiſſe mendum; pro Bobienſis, Bononienſis repoſuit, per ea tempora dicens Eccleſiam illam non habuiſſe Epiſcopum. Cæterum fallitur, ſiquidem Laurentius Sarſinæ Epiſcopus fuit, quæ per id tempus, ac deinceps per multos annos etiam Bobium appellata eſt, hodieque Sarſinæ Epiſcopus Bobienſis comitis titulo inſignitur: eodemque errore tenetur Baronius, cum Theodorum Laurentio ſucceſſiſſe contendit, in ſuis notis ad Martyrol. Rom. 5. die Maji.

16. S. THEODORUS *b* eamdem ſedem Bono- XVII.
nienſem obtinuit, cui Agapitus Pontifex in omnia *b De eo Acta SS. Maji. t. 2. p. 50.*
monaſteria, Eccleſias, presbyteros, atque clericos ſuæ diœceſis poteſtatem aſſeruit. Fato functus eſt die 5. menſis Maji, quæ dies in honorem ſancti ſolemnis habetur, ſepultuſque eſt apud S. Felicem. Hujus Martyr. Rom. meminit hac ipſa die. (1)

17. LUSUM, ſive Luſonem, alii Luconem, XVIII
poſt Theodorum, Bononienſem Epiſcopum facit Alidoſius.

(1) S. Proculus Epiſcopus, Bononiæ paſſus, & creditus hactenus Interamnenſis Epiſcopus ob applicata ei acta S. Herculani, melius dicetur ſuffectus S. Theodoro Bononienſi Epiſcopo, Bononienſis & ipſe Præſul, aſſumptus ex ipſo Cleri Bononienſis corpore, circa an. 540. Qui Gothorum regi Totilæ, poſt fuſos circa Padum Juſtiniani duces, torrentis inſtar Florentiam properanti, ad eum Bononia avertendum occurrerit, paſtoralis ſuæ curæ mercedem à barbaro victore conſecutus mortem an. 542. Ita opinatur, pluribuſque conjecturam ſuam confirmat Papebrochius in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 80. quem utique hic lubenter ſequerer, niſi eo inconſulto in primo hujus operis volumine hunc Proculum cum Ughello Interamnenſibus Epiſcopis addixiſſem. Conſulat tamen lector citatum Papebrochii locum, ſique veritati propior acceſſiſſe illuſtris Auctor ſibi quoque videatur, adaugeat hic Bononienſium Antiſtitum numerum Proculo ſuperaddito.

Digitized by Google

XIX. 18. THEODORUS II. eidem Eccleſiæ præ-
fuit anno 556.
XX. 19. EDURENSIS vero anno 595.
XXI. 20. PETRUS Bononienſibus divinum jus di-
xit anno 616. Monaſterium S. Columbani ſubſtru-
xit: ejuſdemque temporibus Bononiæ deceſſit S. Iſi-
dorus Epiſcopus Siciliæ, ut ad vitam Iſidori Hiſpa-
lenſis notavit eruditus Conſtantinus Cajetanus, Be-
nedictini inſtituti Abbas. Qua vera narratione re-
fellitur error Sigonii, aliorumque, qui arbitrati ſunt
Iſidorum Hiſpalenſem Bononiæ fato functum fuiſſe.
XXII. 21. GERMANUM Petrus excepit.
XXIII 22. CONSTANTINUS.
XXIV 23. JULIANUS.
XXV. 24. DEUSDEDIT.
XXVI 25. JUSTINIANUS.
XX 26. LUMINOSUS Romano concilio interfuit
VII. contra Monothelitas anno 648.
XX 27. DOMNINUS.
VIII. 28. VICTOR Romano concilio interfuit anno
XXIX 680. ſub Agathone Pont.
XXX 29. ELISEUS floruit anno 716.
XXXI 30. GAUDENTIUS Eliſeo ſucceſſit, obtinuit-
que a Gregorio II. Pontifice, ut ſibi poteſtatem e-
xercere liceret in monaſteria ſuæ diœceſis, ut ex
conceſſu olim Pelagii, atque Agapiti ſummorum
Pontificum ſui fecerant prædeceſſores.
XX 31. CLARISSIMUS Bononienſis Epiſcopus.
XII. Hic ille eſt, qui cum Epiſcopo Mutinenſi diuturnio-
res lites exercuit de confiniis: quibus tandem anno
744. eam metam, terminumque ſtatuere viſum eſt,
quam ex utraque civitate ex adverſo digreſſi expli-
catiſſimi curſores ſibi obviam eundo feciſſent. Ita-
que utroque lætante populo, acclamanteque, ibi
utriuſque diœceſis terminus fuit, ubi alter alteri ſe
obvium dedit. Cæterum idem annus & vitæ Epiſ-
copi Clariſſimi, & liti finem impoſuit.
XX 32. BARBATUS deinde ſucceſſit, anno ſcili-
XIII, cet 744. cujus hæc, quæ ſubjicitur, memoria extat
in marmorea pila ad Cavædium S. Stephani. (1)

Humilibus Vota ſuſcipe Domine DD. No-
ſter Luitprante implorante Regibus, & D.
N. Barbatu Epiſc. Sancta Eccl. Bonnſ.
Hic IHL ſua precepta obtulerunt, unde hunc
vas impleatur in Cœnam Domini Salvato-
ris & ſi qua Munac. minuerit
DS. RQ.

XX
XIV. 33. ROMANUS ſucceſſit Barbato.
XXX 34. PETRUS ad eandem Bononienſem ſedem
V. evectus, à Carolo Magno ſpecialibus privilegiis
ornatus eſt anno 771. anno vero 780. ab eodem, ei-
dem, cum Apollinari Regienſi Epiſcopo, Gemi-
nianoque Mutinenſi, ac Nonantulano Abbate An-
ſelmo quorundam ſacellorum recognitio demanda-
ta eſt Regienſis Eccleſiæ juriſdictionis.
XX 35 VITALIS Bononienſi Eccleſiæ præfuit an-
XVI. no 789. Hic quamplures condidit conſtitutiones ſuis
clericis ad puriores mores profuturas.
XX 36. MARTINUS ejuſdem ſedis antiſtes fuit
XVII. anno 814.
XXX 37. CHRISTOPHORUS ejuſdem Pontifex
VIII. civitatis Mantuano concilio interfuit, in quo cauſa
Patriarchæ Aquilejenſis, & Gradus agitabatur. Ex
Hippolyto Doneſmundo in hiſtoria Mantuanæ
Eccleſiæ.
XX 38. THEODORUS Bononienſi throno nobi-
XIX. litatus eſt anno 855. Hic cum aliis Æmiliæ Epiſco-
pis Ticinenſi concilio interfuit coram Ludovico
Rege congregato, de Eccleſiæ moribus emendandis.
XL. 39. MARTINUS.
XLI. 40. PETRUS,
XLII. 41 URSUS.
XLIII 42. JOANNES ad Bononienſem ſedem evectus
an. 860. („ *Anno* 881. *adhuc ſedebat in hac Cathe-*

A „ *dra Joannes, cui una cum Eginulſo Mantuano, Ri-*
„ *cardo Vicentino, & Viatore Ferrarienſi cauſam in-*
„ *ter Tridentinum, & Veronenſem Epiſcopos verſan-*
„ *tem commiſit definiendam Joannes Papa VIII. ex*
„ *Epiſt. 115. ab Hard. in noviſ. Concil. editione relata*
„ *tom. 6. col. 93.*)
43. SEVERUS eandem ſedem obtinuit an. 891 XLIV
44. ALAMBERTUS a Formoſo Papa obti- XLV.
nuit, ut ſuæ diœceſis monaſteria, cœnobiaque ſibi
ſubjecta eſſent an. 891. An. 898. a Ravennati conci- a 904. habitum eſt Concilii.
lio interfuit celebrato ſub Joanne IX. cujus partes
acta Formoſi Pontificis confirmarunt.
(„ JOANNES *ex Ravennate Presbytero crea-* XLVI
„ *tus fuit Epiſcopus Bononienſis à Landone Pontifice*
„ *anno 912. eodemque anno Petro Ravennenſi Archie-*
„ *piſcopo ſubrogatus, verſutia Theodoræ; & poſtre-*
„ *mo ad Petri Cathedram aſcendit. Vide Baronium*
„ *ad dictum annum, & Ciaconium Eldoini. t. 1. p. 698.*)
45. PETRUS in Bononienſi ſede florebat anno XLVII
909. (2) Translatuſq; eſt ad Ravennatem Eccleſiam
B an. 927.
46 JOANNES Bononienſium electus Antiſtes XL
eſt, de quo mentio 946. VIII
47. ALBERTUS, ſive Adalbertus floruit an. XLIX
960. Interfuitque concilio Marzaliæ ſub Honeſto
Archiepiſcopo Ravennate, in quo graviter queſtus
eſt de Humberto Epiſcopo Parmenſi, qui aliquot
bona Bononienſis Eccleſiæ ſibi uſurpaverat; tamet-
ſi autem Humbertus contradixiſſet accuſatorem, ni-
hilominus tamen lata ſententia Bononienſi Alberto
Patres adjudicarunt Plebaniam S. Mariæ de Monte
Bello, ut ex ſubjectis actibus perſpici poteſt, ab ori-
ginariis extractis, qui adſervantur adhuc in archivio
Mutinenſis Epiſcopatus; quos retulit diligenter in
ſuo catalogo Mutinenſium Præſulum Gaſpar Silin-
gardus. Qui ſane actus plane arguunt Sigonii erro-
rem in Bononienſi hiſtoria, cum narrat hujuſmodi
concilium fuiſſe celebratum ſub Honeſto Archiepi-
ſcopo an. 961. Siquidem eo tempore, ut actus, quos
ſtatim ſubjiciemus, planè oſtendunt, Honeſtus
C nondum ad Archiepiſcopalem ſedem Ravennaten-
ſem pervenerat, cum annus tertius ejus Archiepi-
ſcopatus fuerit 973.

In nomine Sanctæ individuæque Trinitatis.

Anno Dominicæ incarnationis 973. *Apoſtolatus Domini Benedicti primo, Imperii vero domini Othonis Octavo, Pontificatus domini Honeſti Ravennatis Metropolitani tertio. Dum ab eodem ſacroſancto Honeſto Archiepiſcopo, ſuiſque ſuffraganeis, ſcilicet Joanne Epiſcopo Cornelienſi, Gerardo Epiſcopo Faventino, Dodone Ceſinate, Alberto Bononienſi, Uberto Parmenſi, Sigulpho Placentino in Capella juris ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ in loco Marzalia ſita, ad honorem, vocabulumque S. Mariæ dedicata, ſancta Synodus de quibuſdam neceſſariis, ac utilibus Regni Eccleſiarum ſtatus rebus habita coleretur, perventum eſt, ut Albertus Epiſcopus Bononienſis in medio illorum aſſurgens inopiam ſui Epiſcopii adeo conqueſtus eſt, quatenus ſuarum Eccleſiarum ſarta tecta clericorum, pauperumvè ſumptibus neceſſaria ſuppeditare nullatenus*
D *valeret: inter cæteras denique ſuæ inopiæ anguſtias quædam loca juxta Bononiam ſita ab Uberto Parmenſi Epiſcopo tunc temporis detenta juris ſuæ Eccleſiæ, videlicet Bononienſis eſſe penitus conclamabat. Cujus quidem inceſſabilibus querelis prælibatus Dominus Archiepiſcopus commotus, Ubertum Parmenſem Epiſcopum omni affectione, quid ad eum prædicta loca pertinerent, diſcuſſit. Tunc demum præfatus Ubertus Epiſcopus eadem loca ſuæ ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ, ſibique quarundam ſcriptionum titulo ex quorundam prædeceſſorum ſuorum Epiſcoporum parte deveniſſe profeſſus eſt. Enim vero dominus Archiepiſcopus Uberto Epiſcopo ſuggeſſerunt, quatenus prædicti amore, præſentiaque Domini Metropolitani, ſuorumque ſociorum,*

(1) Hanc memoriam explicat Malvaſia in Marm. Felſin. ſect. 4. cap. 9. eamque, prout ſequitur, refert: *Humilibus vota ſuſcipe Domine DD. Noſtris Liutprante & Ilprante Regibus, & D. Barbatu Epiſcopo S. Eccleſiæ Bononienſis. Hic in honorem loci religioſi ſua præcepta obtulerunt, unde nunc vas impleatur in cœnam Salvatoris Domini; & ſi qua munera hæc minuerit, Deus requiret.*

(2) Petrus ille nonniſi Joanne ad ſummum Pontificatum evecto potuit in hac cathedra ſediſſe; ideoque non ante an. 914. vel ſaltem circa finem 913. Ughellus vero in Ravennatibus ad eam ſedem translatum affirmat anno 913.

A *rum , & fratrum , prædictum Bononienſem Epiſcopum non jure fori ventilaret , ſed potius illius Epiſcopio diligentiam adhibens , res omnes illas , de quibus ſuper eum hactenus querebatur , Bononienſi Eccleſiæ , ipſique Uberto Epiſcopo legaliter reputaret ; & ut ille Uberto Epiſcopo , ſuaque Parmenſi Eccleſiæ ab hoc proprietario jure Plebem S. Mariæ de monte Bello concederet , & in duobus locis tornaturas vinearum triginta , videlicet in primo loco juxta monaſterium S. Iſaje vineam unam , quæ tribus viis publicis circumdatur , quarto latere coharet terra Gauſipigæ , alteram vero prope monaſterium S. Joannis ſitam , quæ ſimiliter tribus viis publicis circumdatur , quarto latere coharet terræ, quam detinet Dominicus filius Petri Britonis , necnon & terrulam jugerum decem in finibus ipſius Parmenſis Epiſcopii jacentem , molendinumque cum fullone pariter ſuper ſe habentem , unanimiter omnes decreverunt . Quorum quibus conſultibus ambo , tam Ubertus Parmenſis Epiſcopus , quamque Albertus Bononienſis acquieſcentes , prout præſcriptum eſt , alternatim unum alteri in eorum præſentia conceſſit : ſicque* B *in eadem Synodo ſancta definitum eſt , ut poſt hac a nemine illorum , ſuorumque ſucceſſorum replicetur. Sin autem quiſpiam illorum deinceps , temerario auſu hanc canonicam , Synodalemque cenſuram tranſgredi quoquo modo tentaverit tam Ubertus Epiſcopus , quam Albertus , ſuique etiam ſucceſſores , decrevit ſancta Synodus libras centum auri ut violator injuriam patienti componat ; hæc tamen decreti pagina in ſuo vigore conſiſtat . Itaque pari conſenſu tam dominus Archiepiſcopus , quamque omnes prætaxati Epiſcopi ſanxerunt , quatenus hæc Synodalis inſtitutio in perpetuum inconvulſa permaneat , & ut ab omnibus præſentibus videlicet , & futuris firmius obſervetur , huic ſubſcripſerunt .*

Honeſtus Dei nutu ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ Metropolitanus Archiepiſcopus huic diffinitioni interfui , definiens annui , & ſubſcripſi .

Joannes Epiſcopus S. Corneliæ Eccleſiæ in hac diffinitione interfui , & ſubſcripſi .

C *Gerardus Epiſcopus S. Faventinæ Eccleſiæ huic diffinitioni interfui , & ſubſcr.*

Albertus Epiſcopus ſanctæ Bononienſis ſubſcripſi , huic diffinitioni interfui .

Cæterum Albertus haud temnendam partem bonorum ſui Epiſcopatus in Canonicos contulit. Cujus donationis confirmationem obtinuit , privilegiique Leonis V. à Joanne XIII. Pontif. tum ab Othone Imperatore an. 969. quæ privilegia tametſi a Sigonio relata , hic exſcribere nos non piguit .

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei .

Cum ego Joannes Sanctæ , & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ XIII. Papa reſiderem in Ravennate civitate , una cum meis , & Italicis Epiſcopis , adfuerunt præſentiæ noſtræ religioſi presbyteri , & diaconi S. Bononienſis Eccleſiæ , ac pro univerſo clero canonicæ congregationis humo proſtrati , noſtros oſculantes pedes obtulerunt epiſtolam tuitionis ſanct. rec. Domini Leonis V. Papæ , ut nullam donationem , vel redditum publicum facerent . D *Unde compuncti divina miſericordia ad eorum petitionem commodavimus ſenſum , & ideo a præſenti decima indictione omnibus ducibus , marchionibus , comitibus , judicibuſque , & univerſo populo a magno uſque ad parvum in Bononienſi oppido commorantibus , dilectis fidelibus noſtris notum eſſe volumus , ut omnes Bononienſis Eccleſiæ filii , id eſt ſacerdotes , & levitæ , ſeu cunctus clerus ingeſſerunt noſtro Apoſtolatui vim , ac violentiam perpeti in ſuis facultatibus , & rebus , & poſſeſſionibus , & publica ab illis exigi ſervitia , tam in Eccleſiaſticis , quam in ſuis mobilibus , & immobilibus ſubſtantiis : quod contra omnium ſtatuta ſanctorum Patrum , & canonicam auctoritatem eſſe cerneretur . Quare illorum calamitatibus condolentes , per has noſtras literas omnino interdicimus , & prohibemus , eorum nihil ab eis , vel ſucceſſoribus illorum exigi ab aliqua magna parvaque perſona , quæ illis jure , & legaliter compertum . Inſuper interdicimus , ut nec portaticum , neque ripaticum , aut teloneum , ſive oſtaticum , neque paratam , vel ſacramentum , quod dici nefas eſt , faciant . Sed ſine aliquorum hominum publicas ibi gerentium actiones perturbatione , atque moleſtia perſiſtere ſecuri , quietique nullam ſuſtinentes violentiam in ſuis facultatibus , vel omnibus rebus , tam mobilibus , quam immobilibus , tam de ſuis propriis , quam etiam de eccleſiaſticis , ſed in Dei ſervitio , & laudibus quieti , & pacifici perſeverent , quatenus pro nobis , & cuncto populo Chriſtiano ſecuri Dominum quotidie exorent . Datum 18. Kalen. Maji , Pontificatus noſtri anno 2. Othonis Imperatoris an. 6. indict. ſupraſcripta .*

48 CLEMENS Alberto ſucceſſit an. 990. L.

49. JOANNES cum in Bononienſi throno ſederet , contagioſa lues civitatem illam funeribus , luctuque complevit . Igitur cum ab Nonantulano Abbate ſanctorum Syneſii , & Theopompi corpora obtinuiſſet , ſolemni ſupplicatione illa circumtulit , luemque reſtinxit an. 1006. Sed non ſemel eadem ſanctorum corpora graſſanti contagio medicinam fecerunt . Papiam etiam delata ſerpentem morbum divinitus jugularunt ; a qua viciſſim civitate argenteas capſulas retulere , quibus eorundem capita honorificentius concluduntur . („ *Anno* „ *997. interfuit Joannes Concilio Ravennati ſub Ger-* „ *berto Archiep.*) LI.

50. FURGERIUS , ſive Frugerius Epiſcopus Bononienſis adlectus eſt circa annum 1015. Hujus Epiſcopi temporibus , tres alii deſignati Epiſcopi , tamquam coadjutores , Bononiæ morabantur , Adelfredus , Joannes , & Lambertus , ut ſcribit Sigonius . Frugerius autem tranſtulit corpora SS. Agricolæ , & Vitalis ad Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ 5. Non. Martii. Anno vero 1034. Epiſcopali munere volens abivit . LII.

51 ADELFREDUS ex coadjutore Bononienſis Epiſcopus effectus eſt anno 1034. [a] Hic ubi Bononienſis Eccleſiæ adminiſtrationem ſuſcepit , clerum ad puriores mores traduxit , Canonicoſque certo numero definivit , tertia parte decimarum , oblationumque eiſdem attributa , ut ex ſequenti monumento colligitur . LIII.

[a] Hic anno 1032. die 16. Martii interfuit teſtis judicio cuidam Bonifacii Marchionis habito Ferrariæ, & relato à Muratorio In Expoſit. Jurium Imper. & Eſten. in cauſa Comaclen. pag. 362.

Adelfredus ſervus ſervorum Dei Sanctæ Eccleſiæ Bononienſis Epiſcopus .

Cum ego diebus noctibuſque in corde meo meditari cœpi , . . . de peccato commiſſo rationem redditurus eſt Domino in die judicii : id ipſum enim in corde meo deprecare cœpi . . . gnatur fuiſſe e cœlo . . . & quemadmodum mihi Epiſcopale nomen , ſic dignatus fuiſſet mihi concedere adjutorium , atque conſilium ſuæ ſanctæ benedictionis , quandoquidem venturus , & in judicio rationem reddere . . . tam de me , quam meis ovibus mihi commiſſis , ut ei autem dicere audeam : O Domine tuas oves , quæ mihi a te ſunt traditæ , ego enim feci , quod juſſiſti curando , ut ego reſponſum ab eo recipere merear . O bone ſerve , & fidelis , quoniam fuiſti fidelis ſuper parva , ego te conſtituam ſuper multa . Ideo autem in gaudium Domini intra . Non deſi . . . optimo auxiliante eodem audire tunc beatiſſimam vocem . Quapropter ſæpiſſime cogitavi , quomodo ſtatum , & honorem hujus ſanctæ Eccleſiæ in melius firmaremus : quod me proculdubio facere oportebat pridem ; inſpirante clementia divina , juſtum , & rationabile viſum eſt , ut ſecundum canonum normam noſtram ordinaremus Eccleſiam , quæ indiſcrete , & confuſe habebatur propter clericorum enormitatem . Quoniam ſanctorum Patrum decreta ſpecialiter jubent , ut in unaquaque Eccleſia clerici ordinentur ſecundum ejuſdem Eccleſiæ facultatem , quatenus Eccleſiæ ſervientes clerici de eadem Eccleſia vivere , & ſuſtentari honeſte canonico jure debeant , ſicut legitur : Qui altari miniſtrat , de altari vivere debet : quod in noſtra Eccleſia nullatenus tenebatur , ſed clericorum numerus ita excreverat , ut ſacer ordo vileſceret , & divinum officium omnibus in negligentiam caderet . Quo circa favente Chriſti gratia placuit , & juſtiſſimum viſum eſt , ut hujuſmodi errorem , & utilitatem penitus abdicaremus . Ideoque pro ſalute animæ meæ hoc decretum illis canonicis facere curavi , qui ſubterſcribuntur , numero quin-

qua-

Digitized by Google

quaginta. Omnibus pateat præſentibus, & futuris, quod ſecundum hoc decretum in noſtra Epiſcopali Eccleſia quinquaginta canonicos ſtatuimus, & ordinamus, qui ejuſdem Eccleſiæ officium compleant, quorum nomina hæc ſunt, Petrus Archipresbyter, Joannes presbyter cantor, Leo presbyter, Joannes presbyter, Torellus presbyter, Joannes presbyter, Leo presbyter, Martinus presbyter, Florus presbyter, Martinus presbyter, Dominicus presbyter, Leo presbyter, Bononius presbyter, Thenzo Archidiaconus, Hugo diaconus, Daniel diaconus, Atho diaconus, Gherardus diaconus, Clariſſimus diaconus, Petrus diaconus, & alter Petrus diaconus, Joannes diaconus, Samuel diaconus, Petrus diaconus, Adulfus diaconus, Leo diaconus, Petrus ſubdiaconus, Hubertus ſubdiaconus, Rolandus ſubdiaconus, Joannes ſubdiaconus, Carbo ſubdiaconus, Joannes ſubdiaconus, Vido ſubdiaconus, Leo ſubdiaconus, Apto ſubdiaconus, Joannes ſubdiaconus, Petrus ſubdiaconus, Ruſticellus ſubdiaconus, Leo ſubdiaconus, Urſo ſubdiaconus, Petrus clericus, Raynerius clericus, Lambertus clericus, Paganus clericus, Joannes clericus, Acto acolytus, Hildebrandus clericus, Hugo clericus, Rodulphus clericus, Thenzo clericus. Supradictiſque canonicis, eorumque ſucceſſoribus pro ſalute animæ meæ, quatenus ipſi, & ſucceſſores eorum pro me Deum exorent, concedo, & firmiter annuo tres partes decimarum totius iſtius Plebis, ſcilicet S. Petri Epiſcopatus cum omnibus primitiis, & offerſionibus vivorum, & mortuorum & quidquid in ſancta Epiſcopali Eccleſia offertur, ſeu in altari ponitur, vel in pavimento locatur, excepta quarta portione tritici, & vini, quam in mea poteſtate reſervo. Inſuper hoc quoque meæ poteſtati & ſucceſſorum meorum reſervo, ut ſi de ſupradicto numero clericorum aliquis obierit, ego vel ſucceſſores mei in loco defuncti alium inſtituant cum concilio archipresbyteri, archidiaconi, aliorumque fratrum cum laudatione. Quin etiam ſupradictis canonicis, & ſucceſſoribus eorum jure canonum trado, & obnixe annuo, quidquid ſupra legitur in perpetuum habendum, tenendum, poſſidendum ſine omni impedimento. Si aliquo vero tempore vel ego, vel ſucceſſores mei inſtigante diabolo hoc decretum frangere voluerint, ſciant ſe compoſituros eſſe ſupradictis canonicis, atque ſucceſſoribus eorum optimi auri libras quinque, & anathematis vinculo innodati cum Juda traditore perpetuo maneant: qui vero pio intuitu fidelis cuſtos hujus noſtri decreti extiterit, benedictiones ab omnipotenti Deo conſequi mereatur.

Actum Bononiæ an. Dominicæ incarnationis 1045. *Gregorii ſummæ ſedis Pontificis anno videlicet primo, regnante Henrico filio Conradi Imperatoris anno ſexto menſis Auguſti in domo epiſcopatus Bononienſis indiction.* 13.

† *Adelfredus Epiſcopus mea manu ſcripſi, præſentibus Adalberto filio Athoni, cum tribus filiis ſuis, Atho, Adalberto Borelo, Petro Bonici, Ruſticello, & Carbone conſobrini de Caſſianis, Tuſculo Bruto ſic ſupraſcripſi, &c.*

† *Ugo vicedominus mea manu ſcripſi.*

† *Tegrinus manu mea ſcripſi.*

† *Almericus manu mea ſcripſi. Rogatis teſtibus ego Verardo filio Uvezo manu mea ſcripſi.*

† *Petrus judex ſacri Palatii rogatus . . . ſic ſupraſc. me teſtis.*

† *Gerardus filius Vvillelmi manu mea ſcripſi.*

† *Alberigus filius q. Traſulfi mea manu ſcripſi.*

† *Ugo de Aleromo manu mea ſcripſi.*

† *Petrus qui vocatur Bono barone, filius Joannis de Urſo, me teſtis ſupraſc.*

† *Ego Angelus, filius Acto Brito, me teſtis ſupraſcripſi.*

† *Ego Petrus filius q. Joannis not. rog. me teſtis ſupraſcr.*

† *Ego Daniel filius Petri Bonicime teſtis ſupraſcr.*

† *Ego Petrus filius Petri Bonicime teſtis ſupraſcr.*

† *Ego Rofredo, filius q. Athoni de Caſſianis me teſtis ſupraſcr.*

Scriptum hoc decretum per manum Gerardi diaconi primicerii, notarii ſanctæ Bononienſis Eccleſiæ rogatus a dicto domino Adalfredo Epiſcopo ſic ſuppl. poſt roborato, ac teſtibus tradito vidi, complevi, & dedi.

Anno 1047. conſecravit Eccleſiam ſanctæ Luciæ in montibus, adſtantibus Joanne, Lambertoque ſuis coepiſcopis, & coadjutoribus. Anno vero 1059. alia item bona ſuis Canonicis dilargitus eſt. Arbitrantur nonnulli hunc illum eſſe Epiſcopum, qui aliquot divenditis Latifundiis, ſuburbaniſque prædiis divinitus lingua captus eſt, ut ad Bonifacium Cardinalem ſcribit Divus Petrus Damiani, ſeptennique linguæ carentia, paralyſique miſere tortus narratur.

52. Hic LAMBERTUM excepit, paulo ante in Epiſcopatus munere coadjutorem anno 1060. LI V.
Concilio Mantuano interfuit nomine Alexandri Papæ II. an. 1064. In hujus Epiſcopi gratiam ſeptimus Gregorius Pontifex hac ſubjecta bulla omnia privilegia a ſuis olim anteceſſoribus Bononienſi Eccleſiæ dilargita confirmavit, rataque habuit.

Gregorius Servus ſervor. Dei.

Notum omnibus fieri volumus, quod reverendiſſimus Lambertus civitatis Bononienſis Epiſcopus Romam veniens viſitare Apoſtolorum Limina, oſtendit nobis munimina, & inveſtitiones factas ab anteceſſoribus noſtris, id eſt Agapito, & Pelagio, & Gregorio, Dialogo, & Formoſo Apoſtolicis de rebus ſuæ Eccleſiæ. Proinde inclinati precibus ejus concedimus, atque confirmamus ſuæ Eccleſiæ, ſalvo in omnibus jure, & Romanæ Eccleſiæ privilegio, monaſterium S. Michaelis Archangeli poſitum in fundo paterno cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis, atque concedimus curtem de Brento, cum ſervis, & ancillis, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Seu donamus monaſterium S. Mariæ ſitum in Maſſa, quæ vocatur monte Pulenſe, quam Joanninus Imperator tradidit Bononienſi eccleſiæ cum curte ibique tenente, quæque nominatur Aurelia, cum montibus, qui in circuitu præfati monaſterii poſiti ſunt, & curtem aliam, quæ vocatur Bombiania cum caſulibus, & pertinentiis ſuis, & montem, qui vocatur Canallorum, & concedimus portum, qui cognominatur Galliana cum ripatico, & teloneo, & paludibus, & piſcariis, & ſilvis, & cum omnibus rebus, quæ ad ipſum pertinere dignoſcuntur, & duas curtes, & unam, quæ nominatur curtis major, & aliam, quæ dicitur minor, poſita infra plebem, quæ dicitur Boida. Inſuper & damus monaſterium S. Anaſtaſii fundatum in fundo Petriculo cum portu, & teloneo, & ripatico cum ſilvis, & venationibus, cum paludibus, & cum omnibus, quæ ad curtem, quæ vocatur Petriculo, & ad Præfatum monaſterium pertinere videntur: nec non & curtem, quæ vocatur Cellula juxta flumen, quod vocatur Savena, cum olivetis, vineis, campis, ſilvis, famulis, colonis, & cum omnibus ſibi pertinentibus, & ibique non longe fundum Venetiæ integrum, quod ſociorum vocatur, pertinentem ad ipſam curtem, atque curtem in Panigale, quæ continet in ſe tres fundos terrarum, & vinearum, quæ hoc nomine vocantur Candidatis Puloſia, & Griſinelli, & monaſterium S. Proſperi ſitum in ſupradicto loco, qui vocatur Panigale, & curtem, quæ dicitur Cumo cum omnibus ſuis pertinentiis, & monaſterium S. Martini in Pojo cum curte, & omnibus ſibi pertinentibus, & monaſterium S. Petri in Strata, & monaſterium S. Mariæ in Strata, cum omnibus ſuis pertinentiis, & monaſterium S. Petri cum curte, quæ vocatur Nuriſatico, & omnibus ſuis rebus, & monaſterium S. Martini in Caſalichio cum omnibus ſuis pertinentiis. Atque donamus fraternitati tuæ portam in Civitate Bononiæ, quæ communi nomine dicitur S. Petri, & ſtratam quæ nominatur Salaria cum ſtratico, & cum omni reddito, quem antiquitus perſolvere ſolent ipſi homines, qui per prænominatas ſtratas ire, vel redire ſoliti ſunt. Commonemus quoque, ut ſtatuto tempore præfatum redditum abſque negligentia perſolvere ſtudeant, & monaſterium S. Mariæ, quæ nominatur Major, cum omnibus ſuis pertinentiis, cum caſa ſalariata infra civitatem Bononiæ, quæ eſt juris ipſius monaſterii, & monaſterium S. Columbani confeſſoris cum omnibus ſuis rebus, & monaſterium Ss. Martyrum Gervaſii, & Protaſii cum omni-

bus

bus ſuis rebus: & monaſterium S. Thomæ Apoſtoli ſitum ante portam S. Petri cum omnibus ſuis rebus: & monaſterium S. Joannis Evangeliſtæ fundatum in monte, qui vocatur Oliveti, cum omnibus ſuis pertinentiis. Similiter concedimus monaſterium S. Stephani, quod vocatur Hieruſalem, & quod D. Petronius ædificavit ad uſum ejuſdem Eccleſiæ & cum mercato S. Joannis Baptiſtæ ibique tenente. Seu confirmamus, atque ſtabilimus curtem, quæ nominatur Milonis, cum portu, & ripatico, & teloneo, & mercato, & ſilvis, & venationibus, & cum paludibus, & piſcationibus, & cum ſervis, & ancillis, & cum omnibus ad ſe pertinentibus. Similiter concedimus cuncta prædia, & poſſeſſiones, monaſteria videlicet, & plebes, & Eccleſiæ Baptiſmales, caſtella, villas, Abbates, monachos, presbyteros, Diaconos, clericos, literatos, & illiteratos, ſervos, & ancillas Dei, atque diaconiſſas, famulos utriuſque ſexus, & homines omnes ſuper terram prædictæ Eccleſiæ Bononienſis reſidentes, ut in tua, tuorumque ſucceſſorum ſint poteſtate, & defenſione infra terminos, & confinia Epiſcopatus Bononienſis, ſicut eſca flumine, quod dicitur Gabana, & rivus qui Sabloſolus vocatur, & ſtrata, quæ Ungariſta dicitur atque ad Stalogalam, & locus, qui vocatur Culce, & flavius, qui dicitur Leo, & alius, qui vocatur Mazza. Similiter concedimus præfatæ Eccleſiæ curtem, quæ dicitur Maxamaticum cum rebus, & poſſeſſionibus, cunctiſque pertinentiis. Hæc omnia, quæ ſuperius leguntur, quæ præfata Eccleſia nunc juſte tenet, vel deinceps acquiſitura eſt, tam tibi, quam cunctis, qui in eo, quo es ordine, loco ſucceſſerint, vel eis, quorum intereſſe potuerit, in perpetuum reſervanda decernimus.

Dat. 10. Kal. Aprilis per manum Petri S. R. E. presbyteri Cardin. ac Bibliothecarii an. primo Pontificatus D. Gregorii VII. Papæ, anno 1073. indict. XI.

LV. 53 SIGIFREDRUM deinde natione Germanum in Bononienſem ſedem Henricus Imperator III. ſimoniace intruſit anno 1074. cujus nefarii facti Septimus Gregorius admonitus, intruſum ad Romanum citavit Concilium; contumacem vero, ac reluctantem, honore, auctoritateque Epiſcopatus expoliavit; tum vero a fidelium etiam communione amovit, cum per quinquennium contra Pontificem ſe contumaciſſimum præbuiſſet. Haud ideo tamen reſipuit, ſed ſcelus novo ſcelere addens, Gregorii Pontificis inimicis acceſſit, ſimulque cum Horberto Mutinenſi Epiſcopo Gibertum. Archiepiſcopum Ravennatem ab eodem Henrico intruſum Antipapam creavit anno 1079.

LVI. 54. GERARDUM Gregorius deinde Pontifex, dejecto Sigifredo, ſuffecit. Tametſi autem reperiatur quidam Petrus eodem tempore Bononienſium fuiſſe Epiſcopus, ne tamen Præſulum ſeries confundatur, aſſerendum eſt, vel illum fuiſſe Epiſcopum deſignatum, vel a Cæſarianis in odium Pontificis fuiſſe intruſum, poſt Sigifredi exceſſum.

LVII. 55. BERNARDUS paulo ante Bononienſis Canonicus, ex cleri ſuffragio evaſit ad ſedem an. 1083. Hujus Epiſcopi tempore, canonicam S. Mariæ ad Rhenum ædificarunt Regulares Canonici S. Auguſtini, unde poſtea inſignes, doctique viri prodiere: indeque factum exordium congregationi Rhenanæ, eo tempore regularis canonicæ vocatæ. Conſecravit Bernardus confeſſionem S. Luciæ, ac S. Roffeni, præſentibus Gerardo, Victore, atque Henrico deſignatis Epiſcopis Bononienſibus. Deceſſit an. 1104. Sepultuſque eſt in cathedrali, his verſibus leoninis ex more illius ætatis condecoratus.

Vir jacet hic magnus, Bernardus mitis ut agnus:
Ordine canonicus, dogmate catholicus:
Eccleſiæ murus, fidei certamine durus.
Schiſmaticis laqueus extitit, & gladius.
Paſtor eras juſtus, linguæ probitate venuſtus,
Gloria catholicæ ſedis Apoſtolicæ.
His opibus vanis pro Chriſto factus inanis
Diſplicuit regi, vel proprio generi.
In Cœna Chriſti, vitæ dum defuit iſti,
Additur in Cœlis, cœtibus Angelicis.
Qui vivis, plora; ſurſum tranſire labor.:
Mente piæ matris, quæſo, memento patris.
Tranſierat Phœbus terquinis unde diebus
Menſe ſub Aprili, petiit cum ſidera Cœli
Centenus quartus Domini milleſimus annus.

56. VICTOR civis Bononienſis Bernardo ſucceſſit 1104. cujus paulo ante fuerat coadjutor. Creditur enim Gerardus hoc in tempore deceſſiſſe. Ad hunc litteras dedit Paſchalis II. Pontifex cap. pervenit. 16. quæſt. 11. E vivis exemptus eſt 1130. LVIII

57. HENRICUS jam deſignatus Epiſcopus in ejus locum ſuffectus eſt 1130. corpus S. Petronii integrum a ſe inventum tranſtulit ſolemni pompa 1141. Eccleſiamque S. Chriſtinæ conſecravit. Diem poſtremam obiit 1145. Quo Præſule monachi Ciſtercienſes a Bononienſibus in Abbatia S. Mariæ de Strata recipiuntur, illic a S. Bernardo Clarævallenſi Abbate deſtinati. Abbatiam olim fundavit Bernardinus Buccaferrus Bononienſis anno 994. pro Benedictinis monachis. Hodie, ut fert humana conditio, nobile cœnobium a fundamentis pene dirutum, ac deformatum non ſine bonorum mœrore ſpectatur. Redditus a Sixto V. perpetuo Montis alti collegio a ſe constructo fuerunt adjuncti. LIX.

58. GERARDUS civis Bononienſis, ex canonico regulari S Joannis in Monte, ad Bononienſem ſedem ſubvectus eſt 1145. ab Eugenio III. & omnium privilegiorum confirmationem obtinuit; eidemque in emphyteuſim dedit Anaſtaſius IV. omne territorium, quod paulo ante Romana Eccleſia in Bononienſi agro poſſederat. Alexandri III. veri Pontificis partes ſecutus eſt, annoque 1161. ſe Epiſcopali munere abdicavit, deceſſitque 1165. 6. id. Auguſti. Poſt cujus ceſſionem Bononienſis Epiſcopus adlectus eſt Ildebrandus Craſſus de Guarinis Bononienſis presbyter Cardinalis ad titulum SS. Apoſtolorum, tametſi electoribus non ſit aſſenſus. Tempore hujus Gerardi, quidam Samuel reperitur fuiſſe Bononienſis Epiſcopus anno 1157. ſive quia jam deſignatus erat, ſive quia ex ſchiſmate ad eam ſedem obrepſerat. Cæterum Gerardi tempore Gratianus monachus Cluſinus floruit, is ille qui jus canonicum compoſuit, cui decretale Gratiani titulum appoſuere. LX.

59. JOANNES Bononienſis ex Canonico Regulari S. Joannis ad hanc ſedem aſcendit 1161. Hic Cathedralem reſtauravit, quæ ex immani incendio deflagraverat. Laterano Concilio ſub Alexandro III. interfuit 1179. annoque præcedenti conſecraverat Eccleſiam S. Victoris, ut ex ſequenti inſcriptione perſpicitur. LXI.


A.D. MCLXXVIII. 3. Non. Martii.
D. Jo: Epiſcopus Bonon. conſecravit iſtam Eccleſiam, & altare majus ad honorem Beatiſſimi Victoris Martyris, & aliud altare à Septemtrione ad honorem B. Jo: Baptiſtæ, & aliud à meridiano ad honorem S. Laurentii, quæ duo altaria tranſlata in interiori parte Ecc. conſecrata, & intitulata fuerunt ut ſupra per Benedictum Epiſcopum Aſſiſii MCCCCXXVII. die xx. Auguſti.

Deceſſit autem Joannes 1188. Id. Januariis, ſepultuſque eſt in nova Baſilica ab ipſo conſecrata, ut inſcripta columna ejuſdem confeſſionis ejuſmodi verſibus docet.


Joannis corpus Præſulis hic eſt, quem ſummus Dominus faciat conjungere ſanctis.

60. GERARDUS Giſela [a] Bononienſis ex Archidiacono Cathedralis Epiſcopus adlectus eſt 1188. Hic primus fuit, qui ab Henrico VI. Imperatore Principis Romani imperii titulum tulerit. Potentioris factionis Epiſcopus fuit, ſuæque civitatis Prætura functus eſt 1192. Deceſſit vero 1198. 7. Id. Novembris. LXII.

[a] Al. Ghiſelli.



XIII 61. GERARDUS Areoſtus Bononienſis Gerardo Giſelæ ſucceſſit 1198. Hic xenodochium ædificatum à Griſonibus In honorem D. Bernardi in vico S. Margaritæ conſecravit; renovavitque donationem Canonicis factam 1206. Ætatem extendit uſque ad an. 1213. eoque munere ſe exſolvit.



XIV 62 HENRICUS à Fratra Bononienſis ex Canonico S. Victoris, clero ſuffragante, ad hanc ſedem ſubvectus eſt an. 1213. Hic in bonis numeratur Paſtoribus, Eccleſiaſticæ juriſdictionis propugnator egregius, ob quam cum ſuis civibus plures lites contraxit, exercuitque. An. 1220. à Friderico Imperatore ſequens ampliſſimum retulit privilegium, quo omnia jura Bononienſis Eccleſię rata habentur.

Iule In- ſtere fu- cauſa ijura- nis itra Ar- ep. Ra- 3. man- Hono- s ill. c. 11. de cogen. noverit. ſent. com.

In Nomine S. & individuæ Trinitatis Fridericus II. divina favente Clementia Roman. Imperator ſemper Auguſtus, & Siciliæ Rex glorioſus in perpetuum.

Imperialis majeſtatis decet eminentiam juſtis fidelium ſervorum deſideriis benignam ſe præbere, & commodam, illorum propenſius vocibus aures ſerenitatis ſuæ accomodans, quorum devotionem lucidam, & fidem præclaram in dies commendant obſequia. Inter quos dilectum fidelem principem noſtrum Henricum venerabilem Bononiæ Epiſcopum præcipuum reputamus, cum ſuæ honeſtatis, & conſpicuæ devotionis certa nobis clareſcant indicia. Ideo propter ea præclara ſervitia, quæ nobis, & imperio intrepide exhibuit, & in poſterum creditur exhibiturus, imperiali magnificentia concedimus, & confirmamus eidem Epiſcopo, & Eccleſiæ Bononienſi, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum bonos uſus, & conſuetudines, quos, & quas Eccleſia Bononienſis habuit. Concedimus quoque, damus, & confirmamus præfato Epiſcopo, & Eccleſiæ Bononien. ſuiſque ſucceſſoribus plenam juriſdictionem omnium caſtrorum, & locorum ejuſdem Epiſcopii, & Eccleſiæ Bononien. & nominatim Caſtri S. Jo. in Perſiceto, & ejus curtis, & pertinentiæ: Caſtri Epiſcopi, & ejus curtis: montis Caballorii, & ejus curtis: Caſtri Unciolæ, & ejus curtis, & pertinentiæ: Rocchæ Badali, & ejus curtis: Argilis, & ejus pertinentiæ: Caſtri Maxumatici, & ejus curtis, & Podii de Maxumatico: Caſtri Puglioli, & ejus curtis: Caſtri Flexi, & ejus curtis: Caſtri Ungiani, & ejus curtis. Item concedimus, & confirmamus, quod idem Epiſcopus Bononienſis, & ſucceſſores ſui, terram Centi cum curte, & pertinentiis

A *ſuis liberam, & exemptam integram de cætero habeant, teneant, & poſſideant cum omni juriſdictione civili, & criminali diſtrictus, & honore, ſicut eam nunc habet, tenet, & poſſidet, liberam, & exemptam, & prædeceſſores ſui habere, & tenere conſueverunt: ita quod nulla perſona, vel civitas Bononiæ, ſeu quæcumque alia civitas, vel commune fodrum, vel collectam, vel aliquam exactionem ibi facere, vel imponere præſumant in ea; in omnibus ſiquidem caſtris, & locis prædictis, ac terris, & earum pertinentiis, & habitationibus per præfatum Bononien. Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores habere, & exercere volumus, & ſancimus plenam juriſdictionem in placitis, bonis, & cæteris, quæ pertinent ad juriſdictionem civilem, & criminalem, non obſtante privilegio à nobis communi Bononiæ conceſſo, cum per illud non intelleximus auferre, vel diminuere jura Bononien. Eccleſiæ; nec obſtare volumus privilegium à Sereniſſ. avo noſtro Friderico invictiſſimo Romanorum Imperatore civitatibus ſocietatis Lombardiæ apud Conſtantiam conceſſum: nec etiam ſtatuta*
B *communis Bononiæ obſtare volumus ſupradictis. Concedimus Epiſcopo, & Eccleſiæ Bononien. portum Laveratici cum Portunatico, & decurſus aquarum, & alveos fluminum in omnibus locis, & terris prædictis: ſpecialiter regalias, & armarias, quæ, & quas in caſtellis, & locis ſuis, & in eorum pertinentiis habet; & ut liceat ei, ſuiſque ſucceſſoribus cauſas Bononien. Eccleſiæ omnes per ſyndicum peragere, non præſtito juramento calumniæ ab ipſo Epiſcopo; ita quod alius contra eum hoc jure uti non poſſit, nec adverſarius nulla lege obſtante. Adiicientes etiam concedimus S. Bononien. Eccleſiæ, ut nulla præteriti temporis præſcriptio ab hoc noſtræ conceſſionis decreto eidem Eccleſiæ obiici poſſit, niſi 100. annorum: & deinceps poſſeſſiones, actiones, & jura, ſeu juriſdictiones ejuſdem Eccleſiæ nonniſi ſpatio 100. annorum præſcribantur; & Eccleſiaſticæ perſonæ, & Eccleſia Bononiæ diœceſis plena gaudeant, atque fruantur libertate, & pace; vel ut nec ad angarias, vel per angarias, vel alias operas, ſed nec ad collectam, vel exactionem aliquam quovis nomine cenſeantur; nec*
C *per aliquem noſtrum miſſum, aliamve majorem, vel minorem laicalem perſonam, ſeu per commune Bononiæ compellantur curare ad breve communis Bononiæ, vel ſequimentum Poteſtatis, aut in cavalcatam, vel exercitum ire, cum oporteat eas circa ſervitia dominorum ſuorum intendere. Statuimus inſuper, quod ſecularis judex de Eccleſiis, & clericis, & Eccleſiaſticis perſonis prædictæ diœceſis, ac rebus eorum judicare, vel diſponere non præſumat civiliter, vel criminaliter, niſi quatenus Canones ſacri permittunt. Præterea privilegia, & conceſſiones, & quodcumque anteceſſores noſtri Reges, ſive Romanorum Imperatores, etiam ſummi Pontifices, ſeu alia Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona, ſeu terrarum communia præfatæ Bononien. Eccleſiæ, ejuſque Præſulibus donationem, venditionem, conceſſionem, aut alio quovis titulo contulerunt, imperiali magnificentia confirmamus, & privilegii noſtri auctoritate communimus. Alienationes vero, venditiones, & alias conceſſiones factas à prædeceſſoribus præfati Epiſcopi de rebus prædictæ Eccleſiæ contra legiti-*
D *mas, & canonicas ſanctiones in damnum, & præjudicium Bononien. Eccleſiæ irritamus, & decernimus non valere. Concedimus quoque, & mandamus, quod Poteſtas, & commune Bononiæ in eorum diſtrictu pro bannitis habeant, quos Epiſcopus Bononien. de ſuis terris bannierit, nec eis alii aliquam defenſionem præſtent, donec in banno Epiſcopi erunt. Inſuper Epiſcopum præfatum & Eccleſiam Bononienſem cum omnibus ad Epiſcopatum Bononiæ pertinentibus ſub noſtra Imperiali protectione ſuſcipimus. Statuimus ergo, & noſtra imperiali auctoritate ſancimus, quod nulla omnino perſona alta, vel humilis, Eccleſiaſtica, vel ſecularis, nullumque commune hoc noſtræ majeſtatis privilegium audeat violare, nec aliquibus calumniarum injuriis, ſeu damnis occaſione ſtatuti, vel conſuetudinis civitatis attentare præſumat. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis ſuæ componat 200. libras puri auri, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam partem Epiſcopo, & Eccleſiæ Bononienſi. Ad cujus rei certam in poſterum*

evi-

Digitized by Google

evidentiam præſentem exinde paginam conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Bertholdus Aquilejenſis Patriarcha, Sigifridus Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus &c.

Signum inviƈtiſſimi D. noſtri Friderici II. Romanorum Imperatoris divi Auguſti, & Regis Siciliæ.



Ego Corradus Spirenſis, & Metenſis Epiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius vice D. Engemberti Colonien. Archiep. & totius Italiæ Archicancel. recognovi.


Acta ſunt hæc an. Dom. Incarn. 1220. imperante D. noſtro glorioſo Friderico Romanorum ſemper Auguſto anno imperii ejus 1. Datum per manum Henrici de Tanna Imperialis Prothonot. in monte Malo prope urbem 7. Kal. Decemb. Ind. 9.

Collapſum pene tectum Cathedralis ex antiquitate reparavit Henricus, ampliavitque Palatium, cenſuſque adauxit, viriliterque ſe geſſit in omnibus. Hic illa duo lumina Sanctimoniæ, ac voluntariæ paupertatis, S. Dominicum ſcilicet, ac S. Franciſcum, numeroſiſſimæ prolis fœcundiſſimos Patriarchas, Bononiæ excepit, quorum in primis Dominicus inſigne illud ibi conſtruxit cœnobium, primaque generalia comitia celebravit, relicturus etiam ibidem mortales exuvias, dum vita excederet. Franciſcus verò ibidem maximo cum animarum fructu monaſterium plantavit, cui poſtea de nomine Sancti fecere cognomen. Henricus igitur poſt ſapienter, ſanctèque Bononien. adminiſtratam Eccleſiam 27. annos, eo munere libens, volenſque ſe abdicavit, ut ſibi ipſi ſepulchro propiori ſtuderet. Paulo poſt deceſſit 1240. pridie Kal. Junii: ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Victoris.



LXV. 63. OCTAVIANUS a Ubaldinus Florentinus ex Archidiacono Bononienſi, Capellano, ac Subdiacono Gregorii IX. clericali capitulo ſuffragante, Henrico ſuffectus eſt, confirmatuſque à Pontifice, tametſi nondum 30. annos expleſſet, Kal. Julii 1240. Ad quatuor annos Bononienſem rexit Eccleſiam, eoque munere ſe abdicavit, cum illum Innocentius IV. inter purpuratos honorificè cooptaſſet an. 1244. ſub tit. S. Mariæ Novæ. Hunc Cardinalem apud principes viros illius ætatis ſumæ exiſtimationis fuiſſe ſcribit Jo: Villanus in hiſtoriis. Caput Ghibellinorum ſe præbuit in Hetruria, ſtuduitque Friderico II. quam qui maximè; cujus rei cauſa parum abfuit, quin Innocentius ipſe, qui contulerat eidem roſeum pileum, non adimeret. Cæterum ab Octaviano conſecutum Pontificis ſatum infortunium avertit. Contra Manfredum ſpurium, qui Siciliæ regnum invaſerat, munere legationis functus eſt, ſed infelici conatu. Siquidem cum ſanè grave detrimentum accepiſſet, cæterarum etiam ſuarum virtutum viſus eſt amiſiſſe ſplendorem. Superſtes fuit uſque ad X. Gregorii tempora, cui unicè charus fuit; ſub cujus deinde Pontificatu obiit diem poſtremam an. 1272.

a De eo Oldoinus ad Ciacon. t. 2. p. 111.



64. Fr. JACOBUS Boncambius b filius Vidonis, ex Ordine Prædicatorum, Innocentii IV. Vicecancellarius, Ubaldino ſuffectus eſt an. 1244. Qui vix Bononienſem thronum aſcenderat, cum inter diſcordantes cives ſuos, pacis fœdus percutiendum curavit, cumq; Imolenſibus pacificavit anno 1248. Redeuntem a Lugdunenſi Concilio Innocentium Pontificem excepit hoſpitio. Exoravit Bononienſes, ut inter tutelares divos haberet S. Dominicum, ac Franciſcum, quorum Eccleſias conſecraverat. Epiſcopatui lapideos gradus poſuit, ſacramque turrim laminis plumbeis contexit; locum attribuit prope portam S. Mariæ Fratribus Pœnitentibus. Ad 16. annos Bononienſem adminiſtravit Eccleſiam. Cumque Maxumati per gradus domus fallentes veſtigia fuiſſet miſere devolutus, exceſſit è vita die 3. menſis Octobris anno 1260. Bononiam delatus, apud ſuos Prædicatores ſepulchrum accepit. Meminit Jacobi Leander Albertus de vir. illuſtr. Ordinis Prædicatorum, cujus ſuaviſſimam memoriam pia credulitas fidelium tamquam hominis Deo propioris veneratur, & colit. LXVI.

b De quo Oldoinus in Athen. Auguſto & Fontana in Theat. Domin.

65. OCTAVIUM juniorem Ubaldinum Boncambius excepit, ſenioris Octaviani nepotem anno 1260. Hic Fratres Servitas excepit in Burgo S. Petronii, Fratribuſque Auguſtinianis, qui noviter & ipſi advenerant, Eccleſiam S. Jacobi attribuit an. 1264. anno vero 1295. Carmelitæ Fratres ab eodem S. Martini Eccleſiam acceperunt. Hujus Epiſcopi tempore Bononiæ fato functus eſt juriſconſultiſſimus Accurſius Florentinus, anno ſcilicet 1279. Diu Octavianus Bononienſi Eccleſiæ præfuit, populumque ſibi creditum cum verbis, cum exemplo egregie inſtituit, e vitaque excedens in cathedrali tumulatus eſt cum aliis ſuis ſucceſſoribus. Quod ipſum ſepulchrum cum ex novæ Baſilicæ conſtructione dirutum fuiſſet, hac ſubjecta communique inſcriptione, eorum, qui illic aliquando jacuerant, memoriæ conſuluerunt. LXVII.

Octaviano Ubaldino Florentino Octaviani S. R. E. Card. & Epiſc. Bonon. ex Fratre nepoti XVII. Kal. Octob. M. CC CV. Huberto Placentino IV. Kal. Junii MCCC XXII. Stephano Agonetto Narbonenſi MCCCXXXII. Jo: de Naſo Galeratenſi II. Non. Sextiles MCCCLXI. hujus Eccleſiæ Præſulibus lucis uſura functis, quorum monumenta in Baſilica inſtauratione interciderunt.

66. SCHIATTA Ubaldinus Florentinus, Octaviani junioris frater, ex canonico, Bononienſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1295. Quatuor omnino annos Bononienſem abſens rexit Eccleſiam, Romæque minimè inauguratus deceſſit, ibidemque ſepultus fuit anno 1297. Hujus tempore Bononiæ floruit Vido Abayſius juriſconſultiſſimus. LXVIII.

67. Fr.



LXIX 67. Fr. JOANNES Jordanus Sabellus Romanus *a*, ex Ordine Prædicatorum, cum Patavinus Epiſcopus eſſet, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1298. 4. idus Januarii ex Reg. Vatic. Epiſt. 443. f. 113. anno 4. Bonif. VIII. Tres annos pie, ſanctèque Bononienſem adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque 1301. Vir qua doctrina, qua ſanctimonia vitæ inſignis, præter generis nobilitatem, unde ejuſdem ſane præclaris doctrinis maximus ſplendor videbatur accedere. Meminit Joannis Leander Albertus in lib. de viris. Illuſtr. Ordinis Prædicatorum

a De quo Fontana in Theat. Domin.



LXX 68. UBERTUS Placentinus, Canonicus Laudenſis, a Bonifacio VIII. Pontifice Maximo ad hanc ipſam ſedem ſubvectus eſt anno 1301. 13 Kal. Octobris anno 8. Reg. Vatic. Ep. 260. fol. 220. cum prius idem Pontifex irritas declaraſſet electiones Ubaldini Archipresbyteri S. Joannis in Perſicheto, atque Benedicti Cajetani de Piſis Apoſtolici capellani, a capitulo Bononienſi in contentione celebratas. Hic Henricum Cæſarem Romam proficiſcentem, ut diademate Imperiali inſigniretur, excepit hoſpitio. Juſſuſque a Clemente V. Pontifice bona Templariorum tranſtulit ad Hoſpitalarios S. Joannis de Rhodio. Condidit conſtitutiones Eccleſiæ collegiatæ S. Mariæ Majoris, locumque attribuit Fratribus S. Baſilii de Armenia prope S. Mamoli portam. Vitam finivit anno 1322. 14. Kal. Junii, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

LXXI 69. ARNOLDUS Sabaterius Bononienſis ex Canonico Meidenſi, electus a clero, confirmatuſq; a Joanne XXII. Inauguratus fuit in Eccleſia S. Dominici anno 1322. die 27. menſis Octobris. Cardinalem Bernardum de Podietto Apoſtolicum legatum excepit hoſpitio; a quo deinde honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt 1329. quod contra illum clerus Bononienſis cauſam perviciſſet, ſimoniace coemiſſe illum ſedem Bononienſem: tandem ad Epiſcopalem ſedem Regienſem in Gallia in provincia Aquenſi translatus a Joanne XXII. anno. 1329. Kal. Octob. ex Reg. Vat.

LXXII. 70. STEPHANUS Agonettus Gallus Narbonenſis, Archidiaconus Parmenſis, & Papæ capellanus,

A Bertrandi Cardinalis Italiæ Legati Cancellarius, Bonon. ſedem obtinuit an. 1329. Kal. Octob. Duos annos illam Eccl. adminiſtravit, ob inſuaves mores, illiberalem faciem, gibboſæque perſonæ dehoneſtamentum, Bononienſi populo inviſus. E vivis excedens ſepultus eſt in Cathedrali. Lambertum deinde Podiettum Cadurcenſem, Cardinalis Podietti nepotem, ſcribit Sigonius inauguratum anno 1333. menſe Octobri, Epiſcopatus Bononienſis iniiſſe poſſeſſionem, ac poſt tres annos a populo Bononienſi cum patruo Cardinali compulſum in arcem, indeque eductum, atque in Gallias profectum, ultro ſe abdicaſſe Epiſcopatu an. 1336. Nulla hujus Lamberti mentio extat in lib. Proviſ. Prælat. neque in Reg. Joan. XXII. Pontif. quin anno 1332. die 5. menſis Junii reperitur Bertrandus electus Aptenſis Epiſcopus huc translatus: unde jure merito hunc Lambertum ex albo Epiſcoporum Bononienſium diſpungimus.

B



71. ALBERTUS, quem aliqui Bertrandum appellant, è nobiliſſima Acciajola gente Florentinus, Angelo Cardinali Acciajolio propior affinis, Leonis filius, electus Aptenſis in Gallia hunc eundem Epiſcopatum obtinuit 1332. Non. Junii, ut paulo ſupra dixi in Reg. Vatic. reperiri. Satiſque conſtat quamdiu Bononienſem adminiſtraverit Eccleſiam; ſcilicet ab anno 1332. ad annum uſque 1340. Tametſi autem affirmet Vatic. Reg. Ep. 143. an. 6. Benedicti XII. ſcribatque Sigonius ad Nivernenſem in Galliis Eccleſiam illum fuiſſe translatum, haud tamen in catalogo Claudii Roberti illius Eccleſiæ potui reperire; niſi forte hic ille idem Bertrandus Acciajolius ſit, quem Claudius Bertrandum de Formello illic appellat. LXXIII.

C

72. BELTRAMINUS Paravicinus, Mediolanenſis, Novocomenſis Epiſcopus, Bononiæ Benedicti XII. Legatus, eam civitatem, quæ à S. ſede deſciverat, recuperavit, adduxitque ad priſtinum Eccleſiaſticum imperium, Thaddæo Peppulo pro S. Eccleſia declarato Vicario. Hic anno 1340. Non. Septembr. ad hanc ſedem promotus eſt; abſenſque fuit uſque ad an. 1344. primaque die ineuntis Auguſti obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, cuncto populo præ lætitia acclamante, qui de ejus pietate, inque agendo dexteritate egregiam imbiberat opinionem. Avenioni deceſſit anno 1350. ubi ſepulchrum accepit. (1) LXXIV.

D

73. JOANNES de Naſo, Galeratenſis diœceſis Mediolanenſis, ex Epiſcopo Veronenſi Bononienſis Epiſcopus effectus eſt Clemente VI. ita mandante an. 1350. 3. Octob. ex Reg. Vatic. Anno 1352. 3. Id. Julii obtenti Pontificatus iniit poſſeſſionem; ac primum magna ex parte Epiſcopatum reſtauravit, addito novo templo Ss. Syneſii, & Theopompi. Carthuſianorum Eccleſiam conſecravit, Canonicoſque S. Mariæ de Rheno ærumnis vexatos Bononiæ excepit, illiſque S. Salvatoris templum attribuit, unde poſtea traxere cognomen. Cujus intuitu, populique Bononienſis ſupplicatione Innocentius VI. an. 1360. Bononienſem Academiam ampliſſimis privilegiis, ſacræve Theologiæ ſtu- LXXV.

(1) Malè per hæc tempora à nonnullis aſſeritur Bononiæ Antiſtes Guido de Bolonia Cardinalis, cum neque in ſerie Bononienſium in Italia Epiſcoporum reponatur, neque Bononia Galliæ tunc temporis eſſet Civitas Epiſcopalis. *Oldoinus ad Ciaconium. tom. 2. pag. 493.*

Digitized by Google

ſtudio exornavit; eidemque Joanni Epiſcopo, ſucceſſoribuſque ſuis in ea facultate laureandi jus in perpetuum conceſſit. Cujus quidem privilegii tenor eſt talis.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Quaſi lignum vitæ in Paradiſo Dei, & quaſi lucerna fulgens in domo Domini, eſt in S. Eccleſia facultatis Theologicæ diſciplina; ipſa quippe velut fœcunda eruditionis Mater ad irrigandam ſterilem orbis faciem fluvios de pectore Salvatoris emittens humanum genus originalis ignorantiæ cæcitate deforme per infuſionem veritatis ad viam reducit juſtitiæ, vivificat animas, eaſque ad exaltationem Catholicæ fidei, & exterminium hereticæ pravitatis, & cunctorum infidelium, & adverſus etiam inviſibiles poteſtates armis inexpugnabilibus munit, & fortiſſimas conſtituit bellatrices. Hæc frequenter intra cordis arcana ſollicita mente revolvimus, & intenta meditatione penſamus, tantoque præterea amplius ad illius dilatationem ſtudia, & labores libenter impendimus, quanto exinde majora animarum lucra provenire, & univerſalis Eccleſ. ſtatum amplius cognoſcimus augmentari. Sane dudum fructus uberes, quos ſtudium Bononienſe, quod longiſſimis temporibus in ſe ipſo ſicut præfulgida ſtella emicuit, & diffuſa claritate lònge, lateque refulſit, in jure Canonico, & civili, & liberalibus artibus tanquam ager plenus, cui Dominus benedixit, copioſa fertilitate produxit hactenus, & producit, cum delectatione animi recenſemus, & deinde ſperamus ipſius Theologicas palmas, ſi illius ſtudium poſſet ibidem amplius propagari: dumque fidei puritatem, & devotionem eximiam, quam dilecti filii populus, & Com. Civit. Bon. noſtri, & Rom. Eccl. fideles ad nos, & ad dictam Eccleſiam habuerunt hactenus, & habere noſcuntur, diligenter attendentes dignum duximus, & æquitati congruum exiſtimamus, ut civitas ipſa, quam divina gratia magnis donis, & gratiis illuſtravit, bonorum multiplicium fœcunditate dotavit, & loci amœnitate non modica decoravit, hujuſmodi ſcientiæ Theologicæ facultatis muneribus amplietur. Ideoque eorumdem populi, & communis devotis in hac parte ſupplicationibus benigne annuentes auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus, quod in dicta civitate deinceps ſtudium generale in eadem Theologica facultate exiſtat, & perpetuis futuris temporibus vigeat, ac docentes, & ſtudentes ibidem in facultate prædicta omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus conceſſis docentibus, & ſcholaribus ſtudentibus in illa in ſtudiis generalibus ejuſdem facultatis commorantibus gaudeant, & utantur. Volumus tamen, quod ad docendum, & regendum in ipſo ſtudio in hujuſmodi facultate magiſtri, & Bachalarii, qui in Pariſienſi, ſeu in aliis famoſis ſtudiis ejuſdem facultatis honorem Magiſterii, ſeu Bachalariatus receperint, & aliàs experti, & idonei in hujuſmodi ſtudiis Theologicæ facultatis noviter aſſumantur; ita quod civitas ipſa tanto inſignita honere dotibus fulgeat honori correſpondentibus memorato. Inſuper civitatem, & ſtudium præfata ob profectus publicos, quos proinde ſperamus, amplioribus honoribus proſequi intendentes, auctoritate ordinamus eadem, ut ſi qui in eodem ſtudio proceſſu temporis ejuſdem ſcientiæ Theologicæ facultatis bravium aſſecuti ſibi docendi licentiam, ut alios erudire valeant, petierint impertiri, poſſit examinari diligenter ibidem, & in eadem facultate Theologica titulo magiſterii decorari, auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, ut quotiens aliquis in eadem Theologica facultate in eodem ſtudio fuerint magiſtrandi, præſententur Epiſcopo Bononien. qui pro tempore fuerit, vel ejus Viceſgerenti, ſufficienti tamen, & idoneo, quem ad hoc ipſe Epiſcopus duxerit ſpecialiter deputandum, ſeu Eccl. Bonon. Paſtore carente, dilectorum filiorum Capituli ipſius Eccl. qui erit pro tempore, Vicario generali, qui omnibus magiſtris dictæ facultatis Theologicæ, in qua hujuſmodi examinatio fuerit facienda in ſtudio ipſo actu regentibus præſentibus convocatis, eos gratis, pure, & libere, ac omni dolo, & fraude, ac difficultate ceſſantibus de ſcientia, facundia, modo legendi, & aliis, quæ in promovendis ad magiſterii honorem in facultate prædicta, & ejus officium requiruntur, examinare ſtudeant diligenter, & illos, quos idoneos repererint, petito ſecrete, pure, & bona fide eorumdem magiſtrorum conſilio, quod utique conſilium in ipſorum conſulentium diſpendium, ac jacturam ſub debito juramenti ſuper hoc præſtandi tam ab Epiſcopo, ſeu Vicario, ac magiſtris ſingulis hujuſmodi revelari quomodolibet diſtrictius prohibemus, approbet, & admittat, eiſque petitam licentiam largiatur, alios minus idoneos poſtpoſito gratia, odio, vel favore nullatenus admittendos, ſuper quibus Epiſcopi, magiſtrorum, ac Vicarii prædictorum conſcientias oneramus; volentes, quod illi, qui in præfato ſtudio magiſtrati fuerint in facultate prædicta, in eo, & aliis generalibus ſtudiis dictæ facultatis regendi, & docendi abſque approbatione alia liberam habeant facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, intentionum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Villamnovam Avenionen. Diœceſis 2. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno VIII.

Joannes verò in optimis Bononienſibus Præſulibus numeratus eſt. In Cento oppido è vivis exceſſit, quo, ut tumultus bellicos declinaret, confugerat 1361. 3. Non. Aug. Cujus corpus deinde Bononiam delatũ ſumptuoſo funere in principe Baſilica tumulat. eſt.



74. AYMERICUM deinde Chattum Gallum Lemovicenſem, Volaterranum Epiſcopum, Bononiæque gubernatorem nomine VI. Innocentii, LXXVI.
idem Pontifex tranſtulit ad Bonon. Eccleſiam an. 1361. 12. Kal. Novemb. Dieque omnibus Sanctis ſacra obtenti Epiſcopatus curam aggreſſus eſt. Omnium privilegiorum à Carolo IV. Imperatore confirmationem obtinuit an. 1365. in quo privilegio tituli principis Imperii condecoratur. Eccleſiam S. Michaelis in nemore Monachis Montis Olivetani attribuit, Canonicis Regularibus inde dimotis: Monachos Camaldulenſes, atque Cęleſtinos Bononiam introduxit, favitque præcipue quadam ſignificatione amoris S. Bernardi collegio Monachorum Ciſtercienſium constructo quondam à Bernardo Lambertеſco Florentino Abbate S. Mariæ de Strata viro pio, & docto, ubi modo cernitur cœnobium S. Bernardi Monachorum M. Olivetani, qui illud acquiſierunt poſt celebrem illam Abbatiam S. Mariæ de Strata commendatam ejuſdem ord. Ciſtercienſis: ex eo S. Bernardi collegium dilapſum eſt. Spectab. partem Carthuſiani cœnobii extra Bononiæ muros conſtruxit, ut ex ſequenti marmorea inſcriptione colligitur, ibidem parieti affixa, ubi ejus gentilitia ſtemmata inſculpta ſpectantur.


Hoc opus fecit fieri D. Aymericus Chiati,
Dei gratia Epiſcopus Bononienſis, & Princeps Imperii ſub anno Dom. MCCCLXVII.
Ind. V. & fuit capella ab ipſo conſecrata dicta die.

Eo quoque Præſule, & Academiæ Cancellario Theologicæ facultatis ſtudium juxta Innocenti IV. decretum robur accepit, evocatis è diverſis mundi partibus viris clariſſimis, ut in pervetuſto libro ejuſdem collegii legitur.

Cujus rei, ait, ſama per univerſum volante, tempore reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.D. Androyni Card. Cluniac. in Bonon. & civitatibus Eccleſiæ in Italia conſtitutis Apoſt. ſedis Legati, atque univerſalis in Chriſto Patris, & D.D. Aymerici Bonon. Epiſcopi noſtræ ſacræ Theologiæ facultatis digniſſimi Cancellarii ad fundandum, & inchoandum Bonon. ſtudium Theologicæ facultatis, ex diverſis mundi partibus huc acceſſerunt viri ſacræ lectioni dediti, & in lege Domini eruditi Doctores utique Theologicæ ſcientiæ, moribus, & virtutibus inſigniti, quorum magiſtrorum nomina digna memoria ſunt iſta; Magiſt. Petrus Thomas natione Aquitanus tunc Dei gratia Patriarc. Conſtantinopolit. ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, Magiſt. Ugolinus de Urbeveteri Doctor acutiſſimi ingenii ord. Eremitarum S. Auguſtini, Magiſt. Franciſcus Adriani Bononien. vir Angelicæ vitæ Ordin. Minorum, Magiſt. Thomas de Padua textualis eximius, & eloquentia clarus Ord. Carmelitarum, Magiſt. Thomas de Fregnano de Mutina Doct. utique moribus inſignitus, & fidei zelator intrepidus Ord. Minorum, B *Magiſt. Petrus Monachus Cluniacen. D. Cardinalis Cluniacen. Auditor, & ſocius commenſalis, Magiſt. Joannes de Podio doctorum ſpeculativus & hæreticorum malleus nunquam ſeſſus Ord. Fr. Prædicatorum, Magiſt. Bonaventura de Padua vir tam divinarum ſcripturarum, quam ſecularium litterarum commentator præfulgidus ordinis Eremitarum, Magiſt. Ludovicus de Venetiis urbanæ eloquentiæ pater.* Hactenus liber.

Aymericus deinceps Bononienſem rexit Eccleſiam uſque ad annum 1371. rediensque in Galliam ultro eo munere ſe exſolvit.

XX VII. 75. BERNARDUS Lemovicenſis Gallus, Gregorii XI. affinis, Spoleti antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1371. Celebrata Synodo profuit clero, illumque ad puriores mores traduxit. Deceſſit anno 1378. Poſt cujus exceſſum, cum teterrimum illud ſchiſma inter Urbanum VI. & Clementem VII. Antipapam ebulliiſſet, Pſeudopontifex audita morte Bernardi, Bartholomæum quendam in illam ſedem intrudere conatus eſt, C cum è contra Urbanus verus Pontifex Philippum Carapham ſuffeciſſet defuncto, qui excluſo Bartholomæo illam ſedem obtinuit, ut videre eſt in lib. Proviſionum Prælatorum ejuſdem Antipapæ Clementis.



XX VIII [e eo Ol... nus ad ...con. s. ...a. 1378.] 76. PHILIPPUS Caraffa *a* Neapolitanus Archidiaconus Bononienſis, a clero dictus Epiſcopus, annuente electioni Urbano, ejecto Bartholomæo, Bononienſi ſedit in throno anno 1378. eodemque anno ab eodem Pontifice vocatus eſt ad Senatoriam purpuram ſub titulo S. Martini in montibus, functuſque eſt Æmiliana legatione. Cæterum illum Bononiæ ſuſtulit contagium 1389. 14. Kal. Januarii; ſepultuſque eſt in cathedrali cum hac inſcriptione.


Hic eſt Corpus R. in Chriſto Patri, ac D. Dom. Philippi de Caraffis de Neapoli quondam Epiſcopi, & Cardinalis Bononienſis.

XX X. 77. COSMATUS Melioratus Sulmonenſis, ab Urbano VI. Bononienſis Epiſcopus dictus eſt ante annum, Philippo cedente, 1386. verum electum populus Bononienſis non excepit. Eundem deinde

A Bonifacius IX. poſt fatum Urbani Archiepiſcopatus Ravennatis commendatarium fecit, S.R.E. Theſaurarium, Viceecancellarium, ac presbyterum Cardinalem ad titulum S. Crucis in Hieruſalem. Tametſi autem illum rejeciſſent Bononienſes, titulum tamen Cardinalis Bononienſis adornavit, retinuitque uſque ad annum 1392. eoque munere dein-



ceps ultro abivit, Ravennati tantum throno contentus. An. vero 1405. ad ſummum Pontificatum provectus eſt ſub nomine Innocentii VII.



78. BARTHOLOMÆUS de Raymundis, Bononienſis, filius Nicolai, S. Felicis Abbas, ordinis S. Benedicti, ad Patriæ ſedem aſcendit ann. 1392. LXX X.
Idibus Septemb. Munus conſecrationis prima die decembris ſuſcepit in Eccleſia S. Claræ. Sedit autem uſque ad annum 1406. Quo ipſo anno fato functus eſt 18. Kalend. Iulii, ſepultuſque eſt in cathedrali, quam fornicibus exornaverat, ut ex ſequenti inſcriptione marmorea perſpicitur.

Reverendiſſ. in Chriſto P. & D. D. Bartholomæus de Raymundis de Bononia a magno, & potenti populo Bonon. P. electus, Dei, & Apoſt. Sedis gratia Bonon. Epiſcopus fecit fieri opus iſtarum voltarum totius Eccleſiæ tempore D. D. Bonifacii Papæ. IX. anno Domini MCCCC. D

Reverendiſſ. in Chriſto P.
Et D. D. Barthol. de Raymundis de Bonon. a magno, & potenti populo Bononienſ. perlectus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Bonon. Epiſcopus fecit fieri hanc Sacriſtiam, quam & dotavit tempore ſanctiſſimi in Chriſto P. & D. D. Bonifacii Papæ IX. anno Nat. Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCXCII.

79 Reperi poſt hunc Bartholomæum de Raymundis, alterum ejuſdem nominis Ordinis Prædicatorum alumnum *b* Epiſcopum Bononienſem, defunctum in Aſtenſi Pedemontium civitate an. 1409. die 30. Auguſti, & in nobili ſaxeo tumulo apud ſuos Prædicatores humatum in Eccleſia S. Mariæ Magdalenæ, ubi ejus marmoreum ſimulacrum una cum inſignibus gentilitiis, & inſcriptio proſtat mortalibus.

b De hoc nulla memoria apud Bononienſes, ut teſtatur Faleonius, ideoque omittitur.

Hic




Hic Jacet Reverendiſs. in Chriſto P. Fr. Bartholomæus quondam Bononienſis Epiſcopus ſacræ Theologiæ Doctor egregius de Ordine Prædicatorum, qui obiit MCCCCIX. die penultima Auguſti cujus Anima.

Deeſt Requieſcat in pace, ut nos monuit eruditus vir Philippus de Malabaila Aſtenſis, olim congregationis Fulienſium Ordinis Ciſtercienſis emeritus Generalis, quam inſcriptionem ipſemet excepit è tumulo, ubi à latere hæc alia leguntur verba: *Proclius de Duracio civis de Albania, fecit fieri iſtud ſepulchrum ad honorem Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, & Mariæ glorioſæ ſemper Virginis, & memoriam Reverendiſ. Domini, Domini Magiſtri Bartholomæi Epiſcopi Bononienſis Ordinis Prædicatorum cum hiſtoria B. Mariæ Magdalenæ.* Ex oppoſito vero latere ita legitur: *Hoc opus fecit frater Proclius de Duracio ejuſdem Ordinis.*

Cæterum expiſcari non potui, quando Bartholomæus iſte ad Bononienſem Eccleſiam aſcenderit: nec ſatis mihi conſtat, à quo Pontifice Epiſcopo renunciatus, cujus regionis, vel familiæ fuerit; etiamſi a Nicolao Paſqualino *dalle Biſcie* vocitetur *a*, quem male Aſtenſem Epiſcopum vocat. Crediderim autem ab Pſeudo Pontifice Benedicto XIII. poſt alterius Bartholomæi exceſſum, contra Antonium Corarium a patruo Gregorio XII. ad hanc Eccleſiam evectum, intruſum fuiſſe (ut illorum temporum, in tanta Chriſtianæ Republicæ perturbatione, mores ferebant, ut modo unus, modo alter diverſæ factionis eveheretur ad ſedem) Bononiamque petentem in itinere apud Aſtam defunctum, & tumulatum fuiſſe. Dabis veniam lector, ſi ſchimatis tempore, tantaque rerum confuſione veritas haud exſpicari potuerit; interim vero ex gentilitiis ſtemmatibus, quę in ſepulchro ejus exſculpta ſunt, cujus ille gentis fuerit, cum hic apponi curavimus, aliquando tu ipſe divinabis.

a Ext à Fontana in Theat. Dom. ubi de eo.



LXXXI. 80. (1) ANTONIUS Corarius Venetus, Philippi filius, Gregorii XII. nepos, Canonicus S. Georgii

A in Alga, electus eſt Epiſcopus Bononienſis an. 1407. mox & Camerarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Hieroſolymitanus Patriarcha, tum & Cardinalis S. Chryſogoni, eique vulgo inhæſit cognomen Cardinalis Bononiæ: quamquam ejus civitatis, quæ patrui partes oppugnabat, Epiſcopatus poſſeſſionem nunquam inierit, quam eo tempore duo œconomi adminiſtrabant. Anno autem 1412. eam Eccleſiam reſignavit, annua ſibi penſione retenta. Conſtantienſi concilio interfuit, ubi patruus Gregorius de Apoſtolica ſede deturbatus eſt, ipſeque inter purpuratos annumeratus. Martini V. deinceps partes ſincere ſecutus eſt, ac poſtea Eugenii IV. Pontificis conſobrini, ſub quo Portuenſis, ac Oſtienſis Epiſcopus fuit. E vivis exemptus eſt, cum omnium opinione ſanctiſſime vixiſſet, ita ut arbitrentur plerique illum illibatæ fuiſſe virginitatis. Scripſit, ut Garimbertus narrat, ſui temporis Hiſtoriam, quæ M.S. olim Venetiis aſſervabatur. Patavii in Cœnobio S. Joannis decollati ſui ord. ſpiritum B Deo reddidit an. 1445. die 19. menſis Januarii, ætatis 76. Venetiis, ut mandaverat, ſepultus eſt apud S. Georgium in Alga cum hoc epitaphio in candido tumulo.

Sepulchrum piiſſimi Patris Domini Antonii Corarii Beatæ Memoriæ Epiſcopi Oſtienſis, Cardinalis Bononienſis Fundatoris hujus Congregationis, qui obiit anno a Nativ. Domini MCCCCXLV. die XIX Januarii. Orate pro eo.

De Corario noſter Veſpaſianus Florentinus in ejus vita nondum edita; ſparſim vero ſuis in Annal. eruditiſſimus Æmoniæ Epiſcopus Jo. Philippus Thomaſinus recenſet, de quo hæc in fine affert tanto Præſule digna: *Maphæi*, inquit, *Contareni præfectura nil gratius accidit Cardinali Corario; qui jam aliquot annis in D. Joannis Decollati cœnobio pientiſſimus pater cum filiis tranquille ſenectutem ducebat. Cellulam hic ſibi nihilo aliis ampliorem ſelegerat: communi victu, precibus, jejuniis, cæteriſque antiquis* C *inſtituti moribus peculiare nihil præſeferebat. Piorum & doctorum hominum converſatione, e vicina urbe, mirifice recreatus iis præcipue Bibliothecam ſuam rarioribus libris eleganter conſcriptis refertam parare voluit: nec doctrina tantum, ſed conſiliis, ſanctiſſimis monitis omnes juvare. Mira ejus in omnes liberalitas, maximeque in pauperes, & egenos colonos iis temporibus nuperis bellis exhauſtos. Nec diſpar ejus in religioſos ſtudium. Binas enim Abbatias non infimæ ſortis Veronæ & Patavii Benedictinis reddidit, aliaque loca, quæ ſummi Pontificis benignitate accepta ferebat, primis poſſeſſoribus reſtituit. Ita Patavino cœlo, ſoloque delectatus, & Maphæi ſuaviſſimo conſortio exhilaratus, poſtquam per tot annos vitam ſanctiſſime Deo conſervaſſet, neque longe abeſſe cognoſceret corporis diſſolutionem, quæ ſupererant, facultates, diverſorum Religioſorum locis, & pauperibus reliquit. Convocatis autem quorumdam cœnobiorum procuratoribus partem ſuæ ſupellectilis, reſervato ſibi calice, & quatuor pateniis argenteis, his verbis diſtribuit: eam* D *portionem fructuum ex veſtris locis accipite, quam diligenti cura vobis ſervavi. Gratias deo agite, & pro me orate. Maphæo vero veluti ſo. ietatis ſuæ clariſſimo alumno die 3. Martii ejuſdem anni 1444. hæc ſacra veſtimenta pro Eccleſia S. Georgii in Alga conſignavit, primum pluviale album pulchrum cum capucio, Planetam albam pulchram, Dalmaticam albam, Tunicellam albam cum ſtolis, & manipulis, Amictum unum cum frixio aureo, cingulum cum perlis laboratum, Camiſum unum pulchrum, Gremiale unum album de ſerico, Tobaliam ad cooperiendum altare, item duas alias tobalias, item alteram cum armis, duas ampullas argenteas auratas, Pectorale argenteum cum tribus nodis de perlis, duos calices magnos pulchros cum duabus patenis, duæ burſæ corporalium,* plu-

(1) Nicolaum Brancaccium Cardinalem ab Alexandro V. Cathedram Bononienſem adeptum fuiſſe narrat Ciacconius. At Carolus Sigonius, & Ferdinandus Ughellus, qui diligenter Epiſcopos Bononienſes enumerarunt, hujus Nicolai mentionem ullam non faciunt. Imo ex recta annorum ſupputatione non potuiſſe Nicolaum illi Eccleſiæ præeſſe dicendum eſt. Ab Urbano enim Philippus Cariſſa tiaram Bononienſem accepit an. [illegible] & [illegible] retinuit ad an. 1386. quo idem Urbanus Coſmato Eccleſiæ illius curam commiſit. Et licet Bononienſes Coſmatum non exceperint, titulum tamen ille non remiſit niſi an. 1391. quo Bartholomæus de Raymundis ad patriæ ſedem aſcendit, ac ſedit ad an. 1406. Demum an. 1407. Antonius Corarius ſubrogatus eſt, quam dignitatem [illegible] anno 1412. qui fuit poſtremus vitæ Nicolai Brancaccii, dimiſit. *Oldoinus ad Ciacconium tom. 2. pag. 696.*

Digitized by Google

pluros tobaliæ laborata de ſerico, duo altariola, item reliquias Sanctorum cum vaſis ſuis argenteis. Eodem quoque die 20. ſupra centum Manuſcriptos Codices in aſſerculis, alioſque abſque tabulis in membrana conſcriptos, quos longo tempore, magniſque impenſis paraverat, eodem affectu ipſi tradidit, quibus poſtea teſtamenti executores alios junxerunt. Tanti viri res geſta temporum injuria deperdita una cum ejuſdem lucubrationibus, è quibus præſertim non ſine deſiderio eruditorum ejus temporis hiſtoriam ibi repoſitam, malis artibus, vel noſtrorum incuria cum aliis amiſſam dolemus, maximeque quod tanti auctoris noſtri memoriam ea jactura exteris non parum obſcuraverit. Nulla tamen dies eam delebit, quem rara virtus ſuperis amicum reddidit, quibus perenni caſtitate vitæ integritatem uſque ad exitum probavit. Ad quorum conſortium tranſlatus paucis poſt menſibus vitam LXXVI. annos inculpate geſtam beato fine hic præſentibus Patribus clauſit die XIX. Januarij MCCCCXLV. Horum primi funus ſolemni pompa, debitiſque juſtis mœſti Venetias proſequuntur: ubi ex teſtamento in æde S. Georgii in Alga Venetorum nobilium, civiumque expoſitum, communi ordinum luctu non ſine ſanctitatis opinione ſub candido marmore conditur. Hactenus ille. Laudatur à Blondo, & Sigonio Corarius, quem virum timoratum, mundique contemptorem vocat S. Antoninus. Sed pietatis opera, quæ ex Thomaſino retulimus, qui, qualiſque fuerit Præſul æterna memoria dignus, ipſa abunde teſtantur.

LXXXII. 81. JOANNES filius Michaelis Bononienſis, S. Proculi Abbas, Corario ſuffectus eſt an. 1412. 8. Id. Novemb. ſexto verò Idus ejuſdem menſis inauguratus, iniitque poſſeſſionem. Concilio Conſtantienſi Commiſſarius aſſedit. Deceſſit Bononiæ an. 1417. die 3. menſis Januarii; ſepultuſque eſt apud S. Proculum, ubi in pavimento in marmoreo ſepulchro hæc carmina leguntur.

Sit licet extinctus pater hic, ſua fama ſuperſtes
Semper erit; magni nunquam morientur honores,
Quos meruit: viridis ſua virtus ſtabit in ævum.
Quæ prius in terram domus hæc quaſi fracta ruebat,
Refulget rectore ſuo, ſua mœnia lucent,
Ut patet: & vivens Abbas fuit iſte Joannes.



LXXXIII. 82. NICOLAUS [a] filius Petri, e nobiliſſima Albergatorum gente Bononienſis, monachus Carthuſianus, priorque Carthuſiæ Bononienſis, innocentiſſimæ vitæ, ac rariſſimi exempli, poſt exceſſum Joannis, a populo, cleroque Bonon. Epiſcopus Patriæ acclamatus eſt prid. Non. Januarii anni 1417. cujus electionem Martinus V. Columna ratam habuit, tametſi illam ſibi reſervaſſet; adeo apud ipſum valuit populi, clerique conſenſus, electique integritas acclamata id. Aprilis ejuſdem anni, inauguratuſque fuit 4. Non. Junii. Cumque Martinus Columna cõmoraretur Florentię, Bonon. civitas novo Põtifici novam gratulatura dignitatem Albergatum ad eundem legavit, qui ea legatione adeo Pontifici placuit, ut oratorem ſuum in Gallia direxerit, ut inter Anglorum, Gallorumque diſcordantes reges percutiendi fœderis auctor eſſet. Anno vero 1426. Nicolaum de Eccleſia optime meritum, ſub titulo
A S. Crucis in Hieruſalem illum vocavit ad purpuram, legavitque eodem anno in Inſubriam, ut ducis Mediolanenſis, Venetorumque res diſcordiæ vitio labantes componeret, quod Ferrariæ ad Pontificis mentem, ac utriuſque partis commodum cumulatiſſime præſtitit. Inde vix ille redierat ad curiam, cum ſecunda legatione in majorem Britanniam a Pontifice exornatus eſt, ut illic inter Gallorum, atque Anglorum reges tranſigendæ pacis conditiones æquas, legeſque præſcriberet. Sub Eugenio IV. in Galliam eadem legatione functus, ut idem fœdus urgeret. Quamobrem apud regem Carolum eo nomine VII. peractæ feliciter legationis plurimam collegit gratiam, ita ut inde digrediens ab eodem S. Annæ Matris Dei Genitricis cranio munificentiſſime donaretur, quod deportatum Bononiam, Bononienſi Carthuſiæ dono dedit. In Germaniam item ad Albertum Cæſarem quarta legatione functus eſt Eugenio IV. mittente; inde reverſus Ferrarienſi, mox Florentino concilio interfuit. Cæterum ea integri-
B tatis fama ſuo tempore fulſit Nicolaus, ut eidem boni omnes Romanorum Pontificatum ſponderent, ſi Eugenium IV. ante Albergati exceſſum poſtremam diem contigiſſet obire. Purpura, aut dignitas Epiſcopalis haud ei priſtinum vitæ rigorem ademit, in proſperis moderatus, in adverſis minime demiſſus; ſibi ſimillimis amicis, collegiſque itinerum, ac legationum uſus eſt, ut vel ipſe ex illorum proficeret prudentia, vel illi ex Albergati doctrina, probitateque doctiores, ac probiores evaderent. Etenim habuit à ſecretis Thomam è Sarzana, ac Æneam Sylvium Piccolomineum, qui ambo, iſte ſub Pii II. ille ſub Nicolai V. nomine ſancto univerſalis Eccleſiæ throno deinde nobilitati ſunt. Eccleſiam ſibi creditam, quam qui maxime dilexit, ac fovit. Quamobrem acclamantibus cunctis, qui illum Paſtorem deſideraverant, in optimis Bononienſibus Præſulibus numeratus eſt. In Carthuſianos vero ſuos præclara contulit beneficia, itaut etiam Romæ ad S. Crucem in Hieruſalem pro illorum domicilio inſi-
C gne, laxiſſimumque ſtatuerit clauſtrum. Quod deinde tranſlatis Carthuſianis ad Thermas Diocletianas Ciſtercienſibus monachis Inſubriæ provinciæ attributum eſt. Scripſit Recollecta multæ lectionis, de inexcuſabili peccatoris nequitia, orationes ad Venetos, & Philippum Vicecomitem Mediolani Ducem pro pace, ſermones multos, epiſtolaſque eruditiſſimas. S. R. E. Camerarius, & Liberianæ Baſilicæ Archipresbyter fuit. Græcorum Imperatorem a Florentina Synodo revertentem regio apparatu ſuſcepit: imaginem Dei genetricis D. Lucæ pennicillo expreſſam, e Conſtantinopoli ad montem Guardiæ, Bononiæ proximum, delatam in ſupplicatione deferre curavit, cum nimiis imbribus damna maxima Bononienſi agro inferrentur. Corpus ſuum in Chriſti obſequium, dum apud nos viveret, afflixit cilicio, flagris, incommoda in ſtramentis cubatione, vigiliis, inedia, precum aſſiduitate, peregrinationum, & ſtudiorum laboribus: cibi parciſſimus fuit. Poſt ſuſceptum Carthuſianorum in-
D ſtitutum, a quo ne in luce quidem purpuræ, quantum licuit, diſceſſit, carnibus numquam, ne in extremo quidem vitæ diſcrimine veſci voluit: mundo viciſſim crucifixus, in ſcutaria parma, gentilitio prętermiſſo ſtemmate Chriſti crucem effingi voluit. Tandem cum aliquando Albergatus Eugenium IV. Pontificem honoris ergo comitaretur, calculo renum Senis oppreſſus interiit an. 1444. 7. Id. Maii. Ejus corpus delatum Florentiam ante principem Aram Carthuſiani cœnobii tumulatum eſt cum hoc rudi, ineptoque Epitaphio.

Heu hic jacet Nicolaus Albergatus.
Quomodo Bononienſis hic in loco?
Heu eras monachus Carthuſianus.
Quomodo Carthuſianus hic in tumulo?
Etiam prior S. Hieronymi extra Bononiam.
Parce oculis, parce oculis.
Heu etiam presbyter Cardinalis S. Crucis in Hieruſalem.

[a] De eo Oldoinus ſlate ad Ciacon. t. 2. p. 869. & Acta SS. Maji t. 2. p. 467. & ſeqq.

Digitized by Google


Quid audio parce, parce lachrymis.
Erat vir pius, & ſanctus, & ſtudiorum amator.
Ne parce lachrymis.
Heu Senis heu heu mortuus eſt.
Heu cognovi heu! Legatum ad concilium Baſileenſe Ferrariæ, & Florentiæ.
Heu hic jacet ſeptimo Idus Maji MCCCCXLIV.
In pace ſit locus ejus.

Hodie in eadem Baſilica eleganti marmoreo tumulo, ſublato eo inſulſo, hoc legentibus proſtat cœnotaphium.

Sepulchrum omni laude digniſſimi Reverendiſs. Patris Nicolai tituli S. Crucis in Hieruſalem presb. Cardinalis. Hic natus Bononiæ primum ex Priore Carthuſienſe petente populo Bonon. Epiſcopus, tum à Martino V. Pont. Card. deſignatus, poſt plurimas ſuſceptas, atque omnium commendatione peractas Legationes, Senis diem ſuum obiit ætatis ſuæ anno LXVIII. Vir piiſſimus, mitiſſimuſque, vita integritate, ſingularique virtutum omnium comprobatus.

Carthuſiæ me terra tegit, quæ ſumpſit alumnum,
Ac dedit eſſe patrem; nativa Bononia tandem
Me ſibi Paſtorem tenuit de jure vocatum;
Cardinis Eccleſiæ compulſus pondera ſumpſi,
Et crucis in titulo mihi fulſit rubra tiara.
Mille quatercentum denos quater egerat annos,
Tres etiam Cyclus ſolaris, dum Nicolaus
Mente petens cœlum ſub ſaxo corpore claudor.

Podius Florentinus per ea tempora eloquentia clarus in ejus funere præclaram orationem habuit. Nicolai vitam perſcripſit Jo: Zeno Epiſcopus Feltrenſis ejuſdem contemporaneus, Jo. Leo Romanus Ord. Prædic. in opere mſ. de Concilio Baſileenſi, Ferrarienſi, & Florentino, Sigonius de Epiſc. Bonon. Philelphus, Blondus, Æneas Sylvius, S. Antoninus, Platina, Paulus Æmilius, Polydorus Virgilius, Poſſevinus, Dorlandus Sutor, Paulus Corteſius de Cardinalatu l. 1. Theodorus Petrejus in Bibl. Carthuſ. Ciaconius, Andreas Victorellus noſter, eruditusque Aſcanius Perſius. Contulitque demum de illo Georgius Gameſelt Carthuſianus omnia teſtimonia, quæ laudibus Albergati ſuffragantur, in unum volumen, quod Coloniæ edidit. Carthuſiani Beati titulo olim eum condecorarunt, & in album quorumdam Sanctorum ordinis retulerunt. (1)



LXXXIV 83. LUDOVICUS Cardinalis Scarampus, Archiepiſcopus Florentinus, ab Eugenio IV. Bononienſem Eccleſiam commendatam habuit 1444. eoque munere functus eſt duos tantum annos: deinde hujuſmodi curæ nuncium remiſit. De quo vide in Archiepiſcopis Florentinis. Cæterum poſt Albergati exceſſum populus Bononienſis, magno advocato concilio paſtorem elegit *a* Priorem quemdam Canonicorum Lateranenſium Romanorum, filium Simonis Bononienſis fullonis; qui cum Bononiam verſus iter aggreſſus eſſet, dum viam inſiſteret, è vivis eximitur Lucæ in Hetruria an. 1444 15. Kal. Junii.

a Nicolaum.




84. THOMAM Sarzanenſem deinde Bartholomæi, atque Andreolæ filium, è Parentucella gente Piſis natum, Canonicum Bononienſem, Eugenius IV. eamdem ſubvexit ad ſedem an. 1445. 5. Kal. Decemb. Qui adeo felici, inoffenſoque gradu omnes dignitates percurrit, ut unius anni curriculo Bononienſis Epiſcopus, & Cardinalis, ac ſummus Pontifex ſub nomine Nicolai V. evaſerit. Renunciatus autem Pontifex hanc ſequentem Epiſtolam ad Canonicos Bononienſes dedit. LXXXV.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Bononienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Significamus vobis ad veſtram conſolationem nos à venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus die ſexta præſentis menſis ſummum Romanum Pontificem concorditer fuiſſe electum. Quod licet ſit graviſſimum onus humeris noſtris, tamen confiſi de miſericordia Altiſſimi acceptavimus pondus injunctum nobis. Velitis igitur Deo gratias agere, & pro nobis preces effundere, ut aſſiſtat nobis ſua gratia, & miſericordia ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Datum ſub media bulla Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1407. die 8. menſis Martii, 3. vero poſt noſtram ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptionem.

Hic ille Nicolaus V. eſt, qui non modo doctrinæ, ac virtutis gradibus ad Pontificatus faſtigium aſcendit, eodem anno Epiſcopus, Cardinalis, ac Pontifex creatus; ſed in eo dignitatis faſtigio ita proſpero eventu æternitatis memor viſus eſt, ut quaſi Licinianum odium in literas diluturus & literatos homines ſuſpexerit, foveritque, & Vaticanæ Bibliothecæ ad injuriam lividæ vetuſtatis nobilia, eruditaque munimenta quæſierit. Nicolai vitam ſcripſere multi; omnium vero ſuperavit induſtriam Veſpaſianus Florentinus ejus ſynchronus, & inter familiares charus in lib. mſ. de viris illuſt. vernacula lingua, ſed ſincere conſcripto.



85. JOANNEM deinde de Podio, Baptiſtæ filium, Bononienſem, juriſconſultiſſimum, & Cathedralis Canonicum, Nicolaus V. ſuum ſucceſſorem adſcivit anno 1447. 10. Kal. Aprilis; Eundemque in Eccleſia S. Michaelis inauguravit S. Antoni- LXXXVI.


(1) Narrat Oldoinus ad Ciac. tom. 2. p. 855. quod, cum Nicolaus inſidias ſibi parari intelligens à Bononienſibus e mentito habitu aufugiſſet, Bononienſes alium Epiſcopum, Bartholomæum ſcilicet Zambeccarium in ejus locum ſubſtituerint: qui tamen, paulo poſt redintegrata cum Bononienſibus pace loco cedere coactus fuit. De hoc Bartholomæo meminit item Alidoſius in doctoribus Bonon. p. 47. *Mandoſius*.

Digitized by Google

nus Archiepiſcopus Florentinus, aſſiſtentibus Ferrarienſi, Imolenſique Epiſcopis, Nonis Maji ejuſdem anni. Qui proximo menſe Septembri cum conceſſiſſet Romam, illius gubernator effectus eſt, ac Vicecancellarius; ac poſt paucos dies, ut per id tempus ſama tenuit, toxico infectus diſperiit, ſepultuſque eſt apud S. Petrum in ſacello D. Thomæ cum hoc epitaphio, quod illi Pontifex Nicolaus apponendum mandavit.

Joanni Podio Epiſcopo Bonon. juris conſult. Doctiſſimo & Sanctiſs. Nicolaus Pont. Max. ſacrum fieri juſſit.

XX XVII 86. PHILIPPUS Calandrinus Sarzanenſis, Nicolai V. Pontificis ex eadem matre frater, Canonicus, atque Archidiaconus Lucenſis, ad Bononienſem ſedem aſſumptus eſt, Pontifice fratre ita mandante, anno 1448. 15. Kal. Januarii; inſecutoque anno ad tit. S. Suſannæ creatus eſt Presb. Cardinalis; Deinde S. Laurentii in Lucina titulum obtinuit, renunciatus major Pœnitentiarius, ac Piceni Legatus. Cæterum Bononienſis Epiſcopatus B iniit poſſeſſionem an. 1462. 3. Id. Aprilis ſolemni pompa exceptus. Bagnariæ prope Viterbium fato oppreſſus eſt jam Portuenſis Epiſcopus factus 9. Kal. Auguſti an. 1476. Cujus cadaver Romam relatum apud S. Laurentium in Lucina tumulatum eſt cum Epitap. in 1. tomo relato in Epiſcopis Portuenſibus.




XX VIII 87. FRANCISCUS Cardinalis Gonzaga, Friderici Mantuæ Marchionis filius, Epiſcopus Mantuanus, Bononiæque Legatus, hanc Eccleſiam perpetuo adminiſtrandam ſuſcepit, uſus ſuffraganeo Andrea Saſſenatenſi Epiſcopo. Hujus temporibus Franciſcus Philelphus eruditione clarus è vita exceſſit. Deceſſit autem ipſe Gonzaga Bononiæ an. 1483. 11. Kal. Novemb. cujus corpus Mantuam delatum in Cathedrali tumulatum eſt. De eo in 1. tomo inter Epiſcopos Mantuanos nonnulla retulimus.



X X. 88. JULIANUS Cardinalis Roboreus, qui poſtea Pontifex factus Julius II. fuit, hunc eumdem Bononienſem obtinuit Epiſcopatum 1483. 7. Non. Novemb. a Sixto IV. patruo, ex cujus etiam largitate ejuſdem civitatis legatio obvenit. Adminiſtravit autem hanc Eccleſiam uſque ad an. 1502. deinde cum Vercellenſi eam commutavit. Bononienſi Ba-

A ſilicæ Xyſtum objecit, in quo hujuſmodi quondam inſcriptio legebatur, quæ modò inter fragmenta marmorum indecentiſsimè jacet. Nos inde erutam hic exſcribendam curavimus, ne in totum periret.

Sedente Innocentio VIII. Pont. Max. Pontificatus ſui anno III. Julianus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis S. Petri ad Vincula, S. R. E. major Pœnitentiarius, & Epiſcopus Bononienſis condi juſſit anno ſalutis MCCCCLXXXVII. procurante Philippo Lucenſi Epiſcopo Urbinate Locumtenente, & Vicario generali.



89. JOANNES Stephanus Ferrerius, Vercellenſis Epiſcopus ex commutatione ad hanc Eccleſiam translatus eſt an. 1502. 3. Id. Aprilis: eodemque anno ab Alexandro VI. creatus eſt Presbyter Cardinalis. Hic cum Bononiam conceſſiſſet, geſtientibus præ lætitia populis exceptus eſt. Ergo ut par pari referret, honoris ergo Cardinalis Bononienſis voluit appellari. Æque literatus fuit, ac literatorum hominum amator. Romæ deceſſit 1510. ſepultuſque eſt apud S. Clementem cum hoc Epitaphio. XC.

C *Joanni Stephano Ferrerio SS. Sergii, & Bacchi Presb. Cardinali Bononienſi, viro Sanctitate, doctrinaque inſigni. Vixit annos XXXVI. menſ. V. Obiit anno 1510. 3. Nonas Octobris Julio Pont. Max.*

Ferrera ſamilia cæruleum erectum leonem in argentea parma pro inſigni gerit. Nobiliſſimæ Acciajolæ Florentinæ familiæ ſunt antiqua ſtemmata, e qua civilibus diſcordiis aliqui Florentia pulſi Biellam Pedemontanæ regionis nobile oppidum demigrarunt; ibidem Sebaſtiano duce poſteris demutato nomine fundamenta jecere: ex ea deinceps Cardinales quatuor, Epiſcopi multi, viri, & toga, & armis illuſtres prodiere, de quibus alibi ſermonem inſtituemus.

D



90. FRANCISCUS Cardinalis Alidoſius Papienſis Epiſcopus, Bononiæ Legatus, Bonon: Eccl: perpetuò adminiſtrandam ſuſcepit die 18. menſis Octobris, anno 1510. Inſecuto autem anno cum Hannibal Bentivolus Bononiam occupaſſet, Alidoſius Ravennam conceſſit, ubi Pontifex Julius per id tempus commorabatur, cumque Pontifici promiſiſſet ad XCI.

cæna

cænam ire, vectum mula dux Urbinas obvius intere-mit Alidoſium 10. Kal: Junii, de quo commodius jam in Epiſcopis Papienſibus. Poſt exceſſum Alidoſii Populus Clerusque Bononienſis Galeatium Benti-volum elegerunt in Epiſcopum, dieque 28 Maji in Epiſcopatus poſſeſſionem intruſerunt, qui a Julio II. ſacris interdictus, omnibuſque dignitatibus ſpoliatus cum reliquis ſuæ Familiæ viris Bononia expulſus miſerè interiit.



XCII. 91. ACHILLES de Graſſis Bononienſis Alido-ſio ſucceſſit 9. Kal. Junii anno 1511. Inſecutoque anno 8. Kal. Junii obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſ-ſionem. Hic Balthaſſaris filius fuit, nepoſque An-tonii Epiſcopi Tyburtini, Sacræque Rotæ Roma-næ Auditoris, cui in eo munere Hannibal ſucceſſit, cum eſſet Juriſconſultiſſimus. Profectus Orator eſt ad Helvetios, eodemque munere functus eſt apud Polonos, tum & ad Ludovicum XII. Regem Gallo-rum, ac demum apud Cæſarem in Germania. Quam-obrem de Eccleſia optimè meritum Julius II. inter Purpuratos adlegit. Bononienſem Eccleſiam magna cum prudentiæ laude Achilles adminiſtra-vit, niſi demum incoſtantia priſtinam illam famam deformaſſet. Deceſſit Romæ ante tres dies, quam Clemens VII. Mediceus ad Pontificatum aſcende-ret. Sepultuſque eſt apud ſanctam Mariam in Tran-ſtyberim cum ſequenti Epitaphio.

Achil. de Graſſis Epiſcopo Bonon. hujus Ba-ſilicæ Cardinali, morum gravitate, & le-gum peritia, nulli ſecundo, in quo nullum Ju-ſtitiæ, modeſtiæ, ac liberalitatis genus un-quam deſideratum eſt. Vixit annis 60. Cle-menti VII. & Univerſæ Curiæ maximo de ſe deſiderio relicto.

In Epiſcopio Bononienſi aulam igne deformatam reſtituit, ut brevis inſcriptio refert.

Achilles de Graſſis s: Sixti Presbyter Car-dinalis Bonon: Aulam hanc igne crematam reſtituit anno M. D. XII.



XCIII 92. LAURENTIUS Campegius Bononienſis, maximæ exiſtimationis Cardinalis, ex Epiſcopo Feltrenſi poſt Achillem ad hanc eandem Eccleſiam translatus eſt, Clemente ſeptimo ita cenſente, die

A ſecunda menſis Decembris anno 1523. Hic filius fuit Joannis ſenatoris, natuſque eſt anno 1474. die 7. menſis Novembris. Ad ſummam Juriſpruden-tiam dicitur perveniſſe, Romæque ob id Sacræ Rotæ Auditor evaſit, atque Feltrenſis Epiſcopus. Quem cum deindè Leo X. ad Maximilianum Ora-torem legaſſet, illeq; omni conatu Lutheranæ peſtis exordia conaretur opprimere, ab eodem Pontifice abſens ſenatoria Romana Purpura donatus eſt ad titulum S. Thomæ In Parione. Inde reverſus in majorem Britanniam ex ejuſdem Pontificis juſſu legatus profectus eſt, ut ejus Inſulæ Regem ad ſa-crum contra Turcam bellum impelleret. Interim Campegius cum in Britannia Cleri prolapſos mores ex Legati cenſura corrigeret, magnam eo nomine apud Regem collegit gratiam, itaut Salesberienſis Epiſcopus evaderet; Romamque reverſus, Signa-turæ gratiæ, ut vocant, Præfectus renunciatus eſt. Sub Adriano VI. Romæ feriatus ferè vitam tranſe-git, donec iterum in Germaniam contra Luthe-B rum a Septimo Clemente, qui Adriano ſucceſſerat, mitteretur legatus, ad Conventũ ſcilicet Norimber-genſem. Ratisbonæ vero aliquot contra prolapſum Clerum condita decreta vulgavit, eratque ſpes, ut Cardinalis Campegii diligentia ſerpentis Luthe-rani contagii nervos eliderct. Cæterum ea lues al-tiores radices egerat, quam quæ uno, vel altero con-greſſu, vel etiam pluribus poſſent ſuccidi. Itaque re quidem maxima animi magnitudine tentata, ſed tamen infecta, rediit Romam, ſenſitque inter cæteros Purpuratos Borbonianæ vel populationis, vel cladis incommoda, tametſi in Adrianam mo-lem cum Pontifice ipſo Clemente profugus, oppor-tunè conſuluerit vitæ. Deindè compoſitis rebus, in Angliam iterum a Pontifice legatus eſt, ut ma-trimonii Jura inter Henricum, Catherinamque Reginam firmaret. Quintaque deinde legatione in Germaniam, Comes Itineris Cæſaris, qui poſt in-ſigne Imperii acceptum illuc redibat, a Pontifice ornatus eſt. Porrò de coronatione Caroli V. Impe-C ratoris, cui Campegius non ſolum, ut Cardinalis, verum etiam uti Bononienſis Epiſcopus, ſacrique Romani Imperii Princeps interfuit, æternum mo numentum in Bononienſi Palatio his verbis conce-ptum viſitur.

Clemente VII. Pont. Max. ut Chriſtianæ Reipub. ſtatum reformaret cum Carolo V. Cæſ. Imper. Bo-noniæ congreſſus eſt in hanc Urbem Cæſ. Non. No-vemb. anno Dom. 1529. introiit, pro Templi fori-bus, de more, Pontificem max. adoravit: ejus au-ctoritate, & conſilio, cum reſtituto in avitum re-gnum Franciſco Sforzia, ac Venetis pace data, cunctæ Italiæ otium, ac tranquillitatem diù opta-tam reddidiſſet, Imperii coronam hoc pompæ or-dine accepit. Feneſtra hæc ad dextram fuit porta prætoria; ea ingreſſus Cæſar per Pontem ſublicium in Æde D. Petronii deductus ſacris ritè peractis a Pont. Max. auream Coronam Imperii, cæteraque inſignia accepit. Inde cum eo triumphans exercitu ornatiſſimo præeunte, Urbem perluſtravit, cum D ambo in eodem Prætorio totam hyemem conjunctiſ-ſimè de ſumma rerum deliberantes egiſſent. Cæſar poſt ſuum adventum menſe 5. in Germaniam, ad tumultus impiorum civium ſedandos, & bellum Tur-cicum cum Ferdinando Fratre Pannoniæ Rege ap-parandum profectus eſt. Hujus rei monumentum hoc Innocentio Cybo Cardinale Legato auctore, U berto Gambara Urbis Præfecto referente S. P. Q. B. extare voluit Non. Novemb. M. D. XXX.

Demum Campegius, cum e Germanica legatio-ne rediiſſet, ac Senatoriis Comitiis, in quibus Pau-lus Tertius Summus Pontifex renunciatus eſt, in-terfuiſſet, quæreretur que Cardinalis idoneus, qui univerſali celebrando Concilio idoneam operam præſtaret, unus Campegius omnibus in eam curam intentis occurrit, qui tantæ moli par eſſe poſſe vide-retur anno 1538. Inſecuto vero anno bonis omnibus lachrymantibus, Romæ obiit diem poſtremum 14. Kal. Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Mariam In

Tran-

Digitized by Google

Tranſtyberim, cujus Eccleſiæ aliquando fuerat titulo inſignitus, cum ſequenti epitaphio, complectente non modo Laurentium, ſed & Alexandrum ejuſdem legitimum filium, ampliſſimum quondam Cardinalem. A


Laurentii tituli S. Mariæ Tranſtyberim
Patris, & Alexandri S. Luciæ in Silice filii,
Ex legitimo Matrimonio ante
Sacerdotium ſuſcepti
Ex nobili Campegiorum Bonon. Familia
S. Romanæ Eccleſiæ
Cardinalis
Oſſa ex eminenti loco
anno ſalutis MDLXXI. huc translata
in unum requieſcunt.

Alidoſius narrat deinde corpus Bononiam ex teſtamento fuiſſe translatum, tumulatumque apud S. Bernardinum, & Martham, quorum ſacram ædem inſtauravit, ut marmorea inſcriptio ibidem appoſita narrat.

D. O. M. B

Laurentius Campegius hujus civitatis antiſtes & Sanctæ Romanæ Eccl. Epiſcopus Card. ſacris virginibus Sanctorum Bernardini, & Marthæ ſacras has ædes cultu conceſſit, & inſtauravit anno Domini M. D. XXVI.

Illius etiam meminit Garimbertus cum laude, Nicolaus Sanderus de ſchiſmate Anglicano; affirmatque ſcripſiſſe illum contra Hæreticos ſui temporis, & Reformationem Germanici Cleri, quam 5. Tomo Conciliorum inſertam videmus, tum & diverſas ad diverſos Epiſtolas, quarum nonnullæ prodierunt typis impreſſæ. De eodem narrat Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus, Stephanuſque Joanninenſis, qui paucis quidam verbis, ſed adæquatè, Laurentii Campegii laudes viſus eſt complexus fuiſſe, cum diceret prodiiſſe illud ex nobiliſſima illa Campegiorum Gente, quæ Purpuratorum, ac digniſſimorum Præſulum habita ſemper fuiſſet ſeminarium. C



XCIV. 93. ALEXANDER Campegius, Laurentii Card. legitimus filius, parenti tum virtute, tum legum peritia prope pari, natus Bononiæ eſt die 2. menſis Aprilis anno 1504. Apoſtolicæ Cameræ primum Clericus fuit, tùm & Bononienſis Epiſcopus, ex ceſſione Andreæ Cardinalis de Valle, cui non ita pridem Laurentius pater Bononienſem ceſſerat Epiſcopatum, anno 1526. die 19. menſis Martii. Cujus Epiſcopatus non prius iniit poſſeſſionem, quam Campegius parens exceſſiſſet è vivis, hoc eſt anno 1541. *a* pridie Kalend. Auguſti. Vicelegatus Avenionem profectus eſt; in quo munere hæreticorum ſectæ, qui pauperum Leonis ſibi adſciverant cognomen, elidere fibras egregie conatus eſt. Cæterum in aliquam partem felicitatis Alexandri Campegii poteſt referri, quod Tridentino Concilio Bononiam translato, ejuſdem Patres Palatio ſuo, hoc eſt, gentis ſuæ permagnifico domicilio excepit, ubi aliquot graviſſimas ſeſſiones celebrarunt; in quibus Campegiæ gentis quatuor interfuere Epiſcopi, D

a 1539.

Thomas ſcilicet Feltrenſis, vir longe doctiſſimus, Joannes Baptiſta Majoricenſis Alexandri frater, ſummæ exiſtimationis Orator, atque Theologus, Græce, Latineque cultiſſimus; Marcus Antonius Groſſetti Præſul, Alexandri patruus; Joanneſque Parentinus Antiſtes ejuſdem conſobrinus, omnes tum doctrina, tum probitate motum clariſſimi. In aula Campegiorum, ubi Concilium inchoatum fuit, ad æternitatem hoc extat monumentum.

CONCILIO Tridentino
Paulo III. Pont. Max. Bonon. anno XV.
translato Patres ac theologi
præſentibus legatis,
Joanne Maria de Monte,
& Marcello Cervino Cardd. in hac aula
per annum, & amplius
convenerunt ac Concilii negotia
pertractarunt.


Ad S. Petronii Templum, incruentæ Hoſtiæ cum quatuor magnificis columnis marmoreum erexit ciborium: excepitque Bononiæ non ita pridem exortæ ſocietatis Jeſu alumnos, illiſque S. Luciæ templum attribuit. Igitur ingentibus erga ſanctam Eccleſiam meritis cumulatum Alexandrum Julius III. ſenatoria purpura cohoneſtavit an. 1551. ad titulum S. Luciæ in Silice: ſed affecutæ purpuræ breve gaudium fatum abrupit. Deceſſit enim ſub eodem Pontifice anno 1554. 12. Kalen. Octobris, cum 48. annos natus eſſet; ſepultuſque eſt apud S. Mariam Tranſtyberim prope parentem Laurentium Cardinalem, ac cum eodem Bononiam deinde fuit translatus ad Eccleſiam Ss. Bernardini, & Marthæ. Meminit Alexandri Sigonius, Ciacon. meuſque Victorellus in addit. ad eundem Ciacon. Alexander vero in Eccleſia Bononienſi habuit ſuffraganeum Auguſtinum Zanettum Epiſcopum Sebaſtenſem, qui obiit anno 1549. 6. Feb. jacet in Eccleſia S. Dominici cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Auguſtinus Zanettus Bonon. Pontificii Cæſareique juris doct. Epiſcopus Sebaſtenſis, & Bononiæ Suffragan. & Vicar. poſt longos, graves, ac diuturnos labores de ſempiterna quiete cogitans Melchiori Patruo cauſidico inſigni, ſibique, ac poſteris S.O.M.P. anno à natali Dei & hominis M. D. XLX.

94. JOANNES Campegius Cardinalis Alexandri conſobrinus, filius Antonii Mariæ Senatoris, pauld ante Parentinus Epiſcopus, ex coadiutore Alexandro ſuffectus eſt anno 1554. *b* Hic in interregno Pauli III. patrimonium S. Petri adminiſtravit; ſubque Pio IV. Picenatum provinciam prudentiſſime rexit; eodemque mittente Pontifice, apud Coſmum I. Florentinorum, ac Senenſium ducem, primus Nuncius profectus eſt; inde eodem munere functus eſt apud Philippum II. Hiſpaniarum Regem. Sedem Epiſcopalem reſtauravit, rexitque mores cleri ſumma cum laude prudentię. E vivis exemptus eſt anno 1563. 7. Idus Septembris; ſepultuſque eſt in Cathedrali. XCV.

b An 1551. 6. Martii per ceſſionem Alexandri ſex Attis.




95. RAYNUTIUS Cardinalis Farneſius Pauli III. nepos, major Pœnitentiarius, Archiepiſco- XCVI

pus

pus Neapolitanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Archipresbyter Lateranenſis Baſilicæ, ac Ravennatium Archiepiſcopus, cum Ravennatem Archiepiſcopatum in manus Pontificis reſignaſſet à Pio IV. Bononienſem ſedem obtinuit IV. Kalend. Majas anno 1564. inſecutoque anno Bononiam venit, exceptuſque à populo auguſtali propemodum pompa; ingentibus donariis Cathedralem locupletavit. Cæterum cum graviſſimis deinde exigentibus negotiis ad Octavium Parmenſium ducem fratrem ſuiſſet profectus, ibidem mœrentibus cunctis, vitam finivit 5. Kal. Novembris 1565. ſepultuſque eſt in Cathedrali. Quem deinde ob clementiam, doctrinam, munificentiamq; ſummis laudibus extulere Sigonius, Sadoletus, Manutius, Bembus, Ciacon. Victorellus, & alii.

ARCHIEPISCOPI
BONONIENSES.



XCVII. 1. GABRIEL Paleottus Bononienſis, filius Alexandri nobiliſſimi ſenatoris, natus Bononiæ eſt die 22. menſis Octobris, anno 1522. Hic nobilitatem ſanguinis cum virtute, literaturaque ita conjunxit, ut nil abſolutius fieri poſſe videretur. In legum autem peritia ita profecit, ut 24. tantum natus annos in publico patriæ ſuæ Gymnaſio illas interpretaretur, nobilium ſemper auditorum adſtante corona, in quibus præcipuè fuit Hippolytus Aldobrandinus, qui ex Cardinali ad ſummum Pontificatum aſcendit ſub nomine Clementis VIII. Olim Canonicus Bononienſis Majoricenſem Eccleſiam oblatam reſpuit. Paulus deinde IV. declaravit eum S. R. Rotæ Auditorem, illumque ad ſacri Concilii Tridentini patres legavit. Eundemque poſtea Pius IV. inter purpuratos adlegit ad titulum Ss. Nerei, & Achillei anno 1565. A Pio vero V. Bononienſem obtinuit Epiſcopatum anno 1566. die 30. menſis Januarii, obtentique Epiſcopatus ſolemni pompa iniit poſſeſſionem die 24. menſis Februarii ejuſdem anni. Itaque cum Epiſcopus renunciatus fuiſſet, haud ſibi in tanto munere ceſſandum ratus, Eccleſiam ſibi creditam in priſtinum candorem reſtituit, atque ad normam Tridentini Concilii cleri mores correxit, adhibita ſeveriori diſciplina. Sumptuoſo opere Cathedralem inſtauravit, & quaſi à fundamentis totum Epiſcopale Palatium erigendum, farciendumque curavit. Jubileum, quod à Gregorio XIII. Bononienſibus indultum fuerat, ſumma religione recepit, indixitque: cujus rei memoriam in Cathedrali ex marmore extare voluit, in hunc modum.

Anno ſalutis MDLXXXI. Jubileo à Gregorio XIII. Pont. Max. cive Bononien. per Gabrielem Card. Paleottum Epiſc. & civem Bonon. repente in ſtudium religionis converſa obſecratione per urbem ab omnibus ſacris & profanis ordinibus præſcribente cum magiſtratibus Epiſcopo ſubinde viritim, vica-

A *tim, collegiatim, ac pagatim inſtructa ſub propriis vexillis ſupplicatum hoc ordine per quinque menſes ad quatuor templa ab ipſo Epiſcopo conſtituta memorabili in poſterum Chriſtianæ ſanctitatis exemplo proceſſit.*

Denique ſub Gregorio XIII. qui Bononienſem Eccleſiam in metropolitanam erexit, primus Archiepiſcopus Bononienſis dictus eſt, die 10. m. Dec. anno 1582. habuitq; ſibi ſubjectos ſuffraganeos, Imolenſem, Cervienſem, Mutinenſem, Regienſem, Parmenſem, ac Placentinum. 8. vero Id. Febr. ſequentis anni à Gregorio XIII. Pallio decoratus eſt: die 21. Februarii ſolemni pompa primum urbem ingreſſus eſt. Die B. Mariæ Annunciatæ ſacro, tamquam Archiepiſcopus primum ſacrum fecit in Cathedrali, aſſiſtentibus, præter cæteram promiſcuam multitudinem, clariſſimis viris, Petro Donato Cæſio Cardinali Legato Bononiæ, Philippo Cardinali Vaſtavillano Nonantulano Abbate, Herulo de Herulis Epiſcopo Narnienſi, Bononiæque vice-
B legato, Petro Domis Epiſcopo Plocenſi Poloniæ Senatore, Regiſque ad Pontificem oratore, qui forte tunc Bononiæ erat, Hieronymo Ragazzonio Antiſtite Bergomate, Conſtantino Barzellino Præſule Reatino, Ludovico Bentivolo Tiphernate, Angelo Perutio Sarſinenſi, Andrea Caligario Foropopilienſi. Cæterum cum ex Gabrielis juſſu inter miſſarum ſolemnia diaconus bullam erectionis Bononienſis Metropolis, populo, ac circunſtantibus divulgaſſet, nobis hic illam exſcribendi opportuniſſimam viſus eſt dediſſe occaſionem.

GREGORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Univerſi Orbis Eccleſiis, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet imparibus præſidentes, in omnes agri Dominici partes oculos noſtræ mentis vigilis more Paſtoris intendimus, inſpicientes, quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim cathedralium inſignium ſtatui, & decori maxime conveniat: atque hoc quidem tanto liberalius, prom-
C *ptiuſque curandum cenſemus, quanto magis civitatum celebritas, ac civium, & populorum ſuorum vota id expoſcunt: ac divino fulti præſidio illius, qui cuncta ex ſua benignitate ad fidelis populi ſui ſalutem diſponit, ad ea, quæ ad dignitatem, & ſtatum Eccleſiarum hujuſmodi augendum pertinent, officii noſtri partes libenter convertimus, prout cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque Eccleſia Bononienſis Sedis Apoſtolicæ immediate ſubjecta, cui dilectus filius noſter Gabriel tituli S. Martini in Montibus presbyter Cardinalis Paleottus nuncupatus, ex diſpenſatione Apoſtolica præeſt, & quæ imprimis S. Petronii Epiſcopi, & protectoris Bononiæ interceſſionibus, & meritis, omni quidem tempore divinæ pietatis abundantia magnis, multiſque ornamentis exculta, non modo diœceſis magnitudine ſatis in omnem partem patens, ſed cleri, populique pietate, dignitate, & amplitudine florens, Epiſcoporum quoque ordine ſuccedentium, quos item multos ab initio fere naſcentis religionis, ſævientibus adhuc infidelium perſecutioni-*
D *bus fidei defenſores, & ſanctorum conſortio adſcriptos habet numero affluens: ſacrarum præterea reliquiarum copia abundans: religioſiſſimis quoque templis, Baſilicis, monaſteriis, locis piis, & aliis quoad omnem ejuſdem Cleri, populique Bononienſis laudem inſignia ſunt, pietatis Chriſtianæ monimentis ornata, valde per ſe ipſa elucet; cumque civitas ipſa jam inde uſque a Theodoſio Imperatore ampliſſimis illuſtrata privilegiis, & à diverſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ad regum congreſſus, Imperatoris coronationem, concilii œcumenici tranſlationem, aliaſque maximas res gerendas delecta, ejuſdemque Apoſtolicæ ſedis primogenita, & ſtudiorum mater ab omnibus merito nuncupata nobiliſſimo gymnaſio, doctorumque, & ſcholarium ex omnibus orbis Chriſtiani partibus illuc confluentium frequentia clariſſimo; quadraginta virium ſenatu, & magiſtratibus decorata, aliorum item illuſtrium virorum, apud quos & veræ religionis cultus, & ſumma in Romanum Pontificem, ipſamque ſe-*

dem

dem obſervantia, & ſtudium ſemper enituit, copia quidem inſignis, quippe quæ in omnibus ſchiſmatibus partes veri Pontificis perpetuo ſuſtinuerit, & viros dignitatibus Eccleſiaſticis claros, Epiſcopos, Cardinales, Pontificeſque de Eccleſia Dei optime meritos ſæpenumero tulerit: ædificiorum magnificentia, opibus, fertilitate, populi magnitudine, egregia erga exteros hoſpitalitate, ac præcipua erga omnes benevolentia, & charitate, omnique alia virtute illuſtris & ſit, & habeatur. Nos aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui eodem honore patriam ſuam condecorarunt, amorem, exemplumque ſecuti, & ejuſdem etiam Cardinalis, Epiſcopique Bononienſis, cujus non ignota eſt cura, & ſollicitudo in gloria Dei, ſaluteque animarum procuranda, pio ſtudio adducti, & patria ipſius noſtræ Bononienſis, quam unice in Chriſto diligimus, ſingularibus erga hanc ſedem meritis commoti, paternoque deſiderio, & ea ſpe, qua tenemur id fore, ut patria ipſius Bononienſis hoc ſingulari beneficio noſtro excitata ſeſe in dies ad bene agendum magis, magiſque conformet, accenſi, nec non Eccleſiæ ipſius, quam totis in Chriſto viſceribus complectimur, meritis permoti, ad illam meritis honoribus augendam, & promovendam adducti, piis quoque ſupplicationibus dilectorum filiorum ejuſdem civitatis quadraginta virum, aliorumque magiſtratuum excitati, poſt habitam cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus maturam deliberationem, de illorum conſilio, atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei, ac beatæ Mariæ ſemper Virginis, & SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ejuſdemque S. Petronii Epiſcopi, & patroni Bononienſis, nec non ad univerſalis Eccleſiæ exaltationem, Eccleſiam ipſam Bononienſem in Metropolitanam Eccleſiam, & Sedem Epiſcopalem Bononienſem in Archiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſque, & Metropolitani Præſidis ſedem, & Provinciæ caput pro illius Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti, qui pallii, & crucis uſum aliorum Archiepiſcoporum more habeat, omnibuſque aliis inſignibus Archiepiſcopalibus, nec non privilegiis, honoribus, & prærogativis aliis Archiepiſcopis debitis, & conceſſis gaudeat, tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiſcopali, & Metropolitano decoramus. Nec non Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Cervien. & Cremen. Eccleſias, earumque omnium, & ſingularum civitates, ac diœceſes cum omnibus, & ſingulis earum territoriis & terminis, ac dilectos filios clerum, & populum univerſum cum ſuis collegiatis, Parochialibus, & aliis Eccleſiis, nec non monaſteriis utriuſque ſexus, cæteriſque beneficiis, & officiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis ordinum regularibus, nec non Hoſpitalibus, domibus, collegiis, & locis religioſis quibuſcunque ab ejuſdem ſedis Apoſtolicæ immediate, ſive alterius cujuſcumque etiam Metropolitani ſubjectione etiam perpetuo dividimus, & ſepcramus, illaſque & earum diœceſes, ac civitates poſthac in provincia Bononienſi eſſe & conſiſtere, neque in alia provincia cenſendas, & numerandas eſſe decernimus, & declaramus, & quatenus alteri provinciæ, Archiepiſcopove etiam Mediolanenſi, & Ravennatenſi, cum antiquo jure, conſuetudine, privilegio, vel alterius metropolis erectione, ſive inſtitutione, quam jure electionis ex ſacri concilii Tridentini decreto facta, vel alia quavis ratione, & cauſa antea adjuncta, ſubjectaque in toto, aut in parte eſſent, vel cenſerentur, ſive in illius poſſeſſione, vel quaſi ſe eſſe prætenderent, ab omni illius, ſive alterius provinciæ, vel Archiepiſcopi etiam Mediolanenſis, & Ravennatenſis, aut illorum capitulorum jure Metropolitico, correctione, viſitatione, ſubjectione, & omni quacumque alia juriſdictione, obedientia, & ſuperioritate, ſi qua forſan quavis occaſione illis competeret, ſive competat, ſimiliter perpetuo eximimus, & liberamus. Nec non dictæ Bononienſi Eccleſiæ prædictas Placen. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Cervien. & Cremen. civitates, & diœceſes pro ſua Metropolitana provincia, ac Placen. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Cervien. Cremen Eccleſias præfatas, modernoſque, & pro tempore exiſtentes illarum ſingularum præſules pro ſuis, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Bononienſis ſuffraganeis, nec non earum ſingularum capitula etiam quocumque privilegio, tamquam membra capiti eidem Archiepiſcopo Bononienſi jure Metropolitico ſubſint, ſibique obedientiam, & reverentiam tamquam proprio Metropolitano prorſus exhibeant, pariter perpetuo ſubijcimus: eidemque Archiepiſcopo Bononienſi prædictos ſuos ſuffraganeos conſecrandi, ad provinciales ſynodos evocanas, ac cum eis etiam Eccleſiaſtica negotia terminandi, eorum Eccleſias diſponendi, & cauſas quarumcumque appellationum, ſive querelas alias juxta ſacrorum canonum ſtatuta cognoſcendi, omniaque alia, & ſingula, quæ de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ad Archiepiſcopos, & Archiepiſcopale munus ſpectare, & pertinere ſolent, & debent, gerendi, & exercendi plenam, & omnimodam concedimus facultatem; provinciæ quoque Bononienſi clerum, & populum univerſum pro eorundem Eccleſiæ, & Archiepiſcopi Bononienſis provincialibus ſimiliter perpetuo concedimus, & aſſignamus, decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus regula noſtra de jure quæſito non tollendo, ac quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Placentin. Parmen. Mutinen. Regien. Cervien. Imolen. & Cremen. ac Ravennaten. & Mediolanen. Eccleſiar. prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, illarumque præſulibus, & adminiſtratoribus, ac capitulis, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de ſimili Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & conſiſtorialiter, etiam de ſimili conſilio, ac alias quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie de conſilio, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, decorationis, diviſionis, ſeparationis, declarationis, exemptionis, liberationis, ſubjectionis, conceſſionum, aſſignationis decretorum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1582. quarto id. Decemb. Pontificatus noſtri anno XI.

Ea peracta celebritate, paulo poſt celebrata provinciali ſynodo, cum aliquot ſuffraganeis, qui novæ Metropolitanæ fuerant attributi, novam illam, ampliſſimamque dignitatem Paleottus viſus eſt confirmaſſe, contra id, quod Ravennas Archiepiſcopus, qui id ægre ferebat, timebatur moliturus, die 27. menſis Aprilis anno 1586. In Eremo Camaldulenſi hoſpitium S. Petronio Epiſcopo ſacrum, quo Archiepiſcopi Bononienſes illuc tranſeuntes diverterent, conſtruxit, appoſita inſcriptione ad parietes.

Gabriel Paleottus S. R. E. Cardinalis tituli S. Martini in Montibus Archiepiſcopus Bononien. primus ob ſuum religionis affectum erga ſacram Eremum Camalduli prius à ſe viſitatam, & cellam hanc in honorem S.

Pe-

Digitized by Google

A *Petronii Epiſcopi, & protectoris Bononienſis, ad perpetuum Archiepiſcoporum Bononienſium uſum, qui pietatis cauſa huc diverterint, monachis pro ejus deſiderio benigne aſſentientibus faciendam curavit anno*
MDLXXXIV.

Eodem anno ad augendum novæ Metropolitanæ ornatum, chorum, ſubterraneumque locum, quod ſub confeſſione vocant, picturis exornavit, ubi extat inſcriptio.

Has ſacras imagines ab Alphonſo Ferrarien. efficlas monialibus S. Margaritæ ad augendum novæ Metropolitanæ ornatum pio munere conferentibus Gabriel Cardinalis Paleottus Archiep. Bonon. primum inſtaurari curavit die xi. Novemb. MDLXXXIV.

Sed & Bononienſis Academiæ Priores, ut ſe gratos Paleotti virtuti teſtarentur, hoc publico elogio eum decorarunt.

Quod radiis veluti ſol effulgentibus oſtro,
Quem regis illuſtras hunc Paleotte chorum.
Ecce opus alterius ſibi nunc conſacrat Apellis
Cor patriam inſigne, & nomina tecta, genus.
MDLXXVI.

Gabrieli Paleotto S. R. E. Cardinali ampliſſimo Epiſcopo Bononienſi, quem poſtremo ſuum præcipuum protectorem, Lucio Scarano priore, univerſitas Philoſophorum, & medicorum adſcivit, ob egregiam ipſius in hunc ordinem voluntatem, & ſuſcepti patrocinii memoriam conſiliarii publici, Lucio Scarano, & Nicolao de cruce prioribus, anno poſt humanum recuperatum genus MDLXXXVI. Lucius Scaranus Brundiſinus, & Nicolaus de cruce Annonis utriuſque univerſitatis Philoſophorum, & medicorum Priores ejuſdem anni conſiliariorum inſignia, ut aliqua extaret eorum probitatis, & rei bene geſtæ memoria, publico ære hic ſtatuenda cenſuerunt, curaruntque.

Igitur Paleottus, cum poſtea decedens optimis legibus Metropolitanam Bononienſem ſedem conſtitutam reliquiſſet, non modo civibus, cleroque inconſolabile ſui reliquit deſiderium, ſed rarum etiam ſufferentiæ documentum, cum per tres menſes cum gravi, lethalique morbo fuiſſet fortiſſime colluctatus, an. 1597. 11. Kal. Auguſti, cum 75. natus eſſet annos. Ejus cadaver ad tempus in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ nationis Bononienſis Romæ, ubi expiraverat, tumulatum eſt; tranſlatum vero deinde Bononiam, in Cathedrali conditum in ſimplici, moderatoque à ſe conſtructo monumento. In ejus inferiis funebrem orationem habuit Carolus Caprara Canonicus. Plura ingenii doctiſſime ſcripta monumenta [a] reliquit, in quibus illud de nothis, & ſpuriis maxime probatur doctis. Duos item libros de ſacris, ac profanis imaginibus. De conciſtorialibus conſultationibus: Varias Epiſcopatus Bononienſis conſtitutiones: Archiepiſcopale Bononienſe: volumen etiam de Bono Senectutis S. Philippi Nerii intuitu, quem à confeſſionibus habuit. De Paleotto cum laude commemorat Carolus Sigonius, cui librum de Epiſcopis Bononienſibus inſcripſit, quem in ejus gratiam Sigonius compoſuerat, qui Paleotti temporibus deceſſit Bononiæ. Ejuſdem etiam meminit Poſſevinus in Apparatu ſacro, Nomenclator Cardd. Ciacon. Rubeus in hiſtoria Ravennati, ac Victorellus in additionibus ad Ciaconium. Cęterum Gabriel vir plane dignus eſt, ex cujus Præſulatu Bononia tanta civitas ſibi putet ad perennitatem incomparabile decus acceſſiſſe. („ *Suffraganeo uſus* „ *eſt Chriſtophoro Graſſio, jam Canonico Regul. La*„ *teranen. inde Zacynthi, atque Cephaleniæ Epiſco*„ *po anno 1574. die 5. Julii creato; qui obiit die 15.* „ *Aprilis an. 1584. quadrageſimum quintum ætatis* „ *ſuæ agens annum*. Mandoſius.)

[a] Quæ videnda apud Oldoinum in Athen. Rom.



XCVIII. 2 ALPHONSUS Paleottus, Cardinalis Gabrielis conſanguineus, filius Franciſci, ex Archidiacono Bononien. Archiepiſcopus Corcyrenſis [b]
B renunciatus eſt anno 1591. die 13. menſis Februarii, ac coadjutor Bononienſis Metropolitani, cum ſpe futuræ ſucceſſionis: illum inauguravit Ferrariæ Joannes Fontana ejuſdem civitatis Epiſcopus, aſſiſtentibus Hercule Sacrato Comaclenſi Epiſcopo, ac Gaſpare Silingardo Ripætranſonenſis Antiſtite. Gabrieli ſucceſſit anno 1597. atque die 27. menſis Julii obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, acceptoque pallio, Eccleſiam ſibi creditam prædeceſſoris domeſtico ſtimulatus exemplo, egregie, pieque adminiſtravit. De Chriſti Stigmatibus in Sudario Turinenſi impreſſis eruditiſſime ſcripſit. Adſiſtens Pontificius fuit, erigendæque Archiepiſcopali Baſilicæ primum lapidem jecit his verbis inſculptum.

Alphonſus Paleottus Bononien. Archiep. & princeps Metropolit. ædem anguſtam ac prope dirutam in ampliorem a fundamentis reſtituturus primum hunc lapidem ſolemniter
C *poſuit an. ſal. MDCV. die Annunciationis B. M. V. per mortem Clem. VIII. vacante Sede Rom.*

Deceſſit anno 1610. annum agens 79. menſ. 9. dies 20. ſepultuſque eſt ſub confeſſione ejuſdem Baſilicæ, inde poſtea tranſlatus eſt in ſuæ gentis ſuperiorem partem ſacelli. Quo Præſule Clemens VIII. Pont. Max. an. 1604. Bononienſis Archiepiſcopatus erectionem confirmavit, provinciamque diſtinxit, fineſque deſignavit, Imolenſem, & Cervienſem Eccleſias Ravennati Archiepiſcopo reſtituit, pro quibus Cremenſem, ac S. Domnini novas Cathedrales Eccleſiæ Bononienſi perpetuo ſuo diplomate ſubjectas eſſe juſſit; cujus tenor eſt hujuſmodi.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex B. Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſor, in ſupremo militantis Eccleſiæ ſolio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupra univerſas Orbis Eccleſias, & provincias, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, deſtruat, ac utilia, & ſalubria ædificet & plantet, di-
D *vina diſpoſitione conſtitutus, tamquam de ſummo vertice montis in omnes agri Dominici partes, præſertim ſibi nedum ſpirituali, ſed etiam temporali juriſdictione ſubjectas, more vigilis Paſtoris attente conſiderationis dirigens intuitum, pro exactiore ejuſdem agri cultura, & uberiori fruge novas ſedes, & Eccleſias, tam Epiſcopales, quam Archiepiſcopales in locis congruis plantare, & plantatas ſpiritualibus irrigationibus & adjumentis confovere, ac iis, quæ Metropolitanæ dignitatis & juriſdictionis inſignibus ſunt decoratæ, proprias & diſtinctas provincias, nec non competentem ſuffraganeorum numerum, ad viſitationis, correctionis, & juſtitiæ miniſterium fructuoſius exercendum, aſſignare, litibuſque, & controverſiis de medio ſublatis, pacem, & concordiam inter ipſarum Eccleſiarum Præſules, & alios Chriſti fideles omni qua poteſt induſtria conciliare ſatagit, ac alias in his ſuæ ſollicitudinis & providentiæ ſtudium etiam prædeceſſorum ſuorum geſta, nunc confirmando, & innovando, nunc aliqua ex eis alterando, & in melius commutando interponit, prout Eccle-*

[b] Corinthienſis. De quo fuse tractat Barellus in memoriis PP. Barnabitarum tom 2. Mandoſ.

ſiarum

um, Provinciarum, & locorum hujuſmodi qualitatibus, & circumſtantiis debite penſatis, illorum felici ſtatui, & directioni, ac etiam publicæ commoditati, & ſaluti conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod nos ad eiuſdem Apoſtolicæ dignitatis apicem, & poteſtatis plenitudinem divinæ diſpoſitionis operante clementia, meritis licet imparibus, aſſumpti, provide conſiderantes, ac memoria, & animo revolvẽtes, quod alias felicis recordat. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter, multis magniſque Eccleſiæ Bononien. erga ſedem Apoſtolicam meritis adductus &c. Poſt obitum autem eiuſdem prædeceſſoris bon. m. Chriſtophorus olim Archiepiſcopus, & ſeu dilecti filii clerus, ac communitas, & homines Ravennaten. ſumpta occaſione, quod tempore dat. dictarum litterarum, & antea ipſa Eccleſia Bononien. Eccleſiæ Ravennaten. illiuſque Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti Metropolitico jure, non autem dictæ Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta exiſteret, & ſub diverſis aliis prætextibus ad piæ memoriæ Sixtum Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum recurſum habuerint, dictaſque litteras tanquam ſubreptitias, & obreptitias, ac præter mentem, & intentionem dicti Gregorii prædeceſſoris, nec ejus motu proprio, ſed ad Gabrielis Cardinalis, nec non regiminis, & aliorum magiſtratuum prædictorum preces in grave iuriſdictionis, præeminentię, & auctoritatis dictæ Eccleſiæ Ravennaten. ac illius pro tempore exiſtentis Præſulis præjudicium emanatas impugnare, & irritari, & retractari facere tentaverint, dictuſque Sixtus prædeceſſor negocium hujuſmodi nonnullis ex ipſius Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, & forſan congregationi ipſorum Cardinalium ſuper novarum Eccleſiarum Cathedralium & Metropolitan. erectionibus, ac inter eas, & jam tunc erectas Eccleſias incidentibus controverſiis deputatorum, tum etiam in Palatii Apoſtolici auditorio diligenter examinandum, ſibique ad hoc, ut deſuper, quod juſtum foret, ſtatueret, referendum commiſerit, nec illud hactenus deciſum & reſolutum fuerit, quodque idem Archiepiſcopus Ravennatenſis, etiam Eccleſias Ariminenſem, & Ferrarienſem ſub ejus provincia comprehendi, ſibique jus Metropoliticum in illis antiquitus competiiſſe; Epiſcopus vero Ariminenſis in vim litterarum a recolendæ memoriæ Lucio II. & Innocentio III. Roman. Pontificibus ſimiliter Prædeceſſoribus noſtris emanatarum, & per nonnullos alios Romanos Pontifices pariter prædeceſſores noſtros confirmatarum, & innovatarum, dictam Eccleſiam Ariminenſem nulli alteri Metropoli, niſi tantum prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubeſſe, vel etiam in provincia Romana conprehendi, illiuſque Præſules pro tempore exiſtentes a nullo quam Romano Pontifice pro tempore exiſtente, vel de ejus licentia conſecrari debere, & ſimiliter Epiſcopi Ferrarien pro tempore exiſtentes prædictam Eccleſiam Ferrarien. licet olim ſub Ravennaten. vel potius Mediolanen. provinciis forſan comprehenſa fuiſſet, temporis tamen proceſſu a Ravennaten. & Mediolanen. provinciis huiuſmodi exemptam, dictæque Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectam prætendant, vel etiam ſit, exinde graves lites & diſcordiæ, niſi illis congruæ proviſionis remedio occurratur, ſuccedere poſſint, ac propterea in præmiſſis pro paſtoralis officii noſtri debito providere, ac tam Ravennaten. quam Bononien. Eccleſiarum prædictarum ſtatui, & indemnitatibus aliqua accommoda ratione proſpicere, earumque Præſules a litium & controverſiarum huiuſmodi incommodis, & diſpendiis explicare, atque in pacis & quietis amœnitate conſervare cupientes, necnon litterarum Gregorii prædeceſſores huiuſmodi, & aliorum præmiſſorum, ac inde ſecutorum quorumcumque datas, & tenores dictarum litium, & controverſiarum cauſas, & occaſiones, ac earum ſtatum & merita, necnon Cardinalium, & aliorum iudicum nomina, & cognomina, ac quorumcumque intereſſe habentium, iura, actiones, rationes, & prætenſiones, ſingularumque Eccleſiarum & Provinciarum prædictarum qualitates, ſituationes, confines, & denominationes, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſario exprimenda, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, de eiſdem præmiſſis omnibus & ſingulis, eorumque circumſtantiis, necnon partium prædictarum iuribus, rationibus, & prætenſionibus univerſis, plene & ſufficientes inſtructi, poſt maturam deliberationem ſuper his cum fratribus noſtris habitam motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac eo-

A *rumdem fratrum conſilio, & unanimi aſſenſu, omnes & ſingulas lites, ac controverſias, tam inter Metropolitan. invicem, quam inter ipſas Metropolitan & ſuffraganeas Eccleſias huiuſmodi, illarumque Præſules ſuper iiſdem præmiſſis, & illorum occaſione in dicta congregatione, vel alibi coram prædictis Cardinalibus, aut quibuſcunque aliis iudicibus ordinariis vel delegatis etiam cauſas dicti Palatii Auditoribus motas, & indeciſas pendentes, in quibuſcunque ſtatu & terminis reperiantur, ad nos harum ſerie advocamus, eaſque penitus caſſamus & extinguimus. Ac Eccleſiam Ravennatenſem prædictam, illiuſque Præſules pro tempore exiſtentes, adverſus tam litteras Gregorii prædeceſſoris huiuſmodi, quoad ea, quæ Imolen. & Cervien. Eccleſias in umbilico dictæ provinciæ Ravennaten. conſiſtentes, earumque Præſules, capitula, clerum, & populum, civitates, & diœceſes afficiunt eiuſdem Gregorii prædeceſſoris litteris, quoad cætera in eis contenta, alias ſalvis, & in ſuo robore permanentibus, quam omnes & quaſcumque de illis, nec non Ferrarien. & Ariminen. Eccleſiis prædictis per prædictos, & quoſcumque alios*
B *Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, dictumque Sedem Apoſtolicam ab Eccleſia, & provincia Ravennaten. huiuſmodi factas ſeparationes, ſegregationes, diviſiones, diſmembrationes, diſtractiones, & exemptiones, ac etiam litteras Lucii, & Innocentii, aliorumque Romanorum Pontificum huiuſmodi, necnon forſan ſubſecutas declarationes, & enunciationes, ac denique in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant, ſtatum, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi nullatenus emanaſſent, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus. Et nihilominus litteras Gregorii prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in illis contenta exceptis dumtaxat iis, quæ Imolen. Cervien. Eccleſias prædictas, earumque Præſules, capitula civitates, diœceſes, territoria, terminos, clerum, & populum concernunt, nec eiſdem præſentibus contrariantur, auctoritate & tenore prædictis approbamus & confirmamus, ac perpetuæ, & inviolabilis firmitatis Apoſtolicæ præſidio communimus, eaque a dat. litterarum Gregorii prædeceſſoris hujuſmodi valere, & plenam roboris firmitatem obtinere, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri,*
C *necnon ipſis Eccleſiæ, & Archiepiſcopo Bononien. ſuffragari volumus & decernimus in omnibus & per omnia. perinde ac ſi motu proprio prædicti Gregorii prædeceſſoris emanaſſent, ipſaque Eccleſia Bonon tempore dat. litterarum Gregorii prædeceſſoris hujuſmodi, Sedi Apoſtolicæ, non autem Eccleſiæ & Archiepiſcopo Ravennaten prædictis immediate ſubiecta, ac in iiſdem nulla de dictis Imolenſis & Cervienſis Eccleſiis mentio facta fuiſſet: omnes quoque & ſingulos prædictos, ac quoſcunque alios, tam iuris quam facti, nec non ſolemnitatum etiam ſubſtantialium defectus, ſiqui quomodolibet intervenerint in eiſdem, etiamſi tales ſint vel fuerint, qui in generali verborum ſermone non comprehendantur, ſed nota, & expreſſione ſpeciali indigeant, ſupplemus. Ac pro potioris cautelæ ſuffragio prædictam Eccleſiam Bononien. in Metropolim, cum dignitate & Sede Archiepiſcopali, ac juriſdictione & ſuperioritate Metropolitica, necnon pallii, & Crucis, ut moris eſt, delatione, reliquiſque omnibus & ſingulis inſignibus, ornamentis, honoribus, privilegiis, exemptionibus, juribus, & facultatibus aliis Metropolitan. Eccleſiis, de jure*
D *vel conſuetudine, aut alias quomodolibet competentibus, de novo eiſdem auctoritate & tenore, etiam perpetuo erigimus & inſtituimus; ac tam Bononien. Placentin Parmen. Regien & Mutinen a Ravennaten. quam Imolen. & Cervien. a Bononien. Provinciis hujuſmodi, Ferrarien vero Ariminen. & Cremen prædictas, necnon quæ infra civitates Placentin. & Parmen. conſiſtit, & pridem per nos collegiata, tunc nullius diœceſis in cathedralem erecta, dictæque Sedi immediate ſubiecta fuit, Burgi S. Domnini Eccleſias ab immediata ſubiectione ejuſdem Sedis Apoſtolicæ, & quatenus ipſæ Eccleſiæ Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. Cremen. Burgi S Domnini, Ferrarien. Ariminen Imolen. & Cervien. vel eorum aliquæ Mediolanen. prædictæ, vel cuicumque alteri Metropolitan. provinciæ, quavis occaſione & cauſa, etiam in earum erectione & inſtitutione ſeu de jure, ſtatuto, aut ex antiqua conſuetudine, ſeu dicti concilii decreto facta electione, & alias quomodolibet ſubiectæ, conceſſæ, adſcriptæ, ſeu adiunctæ fuerint, vel cenſeantur, aut in poſſeſſione etiam immemorabili, ſeu*

quaſi

Digitized by Google

quaſi eſſe reperiantur, vel prætendantur, a Mediolanen & quibuſcunque aliis Metropolitan. provinciis hujuſmodi, ac omni & quacumque illius præſidis pro tempore exiſtentis Metropolitica juriſdictione, viſitatione, ſuperioritate, correctione & obedientia, illis, ut præfertur, vel alias quomodolibet forſan competente, auctoritate & tenore prædictis ſimiliter perpetuo penitus eximimus, & totaliter liberamus: eaſque & illarum quamlibet Placentin. videlicet ac Parmen. Regien. Mutinen. Cremen. & Burgi S. Domnini Eccleſias, earumque ſingularum Præſules, capitula, civitates & diœceſes, necnon cleros, populos, & utriuſque ſexus perſonas, tam ſeculares quam eccleſiaſticas earundem dictæ Eccleſiæ Bononien. pro ſuis ſuffraganeis, & provincialibus, ac alias juxta tenorem litterarum Gregorii prædeceſſoris hujuſmodi, ac modo, & forma in illis expreſſis & contentis, quæ omnia, etiam ad dictam Eccleſiam Burgi S. Domnini extenſa & ampliata cenſeatur, perinde ac ſi in eiſdem de illa ſpecialis & ſpecifica mentio facta foret, auctoritate, & tenore ſimilibus pariter perpetuo concedimus, & aſſignamus. Ferrarien. vero & Ariminen. Eccleſias, etiamſi non appareat, neque probari poſſit, quod illæ aliquando ſub dicta provincia Ravennaten. comprehenſæ, aut illi ſubjectæ fuerint: necnon Imolen. & Cervien Eccleſias prædictas ſimiliter cum ſuis reſpective Epiſcopis, capitulis, civitatibus, diœceſibus, terris, territoriis, cleris, populis, collegiatis, parochialibus, & aliis Eccleſiis, necnon monaſteriis, collegiis, hoſpitalibus, locis piis, & religioſis utriuſque ſexus etiam exemptis, & quocunque privilegio ſuffultis, ac omnibus & ſingulis beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura ſecularibus & quorumvis ordinum regularibus Eccleſiæ provinciæ, & Archiep. Ravennaten. prædictis ultra Eccleſias Adrien. Comaclen Faventin Forolivien. Britonorien. Cæſenaten Sarſinaten & alias, ſi quæ ſint, ipſius Eccleſiæ Ravennaten. ſuffraganeas Metropolitico jure, ita ut idem Archiepiſcopus Ravennaten pro tempore exiſtens in illis omnibus & ſingulis jus Metropoliticum ſibi vendicare, ac Ferrarien. Ariminen. Imolen. & Cervien Eccleſiarum hujuſmodi Epiſcopos uti ejuſdem Eccleſiæ Ravennaten. ſuffraganeos conſecrare, & ad ejus Synodum Provincialem evocare, cæteraque omnia ad Archiepiſcopi munus & officium de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ſpectantia, & pertinentia facere, exercere, procurare, adminiſtrare, & exequi, libere & licite valeat; dictique Epiſcopi Ferrarien. Ariminen Imolen. & Cervien. nunc & pro tempore exiſtentes prædicto Archiepiſcopo Ravennaten. tanquam membra capiti obſequentes, ad omnia & ſingula teneantur, & ſint obligati, ad quæ alii ſuffraganei ſuis Eccleſiis Metropoliticis, & Archiepiſcopis Metropolitanen. de jure vel conſuetudine, aut alias quomodolibet tenentur, & obligati exiſtunt, itidem perpetuo ſubjicimus. Et deinceps perpetuis futuris temporibus Ferrarien. Ariminen Imolen. & Cervien. Eccleſias prædictas, inter alias ſuffraganeas dictæ Eccleſiæ Ravennaten. connumerandas, & cenſendas, ac tam eas quam illarum ſingularum civitates, & diœceſes ſub ipſa provincia Ravennaten comprehenſas, & nullatenus ab ea exemptas, nec dictæ ſedi Apoſtolicæ immediate, neque ulli alteri, niſi tantum Ravennaten Eccleſiæ, & illius Archiepiſcopo prædictis, quoad Archiepiſcopalia, Metropolitica, ac provincialia jura, & juriſdictiones, ſubjectas eſſe, & fore. Prædictas quoque literas nullo unquam tempore, etiam ex eo quod dictarum Eccleſiarum præſules, & capitula, vel quicumque alii in præmiſſis non conſenſerint, nec ad id vocati, aut requiſiti, neque forſan omnes cauſæ, propter quas eadē præmiſſa emanarint in conſiſtorio noſtro, vel alibi vocatis vocandis, & præviis debitis tractatibus, ac ſervatis & adhibitis ſolemnitatibus, & aliis de jure vel conſuetudine, vel juxta conſtitutiones, & ordinationes Apoſtolicas, aut Eccleſiarum & provinciarum hujuſmodi ſtatuta, privilegia, & indulta etiam confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roborata, aut alias quomodolibet requiſitis, & in ſimilibus neceſſariis examinatæ, verificatæ, & approbatæ fuerint, ſeu etiam enormis vel enormiſſimæ, & totalis læſionis aut alio quovis prætextu, & ex quocunque capite, ac quavis cauſa vel occaſione quantumcunque notabili, & juridica, etiam neceſſario exprimenda, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio ſeu intentionis noſtræ vel alio quopiam defectu notari, impugnari, in toto vel parte reſcindi, retractari, annullari, invalidari, in ius vel controverſiam vocari, ad terminos iuris reduci, ſeu adverſus illa quodcumque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſque ſub quibuſvis ſimilium & diſſimilium gratiarum, & conceſſionum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, a nobis, ſeu quibuſvis aliis Rom. Pontificibus ſucceſſoribus noſtris, ac dicta ſede, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter pro tempore emanantis nullatenus comprehendi, nec comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ac validiſſimum, & eum in quo, ante quam emanarent, erant, ſtatum, in omnibus & quoad omnia reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac etiam ſub quacumque dat. etiam poſteriori per quoſcunque intereſſe habentes pro tempore eligenda de novo conceſſas, ac contra & adverſus quaſcunque exceptiones, etiam quantumvis iuſtas, & iuridicas, ac quorumvis impugnationes, ſi quas pro tempore fieri contigerit, omnino, & ſemper validas & efficaces fore, eſſe, & cenſeri, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & partibus ipſis perpetuo ſuffragari in omnibus, & per omnia, ac ſi vocatis omnibus & ſingulis quorum intereſt, de illorum conſenſu, nec non debitis tractatibus & ſolemnitatibus, cæteriſque ad hoc requiſitis plene ſervatis & adhibitis emanaſſent, neque ipſarum Eccleſiarum Ravennaten. & Bononien. præſules pro tempore exiſtentes, vel alios quoſcunque ad ſuperius expreſſa, in toto vel in parte verificandum, ſeu probandum nullo unquam tempore teneri, nec ad id quavis neceſſitate cogi aut compelli poſſe, ſed ſolam narrativam prædictam abſque alia verificatione vel probatione ſufficere, eique in iudicio & extra illud ſtari, nec aliquam probationem ſeu exceptionem cuiuſcumque naturæ & ſpeciei illa ſit, vel fuerit in contrarium adduci vel admitti. Sicque & non aliter per quoſcunque iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum dicti Palatii auditores, ac prædictos & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, nunc, & pro tempore exiſtentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia, iudicari, & definiri debere; ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus & declaramus, ac deſuper omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis prædictis perpetuum ſilentium imponimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo iure quæſito, & ſimilis memoriæ Pauli Secundi, & quoruncunque aliorum Romanorum Pontificum itidem prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis; aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibus & Synodalibus conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, necnon ſingularum Eccleſiarum, & provinciarum prædictarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, naturis, erectionibus, inſtitutionibus, & exceptionibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis; illis earumque Præſulibus, præſidentibus, capitulis & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & aliis decretis, etiam vim contractus habentibus, ſeu inducentibus, per prædictos & quoſcunque alios Romanos Pontifices ſimiliter prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & dictam Sedem, etiam motu ſcientia, conſilio, & poteſtatis plenitudine paribus, ac ex certis tunc expreſſis, etiam conſiſtorialiter propoſitis, & diligenter examinatis, etiam per modum ſtatuti, & perpetuæ ſanctionis & ordinationis, in genere vel in ſpecie, ac alias quomodolibet etiam iteratis & multiplicatis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata inſerti eſſent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe, ac latiſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod præſentes noſtræ literæ, ut amplius innoteſcant, non ſolum in cancellaria Apoſtolica, ſed etiam

ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicentur, earumq; exempla in iiſdem locis affixa dimittantur, ac omnes & ſingulos, quos illæ concernunt, a die publicationis huiuſmodi perinde arctent, ac ſi ipſis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Huiuſmodi quoque exemplis etiam impreſſis manu alicuius notarii publici ſubſcriptis, & cancellariæ prædictæ regentis pro tempore exiſtentis, vel alterius Prælati Romanæ Curiæ, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ eiſdem præſentibus originalibus literis noſtris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ mandantes illas in librum Quinternum appellatum eiuſdem cancellariæ ad perpetuam rei memoriam referri & deſcribi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum advocationis, caſſationis, extinctionis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, erectionis, inſtitutionis, exemptionis, liberationis, conceſſionis, aſſignationis, ſubiectionis, declarationis, impoſitionis, voluntatum, decretorum, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quarto, XVIII. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno XIII.


Ego Clemens Catholicæ Eccl. Epiſc.

Protector noſter aſpice Deus.

† Ego Ptolomæus epiſc. Oſtien. Card. Comen.
† Ego Alex. Epiſc. Praneſt. Card. Florent.
† Ego Hier. Epiſc. Portuen. Card. Simoncellus.
† Ego Fr. Hier. Epiſ. Albanen. Card. Aſculan.
† Ego Franc. Epiſ. Sabinen. Card. de Jojoſa.
† Ego Anton. Mar. tit. S. Prax. presb. Card. Gallus.
† Ego Anton. tt. S. Mariæ Tranſt. presb. Car. Saul.
† Ego Evangeliſta tt. S. Laurentii in Lucina presb. card. Cuſentinus.
† Ego Marianus tt. Ss. Marcell. & Petri presb. card. de Camerino.
† Ego F. Gregorius tt. ſancti Auguſtini presbyter card. de Montelparo.
† Ego Paulus presb. card. S. Cæciliæ.
† Ego Bened. tt. S. Priſcæ presb. card. Juſtinianus.
† Ego Franc. Maria tt. S. Mariæ in Aracæli presb. card. a Monte.
† Ego Oct. tt. S. Alexii presb. card. Paravicinus.
† Ego Oct. tt. Ss. Joannis, & Pauli presb. card. de Aquaviva.
† Ego Fl. tt. S. Mariæ de Pace presb. card. Plat.
† Ego Ant. presb. card. Ss. Quatuor.
† Ego Petrus tt. s. Pancratii presb. card. Aldobrandinus S.R.E. Camerarius.
† Ego Franc. Maria tt. ſanctæ Mariæ ſup. Min. presb. card. Senenſis.
† Ego Oct. tt. s. Sabinæ presb. card. Bandinus.
† Ego F. Anas. tt. s. Suſannæ presb. card. de Giury.
† Ego Cam. tit. s. Chryſog. presb. card. Burgheſius.
† Ego Ceſ. tt. Ss. Ner. & Arch. presb. card. Bar.
† Ego Laur. tt. s. Laurentii in Pane, & Perna presb. card. Blanchettus.
† Ego Franc. tt. s. Cruc. in Hier. presb. card. Avila.
† Ego Franc. tt. s. Mariæ de Pop. presb. card. Mant.
† Ego Pomp. tt. s. Balbinæ presb. card. Arigon.
† Ego Bonif. tt. s. Hieronymi Illyricorum presb. card. Bevilaqua.
† Ego Dominicus Epiſcopus Tuſculan. card. Pinell.
† Ego Dominicus tt. s. Honuph. presb. card. Tuſcus.
† Ego P. Aemilius presb. card. s. Marcelli.
† Ego Seraph. tt. s. Salv. in Lau. presb. card. Oliv.
† Ego Inn. tt. s. Thomæ in Par. presb. card. de Bub.
† Ego Jo. tt. s. Matt. in Mer. presb. card. ae Vic.
† Ego Jac. tt. s. Steph. in Mont. Cal. presb. car. San.
† Ego Her. tt. s. Mariæ Tranſp. presb. car. Valentius.
† Ego Hier. Aguc. presb. card. s. Petri ad Vincula.
† Ego Hie. tt. s. Blaſii de Ann. presb. card. Pamphilius.
† Ego F. Anſel. tt. s. Petri in Monte Aureo presb. card. Monopolitanus.
† Ego Alex. s. Laur. in Dam. diac. cardinalis Montaltus S.R.E. Vicecancell.
† Ego Cynt. diac. card. s. Greg. ad Velum Aur.
† Ego Bart. s. Mariæ in Port. diac. card. Ceſius.
† Ego And. s. Ang. in For. Piſc. diac. card. Per.
† Ego Jo. Bapt. s. Mariæ in Coſm. diac. card. Det.
† Ego Sylv. Diac. card. Caſarei.
† Ego Carol. Eman. s. Nicolai in Carc. Tullia. diac. card. Pius.



3. SCIPIO Cardinalis Burgheſius, Pauli V. Nepos, tertius Archiepiſcopus Bononienſis renunciatus eſt anno 1610. die 25. menſis Octobris. Hanc Eccleſiam ad duos annos abſens adminiſtravit, reſervataque ſibi prædivite annua penſione, in favorem ſequentis illam renunciavit. Deceſſit an. 1633. die 2. menſis Octobris, de quo ſupra in Epiſcopis Sabinenſibus. XCIX.



4. ALEXANDER Ludoviſius ex primaria Bononienſi nobilitate natus 5. id. Januarii 1554. parentibus comite Ludovico, & Camilla Blanchina, Romæ liberalibus diſciplinis adoleſcens in Romano collegio operam dedit, Bononiæ legum peritia apprime imbutus lauream ſuſcepit, itemque Romam reverſus à Gregorio XIII. Capitolii primus judex electus; a Clemente VIII. U. Sign. Referendarius factus, pro Card. Vicario in civilibus cauſis locum tenere juſſus, & aliquandiu Viceſgerentis adimplere partes, mox inter Romanæ Rotæ Patres adſcriptus, Ludovici Ludoviſii gentilis ſui ante centum, & quinquaginta annos eodem munere functi virtutes imitatus, apud omnes incorrupti, perſpicaciſque viri laudes tulit. Ab eodem Pontifice Beneventum deſtinatus, cum Maphæo Barberino tunc Apoſtolicæ Cameræ clerico, poſtea ſupremi honoris ſucceſſore, contentionum fibras Pontificios inter, ac Regios miniſtros exortas admirabili dexteritate convulſit. Ad Archiepiſcopalem patriæ ſedem pervenit an. 1612. die 12. menſis Martii Pauli V. Pont. Max. beneficio, nunciuſque Apoſtolicus ad ducem Sabaudiæ miſſus, ut inter ipſum, Hiſpaniæque Regem pax conveniret. Extinxit Italiæ flammas ad Pontificis mentem, a quo maturato laboris præmio anno 1616. creatus eſt presbyter Cardinalis ad C.

titu-

A titulum S. Mariæ Tranſpontinæ, inde ad Apoſtolicum apicem ſubvectus eſt anno 1621. die 9. menſis Februarii, cui Gregorii XV. cognomen fecerunt. Cæterum quæ per viginti, & octo menſes, quibus Chriſtiano orbi jus dixit divinum, tanta geſſit præclara, condiditque tanta ad mores, ac reipub. bonum decreta, ut vix alius per multos annos propemodum excogitare potuiſſet. Optimi Pontificis virtutes, reſque præclare geſtas luculento eruditoque ſtylo nuper ſcripſit, ſed nondum publici juris fecit Jacobus Accariſius doctus Epiſcopus Veſtanus.

CI. 5. LUDOVICUS Ludoviſius *a* nepos Gregorii XV. filius comitis Horatii, ac paulo poſt Ducis Fiani, Laviniæque Albergatæ, ingentis ſpiritus vir, ac arridentis fortunæ alumnus præcipuus. Hic breviſſimo temporis ſpatio omnium pene dignitatum titulos eſt aſſecutus. Primum enim in Archiepiſcopatum Bononienſem patruo ſucceſſit an. 1621. Cardinalis deinde adlectus eſt, tit. S. Mariæ in Tranſpontina, S. R. E. Camerarius, Avenioni
B Legatus, brevium ſignaturæ Præfectus, nobilium Abbatiarum Commendatarius, præcipue autem Nonantulanæ, ac S. Martini de Campis Pariſiis. Patrui jam graviter ſeneſcentis Pontificatum prudenter adminiſtravit, ſub cujus vitæ finem, ex deceſſu Alexandri Montiſalti Cardinalis Cancellarius effectus, aliiſque quamplurimis, ac præpinguibus ſacerdotiis potitus eſt. Mortuo Gregorio in ſubſecutis comitiis, digna ſuo ingenio ſalubria in publicam rem conſilia expedivit, creandoque Urbano VIII. Pontifice Maximo contulit ſuffragium, ſub quo deinde varia fortuna, eventuque vitam tranſegit. Denique graviter tentatus podagra, cum morbum illum articularem inedia macerare inſtituiſſet, inedia ipſe maceratus, atque confectus interiit, cum annum ageret 37. die 18. menſis Novembris anno 1632. 20. diei hora, & dimidia, ſepultuſque eſt in Metropolitana funus curante Antonio Albergato avunculo Vigiliarum Epiſcopo, ac ſuffraganeo ejuſdem. Cæterum primo Ludovici Archipræſulatus
C anno Bononiæ mortuus eſt Julius Cæſar Segnius olim epiſcopus Reatinus, patruus Baptiſtæ, utriuſque ſignaturæ Referend. & Chriſtophori Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, ac præfecti Apoſtolici Palatii ab Innocentio X. Pont. Max. ad hoc faſtigium ſola virtute promoti; ſed à viventis virtutibus abſtineo, cum ſat meminiſſe fuerit, illum Ludoviſii Cardinalis alumnum, ejuſque genitoris Horatii Fiani Ducis aulæ præfectum, & in Valletellinana legatione conſiliarium à Gregorio XV. adlectum fuiſſe.

a Vide de eo Oldoinum ad Ciac. t. 4. p. 476.



CII. 6 HIERONYMUS Cardinalis Columna *b* Romanus Ludoviſio ſucceſſit anno 1632. hanc rexit Eccleſiam an. duodecim, & cum ſenatoriis comitiis, in quibus Innocentius X. Summus Pontifex renunciatus eſt, interfuiſſet, cupidus quietis libere reſignavit. Princeps ſanè inſignis morum probitate, & multa virtutum ſupellectile notus.

b De eo vide Oldoinum ad Ciacon. t. 4. p. 567.

CIII. 7. NICOLAUS Albergatus Bononienſis V. Sign. Referend. ab Innocentio X. Archiepiſcopus renunciatus eſt die 6. Februarii 1645. ac die 6. Martii ejuſdem anni S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus, in Ludovici Ludoviſii Card. conſobrini ſui memoriam, Card. Ludoviſius nuncupari voluit. Eccleſiæ ſuæ perſonaliter poſſeſſionem iniit menſe Julii ſolemni pompa exceptus. Adhuc ſupereſt; haud ſinit nos ejus meritas laudes intexere; laudabit vero poſteritas, quod nos ex præclaris initiis certiſſime conjectamus futurum, & cum Nicolao Albergato alio gentili ſuo viro ſanctiſſimo, Card. & prædeceſſori merito comparabit. („ *Anno 1649. ab eodem* „ *Innocentio X. ad Urbem revocatur, & ſummi Pœnitentiarii munere inſignitus Eccleſiam Bononienſem poſt biennium dimiſit. Adhuc vivens in templo* „ *S. Mariæ Tranſtyberim tumulum ſibi paravit,* „ *ubi anno 1687. die 9. Auguſti repoſitus eſt.*



CIV. 8. * HIERONYMUS Boncompagnus Soræ Ducis filius, Gregorii XIII. Pont. Max. pronepos, U. S. Refer. ex dimiſſione Card. Ludoviſii Bononienſis Archiepiſcopus renunciatus eſt ab Innocentio X. Pont. Max. an. 1651. die 11. Decembris.

* Ex Append. t. 5.

A D D I T I O.

(„ *Juſſu Alexandri VII. Pont. Max. Romam ſe contulit die 24. Maji 1660. Palatii Apoſtolici Præfecturam curaturus, & ab eodem Pont. Max. die 14. Januarii 1664. Presbyter Cardinalis ad titulum SS. Petri, & Marcellini creatus eſt. Tribus Comitiis Vaticanis interfuit, in quibus ad Petri Cathedram aſcenderunt Clemens IX. Clemens X. & Innocentius XI. quo regnante anno 1683. cum fuerit Vienna in Auſtria, imperante Leopoldo I, à Turcis crudeli obſidione vallata, publicas ſupplicationes, & preces in tota Civitate, & diœceſi indixit, & præcipuè in ſua Metropolitana cum ſolemni expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, coram quo per horas quotidiè ad menſem, & ultrà ſemper genuflexus aſſiſtens, utpotè ætate provectus, ſoluta obſidione infirmatus fuit ad mortem, quam obiit in oſculo domini, ſcriptis heredibus Noſocomiis Vitæ, & Mortis dictæ Civitatis, die 24. Januarii 1684. anniverſaria S. Zamæ primi Epiſcopi Bononiæ. Magno apparatu, ſed maximo omnium fletu tumulatus eſt in gremio ſuæ Sponſæ apud Altare domus ſuæ.*


CV. „ ANGELUS *Ranutius, Marci Antonii Senato-*
D „ *ris, & Comitis Porrectæ perinſignis Terræ Bononienſis diœceſis filius, ortum duxit Bononiæ die 19. Maji 1626. ad ſublevandum Patris mærorē ob mortem Silvii Antonii alterius filii Sacræ Togæ dicati, juſſu tanti Parentis fraternas vices aſſumpſit, U. Sign. Refer. ab Alexandro VII. creatus, Gubernium Ariminenſe, Reatinum, Prolegationem Urbini, Camerinenſe Regimen, Anconitanum, necnon & Melitenſem Inquiſitoratum mandato ejuſdem Pontificis ſummo civium ſtudio, & honore ſubivit, diſcordiaſque Equitum Hieroſolymitanorum ſua mentis acumine cohibuit. Sub Clemente IX. Damiatenſis Archiepiſcopus renunciatus ad Sabaudiæ ducem Nuncii Apoſtolici munere functus eſt, dein ad Michaelem Poloniæ Regem, quem contrà Turcas nunquam ſatis laudata ſui animi magnanimitate excitavit. Et demum Innocentio XI. ad Petri Cathedram electo, ſtatim Fanenſis Epiſcopus efficitur, Nunciuſque extraordinarius ad Chriſtianiſſimum Fran-*

„ *corum Regem Ludovicum XIV. cum ſacris faſciis* A
„ *Infantis Burgundiæ duci addictis, ſucceſſivèque Ordi-*
„ *narius præpoſitus eſt. Ibi Genuenſi Reipublicæ pa-*
„ *cem, induciaſque Leopoldo I. Romanorum Imperato-*
„ *ri, & Carolo II. Hiſpaniarum Regi ſollicitavit; ſi-*
„ *bique ob mira geſta die 2. Septembris 1686. Purpu-*
„ *ram, qua primum publicè decoratus manu ejuſdem*
„ *Ludovici XIV. & 17. Maji 1688. Archiepiſcopa-*
„ *tum Bononienſem comparavit. E Galliis Romam*
„ *properans ſummis, invita illorum temporum calami-*
„ *tate, affectus honoribus, & Vaticanis Comitiis ſum-*
„ *moperè exoptatus, in Civitate Fanenſi morbo corre-*
„ *ptus migravit ad Superos die 27. Septembris 1689.*
„ *In Metropolitana Bononiæ de tanto Cive legitur hæc*
„ *Inſcriptio.*

„ Angelo S. R. E. Cardinali Ranutio
„ iſtius Patriæ Metropolitanæ Paſtori,
„ & S. R. J. Principi in concilianda inter
„ præcipuos Reipublicæ Chriſtianæ dy-
„ naſtas pace Viro Eminentiſſimo ex
„ Gallica legatione Romam redeunti Fa- B
„ ni Fortunæ, ubi prius reſederat, om-
„ nium luctu potius, quam ſuo acuta fe-
„ bre ſublato cætera, quæ lapis præterit,
„ Univerſæ Europæ teſtantur monu-
„ menta Anno domini
„ MDCLXXXIX.

CVI. „ JACOBUS *Boncompagnus natus die 5. Maji*
„ *1652. nepos ex fratre præfati Cardinalis Hierony-*
„ *mi, poſtquam in Aula Romana præclara munia mo-*
„ *re Majorum ſuorum numeris omnibus impleverat,*
„ *Provinciaſque ſibi demandatas ab Innocentio XI. in*
„ *civitatibus Urbisvetana, & Firmana eximia in-*
„ *tegritate juſtitia gubernaverat, aſſumptus ad Ar-*
„ *chiepiſcopatum Bononienſem ab Alexandro VIII.*
„ *fuit creatus Cardinalis tituli Sanctæ Mariæ in Via*
„ *die 12. Decembris 1695. ab Innocentio XII. vigilan-*
„ *tiam Gentilitii draconis expreſſit in pervigili cuſto-*
„ *dia gregis. Adepta poſſeſſione Eccleſiæ ſtatim, &*
„ *ſucceſſivè pluries luſtravit ampliſſimam Archidiœce-*
„ *ſim, ſaliens aſperrimos montes, diſcurrenſque val-* C
„ *les ejuſdem etiam cum diſcrimine propriæ vitæ, prout*
„ *bonus Paſtor paratus dare animam ſuam prò Ovi-*
„ *bus ſuis. Synodum diœceſanam coegit, ejuſque le-*
„ *ges conditas zelatus, quas typis mandavit, voluit*
„ *inviolabiliter obſervari, maximo chriſtianorum mo-*
„ *rum incremento ad majorem dei cultum, & ingen-*
„ *tem animarum ſuarum profectum. Præſeferens Gre-*
„ *gorii XIII. Pontificis, Philippi, & Franciſci Ar-*
„ *chiepiſcopi Neapolitani, necnon Hieronymi trium*
„ *Cardinalium Gentis ſuæ, liberalitatem in pauperes,*
„ *manus, quas immaculata ab omni munere retinuit,*
„ *à prima uſque in præſentem diem ad elargiendas ele-*
„ *moſynas in ſubſidium Virginum, Viduarum, &*
„ *egenorum omnium, palam, & clandeſtinè quotidiè*
„ *aperit. Ab Innocentio XII. legatus de latere miſſus*
„ *ad Willelminam Amaliam de Branſuich Sponſam*
„ *Joſephi I. Romanorum Regis legationem, & dexte-*
„ *ritate, & munificentia, qua decebat Romanum Pon-*
„ *tificem, & Auguſtiſſimam Sponſam, abſolvit Mu-*
„ *tinæ, ubi fuere celebrata ſolemnia ſponſalia ejuſdem* D
„ *Reginæ. Adhuc vivit currente anno 1717. Utinam*
„ *vivat ad permultos annos, victurus ad æternitatem*
„ *in poſteris, ejus veram paſtoralem ſollicitudinem*
„ *imitaturis.* Roverſcius.)

CREMENSES EPISCOPI.



SI nihil aliud in Cremæ civitatis Inſubriæ poſſet laudem conferri, quam à Chriſtianis hominibus illam ſumpſiſſe principium, illud ſatis certe videri poſſet apud cordatos rerum æſtimatores. Cum enim Narſes, vir alioquin, tum pace, tum bello clarus Italica adminiſtratione à juniore Juſtino fuiſſet amotus, tuliſſetque indigne Sophiæ Auguſtæ contumeliam ipſum cum exprobratione defectæ virilitatis revocantis ad penſum, Auguſtæ minitatus ſe hujuſmodi telam texturum, quam deinde nec ipſa, nec vir ejus poſſent retexere, Longobardos è Scandia oriundam gentem Italicam advocavit ad prædam, qui cum ſub Albuino Rege Ciſalpinam Galliam hoſtili impetu percurriſſent, nobilium Inſubriæ civitatum plerique cives victorum ſævitiam declinantes inter Abduam, Olium, Saviumque fluvios in lacunoſa loca transfugerunt, ubi caſis ædificatis, ac parvula arce ſe tutabantur. In iis eminebat & nobilitate, & opibus Cremes quidam, Palatii Pigriani dominus, à cujus nomine novæ civitati nomen Cremæ inditum eſt, illamque, quoad vixit, tamquam dominus adminiſtravit, ejuſdemque civibus leges dixit. Et ejuſmodi quidem fuit Cremæ exordium, ut narrat Alemanius Finus in ſua Hiſtoria, currente anno à condita ſalute 570. die 15. menſis Auguſti. Nam qui narrant à Cremnæ civibus, provinciæ Pamphilæ, vel è Parraſſi ruinis, vel à Parraſio Trojano, vel demum ab iis, qui poſt excidium ei civitati illatum à Mediolanenſi Archiepiſcopo, nomen Cremæ à ſe ædificatæ civitati indidere ad memoriam ſempiternam ſuæ concrematæ civitatis, anno 951. noſtræ ſalutis conſtructam, videntur potius fabulari, quam veram intexere hiſtoriam. Quamobrem libentius Alemanium Finum ſecuti ſumus. Poſt Cremetem, Longobardorum juriſdictionis fuit, inde Caroli Magni, tum & Germanorum Imperatorum. Fridericus Ænobarbus diutina obſidione illam cepit 1160. diripuitque. Laudenſes autem, ac Cremonenſes, Cremæ perpetui hoſtes ejuſdem diruere muros, ex cujus excidio cives 25. annorum exilium pertulerunt; deinde eodem remigrarunt, cum idem Fridericus reædificandam curaſſet an. 1185. quam in Cremonenſium contumeliam Cremonenſium frixuram appellari imperavit. Die vero 7. Maji ejuſdem anni, exorſus eſt conſtruere arcem, reduceſque cives quampluribus, ampliſſimiſque exornavit privilegiis. Hæc fere ſcribit Corius in ſuis Hiſtoriis. Qui etiam addit anno 1190. per duos conſules, perque duos prætores fuiſſe adminiſtratam, atque ab Henrico Imperatore Ænobarbi filio Cremonenſibus attributam anno 1191. Iterumque anno 1205. à Caſſone Turriano Mediolanenſi exule penitus exciſam. Quæ cum deinde priſtinum civilitatis gradum recuperaſſet, ab Uberto Pallavicino, ut Merula ſcribit, jugum accepit, cui paulo ante, ut idem narrat, leges dicebat Venturinus Benzonus; Boſiuſq; præterea de Doveria Cremonæ Tyrannus anno 1210. Eidem inſignes attulerunt ruinas Ghibellinorum, Guelphorumq; noxioſiſſimæ factiones; ac demum Mediolanenſibus ducibus ceſſit in prædã; primuſque, qui illi frœnum injecit, Galeatius fuit,

Mat-

Digitized by Google

Matthæi Vicecomitis filius. Sub cujus geutis juriſdictione perduravit uſque ad annum 1405. Joanne vero Maria duce Mediolani, Benzonus Cremenſem arripuit principatum: ſed Philippus deinde Maria Benzono expulſo illam recuperavit, ceſſitque deinde Venetis, Veneto duce Franciſco Foſcaro, illorumq; ditionis facta eſt ex icto fœdere cum Franciſco duce Mediolani, ut Blondus narrat. Ea tandiu potiti ſunt, quoad Ludovicus XII. Rex Gallorum fractis ad Jeradadam Venetis ejuſdem civitatis in ſe traxiſſet dominium, anno 1509. Eam deinceps Maximilianus Sfortia dux Mediolani ſuæ juriſdictionis fecit: ac demum à Venetis antiquis dominis iterum recepta, ſub quorum ſelici dominatu aucta tum ſplendidis ædificiis, tum opibus trãquilliſſime viget, ac floret. In amœniori planitie ſita eſt, gravis, fætaque civili populo, præter cæteram beatiſſimi ſoli fertilitatem. Inde quamplures tum pacis, tum belli artibus viri inſignes prodiere, in quibus enituerunt Joannes, ac Vido S.R.E. Cardinales, ille ſub Caliſto II. hic ſub Adriano IV. Qui melius famæ ſuæ, ſalutique, cum dignitate patriæ conſuluiſſet, niſi ſchiſmaticis implicitus factionibus, æquiſſimam Alexandri III. cauſam impugnaſſet, ſubque Paſchalis III. nomine execrabilem geſſiſſet Pontificatum. Cæterum admodum brevis erit Cremenſium Præſulum ſeries. Primus enim Gregorius XIII. ei civitati Antiſtitem ordinavit anno 1580. principemque loci Eccleſiam erexit in Cathedralem, ac Mediolanenſis Eccleſiæ ſuffraganeam fecit. Quam deinde Clemens VIII. à Mediolanenſi divulſam Bononienſi Eccleſiæ attribuit, cum Imolam Ravennati Metropolitanæ reſtituiſſet. Cathedralis Cremæ Eccleſia, cujus exordium incidit in annum 1284. Divæ Mariæ in cœlum aſſumptæ, ex Guelphæ factionis largitate dedicata eſt, ſapitque nobilem architecturam. Fulget Præpoſitura, gaudetque præbendis Theologali, atque Pœnitentiali, cum undecim canonicis, ſexque presbyteris præbendariis; SS. Pantaleonis, ac Victoriæ munitur reliquiis; ſeminarium alit; novemque ibi numerantur Religioſorum monaſteria, ac quatuor monialium, præter eas, quæ a veterno libidinis converſæ ad Dominum nulla clauſura tenentur. Orphanæ inſuper pro domicilio excipiuntur, ægriſque levandis duo xenodochia patent, ſublevandiſque egeſtate oppreſſis Mons Pietatis, ſexque ibidem laicorum confraternitates in divinis laudibus muneribus pietatis alumnos ſuos exercent. Præter cathedralem, quatuor parochiales Eccleſiæ ibi viſuntur. Haud ſatis ampla diœceſis eſt, quam ut latius explicarent, dempſerunt ex aliis. Ejus Eccleſiæ taxa in lib Cameræ 300. Florenorum eſt, cenſuſque Epiſcopatus tria millia ſcutatorum explet, ejus tamen valoris, quo incolæ utuntur.

ADDITIO.

(„ Crema urbs non admodum magna, cum milliari „ ejus circuitus concludatur, emines tamen tum ædi„ficiorum amplitudine, tum incolarum elegantiori cul„tu. In ea 6500. cives enumerantur, quos inter com„plures nobilitate illuſtres familiæ. Quinque Paro„chiales Eccleſiæ hos omnes divinis reficiunt Sacra„mentis. In Cathedrali vero Eccleſia duæ inſunt di„gnitates, tredecim Canonici, ſeptem Manſionarii „ præter ſacriſtas, alioſque Clericos, atque triginta „ Capellanos, qui quotidie in ea divinum penſum per„ſolvunt. Undecim in urbe & prope muros viſuntur „ Virorum Cœnobia, ſeptem Monialium, Clericorum „ Seminarium, quatuor Xenodochia, multæ Laicorum „ confraternitates, & Mons Pietatis. Diœceſis verò „ ex quadraginta ſeptem Parochialibus Eccleſiis coa„leſcit, quæ 25000. Mortalium alunt.)


Igitur hujus Eccleſiæ Præſulum ſeriem commodius dabimus, ſi prius erectionis bullam hic apponemus.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Super univerſas orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, quamquesine noſtris meritis conſtituti, levamus in circuitu agri Dominici oculos noſtra mentis, more pervigilis Paſtoris inſpecturi quid provinciarum, & locorum quorumlibet ſtatui congruat, ac deſuper hoc præſertim tempore, quo humani generis hoſtis omni conatu, ad ipſarum animarum perniciem, & fidei catholicæ everſionem incumbit, diſponi debeat, unde divino fulti præſidio dignum, quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ agro, novas Epiſcopales ſedes, & Eccleſias plantare, ut per hujuſmodi novas plantationes popularis augeat devotio, divinus cultus floreat, & animarum ſalus ſubſequatur, ac loca inſignia, præſertim quorum incolæ, benedicente Domino, multiplicati noſcuntur, dignioribus titulis, & condignis favoribus illuſtrentur, ipſique incolæ honoratorum Præſulum aſſiſtentia, regimine, & doctrina ſuffulti, in via Domini magis, magiſque in dies proficiant. Sane cum nos nuper ab Eccleſia Laudenſi, certo tunc expreſſo modo Paſtoris ſolatio deſtituta, & illius menſa Epiſcopali Laudenſi diœceſ. partemque in oppido, & territorio Cremæ conſiſtebat, cum ipſius partis diœceſ. Caſtris, pagis, & vicis, ac eorum territoriis, & terminis, nec non monaſteriis, prioratibus, præceptoriis, collegiatis, & aliis Eccleſiis, cæteriſque omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſæcularibus & quorumvis ordinum regularibus, ac etiam clero, & populo univerſo, juribus quoque, & actionibus, quæ pro tempore exiſtens Epiſcopus Laudenſis ratione viſitationis, & mulctarum quomodocumque habebat, poſſidebat, percipiebat, exigebat, & prætendebat per alias noſtras litteras diviſerimus perpetuo, & ſeparaverimus, ac ſic diviſa, & ſeparata, ab omni juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione pro tempore exiſtentis Epiſcopi Laudenſis, ac etiam à ſolutione quorumvis jurium ratione ſubjectionis, & legis diœceſanæ debitorum, etiam exemerimus, & liberaverimus, illaque noſtra, & Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni ſpecialiter, & expreſſe reſervaverimus, prout in ipſis litteris plenius continetur, & reliquæ partes dicti oppidi, & ejus Territorii in Cremonen. & provinciæ Mediolanen. Placentin. diœceſibus conſiſtant, oppidum vero ipſum cum univerſo ejus territorio de temporali dominio dilectorum filiorum, nobilis viri ducis, & Reipublicæ Venetiarum ſit, eorumque incolæ diverſorum Epiſcoporum juriſdictioni ſubjecti, ac proinde proprium ſæpius forum declinantes non facile à propriis Epiſcopis viſitari, nec ubi deliquerint, corrigi poſſint, inter cætera autem partium illarum, oppidum ſupradictum nobilitate, amplitudine, ac doctorum virorum copia, cleri, & populi multitudine, ædificiorumque ornamento celeberrimum ſit; territorium vero fœcundum, & amœnum, ac quinquaginta vicos, & ad minimum ſexdecim millia incolarum contineat. Nos providi, vigiliſque Paſtoris more conſiderantes, quod ſi dictum oppidum in civitatẽ, & Eccleſia beatæ Mariæ ejuſdem oppidi competenti dignitatum, ac canonicatuum, & præbendarum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum numero referta, ſacra etiam ſupellectile, & aliis ad divini cultus uſum neceſſariis luculenter inſtructa exiſtens, & alioquin inſignis in cathedralem Eccleſiam erigeretur, & inſtitueretur, inde profecto cleri, & populi ſalus cum Eccleſiæ, & populi prædictorum decore longe magis proveniret. Præmiſſis itaque, & aliis rationabilibus cauſis adducti, ac etiam ſupplicationibus tam Ducis, & Reipublicæ, quam dilectorum filiorum univerſitatis, & hominũ dicti oppidi nobis ſæpius porrectis inclinati, habita ſuper his cũ fratribus noſtris matura deliberatione, de illorũ conſilio, & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ab Eccleſiis Cremonẽſi, & Placentin. earumq; menſis Epiſcopalibus reliquas partes oppidi, & territorii præfatorũ cũ ſuis villis, terris, & terminis, nec non monaſteriis, prioratibus, præpoſituris, præceptoriis Eccleſiis, hoſpitalibus, & piis locis, cæteriſque omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis ordinum clericis, ac etiam clero, & populo univerſo, juribus quoque, & actionibus, quæ pro tempore exiſtentes Epiſcopi Cremonen. & Placentin. ratione viſitationis, & mulctarum quomodocumque habent, poſſident, percipiunt, exigunt, & prætendunt, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, per-

A *perpetuo dividimus, & ſeparamus, ac ſic diviſa, & ſeparata, ab omni eorundem Epiſcoporum Cremonen. & Placentinen. juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione, ac etiam à ſolutione decimarum, & quorumvis aliorum jurium ratione ſubjectionis, & legis diœceſanæ debitorum, itaut poſthac ipſi Epiſcopi pro tempore exiſtentes, eorumque procuratores, & Vic. nullam juriſdictionem, poteſtatem, & auctoritatem in poſteriores partes ſic diviſas, & ſeparatas, earumque villas, terras, terminos, monaſteria, prioratus, præpoſituras, Eccleſias, beneficia, hoſpitalia, loca, clerum, populum, actiones, & alia præfata exercen. nec de beneficiis ſub hujuſmodi diviſione comprehenſis, quæ ad eorundem Epiſcoporum pro tempore exiſtentium collationem, proviſionem, & quamvis aliam diſpoſitionem hactenus pertinuerunt, diſponere, nec fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta ab eis in oppido, territoriis, villis, terris, & terminis ſeparatis prædictis ſubventionis, procurationis, caritativi vel alterius ſubſidii cauſa, aut alia*
B *ratione percipi ſolita percipere, exigere, & levare, neque cauſas, præterquam eas, quæ jam coram ipſis inſtructæ ſunt, & etiam de quibus in eorum juriſdictione conſenſum fuit cognoſcere, aut alias ſe in illis interponere quoquo modo audeat, decimis tamen, quas pro tempore exiſtentes Cremonen. & Placentin. Epiſcopi in dicto territorio hucuſque percipere conſueverunt venerabilibus fratribus noſtris modernis Epiſcopis Cremonen. & Placentin. quamdiu dictis Eccleſiis Cremonen. & Placentin. præfuerint dumtaxat remanentibus, auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo eximimus, & liberamus; inſuper oppidum in civitatem Cremenſem nuncupan. & Eccleſiam B. Mariæ prædictam, in cathedralem Eccleſiam ſub invocatione ejuſdem B. Mariæ Archiepiſcopi Mediolanenſis pro tempore exiſtentis ſuffraganeam futuram, ac in ea dignitatem, ſedem, & menſam Epiſcopalem cum omnibus privilegiis, honoribus, juribus, & inſignibus debitis, & conſuetis pro uno Epiſcopo Cremenſi nuncupando, qui eidem Eccleſiæ Cremenſi præſit, illamque ad*
C *cathedralis Eccleſiæ formam redigat, ac juriſdictionem Epiſcopalem, nec non præfatorum ſic diviſorum beneficiorum omnium diſpoſitionem ordinario jure, aliaque omnia, quæ ad munus Epiſcopale pertinent, habeat, & exerceat, præfatoque Archiepiſcopo jure metropolitico ſubſit eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac ipſi Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ, civit. Cremen. ejuſque incola, & habitatores pro civitate, & civibus, nec non territorium præfatum univerſum ſub dominio temporali præfato conſiſtens, ac omnes ejus partes nunc & alias diſmembratas prædictas pro ejus diœceſ. ac clerum etiam, & populum civitatis, & diœceſis Cremen. cui nos etiam hodie pro parte ejuſdem dotis, quam augere propediem intendimus, Eccleſiam præfatam nuncupatam Ss. Jacobi, & Philippi Cremen. certo tunc expreſſo modo vacantem uniri, annecti, & incorporari conceſſimus pro clero, & populo, ac dicta menſa Epiſcopali Palatium ad univerſitatem, & homines prædictos olim pertinens, proximo vero eidem Eccleſiæ B.*
D *Mariæ, cui propinquum eſt, pro Palatio Epiſcopali ab eis donatum ad uſum, & habitationem dicti Epiſcopi auctoritate, & tenore præfatis pariter perpetuo aſſignamus, decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictarum Eccleſiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, illis earumque Præſulibus, capitulis, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere vel in ſpecie etiam motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, & alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcumq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diviſionis, ſeparationis, extenſionis, liberationis, erectionis, inſtitutionis, intentionis, conceſſionis, aſſignationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1579. tertio Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno 8.



1 HIERONYMUS Diedus nobilis Venetus, ex Patavino Primicerio, primus Cremenſis Antiſtes adlectus eſt à Gregorio XIII. an. 1580. die 21. menſis Novembris; die vero 19. menſis Maii inſecuti anni, ſolemni ritu ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem. Hanc ille Eccleſiam annos quatuor pie adminiſtravit, cupiduſque deinde quietis, eo munere ſe abdicavit an. 1584. cumque conceſſiſſet Venetias, ibi deceſſit 1585. die 10. menſis Junii. Hujus mentio extat in marmorea memoria erectionis hujus Epiſcopatus ad dexteram Cathedralis Eccleſiæ, quæ eſt hujuſmodi. I.

Anno Chriſti MDLXXX. iij. Id. Aprilis Gregorius Decimuſtertius Pontifex Maximus hanc Eccleſiam ad Epiſcopatus dignitatem erexit Nicolao de Ponte Duce Venetiarum, Joanne Dominico Prætore Cremæ, Præſidibus Communitatis Coſmo Benvenuto Equite, Antonio Figatozaris juris utriuſque Doctore, Mario Zurla I.V.D. procurante id Romæ Quirino Zurla I. V. D. ac Hieronymum Diedum Epiſcopum primum delegit.

(„ *In D. Catharina Satrario Venetiis, ubi ejus* „ *oſſa recondita ſunt, hoc legitur epitaphium.*
„ Hieronymi Diedi primi Epiſcopi Cremæ „ oſſa ex teſtamento hic jacent. Obiit an. Natalis Domini 1585. ætatis vero ſuæ 63.)

2 JOANNES Jacobus Diedus Venetus, Hieronymi nepos, cum Patavinus Primicerius eſſet, Vicariuſque generalis patrui, eidem ſucceſſit; dictus eſt ſecundus Antiſtes Cremenſis ann. 1584. die 28. menſis Maji: conſecravit Cathedralem, Aramque Virgini in cœlum aſſumptæ dedicatam an. 1585. ut in eadem Eccleſia ejus rei ad ſiniſtram manum hæc memoria proſtat. II.

Anno Chriſti MDLXXXV. decimo nono Kal. Feb. Joannes Jacobus Diedus Cremæ Epiſcopus ſecundus Eccleſiam hanc, Altareque ſub titulo Aſſumptionis B. Mariæ Virg. Deo conſecravit: Prætore Nicolao Delphino, Præſidib. Communitatis Franc. Zurla I.D. Chriſtophoro Torniola I. D. ac Chriſto-

phoro

Digitized by Google

phoro Benvenuto. Qua anniverſario conſecrationis die inſtantibus dedit.


Erat Joannes Jacobus *a* ſingularis prudentiæ, ac pietatis Antiſtes, Cremenſemque Eccleſiam multos annos adminiſtravit; ingraveſcente autem ætate coadiutorem ſibi adſcivit 1613. cum ſpe futuræ ſucceſſionis. Venetiis, quo tranquillioris quietis gratia conceſſerat, poſtremam diem obivit, an. 1616. die 6. menſis Junii. Ejuſque corpus Cremam delatum, in Cathedrali conditum eſt cum hoc epitaphio.

a Laudatur à Riccobono de Gymn. Patavìno l. 5. c. 1. p. 128. à tergo. *Mandoſ.*

Ioannes Jacobus Diedus Epiſcopus Cremæ II. poſt hujus Eccleſiæ annorum XXXII. regimen obiit Incarnationis Domini anno MDCXVI. ætatis vero ſuæ LXXII. die VI. menſis Junii.



III. 3 PETRUM deinde Emum nobilem Venetum, Clericum regularem Theatinum, inſignem Theologum, Paulus V. Epiſcopum Lariſſæ in partibus infidelium adlegit: Joannique Jacobo cum ſpe futuræ ſucceſſionis coadiutorem attribuit, cui deinde ſucceſſit anno 1616. iniitque poſſeſſionem ejus Epiſcopatus die 13. menſis Junii ejuſdem anni. Sancte, pieque Eccleſiam ſibi creditam gubernavit annos omnino tredecim. Romæ exceſſit è vivis an. 1629. die 27. menſis Septembris, ſepultuſque eſt, apud S. Marcum. (,, *Hujus cum laude meminit Silos ,, in Hiſt. Cleric. Regul. p. 3. p. 631. ejus item ſuffra- ,, gium legitur in Canonizatione S. Andreæ Corſini, ,, in opuſculo: Suffragia in Canoniz. S. Andreæ Cor- ,, ſini p. 53.* Mandoſ.)



IV. 4 MARCUS ANTONIUS Bragadinus nobilis Venetus, utriuſque Signaturæ Referendarius, quartus Cremenſis Epiſcopus declaratus eſt anno 1629. die 3. menſis Octobris; die vero 21. ejuſdem menſis ab Antonio Barberino S. Honuphrii Cardinali inauguratus fuit, ſimul cum Luca Caſtelino, ex ordine S. Dominici olim Generali procuratore Cantazari Epiſcopo, Joanneque Franciſco Paſſionæo Callienſi Antiſtite; Qui poſt annum, quam cœperat Cremenſem adminiſtrare Eccleſiam, ad Epiſcopatum Cenetenſem, mox ad Vicentinum traslatus eſt. Nunc vivit S. Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, ab Urbano VIII creatus an. 1641. De quo alibi.

A 5 ALBERTUS Baduarius nobilis Venetus, electus deinde eſt Cremenſis Epiſcopus ann. 1633. die 21. menſis Februarii, ſedente Urbano VIII. Vivit ad huc. V.

A D D I T I O.

(,, *Octuagenarius obiit Venetiis anno* 1677.

,, *MARCUS ANTONIUS Zollius Bergomas* VI.
,, *Patritius I. V. D. qui in Congregatione Ss. Inquiſi-*
,, *tionis contra hereticam pravitatem in Urbe Offi-*
,, *cium Summiſtæ per plures annos exercuerat, ætatis*
,, *an. 48. ab Innocentio XI. Baduario ſucceſſor datus*
,, *eſt 18. Julii 1678. & nonniſi anno 1684. menſe Majo*
,, *Eccleſiæ ſuæ poſſeſſionem iniit. Cumque Cleri diſci-*
,, *plinam propter ſedis vacantis diuturnitatem ali-*
,, *quatenus collapſam reperiiſſet, mox ſuo reſtituen-*
,, *dam nitori non impigrè curavit. Nam & diœceſim*
,, *pluries luſtravit, duabuſque coactis Synodis ad re-*
,, *formandos mores, rituſque Eccleſiæ ſuæ accommoda-*
,, *tas edidit ſanctiones. Spiritualium exercitiorum u-*
,, *ſum invexit, eaque à clero ſuo quotannis haberi ſe*
B ,, *præſente mandavit. Magni zeli, atque pietatis*
,, *vir è ſacris roſtris frequentiſſimè gregem ſuum allo-*
,, *quebatur, atque ſingulis ferè diebus feſtis in Chri-*
,, *ſtianæ fidei rudimentis exercebat. Valuit oratione,*
,, *valuit jejunio: atque adeò egenorum ſublevanda ino-*
,, *piæ amore exarſit, ut totos menſæ ſuæ redditus in*
,, *pauperes effuſe diſtribueret. Fractus denique labo-*
,, *ribus ſeptuagenarius obiit die 20. Aprilis an.* 1702.
,, *non ſine odore Sanctitatis. Tumulatus fuit in Ca-*
,, *thedrali.*

VII. ,, *FAUSTINUS Joſeph Griphonus, Cremen-*
,, *ſis Patritius, à Ss. D. N. Clemente XI. ex Ca-*
,, *thedralis Canonico, atque Vicario Generali, mox*
,, *capitulari patriæ ſuæ Eccleſiæ præficitur menſe Ju-*
,, *nio an.* 1702. *Hic novum Clericorum ſeminarium*
,, *erexit, atque cœnobium Monialium Ordinis Car-*
,, *melitarum. Vivit adhuc, & ſumma cum laude pie-*
,, *tatis gregem ſibi commiſſum ad cœleſtia paſcua du-*
,, *cere ſatagit.*

C

S. DOMNINI,

SEU BURGI

S. DOMNINI

EPISCOPI.

D



INter Parmam, Placentiamque via Æmilia, in Gallia Ciſalpina, ſive Ciſpadana Lombardia, S. Domnini civitas ſita eſt, quæ à S. Domnino, qui ibi deſævientis Maximiliani perſecutionem declinans, nobilem tulerat palmam martyrii, nomen traxit. Hanc arbitrantur nonnulli antiquam Juliam Fidentiam eſſe, cui hic inclytus Martyr deinde nomen fecerit. Haud ſatis ampla eſt, cum ad mille ducentos paulo plus mortalium alere dicatur. Dominos quondam habuit, nobiliſſimam gentem Pallavicinos, deinde Farneſios Parmæ, Placentiæque ſereniſſimos Duces. Clemens VIII. hanc Eccleſiam erexit in Cathedralem, in gratiam Raynutii Ducis Parmenſis an. 1601. die 12. menſis Februarii, & Sanctæ Sedi immediatè ſubjecit; ſed

deinde

a S. Sedi immediate ſubjecta aſſeritur.

deinde ſul Pontificatus anno 1604. Bononienſis Eccleſiæ ſuffraganeam fecit, *a* antiquo Ravennati Archiepiſcopatui Imola reſtituita. Cathedralis S. Domnino martyri, & ejuſdem civitatis protectori dedicata eſt. In ea presbyter beneficiatus curam animarum exercet, Archidiaconatus, & Archipresbyteratus dignitate gaudet, præbendiſque Theologali, ac Pœnitentiali: octo canonici ibi ſunt, ſeptemque capellani, aliique clerici, qui cultui divino inſerviunt, tametſi recitandis horis canonicis choro non obligentur. Tres aliæ parochiales Eccleſiæ ibidem cernuntur. Prope cathedralem Epiſcopalis domus ampla ſatis, & commoda exurgit. Tria Religioſorum monaſteria, duoque monalium ibi ſunt. Quatuor Xenodochia, laicorumque aliquot confraternitates, cum aliis locis piis, atque oratoriis; ſeminario caret. Diœceſis quinque oppida continet, villaſque ad 40. quæ omnia ad 35. millia mortalium continere dicuntur. Hujus Eccleſiæ cenſus mille quingentorum ſcutatorum numerum explet, ejuſdemque taxa 200. florenorum eſt. Clementis vero diploma erectionis hujus Epiſcopatus eſt hujuſmodi.

CLEMENS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Super univerſas orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & ei omnia obediunt, meritis licet imparibus conſtituti, dignum, quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ agro novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare, & diœceſum partes commodioris regiminis cauſa dividere, ac alias circa illa propenſis ſtudiis intendere, per quæ divinus cultus, & popularis devotio augeatur, animarum ſalus ſubſequatur, nec non oppida inſignia, & incolarum multitudine referta condignis titulis & honoribus illuſtrentur, ipſique incolæ propriorum præſulum aſſiſtentia, & regimine, Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſuffulti proficiant in Domino, & quod in temporalibus ſunt adepti, non careant in ſpiritualibus incremento. Sane cum oppidum Bur. S. Dom. nullius diœceſis inter Parmæ, & Placentiæ civitates in via Claudia nuncupata, ſub temporali dominio dilecti filii nobilis viri Raynutii Parmæ, & Placentiæ ducis conſiſtens, muris undique cinctum, & ſiti antiquitate, ac platearum, palatiorum, ac ædificiorum pulchritudine, necnon plurium nobilium, & divitum, diverſarumque artium, & ſcientiarum profeſſorum frequentia, populi multitudine, aeris ſalubritate, territorii decem & ſeptem villis, & pluribus domiciliis amplitudine, rerumque omnium ad victum neceſſariarum abundantia, plurimum inſigne, ac in eo una collegiata Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta ſub invocatione ejuſdem S. Domnini eleganti opere conſtructa, & tres parochiales Eccleſiæ, & tria virorum, & duo mulierum monaſteria, quinque hoſpitalia, & plures confraternitates laicorum, mons pietatis, nec non ipſa collegiata Eccleſia, cujus fabrica in annuo redditu circiter ducentorum ſcutorum dotata eſt, una præpoſitura dignitas inibi principalis, cujus fructus, redditus, & proventus ad valorem annuum mille & trecentorum ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem aſcendunt, octo canonicatus, & totidem præbendæ, non nullaque alia beneficia Eccleſiaſtica inſtituta, ac una ſacriſtia omnibus ad divini cultus uſum neceſſariis optime inſtructa, necnon corpus ejuſdem S. Domnini, & quamplures aliæ ſanctorum reliquiæ exiſtant, ipſiuſque collegiatæ Eccleſiæ Præpoſitus pro tempore exiſtens juriſdictionem ordinariam in oppido, & territorio prædictis, curamque animarum eidem collegiatæ Eccleſiæ & parochiali incumbentem una cum duobus capellanis ad eam in hoc coadjuvandum deputatis exerceat, & uſum mitræ, & baculi paſtoralis, necnon prope collegiatam Eccleſiam hujuſmodi unum palatium pro ſua habitatione commodum cum viridario, aliiſque ſuis membris, & pertinent iis habeat, ac dictus Raynutius dux pro oppidi & collegiatæ Eccleſiæ prædictæ majore devotione, & honore, divinique cultus augmento, & animarum ſalute oppidum in civitatem, & collegiatam Eccleſiam hujuſ-

A *modi in cathedralem erigi, aliaque infra fieri pro affectu deſideret. Nos præmiſſis & certis aliis rationabilibus cauſis diligenter diſcuſſis atque perpenſis adducti, atque etiam precibus ejuſdem Raynutii ducis nobis in hac parte porrectis inclinati, habita prius deſuper cum fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio, & aſſenſu, ex Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in dicta collegiata Eccleſia Præpoſituram prædictam dilecti filii magiſtri Papyrii Picedii, nuper ipſius collegiatæ Eccleſiæ præpoſiti I. V. D. in utraque Signatura noſtra Referendarii, & familiaris noſtri, ad hoc accedente conſenſu Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſupprimimus & extinguimus, necnon ad omnip. Dei laudem & gloriam, ac glorioſ. ejus genitricis Virg. Mariæ, totiuſque cœleſtis curiæ honorem, & animarum ſalutem, oppidum in civitatem Burgi S. Domnini nuncupandam, & collegiatam Eccleſiam hujuſmodi in cathedralem, quæ dictæ Sedi immediate ſubjecta ſit, ſub invocatione prædicta, cum dignitate,* B *ſede & menſa Epiſcopalibus, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, honoribus, juribus & inſignibus debitis & conſuetis pro uno Epiſcopo Burgi S. Domnini etiam nuncupando, quæ ipſi Eccleſiæ Burgi S. Domnini præſideat, & juriſdictionem Epiſcopalem omniaque, & ſingula, quæ ordinis, juriſdictionis, & cujuſque alterius muneris Epiſcopalis ſunt, habeat, & exerceat, ac in eadem Eccleſia Burgi S. Domnini unum Archidiaconatum, qui major poſt Pontificalem pro uno Archidiacono, & unum Archipresbyteratum, qui ſecunda dignitatos inibi exiſtant, & magiſtris in ſacra Theologia, ſeu doctoribus, aut licentiatis in decretis, ſi fieri poterit, conferantur, ac cum canonicatibus & præbendis dictæ Eccleſiæ Burgi S. Domnini incompatibiles ſint, nec in ſimul ullo unquam tempore obtineri poſſint, pro uno Archipresbytero, qui quidem Archidiaconus, & Archipresbyter ſupra omnes canonicos ipſius Eccleſiæ Burgi S. Domnini, tam in illius choro, quam capitulo ſedeant, vocemque activam & paſſivam habeant, necnon ultra prædictos* C *octo inibi ad præſens exiſtentes quatuor alios canonicatus & totidem præbendas pro quatuor aliis canonicis, qui omnes una cum Archidiacono, & Archipresbytero, aliiſque octo canonicis prædictis capitulum hujuſmodi conſtituant, & apud dictam Eccleſiam Burgi ſancti Domnini illis in divinis laudabiliter deſerviendo perſonaliter reſideant, habitumque canonicalem tam in choro, quam in capitulo prædictis, necnon proceſſionibus, & aliis actibus per Canonicos aliarum catholicarum Eccleſiarum, & dignitates in eis obtinentes geſtari ſolitum deferant: ac unam perpetuam vicariam pro uno perpetuo Vicario, qui curam animarum prædictam ibidem exerceat, auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo erigimus, & inſtituimus, necnon ab Eccleſia & diœceſi Cremonen. totam, & integram partem citra dimidium fluminis Padi verſus agrum Parmenſem ſub temporali dominio ejuſdem Raynutii ducis exiſtentem, quæ Buſſetum, Monticellum, Zibellum, Polleſinum, & nonnulla alia oppida, terras, villas, pagos, & loca* D *continet cum illorum juribus, diſtrictibus, territoriis, clero, perſonis Eccleſiaſticis etiam collegiatis, monaſteriis, prioratibus, & aliis beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus & ordinum quorumcumque, etiam militarium, & piis locis regularibus, etiam ſi venerabilis fratris noſtri moderni Epiſcopi, & dilectorum filiorum capituli Cremonen. & cujuſque alterius ad id non accedat aſſenſus, neque ipſi ad præmiſſa vocati fuerint, eadem auctoritate, & ſimiliter perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaſque ſic ſeparatas, & diſmembratas ab omni, & quaque juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione & poteſtate Epiſcopi nunc, & pro tempore exiſtentis, ac capituli Cremonenſis prædictorum, & quorumvis aliorum Ordinariorum, eorumque Vicariorum, necnon ſolutione quorumcumque jurium, decimarum eiſdem Epiſcopo, & capitulo Cremonenſi ratione juriſdictionis, & ſuperioritatis prædictarum, ac alias quomodolibet debitorum nihil prorſus illis reſervato, auctoritate, & tenore*

re

re ſimilibus pariter eximimus, & totaliter liberamus; nec non ipſi Eccleſiæ Burgi S. Domnini oppidum ſic in civitatem erectum, ejuſque incolas & habitatores pro civitate, & civibus, limitatum vero territorium & diſtrictum ejuſdem civitatis, & integram partem à dicta diœceſi Cremonenſi, ut præmittitur, ſeparatam, & diſmembratam cum omnibus, & ſingulis ſuis oppidis, villis, pagis, locis, & diſtrictibus pro diœceſi, necnon perſonas Eccleſiaſticas & ſeculares earum de civitate, & diœceſis Burgi S. Domnini pro clero, & populo, ac palatium prope Eccleſiam S. Domnini hujuſmodi exiſtens cum viridario, omnibus juribus, & pertinentiis ſuis univerſis pro futuri Epiſcopi Burgi S. Domnini habitatione, auctoritate, & tenore præſentium itidem perpetuo concedimus, & aſſignamus. Inſuper menſæ Epiſcopali omnes, & ſingulos fructus, redditus, & provẽtus ſuppreſſæ Præpoſituræ prædictæ, demptis tamen & ex centum ſcutis monetæ, Archidiaconatui vero centum, & Archipresbyteratui aliorum centum, necnon ſingulis quibuſcumque canonicatibus, & præbendis noviter erectis quinquaginta ſcutorum ſimilium redditus annuos etiam perpetuos per dictum Raynutium ducem illis donandos, & aſſignandos ex nunc, prout ex tunc poſtquam donati, & aſſignati fuerint; Vicariæ autem prædictæ alia centum ſcuta, ultra emolumenta ratione exercitii curæ animarũ provenientia, ex fructibus, redditibus, et provẽtionibus ſuppreſſæ Præpoſituræ hujuſmodi, ut præmittitur, detracta pro ſuis reſpective dotibus, et futurorum Epiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, pro novorum Canonicorum, & vicarii prædictorum ſuſtentatione, ita quod liceat ipſis illorum omnium corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe vel per alium ſeu alios eorum reſpective nominibus pro ſua cujuſque rata ſeu portione apprehendere & perpetuo retinere, fructuſque, redditus, proventus, jura, obventiones & emolumenta inde procedentia percipere, exigere, & levare, ac in ſuos menſæ Epiſcopalis, dignitatum, canonicatuum, & præbendarum per præſentes erectorum, nec non vicariæ hujuſmodi uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita, auctoritate & tenore præmiſſis etiam perpetuo applicamus, & appropriamus. Præterea Epiſcopo pro tempore exiſtenti, ac capitulo, clero civitatis & diœceſis Burgi S. Domnini hujuſmodi illorumque incolis, civibus, & habitatoribus prædictis, ut omnibus & ſingulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, favoribus, & indultis, quibus aliarum Eccleſiarum cathedralium Præſules, capitula, civitates, diœceſes, clerus, cives, incolæ, & habitatores quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere, ipſique Epiſcopus, & capitulum Burgi S. Domnini quæcumque ordinationes, & ſtatuta, licita tamen, & honeſta, ac decretis Conc. Trid. ſacriſque canonibus non contraria ſuper celebratione divinorum officiorum, & perſonali reſidentia, ac diviſione, & participatione diſtributionum quotidianarum, ita quod medietas, vel ad minus tertia pars fructuum, dignitatum, ac canonicatuum, & præbendarum prædictarum in uſum ipſarum diſtributionum convertantur, concedere & edere, illaque mutare, alterare ac alia denuo edere libere, & licite valeant eiſdem auctoritate & tenore ſimiliter perpetuo indulgemus, plenamque, & omnimodam deſuper licentiam, & facultatem concedimus, & elargimur. Ulterius ſtatuimus, & ordinamus, quod ex octo canonicatibus antiquis, & præbendis prædictis unus, & una pro magiſtro in Theologia, qui ſacram ſcripturam legat, & interpretetur, alter, & altera primo vacatura pro Pœnitentiario, qui confeſſiones audiat, & munus Pœnitentiariis exerceat, perpetuo affecta exiſtant, illiſque nec aliis ullo unquam tempore quavis auctoritate conferri debeant, & aliter de eis facta collationes nulla ſint. Poſtremo eidem Raynutio duci poſtquam Archidiaconatui, & Archipresbyteratui, ac quatuor canonicatibus, & præbendis noviter erectis prædictis prædictos redditus annuos uſque ad quantitatem ſuperius pro uno quoque illorum præſcriptam perpetuo donaverit, & aſſignaverit, ut præmittitur, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quibuſcumque juſpatronatus, & præſentandi Rom. Pontifici pro tempore exiſtenti, ſeu loci ordinario ad Archidiaconatum, & Archipresbyteratum, ac quorumcumque canonicatus, & præbendas noviter erectas, tam hac prima vice ab illorum primæva erectione, & inſtitutione hujuſmodi vacantes, & deinceps quatenus illos perpetuis futuris temporibus ſimul, vel ſucceſſive quibuſvis modis, & ex quorunçumque perſonis qualitercumque qualificatis in Rom. Cur. vel extra eam etiam in aliquo ex menſibus dictæ ſedi Apoſtolicæ per cancellariæ Apoſtolicæ regulas, ac etiam ratione veræ, & actualis familiaritatis, & continuæ commenſalitatis Romanorum Pontificum, aut ejuſdem S.R.E. Cardinalium, & tunc viventium, ſeu ex quavis alia reſervatione & in corpore juris clauſa ex quocunque capite quomodolibet reſultante reſervatis ſeu affectis, aut ordinariis collationibus per eaſdem regulas ſeu litteras alternativarum, vel alias quomodolibet conceſſis vacare contigerit, perſonas idoneas per eundem Romanum Pontificem, ſeu loci ordinarium in illis ad præſentationem hujuſmodi inſtituendas auctoritate & tenore ſimilibus pariter perpetuo reſervamus, ac etiam concedimus, & aſſignamus. Decernentes juſpatronatus hujuſmodi Raynutio duci, ac ejus hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis ex meris fundatione, & dotatione, non autem ex privilegio competere, nec illi ullo unquam tempore quacumque ratione, vel cauſa, aut quovis prætextu etiam cum expreſſa & ſpecifica, ſi de verbo ad verbum illius mentione, derogari poſſe, nec derogatum cenſeri, & ſi ei quoque modo derogaretur, derogationes hujuſmodi cum inde ſecutis nullius fore roboris & efficaciæ: ſicque & non aliter per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ſublata ipſis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate ubique judicari & diffiniri debere, nec non irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis & quatenus opus ſit noſtris de jure quæſito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes exprimendoque valore, aliiſque cancellariæ Apoſtolicæ regulis, nec non Lateranen. Conc. noviſſime celebrati uniones, niſi in caſibus à jure permiſſit fieri prohibentis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictarum Eccleſiarum Burgi S. Domnini, & Cremonen. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, necnon Epiſcopo Cremonenſi, ac præpoſito, & capitulis prædictis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac de ejuſdem Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & conſiſtorialiter etiam iteratis juribus, conceſſis, approbatis, innovatis. Quibus tenoribus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerta forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habendis, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, erectionis, inſtitutionis, ſeparationis, diſmemorationis, exemptionis, liberationis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, indulti, elargitionis, ſtatuti, ordinationis, reſervationis, aſſignationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipot. Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1601. pridie Idus Februarii, Pontificatus noſtri anno X.


A D D I T I O.

(,, Urbs Burgi S. Domnini, antequam ei præfice-

Digitized by Google

,, retur Epiſcopus, erat inſigne Oppidum ſub dominio Ser. Domus Farneſiæ, in eoque aderat Præpoſitus
,, Eccleſiæ Majoris, qui juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercebat cum territorio ſeparato, ſedique
,, Apoſtolicè immediate ſubjectus: quorum Præpoſitorum ſeries ab anno 1114. ad anno 1603. quam mihi perhumaniter communicavit eruditiſſimus Carmelitani inſtituti ſectator Carolus Vaghius, ſequens eſt.
,, 1114 R. D. Bonizzonus
,, Araldus, aliter Rebaldus.
,, Ubertus de Monaſterio.
,, Marcus.
,, Guidottus de Seſſo Archiep. Ravennæ.
,, Ghirardus de Seſſo.
,, M. Tiberius.
,, Ugonus; aliter de Ugolinis de Seſſo. Epiſ. Vercellen.
,, Guidottus alter de Seſſo.
,, Ubertus de Ottonis Not.
,, Gerardus de Aldigeriis Parmen.
,, Buxolus de Buxolis.
,, Ugolinus de Rubeis Parmen.
,, Rolandus de Rubeis Parmen.
,, 1310 Gherardus Cornazanus Parmen.
,, Azzonus de Corrigia Parmen.
,, Paſinus de Suthiis Cremon.
,, Jacobus de Subinago.
,, Antonius de Berneriis Parmen.
,, Albericus de Garimbertis Parmen.
,, Joannes de Grapaldis Placent.
,, Leonardus Griffus Mediolanen. Epiſ. Eugub.
,, Didacus. Epiſc. Aleriæ in Corſica.
,, Franciſcus de Curte Papien.
,, M. Ant. de Curte Papien.
,, Matthæus Paſſardus Verul.
,, Camillus Balneus Mantuanus.
,, Guido Aſcanius de S. Flora S. R. E. Card. & Præpoſitus, ut perpetuus adminiſtrator Cathedralis civitatis Parmæ.
,, Filutius de Filutiis Senen. Epiſ. Cluſin.
,, Alexander Sfortia de S. Flora Card. & Epiſ. Parm.
,, Carolus Succius Parmen. Prothon. Apoſtol.
,, 1603 Papirius Picedius ex caſtro Vezzano, qui fuit noviſſimus Præpoſitus, ac primus Epiſcopus Burgi S. Domnini.

,, Habetur præterea in Campii hiſt. Placentinæ tomo I. pag. 207. memoria Urſi Vicedomini Eccleſiæ Burgi S. Domnini an. 830. Erecto autem eodem Oppido in Civitatem nunc ejus Eccleſiæ hic eſt ſtatus. In Urbe adeſt Eccleſia Cathedralis S. Domnino ſacra, antiqua, nobiliſque ſtructura, pro cujus reparatione ſunt certi redditus deſtinati, qui adminiſtrantur per unum ex Canonicis ejuſdem Cathedralis. Ei inſerviunt quatuor dignitates, nempe Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius, & Præpoſitus, XII. Canonici, inter quos Theologus, & Pœnitentiarius cum ſuis Præbendis, qui omnes Capitulum conſtituunt. Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & alii quatuor Canonici ſunt de jurepatronatus Ser. Ducis Parmæ; cæteri ſunt liberæ collationis. Adſunt quoque tres Præbendarii, & 7. Capellani, qui accedente ſimplici approbatione Epiſcopi nominantur à quadam pia Congregatione, quam vocant, Conſortii: & hi præter primariam obligationem ſatisfaciendi certis oneribus miſſarum ejuſdem Conſortii, tenentur omnes divinis officiis intereſſe cum participatione diſtributionum pro rata ſervitii. Choro etiam intervenire ſolent duo alii Sacerdotes, qui inſerviunt Sacriſtiæ, & de præfato lucro ad inſtar aliorum decem reſidentium participant. In ea Presbyter beneficiatus electus ab Epiſcopo curam animarum exercet, & dicitur Vicarius perpetuus: & hic quoque, quando non eſt impeditus, choro intereſſe tenetur cum præfata diſtributionum participatione. Palatium Epiſcopale ſatis commodum Cathedrali adhæret, in quo viſitur Cancellaria Epiſcopalis cum archivo, ubi Eccleſiæ Scripturæ aſſervantur. Quatuor in urbe præter Cathedralem ſunt Eccleſiæ Parochiales: tria Religioſorum monaſteria, duo monialium, ſicuti collegia PP. Societatis Jeſu, & Virginum S. Urſulæ, nuper magnificè exſtructa: quatuor Xenodochia, ſeptem confraternitates laicales cum ſuis Oratoriis, mons Pietatis, & Seminarium paucis abhinc annis propè Cathedralem noviter conſtructum, in quo 22. Alumni inſerviunt Epiſcopo in Eccleſiaſticis functionibus, cum Rectore, Oeconomo, & Præceptore. Diœceſis ſeptem oppida continet, & ſunt: Buxetum, Monticelli, Poleſinum, Gibellum, Tablanum, Bargonum, & Varanum: quorum duo prima Collegiatam habent inſignem cum Præpoſito, & Canonicis fere omnibus de jure Ser. Ducis Parmæ, & Buxeti adſunt quoque duæ Parochiales cum tribus Religioſorum cœnobiis, & Monialium uno; ſicuti Monticellis adeſt conventus PP. Capuccinorum nuper exſtructus. Continet item hæc Diœceſis Villas 54. cum ſuis Parochialibus Eccleſiis. Numerus denique Animarum totius Diœceſis de præſenti ſequens compertus eſt: videlicet: Sacerdotes ſeculares tam in urbe, quam in diœceſi ſunt 447. Clerici 267. Regulares 135. Moniales 161. Viri & mulieres in urbe, & ſuburbiis 2883. in Diœceſi 23202. Pueri, & puellæ nondum aptæ ad ſacram ſinaxim in urbe, & ſuburbiis 1216. in diœceſi 10970. Itaut Urbs, & Diœceſis Burgi Sancti Domnini alat 40. circiter mortalium millia. Nota verò, quod, cum Clemens VIII. hanc Eccleſiam in Cathedralem erexit an. 1601. 12. menſis Februarii, eam S. Sedi immediatè ſubjecit. Sed deinde anno 1604. Bononienſi Eccleſiæ ſuffraganeam fecit. Veruntamen in expediendis Bullis, quæ dantur Epiſcopis, adhuc aſſeritur immediatè S. Sedi ſuppoſita.



I. 1 PAPYRIUS Picedus a, ex oppido Arculæ, Liguriæ ditionis, diœceſis Lunenſis, primus S. Domnini à Clemente VIII. adlectus Epiſcopus eſt anno 1603. die 8. menſis Januarii, a quo illi ſcriptum eſt hoc diploma.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto filio Papyrio Picedo electo Burgi S. Domnini ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolatus officium meritis licet imparibus nobis ex alto commiſſum, quo Eccleſiarum omnium regimini divina diſpoſitione præſidemus, utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes, ſolliciti corde reddimur, & ſolertes, ut cum de Eccleſiarum ipſarum regiminibus agitur committendis, tales in eis in Paſtores præficere ſtudeamus, qui populum ſuæ curæ creditum ſciant non ſolum doctrina verbi, ſed etiam exemplo boni operis informare, commiſſaſque ſibi Eccleſias in ſtatu pacifico & tranquillo velint, & debeant auctore Domino ſalubriter regere, & feliciter gubernare. Dudum ſiquidem proviſiones Eccleſiarum omnium apud ſedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacaturarum ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit

a Hujus meminit Oldoinus in Athen. Ligustico. Lamoratus in opere: *Storie di Lunigiana.* p. 100. Videndus autem Bordonus in Theſauro Eccleſ. Parmen. p. 95. *Mand.*


atten-

attentari. Et deinde Eccleſia Burgi S. Domnini dictæ ſedi immediate ſubjecta, quam nos pridem ex collegiata ejuſdem S. Domnini, tunc oppidi Burgi S. Domnini nullius diœceſ. provinciæ Bononien. Cathedralem Eccleſiam ex certis tunc expreſſis cauſis de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate ereximus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur, à primæva illius erectione hujuſmodi apud ſedem eandem vacante. Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ celerem & felicem, de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, ſive poteſt, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponatur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te presbyterum Lunen. Sarzanen. diœceſis I. V. D. notarium, & familiarem noſtrum in utraque Signatura noſtra Referendarium, vita ac morum honeſtate decorum, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, aliiſque multiplicium virtutum donis, prout etiam fide dignorum teſtimoniis accepimus, inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis: quibus omnibus debita meditatione penſatis te à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes prædictæ Eccleſiæ de perſona tua nobis, & eiſdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ſimili conſilio dicta auctoritate providimus, teque illi in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos prædicta Eccleſia ſub tuo felici regimine regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impoſitum humeris prompta devotione ſuſcipiens, curam, & adminiſtrationem prædictam ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter, & prudenter, quod ipſa Eccleſia gubernatori provido & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſa, tuque præter æternæ retributionis præmium noſtram, ac dictæ ſedis benedictionem, & gratiam exinde uberius conſequi merearis. Quocirca dilectis filiis capitulo, & vaſſallis dictæ Eccleſiæ, ac clero & populo civitatis & diœceſis Burgi S. Domnini per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus capitulum tibi tamquam patri, & paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes exhibeant tibi obedientiam & reverentiam debitas, & devotas, ac clerus te pro noſtra, & ſedis prædictæ reverentia benigne recipientes & honorifice pertractantes tua ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent. Populus vero te tamquam patrem, & paſtorem animarum ſuarum devote ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequentes tuis monitis & mandatis ſalubribus humiliter intendant, ita quod tu in eis devotionis filios, & ipſi in te per conſequens Patrem benevolum inveniſſe gaudeatis. Vaſſalli autem prædicti te debito honore proſequentes tibi fidelitatem ſollicitam, nec non conſueta ſervitia, & jura tibi ab eis debita integre exhibere procurent: alioquin ſententiam ſive pœnam, quam reſpective rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Et inſuper ut ſtatum tuum juxta Pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ut etiam poſtque in vim proviſionis, & præfectionis prædictarum pacificam poſſeſſionem ſeu quaſi regiminis & adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ, illiuſque bonorum ſeu majoris partis eorum aſſecutus fueris, ac munus conſecrationis ſuſceperis, unam ducentorum ducatorum auri de camera ſuper Archipresbyteratu S. Georgii de Bilegno, & alteram etiam ducentorum ſcutorum monetæ ſuper Præpoſitura nuncupata Ss. Petri, & Pauli de Ferraria, ac S. Mariæ de Poliano Eccleſiarum Placentin. dictæ provinciæ, nec non Alben. & Salutiarum reſpective diœceſum, ac illis forſan annexorum fructibus, redditibus, & proventibus auctoritate prædicta tibi reſervatas penſiones annuas, ut prius quoad vixeris, etiam una cum dicta Eccleſia Burgi S. Domnini, quamdiu illi præfueris, retinere, ac percipere, exigere, & levare libere, & licite valeas, generalis Concilii, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, eadem auctoritate tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. Decernentes propterea, penſiones hujuſmodi extinctas non eſſe, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1602. ſexto Idus Januarii Pontificatus noſtri anno XI.

Tres annos hanc Eccleſiam adminiſtravit Papyrius; deniq; ad Parmenſem translatus eſt. De quo ibi.


2. JOANNES Linatus è nobili gente Parmenſis, ſed virtute, probiſque moribus nobilior, Papyrio ſucceſſit an. 1606. die 4. menſis Decembris. Hic Petro Parmenſi Phyſico Farneſiis Principibus chariſſimo natus 1563. Doctoratus lauream anno ætatis 24. aſſecutus, Pontificii, Cæſareique juriſconſultiſſimus fuit. Novariæ, mox Pletiliæ, ac Stabiorum in Neapolitano regno, inde Burgi Vallis Tarri, alibique prætorio ſumma cum laude perfunctus munere; raptus deinceps è ſeculo ad Eccleſiaſticum ordinem, Parmenſis Eccleſiæ Apoſtolicum Provicarium agere meruit, dein Vicarium fieri ejuſdem civitatis Præſulis, quo tempore inter Parmenſem Antiſtitem Ferdinandum Farneſium, & Magnum Hetruriæ ducem ortum diſſidium ſuper confinibus quorundam Epiſcopalis menſæ feudorum, Joannes arbiter pro ſua ſingulari prudentia ſuſtulit. Quem ſpectatæ vitæ innocentia, pietatis ac doctrinæ fama præclarum Paulus V. Epiſcopatus infula exornavit, in quo egregii Paſtoris partes explevit, dignuſque habitus eſt, ut poſt 15. annos ſuæ adminiſtrationis ab eodem Paulo V. translatus ſit ad Eccleſiam Placentinam, anno ſcilicet 1620. de quo ibi. II.



3. ALPHONSUS Puteus Placentinus ex Comitibus Caſtri novi in valle Tidone J. U. D. eruditus, lepiduſque Poeta, pro Raynutio Farneſio Parmæ duce ad Principes non ſemel Orator, à quo in familiam Farneſiam adſcitus, in Antiſtitem ſublimatus eſt à Paulo V. anno 1620. die 13. Januarii. Obiit an. 1626 Auguſto menſe, ſepultus in Cathedrali, cujus quidem ad ſepulchrum, ex ejus teſtamento apponendum epitaphium non gravabimur adſcribere. III.

Alphonſus Comes Puteus tertius Epiſcopus
Burgi S. Domnini in prima Eccleſia ſua ſinu
moriens, ut antea amorem, ita nunc exuvias
ad prima ipſius limina vovit.

De Alphonſo, deque vetuſtiſſima apud Placentinos Putea familia non pauca habet Jo: Petrus Creſcentius Romanus P. P. narrat ad cap. 7. in Italicæ nobilitatis Corona.



IV. 4. RAYNUTIUS Scotus *a*, nobilis Placentinus, comes Sarmati, Horatii Montis Albani marchionis, & Lucretiæ Alciatæ filius, utriuſque Signaturæ Referendarius, ad eandem ſedem ſubvectus eſt ab Urbano VIII. anno 1626. die 22. menſis Martii, à quo die Natalis Domini Pontificiæ Capellæ aſſiſtens declaratus eſt, deinde ab eodem Pontifice apud Helvetios, mox in Galliam ad Regem Chriſtianiſſimum Nuncius miſſus, poſt aliquot annorum pro Romana Eccleſia exantlatos labores ad curiam reverſus, Baſilicæ S. Petri Vicarius factus, librum, cui titulus eſt: *Helvetia ſacra*, in lucem emiſit. Hoc anno 1646. Eccleſiam hanc S. Domnini feliciter regit. * Sub Innocentio X. illam tandem liberè dimiſit, evaſitque ejuſdem Pontificis domus magnus Præfectus. Vivit nobilis Præſul curis ſegregatus, laboribus ac meritis onuſtus. („ *Obiit Placentiæ* „ *an.* 1666.)

a Laudatur à Campio in hiſt. Eccleſ. Placent. p. 3. pag. 378. à Pallavicino in Vindica. Soc. Jeſu. p. 154. à Creſcentio in Præſidio Rom. p. 684. Typis etiam edidit Gregorii X Pont. Max. vitam. *Mandoſ.*

V. 5. PHILIPPUS Caſonus *b* nobilis Sarzanenſis, ſacri Collegii Procurator, ab Innocentio X. adlectus eſt Epiſcopus, an. 1650. vir non modo litterarum eruditione, & Romanæ Curiæ longa experientia clarus, ſed probitate morum, & prudentia haud impar Vincentio Landinello avunculo ſuo egregio viro, qui Albingaunenſis Epiſc. ſub Paulo V. Urbanoque VIII. floruit. Cæterum Philippus, cui æterna obligatione tenemur, ut non ſemel diximus, quod nobis generoſa exhortatione ad opus hoc perficiendum viam oſtenderit, pergit Eccleſiam ſibi commiſſam perbellè adminiſtrare.

b Hujus cum laude meminit Landinellus in opere: Iſtorie di Lunigiana l. 7. p. 75. *Mandoſ.*

* Ex Append. t. 3.

A D D I T I O.

(„ *Quam cum per novem annos rexiſſet, deceſſit* „ *die* 22. *Julii anno* 1659. *hac Epigraphe ejus laudes* „ *ad tumulum proloquente.*

D. O. M.

„ Philippo Caſono Sarzanæ nobili, &
„ primario loco nato, qui à Vincentio
„ Landinello Epiſcopo Albingaunenſi
„ avunculo ſuo, poſtquam is à Luſitaniæ
„ Nunciatura redierat, extremis Pauli
„ V. temporibus, ad Urbem invitatus,
„ cum præclaram indolem egregiis moribus, præſtantiſſimum ingenium optimis
„ artibus imbuiſſet, muneribus juvenis
„ adhuc admotus, ſedi Apoſtolicæ, ac
„ ſacro Cardinalium Collegio ſtrenuam,
„ & diuturnam eximia ſemper fama apud
„ omnes navavit operam, ab Innocentio
„ X. Burgi S. Domnini Epiſcopus delectus,
„ cum diu contranitendo nihil proficeret,
„ divinæ voluntati tandem acquieſcens
„ gregem ſibi commiſſum, decem fermè
„ annos ſingulari quadam rexit vigilantia,
„ & charitate, Laurentius Caſonus Nicolai Comitis Villænovæ filius, Sacroſanctæ Liberianæ Baſilicæ Canonicus,
„ Innocentii XI. Max. ſanctiſſimique Pontificis cubicularius intimus ab arcanis,
„ ac Latinis Epiſtolis, & in ſacra Congregatione rerum Conſiſtorialium Secretarius, nunc verò Archiepiſcopus
„ Cæſareæ, SS. D. N. Papæ in ſolio Aſſi-

A „ ſtens, & Prælatus Domeſticus, atque
„ in Regno Neapolitano Nuncius Apoſtolicus, & Collector generalis, Patruo
„ illuſtriſſimo, & ampliora merito. Obiit
„ anno MDCLIX. ætatis ſuæ LXI.

„ ALEXANDER *Pallavicinus Burgi S. Domnini Epiſcopus electus eſt ab Alexandro VII. an.* 1660. „ *menſe Januario. Hic ortus eſt die* 14. *Decembris an.* „ 1613. *Tabiani in Territorio Parmenſi, parentibus* „ *Franciſco Pallavicino, & Catherina Cerata. Anno* „ *vero ætatis ſuæ* 15. *die* 28. *Octobris an.* 1628. *D. Benedicti regulam amplexus eſt in Monaſterio S. Jo.* „ *Evangeliſtæ Parmenſi. Hinc pluribus Ordinis ſui* „ *ſtrenue perfunctus muneribus è Procuratore Generali* „ *Epiſcopus effectus eſt. Quindecim annos ſuam laudabiliter rexit Eccleſiam, quam coacta Synodo an.* „ 1663. *puriori inſtituere diſciplina ſategit. Fato denique ceſſit die* 25. *Maii an.* 1675. *appoſito ad ejus tumulum hoc Epitaphio.* VI.

D. O. M.

B „ Alexandro Marchioni Pallavicino Burgi S. Domnini Epiſcopo inter univerſi
„ populi lachrymas Federicus frater dilectiſſimus hunc lapidem ſui amoris in argumentum erexit Anno ſui obitus
„ MDCLXXV.

„ CAJETANUS *Garimbertus à Clemente X. Alexandro ſuffectus eſt an.* 1675. *die* 20. *menſ. Decemb.* „ *Natus eſt Cajetanus Parmæ, an.* 1615. *& anno* 1630. „ *menſe Junio Clericorum Regularium Theatinorum* „ *cœtui adſcriptus eſt. Quos inter, cum perfecto ſtudiorum curriculo, Philoſophiam docuiſſet, & Divini* „ *Verbi præco effectus Apoſtolico munere magno animarum fructu diutius perfunctus fuiſſet, pluribus Ordinis ſui optime geſtis Præfecturis, & muniis, Generalis demum creatus eſt. Verum vacante per obitum Pallavicini S. Domnini Cathedra, in ea ſedere* „ *a præfato Clemente Pont. Max. juſſus eſt. Palatium* „ *Epiſcopale novis additis ædibus ampliavit, Cathedralem pretioſa ſupellectili ditavit, Canonicos habi-* C „ *tu Canonicali decoravit. Denique cum & verbo gregi ſuo profuiſſet, & exemplo, ad meliorem raptus eſt* „ *vitam menſe Martio an.* 1684. VII.

„ NICOLAUS *Caranza, Januenſis, Cathedralis Patriæ Primicerius, inde Cardinalis Spinulæ* „ *Auditor, cum vacaſſet ſedes an.* 2. *& menſ.* 7. *ab Innocentio XI. Burgi S. Domnini Epiſcopus dicitur an.* „ 1686. *menſe Novembri. Synodum habuit an.* 1697. „ *Ædes Epiſcopales ampliavit; Cathedralem muneribus ornavit; donec anno* 1697. *die* 25. *Novemb. e* „ *corporis ergaſtulo ſolutus ad ſuperos evolavit.* VIII.

„ JULIUS *della Roſa, Parmenſis, Papiniani, &* „ *Hippolytæ Avianæ filius, J. V. D. Prothonotarius* „ *Apoſtolicus, Vicarius Generalis Parmenſis bis à* „ *Capitulo ſede vacante, & à duobus Parmenſibus* „ *Epiſcopis ſucceſſivè creatus, ab Innocentio XII. ad* „ *S. Domnini cathedram evectus eſt menſe Julio an.* „ 1698. *Verum inſequentis anni poſtrema die è vita migravit.* IX.

„ ALEXANDER *de Roncoveteri, nobilis Placentinus, Fulgentii, & Fulviæ Morandæ filius, I. V.* „ *D. & Judex Synodalis, creatus Epiſcopus eſt die* D „ 28. *Maji* 1700. *Fuit acerrimus immunitatis Eccleſiaſticæ aſſertor, pro qua tuenda plures ſubiit labores,* „ *& incommoda: in pauperes adeo profuſus, ut pecunias* „ *erogandas ſæpe mutuas acciperet: Matris Dei piiſſimus cultor, in cujus immaculatæ Conceptionis honorem altare in Cathedrali erexit. Ordini Capuccinorum impensè deditus Epiſcopalem domum eorum penu ſolebat appellare: Monticellis primum lapidem* „ *illorum cœnobii poſuit, mox eorum conſecravit Eccleſiam. Denique longo vexatus morbo obiit Placentiæ die anniverſario ſuæ conſecrationis* 31. *Maji an.* „ 1711. *annum agens ætatis ſuæ* 69. *Ejus cadaver Burgum S. Domnini translatum in Cathedrali conditum fuit.* X.

„ ADRIANUS *Sarmattei, Presbyter, Nobilis* „ *Aſſiſienſis, annorum* 33. *J. U. D. Auditor Eminentiſſ.* „ *Gard. de Comitibus, ejuſdemque in Epiſcopatu Vi-* XI.

Digitized by Google

„terbienſi, & Tuſcanenſi Vicarius generalis , alias „Vicarius Generalis Epiſcopi Aſſiſienſis, & deinde „præfati Eminentiſſimi in Epiſcopatu Auximano , „decoratus fuit infula Burgi S. Domnini 30. Januarii „1713.)

MUTINENSES
EPISCOPI.



MUtina prope Apenninos montes in Inſubriæ Ciſpadanæ lata , lætaque planitie ſita eſt, Gaiiliæ Togatæ , ut fert Ptolomæi ſententia , per antiqua civitas , quam Plinius rejicit in octavam regionem . Olim propior montibus erat , ut ruinæ teſtantur , quæ poſt excidium , prope viam Æmiliam extulit muros . Vetus opinio , magiſque credita illius facit auctores antiquos Tuſcos, quos Galli Boji exegerunt deinde , quos cum iterum fregiſſent Romani , illuc coloniam deduxerunt eodem ipſo tempore, quo Parma Romanorum colonia facta eſt, Fabio Labeone , Marcoque Claudio Marcello Conſulibus, anno ſcilicet a Roma condita IↃLXVIIII. ante Chriſtianam vero conditam ſalutem CLXXX IIII. Itaque Livius in 39. libro : *Eodem* , inquit, *anno Mutina, & Parma coloniæ Romanorum civium ſunt deductæ . Bina millia hominum in agro , qui proxime Bojorum, ante Tuſcorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt* . Dilaudat Mutinam Cicero in 5. Philippica , cum inquit : *Circumſedit Mutinam , firmiſſimam , & ſpendidiſſimam Populi Romani coloniam*. Appianus vero Alexandrinus illam vocat civitatem opulentam . E Tacito vero eruitur in lib. 11. municipali jure fuiſſe ornatam . Illius meminerunt Livius pluribus in locis, Cicero, Vellejus Paterculus lib. 2. Plutarchus in Cicerone , & Antonino , Svetonius in Auguſto , Florus , Dion. lib. 46. Strabo , aliique antiquorum ſcriptorum . Civile bellum Mutinam nobilitavit , cum ibidem M. Antonius D. Brutum obſidione cinxiſſet , ac paulo poſt inter Octavianum Auguſtum , M. Antonium, ac M. Æmilium Lepidum inſtituto Triumviratu, Mutina multa incommoda perpeſſa eſt , utpote Bononiæ propior, in cujus inſula , ut vocant Lavinii, Triumvirale fœdus illud coiverat . Nec minora a Conſtantini Magni exercitu retulit detrimenta , quod Maxentii Tyranni partibus acceſſiſſet , quam deinde à ſe dirutam civitatem Conſtantinum reſtauraſſe vetus inſcriptio narrat in columna à Mutinenſibus Cæſari ſuo reſtauratori erecta , quæ adhuc viſitur prope ſuburbanam S. Fauſtini Eccleſiam .

IMP. CÆS. FL.
CONSTANTINO MAXIMO
VICTORI
SEMPER AVGUSTO
D. CONSTANT. FILIO. BONO
R. P NATO.

Gothi , Longobardique ita illam exciderunt deinde , ut ſemidirutæ expiratæque civitatis cadaver videretur poſſe appellari , ut ſcribit Ambroſius in Epiſtola 8. ad Fauſtinum . Itaque cum Mutinenſes cives in circumvicina loca perfugiſſent , ibi ſe tutaturi ; Caroluſque deinde Magnus illos exegiſſet, victi liberati metu victorum , paulo infra exciſæ civitatis veſtigia novam Mutinam erexerunt . Quæ cum cœpiſſet incolis frequentari , ſub Imperatorum tutela ſe in libertatem aſſeruit , ad cujus cotem leges deinde novi Senatus exegit , illatiſque victricibus ſignis circumvicinos populos , ac Bononienſes præcipue provocavit ad prælium, de confiniis inter eos fere ſemper novis litibus vario belli eventu effervescentibus . Primus , qui Mutinenſem arripuit principatum, fuit Eſtenſis Obizzo anno 1288. ex Vidonis Mutinenſis Epiſcopi , Lanfranciquc Rangonii ceſſione : anno vero 1312. Henricus VII. Imperator cum Mutinenſem principatum in ſe traxiſſet , eidem Franciſcum Mirandulæ comitem tamquam vicarium præfecit. Sed cum deinde res ſe convolviſſent , Bonaccoltii Mantuæ Tyranni Mutinam occuparunt , adjuvantibus Guelphis, qui per ea tempora Ghibellinis propemodum fractis , partes ſuas extulerant ad victoriam anno 1319. Qui vix ad octo annos principatu illo malis artibus parto potiti ſunt , ſiquidem eadem fortuna belli illos exegit anno 1327. Manfredus deinde Pius cum conſobrino ſuo Vidone , Mutinam ſuæ juriſdictionis fecerunt , Joannique Regis Hieroſolymitani conceſſu in Mutinenſes vicariam poteſtatem exercebat . Cæterum cum deinde excuſſo jugo juſti Principis induiſſet poteſtatem , Obizzoni II. Ateſtino Ferrariæ marchioni Mutinenſem detulit principatum, Carpenſi, ac S. Felicis oppidis ſibi reſervatis, ut ſcribit Corius: cujus deinde principatus inveſtituram à Benedicto XII. Obizzo obtinuit , ſub nomine Vicarii, id à Pontifice impetrante Legato. Ateſtinorum autem faſces Mutina venerata eſt uſque ad annum 1510. Quam cum deinceps Julius II. armis cepiſſet , Maximiliano Imperatori illam reſtituit ; qui rurſus Leoni X. Pontifici pro quadraginta millibus aureorum illam oppignoravit : cumque poſtea Caroli V. victor , ac prædabundus exercitus Clementem VII. Maximum Pontificem in Adriana Mole concluſum obſidione cinxiſſet , uſus ea perturbatione rerum tamquam præclara occaſione res ſuas recuperandi Ateſtinus Alphonſus Mutinam invaſit, eidemque Carolus V. lata ſententia , illam adjudicavit , illudque dominium uſque ad Alphonſum II. poſtremum ducem Ferrariæ in ea ſereniſſima gente duravit , duratque modo in Cæſaris Ateſtini præclara ſobole , cujus hoc tempore Princeps eſt Franciſcus Ateſtinus , filius tertii Alphonſi , qui ſpreto mundano luxu , Capucinorum alumnus obiit , Princeps prudentia, pietateque nulli ſecundus . Civitas à ſuis principibus ultimam exornationis manum accepit ; inexpugnabili circumdata muro, nobili fœta populo, pacis, bellique artibus inſtructiſſimo, cujus fertile ſolum, quæcumque ad vitæ uſum facere videntur , uberrime producit . Academiam habet non ignobilem , in qua docuit Azo juriſconſultus, qui ſe juris arcana in hac urbe reſeraſſe ſcribit ad L. ad unicam C. de ſtud. liberal. art. Urb. Rom & Conſtantinopol. Dedit Mutina Jacobum Sadoletum virum exquiſitæ eruditionis, Gregorium Corteſium ex Ord. Benedictinorum, Thomam Bodiam ſodalitatis Prædicatorum à Paulo III. Cardd. lectos . Nobilis eſt & Carolo Sigonio viro doctiſſimo, magnoque Hiſtorico , genitrix item Ugonis Rangoni , Franciſci Mariæ Molzæ , Joannis Franciſci Furnii . Bellica laude celebres produxit Nicolaum Rangonum , & Gherardum , Hannibalem , & Guidonem Nicolai filios . Mira agri Mutinenſis eſt fertilitas ab frugibus, tritico, faba & aliis. Rerum Mutinenſium Hiſtoriam ſcripſit Franciſcus Paninus , quæ M.S. apud plures aſſervatur . De Mutina parce quidem , ſed perbelle cecinit Jacobus Gaddus in elogiographo .

Priſca Ducum ſedes clareſcit gentibus altis .

Scribit Gaſpar Silingardus Mutinam Chriſtiana fide fuiſſe illuminatam anno 93. à recuperata ſalute ex prædicatione Dionyſii Areopagitæ , ſociorumque ejus, qui ibi Cleto Mutinenſium relicto Epiſcopo circa annum 103. primam fundarint Eccleſiam , quam ſalſo nomine Jovis ejecto Apoſtolorum Principi illam conſecrarunt , ut etiam iis noſtris temporibus retinet nomen . Alii vero volunt S. Apollina-

rem Æmiliæ totius Apoſtolum illic Evangelium diſſeminaſſe. Illud ſane conſtat jam inde à primis illis temporibus fidem Chriſtianam Mutinam ſuſcepiſſe, ſuoſque pro Chriſto Martyres, ac præſules habuiſſe, tametſi nulla illorum extet mentio ante annum 339. Siquidem non prius quam à Magno Conſtantino Eccleſiæ pace reſtituta, Chriſti fideles, corundemque Præſules ſe prodere audebant. Repullulavit deinde Idololatria ſub Conſtante Conſtantini Magni filio, Arrianorum nefario fautore; quam paulo poſt Geminianus vir ſanctiſſimus, atque ejuſdem civitatis Epiſcopus ita excidit, ut ab hoc Præſule Mutina poſſit dici ſuum ſumpſiſſe exordium. Hæc olim Archiepiſcopo Mediolanenſi ſubjecta fuit, deinde Valeriano Imperatore ita cenſente, Ravennatis Eccleſiæ ſuffraganea eſt effecta, ſi tamen fides adhibenda eſt diplomati, quod Rubeus adfert in Hiſtoria Ravennati. Anno vero 1583. à Gregorio XIII. novæ Bononienſi Metropoli juſſa eſt ſuffragari. Mutinenſis cathedralis antiquæ ſtructuræ eſt, intus, foriſque marmorea, Deiparæ in Cœlum aſſumptæ dedicata, divoque Geminiano ejuſdem civitatis Epiſcopo & protectori, cujus corpus ibidem ſub confeſſione honorifice requieſcit. Fores Eccleſiæ admirandæ ſunt cum ob alia, tum ob inſignes Adami, Evæque ex marmore ſtatuas. Multiplici dignitate refulget, quarum prima, ac dignior Archipresbyteratus eſt: duodecim ibi canonici ſunt cum præbendis Theologali, ac Pœnitentiali, quinque manſionarii, decem ordinarii Sacerdotes, cum cætero minori clero; ſatis ampla, opportunaque canonica gaudet, ac Epiſcopali Palatio cathedrali Eccleſiæ decenter conjuncto. Duodecim in tota civitate parochiales Eccleſiæ ſunt, ac duodecim Religioſorum monaſteria, in quibus ſplendore opum, ac plurium feudorum juriſdictione nitet inclyta Abbatia S. Petri ex ordine S. Benedicti: monialium vero quatuordecim ſatis ampla, ac opulenta cœnobia, xenodochia tria, duo pietatis montes, duodecim alumnorum ſeminarium: laicorum demum vndecim confraternitates, pluraque alia pia loca, ac oratoria. Tota diœceſis ampla eſt, plenaque populo, perque centum millia paſſuum in longum procurrit, dilatat vero ſe ad duodecim milliaria. Quod civitatis muris concluditur, ad viginti quinque millia alit mortalium. Epiſcopatus cenſus omnis quinque millia ſcutatorum excedit, taxaturque in libro Cameræ floren. 150. Hujus Eccleſiæ Præſulum catalogum Gaſpar Silingardus diligentiſſime ſcripſit, Mutinenſis & ipſe Epiſcopus, à quo, aliiſque monumentis hunc noſtrum hauſimus.

I. 1 CLETUM primum Mutinenſem Epiſcopum, natione Romanum Dionyſius Areopagita, cum ſociis, adoleſcenti, teneroque Mutinenſium fidelium gregi dicitur attribuiſſe anno 103. Hunc ſanctiſſimis moribus virum narrant vetuſtiſſimum Jovis templum expurgatum Principi Apoſtolorum conſecraſſe, poſtque alia præclara opera, pluresque exantlatos labores evolaſſe ad Cœlos. Poſt cujus exceſſum nullus miretur nullum Mutinenſem reperiri Antiſtitem uſque ad annum 339. Tyrannorum enim ſævities illos ad latebras, voluntariaque exilia compulerat, ita ut nõ vacaret ſcriptoribus, quos minaciſſima edicta ſparſerãt, illos cogere in commentaria

II. 2. DIONYSIUS anno 339. deinde hanc Eccleſiam adminiſtravit, conſternatumque populum ad Dei veri cultum adduxit, multiſque pro Deo laboribus clarus requievit in Domino; de quo Franciſcus Paninus in Mutinẽſi chronico, à quo Silingardus.

III. 3. Poſt cujus exceſſum ANTONIUS in Epiſcopum Mutinenſem ordinatus fuit anno 358. Qui Geminianum virum ſanctiſſimum diaconum ordinavit, eundemq; ſucceſſorem excepit. Inde conjectant prudentes præcipua ſanctimoniæ laude Antonium floruiſſe, cujus magiſterio tam ſanctus prodiiſſet alumnus.

A 4. S. GEMINIANUS è Govella Mutinenſis ditionis ignobili loco, Raſcharinæ gentis alumnus, à puero ſacris literis fuit nobiliter eruditus, inque clericorum numerum ab Antonio Epiſcopo cooptatus, atque ab eodem exigentibus meritis diaconus ordinatus, eidemque vocante populo Mutinenſi, licet invitus, ac latens ſucceſſit Antiſtes. Ad quam dignitatem ſubvectus, ejuſdem, qua antea, moderationis fuit. Pauperum defenſor, & alitor, populique ſibi concrediti cuſtos aſſiduus, intenſiſque ad Deum precibus pie ſancteque Mutinenſem gubernavit Eccleſiam. Hic cum aliquando in S. Petri Eccleſia Cœlum urgeret orando, dæmonem perpulit ad fugam ſigno Crucis, qui ſe orantem fuerat conatus interturbare: qui ut labem fugæ auſibus novis elueret, inde abiens, in Joviniani Imperatoris ingreſſus Palatium, ejuſdem filiæ corpus miſerabiliter obſedit, negavitque increpitus haud ſe inde prius exiturum, quam iterata victoria à Geminiano expelleretur. Juſſit igitur Imperator conquiri Geminianum: repertus Conſtantinopolim venit, quo præſente dæ- B mon tremefactus abſceſſit; cumque plura alia miracula fuiſſet perpetratus, oneratus à Cæſare donis, Mutinam reverſus eſt. Per id tempus Arrianorum contagium, Auxentio Mediolanenſi Archiepiſcopo favente, totam pene Galliam Ciſalpinam deformaverat, à qua teterrima luce Geminianus conſtantia, & labore populum ſibi concreditum immunem ſervavit, plenuſque deinceps meritis, evolavit ad Cœlos circa annum Domini 387. pridie Kal. Februarii. Narrant hujus ſancti inferiis Severum Ravennatem Archiepiſcopum interfuiſſe, dum inter ſacrum faciendum eadem hora Ravennæ divina ecſtaſi fuiſſet alienatus à ſenſibus. Ejus ſacrum corpus tumularunt in cathedrali, acclamatuſque, cui præfuerat, civitatis protector, illam multoties mirabiliter ornaviſſe narratur. Etenim cum aliquando Attila Hunnorum Rex circumvicinas civitates mulctaſſet excidio, Geminianus à Mutinenſi populo exoratus ſævum victorem ita cæcitate percuſſit (1), ut præ- C teriens ne Mutinam quidem videret. Plura Tempia Geminiani nomini deinde conſecrata fuere. In quibus nobile illud S. Geminiani oppidum in Hetruria nitet. A veteri in novam cathedralem ejuſdem corpus Dodon ejus ſucceſſor, Mathilda comitiſſa præſente, dicitur tranſtuliſſe an. 1106. pridie Kalen. Maji: eodemque anno Paſchalis II. Pontifex majus conſecravit altare, ſub quo in prægrandi marmorea capſa magna veneratione fidelium ejuſdem venerãdæ reliquiæ aſſervantur. Porro quæ de Geminiano ex aliorum ſententia ſupra narravimus, Silingardus in ſuo catalogo, una cum aliis ejuſdem ſancti præclaris rebus prolixe ſcripſit, & ex vetuſtis monumentis Mutinenſis Eccleſiæ poſteris tradit: hæc utique ejus ſunt verba.

Conſcripturus, fratres chariſſimi, ſanctiſſimi patris, ac Præſulis noſtri præclara facinora, narraturuſque ſingularia beneficia, quæ non ſolum civitas noſtra, cujus ille eſt peculiaris Patronus, ſed etiam exteræ nationes ab illius patrocinio, ac interceſſione ſuſceperunt, ſcio me ignarum penitus fluctuum, incautumque nautam vaſtum, ac ſco- D *puloſum pelagus præternavigare velle, reique magnitudo me valde ſuſpenſum reddit, imbecillitatemque meam ſummopere deterret. Quis enim digne labores, quos paſtor noſter tam libenter pro ſibi commiſſo grege perpeſſus eſt, valeat celebrare? quis pugnas & colluctationes ipſius, quas frequentiſſimas cum humani generis hoſte habuit, plene numerare queat? certe de hoc præclariſſimo Antiſtite illud merito dici poteſt, quod de S. Euſebio Vercellenſi Epiſcopo Maximus Epiſcopus dixit, nempe quod ad tanti viri laudes addidiſſe aliquid, decerpſiſſe eſt. Scio tamen non eſſe liberum Epiſcopo illius hæredi licet indigno debitum populo in hoc ſubtrahere ſermonis officium; licet enim tantis rebus enarrandis ſe imparem agnoſcat, gaudeat tamen, quod à magnitudine rerum vincatur, & de theſauro ſuo illud de-* IV.

pro-

(1) Hæc corporali præſentia præſtitiſſe S. Geminianum narrat ejus vita ab Anonymo Auctore ſcripta octavo ſeculo, & relata in Actis Ss. Januarii. tom. 2. p. 1097. Quæ ſi vera ſunt (& ſane iis haud levem adſtruit fidem illa ab Eccleſia Mutinenſi peragi ſolita ejus celebritas die 16. Febr.) duos omnino conſtituere Geminianos neceſſe eſt; quorum deinde res geſtæ, ut in aliis ſæpe evenit, ob ſimilitudinem nominis in unum congeſtæ, ac conflatæ ſint; priorem, qui SS. Antiſtitum Severi Ravennatis & Ambroſii Mediolanenſis, ac Joviani Auguſti æqualis extiterit, & Theodorum ſucceſſorem habuerit; poſteriorem, qui Attilæ temporibus, integro poſt ſeculo, vixerit. *Bollandus in Actis Ss. Januar. tom. 2. p. 1096.*

Digitized by Google

A *promere non dubitet, quod Spiritus ſanctus illi ſuggerere dignatus fuerit. Agamus igitur fratres primum gratias omnipotenti Deo, qui civitatem noſtram tanto viro decorare voluerit, & quod ſermonibus in laudem ipſius exponere non valeamus, operibus ſanctis eum imitando comprobare ſtudeamus. Dicamus igitur, quod poſt paſſionem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, poſt ſanctam illius à mortuis reſurrectionem, poſt glorioſam ejuſdem in Cœlos Aſcenſionem, & poſt Apoſtolorum in diverſas mundi partes prædicationem ſecundum Domini præceptum, qui illis mandavit dicens: Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; dum fides catholica ubique diffunderetur, & ſonus Apoſtolorum, ac Diſcipulorum in omnem terram exiret, multi tunc per martyrium huic fidei teſtimonium perhibentes coronati ad Regna Cœlorum triumphantes pervenerunt; nonnulli etiam abſque corporali martyrio per fidem, & charitatem Chriſtum Dominum confitentes ſine perſecutionis certamine, aut pœnarum crudelitate juſte, ac digne vitam ducentes de hoc* B *ærumnoſo ſæculo poſt vitæ curſum glorioſe conſummatum cum gloria ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum felices feliciter pervenerunt. Nullum enim eſſe putamus, qui ignoret duo eſſe martyrii genera, alterum à perſecutoribus illatum, alterum vero in pace quæſitum, & ſive per hoc, ſive per illud quis in recta fide in præſenti vita conſtanter permanens curſum vitæ ſuæ conſummaverit, ille in Domino beatus erit, coronamque immarceſcibilem in Cęleſtibus regnis à bonorum omnium largitore liberaliſſime percipiet; ſcriptum eſt enim: Beati mortui, qui in Domino moriuntur; & alibi: Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Inter multos autem Dei famulos, qui illis priſcis temporibus ad exemplum fidelium vitam cęleſtem in hoc mundo duxerunt, ſignis, & miraculis coruſcantes, maxime enituit beatiſſimus Chriſti confeſſor, ac concivis noſter Geminianus Epiſcopus Mutinenſis, cujus vitam conſcribendam ſumpſimus. Hic igitur mortuo Antonio, cum Mutinenſes de Epiſcopo deligendo inter ſe conſilium haberent, quærentes quiſnam digne in Antonii prædefuncti locum ſufficeretur, omnes uno ore acclamarunt, Geminianum Antonio ſufficiendum eſſe. Is ex Vico Mutinenſi, cui Gavellus* C *nomen, ex familia de Raſcharinis nuper extincta, & honeſtis parentibus ortus, vitam ab ineunte ætate penè cæleſtem agens, omnium virtutum, præcipue vero Chriſtianæ religionis ſplendore enituit, diſciplinisque divinis apprime eruditus in omnib. Chriſtianæ pietatis operibus tanto animi ſtudio ſe exercuit, ut omnium animos in ſui amorem, & admirationem converteret. Adoleſcens diſtributo pauperibus patrimonio voluntariam, ac Chriſtianam paupertatem terrenis divitiis prætulit, ſacriſque inſtitutionibus egregiam navavit operam: quapropter in clericorum numerum cooptatus, & per ſingulos ſacrorum myſteriorum gradus provectus tandem ab ipſo Antonio diaconus factus eſt, quem uti patrem ſemper coluit, illique dum vixit, tamquam alter Laurentius Pontifici Sixto adhæſit. Cum igitur Geminianus populi ipſum Epiſcopum depoſcentis deliberationem audiſſet, tanto munere ſe indignum profeſſus, ſtatim ab urbe aufugit, delituitque in quibuſdam nemoribus vulgo dictis Boſchi de Cadiana, ſic forte appellatis, quia ibi eſſet domus, vel templum Dianæ, ubi etiam nunc plura antiquitatum veſtigia reperiuntur. Quæſitus diù, ac* D *tandem inventus, precibuſque populi acquieſcens onus Epiſcopatus ſuſcepit, conſecratuſque commiſſum ſibi gregem verbo doctrinæ, vitæque ſanctitatis exemplo gubernavit; illudque in primis poſt ſuſceptam paſtoralis officii ſollicitudinem curavit, ut civitatem Idolorum fanis, quæ adhuc ſupererant, expurgaret, illamque Chriſto D.N. ſancte religioſeque conſecraret. Quare in antiquo illius hymno ſic canitur: Normam geſſit Apoſtoli, coli Chriſtum ſic inquiens, cultumque ſtravit Idoli, verbum ſupernum prodiens. Ipſe etiam propriis manibus conſecravit Eccleſiam S. Mariæ de Ambiliano, quæ poſtmodum multis aucta bonis a Benedicto Epiſcopo Mutinenſi cęnobio D. Petri donata fuit. Factus Epiſcopus perſeveravit eſſe, qui prius fuerat eadem in corde humilitas, & in veſtitu modeſtia; ſciebat enim ad ipſum, tamquam Chriſti miniſtrum præcipuè pertinere illa Domini verba: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Sola erat cellula contentus, continentia, & in pauperes liberalitate erat inſignis, in oratione frequenter pernoctabat; & cum quadam nocte in D. Petri æde ad orationem ſtaret, apparuit ei humani generis hoſtis, ut illum tentationibus ſuis impeteret; ille vero ſpiritu ſancto plenus elevatis oculis, ut eum agnovit, ſtatim ſigno crucis fugavit. Quo facto excandeſcens dæmon, diraque viro Dei minatus ad palatium Joviniani Principis acceſſit, ibique ipſius Principis filiam unicam obſedit, eamque crudeliter vexabat: & cum ipſius puellæ parentes ſummopere de illius vexatione ſolliciti nihil intentatum relinquerent, ut filiam a tanto cruciatu liberarent, cumque omnia incaſſum fierent, tandem ipſe dæmon per os puellæ cępit clamare, dicens: Fruſtra laboratis: omnis ars, & induſtria veſtra vana, ac fruſtratoria eſt: hinc non egrediar, niſi ad imperium Geminiani Epiſcopi. Quo audito parentes cum neſcirent, quiſnam eſſet Geminianus iſte per dæmonem nominatus, omnem curam, & diligentiam per miniſtros ſuos adhibuerunt, ut reperiretur. Qui tandem repertus Chriſtiana fuit charitate compulſus ad longum, ac arduum maritimum iter arripiendum, in quo repente exorta tempeſtas mox viri Dei oratione ſedata eſt, tandemque ad aulam ipſius principis pervenit, a quo benigne, liberaliterque ſummo cum gaudio exceptus fuit, ipſiuſque filiam a caco dæmone liberavit, & quandiu ibi fuit, plures a variis languoribus implorato Chriſti Dei, ac individuæ Trinitatis nomine ſanavit. Poſtremo volens ad propria remeare de ſalute ſuorum admodum ſollicitus, petita à principe venia, variiſque ac precioſis muneribus ab ipſo auctus, Mutinam rediit, civibus optato paſtoris reditu ſummopere gratulantibus. Et cum tunc temporis Ciſalpina Gallia eſſet Arriana labe infecta opera Auxentii Mediolanenſis Præſulis, qui Arrianis adhærebat, ipſe tunc maxime in id incubuit, ut ſuos in recta catholica fide confirmaret, Chriſtianamque religionem ſublato Idolorum cultu propagaret, egregii Præſulis munia vigilantiſſime implens. Cumque in Æmilia, & Liguria orta eſſet nova hæreſis Arrianorum, qui temere ſacrarum virginum connubia inducebant, adverſus illam D. Ambroſius Mediolani Synodum habuit, in qua dicta hæreſis damnata fuit. dictæque Synodo ſubſcripſere infraſcripti Epiſcopi, videlicet, ego Eventius Epiſc Maximus Epiſc Felix Epiſc. Baſſianus Ep ſc Theodolus Epiſc. ex juſſu Geminiani Epiſc. ipſo præſente Aper presbyter, Euſtaſius Epiſ & Conſtantius Epiſ Et cum poſtmodum Syricius Pontifex certior factus fuiſſet, novam hanc hæreſim in partibus illis exortam fuiſſe, protinus illam facto decreto damnavit, auctoreſque ejus homines Arrianos eſſe notavit; quibus actis, ad Eccleſiam Mediolanenſem ſcripſit, ſe damnaſſe Jovinianum, Auxentium, Genialem, Germinatorem, Felicem, Prontinum, Marcianum, Januarium, & Ingenioſum, qui ſacras virgines conjugio ſociari jubebant. Nos, inquit, nuptias non aſpernanter accipimus, ſed virginum Deo devotarum nuptias majori honorificentia veneramur: ad quem Ambroſius, aliique reſcripſere Epiſcopi, ſe item hæreſim illam, illiuſque auctores hæreticos repudiaſſe. Illud etiam non omittendum duximus, quod cum D. Ambroſius de anno tercenteſimo octuageſimo primo rabiem declinans Eugenii impii Tyranni Bononiam venerit, ibique divina revelatione monitus corpora SS. martyrum Vitalis, & Agricolæ invenerit, Mutina tranſiens, quam cum oppidis vicinis ſe vidiſſe ſemidirutam ad Fauſtinum ſcribit, multum nobis fit veriſimile, quod Mutinæ aliquam moram traxerit cum Geminiano ejus tunc ſuffraganeo, & cum quo magna intercedebat familiaritas; cujus rei tamen nullum niſi veriſimilitudinis teſtimonium habemus. Percrebreſcente vero in dies fama ſanctitatis hujus famuli Dei, ad ejus cellulam concurrebat magna hominum multitudo, quæ & hominem intueri, & ab eo ſalutis monita audire cupiebat; ipſe vero omnes in lege Dei, & ſancti Evangelii doctrina inſtruebat, eiſque ſigno crucis benedicebat, infirmoſque graviſſimis morbis ſolo contactu ſanabat. Exiit fama hæc non ſolum in civitate, & diœceſi Mutinenſi, ſed etiam uſque ad extremas orbis partes pervenit, augebaturque in dies non ſolum apud plebem, ſed & apud principes terræ hujus ſanctiſſimi pr ſulis auctoritas, adeo quod plures nobiles ſe per litteras ejus orationibus commendaverint. Longum eſſet enarrare, quanta vivens fecerit miracula, quantis profuerit, & quanta mala patienter pro Dei nomine perpeſſus fuerit. Demum ſenio confectus Dei gratia, ſigniſque admirandis admodum clarus, & de obitu ſuo cęlitus, dum nocte oraret, præmonitus, languere cœpit, ſumptiſque Euchariſtiæ ſacris in pias preces profuſus placide obdormivit in Domino pridie Kalendas*

Februarii circa ſalutis annum tercenteſimum octuageſimum ſeptimum. Illudque in primis memerabile in ejus funere eveniſſe aſſerunt Surius, & Maurolic. quod S. Severus Antiſtes Ravennas, dum in Eccleſia ſua rei divina myſteria celebraret, quadam ecſtaſi, velut ſomno quodam leni correptus tantiſper quievit, donec ipſius Geminiani funeri, & exequiis adeſſet, eodem tempore Mutine, & Ravenne viſus, ut certis poſtea nunciis clare compertum fuiſſe affirmant. Hic annus fuit inſignis non ſolum morte Geminiani, ſed & Ambroſij Antiſtitis Mediolanenſis. Hunc civem, & Pontificem ſuum Mutina ſibi patronum adoptavit, quemadmodum S. Petronium Bononia, S. Zenobium Florentia, multaque alia civitates ſuos tam optime de ſe meritos Epiſcopos in patronos adoptarunt, illiuſque praſentem opem duriſſimis temporibus in ſuis neceſſitatibus ſepius civitas experta eſt: nam paucos poſt annos, cum die illius natali urbs repentino fluminis auctu prope mœnia decurrentis obruta pene eſſet, & aqua ad feneſtras templi Geminiano ſacri, quod Theodorus illius ſucceſſor, ac S. Ambroſii diſcipulus conſtruxerat, excreſcentes ante ipſius fores apertas ita obriguiſſent, ut populus rei divinae intus adſtans eas quidem hauriret, ſed nulla ex parte lederetur, invocato Geminiani auxilio ad alveum ſuum mirabiliter refluxerunt. Praterea cum circa annum ſalutis 452. gens Hunnorum fera, & crudelis, barbarieque plena, qua antea ab Alexandro intra Caucaſeos montes incluſa fuerat, divino ſic permittente judicio, e Pannonia una cum rege ſuo impiiſſimo Attila erupiſſet, & vaſtata pene Germania, & Gallia tota tranſiviſſet Alpes, in Italiamque perveniſſet, ubi predictus crudeliſſimus tyrannus, qui ſe Flagellum Dei nuncupari faciebat, plures civitates, per quas tranſibat, devaſtavit, ac deſtruxit, tandem cum exercitu ſue totius prepemodum Europe trophæis onuſto Mutinam venit, ubi cives terrore crudelitatis ipſius correpti ſe patrocinio patroni ſui Geminiani devote commendarunt, qui interceſſione ſua illud apud Deum promeruit, ut cecitate injecta Rex ipſe, & exercitus civitatem ipſam vacui, & confuſi ſine alicujus leſione pertranſierint; quo miraculo populus Mutinen. ſumma cum veneratione diem illum coluit, & adhuc colit, qui eſt 7. Kal. Februarii, in memoriam tam ſingularis beneficii, interceſſione ſui patroni a divina miſericordia obtenti; cujus miraculi fama aliquot poſt annos permotus Narſes Eunuchus Juſtiniani Imperatoris in Italia dux devictis hoſtibus, Venetiis, ſicut voverat, in Rivoalto, e regione D. Marci ad honorem D. Geminiani templum ſatis inſigne erexit circa annum ſalutis 558., tantæque extitit venerationis Geminianus, ac tantorum miraculorum gloria illuſtris fuit, ut a multis Italia civitatibus, ac in primis a nobili Hetruriæ oppido, quod ab eo nomen accepit, aræ, ac templa illi erecta fuerint. Et quia mentionem oppidi S. Geminiani in Hetruria fecimus, non ab re erit, ſi qua inibi operatus eſt Geminianus, juxta quod & ab indigenis dicti loci, & è vitis ſanctorum Hetruriæ nuper impreſſis collegimus, hic annectamus. Ferunt incolæ caſtrum S. Geminiani, caſtrum Sylute, ſeu Sylvium a quodam Sylvio Romano Patritio conditum, prius appellatum fuiſſe, & cum impius Attila. cujus ſupra meminimus, poſt devaſtatas plures Lombardiæ civitates in Hetruriam penetraſſet, & ad dictum caſtrum perveniſſet, quod ſub tutela, & patrocinio D. Geminiani erat, idem Geminianus, quemaamodum Mutina, oculos iniqui tyranni, & ejus exercitus ita perſtrinxerat, ut neminem videntes illam abſque leſione alicujus pertranſierint, ſic & hoc loco eundem ſanctiſſimum Praſulem in medio duorum Angelorum ad portam, quæ dicitur fontis, apparuiſſe ferunt, eidemque Attila minacibus verbis dixiſſe, ſe eſſe Geminianum olim Mutinenſem Epiſcopum, eique injunxiſſe, ut nullum detrimentum eidem loco ſub ſua protectione conſtituto afferre præſumeret. Quare cum locum fuiſſet ingreſſus, denſiſſimæ ſtatim nebulæ exortæ ſunt, ut nullus aliquem licet ſibi valde proximum videret. Quapropter ipſe Attila cum exercitu ſuo confuſus abiit nullo damno eidem caſtro, vel ejus habitatoribus illato: quod beneficium incolæ acceptum retulerunt interceſſioni, ac patrocinio D. Geminiani, quem in illa calamitate ſupplices invocaverant. Miraculum hoc adhuc dicunt videri ſculptum in marmore antiquo ſupra dictam portam, inibique dictam ſculpturam poſitam fuiſſe aſſerunt ob aliud ſimile miraculum in eodem loco ad invocationem dicti Protectoris patratum; cum .n. quidam milites, ut caſtrum prædarentur, veniſſent, ſtatim pons dicti caſtri inventus eſt deſtructus, & milites proſtrati per terram, perterritique nullum damnum terræ, vel ejus incolis intulerunt, & hoc ope, & patrocinio D. Geminiani eorum patroni, cujus opem in tantis periculis expertam etiam in hoc devote imploraverant; Quod caſtrum poſtea fuit a dicto Narſete Juſtiniani Imperatoris Eunucho ampliatum, & ad formam, in qua nunc eſt, redactum, appellatumque fuit deinceps Caſtrum D. Geminiani; in quo etiam dicunt aſſervari digitum ejuſdem ſancti illuc delatum a quodam clerico Colenſi, qui per aliquot annos inſervierat Sacriſtiæ Eccleſiæ cathedralis Mutinæ, & cum aliquando ei ſe obtuliſſet occaſio, illum furto ſubtraxit, ut ad patriam ſuam deferret: & cum ad dictum caſtrum perveniſſet cum ſacro illo pignore, numquam portam dicti caſtri exire potuit, licet pluries, ſed fruſtra ſemper tentaverit; quo agnito cives dicti loci ipſum vocaverunt, & interrogaverunt, quis eſſet, unde veniret, & quid ſecum deferret, qui factum detexerit, & relicto ibi digito facile poſtea iter ſuum perfecit. Miſerunt cives poſtmodum oratores ſuos Mutinam, qui rem totam Mutinenſibus ſignificarent, ſacramque reliquiam ab eis dono peterent, quod eis a populo Mutinenſi liberaliter conceſſum fuit. Hoc totum aſſerunt dicti loci incolæ dicentes apud ipſos adeſſe ſcripturas factum hoc continentes, & eſſe traditionem antiquiſſimam in dicta terra. Legitur præterea in vitis ſanctorum Hetruriæ, videlicet in vita S. Bartholi, qui fuit è dicto caſtro oriundus, quod cum quadam nocte ipſe ſupplices ad Deum preces effunderet, ut ipſum a morbo lepra, aliiſque multis, quibus detinebatur, infirmitatibus tandem liberaret, & ad cœleſtia regna perduceret, nocte ſequenti apparuit ei Dominus magna Angelorum, aliorumque cœleſtis curiæ ſanctorum caterva circumdatus, & dixit: Barthole præparate, quia octavo abhinc die portas paradiſi ingredieris. Quo dicto, ſtatim diſceſſit una cum Angelis, & Sanctis eum comitantibus, præter unum, qui ibidem remanſit, quem Bartholus interrogavit; quiſnam eſſet, & quare alios Dominum comitantes non fuerit ſecutus? qui reſpondit: Ego ſum Geminianus, qui hic remanſi, ut te monerem, quid agere te oporteat: ſcias te mihi fuiſſe datum ſocium in cura, & protectione hujus populi, ne permittas corpus tuum extra mœnia hujus terræ ſepeliri, quia ſicut ego hucuſque ſolus terram hanc patrocinio, & protectione mea ſervavi, ſic decet, ut in futurum per utrumque protegatur, & defendatur. Quibus auditis Bartholus ſtatim notarium accerſiri juſſit, ſtatuitque corpus ſuum in Eccleſia S. Auguſtini dictæ terræ ſepeliri, licet prius per publicum documentum ſtatuiſſet cadaver ſuum in Plebe Celulenſi ſepulturæ tradi debere. Non omittendum hic etiam puto, quod tanta fuit apud omnes hujus glorioſiſſimi Chriſti confeſſoris veneratio, ut plures in eorum litaniis nomen D. Geminiani retulerint. Gregorius enim (ut refert Rubeus in appendice Ravennatis hiſtoriæ) ſcribens ad Caſtorium Notarium Ravennæ epiſtola 76. libri 7. regiſtri, aſſerit quatuor, aut quinque litanias Ravennæ antiquitus haberi conſueviſſe, & cum aliquarum meminiſſet, ipſe Rubeus in hiſtoria ſua tandem quaſdam recenſet, in quibus in catalogo confeſſorum nomen D. Geminiani recenſentur. Ejuſdem D. Geminiani memoria habetur in litaniis S. Carpephori Mediolanenſis Præſulis; ex quibus facile conjici poteſt, quantæ venerationis illis temporibus fuerit memoria ejus S. Antiſtites. Succedentibus autem temporibus cum de anno nongenteſimo tertio Ungari è Scythia profecti ſuperata Pannoniæ Imperio, & Italica præda ſuperbi more barbarorum Mutinenſem agrum devaſtaſſent, urbeque civium fuga immunita, qui immanitatem, ac crudelem barbariem Scytharum perhorreſcebant, cum impia turba ſacrilegas manus Ædi D. Geminiano ſacræ à proprio Epiſcopo Gottifredo metu derelictæ inicere

moli-

moliretur, ſubita capitis, & oculorum vertigine correpta neſarios auſus nequaquam perficere potuit; quod populus Mutinenſis cœleſti auxilio, & D. Geminiani patrocinio acceptum retulit. Ab iiſdem barbaris etiam incenſum fuit monaſterium Nonantulanum, ſed poſtmodum reparatum per Petrum Abbatem, qui illuc etiam tranſtulit veneranda corpora Ss. martyrum Syneſii, & Theopompi ex alio monaſterio prope Tamiſium ab eiſdem incenſo ex Sigonio de Regn. Ital. lib. 8. & ex Baron. in annal. hujus temporis. Illud etiam non omittendum videtur, quod cum quidam puer olim è majori campanaria turri cecidiſſet, precibus, & meritis B. Geminiani illæſus evaſit: quapropter in ſtatis veſpertinis horis frequenter Antiph. illa canitur, qua hujus beneficii per patronum noſtrum præſtiti memoria recolitur. Sed ætate noſtra hoc miraculum iteratum vidimus in Franciſco Mandina puero decenni, qui ab eadem turri, quæ cubitis octuaginta ejus altitudo eminet, pridie Kalen. Decembris an. ſalutis 1569. prolapſus, Geminiani implorato nomine, primum, atque alterum domus eidem turri contiguæ tabulatum effregit, nullo ex hujuſmodi caſu detrimento accepto, niſi levi quodam frontis vulnere, ex quo facile, & brevi tempore convaluit, ut quemadmodum puer ille prior crinibus apprehenſus ſublevatus eſt, ita iſte ſecundus manu ſuppoſita certæ morti ſubtractus fuerit. Illud etiam memorabile eſt, & nullo modo prætereundum, quod cum Mutinenſes multum timerent a Gaſtone Foixeo Gallorum duce audaciſſimo ob injuriam in agro Mutinenſi acceptam ipſis Mutinenſibus multum irato, divina gratia ob interceſſionem B. Geminiani illis non defuit. Nam ille apud Ravennam memorabili prælio victor ab Hiſpanis victis cæſus eſt, & quas faces ſe aliis illaturum minatus fuerat, iis ipſe elatus Mutina, qua funus ab exercitu ducebatur, inſpectante, ſepulchrum Mediolani habuit, quo etiam mox tanquam impius jubente ita Pontifice caruit. Alio etiam recentiori miraculo a Gallis Carolo Amboſio duce anno ſalutis 1511. hoſtilia arma clam inferentibus liberata eſt Mutina, quæ paulo ante expulſo Alphonſo Aeſtino Romanæ ditioni a Julio II. Pontifice Maximo addita fuerat; nam mille ab urbe paſſibus eis occurrens Geminianus ſub ruſtici quidem, ſed venerandi ſenis ſpecie ſic eos exterruit inani Mutinẽſium portis erumpentium tubarum, tympanorumque perſtrepentium viſu, & auditu, ut veram hoſtium impreſſionem, ac inſidias veriti fugam arriperent, multiſque in Gabelli amnis tranſitu ſubmerſis, dux ipſe Carolus rei eventu exanimatus Corrigium fugiens ſe recepit, ubi vitam cum morte commutavit, detecta prius ſacerdoti viſione, dum ei more Chriſtiano peccata confiteretur: cujus miraculi deinde veritate comperta, illius diem, qui fuit 12. Kal. Martii, reliquis ejuſdem ſancti Feſtis Mutinenſes addiderunt, ac ſub ejuſdem vexillo, & nomine inſtituta fuit pia civium Sodalitas, erectumque oratorium. Hujus venerabilis Antiſtitis corpus a vetere in novam Baſilicam ſumptuoſiori opere inchoatam, ſed nondum completam a Dodone Epiſcopo, magno vicinorum Præſulum, ac populorum concurſu, Mathildaque comitiſſa cum exercitu præſente ſolemni ritu, & pompa tranſlatum fuit pridie Kalen. Maji, anno ſalutis milleſimo centeſimo ſexto. Eodem anno octavo idus octobris Paſchalis II. Pontifex Maximus aram, ubi repoſitum eſt dictum corpus, de more dedicavit, conceſſa omnibus, qui tunc aderant, ampla peccatorum remiſſione: Mathilda vero magnis, ac variis collatis muneribus pietatem ſuam aliis etiam titulis illuſtrem declaravit. Expleta deinde Baſilica anno Domini 1184. Lucius III. Pont. Max. ab Arditione Epiſcopo, conſulibuſque, & Mutinenſibus, & a Rectoribus civitatum pro tuenda communi libertate fœderatarum ibi congregatis rogatus quarto idus Junii ſolemni cærimonia illam dedicavit, & oſtenſo Geminiani corpore populo id in primis expetenti, debitam pro criminibus capitalibus 40. dierum, pro quarta vero parte venialium pœnam indulſit omnibus, qui die illius Natali ſacra confeſſione purgati ſingulis annis Baſilicam ipſam ſuppliciter viſitaſſent. Non ſolum autem his beneficiis Mutinenſis civitas Geminianum Patronum ſuum veneratur, verum etiam multis aliis, quæ & retroactis temporibus experta eſt, & in dies experitur, dum ad ſacrum ejus ſepulchrum ſpiritus immundi ſacris exorciſtarum precibus adiurati à corporibus obſeſſis ab omnibus Chriſtiani orbis partibus ad ipſum confluentibus quotidie diſcedere coguntur; multum enim illius ſacræ Aræ præſentiam perhorreſcit dæmon, in quo inenarrabilis Dei omnipotentis largitas, & miſericordia maxime dignoſcitur, qui famulos, & amicos ſuos ita honorare dignatur, ut eis etiam cacodæmones obedire compellat. Hæc omnia conſiderantes, fratres chariſſimi, cum veneratione, & admiratione cum Propheta clamemus: Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. O' felix Mutina, quæ tali, ac tanto es decorata Patrono, ſub cujus protectione ita ſecura conſiſtis, ut nullas adverſarii humani generis inſidias pertimeſcere debeas: huic Patrono te commenda, hujus auxilium implorare ne deſinas, certo ſciens ipſum eſſe de tua ſalute admodum ſollicitum: huic ego illius indignus ſucceſſor me totum committo, ipſum humiliter deprecans, ut apud Divinam Majeſtatem pro me intercedat, ut greſſus meos dirigat in viam ſalutis, atque oves curæ meæ concreditas commendatas habeat, meque cum illis ad æternam felicitatem perducere dignetur, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

V. 5. THEODORUS S. Ambroſii alumnus S. Geminiano ſucceſſit, qui ſuo anteceſſori, ob ingens miraculum, cathedralem Eccleſiam cenſuit conſecrandam. Siquidem cum vicinum flumen adeo Mutinam civitatem inundaſſet, ut ad feneſtras ipſas Baſilicæ pertineret effuſio; aquæ tamen divinitus prohibitæ portis, inque ſemet converſæ populo in templo pepercerunt oranti. Hæc Baſilica in aliam poſtea ſumptuoſiorem tranſmutata quantis donis, quibuſve immunitatibus, juriſdictionibus, poſſeſſionibus, & gratiis a variis Pontificibus, regibus, ac principibus decorata ac ditata fuerit, facile ex iis, quæ infra dicentur, apparebit. Hanc eandem Baſilicam civibus fuiſſe pro curia, in quam de republica acturi convenirent, ante quam palatium, quo nunc utuntur, conſtrueretur, ex hujus urbis annalibus conſtat. Multos annos Theodorus Mutinenſem adminiſtravit Eccleſiam, requievitque in Domino, ſepultus in Eccleſia, quam ipſe conſtruxerat. Cujus memoria extat anno 397.

VI. („ GEMINIANUS II, *qui Attilæ Italiam devaſtantis, Mutinæque excidium minitantis furorem*
„ *coercuit anno 452. atque hic eſſe videtur, cujus meminit S. Leo Papa Epiſt.* 100. *ad Gennadium Epiſ-*
„ *copum Conſtantinopolitanum data XV. Kal. Julias,*
„ *Magno, & Apollonio Coſſ. qui erat Chriſti 460. licet*
„ *non exprimat cujus ille ſedis fuerit Epiſcopus; ita*
„ *enim ſcribit*: Dilectionis tuæ literis, & fratrum
„ Coepiſcoporumque noſtrorum Domitiani & Ge-
„ miniani ſermone cognovi. *Unde colligere eſt eos*
„ *Conſtantinopolim ad Leonem Auguſtum, & Genna-*
„ *dium Patriarcham miſſos fuiſſe legatos in cauſa Ti-*
„ *mothei Æluri, qui occiſo S. Proterio ſedem Alexan-*
„ *drinam per ſummum ſcelus invaſerat*. Bollandus
„ in Actis Ss Januar. t. 2. p. 1096. *Vide etiam Ve-*
„ *drianum in hiſt. Mutinens tom. 1. p. 253. & ſeqq.*)

VII. 6. GREGORIUM deinde tametſi reluctantem Joannes Archiepiſcopus Ravennatium, Epiſcopum Mutinenſem ordinavit anno 477. ad quam violentam electionem Æmiliæ Epiſcoporum plerique nauſearunt, ita ut Pontifex ipſe Romanus Simplicius de hujuſmodi re certior factus ſcriptis graviſſime literis cum interminatione ſe ablaturum poteſtatem Joanni in Æmilianos Antiſtites, ſi ſimile quidpiam iterata temeritate tentaret, redarguerit factum. Cæterum Gregorius cum moderatiſſimi animi eſſet, tametſi invitus præeſſet, profuit tamen gregi ſibi commiſſo, ita ut ſanctitas electi videretur quodam modo feciſſe tolerabilem violentiam electoris. Superſtes fuit uſque ad annum 500. exuitque mortalitatem.

VIII. 7 BASSIANUS (1) Gregorio ſubrogatus eſt, anno 501. Hic tertiæ, quartæ, & quintæ Romanæ Synodo ſub Symmacho Papa interfuit. Vir miræ eruditionis, & eximia pietate conſpicuus, qui una cum aliis Æmiliæ Epiſcopis intrepide reſtitit Theodorico Regi concilium Romæ indicenti adverſum Symmachum Papam, de qua re videndus Baronius.

Poſt Baſſiani exceſſum Mutinenſium ſeries, nominaque per centum, ac octuaginta annos deſævientibus in Italiam barbaris interciderunt.

IX. 8. PETRUS Mutinenſis Epiſcopus reperitur ſubſcriptus Romanæ Synodo ſub Agathone Papa an. 680. Hic ille fortaſſis Mutinenſis Epiſcopus eſt, quem Flavius Cunibertus Longobardorum Rex ampliſſimis privilegiis exornavit ann. 693. ut Sigonius narrat.

X. 9. JOANNES Mutinenſis adlectus Antiſtes anno 743. Ab Ildebrando impetravit Eccleſiam S. Petri civitatis novæ, quarto ab urbe Mutina milliario; nobile quondam oppidum, quo poſt excíſam veterem Mutinam transfugerant cives. Narrat Sigonius hunc Epiſcopum plura, gratioſaque privilegia a Rachiſio Longobardorum Rege impetraſſe. Hujus etiam temporibus Mutinenſis, Bononienſiſque Diœceſes cum diuturniori lite terminos acceperunt, ut ſupra narravimus.

XI. 10. LOPICINUS Joanni ſucceſſit ann. 749. in cujus gratiam Ayſtulphus Rex Longobardorum omnia privilegia, quæ antea ſui anteceſſores Mutinenſi Eccleſiæ indulſiſſent, rata eſſe decrevit. Dum Lopicinus in cathedra Mutinenſi ſederet, Anſelmus Forojulienſis dux ſpreto mundo monachus effectus eſt, ædificavitque prope Fananum monaſterium, cujus poſtea Abbas eſt dictus, ac poſt duos annos qua opibus, qua juriſdictionibus inſignem Abbatiam Nonantulanam à Mutina urbe quinque tantum milliaribus diſtantem exorſus eſt anno ſcilicet 752. de cujus ædificatione, incremento, ac pretioſis reliquiis S. Sylveſtri Papæ ibidem delatis, una cum Stephani III. Papæ, nec non Ayſtulphi Regis privilegiis conceſſis, hæc habet M.S. codex pergamen. antiquiſs. chron. Nonantulanum, quæ cum propter antiquitatem, tum alias forte ob cauſas adſcribere hic operæ pretium duximus.

Quia benignum, & glorioſum videtur eſſe, ut bonorum hominum vita, atque benefacta Dei fidelibus in memoriam veniant, dignum duximus, ut eis innoteſcat, qualiter & in quibus temporibus, & a quibus religioſiſſimis viris monaſterium S. Sylveſtri in loco Nonantula vocato ſitum, exſtructum, atque ædificatum fuit, etiam à quo ſanctiſſimo, & beatiſſimo viro religioſiſſime, & regulariter rectum primo in tempore ſit. Igitur anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, centeſimo vero octogeſimo ingreſſionis Longobardorum in Italiam, vir glorioſiſſimus Ayſtulphus Racchis Germano ſuo devicta Pentapolim Mari D. Zacharia Papæ facto Romæ clerico ſceptrum Longobardorum ſtrenue regens, cui Giſeltruda excellentiſſima Regina Anſelmi præclari viri Abbatis, olim ducis ſoror digniſſima, in conjugio hærebat, cujus interventu idem Ayſtulphus Rex in primo anno regni ſui per ſuum præceptum conceſſit venerabili viro Anſelmo locum, qui nuncupatur Faynanatus, in quo idem vir Dei Anſelmus monaſterium ad honorem Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti conſtruxit, & monachos ibidem regulares conſtituit, atque hoſpitium ad ſuſcipiendos hoſpites, & peregrinos magno cum ſtudio illic ædificavit, de quibus illi die, noctuque cura maxima, & ſollicitudo fuit, ut nullus inde ſine refectionis miſericordia abire poſſit. Tertio autem anno regni ſui prædictus Rex eidem Anſelmo eximio Abbati in finibus Aemiliæ locum Nonantulæ dono dedit, quem adjuvante ſuperna pietate idem venerabilis Anſelmus, ſuique monachi propriis manibus laborantes de fontibus, & de deſerto ad perfectionis culmen perduxerunt, in quo fundamentum templi, & monaſterii clauſtrum cum certis ædificiis fundare ſtuduit. In quarto autem anno regni

A *ejuſdem hujus templi conſecratio facta eſt per D. Geminianum S. Rigienſis Eccleſiæ Epiſcopum ad honorem S. Dei Genitricis Mariæ, & B. Benedicti Abbatis per juſſionem D. Stephani ſummi Pontificis Romanæ Eccleſiæ, & univerſalis Papæ. In ipſo autem anno per deprecationem prædicti Regis, & ipſius Anſelmi Abbatis, ac totius congregationis advenit D. Sergius Archiepiſcopus Raven. Eccleſiæ, & conſecravit templum, & altare ad nomen, & honorem ſanctorum omnium Apoſtolorum per juſſionem prædicti D. Stephani Papæ, & ibi cũ fratribus in Dei laudibus, & in divinis colloquiis gratulatus per triduum manſit, atque iis completis, pro quibus venerat gaudens ad propriam reverſus eſt ſedem. Præfatus vero venerabilis pater Anſelmus Regali ortus proſapia, meritiſque clarus, eundem Ayſtulphum adiit Regem, per ſororem ſcilicet ſuam Giſeltrudam, quæ Regio hærebat thalamo; hujus namque imperatu tria non modica intra collationem paulo ante idem vir conſtruxerat cœnobia, fratrumque decorarat agminibus, in quorum maximo, quod Nonantulæ vocitatur, mo-*

B *nachorumque præpollet phalangiis, cum ſanctiſſ. vellet artus acquirere Sylveſtri in Dominica Incarnationis anno DCCLIII. ſupradictum petiit Regem ſuppliciter rogans, ut cauſa orationis, maximeque hujus negotii una ſecum Romam veniret. Rex annuit, & Abbas fratribus ſtipatus Romam advenit ad virum per omnia Beatiſſ. Stephanum, qui tunc Romanam, & Apoſtolicam gubernabat Eccleſiam, a quo benigne ſuſcepti ſunt, & eos theſauro, quem petiere, in hunc tenorem, ſicuti hic legitur, ditavit.*

Stephanus Servus ſervorum Dei.

Omnibus venerabilibus fratribus, & Coepiſcopis, cunctiſque religioſis Chriſtianis Deo deſervientibus Regno Italico, & Patriarchatu Romano. Reſidentibus nobiſcum plurimis Epiſcopis ad Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Principum limina ſynodale commonente concilio venit Flavius Ayſtulphus vir excellentiſſimus Rex Italici Regni ad prædictorum Apoſtolorum veſtigia. Inter cætera, quæ contulit dona, B. Petri Apoſtoli Eccleſiæ obtulit præceptum unum, in quo con-

C *tinebatur, quod ob reverentiam Domini Salvatoris, atque B. ſemper Virginis Mariæ, omniumque ſanctorũ Apoſtolorum conſtruxiſſet monaſterium in Territorio Mutinenſi loco nuncupato Nonantula, ipſumque præceptum conceſſiſſet viro venerabili nomine Anſelmo Abbati, & eundem virum Anſelmum cum ſecum haberet, obtulit illum pariter, & præceptum ſupra ſacratiſſimum corpus S. Petri Apoſtoli, ſicque dotavit prædict. monaſter. Sanctæ Sedis Romanæ, quam Deo auctore regere cernimur. Petiit præfatus Rex noſtram munificentiam, ut corpus ſanctiſſimi Papæ Sylveſtri cum aliis ſanctorum pignoribus eidem Anſelmo Abbati ad prædictum venerabile monaſterium deferri concederemus, & per benedictionem protinus noſtris manibus conſecraremus ipſum Abbatem, & cuculla indueremus ſecundum regulam S. Benedicti, ejus manibus traderemus ſimul & baculum Paſtoralem, & pedales ſecundum ordinem: cujus ſanctiſſimam petitionem hilari vultu, quam petebat, conceſſimus; & quoniam nobiſcum aderat ſanctiſſimus confrater noſter Sergius S. Raven-*

D *natenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, commendavimus ipſum venerabilem Abbatem, & ejus monaſterium ſub ſuo regimine noſtra vice gubernandum omni tempore tantum ſi ab Abbate monaſterii fuerit invitatus, & ſi ei, vel ſuis ſucceſſoribus aliqua adverſa contigiſſent a quocumque Præſule maxime ab Epiſcopo Mutinenſis Eccleſiæ, in cujus Parochia conſtat eſſe conſtructum, ſub ſancta Ravennatenſi Eccleſia haberet refugium propter terrarum longitudinem, quæ diſtat a noſtra ſede. Præcepimus ei etiam, ut prædictum ſanctum corpus S. Sylveſtri, & alias ſanctorum Reliquias, per ſeipſum ad jam dictum cœnobium deferat, & recondat, altariaque ſimul & Eccleſiam noſtra Apoſtolica auctoritate conſecraret: robur etiam noſtra ſanctæ Romanæ Eccleſiæ eidem ſancto loco per Apoſtolicum privilegium contulimus, veluti ſanctiſſ. Papa Gregorius plurimis Eccleſiis protulit, & juſſimus huic opuſculo ſubter ſcribi.*

Ste-

(1) CASSIANUS dicitur in Synodo Rom. ſub Symmacho Papa an. 501. BASSUS vero in Conciliis an. 502. & 503. CASSIANUS iterum in Concilio an. 504. ut videre eſt in noviſſima Harduini Conciliorum editione.

Digitized by Google

Stephanus ſervus ſervorum Dei, S.R.E. Apoſtolicus.

Anſelmo religioſo Abbati Ven. monaſterii S. Sylveſtri ſiti Nonantula territorio Mutinenſe, & per te in eodem venerab. monaſterio in perpetuum. Quæque ad laudem Redemptoris Domini noſtri Dei, & ſalvatoris pertinere noſcuntur, & ad ſtabilitatem venerab. locorum reſpiciunt, cum magno ſollicitudinis ſtudio nos convenit Apoſtolica, & rationali cenſura procurare, quatenus ex hoc juges eidem propitiatori noſtro Domino Deo efficacius perſolvi poſſint cardinum laudes, & nobis, qui licet immeriti, divina tamen gratia proveniente paſtoralis regiminis curam gerimus, opima in ſidereis arcibus remunerationis præmia aſcribantur. Igitur quia conſtat religioſitatem tuam nobis detuliſſe præceptum D. piiſſimi Regis Ayſtulfi de præfato monaſterio, & omnibus ei pertinentibus locis, ac poſſeſſionibus, atque petiiſtis, ut per noſtri Apoſtolici privilegii paginam reconfirmaremus: unde nos precibus veſtris inclinati hac hora præſenti xiiij. indictione in perpetuum ſupradictum monaſterium ſucceſſorum tuorum Abbatum ditione, & poteſtate cum omnibus ſibi pertinentibus confirmantes, & irrefragabili jure decernimus permanenda, id eſt monaſterium S. Sylveſtri, quod & Nonantula, territorio Mutinenſe. Quapropter auctoritate B. Petri Apoſtoli, cui a Domino Deo noſtro cœlorum regni claves traditæ ſunt, & poteſtas ligandi, & ſolvendi in cœlo, terraque conceſſa ſunt, promulgantes decernimus, & firma ſtabilitate, cenſura ſtatuimus, ut ipſum Ven. monaſterium cum omnibus locis, manſis, fundis, & caſalibus, domibus, atque familiis, ſervis, originalibus, ſimulque rebus, & poſſeſſionibus, & frugibus, & decimationibus, nec non aquis molis, olivetis, vel quicquid in quibuſcunque locis habere, vel tenere videtur, vel ſi quid in poteſtate legaliter donatum, vel largitum fuerit, aut quolibet modo juſte evenerit tenere, & poſſidere ſine qualibet controverſia perpetuis temporibus valeat, & nulli unquam liceat regum, Epiſcoporum, ducum, vel actorum parvæ, vel magnæ perſonæ in prædicto venerab. monaſterio, vel in eis, quæ eidem pertinere noſcuntur, quocumque modo incumbere, aut invaſionem facere, nec quiſpiam ſacerdotum ibidem præſumat accedere, vel miſſarum ſolemnia celebrare, & neque Epiſcopus, neque Abbas, vel comes, aut qualibet magna, parvaque perſona in præfato monaſterio, vel in ejus cellis, aut Eccleſiis manſiones facere, aut expenſas expetere, aut aliquod per poteſtatem ſervitium, præter peregrinos, & hoſpites; & neque colloquium qualecumque, aut placitum in ipſo monaſterio, aut in ejus prænominatis cellis tenere quis audeat, niſi ab Abbate fuerit invitatus; quatenus hoc quod ad laudem Dei, & ſtabilitatem prædicti monaſterii ſtatuimus firma ſtabilitate permaneat, interdicentes omnino Epiſcopo, in cujus parochia eſſe videtur ſupradictum monaſterium conſtitutum, ut nihil contra tenorem præſentis decreti pia poſtulatione indulti quicquam attentet, neque ullo modo ejus baptiſmales Eccleſias ſibi vendicet, neque ipſe, ſuique ſucceſſores præſumant prohibita contingere, ſed neque miſſarum ſolemnia ibidem perſolvere præſumat, niſi ab Abbate ſuprascripti monaſterii fuerit invitatus, neque ordinationem Sacerdotum quilibet Epiſcoporum in præfato monaſterio, vel ejus jure, aut ſuo clero agere audeat, niſi ut præfatum eſt, ab Abbate fuerit invitatus; Chriſmaque, vel quicquid ad ſacra myſteria pertinet, ſi a parte monaſterii fuerit poſtulatum, a quibuſcunque prævoluerit præſulibus concedimus tribuendum; ſed neque decimas unquam dare concedimus, niſi Eccleſiis ſupradicti Ven. monaſterii ad noſtram diœceſim pertinentibus. Sed & hoc ſtatuimus, & inviolabili ſanctione Apoſtolica auctoritate firmamus, ut nullus aliquando in prædicto monaſterio de aliis monaſteriis, ſeu quibuſcumque Eccleſiis, atque locis Abbas eſſe præſumat, neque à quacumque poteſtate eis introducta, ſed cum divina vocatione Abbas præfati monaſterii pertinxerit, & reſolutionis tempus advenerit, de propria ſemper congregatione eligatur Abbas, qui ab omnium monachorum conſēſu in eis conſtituatur ad augmentum, & ſolertiſſimam gubernationem eorum pro Dei amore morantium monaſtico ordine militantium; nihilominus omnibus hujus noſtri pontificii interdictione inhibemus aliquam ſcripturam, vel confirmationem de prædicti monaſterii rebus vel de prænominata Abbatia quoquo ingenio contra hoc noſtrum præceptum petere: ſi qua vero ſcripta, vel petitio impetrata fuerit, vel in reliquo apparuerit, has irritas eſſe, vacuaſque omni robore jubemus. Si quis præterea, quod non credimus, præſumpſerit hoc noſtrum Apoſtolicum privilegii conſtitutum in aliquo tranſgredi, aut contemnere, ſciat ſe auctoritate beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Principum, & CCCXVIII. Patrum anathematis vinculis eſſe innodatum, & cum diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, atque cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti æterni incendii ſupplicio concremandum deputatum, & e regno Dei penitus ſegregatum. Porro qui obſervator, & cuſtos extiterit benedictionis gratiam a miſericordiſſimo Domino Deo noſtro, & vitam perpetuam conſequatur.

Scriptum per manum Sergii S.R.E. Scriniarii Ind. 6 menſe Januario. Data Idibus Januarii per manum Anaſii primi Epiſcopi diœceſanorum S. Sedis Apoſtolicæ anno Deo propitio Pontificatus D. Stephani ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ in ſacratiſſima ſede Beati Petri Apoſtoli 1. Bene valete.

Ayſtulphi Regis privilegium, quod Nonantulano cænobio conceſſit, eſt tale.

Flavius Ayſtulphus vir excellentiſſimus Rex monaſterio beatiſſimorum Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſito territorio Mutinenſe loco, qui dicitur Nonantula, & venerabili viro Anſelmo Abbati, ſeu cunctis congregationis ibidem conſiſtentibus.

Cum . . . nos non ſolum coram Deo, ſed coram hominibus providere monuit bona. Quid aliud docuit quam nos omnes diligere homines, maxime venerabilibus locis, & ſapientibus de noſtris opibus ſubvenire? Manifeſta cauſa eſt, quoniam ante hos dies conceſſimus venerationi tuæ ſylvam ex curte noſtra Gena cohærente per loca deſignata ex una parte fluvio Panario, & ab alia parte uſque piſcationes, & ſupraſcripta ſylva uſque in rivo mortuo, a tertia parte ſtrata publica, a quarta vero, prædicta ſylva, & paludes una cum baſilica B. Martini confeſſoris Chriſti, quatenus ibi jam fatum cænobium conſtrueretis ſicut & factum eſt. Nunc autem poſtulavit veneratio tua noſtrã præcelſam poteſtatem, & dilectam conjugem noſtram Giſaltrudam, quatenus jam dicto monaſterio, vel tuæ venerationi jam dictam ſylvam, ſicuti cohærentia dicta eſt cum omnibus, quæ ſuperius ſunt, per noſtrum præceptum confirmare deberemus. Aqua de fluvio Gena ut ad cujuſpiam hominis poteſtatem ſubtractam non fiat, atque ſubtus ſtrata publica nullus molendinum ædificare præſumat uſque fines illorum fluminum, præter duos molendinos in curte Panciano ædificanda ſine ipſorum licentia monachorum. Nos vero Dei omnipotentis confidentes miſericordiam, & veſtram congruam obaudientes petitionem confirmamus in ipſo ſancto monaſterio, vel venerationi veſtræ jam dictam ſylvam, juxta ut cohærentia dicta eſt. Confirmamus etiam in eodem ſancto monaſterio veſtro inſulam unam, quæ eſſe videtur inter Panarium, & foſſam, quæ dicitur Munda per deſignata loca, ab oriente prædictus fluvius Panarius, a meridie villa Saliceto, ab occidente prædicta foſſa Munda, & Militantia, atque ſylva communis, & de ſubtus foſſa mortua exiſtente in Panario, ut nemo in prædictis foſſis, vel flumine audeat molendinum ædificare abſque conſenſu Abbatis, aut Monachorum. Nec non confirmamus tibi omnes illas res, quas ante hos dies tuæ largivimus venerationi. Curtem quoque Canetulo in territorio Mutinenſi cum omnibus pertinentiis ſuis, ſive duas portiones de ſylva Lupuleto, ſeu ſylvam Mutinenſem, Madegaticum, Caprinam, Pontenariam, & Paludes Gromulenſes uſque in limitem decimanum, qui percurrit inter Gavanum, & villam Ulianam, & de ipſo limite in Panarium veniente, & de via decimanenſe habeatis communiter uſque in foſſatum finale cum Decimanenſe, & Ulianenſe ſecundum eorum cohærentias, atque ex ea parte fines Delamenſe in Caſale Modenulam, & ſecundum vadit argine Saliſe cum paludibus ſuis, ſeu vico Siculo cum omnibus pertinentiis ſuis in integrum, & porto cum Eccleſia B. Petri Apoſtoli, quæ ab ipſis ædificata eſt maſſariis noſtris, uno capite

atten-

A

tenente in vico Guarcinenſe, veniente in Panarium, ex alio vero latere in finem Lamenſe, & fluvium Scultenam, qui & Panaris deducendi habent licentiam ubicumque alio viſum fuerit, & ne ullus inferioris magnave poteſtatis homo molendina, vel portum cum Sandonibus, aut naves in ipſo fluvio, vel in Lavatrinam ædificare audeat, aut piſcationem facere, aut cum navigio pergere ſine veſtra licentia. Igitur ſecundum hoc noſtrum præceptum ſylvas, & paludes, ſive prædictam foſſam Lavatrinam, cum omnibus foſſis, & campis per legitimos fines percurrentibus, item ex alia parte fluvium Genam conjungentem ſe in Buſaleſe, & utraſque vias fluvii Panaris uſque ad duodecim pedes in latitudine, ſicut ad publicum pertinet. Stabilimus autem vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, qui in ſeculum ſeculi in jam dicto B. Sylveſtri Nonantulanenſi monaſterio pro amore Chriſto ſervierint, ſylvam unam in Gajum Lamenſe, veluti ad curtem noſtram pertinuit per deſignata loca, ex uno latere fluvius Muchlena, tenente uno capite in limite poſito, & alio capite in loco Cornio, & Fraxeno uſque in caſale Modenule, ac Ludria intranto Mudena, & a ſtrata publica uſque in Padum, & ut infra ſcriptis fluviis Mudena, Lama, ſeu Ludria, nullus audeat facere molendinum, nec portum ædificare, præter Abbates, & monachorum molendina quantum fines illorum continent, & per Padum de ſubtus uſque in foſſam, quæ vocatur Canina, atque ex alia parte per Modenam in Joſum uſque in capite de prædicta foſſa, & medietatem ex Piſcariis noſtris in territorio Mantuano in loco Sarmata, & Bondeno, atque alias Piſcarias in finibus noſtris Regiſſianis, & Fleſtiſianis, ſicuti vel qua modo habemus, ad curtem Regis in integrum, ex una parte currente fluvio Mudena, de alia parte fluvio Bondeno, unum in foſſa caput tenente, quæ dicitur Fimana, ſeu villula, & laco per Floriana, ſive foſſa Scavanorum, ſeu Albaretum uſque Viſpinum. Alio item capite in Pado tenente una cum arboribus, & limitibus, qui infra præſcriptas coherentias eſſe videntur, omnia vobis, & poſteris veſtris in perpetuum confirmamus, tam ſylvas, quam paſcua, ſeu limites, & paludes, omneſque alias foſſas, & campos, ſeu paludes, unde qualeſcunque piſcationes fiunt exeuntes, vel intrantes a Trepuntio in Joſum, quæ uſque in foſſam latam, & Cambarionem, cunctas foſſas, & paludes, quæ fiunt de fluvio Bondeno, ideſt Seclia, cum campis ſuis, & campum formigojum inter Ponticulum, & lacum fatuum cum ipſo Ponticulo, & omnes lacoras uſque ad Grumam, ſeu ſyvam, & Lacorianum, atque terram, & ipſas lacoras per Trepontiũ, quæ de Bondeno exeunt, & Spino, atque Trepuntium in Bondenum, & lacum de Ulpino, ſimulque Tubum, qui exit de Bondeno in Porcariam, & Sayclam, atq; ex alio latere Saycle exiente de Ulpino, intrante in lacum de Turatino, Bucineto, qui exit de Tubo mortuo, intrante in Cimareſe, tenente unum caput in Canaliclo, & aliud in Durazzino, ſimul etiam & campum de Durazzino, atque Bonoſula, quæ ponit caput in Arculas Arculus, ſimulque modo duas arculas contractionis lacos, & lacum de Fulgineo ponente caput in Bondeno, nec non & Virginiana cum omnibus lacis, ac foſſis quibuſcumque piſcariis, ſicuti nos uſque nunc ad noſtras manus tenuimus, ut nullus magnus, aut parvus homo in omnibus ſupraſcriptis piſcariis abſque veſtra licentia, ſucceſſorumque veſtrorum aliquo modo piſcare præſumat. Inſuper propter veſtram inſignitam prædictam petitionem juſte concedimus vobis, & ſucceſſoribus veſtris confirmamus monaſterium S. Salvatoris ſitum in Fananum cum univerſis legalibus ejus pertinentiis, & adjacentiis, terminis, & acceſſionibus, caſalibus, alpibus, ripis, rupinis, planitiebus, cultis, incultis, aquis, aquarumque decurſibus, finibus monte, & flumine, ſeu ſylva de Scoplano cum caſtro Seſtula, monte Catino, Contanolo, & alpe currente, rivo Cercilienſe, & Lardaniola fluvio percurrente. Nec non Maſalizano, & Gabba cum viculis ſuis, ideſt Aquaviva, Rivofrigido, Viliciatico, Saxo Siliciano, Epicla, Variana, & Porcile cum montibus, vallibus, alpibus, ſylvis, ſervos pro ſervis, liberos pro liberis, cultum, & incultum cum caſis omnibus, quæ modo inde ædificata ſunt, vel futuris temporibus ædificabuntur percurrentibus ipſius Maſſæ finibus. Ab uno latere fine Capuanenſe, & fluvio Cecla, ex alio latere Lardaniola Jugalo deſuper ponente capite in monte Mulceto veniente uſque in Gajum Degina, deſubtus autem veniente uno capite in fluvium Lio. Sancimus ergo, ut nullam poteſtatem habeant homines ibidem reſidentes de ipſa Maſſa, vel ejus finibus prænominatis vendere per quemlibet titulum, neque extraneos homines illud vexare, aut introducere, nec placitum quis tenere præſumat, niſi rectores, & prepoſiti monaſterii, & ſi per licentiam rectorum ipſius monaſterii inter ſe vendiderint, conſum ſolitum ad partem monaſterii emptor perſolvat. Quod ſi in ipſis ſylvis aliquis roncare fecerit, aut ſi pecudes pabulaverit, redditum eſcaticum, ſeu caſeum ad fratres Nonantulanæ famulantes perveniant totum. Similiter etiam Plebem S. Mammæ Viligino conſtructam concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus eo ordine, ut nullus Epiſcopus Bon. vel aliunde in ea aliquid agere, aut ordinare præſumat, niſi tantum conſecrationem, confirmationemque faciat, & presbyterum,

B

quem vos, vel veſtri ſucceſſores idoneum ibidem conſtitueritis, de poteſtate veſtra nullatenus ſubmovere præſumat, neque aliquam dominationem in condicta Plebe facere, aut exinde quidquam tollere tentet. Et ut in omnibus ſylvis jam facti cœnobii nullus comes, ſive Gaſtaldus, ſeu quilibet nobilis, vel ignobilis cum canibus, aut quocumque ingenio venationes exercere præſumat propter inquietudinem animalium monaſterii. Nec non concedimus, ut in quibuſcumque comitatis locis cellas acquiſiveritis, aut villas, ubi ſylvæ communes ſunt, veſtram ſemper portionem habere. Præcipimus etiam ut nullus in regno noſtro Italico, vel Romano cujuslibet ordinis præfati monaſterii ſervos, aut ancillas, qui fuga lapſi fuerint contra Abbatem, aut præpoſitum, vel advocatum, cum inventi fuerint, quoquo modo audeat retinere. Similiter donamus etiam præceptales . . . . videlicet 48. qui nunc ſunt, vel futuris temporibus ex aliis eſſe voluerint, ut ad monachorum utilitatem peragendam habeant poteſtatem, remota veſtra poteſtatis inquietudine. Igitur prodonamus vobis, & eidem S.

C

Cœnobio veſtro, ut notarii in omni dictione regni veſtri chartas judicata emphyteuſis, & libellos ſcribant abſque ullius perſonæ impedimento. Confirmamus etiam vobis, & prædicto monaſterio veſtro, ut . . . civitatem ſive de Ferrariam, vel Comaclium, ut quamlibet ubilibet functionem . . . in quibuslibet locis, & civitatibus, ſeu cluſis regni noſtri, atque negotiis, ſive de inſtrumentis chartarum diſrumpendis, ſeu de advocatis quales, & undecumque eligere voluerint liberam habeatis poteſtatem. Nec non & de inquiſitionibus faciendis per idoneos homines de poſſeſſionibus, & rebus monaſterii veſtri per viginti annos, ſeu de placitis, & de pignorationibus veſtrorum hominum, ſive de immunitate, quæ eſt triginta libras argenti, & de via per P vialzachinum, ſeu de aqua fluvii Genæ ad Molendina. Similiter & confirmamus vobis, & in præfato cœnobio veſtro chartulas veſtræ donationis, quas vobis Anſcauſus Epiſcopus, & Guidualdus Medicus emiſerunt cum omnibus rebus illis in his, quibus in eis liberi homines per

D

chartulas proſcriptas contulerunt, ut firmiter vos, & præfatum cœnobium poſſideatis. Mercata etiam in propriis ejuſdem Eccleſiæ agris & terris conſtruendi licentiam habeatis, & conducendi ibidem diverſa mercimonia, & negotiatores, cunctumque Tunoleum, & quicquid de ipſis Mercatis exigi poteſt fratribus ibidem Deo famulantibus pertinere ſine ullius contradictione. Jubemus itaque, ut quicumque ex liberis hominibus voluerit advocatus eorum hominum fieri, qui cauſas ſuas peragere neſciunt abſque alicujus poteſtatis injuria libera poteſtate perſiſtere faciatis, guardias eorum recipere volueritis, & Abbas vel Præpoſitus, ſeu advocatus, aut miſſus eorum reddere voluerit, nullus impedire præſumat. Addimus quippe vobis, veſtriſque poſteris, & in præfato monaſterio veſtro, ut quæcumque perſona nobilis, vel ignobilis in omni regno de ſacro, vel ſæculari ordine, ad prædictum ſanctum cœnobium refugere voluerit, aut res ſuas ibidem conferre quæſierit non comes, aut miniſter publicus vi-

delicet

Digitized by Google

delicet miſſus noſter , & contradicere audeat , ſed liceat ei libera poteſtate de ſe, ſuiſque omnibus rebus quicquid voluerit in eodem monaſterio conferre. Volumus quoque , & concedimus , ut quandoquidem Divina vocatione Abbas ipſius monaſterii , ejuſque ſucceſſores . . . de ipſa congregatione qualem inter ſe digniorem invenerint , licentiam habeant eligendi Abbatem. Iterumque concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, ut de ſingulis navibus portaticum libera veſtra exigatis poteſtate : ſtatuimus, & modis omnibus jubemus , prout ſupra dictum eſt, quatenus in præfati monaſterii res nullas ſuperioris , vel inferioris ordinis, vel Epiſcopus aut comes , aut Gaſtaldus, vel reipublica proximior in qualibet prædicta invaſionem facere audeat , ullo in loco non ad cauſas judiciario more audiendas , vel fienda , exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, vel peraſredos, aut fidejuſſores tollēdos , aut homines tam ingenuos, libertos, quamq; ſervos ſuper terram ipſius Eccleſiæ manentes , ſive Emphyteuticarios , & ſupraſcriptos . . . . nullo modo diſtrugendos, nec ullas publicas functiones , aut redhibitiones , vel illicitas occaſiones inquirendas conſurgere audeat, vel exigere præſumat , ſed liceat vobis , & veſtris poſteris cum omnibus rebus vobis ſubjectis, atque hominibus ſub immunitatis veſtræ defenſionis quieto ordine conſiſtere , ac pro nobis , noſtraque conjuge , totiuſque regni noſtri ſtabilitate Dei miſericordiam delectabiliter exorare. Præcipimus inſuper , ut nec vos , nec futuri Abbates audeant aliquorum hominum poteſtatem conferre ſcriptiones ſine noſtra , vel filiorum noſtrorum juſſione , aut conſilio , vel conſenſu omnium monachorum , aut injuſte diſponendarum rerum munerationem delegare , nec ullus monachus aliqua præſumat confirmare ſcriptione , qui ſuæ probatur non eſſe poteſtatis ; quod ſi fecerit , robur nullum obtineant. Conferimus etiam vobis , & in ipſum veſtrum ſacrum cœnobium Olivetum unum in Luminaribus Eccleſiæ poſita prope Caſtellum Aginulfi , quod pertinuit de curte noſtra Lucenſe , & duas caſas maſaritias ex ipſa curte , quæ regebantur per Manifrit , & Fulculonem germanos , & nepotes eorum Creſpulo , Lucciolo , & Bertulo . Quin etiam prodonamus ſanctitati veſtræ , veſtriſque poſteris in perpetuum, ut ex ipſo ſancto Cœnobio , & rebus, quas vobis , & ibi contulimus , vel futuris temporibus acquirere Deo propitio potueritis tam vos , quam poſteri veſtri , nullum ſervitium , vel donationes a nobis exinde exigantur pro benedictione in quadrageſima majore 40. lucios , & in quadrageſima S. Martini ſimiliter per miſſum ipſius monaſterii conſignatos in Papiam , aut in Mantuam , ſive ſi fuerimus Ravennam . Cedimus & veſtræ reverentiæ , ſucceſſorumque veſtrorum in ſempiternum , ut habeatis licentiam retia trahenda per Padum ad piſces majores , minoreſve capiendos , a laco , qui dicitur foſſatum , uſque in mare , & ubicumque in omni Regno noſtro habeatis nunc , vel habueritis in futuro , ſylvas communes habeatis , & piſcarias ſi ibi ſunt , ac cæteri homines una cum medietate de porto in aqua longa , quæ eſt juxta ſtrata publica , & pertinuit de curte noſtra civitati nove . Unde reliqua medietate Eccleſia S. Geminiani habere probatur , atque granum illum, quod annue colligitur de portatico in curte noſtra , quæ ſita eſt in civitate nova , de quantum pro ipſo colligitur portatico , quatenus ab hodierna die noſtrum habentes ſereniſſimum preceptum , ipſum ſanctum monaſterium veſtrum firmiter ſuperius comprehenſa valeatis poſſidere , ut nullus Epiſcopus , vel clericus , dux , comes , Gaſtaldus , vel Actionarius noſter , aut quiſpiam magnus , parvuſque Gaſindius contra hoc noſtrum firmitatis præceptum audeat ire quandocumque, ſed omni tempore , in jam ſancto monaſterio veſtro , vel vobis , ſucceſſoribuſque veſtris ſtabilis permaneat in perpetuum . Si quis autem hujus noſtræ Inſcriptionis temerario auſu violator extiterit , & hanc noſtram juſſionem per omnia non obſervaverit , ſciat ſe compoſiturum centum libras auri optimi , medietatem in Palatio noſtro , & medietatem ſupradicto monaſterio veſtro . Concedimus inſuper omnia vobis , veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum , ut ſi , quod abſit , quicunque Rex , vel Imperator , ſeu quilibet ſacræ legis canonici , aut præceptorum prædeceſſorum noſtrorum regnum , vel futurorum contra hoc noſtrum præceptum donationis intentaverit, aut cœnobium prædictum veſtrum , ſive res ejus in fratrum ſtipendiis collatas , & pauperum Chriſti deminorare præſumpſerit , aut in aliquo alicui per beneficium, vel pro quocumque ingenio dederit , liceat vobis , veſtriſque poſteris cum omnia , quæ ſupraſcripta ſunt , cuilibet ſanctæ Sedis Apoſtolicæ PP. ſive Imperatoribus , atque regibus , ſeu aliis quibuſcunque regibus catholicis ſubdere poteſtati , & veluti ſeculum hominum ſecundum ritum antiquæ legis per regum præcepta ſua firmata tenentium ſecuriter tenere , poſſidere , atque tradere , quæ vobis placuerit . Et ut certius ab omnibus credatur, inviolabiliterque a cunctis fidelibus præſentibus , futuriſque obſervetur , annuli noſtri impreſſione ſubtus juſſimus ſigillari. Ex dicto domini Regis per Theut. per præceptum Ill. Regis ſcripſi ego Prothonotarius .

Data in Palatio Otalii X. die menſis Februarii an. feliciſſimi regni noſtri . . . per Ind. VII. feliciter , anno Dom. Incarn. DCCLIII. Actum Papia in Chriſti nomine feliciter .

His ita peractis idem ſanctiſſimus Pater ex altiſſima proſapia humilis , & vilis pro Deo factus virtutibus, & ſapientia præditus , omnibus largus , ſibi parcus, & modicus, quamquam cunctis præeſſet , omnibus tamen ſe abjectiorem oſtentabat , memorans illud Domini dictum : Filius hominis non venit miniſtrari , ſed miniſtrare, & quanto major es , humilia te in omnibus . Hic inter cætera plura bona , quæ agens , hoſpitalitatem diligens , omniumque pauperum curam ſollicite gerens hoſpitia , atque xenodochia perplura conſtituere curavit , atque ea in omnibus bonis ditare curavit , quorum unum prope monaſterium fere quatuor milliaria ſtatuit , ſibi oraculum S. Ambroſii ad ſuſcipiendos debiles , & fœminas , qui ad monaſterium venire non poterant , conſtituit , cui in omnibus tanta conceſſit bona neceſſitatibus , ut nihil deeſſet ibi ſervientibus, neque ſupervenientibus hoſpitibus . Statuit etiam idem vir ſanctiſſimus xenodochium ex proprio ſuo in finibus Vincentiæ, in loco, qui dicitur vicus Domnam , ubi conſtituit duo oratoria S. Mariæ , & S. Petri , & monachos ibi Deo ſervientes, ac pauperes , & debiles per plures exinde quotidie viventes , ex illius quoque beneficio pauperes ducentos per omnes Calen. paſcebantur . Item aliud ille Deo dignus pater conſtituit xenodochium ex ſuis propriis rebus in loco , qui dicitur Suſonia, ubi fieri juſſit oraculum S. Juſtinæ martyris , in quo etiam monachos ſemper adeſſe voluit Deo ſervientes , & ſine ſollicitudine viventes : ibi etiam pauperes quotidie alebantur , & omnes advenientes hoſpitio , atque victu inde reficiebantur , ſed & per ſingulas Calen. pauperes ducenti inde ſatiebantur ; miſſæ vero pro ſalute vivorum , & mortuorum per ſingulum annum trecentæ celebrabantur. Denique cum idem glorioſus Pater adhuc in militanti habitu monarchiam fori Julii ſtrenue regiſſet , & S. Regis cognatus ejus polleret agminibus , & comam cum hujus ſeculi pompa pro Deo depoſuiſſet , nec minus tamen voluit ſpirituali ſeptus agmine , Deo devote militare ; habuit namque hic dei famulus ſub ſuo regimine monachos regulares 1144. exceptis parvulis & pulſantibus, qui non conſtringebantur ad regulam , quos ille paterno amore fovebat , & regebat . Qui olim dux militum fuit , nunc dux monachorum extitit: illos docuit loricatos ferre micantia arma adverſus inimicos , iſtos docuit nudatos hujus ſeculi actibus ſumere arma adverſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpirituales nequitias in cœleſtibus : illos inſtruxit ſumere arcum , ſcutum , & haſtam contra adverſantes ſe , iſtos imbuit ſtare ſuccinctos lumbos in veritate, & indutos lorica juſtitiæ, & calciatos pedibus in præparatione evangelii pacis , & ſumere ſcutum fidei , in quo poſſint omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis accipere, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei . Quid plura ? hujus etenim viri magnifici vita omnibus proficua , præcipue monachis chariſſima , in ſummi Dei ſervitio ſemper erat paratiſſima . Quidquid etiam valuit , & ſapuit , in divinis ſemper , & ubique operari ſtuduit ; quidquid autem boni hoc in loco agitur, ex quo ab illo fundatus eſt, ſuo ſtudio, ſuoque

animo

animo proficuo, ut omni exploſa dubietate credi valet, divinitus imputatur, atque ſemper imputabitur. Fecit quidem mira dominus multa per eum ejus in vita, ſed eo interminante ſtyli officio commendata non ſint, ſed qualis, quantusve ille probatiſſimus vir fuerat, ejus finis aperte declarat, dignante Domino, & Maximo Carolo Imperatore, hic in Italia anno 30. regni ſui, ipſiuſque magnifici Anſelmi Abbatia 50. ejus imminente die mortis, cum Divina miſericordia eum ad ſideream vocare voluit manſionem, ipſe enim inſcius ſui obitus, divina revelante gratia, ut bonus, & pius Paſtor, oves, & quas Domino foverat, ad ſe vocari fecerat, eiſque ſui finis diem denuncians, diviniſque allocutionibus præmia, & gaudia ſempiterna eis pro ſuorum bonis factis a domino retribuenda promittens, ſic eos diligenter confortans, ac Domino commendans, expanſis manibus, & cor, & oculos ad cœlum levavit dicens; Domine Jeſu Chriſte Paſtor bone, qui me indignum famulum tuum, pro tua miſericordia ad te vocare dignatus es, qui mihi immerito hunc tuum gregem commiſiſti, concede mihi ſervo tuo, tecum, & cum electis tuis una eſſe, & in regno tuo ſemper gaudere, & praſta, ut hi famuli tui, quos mihi munere verbi tui paſcere præcepiſti, te ſequendo, ad bravium æternæ remunerationis, tua gratia præveniente pervenire mereantur, qui vivis & regnas cum Deo Patre ſanctoque Spiritu per infinita ſeculorum ſecula. cumque omnes lachrymis reſoluti circunſtantes reſpondiſſent Amen. Tunc ipſe venerab. Pater, blande eos conſolans, & prout poterat in ipſo articulo ſui exitus, cum eſſet hora diei tertia, ipſius horæ pſalmos per ſeipſum cœpit decantare; qua expleta, ſimili modo per ſeipſum ſextæ horæ pſalmos decantans, quibus expletis in lecto ſtratus ſui reſidens, benedixit eos, & inter manus fratrum monachorum ex hoc ſeculo migravit ad cœlos 5. Non. Martii ſexta feria die, in qua mundi Redemptor hominem fecerat, ipſumque redemerat. Tunc flentes fratres, & pſallentes ſuper B. viri corpus totam illam diem, & ſequentem noctem, in ejus exequiis perdurantes uſque ad horam alterius diei ſextam, & condiderunt illud in marmoreo lavello infra oratorium beatæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, ubi per eum Dominus multis de diverſis infirmitatibus tribuit ſoſpitatem, ita ut de diverſis locis concurrerent homines, & de ejus tumulo raderent, & biberent pro febribus, & dentium doloribus, atque aliis variis infirmitatibus, adeo ut in aliquibus locis ipſum videbatur transfoſſum marmoreum tumulum. Hactenus codex.

XII. 11. GEMINIANUS hoc nomine II. a Mutinenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 785. in cujus gratiam Deſiderius Rex Longobardorum omnia privilegia præcedentium Regum erga Mutinenſem Eccleſiam rata habuit. Quem cum poſtea Carolus Magnus debellaſſet, victorque diverſa privilegia diverſis indulſiſſet Eccleſiis, hoc ſequens etiam Geminiano conceſſit.

a Tertius.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Longobardorum, ac Patritius Romanus, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Gaſtaldis, atque omnibus monaſteriis Deum timentibus præſentibus, & futuris.

Maximum regni noſtri in hoc augeri credimus monimentum, ſi petitionibus ſacerdotum, ac ſervorum Dei, in quo noſtris auribus fuerint productæ, libenti animo obtemperamus, atque ad effectum perducimus. Quapropter noverit ſolertia veſtra, qualiter nos ad petitionem venerabilis viri Geminiani S. Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopi, quæ eſt conſtructa in honorem precioſiſſimi confeſſoris Chriſti Geminiani Antiſtitis ipſius Eccleſiæ, tale circa ipſum ſanctum locum conceſſiſſe beneficium, ut in monaſteria, & xenodochia, ſeu Eccleſias Baptiſmales, vel reliquas poſſeſſiones, quæ ad dictum Epiſcopatum pertinent, tam de donatione regis, quam reginarum, ſeu reliquorum Deum timentium hominum, unde moderno tempore ipſa caſa Dei juſtè inveſtita eſt, aut quod divina pietas ibi amplificare voluerit, nullus judex publicus ad cauſas audiendum, vel fodra undique exigendum, ſeu manſiones, aut paratas faciendum, nec fidejuſſiones tollendum, neque hominibus ipſius Epiſcopatus diſtringendum, nec ullas redhibitiones publicas requirendum, judiciaria poteſtas ibidem quoquam tempore ingredi, vel exactare penitus non præſumat. Propterea hanc immunitatem conſcribere juſſimus, per quam ſpecialiter decernimus ordinandum, ut nullus quilibet de vobis, neque de junioribus veſtris amodo, & deinceps ut diximus in monaſteria, vel xenodochia, ſeu Eccleſias Baptiſmales, vel reliquas poſſeſſiones, quæ ad ipſum Epiſcopatum, ut diximus, de datione regum, aut reginarum, ſeu reliquorum Deum timentium aſpiciunt, nullus judex publicus ad cauſas audiendum, vel fodra undique exigendum, ſeu manſiones, aut paratas faciendum, nec fideiuſſiones tollendum, nec ullas redhibitiones publicas requirendum, vel exactandum Judiciaria poteſtas ibidem quoquam tempore ingredi vel exactare penitus non præſumat, ſed ſub immunitatis nomine cum omni fræda conceſſa valeant omni tempore rectores ipſius Epiſcopatus, homineſque eorum quiete vivere, & reſidere. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel diuturnis temporibus cognoſcatur, manus propriæ ſubſcriptione eam decernimus roborari.

Signum Caroli Glorioſiſſimi Regis.

V. Vigbaldus ad vicem Radoni recognovi.

Dat. ſexto Kal. Octobris anno XIV & IX. Regni noſtri.

Eidem Carolus idem Plebaniam Gazaneit dono dedit, pluraque alia bona. Geminianus autem quartam partem bonorum ſui Epiſcopatus, ſuæ Eccleſiæ capitulo donavit, ut Mutinenſes canonici commodius, alacriuſque divinum opus poſſent urgere. Quam deinde donationem ratam habuerunt Ugo, Lothariuſque Reges anno 934.

12. GISIO ejuſdem civitatis Epiſcopus vivebat anno 800 Quo Præſule prope Mutinam in oppido Spilimberti, Aleander in deſcr. Italiæ, aliique narrant Hadrianum I. Papam anno 795. vitam liquiſſe, ejuſque corpus in celebri Nonantulana Abbatia delatum, ibidem requieſcere. Quod non ita eſſe in primo tomo hujus noſtræ ſacræ hiſtoriæ docuimus, dum Romanorum Pontificum ſeriem recenſeremus, ducti potiſſimum ex epitaphio, ſepulchrove, quod eidem Carolus Magnus Imp. Romæ in Vaticana Baſilica excitaverat, quod adhuc extat; pauloque poſt in eadem ſerie dum Hadriani III. obitum attulimus, illum, non primum in oppido Spilimberti villa Vitrochara defunctum, & in Nonantulana Eccleſia humatum fuiſſe aſſeruimus, cum revera Hadrianus III. eſſe non potuit, quem pia credulitas Nonantulæ veneratur ut ſanctum, ejuſque feſtivitatis diem celebrat 8. Idus Julii, cujus lipſana ſub ara maxima jacere affirmat. Ex geſtis namque Hadriani in vetuſtiſſimo pergameno codice tum ſoluta oratione, tum verſibus leoninis ab Anonymo Hadriano ſynchrono conſcriptis, clare videtur, ſi quempiam ex Hadrianis apud Nonantulanos quieſcere aſſerere velint, primum, non ſecundum, neque tertium eſſe exiſtimandum eſt; ea enim acta, primo, non aliis convenire demonſtrant. Cæterum quæ de Hadriano I. jam fabellam exiſtimavimus, illoſque profumum vaticinari, qui eundem ſcribunt Spilimberti è vivis exceſſiſſe, dum Galliam peteret, ejuſque corpus in Abbatia Nonantulana quieſcere, nunc ex geſtis ejuſdem, quæ modo ex citato vetuſtiſſimo codice dabimus, ingenue fatemur, haud illos divinaſſe. Quomodo vero Carolus eundem apud Vaticanam Baſilicam epitaphio a ſe cōpoſito exornaverit, cum ille Nonantulæ humatus eſſet, an honoris, obſervantiæ, dulciſque ejus memoriæ cauſa, quem eximie ſuperſtitem coluerat, in celebri Chriſtiani orbis Vaticano Templo honorarium ſepulchrum, elogiumque extare perpetuo voluerit, an vero Hadrianum apud Spilimbertum defunctum in Nonantulana Eccleſia delatum, ibidem ad tempus humatum, relatumque deinde Romam, & in Vaticano reconditum, Carolus ſepulchro, & elogio illuſtraverit, prudens judicabit lector: noſtri erit & errata noſtra libenter corrigere, & vetuſtiſſima monumenta, quæ pro ſanctis habentur, ad veritatem magis indagandam ſtudioſis in medium proferre. En Hadriani geſta, ſimplici quidem & impolito ſtylo, ſed vere conſcripta.

Hadriani primi Papæ ſanctiſſimi geſta.

Rex regum fortis, totius conditor orbis,

Qui

Digitized by Google

A *Qui bona quæque facis, largiris & omnia gratis.*
A te donantur, quæcunque valere probantur.
Ergo mihi dona, quo poſſim voce ſonora
Ad placitam laudem tibi verum promere carmen.
Pontificis ſummi quo geſta ſonent Adriani.
Impetret hoc paſtor, cujus ſum carminis auctor.
Auribus intentis expectet concio plebis.
Denique ſermo brevis percurret, eritque fidelis.
Civis Romanus fidei virtute probatus
Extiterat, certis ut claret res documentis.
Quem Romanorum clerus populuſque patronum
Elegere ſibi concordi pectore fidi.
Ipſe bonus paſtor gregis & divinus amator,
Qualiter in Patrem, Natum, ſanctum quoq; Flamen.
Eſſet credendum, clarum dederat documentum.
Nec non ſanctorum patrum ſex conciliorum
Cultorem verum fore ſe promiſit in ævum,
Sedis Apoſtolicæ res omnes, juſque ſubinde
Prædeceſſorum ſimiliter, & retinenda ſuorum,
Se ſervaturum pariter firmavit ad unum.
B *Quidquid & hæc contra ſcelerata nititur aura,*
Se contempturum rabidi velut canis uſum.
Hæc veris votis, & ab omni fraude remotis
Præſul præfatus domini ſpondens Adrianus.
Petro rite ſuo commendat ſcripta magiſtro.
Sic te Petre decet cauſas animaſque tuere.
Poſt celebrans feſtum ſermonem fecit apertum,
In quo præſente firmavit dogmate plebem,
Alloquiis blandis nimis aſſidue memorandis:
Scilicet ut pacis teneat pia vincla rogavit,
Et pro ſe regem rogitaret omnipotentem,
Quatenus officio divino munere ſumpto,
Se regat, & firmet, populum ſimul ipſe gubernet.
Hinc formam trinam ſummæ deitatis & unam
Clara voce probat, ſupplex veneratur, adorat.
Demonſtrans cunctis præſentibus atque futuris,
Quod ſic credebat populum velut ante docebat.
Ante ſacrum corpus Petri venerabile prorſus
Hæc depromebat, velut ejus geſta revelant.
Poſt hæc ut miles, cui ſurgunt undique lites,
C *Cœpit multa paci bellis, & ad arma vocari.*
Qui ſcutum fidei ſumens, galeamque ſalutis
Fortiter inſtantem commotus perculit hoſtem.
Nam Deſiderio Roma regnante ſuperbo,
Et res Eccleſiæ morſu nimio lacerante,
Idem vir fortis quo peſtem vinceret hoſtis,
Tunc Regem Carolum vocitavit amicus amicum,
Ad proſternendum magna virtute protervum.
At Rex Francorum turba comitante ſuorum
Venit, & obſedit miſerum, poſt prælia cepit.
Exilio captum damnavit non revocandum.
Filius inde pati cœpit pro crimine patris,
Donec projectus regno fuit ipſe miſellus.
His ita tranſactis Carolus virtutibus auctis
Obtinuit Regnum Papa tribuente receptum,
Eccleſiæ matri quæ perdiderat reparatis.
Hac in parte pium ſtatuit regnante Pipinum
Natum majorem merito qui ſumpſit honorem.
Hinc hereſim quondam Græcorum finibus ortam
Deſtruxit rectis rationibus ac recolendis.
D *Namque duo reges Græcorum regna tenentes,*
Scilicet indoctus Anaſtaſius, ac Leo pravus,
Præcepere ſacras igni damnare figuras.
Præcepto læto, Chriſti damnatur imago,
Effigieſque ſacræ quocunque labore paratæ,
Patrum cunctorum ſtructa ſub honore piorum
Vel comburuntur, vel ſtricto fune trahuntur.
Tantum jam dictis Græcorum partibus ipſis
Gregorius quidam Romanus Præſul agebat,
Hac ex parte moris ne ſit veſania talis.
Tandem defunctis cum Papa Regibus illis,
Eſt Conſtantinus Regali ſede potitus,
Filius edocta Reginæ matris Irenæ.
Qui cum matre ſua Papam rogitat prece pura,
Romam directo cum ſcriptis Præſule ſancto:
Quatenus infeſtas hereſes pater ipſe repellat,
Vel per ſe pergens, vel tranſmittendo fideles,
Qui leges ſanctas teneant ſub corde ligatas,
Et lites tantas rationum dogmate frangant.

His pius acceptis Hadrianus plura reſcripſit,
Ad veram lucem pravorum flexit acumen.
Miſit & ipſe viros divina lege peritos,
Qui reſponderent quærentibus, atque docerent.
Ipſi concilio Domini ſub nomine facto
Artis divinæ populis præcepta dedere,
Præcipue regi magis hæc audire volenti.
Tunc hereſim damnant auctores ejus & arctant,
Atque jubent ſacras templis renovare figuras.
Firmavit dictum tunc juſſio regis ad ipſum.
Ad Carolum Regem poſthæc cum pergere vellet,
Lamberti campo vitam finivit in amplo,
Qui propter caſus Lamberti ſpina vocatur:
Ad ſacrum cujus concurrunt undique funus.
Hinc reſonant cantus, hinc fert turbatio planctus.
Eccleſia ſancti Sylveſtri jure colendi
Corpus ſacratum cum luctibus eſt tumulatum.
Fletibus expletis lætare Nonantula felix,
Cui dominus tantum conceſſit habere patronum.

In eodem codice ejuſdem Hadriani extant prolixa geſta, quorum initium eſt: *Incipit vita & textus epiſtolarum Hadriani. Hadrianus igitur natione Romanus, ex patre Theodoro de regione via lata ſedit annos XXIII. menſes X. dies XVI.* Sequuntur deinde acta; epiſtolæque ejus, quæ hic ne Pontificum vitas exſcribere videamur, prætermiſimus: tantum quæ de obitu, ſepulturaque ejuſdem in fine narrantur, placuit hic referre, cætera, Deo bene juvante, cum aliorum Pontificum geſtis a nobis congeſta hucuſq; inedita lubenter aliquando dabimus. *Cum in regia urbe*, inquit codex, *concilium celebrari decrevisset, reſiſtentibus quibuſdam Dei inimicis impediti ſunt. Sed poſt annum hinc, & inde collecti quam plurimi Epiſcopi, eorumque legati, factum eſt ſeptimum concilium in Nicea Bithyniæ imperante, ut diximus, Conſtantino & Hyrenea matre ejus, præſidente quoque D. Hadriano I. Papa per ſuos legatos in eodem concilio. Hic etiam dum ad regem Carolum pergeret, ut veterum pandit memoria in locum, qui Spina Lamberti vocatur, vitam finivit VIII. Idus Julii, & ad Eccleſiam monaſteriumque B. Sylveſtri, quod Nonantula dicitur, perductus honorifice ſepultus eſt. Ubi etiam uſque hodie miraculis coruſcare dignoſcitur. Cujus morte Carolus Francorum Rex audita, nimium condoluit, diuque ſe in lamentis dedit. Nam ab ipſo Romanorum Patritius conſtitutus fuerat, regnumque Italiæ, ipſo favente, ſuſceperat. Cantores etiam, doctoreſque Eccleſiæ ab eo ſuſceperat, & in Ametenſium urbe conſtituerat, cujus Eccleſiæ cantores uſque hodie Romanæ Eccleſiæ plus cæteris Gallis in cantu concordant. Sepulto itaque ſummo Pontifice, & univerſali Papa Hadriano Apoſtolicis inſulis involuto, uti mos eſt Romanum ſepelire Epiſcopum in præfato Nonantulano monaſterio, ſicut ſuperius prælibati ſumus, ſeptem jam dicto cœnobio diaconi & monachi ſtolidiſſimum conſilium repererunt, dicentes. Quid huic ſancto, & animæ defuncti prodeſt, quod tantæ pulchræ veſtes marceſcant terreno humore? Melius certe eſſet, ſi hæc ſancta Eccleſia de illis honorem haberet. Idcirco ad hoc venientes nocte omnes inſimul ad ſepulchrum ejus pergamus, & lucidis, ac coruſcis veſtibus eum exuamus, & vilioribus veſtibus induamus. Luce igitur diſcedente, & tenebris terram obumbrantibus, omnes ad monumentum euntes, eum cum ſilentio diſepelierunt, & veſtimenta ei arripuerunt. Et ut lucidius, & apertius hoc ab omnibus credatur, adhuc unam pulchram planetam, quam craſſantes ei abſtulerunt, in noſtro monaſterio habemus. Sed ut animi ſimilium de tali facinore contabeſcant, hoc in verum ſcimus, quia nullus evaſit impunitus. Omnis namque ille funeſtus tumultus, in eodem anno ſua vitæ finivit curſus, niſi tantummodo unus. Ipſe vero qui ſuperſtitit, in ecſtaſi ereptus, S. Hadrianum vicinum S. Sylveſtro ſedentem cernit. Qui etiam S. Sylveſtro de tali injuria conquerebatur, dicens: Domine, en monachus tuus audaciſſimus, qui me expoliavit cum ſuis conſortibus. De ſua itaque audacia te deprecor, ut mihi vindictam facias: beatiſſimus vero Sylveſter humilibus verbis reſpondens, inquit: Noli mihi hoc frater dicere, ſed ut tuæ voluntati libet, eum de ſua ſtultitia ſtude punire. Tunc B.*

Digitized by Google


Hadrianus eum arripiens, ter Paſtorali virga percuſſit, dicens: iſta in mundo oſtende ſigna, quatenus hic te fuiſſe, omnis populus credat. Ibique quendam ejuſdem monaſterii monachum, adhuc in ſchola parvulum manentem, in ordine Abbatum oſtendit ſedentem. Mox autem ipſe in ſe quærere quid ſibi evenit, recitabat. Quem vero Abbatiæ honorem habere debebat, ipſe prædicebat: factus autem pœnitens uſque ad vitæ ſuæ marginem omni die ad ſepulturam ejus totum pſalterium canebat. Cumque S. Sylveſtri Eccleſiam omnis populus renovare deſtinaverat, S. Hadriani corpus in alio ſepulchro recondere cœperant: ubi vero eius corpus ita cum magna laude mutaretur, quidam ejuſdem Eccleſiæ vice dominus, unum ex oſſibus ejus improvide tangere præſumpſit. Quod ita fervidum eſſe ſenſerat, ut ſe accenſum ignem in manu tenere crediderat. Mox illud deponens, quando manum ſuam exarſam conſpexerat, velociter ad manſionem ſuam perrexerat, & unam candelam ad imaginem ſuam longam fecerat, & currens ad S. Hadriani ſepulturam leniter cum magna devotione eam obtulerat. Mox autem ex manu ſanus effectus rediit lætus. Hoc quoque multi ſe vidiſſe narrant, qui adhuc mundo reſtant. Videns igitur omnis populus tanta miracula ſummi Dei potentia oſtendere ob illius merita, eum venerari decreverunt, ac in quantum valebant, eum colebant. Sed cum divina ultione Nonantulanum caſtrum concrematum fuiſſet, etiam arca in qua ſancti, ac beatiſſimi Hadriani Papæ oſſa jacebant, fuit exarſa: oſſa vero eius cum pannis ejus involutis in medio ardentis ignis, ita illibata permanſerant, ut ne aliquam panniculi particulam ignis tangere præſumpſerat. Et ut hoc ſuggerat fidei augmentum, omnes ſcitote, quod in eiſdem pannis adhuc oſſa ejus jacent, ferentia odorem immenſum. Quin etiam lampas, quæ ante ejus arcam quotidie ardebat, eodem die ab igne fuit exarſa, in terram ceciderat, & tamen Dei voluntate illæſa permanſerat. Hactenus codex. In Miſſarum ſolemniis die 8. Julii, quo Hadriani feſtivitas ſolemni ritu in Nonantulana Eccleſia celebratur, hæ Deo preces in collectis fundũtur: *Omnipotens mitiſſime Deus, qui beatum Hadrianum confeſſorem tuum pontificali, & Apoſtolica dignitate ſublimaſti; quique illi cœleſtis regni ianuam miſericorditer aperuiſti, tribue quæſumus, ut ejus piis interceſſionibus, & præſentis vitæ ſuffragia, & æterna præmia conſequi mereamur.* Sed ad Giſonem Epiſcopum Mutinenſem redeamus, unde digreſſi ſumus. Hic poſt quam Eccleſiam ſibi creditam bene ſancteque adminiſtraſſet, valedixit huic mortali ſæculo circa annum Domini 812.

XIV. 13. ADEODATUS Mutinenſibus jus divinum dicebat anno 814. in cujus gratiam Ludovicus Imperator omnia privilegia Mutinenſi Eccleſiæ a ſuis prædeceſſoribus olim indulta rata habuit anno 823. Quod ſane diploma dignum nobis viſum quod hic exſcriberetur.

In nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus.

Si petitionibus ſacerdotum, ac ſervorum Dei ad divini cultus augmentum, opem accommodamus, id nobis non ſolum ad ſtabilitatem regni noſtri, verum etiam ad æterna præmia facilius aſſequenda plurimum pertinere confidimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus S. Dei Eccleſiæ, ac noſtris præſentibus ſcilicet, & futuris qualiter vir venerabilis Eccleſiæ Mutinenſis Epiſcopus, quia pro ſenectute & infirmitate corporis ad nos pervenire non poterat, miſit quendam presbyterum ſuum nomine Julianum, per quem nobis ſuggeſſit petendo de rebus ad Eccleſiam ſuam pertinentibus, quas reges Longobardorum propter timorem, & amorem Dei Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Geminiani confeſſoris ejus eidem Eccleſiæ vel donaverunt, vel ab aliis datas confirmaverunt, ut inſpectis eorum regum præceptis, & confirmationibus eaſdem res, ſive poſſeſſiones ad eandem Eccleſiam noſtræ auctoritatis præcepto confirmaremus. Cujus petitioni, quia juſta, & ratione ſubnixa videbatur, opem libenter accommodare, & aſſenſum præbere nobis placuit. Inſpectis igi-

A *tur, ac bene lectis prædictorum regum Longobardorum præceptis, vel confirmationibus, complacuit nobis donationes, & conceſſiones, ſive confirmationes eorum hoc noſtræ auctoritatis præcepto juxta petitionem memorati Epiſcopi ad eandem Eccleſiam confirmare, ideſt in primis confirmationem, quam Cunibertus Rex fecit ad Eccleſiam S. Geminiani de villa Purcili, ſive tributum, vel ſubſidiales, atque angarias, quas ſervi ejuſdem S. Geminiani ad ipſum caſalem laborandum, & excolendum habuerunt; ſimiliter, & præcipue quod fecit Luitprandus Rex ad ſupraſcriptam Eccleſiam de ſervis, & aliis rebus ad jus Eccleſiæ S. Geminiani pertinentibus, & in fine Saliſtina reſidentibus in villis, quarum vocabula ſunt Gandazetum, Gabellum caſtrum cum ſuis piſcariis, quod fuit ab antiquo tempore Maſſa ſancti Geminiani, ſuper quibus eſt præceptum Rachiſii Regis nobis oſtenſum, eſt ſimiliter & Deſiderii, nec non & præceptum Hildeprandi regis, quod fecit ad Eccleſiam S. Geminiani propter petitionem Joannis Epiſcopi de Eccleſia S. Petri*
B *intra muros Civitatis Geminianæ, quæ nunc nova civitas vocatur, cum omnibus rebus, atque appenditiis, quæ ad ipſam Eccleſiam pertinent, vel quod ab Epiſcopis juſte acquiſitum fuerit; ſimiliter & donationem, quam fecit piæ recordationis dominus, & genitor noſter Carolus Imperator petenti Geminiano Mutinæ Epiſcopo de molendino prope ſtratam cum acceſſione, ſive aquario, quod pertinebat ad curtem regis civitatis novæ, nec non & res, quas duo Romani homines, Gonderaldus videlicet, & Conſtantinus, & eorum uxores Maria, & Aguita ad Eccleſiam S. Geminiani donaverunt. Item Oratorium S. Apollinaris in Agnano ſitum intra judiciarium montem Belienſem, ſive Oratorium S. Domnini conſtructum prope Cluſiam ſuper flumen Nicuven, nec non & oliveta juxta muros caſtri Mombelienſis poſita, & ad Eccleſiam eandem pertinentia. Has res jam enarratæ Mutinæ Eccleſiæ vel S. Geminiani juxta petitionem prædicti viri venerabilis, & oratoris noſtri Deuſdedit Epiſcopi, quas reges vel donaverunt, vel confirmaverunt, ſive alii devoti, ac Deum timentes*
C *homines ad eandem Eccleſiam ſolemni donatione contulerunt, & modo in ejuſdem Eccleſiæ jure tenentur, vel inde injuſte, ac violenter abſtracta erunt, hoc noſtræ auctoritatis præcepto ad eandem Eccleſiam confirmare placuit. Quapropter præcipimus, atque jubemus, ut nullus judex publicus, vel comes, vel Gaſtaldus, ſive qualibet poteſtate prædita perſona memoratum Epiſcopum, vel ſucceſſores ejus, atque Eccleſiam S. Geminiani de ſupradictis rebus, & poſſeſſionibus, quas ſupra nominati reges ad eandem Eccleſiam confirmaverunt, & nos hac noſtra auctoritate confirmamus, inquietare, aut injuſte pulſare, aut aliquid ex iis contra juris ordinem abſtrahere, alienare, aut eis calumniam ingerere præſumat, ſed liceat eas memoratæ Eccleſiæ, & rectoribus ejuſdem ſub noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum defenſione quieto ordine tenere, ac poſſidere abſque cujuſlibet, ſicut jam diximus, injuſta contrarietate. Conceſſimus & hoc privilegium memoratæ Eccleſiæ, ut ſi poſt deceſſionem Epiſcoporum ipſius ſedis talis in clero inventus*
D *fuerit, qui ſecundum canones Epiſcopatus honorem & officium habere poſſit, licentiam habeant eligendi inter ſe. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & noſtris ac futuris temporibus Domino protegente valeat incorrupta manere, manu propria ſubſcripſimus & eam de annulo noſtro ſigillari juſſimus, violatorem duabus libris auri condemnantes.*

Signum Ludovici  *Sereniſſ. Imperat.*

Durceden diaconus ad vicem Fridegili recognovi.

Dat. ſexto Idus Februarii anno Chriſto propitio IX. Imperii D. Ludovici piiſſimi Auguſti, Ind. I. Actum A-

quiſ-

quiſgrani Palatio regis in Dei nomine feliciter. Amen.

Hic Epiſcopus tempore Ludovici Pii, & Lotharii regum donavit plebem in Siculo, quæ dicitur S. Petri, Leoni Archipresbytero ſuo conſentiente clero, ut ex publico conſtat documento in tabulario Eccleſiæ Mutinenſis. Poſtremo vitam cum morte commutavit, & in ſua Eccleſia ſepultus fuit.

XV. 14. JONAS Mutinenſi Eccleſiæ præſidebat anno 850. quo ipſo anno Presbytero Arimberto conceſſit Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ, ac S. Sophiæ cum pertinentiis ſuis in villa Bajoaria, ſcriptis quibuſdam conditionibus, ac obſequii legibus.

XVI. 15. HERNIDUS eandem ſedem tenebat anno 861. Hic ad inſtar ſuorum prædeceſſorum a Ludovico II. Imperatore privilegium quoddam, cæterorumque confirmationem impetravit.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Ludovicus gratia Dei Imperator Auguſtus.

Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, & Comitibus, Caſtaldis, & ſive Miſſis diſcurrentibus, præſentibus & futuris. Maximum Regni in hoc augere B *credimus monimentum, ſi petitionibus ſacerdotum, in quo noſtris auribus fuerunt prolatæ, libenti animo obtemperamus, atque ad effectum perducimus. Quapropter noverit ſolertia veſtra, qualiter nos ad petitionem venerabilis viri Hernidi S. Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopi, quæ eſt conſtructa in honorem pretioſiſſimi confeſſoris Chriſti Geminiani Antiſtitis ipſius Eccleſiæ, tale circa ipſum ſanctum locum conceſſiſſe beneficium, ut in monaſteria, & xenodochia, ſeu Eccleſias Baptiſmales, vel reliquas poſſeſſiones, quæ ad ipſum Epiſcopatum aſpiciunt, tam de datis Regum, quam Reginarum, ſeu reliquorum Deum timentium hominum, unde moderno tempore ipſa Caſa Dei recte inveſtita eſt, aut quod Divina pietas ibi multiplicare voluerit, nullus Judex publicus ad cauſas audiendas, vel freda undique exigenda, ſeu manſiones, aut paratas faciendum, nec non fidejuſſiones tollendum, neque homines ipſius Epiſcopatus diſtringendum, nec ullas redhibitiones publicas requirendum, judiciaria poteſtas ibidem quoquam tempore ingredi, nec exactare penitus præſumat. Propterea hanc immunitatem* C *conſcribere juſſimus, per quam ſpecialiter decernimus ordinandum, ut nullus quilibet de vobis, neque de junioribus veſtris amodo, & deinceps, ut diximus, in monaſteria, vel xenodochia, ſeu Eccleſias Baptiſmales, vel reliquas poſſeſſiones, quæ ad ipſum Epiſcopatum, ut diximus, de datione Regum, aut Reginarum, ſeu reliquorum Deum timentium hominum aſpiciunt, nullus judex publicus ad cauſas audiendum, vel freda undique exigendum, ſeu manſiones, aut paratas faciendum, nec fidejuſſiones tollendum, nec ullas redhibitiones publicas requirendum, vel exactandum judiciaria poteſtas ibidem quoquam tempore ingredi, nec exactare penitus præſumat, ſed ſub immunitatis nomine cum omni freda conceſſa valeat, omnique tempore Rectores ipſius Epiſcopatus, hominesque eorum quiete vivere, & reſidere. Et ut hæc noſtra auctoritas firmior permaneat, vel diuturnis temporibus conſervetur, manu propria ſubterfirmavimus, & de annulo noſtro roborari juſſimus; quod ſiquis violare præſumpſerit, ſciat ſe libras quadraginta auri optimi medietatem eidem Eccleſiæ,* D *& medietatem Palatio noſtro compoſiturum.*

Signum Domini Ludovici piiſſimi Auguſti.

Adelbertus cancellarius recognovi.

Datum 13. Kal. Octob. anno Chriſto propitio, Imperii D. Ludovici piiſſimi Auguſti XI. Actum Parmæ civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

XVII. 16. LEODOINDUS a ejuſdem civitatis Epiſcopus, Romæ ſynodo interfuit anno 876. Qui & ipſe etiam confirmationem omnium privilegiorum Mutinenſi Eccleſiæ antea indultorum à Vidone Imperatore obtinuit anno 892. ut ex ſequenti diplomate perſpici poteſt.


a Al. Iutainus.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Vido divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Cum locis divino cultui mancipatis ob divinæ ſervitutis amorem opem congruam ferimus, & Regum morem decenter implemus, & id nobis profuturum ad æternæ retributionis præmia capeſſenda veraciter credimus. Notum igitur eſſe A *volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque præſentibus, & futuris, quia adiens per Manfredum comitem ſacri Palatii ſerenitatem Culminis noſtri vir venerabilis Leodoindus ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quæ eſt conſtructa in honorem S. Geminiani confeſſoris Chriſti, & Epiſcopi, obtulit obtutibus noſtris prædeceſſorum noſtrorum Regum auctoritates, & confirmationes. in quibus continebatur, qualiter prædicti Reges anteceſſores noſtri per communes auctoritates, ſive donationes ob remedium animarum ſuarum omnes res donarunt prædictæ ſedi tam monaſteria, quam xenodochia, ſeu Eccleſias Baptiſmales, vel reliquas poſſeſſiones, ex munificentia regum, vel ducum, quam ea, quæ per donationes comitatum, ſeu quorumlibet Deum timentium hominum, vel ea quæ per emptionem, vel quemlibet contractum ad eamdem Eccleſiam pervenerunt, aut in antea Dominus ibidem augere voluiſſet, firmum, & ſtabilem permanerent, & deprecatus eſt excellentiam culminis noſtri, ut non ſolum hoc noſtræ auctoritatis præcepto confirmaremus, verum etiam prædictam ſedem ſub noſtra conſtitueremus defenſione. Cujus petitionibus fa-* B *ventes, moremque prædeceſſorum Regum ſequentes, hos noſtræ auctoritatis apices fieri juſſimus, per quos omnes res prædictæ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus, pariterque etiam deprecatione ſua apud noſtram clementiam obtinuit, ut quicquid negligenter ſervi, aut chartularii, vel pertinentes ad eandem ſanctam ſedem commiſerunt temporibus anteceſſorum ſuorum prædeceſſorum Epiſcoporum, nullam omnino inquietudinem prædictus Epiſcopus ſuis temporibus, nec advocatus Eccleſiæ patiatur. Similiter & petiit ut omnes res, quas anteceſſores ſui in eadem Eccleſia acquiſierunt, & jure ipſius tenuerunt, præfato Præſuli, vel ſucceſſoribus ejus abſque cujuslibet inquietudine, vel diminutione quieto ordine liceat poſſidere. Inſuper etiam pro remedio animæ noſtræ eidem concedimus Eccleſiæ, ut ſicut res noſtræ proprietatis in quibuslibet locis per inquiſitionem manifeſtantur, ita res prædictæ Eccleſiæ per idoneos & veraces homines inquirantur, & ad pleniſſimam uſque deducantur juſtitiam tam noſtris, quam etiam ſucceſſorum noſtrorum temporibus. Nec non etiam concedimus eidem Eccleſiæ, ut deinceps ſervi, aut chartularii pertinentes ad* C *eandem Eccleſiam nullum cenſum noſtræ parti, aut publico miniſteriali perſolvant, ſed liceat ei quieto ordine vivere, & ipſi ſuæ Eccleſiæ deſervire, nulluſque judex publicus, aut quilibet ſuperioris, aut inferioris ordinis Reipublicæ procurator ad cauſas judiciario ordine audiendas, in monaſteria, xenodochia, aut Eccleſias Baptiſmales reſideat, & homines tam clericos, quam & laicos, villas, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in diverſis locis, aut territoriis noſtræ poteſtatis juſte, & legaliter quieto ordine tenet ad freda, vel tributa exigenda, aut manſiones, aut paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ tam ingenuos, quam etiam ſervos ſuper terram ipſius commorantes diſtringendos, pignorandos, nec in hoſtem ducendos, nec ire cogendos, nec ad ullas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendos, quibus in aliquo eadem Eccleſia, ſibique ſubjecti aliquod injuſte patiantur incommodum, noſtris, futuriſque temporibus quiſquam tam temerarius exiſtat, quod id . . . . illicito ſibi poteſtatem attribuere audeat; concedimus etiam eidem ſanctæ Mutinenſi Eccleſiæ, ſicut* D *ei ab antiquis anteceſſoribus noſtris Regibus, loca, in quibus civitas prædicta conſtructa fuerat, per firmitatis ſuæ auctoritatem conceſſa ſunt, ita ut auctoritatis noſtræ præcepto firma, & ſtabilia maneant cum cancellariis, quos perpetua, & jugi conſuetudine temporibus anteceſſorum Epiſcoporum prædicta Eccleſia de clericis ſui ordinis adſcribendos ſuæ poteſtati libellos, & prædecarios habuit, & concedimus ei vias, pontes, portas, & quicquid antiquo jure incolumitati de his regiæ auctoritati per procuratores reipublicæ ſolvebatur: item ut ubicumque vias, pontes, portas in ſua terra habuerit, veſtro jure, liberam capiendi debitum ex eis cenſum habeat poteſtatem, & liceat ei foſſata cavare, molendina conſtruere, portas erigere, & ſuper unum milliarium in circuitu Eccleſiæ civitatis circumquaque firmare ad ſalvandam, & muniendam ipſam ſanctam Eccleſiam, ſuamque conſtitutam canonicam, & aquam aperire, & claudere abſque ulla publica contradictione. Ita atque memorato Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus cum omnibus ſibi ſubjectis rebus, vel domibus ad ſe aſpicientibus, vel pertinentibus ſub tuitionis noſtræ defenſione quieto ordine dege-*

re, atque pro incolumitate noſtra, totiuſque Imperii ab eo nobis conceſſi, una cum clero, & populo ſibi ſubjecto Dei immenſam clementiam jugiter exorare Contulit etiam prędictæ Eccleſiæ noſtra Imperialis exorata clementia, ut ſi conſpiratio populi malevola ad tollendas res Eccleſiæ per vadia fuerit confirmata, ut teſtimonia, & advocationem ad juſtitiam capiendam Eccleſia invenire non valeat, & ex hoc adminiſtratores ſancti loci ſe reclamaverint, quod propter ejuſmodi cauſam juſtitiam Eccleſia habere non poſſit, ſi conſpiratorum adunata collectio commiſſum ſcelus negare, atque per ſancta purgare voluerit, liceat per ſuſpiciones falſitatis Eccleſiæ adminiſtratoribus, ſi ita voluerint, per pugnam Eccleſiæ alicujus hominis libere rem divinis legibus, & mundanis prohibitam approbare, ſicque in omnibus rerum Eccleſiarum cauſis quibuſcumque legali diſceptatione tantum exorata fuerit, ut pugna aut teſtibus dirimatur, & pars Eccleſiaſtica ſuſpecta teſtimonia adverſæ partis pro prædicta conſpiratione, & periurio dubitando habuerit, ſi fidens de juſtitia rectitudinis pugnam elegerit, quod ſibi eliget, hoc ei per hoc noſtræ firmitatis præceptum ad opponendum ſuam juſtitiam noſtra principali clementia conſentimus. Si quis vero contra hanc præceptionem auctoritatis noſtræ auſu temerario ire tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem eidem Eccleſiæ. Et ut hæc auctoritas, futuriſque temporibus Deo protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum D. Vido- nis Sereniſſ. Imper.



Gofredus notarius ad vicem Nalbonei Archicancellarii recognovi. Datum X Kal. Decembris Indict. X. anno Incarn. Dom. .. 92. regnante D. Vidone in Italia, anno Regni ejus IV. Imperii I. Actū Lignaco villa in Dei nomine felic. Amen.

Ipſe etiam quartam partem bonorum ſuæ Eccleſiæ clericali capitulo dono dedit, quam donationem ab Ugone, Lotharioq; regibus curavit confirmandā.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Ugo, & Lotharius gratia Dei Reges. Si pro mercede æternæ retributionis ſacerdotum curam, & ſollicitudinem gerimus, non ſolum ad hanc vitam tranſitoriam, ſed etiam ad æternam nobis profuturum eſſe liquido credimus. Idcirco notum eſſe volumus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque ſcilicet præſentibus, & futuris; quoniam ſacra Canonica congregatio Mutinenſis Eccleſiæ detulit nobis privilegia quædam, in quibus exaratum, & ſcriptum fuit, quomodo quidam Geminianus, & Leodoindus Epiſcopi conceſſere ei quartam portionem de omnibus rebus ad ſupraſcriptam ſedem pertinentibus, ideſt tam domibus, quam de cæteris ædificiis, terris cultis, & incultis agris, vineis, paſcuis, ſylvis glandiferis, vel etiam cæteris ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus, & immobilibus, & omnibus adjacentiis ſuis inſuper etiam adjunctum fuit, qualiter conceſſum fuit eis quicquid. . . . diaconus per libellum, & emphyteuſim de jure præfatæ Eccleſia habuit, ſed ob firmitatis gratiam noſtram deprecati ſunt clementiam, ut præceptum manſuetudinis noſtræ univerſis rebus illorum, ſicut in illorum privilegiis continetur, recipere mererentur. Nos autem ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti petitionibus illorū, inquantum juſte, & legaliter poſſumus, ſatisfacientes juſſimus eis hos regales apices fieri, atque conſcribi, per quos decernimus, atque jubemus, ut nullus Judex publicus, aut aliqua oppoſita perſona, aut etiam Epiſcopus, vel comes, liber, vel ſervus in eorum rebus, vel locis aliquid invadere, aut in aliquo calumniari injuſte audeat, ſed liceat eis quiete, & cum ſumma ſalvatione omnia eorum poſſidere, ſicut in eorum privilegiis continetur. Similiter autem ſancimus, & conſtituimus, ut quicquid modo habet proprietatis bonorum per hominū

A *donationes, vel legales offerſiones, & quicquid ipſi canonici de jam dicta Eccleſia per paginam ſcripturæ habent ad cenſum reddendum, vel de monaſteriis, aut inantea legaliter habere potuerint, omnia ſub noſtra tuitionis Mundualdo quieto, atque pacifico ordine habeant, atque poſſideant, nullo unquam eis aliquam injuriam, vel moleſtiam inferente, ſed liceat eos quiete vivere, ut libentius, & ſecurius Deo in divinis laudibus vacent, & pro nobis, & omni ſtabilitate Regni noſtri aſſiduis precibus uberius exorare valeant. Si quis autem eis calumnioſus, vel invaſor in illorum rebus, domibus, maſſariis, vel locis fuerit, vel aliquid eis intulerit, quod ſacris legibus obviaverit, centum quinquaginta libras auri optimi reſtituat, medietatem Palatio noſtro, & medietatem prædictis canonicis, qui ibi pro tempore Deo ſervierint, & ut hæc noſtra auctoritas perpetuis temporibus inviolata manere valeat, manibus propriis ſubter firmavimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.*

Signa Sereniſſimorum Ugonis, & Lotharii Regum.

Petrus Cancellarius, ad vicem Gerlarii Abbatis, &
B *Archicancellarii recognovi.*

Datum X. Kalen. Octobris, anno Dom. Incarn. 934. Regni autem D. Ugonis invictiſſimi Regis 8. & D. Lotharii item Regis 3. indictione 7. Actum in Prato Paludis feliciter. Amen.

17. GAMENULPHUS Leodoindo ſucceſſit XVIII
anno 898. Hic breviſſimus Pontifex fuit, tametſi antequam decederet, a Lamberto Imperatore, ac deinceps a Berengario Rege Mutinenſis Eccleſiæ privilegia obtinuit confirmata.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Lambertus Divina favente clementia Imperator Auguſtus. Dum locis divino cultui mancipatis ob intimæ ſervitutis amorem opem congruam ferimus, & Regum morem decenter implemus, & apud Deum profuturum nobis non diffidimus. Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit induſtria, qualiter interventu Amoloris venerabilis Epiſcopi noſtri Archicancellarii ſuggeſſit noſtræ Celſitudini Gamenulphus ſan-
C *ctæ Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quatenus auctoritatis noſtræ præcepto confirmaremus cuncta munimina, atque poſſeſſiones juſte, & legaliter ad eandem Eccleſiam pertinentes; cujus precibus aſſenſum præbentes addimus, & terram illam in loco Ganazeti, quam prædeceſſores noſtri donaverunt, omnia monaſteria, xenodochia, Eccleſias Baptiſmales cum omnibus ſuis pertinentiis ad ſupraſcriptam Eccleſiam ſtabilimus perpetuo roborare, eam recipientes ſub noſtra tuitionis Mundualdo. Concedimus etiam, ut juxta morem aliarum Eccleſiarum res prædictæ Eccleſiæ per idoneos homines & veraces omni tempore inquirantur, & ad pleniſſimam uſque deducantur juſtitiam, nec non etiam condonamus eidem Eccleſia, ut deinceps ſervi, & chartularii ad eandem Eccleſiam juſte pertinentes nullum cenſum publicæ parti perſolvant, ſed liceat eis quieto ordine vivere, & ipſi ſuæ Eccleſiæ deſervire, nulluſque comes, aut Judex publicus, vel quislibet reipublicæ procurator ad cauſas Judicario more audiendas in monaſteriis, xenodochiis, aut Eccleſiis Baptiſmali-*
D *bus reſideat, & homines tam clericos, quam etiam laicos, villas, & agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in diverſis locis, aut territoriis noſtræ poteſtatis juſte & legaliter quieto ordine pars ipſius Eccleſiæ tenet, ad freda, vel tributa exigenda, aut manſiones, aut paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ tam ingenuos, quam ſervos ſuper terram ipſius commorantes, diſtringendos, pignorandos, nec in hoſtem ducendos, nec ire cogendos, nec ullas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendos, quibus in aliquo eadem Eccleſia, ſibique ſubjectis alias injuſte patiantur incommodum, quiſquam temerarius exiſtat. Sancimus etiam præfata Eccleſia juxta anteceſſorum noſtrorum decreta, loca, in quibus prædicta civitas conſtructa eſt, hoc noſtræ auctoritatis præcepto ſtabilia maneant cum cancellariis, quas priſca conſuetudo præfatæ Eccleſiæ de clericis ſui ordinis adſcribendos ſuæ poteſtatis libellos, & pothecharios habeat; vias quoque pontes, & quicquid*

antiquo

antiquo jure eidem civitati, ac curatoribus reipublicæ ſolvebatur, ideſt ubicunque vias, pontes in ea terra habuerit, verum jure liberum capiendi debitum ex eis cenſum habeat poteſtatem, & liceat ei foſſata cavare, molendina conſtruere, portas erigere, & ſuper duo milliaria in circuitu Eccleſiæ civitatis circumquaque firmare ad ſalvandam, & muniendam ipſam ſanctam Eccleſiam, ſuamque conſtitutam canonicam, & aquam aperire, & claudere abſque ulla publica contradictione, & ſub noſtræ tuitionis defenſione idem Præſul in ſuis omnibus permanens pro nobis omnipotentem Deum valeat exorare; ſi vero inter commorantes firmatæ fuerint teſtimonia ad res ejuſdem Eccleſiæ rapiendas, & pars præfatæ Eccleſiæ reclamaverit, quod pro hujuſmodi cauſa juſtitiam habere non poſſit, ſi negare hoc, aut ſacramento purgari noluerint, adminiſtratoribus Eccleſiæ liceat pugna, aut teſtibus, ſi tamen voluerint, approbare, ne ſub hac occaſione damnum Eccleſia incurrat. Si quis autem hanc præceptionis noſtræ auctoritatem temerarius infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem ſupradictæ Ecclеſiæ. Et ut quoque verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſignavimus, noſtroque annulo juſſimus inſigniri.

Signum D. Lamberti Imperatoris piiſſimi Auguſti. Andreas notarius ad vicem Amolorsi Archicancellarii recognovi. Datum anno Incarn. Domini 898. *D. quoque Lamberti piiſſimi Imperatoris* 7. *pridie Kalen. Octobris, indict. II. Actum Marineo in nemore in Dei nomine feliciter. Amen.*


Berengarii privilegium eiſdem omnino eſt verbis exſcriptum. *Datum* 7. *Id. Decemb. an. Incarn. Dom.* 898. *anno regni D. Berengarii glorioſiſſimi regis XI. Indict. II. Actum Bononiæ civitate in Dei nomine feliciter. Amen.*

XIX. 18. GOTHIFREDUS temporibus Berengarii, hoc eſt, anno 902. Mutinenſis Antiſtes fuit, ab eodemque rege privilegiis eſt exornatus.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Berengarius Divina favente clementia Rex.

Dum locis divino cultui mancipatis ob divinæ ſervitutis amorem opem congruam ferimus, & regum morem decenter implemus, & apud Dominum profuturum nobis non diffidimus. Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque, præſentium ſcilicet, & futurorum noverit induſtria, qualiter interventu Reginalphi Epiſcopi, nec non & ſacri palatii noſtri Archicapellani adiit Celſitudinem noſtram Gothifredus S. Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quatenus ob mercedis noſtræ augmentum quandam terram juris regni noſtri ſitam in loco, qui dicitur Quarantula, hactenus pertinentem de comitatu Regienſi ſimul cum piſcaria, quæ ſimili modo dicitur Quarantula, una cum campo, qui vocatur Lunada, ſimul cum Vara, & Banni, & alia camparia ad eandem piſcariam pertinentia cum omnibus earum adjacentiis, & pertinentiis, ripis, aquis, paludibus, cum pontibus, qui vocantur Gardinacula Montiana, cum ripatico intrante flumen, quod dicitur Bondino, ex utraq; parte ad pedes duodecim cum omni diſtrictu ibidem legaliter pertinente, concederemus prætaxatæ ſanctæ Mutinenſi Eccleſiæ, ejuſdemque rectoribus per hoc noſtræ Imperialis auctoritatis præceptum in proprietatem; quorum petitionibus libenter aſſenſum præbentes hoc ſerenitatis noſtræ præceptum fieri decernimus, per quod prænominatæ S. Mutinenſi Eccleſiæ in honorem S. Geminiani dicatæ, ejuſdemque rectoribus eandem terram juris regni noſtri ſitam in loco, qui dicitur Quarantula, hactenus pertinentem de comitatu Regienſi ſimul cum piſcaria, quæ ſimiliter Quarantula vocatur, una cum campo Lunada, Vara, & Banni, & Gardinacula, & alia camparia ad eandem piſcariam pertinentia cum omnibus eorum adjacentiis, & pertinentiis, ripis, aquis, paludibus cum pontibus, qui vocantur Gardinacula Montiana, cum ripatico intrante flumen, quod dicitur Bondino, ex utraque parte ad pedes duodecim cum omni diſtrictu ibidem quocunque legaliter pertinente, videlicet terris, vineis, ſylvis, pratis, paſcuis, campis, ripis, rupinis,

A *piſcariis, paludibus, molendinis, aquarumque decurſibus, vel quicquid in eis dici, vel nominari poteſt, totum, & ad integrum præſcriptæ Eccleſiæ Mutinenſi in honorem B. Geminiani confeſſoris Chriſti dicatæ, ejuſdemque rectoribus concedimus per hoc noſtræ Imperialis auctoritatis præceptum perpetualiter poſſidendum abſque ullius contradictione, ut habeat, teneat, poſſideat, & faciat exinde quicquid juſtum, & congruum ei videbitur. Si quis autem contrarius, vel temerarius contra hoc noſtræ auctoritatis præceptum in aliquo violare, ac rumpere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras ſexaginta, medietatem cameræ Palatii noſtri, & medietatem rectoribus ejuſdem S. Mutinenſis Eccleſiæ in honorem S. Geminiani dicatæ. Et ut verius habeatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

B *Signum Domini*  *Berengarii Glorioſiſs. Regis.*

Ambroſius ad vicem Ardinghi Archicancellarii recognovi. Datum 7. *Idus Auguſti, anno Incarn. D. N. J. C.* 902. *anno vero regni D. Berengarii glorioſiſſimi Regis XV. Indict. V. Actum in civitate Papiæ in Dei nomine feliciter. Amen.*

Retulit documentum in ſuo catalogo Silingardus, addiditque de Gothifredo. *Hic Epiſcopus de anno* 903. *cum Ungari devaſtata Italia, agrum Mutinenſem depopulati eſſent ingreſſi civitatem, quam invenerunt immunitam, eo quod cives una cum Gothifredo eorum Epiſcopo barbariem Scytharum perhorreſcentes eam reliquiſſent, dum deprædationi Eccleſiæ divo Geminiano dicatæ ſe accingerent, repentina capitis, &*

C *oculorum vertigine correpti, quod ſcelus attentabant, perficere non potuerunt: quod interceſſioni & patrocinio D. Geminiani civitas ipſa retulit, ut etiam in vita dicti noſtri patroni ſupra diximus; de an. vero ſequenti* 904. *Berengarius Rex, ut aliqua ex parte reſarciret damnum per Ungaros eidem Eccleſiæ factum ad interceſſionem, & preces Petri Regienſis Epiſcopi eidem Gothifredo aliud privilegium ſimile ſuperiori renovando conceſſit.* In nomine Domini, &c. Berengarius &c. Datum eſt Kal. Julii anno Incarnationis Dominicæ 904. anno vero Berengarii sereniſſimi Regis XVII. Indictione VII. Actum in urbe Ticini in Chriſti nomine Amen. *Eodem anno* 904. *idem Berengarius interceſſione Petri Epiſcopi Regienſis conceſſit eidem Gothifredo Epiſcopo, ut in quodam ſuo caſtro, quod de novo ædificaverat juxta civitatem Mutinæ, poſſit mercatum facere & publicum cenſum habere, nec aliquis judex poſſit in eo juriſdictionem exercere.* Tenor autem dicti privilegii eſt hujuſmodi.

In nomine Domini Dei æterni.

D *Berengarius divina favente clementia Rex. Si ſacris, & venerabilibus locis Regalis pietas ea impertiri, & concedere ſtudet, quibus Eccleſia Dei augumentari, & a preſſuris mundari, allevarique poſſint, credimus id ad noſtræ ſalutis augmentum procul dubio profuturum. Noverit igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum ſolertia, interventu, & petitione Petri Reverendi S. Regienſis Eccleſiæ Epiſcopi, atque Gothifredi S. Mutinenſis Eccleſiæ Præſulibus, Caſtellum juxta civitatem novam in territorio Mutinenſi ab eodem Gothifredo venerando Epiſcopo a fundamentis erectum, quod ipſe propriis ſuis rebus acquiſitum præfatæ S. Mutinenſi Eccleſiæ, ſanctoque Geminiano contulit, & conceſſit habendum, per hoc noſtræ conceſſionis præceptum prælibatæ S. Mutinenſi Eccleſiæ, ſanctoque Geminiano, cujus ſacri corporis gleba in eodem Mutinenſi Epiſcopio requieſcit, cum omni ædificio, atque ſtructura pura voluntate donaſſe, nos hunc confirmaſſe habendum, eo ſci-*

liçet ordine, ut nullus dux, comes, vicecomes, ſcutarius, nullusque reipublicæ miniſter, ſeu qualibet parva, magnaque perſona publico miniſterio fungens in jam dicta firmitate, atque caſtello poteſtatem ullam exercere, aut quicquam, quod dici, vel nominari per alium poteſt ullo in tempore vindicare præſumat, ſed remota omnium poteſtate temeraria publica partis pars jam dicta Mutinenſis Eccleſiæ, & Epiſcopi, qui pro tempore inibi fuerit, præfatum caſtellum cum omni integritate ſua, totius poteſtatis inquietudine. . . . videlicet teneat, poſſideat, & libera poteſtate ex eo ita agat, tanquam de aliis Eccleſiaſticis rebus legitima, ac canonica cenſura dictat agendum abſque contradictione, vel moleſtatione cujuſque: & ſi fortaſſe præfatus Gothifredus Reverendus Epiſcopus, aut quilibet ſucceſſorum ejus aliquando inibi mercatum conſtituerit, atque collegerit, quicquid regiæ, aut publicæ parti de mercato pertinere videtur, per hoc noſtræ inſcriptionis ſtatutum parti ipſius Eccleſiæ concedimus vindicandum, omni publica contradictione remota. Contra quod noſtræ inſtitutionis

B *præceptum ſi quis inſurgere quandoque tentaverit, ſciat ſe compoſiturum libras auri optimi centum, medietatem cameræ Palatii noſtri, & medietatem præfato Gothifredo S. Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque obſervetur, hic ſubter corroborantes annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

Signum D. Berengarii sereniſſimi Regis.

Ambroſius cancellarius ad vicem D. Ardinghi Archicancellarii recognovi. Datum 18. Kal. Julii anno Incarn. Dom. 904. D. vero Berengarii Regis XVII. Indictione 7. Actum Villa.

XX. („ ARDINGUS *Mutinenſis Epiſcopus dono dedit Hugoni, & Lothario Italiæ Regibus Cortem unam in confinio Placentini Comitatus, ut loquitur diploma eorumdem regum, quo eam cortem donant Eccleſiis S. Antonini, & S. Juſtinæ de Placentia anno 945. Refertur diploma à Campio in hiſt. Placent. tom. 1. Diplom.* 52. Vedrianus in hiſt. Mutinen. t. 1. p. 418.)

XXI. 19. VIDO Mutinenſis Epiſcopus. Hic ille eſt, qui anno 946. deſerto Ugone Rege defecit ad Berengarium, ut prædivite Nonantulana Abbatia ex ejus favore potiretur, quam ab Othone deinde illam impetravit Papiæ an. 963. ab Adeleida Auguſta ad id largiendum exoratus. Anno vero 947. a Lothario Ugonis Regis filio Salinas ex privilegio obtinuit, quæ quondam ditionis fuerant Vitalianæ, ſub datum Papiæ 7. Idus Octobris.

C *In nomine Domini Dei æterni.*

Lotharius divina favente clementia Rex. Si juſtis noſtrorum fidelium petitionibus aſſenſum præbemus, promptiores eos in noſtri obſequio fore minime dubitamus. Quocirca omnium fidelium ſancta Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum devotio noverit, qualiter interventu, ac petitione Adalardi Epiſcopi, atque Ugonis cancellarii dilectorum noſtrorum fidelium, per hoc noſtrum præceptum, prout juſte, & legaliter poſſumus, concedimus, donamus, atque largimur Vidoni Mutinenſi Epiſcopo, dilectoque fideli noſtro res juris noſtri poſitas in Comaclenſi comitatu,

D *quæ fuerunt juris quondam Vitalianæ relictæ quondam Joannis Archidiaconi, ſcilicet manſionem, & curtem, & ſalinas, & quicquid illius juris fuit, & proprietario ordine diebus vitæ ſuæ poſſedit. Prædictas res igitur juris noſtri in Comaclenſibus finibus poſitas, ſicut fuerunt juris quondam Vitalianæ a noſtro jure, & dominio in præfati Vidonis venerabilis Epiſcopi jus, & dominium omnino transfundimus, & delegamus, ut habeat, teneat, firmiterque poſſideat, ipſique ſui heredes habeantque poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, per omnia judicandi, & quicquid decreverit eorum animus faciendi, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur hujus noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prælibato Vidoni Mutinenſi venerabili Epiſcopo, dilectoque fideli noſtro, ſuiſque hæredibus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu pro-*

A *pria noſtra roborantes, annulo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.*

Signum domini Lotharii piiſſimi Regis.

Adelricus Levita, & cancellarius ad vicem domini Bruninchi Epiſcopi, & archicancellarii recognovi.

Datum ſeptimo idus Octobris, anno Dominicæ Incarnationis 947. regni vero domini Lotharii sereniſſimi Regis decimoſeptimo indictione ſeptima.

Actum in civitate Papiæ feliciter. Amen.

Idem anno 950. Odelberto marchione, Manfredoque comite deprecantibus, Mutinenſi Eccleſiæ Berengarius donavit totum territorium oppidi, quod Averetum, ſive Roveretum, ſeu Civitatem novam vocabant.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Berengarius, & Adelbertus, divina favente clementia Reges. Si ſanctis venerabilibus locis digna conferimus munera, animæ noſtræ proficuum eſſe minime ambigimus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum

B *comperiat univerſitas, qualiter pro Dei amore, animæque noſtræ remedio, atque interventu, ac petitione Odelberti Marchionis, atque Magnifredi comitis dilectorum noſtrorum fidelium hanc noſtri præcepti auctoritatem, prout juſte, & legaliter poſſumus concedimus, donamus, atque largimur, & offerimus Eccleſiæ B. Geminiani Mutinenſis Epiſcopi, cui præeſt vir venerabilis Vido Epiſcopus, noſterque dilectus fidelis, omnem diſtrictum ab caſtris, quod Averetum nominatur, vel Rovereto, ſive civitas nova, vel Iſabardum, Tolenum quoque, & curaturam, & redhibitionem ipſius Ripariæ, & ligaturam navium, & quicquid pars publica inibi habere, & exigere poteſt uſque in fluvio Padi, tam infra aquam quam extra prædicta caſtra ſuperius nominata, & præter de Bondino, ubi piſcaria dicitur, quod jus S. Sylveſtri eſſe videtur, quatenus prætaxatus Præſul Vido ipſius Eccleſiæ Vicarius, ſuique ſucceſſores ad poteſtatem ejuſdem Eccleſiæ habeant, in perpetuumque teneant, firmiterque poſſideant. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, Sculdaxio,*

C *ſeu qualibet regni noſtri magna, parvaque perſona prælibatam Eccleſiam Mutinenſem, Epiſcopum, ſuumque Vicarium Vidonem Præſulem, ejuſque ſucceſſores de jam prænominatis rebus inquietare, moleſtare, aut diſveſtire præſumat, ſed in tranquilla quiete, ſicut à nobis largita ſunt, & confirmata, perpetuo inviolata maneant, & conſiſtant, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur, quod fieri non credimus, diabolica accenſus protervia contra hoc noſtrum præceptum ire tentaverit, aut infringere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prætaxatæ Eccleſiæ, ſuiſque vicariis: quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes, annulo noſtro ſubter juſſimus inſigniri.*

Signa Dominorum Berengarii, & Adelberti piiſſimorum Regum.

Rubertus cancellarius ad vicem Burningi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

D *Datum decimo die Kal. Februarii anno Dom. Incarn. 950. regni vero piiſſimi Berengarii, & Adelberti Regum I. Ind. IX. Actum Papiæ feliciter. Amen.*

Comitiis Auguſtalibus ſub Othone Imperatore interfuit 7. Idus Auguſti anno 952. anno vero 962. conſtitutionibus ejuſdem Othonis ſe ſubſcripſit de regalibus S. Petro conceſſis. Cæterum hic Vido apud eundem Othonem præcipuæ authoritatis fuit, ac nobilium aſſeclarum factione ſuccinctus: quamobrem ex ampliſſimo Othoniano privilegio, pluribus fortunis, boniſque donatus eſt, quæ quondam Ugo, Conraduſque filii Berengarii late poſſederant; in cujus donationis gratiam, ſequens diploma condidit, ubi Vidonem Epiſcopum Archicancellarium, conſiliariumque ſuum Otho Imperator appellat.


In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Otho divina ordinante clementia Imperator Auguſtus. Si nobis devote famulantibus beneficia noſtra clementia largimur, fideliores eos nobis fore non dubitamus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ,

noſtro-

Digitized by Google

noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum noverit univerſitas, qualiter nos conſulto, ac interventu Adeleidæ dilectæ conjugis noſtræ, Regnorumque noſtrorum conſortis, per hujus noſtri præcepti paginam, proprietario jure concedimus, ſeu donamus Vidoni venerabili Epiſcopo, dilectoque noſtro fideli, ſummoque Regnorum noſtrorum conſiliario, omnes proprietates, vel res, quæ per qualiacunque inſtrumenta chartarum obvenerunt Vidoni quondam marchioni, ſeu Corrado, qui & Cono dicitur, filiis Berengarii, ſeu Villa ipſius Berengarii uxoris, eorumque matris, tam in comitatu Mutinenſi, ſeu Bononienſi, una cum terris, agris, manſionibus, campis, pratis, ſylvis, vineis, ſalectis, ſationibus, aquis, aquarumq; decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, montibus, alpibus, vallibus, planitiebus, ſervis, & ancillis, mobilibus, & immobilibus rebus omnia, & ex omnibus in integrum prætaxato venerab. Epiſcopo Vidoni, dilectoque noſtro fideli, donamus, atque largimur, & ex noſtro jure, & dominio in ejus jus, & dominium omnino transfundimus, ac delegamus, ut jure proprietario habeat, teneat, firmiterque poſſideat, habeatque poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, pro anima judicandi, vel quicquid ejus animus exinde decreverit faciendi, omnium contradictione remota, & ſi de ipſis acquiſitionibus infra comitatum Regienſem invenire poterit, in hac noſtra donatione permaneat. Concedimus etiam, ut in qualicumque perſona de ipſis inſtrumentis chartarum invenire poterit, & reddere noluerit, aut ſacramento firmet, quod ipſas firmitates non habuiſſet, aut centum marcas auri componat. Præcipientes denique jubemus, ut ſi illi neceſſe fuerit, a comite, ſeu noſtro miſſo, vel a reliquis exactoribus reipublicæ inquiſitio ei concedatur, ac ſi de rebus juris Regni noſtri, per quam inquiſitionem ipſe prædictus Epiſcopus ipſas res acquirere poſſit. Si quis igitur hujus noſtræ auctoritatis, ſeu donationis præceptum infringere, vel violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præfato Epiſcopo Vidoni, vel cui ipſe dederit, aut habere ſtatuerit. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, juſſimus inde hoc præſens præceptum conſcribi, manuque propria roborantes annulo noſtro in calce ſigillari juſſimus.

Signum D. Otho-  *nis magni, & invictiſs. Imperatoris Auguſti.*

Linegerius Cancellarius, ad vicem Vidonis Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Datum 2. Idus Septembris anno Dom. Incarn. 963. Indict. VII. anno Imperii Magni Othonis Imperatoris Auguſti 2. Actũ in monte Fereti ad Petram S. Leonis.

XXII. 20. HILDEBRANDUS Vidoni ſucceſſit anno 969. Quod plane colligitur ex quadam conceſſione Stephano presbytero indulta anno ſui Epiſcopatus 14. anno 983. in hæc verba.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Hildebrandus per Chriſti miſericordiam Eccleſiæ Mutinenſis Epiſcopus, omnibus fidelibus noſtræ Eccleſiæ notum vobis eſſe volumus, qualiter quidam venerabilis presbyter nomine Stephanus noſtram deprecatus eſt clementiam, ut pro Dei amore ei concederemus illum locum, ubi jam Eccleſia B. Petri Apoſtoli fuit ædificata, qualiter inibi unum oratorium valeret conſtruere, in quo Dominum omnipotentem jugiter exorare poſſet. Nos autem ob amorem, & timorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, noſtraque remedio animæ, noſtrorumque ſucceſſorum audientes ejus petitionem, libentiſſime conceſſimus. Quapropter conſiderantes nos, quod illius orationibus, & aliorum ibidem ſervientium tam nos, quam ſucceſſores noſtros indulgentiam de peccatis noſtris a domino accipere credimus, idcirco concedimus, & donamus eidem ipſum almum locum, ut

A *idem prænominatus Stephanus & presbyter, ſuique ſucceſſores habeant perpetuo, & teneant, & ſecundum eorum voluntatem ordinent, & faciant exinde, qualiter illis placuerit, hoc eſt illam terram, quæ eſt in fine deſuper ſtratam Salecianam, uſque in foſſam militariam, & ultra foſſam militariam, illam terram, quæ laborata eſt per Gandemarium, ſeu cæteros homines ibidem laborantes, uſque in ſylvam, una cum prato, quod dicitur de Ragimbaldo, & ſine foſſato novo in foſſam militariam currente, & ſine foſſato, qui exit de foſſato novo in Mutina currente, & de ſubtus ſine noſtro Prato dominicano cum introitu, & exitu undique, ut illi, qui in ipſum ſanctum locum Deo ſervierint, aliquam ſuſtentationem pro remedio animæ noſtræ noſtrorumque ſucceſſorum exinde habeant, & detineant jure perpetuo. Si quis, quod abſit, inſtigante diabolo, per cupiditatem, aut aliquam rationem hoc infringere tentaverit, a ſancta Trinitate, atque individua Unitate ſit condemnatus, niſi emendaverit, & inſuper iram Dei omnipotentis incurrat, & a conſortio omnium ſanctorum excommunicatus habeatur, & in die judicii non*
B *cum illis inveniatur, qui ſua ad Chriſti Eccleſiam conceſſerunt, ſed cum illis potius, qui de Eccleſia illic conceſſa injuſte tulerunt, & emendare noluerunt, & nulla illius auctoritas unquam a ſuis ſucceſſoribus poſſit obſervari; his autem prædicta obſervantibus, pax & miſericordia, ſeu benedictio, atque hæreditas a Domino, & ſanctis ejus tribuatur æterna: infringentibus quoque, & emendare nolentibus ira, & odium, atque rixæ, perpetuaque maledictio a Domino, & ſanctis ejus, hic & in æterna ſæcula concedatur.*

Actum eſt autem hoc anno Incarn. Dom. 983. anno vero D. Othonis ſereniſs. Imperatoris Auguſti XVI. Pontificatus autem ejuſdem Præſulis Hildeprandi XIV. ſexto Id. Auguſti per indict. XI. Actum Mutinæ.

Gildeprandus Epiſ. in hoc Decretum a me factum ſſ.
Ego Radeldus Archid. in hoc decretum m. m. ſ. ſ.
Ego Oddo presb. in hoc decretum m. m. ſ. ſ.
Ego Livius presbiter m. m. ſ. ſ.
Ego Andreas presb. in hoc decretum. m. m. ſ.
C *Ego Joannes presb. in hoc decretum. m. m. ſ. ſ.*
Ego Iſrael presb. in hoc decretum. m. m. ſ. ſ.
Ego Joannes presb. in hoc decretum. m. m. ſ. ſ.
Ego Mutinenſis diaconus in hoc decretum. m. m. ſ. ſ.
Ego Dominus diaconus, & primicerius S. Mutinenſis Eccleſiæ in hoc decretum non coacte, ſed ſponte m. m. ſ. ſ.
Ego Garoaldus presb. in hoc decretum. m. m. ſ. ſ.
Ego Mauritius presbyter. m. m. ſ. ſ.
Ego Sigifredus diac. in hoc decretum manu mea ſſ.
Ego Andreas diac. in hoc decretum manu mea ſſ.

Scripſi ego Florius Archipresbyter hoc privilegium conceſſionis ex juſſione D. Hildeprandi Epiſcopi, poſt roboratum complevi, & dedi.

Obtinuit autem Hildebrandus ab eodem Othone in favorem ſuæ Eccleſiæ privilegium quoddam Dat. Ferrariæ 14. Kalen. Aprilis anno 970. Exceſſit è vivis anno 992.

21. JOANNES ex Archidiacono Parmenſi, ſanctique Joannis Abbatis Parmenſis familiaris, ad XXIII
D hanc eandem ſedem aſſumptus eſt ann. 993. Eximiæ ſane pietatis vir, inque promovendis religioſis ordinibus profuſæ largitatis. Fundavit enim Mutinæ nobile S. Petri cœnobium ex Benedictina temperatione, ut in ſequenti inſtrumento perſpicue legitur.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Poſtquam omnium conditor me Joannem omnium ſacerdotum humillimum, atque ad ſacerdotalis officii culmen indignum ad tantum honorem, ad cuius minimam parte pertingere dignus non fui in ſancta Mutinenſi Eccleſia, cui Deo auctore deſervio, ſublimare dignatus eſt, ſæpe in animo cogitare cœpi, quia melius, quidve Deo dignius in eadem ſancta Eccleſia peragere valerem, quod diuturnis temporibus Chriſto Jeſu placere poſſet, meque unius talenti defoſſi torpore damnandum exiſtimans, ſi ager Dei meo aliquo non exuberaret commodo, tunc demum evolutis omnibus nihil Deo charius facere poſſe deliberavi, quam ſi in Eccleſia juxta civitatem Mutinam, ſita ad honorem beatiſſimi

Digitized by Google

Petri Apoſtolorum principis dedicata, cœnobium monachorum conſtruerem; ideoque omnibus Orthodoxæ fidei cultoribus notum ſit, quia idem opus Deo auxilium præbente facere ſtatui, & tam Imperatores, quam Reges, ipſoſque Duces, marchiones, & comites, omniumque majorum ſenatus præſentes ſcilicet, & futuros per trinum, & unum Deum, ſanctoſque omnes adjuro, & obteſtor, ut ea, quæ per præſentem paginam ſtatuo, & judico inconvulſa, & intemerata in perpetuum manere poſſint, conſilium, & auxilium præbeant, & ſi quis temerarius in aliquo rumpere tentaverit, omnimodis renitantur, & id fieri non permittant. Itaque cum conſenſu, & notitia omnium ejuſdem Eccleſiæ Canonicorum, ejuſdemque civitatis militum, & populorum in uſum, & ſumptum fratrum monachorum, qui in ſupradicto cœnobio beatiſſimi Apoſtolorum principis pro tempore famulati fuerint, habendum, atque fruendum conſtituo, & nominatim hoc eſt terram illam, cui eſt finis a ſeptentrione ſtrata Salecitana uſque in foſſa militaria, & ultra foſſam militariam illam terram, quæ eſt laborata per Gatemarium, ſeu cæteros homines ibidem laborantes uſque Cenoſam, ſive etiam foſſatum novum decurrens in ſupradictam militariam; ab occidente vero eſt rivus, qui jam prælibato novo foſſato exiens, decurrit uſque ad foſſam, quæ dicitur Mutina undique uſque ad pratum noſtrum Dominicatum cum introitu, & undique cum ejus legitimo exitu, ſeu cum decimis, atque offerſionibus, nec non & ſepulturis ibidem pertinentibus; inſuper etiam concedimus maſſaritiam unam, quæ eſt ſita in loco, qui dicitur Alciano, & eſt laborata per Stephanum, atque Martinum maſſarios. Hæc omnia ſupradicta in uſum, & ſumptum ſupradictorum monachorum conſtituo, & ſancio. Statuo quoque ut tot fratres in eadem congregatione maneant, quibus victus, & veſtitus ſufficere poſſit; Abbas quoque nullus per vim ingeratur; ſed ex eadem congregatione, qui melior ſecundum Deum viſus fuerit, præponatur, & ſi ibi talis inventus non fuerit, ex aliis monaſteriis exquiratur, qui ſecundum Deum, & regulam S. Benedicti eos regere ſatagat, & nihil unquam pretii pro ordinatione recipiatur, nemo unquam fratrum aliquid proprii habere tentet, ſed omnibus omnia ſint communia, nullus quoque pro obedientia mittatur, niſi quem gravitas morum & bonæ actionis converſatio probabilem reddit, ſed regulariter ſecundum inſtitutionem S. Benedicti vivant, & domum hoſpitalem habeant, ubi ſecundum morem hoſpites de decimis laborum ſuorum recipiant. Concedimus etiam ſupradicto cœnobio vineam unam juxta caſtrum vetus, quam tenet Reſtanius Gaſtaldio per precariam cum decima ipſius vineæ. Si quis igitur Epiſcopus, aut qualibet magna, parvaque perſona S. Petri Apoſtolorum principis cœnobium, quod nos Deo favente conſtruimus, aliquo in tempore infringere, aut diminorationem terrarum illius, quas nunc habere videtur, vel in futuro idem cœnobium acquiſiturum eſt, facere tentaverit, cum Anania, & Saphira, qui pretium ſuarum rerum Apoſtolis fraudaverunt, nec non & Juda Chriſti venditore partem habeat, & anathematis ultione percuſſus in hoc ſeculo, & in futuro maledictionem conſequatur æternam. Et ut hoc noſtrum teſtamentum omnibus clareat, & ſtabilem, & inconvulſum permaneat, manu propria firmantes diverſi ordinis clericis, nec non & laicis obtulimus roborandum. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti 996. Indictione nona.

Ego Joannes ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ indignus Epiſcopus huic inſtituto a me facto ſubſcripſi.
Ego Oddo archipresbyter ſubſcripſi.
Ego Sigifredus archidiaconus ſubſcripſi.
Ego Livizo presbyter . m. m. s. s.
Ego Dominicus presbyter . m. m. s. s.
Ego Andreas presbyter . m. m. s. s.
Ego Mutinenſis presbyter . m. m. s. s.
Ego Heribertus diaconus . m. m. s. s.
Ego Donejus presbyter . m. m. s. s.
Ego Andreas presbyter . m. m. s. s.
Ego Mutinenſis presbyter . m. m. s. s.
Ego Aribertus diaconus . m. m. s. s.
Ego Dominicus diaconus . m. m. s. s.
A *Ego Garoaldus presbyter . m. m. s. s.*
Ego Geminianus diaconus . m. m. s. s.
Ego Dominicus diaconus . m. m. s..
Ego Orſovertus diaconus . m. m. s. s.
Ego Joannes ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ diaconus hoc decretum ex juſſione D. Joannis S. Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopi libenter ſcripſi, poſtque roboratum complevi, & dedi.

Idem Joannes non contentus inſigne illud exædificaſſe cœnobium, ut illud etiam ex ſui Epiſcopatus opibus, atque fortunis, mirum in modum locupletavit, Mutinenſi ad id conſentiente clero, conditoque ejuſmodi ſequenti inſtrumento.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Joannes ſervorum Dei ſervus ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ divini muneris juvamine humilis Epiſcopus omnibus ſanctorum Dei Eccleſia fidelibus, præſentibus videlicet, & futuris perſpicuum, compertum, notumque eſſe volumus, qualiter interventu venerab. noſtrorum fidelium
B *ſacerdotum videlicet, ac levitarum, nec non & laicorum, Joannes S. Petri Apoſtolorum principis venerabilis Abbas ejuſdem Abbatiæ in ſuburbio ſitæ noſtram humiliter adjerit clementiam juſte obſecrans, & obnixe petens unanimis cum noſtris prædictis fidelibus, quatenus, ipſi Abbatiæ Deo favente a nobis initiatæ, terram, quæ huic inſtituto ſubter eſt annexa, concedere dignaremur. Nos autem pro Dei omnipotentis timore, Apoſtolorum principis Petri condigno honore, noſtræque remedio animæ, ac noſtrorum ſucceſſorum, piis petitionibus acquieſcere curavimus, non minima fidelitate debita proviſa quam plurimum conſiderantes, & omni animi intentione ſcilicet perſcrutantes, & vigili ſolertia penſantes, dignum duximus, ut ea, quæ ad ſanctorum petuntur utilitatem, hilari corde, & celeri mente ſunt offerenda. Itaque cum conſenſu, & notitia omnium ejuſdem ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ canonicorum, ejuſdem civitatis militum, & populorum in uſum, & ſumptum fratrum monachorum qui in ſupradicto cœnobio beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis pro tempore fa-*
C *mulati fuerint, habendum, atque fruendum conſtituo, & nominatim ſingula quæque obtuli, huic paginæ inſerere curavi, id eſt Dominicatum noſtrum de turri, vineas, & terram arabilem, quæ ad noſtram detineri videbatur manum. Statuimus etiam, ut ipſi noſtri homines de turri tam hi, qui nunc ſunt, quamque poſteri perpetim ibidem morantes ad opus, & juſſionem prædictorum fratrum jam dictas vineas vindemiare; concedimus etiam maſſaritiam unam in maſſa, quæ recta, & laborata fuit per Dominicum Melapelli; damus etiam eodem modo prædicto cœnobio molendinum unum ſupra civitatem Mutinam in loco, qui dicitur Carolinus, cum decem jugeribus de terra inter paludes, & ſylvas quinque ſupra ipſum molendinum, & quinque ſubtus cum acceſſione, & aquario ſuo. Adjuro namque, & obteſtor tam Imperatores, quam reges, quamque Epiſcopos, duces, marchiones, & comites, omneſque majorum ſenatus præſentes ſcilicet, ac futuros per trinum, & unum Deum, ſanctoſque omnes, ut ea, quæ per præſentem paginam ſtatuo, & judico, inconvulſa, & intemerata in perpe-*
D *tuum manere poſſint, & conſilium, & auxilium præbeant; & ſi quis temerarius in aliquo rumpere tentaverit, omnimodis renitantur, & id fieri non permittant, ideoque rata conſcriptione confirmantes quatenus noſtri ſucceſſores affectum noſtri pectoris, devotionemque perpendentes, quæ ſemel ſancto devovimus, & mancipavimus cœnobio, inviolata, atque illæſa permanere concedant, ut nobis quaſi inchoantibus, & illis perficientibus una ſit præmii merces, eademque regni cœleſtis retributio, illumque pariter beatiſſimum Apoſtolorum principem, cujus hæc ſunt digeſta amore, apud Deum obtinere mereamur interventorem, & nos, qui ſancimus, & hi, qui ſancita ſtabiliunt. Si quis igitur Epiſcopus, aut qualibet magna, parvaque perſona S. Petri Apoſtolorum principis cœnobium, quod nos Deo favente conſtruimus, aliquo in tempore infringere, aut diminorationem terrarū illarū, quas nunc habere videtur, vel in futurum idem cœnobium adquiſiturum eſt, facere tentaverit, cum Anania, & Saphira, qui precium ſuarum*

rerum Apoſtolis fraudavere, nec non & cũ Juda Chriſti venditore partem habeat, & anathematis ultione percuſſus in hoc ſeculo, & in futuro maledictionem conſequatur æternam. Ut autem hæc noſtra pagina certior cunctis pateat, & firmior in poſterum habeatur, manibus propriis confirmavimus.

Actum eſt autem anno Incarn. D.N.J.C. 998. D. vero Othonis Imperatoris III. Indict. XI. Præſulatus D. Joannis Epiſcopi V.

Ego Joannes ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ indignus Epiſcopus huic inſtituto a me facto ſubſcripſi.
Ego Sigifredus archidiaconus m.m. s.s.
Ego Oddo archipresbyter m.m. s.s.
Ego Andreas presbyter m.m. s.s.
Ego Mutinenſis presbyter m.m. s.s.
Ego Levizo presbyter m.m. s.s.
Ego Dominicus presbyter & vicedominus m.m. s.s.
Ego Garoaldus presbyter m.m. s.s.
Ego Dominicus diaconus m.m. s.s.
Ego Joannes presbyter m.m. s.s.
Ego Geminianus diaconus m.m. s.s.
Ego Joannes S. Mutinenſis Eccleſiæ diaconus hoc inſtitutum ex juſſione D. Joannis S. Mutinenſis Eccleſiæ Præſulis ſcripſi, poſtque roboravi, complevi, & dedi.

XXIV 22. VARINUS ex Primicerio cathedralis Mutinenſis Epiſcopus evaſit circa annum Domini 1003. Hic ſui prædeceſſoris in pietate colenda ſecutus veſtigia monaſterio S. Petri & ipſe multas opes donavit anno 1005.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Poſt quam omnium conditor me Varinum omnium ſacerdotum humillimum, atque ad ſacerdotalis officii culmen indignum ad tantum honorem, ad cujus minimam partem pertingere non fui dignus, in ſancta Mutinenſi Eccleſia, cui Deo auctore ſervio, ſublimare dignatus eſt, ſæpe in animo cogitare cœpi, quid melius, quidve Deo dignius in eadem ſancta Eccleſia peragere valerem, quod Jeſu Chriſto diuturnis temporibus placere poſſet, tunc demum evolutis omnibus, nihil Deo charius facere poſſe deliberavi, quam ſi monaſterium ſitum juxta Mutinam in honorem S. Petri Apoſtolorum principis aliquo meo ſublevarem commodo. Ideoque omnibus orthodoxæ fidei cultoribus notum ſit, qualiter venerabilis Joannes prædicti monaſterii Abbas noſtram humiliter adierit clementiam, quod omnia, quæ ei, ac ſupradicto monaſterio a meis prædeceſſoribus collata, ſimiliter conſentire, ac concedere dignaremur, quatenus idem opus Deo auxilium præbente ſub noſtro regimine fructificaret. Quapropter ea, quæ petiit, libentiſſime conceſſimus. Unde tam Imperatores, quam Reges, quamque Epiſcopos, duces, marchiones, & comites per unum Deum, ſanctoſque omnes adjuro, & obteſtor, ut ea, quæ a meis anteceſſoribus prælibato cœnobio conceſſa ſunt, & ea, quæ ex mea parte ei adjungo, per præſentem paginam ſtatuo, & judico, ut inconvulſa, & intemerata in perpetuum poſſint manere, conſilium, & auxilium præbeant, & ſi quis temerarius in aliquo rumpere tentaverit, omnimodis renitantur, & id fieri non permittant. Itaque cum conſenſu, & notitia omnium ejuſdem S. Mutinenſis Eccleſiæ canonicorum, ejuſdemque civitatis militum, ac populorum in uſum, & ſumptum fratrum monachorum, qui in ſupradicto cœnobio pro tempore famulati fuerint, habendum, atque fruendum conſtituo, ſeu confirmo, & nominatim hoc eſt terram illam, cui eſt finis a ſeptentrione ſtrata Salecitana uſque in foſſam militariam, & ultra foſſam militariam illam terram, quæ eſt laborata per Gademarium, ſeu cæteros homines ibidem laborantes uſque Canoſam, ſive etiam foſſatum novum decurrens in ſupradictam militariam, ab occidente vero eſt rivus, qui de jam dicto foſſato exiens novo decurrit uſq; in foſſam, quæ dicitur Muſina, undeque uſque ad pratum noſtrum Dominicatum cum introitu & undique ſectis legitimo exitu, cum decimis, atque offerſionibus, ſeu ſepulturis ibidem pertinentibus; donamus etiam dicto cœnobio campum unum continentem jugera octo ultra foſſam militariam, a ſolis ortu, & de ſubtus ipſo monaſterio habente a meridie, & ſera S. Geminiano; concedimus namque maſſaritiam unam, quæ eſt ſita in loco, qui dicitur Axiano, & eſt laborata per Stephanum, atque Martinum Maſſarios; inſuper concedimus ſupraſato cœnobio curtem unam, quæ dicitur Apiva, & caſtrum de Adiano cum omnibus ad ſupradictam curtem pertinentiis, ſcilicet Caſteluetrum cum vineis, pratis, ſylvis, terris, cultis, & incultis; concedimus etiam terram juxta caſtrum vetus, quam tenet Reſtanius Gaſtaldio per precariam inter vineatam, & arabilem, & prativam jugera quatuor cum decimis ipſius terræ: conferimus etiam prænominato cœnobio Dominicatum noſtrũ de turri cum omni integritate, id eſt terra arabili vineata cum fraſcario ſuper ſe habente. Statuimus etiam ut ipſi noſtri homines de turri, tam hi, qui nunc ſunt, quam poſteri perpetim ibidem morantes ad opus, & juſſionem prædictorum fratrum monaſterii jam dictas vineas, & terram excolere, & laborare debeant, & pro tempore ipſas vineas vindemiare; damus etiam prædicto cœnobio molendinum unum ſupra ipſam civitatem Mutinam in loco, qui dicitur Gajolinus, cum decem jugeribus de terra, quinque ſupra ipſum molendinum, & quinque inferius cum acceſſione, & aquario ſuo in maſſa: etiam donamus maſſaritias duas, unam quæ recta, & laborata fuit per Dominicum Malapelle, alteram, quæ laborata eſt per Joannem Leongni; hæc omnia ſupradicta in uſum, & ſumptum ſupradicti monaſterii fratrum conſentio, & confirmo. Denique nos rata conſcriptione hoc inſtitutum confirmantes, quatenus noſtri ſucceſſores affectum noſtri pectoris, devotionemque perpendentes, quæ ſemel ſancto devovimus, & mancipavimus cœnobio, inviolata, atq; illæſa permanere concedamus. Si quis igitur Epiſcopus, aut qualibet magna, parvaq; perſona S. Petri Apoſtolorum principis cœnobium, quod nos Deo favente confirmamus, & dono noſtro ſublimamus, aliquo in tempore infringere, aut diminutionem terrarum illius, quas nunc habere videtur, vel in futuro idem cœnobium Deo auxiliante acquiſiturum eſt, facere tentaverit, cum Anania, & Saphira, qui pretium ſuarum rerum Apoſtolis fraudaverunt, nec non & cum Juda Chriſti proditore partem habeat, & anathematis ultione percuſſus in hoc ſeculo, & in futuro maledictionem conſequatur æternam. Et ut hoc noſtrum teſtamentum omnibus clareat, & ſtabile, & inconvulſum permaneat, manu propria firmantes diverſi ordinis clericis, nec non & laicis obtulimus roborandum.

Actum eſt autem anno Dom. Incar. 1005. *Indict.* 3.

Varinus Chriſti miſericordia ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopus huic decreto a me facto ſubſcripſi.
Ego Sigifredus archidiaconus m. m. s. s.
Ego Oddo archipresbyter m. m. s. s.
Ego Viſevertus diaconus, & præpoſitus m. m. s. s.
Ego Dominus presb. & primicerius m. m. s. s.
Ego Modeneſus presbyter m. m. s. s.
Ego Cigardus presbyter m. m. s. s.
Ego Giſulphus judex ſacri Palatii, & advocatus ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ m. m. s. s.
Ioannes ſanctæ Mutinenſis Eccleſiæ levita hoc decretum juſſu domini Varini Epiſcopi ſcripſi.

Hanc ipſe donationem prædicto cœnobio confirmavit, additis aliis quampluribus bonis an. 1016. in quibus Savignani curtes fuit, quam olim Pipinus Rex S. Geminiano donaverat. Cæterum cum hujus Epiſcopi temporibus, in Mutinenſem diœceſim, atque Bononienſem exæſtuaſſet contagium, ac territorium illud compleretur funeribus, uterque Epiſcopus, Bononienſis ſcilicet, ac Mutinenſis impetrarunt a Nonantulano Abbate, ut Ss. Syneſii, & Theopompi inde extracta corpora ad ſalutem pereuntium circumferrentur; quod ubi factum eſt, abſceſſit lues, atque reſtincta, quaſi potentioribus armis victa ceſſiſſet.

Horum ſanctorum martyrum res geſtas legimus in pervetuſto membranaceo codice Abbatiæ Nonantulanæ, longe diverſas ab iis, quas Petrus de Natalibus lib. 5. cap. 35. recenſuit in catalogo: quorum initium, poſt præfationem, eorumdemque nominum interpretationem, eſt hujuſmodi: *Paſſio ſanctorum martyrum Theopompi Epiſcopi, & Theonæ, qui & Syneſii.* In fine vero: *Martyrizati ſunt autem*

bea-

beatiſſimi martyres Theopompus Epiſcopus, & Theonas, qui & Syneſius ſub Diocletiano impiiſſimo Imperatore anno primo perſecutionis ejus apud urbem Nicomediam pridie nonas Januarii, regnante vero Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per infinita ſecula ſeculorum Amen. Cujus vero civitatis Theopompus fuerit Epiſcopus, in actis non exprimitur, ſed tantum Nicomediæ ſub Diocletiana perſecutione paſſus dicitur, una cum Syneſio, quorum dies feſtus celebratur Nonantulæ 4. Januarii, quo die paſſi ſunt, de quibus Martyr. Rom. 21. Maji, & Baronius in notis, ubi perbelle demonſtrat haud potuiſſe Theopompum Nicomediæ Epiſcopum eſſe in Diocletiana perſecutione, cum temporum ratio parum conſentire videatur. Anthymus enim Nicomedienſis Epiſcopus, qui ſub Diocletiani perſecutione ob Chriſti confeſſionem martyrii gloriam capitis obtruncatione ſuſcepit, S. Cyrillo ejuſdem civitatis Epiſcopo ſucceſſit, ut teſtantur acta ſanctorum martyrum Indes, & Domnæ, quæ recitat Metaphraſt. 7. Kal. Julii, ex quo Lipom. 6. & Surius tom. 6. Porro in honorem Ss. Syneſii, & Theopompi quidam Coſmas Materienſis antè 700. annos hæc carmina cecinit, inſcripſitque ad Gregorium Nonantulanum monachum, inepta quidem, & ſine ſale, ſed Chriſtiana antiquitate redolentia, quæ ex eodem vetuſtiſſimo codice Nonantulano excerpſimus, dum ibidē Abbatis munere fungeremur.

Coſmas Matrienſis Gregorio Ligo.

Coſmas Gregorio Monacho dedit iſta benigno
Carmina levitico qui eluit officio.
Ob meritum magni Theopompi Præſulis almi,
Obque Syneſii, ſeu Theone tanei
Sæpius is celſam rogitavit namque catervam
Scribendi cauſam nos celebrare piam.
Mox operam dedimus. Græco de fonte Latinus
Murmuret ut citius geſta ſacrata pius.
Annuat ut Dominus nobis ſua munera Chriſtus;
Addat opem precibus, cœtus ovans Lygeus.
Salvet amor famulum Chriſti fideique peramplum.
Sufficiat proprium tempus in orbe probum.
Amen.

Coſmas Martyribus ſacris carmen dedit actus.
Gregorii precibus mente pia Japygus.
feliciter.

Contulit agminibus fratrum pia munera Chriſtus.
Orgia ferro Deus contulit agminibus.
Sumere plena roſis, at lipſana ſacra violis
Martyricis fertis, ſumere plena roſis.
Agmina ſunt Domini, nam rubra cruore ſuavi.
Sacra nidore poli, agmina ſunt Domini.
Martyriale decus, Theopompus ſplendet & artus.
Antula geſtat opus, martyriale decus.
Reddit opes magicis, liberato reſtibus atris.
Terſa Syneſi vis, reddit opes magicis.
Ymnidicos modulos, reboate lyges lapidoſos.
Reddite per campos, ymnidicos modulos.
Intulit en nitida vobis Nicomedia fulcra.
Bebrua dona ſua intulit en nitida.
Veſtibus athleticis, redimitos pangite notis.
Sit ſalus ut tectis, veſtibus athleticis.
Semper agens Itala, ſtomachum pagatque caterva.
Annua det jubila, ſemper agens Itala.
Cantica jam ſocii, roboemus hinc Theopompi.
Rata ſonent graphis, cantica jam ſocii.
Ordo boet cumuli, & nunc præit magne Syneſi.
Inclyta ſancto tui, ordo boet cumuli.
Suſcitat impietas decimam peſtem per eoas,
Chriſticolis machinas, ſuſcitat impietas.
Angit opum cupidus, tinctum Diocliti anus.
Rex violare genus, angit opum cupidus.
Multa ſibi ſtolidus nam fecerat Idola pravus,
Ethnita dans latius, multa ſibi ſtolidus.
Nil valuit nocuo cultu veneratus Apollo.
Dira Diana ſacro, nil valuit nocuo.
Eximius rutilans, adit at Theopompus & inſtans,
Deſtruit atra ſolans, eximius rutilans.
Iſta miſer macida, ſtant Idola vana nec alma.
Tota magis nocua, iſta miſer macida.
A Auctor & omnipotens Deus eſt, orbis ſola fingens,
Cuncta manu retinens, auctor & omnipotens.
Trinus honore jugi, ſobolis ſeu flaminis almi,
Vivit in arce poli, trinus honore jugi.
Spirat, & irradiat proprios, terris quoque mandat;
Germina cuncta novat, ſpirat & irradiat.
Rejice vana minax, cole jam pia votus & audax,
Effectuſque ferax, rejice vana minax.
Gaudeat ut dominus de te Deus inclyto Chriſtus,
O Dioclite mens gaudeat ut Dominus.
Rex ferus obſtupuit, quiſnam foret iſque requirit.
Iſta loquens timuit, Rex ferus obſtupuit.
Indit opem gregibus, Theopompus ſenes amandus,
Pontificem Bythinus, indit opem gregibus.
Rex furibunda vice, magicum boat hunc magis eſſe,
Et lacerat nocue, Rex furibunda vice.
Cuncta flagella piis ſpondit moribundaq; membris,
Indere dans ſcapulis, cuncta flagella piis.
Bella magus agitat, dum menſica duraque monſtrat.
Victus ad aſtra volat, bella magus agitat.
B Sumpſit enim Theonas, rudimenta perundas.
Martyrii metas, ſumpſit enim Theonas.
Ecce beate tibi, Præſul dedit alma Syneſi.
Nomino lege poli, ecce beate tibi.
Trutinat excidua, ſphera tauri membra perempta.
Et tua prorſus aqua, trutinat excidua.
Pavit amara pium, dulcem dedit affola guſtum.
Impia plaſta virum, pavit amara pium.
Angit amens oculum, Cæſar ſacri reparatum.
Inſpiciens origum, angit amens oculum:
Aſpera ſupplicia, ſtabilis Theopompus ad acta.
Pandit ovans tenua, aſpera ſupplicia.
Inde pius gladio jugulatus in æthera tuto
Geſtat amœna loco, inde pius gladio.
Vivit in arce nimis, Theonaſque Syneſius arvis.
Sat cataplaſtus equis, vivit in arce nimis.
Funera dum relevat Nicomedia plebs & adornat,
Ecce Nonanta micat, funera dum relevat.
Lygurici populi, vobis ſunt ecce patroni.
Jam venerate dati, Lygurici populi.
C Cantica ſacra Deo reſonet polus ordine trino.
Intonet omnis homo cantica ſacra Deo.
Trina manens maculas noſtras lavet alma poteſtas.
Expiet ipſa feras trina manens maculas.
Regna tuis famulis tribuens Deus annue votis.
Redde vicemque bonis, regna tuis famulis.
Amen.

Hymnum.

Celſum triumphum martyrum
Pangamus omnes annuum,
Devota mente maximum
Chriſto ferentes canticum.
Pſallamus at Theopompi
Mox bella, ſeu Syneſii
Virtutis acta lucidi,
Pro Regis alti muniis.
Hi namque vitæ gaudia,
Præſentis ac ſuavia,
Secli linquentes ardua
D Geſtant parata bravia.
Nam Rex prophanus Idolis
Impellit hos ut ſpurcidis
Litarent, nec flectit aris,
Tetris angit ſuppliciis.
Sed cuncta forti pectore,
Poſtquam flagella ſtrenue,
Chriſti vicerunt munere,
Tenent coronas fulgide.
Nos ergo fratres ſupplices
Poſcamus, ut nos utiles
Reddant ad hymnos cœlites,
Regnique dent participes.
Sit Trinitati gloria,
Sit laus, decus, victoria
Patri, ſeu Nato maxima,
Cum Pneumate per ſecula.
Amen.

23. VARINUS Ingonem excepit an. 1023. ut ex quadam ejuſdem donatione, ac confirmatione XXV.


erga monaſterium S. Petri eruitur facta anno 1025. præſulatus Ingonis ſecundo. Anno vero 1026. Giſla Regina uxore Corradi Imperatoris deprecante hujuſmodi ampliſſimum privilegium in favorem Mutinenſis Eccleſiæ obtinuit.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Conradus divina favente providentia Rex pacificus. Cum locis divino cultui mancipatis omnem opem congruam ferimus, & Regum morem decenter implemus, & id profuturum nobis ad æternæ remunerationis præmia capeſcenda veraciter credimus. Notum igitur eſſe volumus cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtriſque præſentibus ſcilicet, ac futuris, quia adiens per glorioſiſſimam, atque præexcellentiſſimam Giſlam Reginam, & dilectiſſimam conjugem noſtram ſerenitatem culminis noſtri venerabilis Ingo S. Mutinenſis Eccleſiæ Præſul, quæ eſt conſtructa in honorem S. Geminiani confeſſoris, atque Pontificis Jeſu Chriſti, obtulit obtutibus noſtris prædeceſſorum Regum noſtrorum auctoritates, & confirmationes, in quibus continebatur, qualiter prædicti anteceſſores noſtri per eorum auctoritates, ſive donationes ob remedium animarum ſuarum, omnes res prædictas, ſed etiam tam monaſteria, quam xenodochia, ſeu Eccleſias Baptiſmales, vel reliquas poſſeſſiones ex munificentia Regum, vel ducum, quam ea, quæ per donationes comitum, ſeu quorumlibet Deum timentium hominum, vel ea, quæ per emptiones, vel quemlibet contractum ad eandem Eccleſiam olim pervenerunt, aut in antea ibidem augere voluiſſet, firmum, & ſtabile permaneret, deprecatus eſt excellentiam culminis noſtri, ut non ſolum hoc noſtro auctoritatis præcepto firmaremus, verum etiam ſe, & prædictam ſedem ſub noſtra conſtitueremus defenſione. Cujus precibus faventes, moremque prædeceſſorum Regum ſequentes, hos noſtræ auctoritatis apices fieri juſſimus, per quos civitatem Mutinam a tribus milliariis in circuitu omnem diſtrictum, & placitum, & quicquid ibi jure Epiſcopii pertinet, videlicet paludes, ſylvas, aquas, aquarumque ductus, quæ ſunt poſita juxta idem Epiſcopium, his deſignatis lateribus, a mane foſſa currente in Tevedo, a meridie via, quæ pergit per ſylvam. . . . . . uſque in quarantinam, a ſero, & ſubtus ſtrata, & Plebe S. Nazarii in Albareto cum finibus ejus Sicla, & Scultenna præcurrente, & capella S. Clementis in Seſſa cum curte, & finibus ipſius curtis, unum caput in Panariam mittens, aliud in Siclam, & Plebem S. Vincentii in ſalceto cum omnibus eorum finibus uſque in Zenam pertinentibus, & Plebem de Sorbaria cum curte . . . . . . & majorem, & minorem, Plebem S. Petri in Siculo cum curte, & ſuis capellis fundatis in villa Rivaria, & plebem S. Mariæ in ſolaria cum ſuis capellis, & villis uſque in Panariam, cum omni decima, & proprietatem mediæ villæ uſque ad roborem ferratam, & omnia quæ pertinebant Lanfranco diacono Hinedulfi filio videlicet . . . . cum ſylvis, & paludibus cum trecentis ſexaginta, & ſeptem jugeribus, & curtem de maſſa uſque in Gambaram, & uſque in foſſam Muchena, & Videgoſo, uſque in campum ducis, & uſque in flumen . . . . a ſero vero uſque in foſſam Marcam, & capellam S. Fuſcæ in Blancario, & curtem S. Severi, a mane Flumiſcello . . . . . a meridie limite de Muſone, & terra de Lande cum ſylvis, paludibus, terris, vineis, & paſcuis, & Plebem S. Felicis in Mutia cum curte, & decimas omnium illarum villarum inter ſtratam petroſam percurrentem juxta Genam, & Blancariſe, & flumen Gena, Mutia, & Panaria, & decimam, quæ pertinet ad Plebem S. Felicis in Mutia cum curte, quæ his lateribus continetur, a mane villa, quæ dicitur Rojola, a meridie ſtrata, a ſero Geraida de ſubto limite, quæ dicitur la Ploppa, & curtem Genæ cum omni decima, & decimam integram de Plebe S. Cæſarii, & caſtellum de Bazano, & decimam de omnibus ibi habitantibus, & Rocch’am Clagnani, caſtellum Livizani cum curte, omnem decimam de Fanano, & Spilemberto, & Plebem S. Petri de Camillatio, & decimam de Campogaliano, & decimam de Lamiſe cum capella S. Mariæ & S. Martini, domos Papiæ cum capella; inſuper etiam quas res tenent, aut jure tenere deberent Præſules prædictæ Eccleſiæ, omnes in perpetuum confirmamus, pariterque etiam deprecatione ſua apud noſtram clementiam obtinuit, ut quicquid negligenter ſervi, aut chartulati, vel pertinentes ad eamdem ſanctam ſedem commiſerunt temporibus anteceſſorum ſuorum Epiſcoporum, nullam omnino inquietudinem prædictus Epiſcopus ſuis temporibus, nec advocatus Eccleſiæ patiatur: ſimiliter & petiit, ut omnes res, quas anteceſſores ſui in eadem Eccleſia acquiſierunt, & jure ipſius tenuerunt, præfato Præſuli, & ſucceſſoribus ejus abſque cujuslibet inquietudine, vel diminutione quieto ordine liceat poſſidere; inſuper etiam pro remedio animæ noſtræ eidem concedimus Eccleſiæ, ut ſicut res noſtræ proprietatis in quibuslibet locis per inquiſitionem manifeſtantur, ita res prædictæ Eccleſiæ per idoneos, ac veraces homines inquirantur, & ad pleniſſimam uſque deducantur juſtitiam, tam noſtris, quam etiam ſucceſſorum noſtrorum temporibus; nec non etiam concedimus eidem Eccleſiæ, ut deinceps ſervi, aut chartulati pertinentes ad eandem Eccleſiam nullum cenſum noſtræ parti ſub publico miniſteriali perſolvant, ſed liceat eis quieto ordine vivere, & ipſi ſuæ Eccleſiæ deſervire, nullus judex publicus, aut quilibet ſuperioris, aut inferioris ordinis Reipublicæ procurator ad cauſas judicario more audiendas in monaſteria, xenodochia, Eccleſiaſque baptiſmales reſideat, & homines, tam clericos, quam laicos, villas, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas aliquo in tempore in diverſis locis, aut territoriis noſtræ poteſtatis juſte, & legaliter tenet ad fenda, vel tributa exigenda, aut manſiones, aut paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ tam ingenuos, quam etiam ſervos ſuper terram commanentes deſtringendos, pignorandos, nec in hoſtem ducendos, nec jure cogendos, nec ullas redbibitiones, aut illicitas occaſiones requirendos, in quo eadem Eccleſia, ſibique ſubjecti aliquod injuſte patiantur incommodum, noſtriſque futuris temporibus quiſpiam tam temerarius exiſtat, qui id faciendi illicitam ſibi poteſtatem attribuere audeat. Concedimus eidem ſanctæ Mutinenſi Eccleſiæ, ſicuti ab antiquis anteceſſoribus noſtris Regibus loca, in quibus prædicta civitas conſtructa fuerat, per firmitatis ſuæ auctoritatem conceſſa, ita noſtræ auctoritatis præcepto firma, & ſtabilia permaneant cum cancellariis, quos perpetua, & jugi conſuetudine temporibus anteceſſorum Epiſcoporum prædicta Eccleſia de clericis ſui ordinis ad ſcribendos ſuæ poteſtatis libellos, & pothecarios habuit: & concedimus etiam ei vias, pontes, portas, & quicquid ex antiquo jure incolumi civitati de his regiæ auctoritati per procuratores Reipublicæ ſolvebatur. Idem ut ubicumque vias, pontes, portas in ſua terra habuerit, noſtra vice liberam capiendi debitum ex eis cenſum habeat poteſtatem, & liceat foſſata cavare, molendina conſtruere, portas erigere ſuper tria milliaria in circuitu Eccleſiæ, & civitatem circumquaque firmare ad ſalvandam, muniendam, & amplificandam ipſam ſanctam Eccleſiam, & aquam aperire abſque ulla publica contradictione, liceatque memorato Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus cum omnibus ſibi ſubjectis rebus, vel domibus ad ſe aſpicientibus, vel pertinentibus ſub tuitionis noſtræ defenſione quieto ordine degere, atque pro incolumitate noſtra, totiuſque Imperii a Deo nobis conceſſi, una cum clero, & populo ſibi ſubjecto Dei immenſam clementiam jugiter exorare. Contulit etiam prædictæ Eccleſiæ noſtra principalis exorata clementia, ut ſi populi malevola conſpiratio ad tollendas res Eccleſiæ per vada fuerit confirmata, ut teſtimonia, & advocationem ad juſtitiam capiendam Eccleſia invenire non valeat, & ex hoc adminiſtratores ſancti loci ſe reclamaverint, quod pro hujuſmodi cauſa juſtitiam Eccleſia habere non poſſit, ſi conſpiratorum adunata collectio commiſſum ſcelus negare, atque per ſacramentum purgare noluerit, liceat, pro ſuſpicione falſitatis Eccleſiæ adminiſtratoribus, ſi tamen voluerint, per pugnam alicujus Eccleſiæ hominis liberi rem divinis legibus prohibitam approbare, ſicque in omnibus Eccleſiaſticarum rerum cauſis de quibuſcumque legatis deſcriptioni tantum exorata fuerit lis ut pugna, aut teſtibus dirimenti-

bus,

bus, & pars Eccleſiaſtica ſuſpecta teſtimonia adverſæ partis pro prædicta conſpiratione, & pro . . . . dubitando habuerit, ſi fidens de juſtitia rectitudinis pugnam elegerit, quod ſibi eligit, hoc ei per hoc noſtræ firmitatis præceptum ad probandam ſuam juſtitiam, noſtra principali clementia conſentimus. Si quis vero contra hanc præceptionem auctoritatis noſtræ auſu temerario ire tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem eidem Eccleſiæ, & ut hæc auctoritas noſtris, futuriſque temporibus, Deo protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum D. Corra-  *di Sereniſſ. Regis.*

Ugo cancellarius vicedomini Aridonis Archiepiſcopi Moguntini, Archicancellarii recognovi.

Datum 13. Kal. Julii anno Dom. Incarn. 1026. Indictione 9. anno vero D. Conradi 2. regnantis 1.

Actum Cremonæ feliciter. Amen.

Hic Ingo apud Conradum Imperatorem maxime gratia valuit, cui ad inſtantiam Vidonis Taurinenſis Epiſcopi, omnia privilegia, a ſuis anteceſſoribus Mutinenſi Eccleſiæ dilargita prolixe confirmavit, ſub datum Coloniæ 7. Kal. Aprilis anno 1039. Hic idem Epiſcopus Bonifatio marchioni, Hetruriæque duci, Ricciardæque ejus uxori, jure precario, duas curtes conceſſit, alteram Clagnatum appellatam, quæ eſt Roccha cum clauſtris, & capella S. Michaelis, alteram S. Mariæ, a quo viciſſim duas alteras curtes dono acceperunt anno 1034. Protulit autem Ingo ætatem uſque ad annum 1037. Mutinenſiſque Eccleſiæ, quoad vixit, maximo uſui fuit.

XXVI 24. VIBERTUS ad eandem ſedem ſubvectus eſt anno 1038. Hic multas fortunas contulit in monaſterium S. Petri, annoque 12. Conradi Imperatoris de ſuorum Canonicorum conſenſu Bonifatio marchioni, ducique Hetruriæ conceſſit precario nomine, jureque emphyteutico, ejuſdemque virili ſtirpi, ſucceſſiveque nepotibus, ubi illi deficerent, tres curtes ſcilicet, Bazanum, Livizanum, Rocchamque S. Mariæ: viciſſim autem Bonifatius dicto Epiſcopo quinque loca attribuit, ſcilicet, Gavellum, Gandazetum, Plebaniam ad Pulinagum, itemque Peſani Plebaniam. Adfuit ſynodo Papienſi an. 1046 8. Kal. Novemb. ad favorem Epiſcopi Veronen. celebrato, ubi Vvibetus vocatur. Vibertus autem è vivis exemptus eſt an. 1054.

XXVII 25. HEREBERTUS Mutinenſis adlectus Epiſcopus eſt anno 1054. Huic Mutinam propemodum exciſam ex ſubjecto Henrici Imperatoris privilegio ſecundo anno, ex quo ad Epiſcopatum fuerat aſſumptus, poteſtas facta eſt reædificandi, augendi, & communiendi.

Henricus Romanorum Imperator Auguſtus. Cum Herebertus Epiſcopus S. Mutinenſis Eccleſiæ, & cives ejus noſtra adita præſentia expoſuerint ipſorum olim nobiliſſimam, atque antiquiſſimam urbem Mutinam prope deſertam eſſe, ex eaque re nobis, & noſtræ reipublicæ maximum detrimentum accedere, petieritque, ut eam nos ipſis reædificare, munire, atque augere concederemus, quo noſtris, & ſanctæ Eccleſiæ hoſtibus firmioribus viribus reſiſtere poſſent, ob eam rem nos juſtis eorum precibus obſequentes, cum id eis permittimus, tum vero etiam uſque uſum aquæ amnium Siclæ, & Scultemnæ Epiſcopo, & civitati concedimus, poteſtatemque alvei excavandi ad merces in Padum Venetias & Ravennam deferendas largimur, quin etiam Eccleſiæ, & civibus omnes rectas conſuetudines conſervamus, quas antiquitus habuerunt, modo ne Epiſcopi mutatio, aut alio modo, niſi per noſtram manum ſubrogatio fiat, niſi a Romano Pontifice legitime abdicetur.

Cæterum Herebertus Henrici Imperatoris par- A tibus, contra Gregorium VII. nefarie acceſſit: in cujus deinde gratiam an. 1083. cum Sigifredo Bononienſi, Cervienſique, aut, ut ſcribit Blondus, cum Tarviſino Epiſcopis, in die Palmarum in Antipapam inauguravit Gebertum Archiepiſcopum Ravennatem, cui Clementis III. fecere cognomen. Herebertus autem fato functus eſt anno 1094. Incertum an ſchiſmaticus, an reconciliatus Eccleſiæ.

26 BENEDICTUS ad eandem ſedem aſcendit anno 1095. Plura hic etiam S. Petri monaſterio donavit; ac poſt duos annos ſuæ adminiſtrationis obiit diem poſtremam 1097. XXVIII

27 ÆGIDIUS Benedicto ſubrogatus eſt anno 1097. qui vix duos annos in ea dignitate explevit. XXIX Etenim Mutinenſis ſedes vacabat 1099. in quo ipſo tempore novæ Cathedrali fundamenta jecere, ut inelegantia quædam carmina produnt in exteriore parte ejuſdem Eccleſiæ ſuffixa.

Dum Gemini cancer curſum conſcendit ovantis,
Idibus in quintis Junii ſub tempore menſis,
B *Mille Dei carnis monos centum minus annis,*
Iſta domus clari fundatur Geminiani.

Extat alia inſcriptio rudis, & inculta in exteriori parte abſidis ejuſdem Baſilicæ ad Prætorium vergentis, quæ tempus idem fundationis, & architecti nomen fabricæ oſtendit, quæ eſt hujuſmodi.

Ingenio clarus Lanfrancus doctus, & aptus
Eſt operis princeps hujus, rectorque magiſter.
Quo fieri cæpt t, demonſtrat litera præſens;
Anni poſt mille Domini nonaginta, novemque.

28. DODO Mutinenſis Epiſcopus 1106. Hic cum XXX Paſchali II. Pontifice, comitiſſaque Mathilda præſens fuit, cum S. Geminiani corpus è veteri in novam transferretur Baſilicam prid. Kal. Majas. Idem Pontifex poſtea eadem Mathilda præſente S. Geminiani conſecravit altare, pluribus indulgentiis a ſe exornatum: Mathilda vero eidem Dodoni, Mutinenſique Eccleſiæ oppidum Rocchæ S. Mariæ dono dedit, ut ex ſequenti diplomate perſpici poteſt.

Anno ab Incarnatione Domini 1108. de menſe Aprilis, Indict. I. C *Cum adeſſet domina Mathilda Dei gratia ducatrix, & comitiſſa in loco Gubernulæ, ibique D. Dodo Mutinenſis Epiſcopus, comes Albertus, & Ubertus frater ejus Araldus de Montelognano, Regemundus de Barle, Bernardus de Maginfredo, Roterchildus Avocatus, Azo de Mutina, Ubertus Preardengi, Albertus Bonusfilius Boni judicis de Nonantula, Maginfredus Cantellus, & alii plures, in eorum præſentia conceſſit, & dedit ſupradicta domina Mathilda Roccham, quæ nuncupatur S. Maria de Raſtello cum curte, & omnibus, quæ ad Roccham pertinere videntur, cum omni jure, quod ſibi pertinebat pro precaria ex parte Eccleſiæ S. Geminiani Dodoni Mutinenſi Epiſcopo prænarratæ Eccleſiæ S. Geminiani, ut habeat ipſe Dodo, & ſui ſucceſſores ab hac hora in antea, & faciant quicquid facere voluerint ſine omni contradictione infraſcriptæ D. Mathildæ, & ejus heredum, & hoc pro mercede, & remedio animæ ſuæ. Quod ſi ipſa, vel ſui heredes egerint, aut cauſaverint, & omni tempore exinde, tunc, & eo tempore quo non permanſerint,* D *tunc promiſit componere nomine pœnæ libras centum argenti optimi, & poſt pœnam ſolutam hæc promiſſio in ſua firmitate permaneat.*

Actum eſt in hoc loco Gubernula in præſentia ſupraſcriptorum bonorum hominum, & aliorum quam plurium feliciter. Amen. Ego Dominicus ſacri Palatii notarius ſcripſi, & ſubſcribendo complevi.

Cæterum Dodo, nobilibus de Avocatis emphyteutico jure conceſſit caſtellum Rocchæ S. Mariæ 1126.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Brevis recordatio ſecuritatis, atque firmitatis cauſa memoriæ profuturis temporibus, qualiter in præſentia, & teſtimonio bonorum hominum, quorum nomina hic ſubtus leguntur, D. Dodo Dei gratia Mutinenſis Epiſcopus inveſtivit Raynerium advocatum, & Guizardum, & Ubertum fratres filios domini Roterchildi advocati de Roccha S. Mariæ pro cuſtodia, eo videlicet modo, ut præd. cti fratres, & eorum heredes maſculini medietatem proficui habeant, &

præ-

prædictus D. Dodo Epiſcopus, & ejus ſucceſſores aliam habeant medietatem intus, & exterius: prædicti fratres nullam controverſiam, aut offenſionem Epiſcopo de medietate ſtudioſe facient, & ſi fecerint, & infra quindecim dies, ut res voluerit, non emendaverint, ſciant ſe compoſituros pœnam centum ſolidorum Lucenſium denariorum: & ſimiliter Epiſcopus, vel ejus ſucceſſores præfatam Roccham non debeant eis auferre ſine convicta culpa, & ſi abſtulerint, obligavit pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus componere eis libras denariorum Lucenſium quinquaginta, & poſt pœnam ſolutam pactio inter eos facta firma permaneat. Raynerius quoque, & Guizardus, atque Ubertus fratres obligaverunt pro ſe, & ſuis hæredibus feudum, quod habent a caſtro Galliani in Joſum unuſquiſque pro ſe partem ſuam, ſi non obſervaverint hoc, quod eidem D. Dodoni Epiſcopo jurejurando promiſerunt, quod videlicet jusjurandum hoc modo factum eſt. Raynerius, & Guizardus, atque Ubertus unuſquiſque pro ſe juravit fidelitatem D. Dodoni Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus catholicis de Roccha S. Mariæ; non erunt in facto, neque in conſilio, quod Epiſcopus Dodo, vel ejus ſucceſſores prædictam Roccham perdant, aut eis vetita ſit, & ſi perdiderint, eis recuperare juvabunt, & ipſi fratres, vel eorum hæredes nullum hominem in ipſam Roccham retinebunt ultra octo dies, poſtquam eis interdixerit, & guerram cum prædicta Roccha facient, ubicumque Dominus Epiſcopus, vel ejus ſucceſſores juſſerint, & hoc ſimiliter juraverunt, quod ipſi fratres, vel eorum hæredes præfatam Roccham in poteſtate D. Dodonis Epiſcopi, & ejus ſucceſſorum infra octo dies, poſtquam eos requiſierint, reddent. Hanc autem obligationem fecerunt præfatus Dominus Epiſcopus, & Raynerius, & Guizardus, atq; Ubertus in præſentia, & teſtimonio Guizardi de Nordilgo, & Azonis de Rolando, & Cervii, & Geminiani de Tardo.

Actum in urbe Mutina feliciter. Amen.

Prædictus D. Dodo Epiſcopus hoc breve fieri, & ſcribi rogavit an. Domini 1126. 6. Kal Novemb. Ind. 3.

Anno vero 1116. 18. Kal. Septembris Bononiæ interfuit dedicationi Oratorii D. Mariæ in Cœlum aſſumptæ in Monte. Anno 1122. a Vvaltero Archiepiſcopo Ravennate, S. Agnetis Ravennæ obtinuit Eccleſiam, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus ſubſerviturам. Denique ad hujus optimi Præſulis preces, Mutinenſis Eccleſiæ, hac ſequenti bulla, præfinivit confinia Callixtus II. ſummus Pontifex.

CALLIXTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.


Venerabili fratri Dodoni Mutinenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitime deſiderantium non eſt differenda petitio. Tuis ergo frater in Chriſto chariſſime Dodo Epiſcope precibus annuentes ad perpetuam ſanctæ, cui Deo auctore præſides, Mutinenſis Eccleſiæ pacem, ac ſtabilitatem præſentis decreti auctoritate ſancimus, ut univerſi Epiſcopatus fines quieti deinceps omnino, & integri tam tibi, quam tuis ſucceſſoribus conſerventur, qui nimirum fines his diſtinctionibus diſtenduntur, videlicet a terminis illis, qui Lucanum, & Piſtorienſem Epiſcopatus a Mutinenſi dividunt uſque ad flumen illud, quod appellatur Burana, & uſque ad terminum illum, qui vocatur Mutta, atque inde uſque ad illum terminum, qui Bononienſem Epiſcopatum, Mutinenſē a Regino diſcernunt; Eccleſiarum vero, quæ infra hos terminos continentur, conſecrationes, clericorum promotiones, decimas, & oblationes ſecundum ſanctorum canonum conſtitutiones tibi, tuiſque ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, præcipue in Plebe S. Mariæ de Bodriuntio, quæ eſt in curte Sici, & in capellis ejus, in omnibus Eccleſiis, quæ ſunt in caſtro, & in curte Solaria, & Plebe Roncaliæ, & in capellis ejus, in omnibus Eccleſiis, de Ponteducis, in Eccleſia de Camurana, in Eccleſiis de curte Curtiolæ, in Eccleſia de Scoplano, in Eccleſia S. Petri in Siculo, & in Eccleſiis quæ ſunt in caſtro, & curte Paciani, Leonenſi Abbatia, & in omnibus Eccleſiis, quæ ſunt in Plebe Rubiani; quæcumque præterea bona, quæcunque poſſeſſiones, quas in præſens legitime poſſidetis, vel in futurum largiente Deo, juſte, & canonice poteritis adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino Epiſcoporum facultas ſit infra prædictos confines ſine tuo, vel ſucceſſorum tuorum conſenſu Eccleſiam conſecrare, Chriſma conficere, aut clericos ordinare præter Eccleſias, & clericos de caſtro, & Burgo Nonantulæ; nulli etiam hominum liceat prædictam Eccleſiam perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur tam tuis, quam clericorum, & pauperum uſibus profutura. Sane de presbyteris, qui per parochias ad monaſteria pertinentes in Eccleſiis conſtituuntur, prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Urbani II. Papæ ſententiam confirmamus, ſtatuentes ne Abbates in Parochialibus Eccleſiis, quas tenent, abſque Epiſcoporum conſilio, presbyteros collocent, ſed Epiſcopi Parochiæ curam cum Abbatum conſenſu ſacerdoti committant, ut ejuſmodi ſacerdotes de Plebis quidem cura Epiſcopo rationem reddant, Abbati vero pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubjectionem exhibeant, & ſic ſua cuique jura ſerventur. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſve ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autē veſtræ Eccleſiæ juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Callixtus Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus.

Protulit ætatem Dodo uſque ad annum 1135. vitæque finem fecit.

29. RIBALDUS Mutinenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1136. Hujus Epiſcopi temporibus Eugenius III. Pontifex anno 1146. Mutinenſem civitatem dignitate Epiſcopali privavit, quod ejus cives XXXI
Nonantulanam Abbatiam contra Pontificis auctoritatem divexaſſent; tametſi brevi poſtea compoſitis rebus illam eidem, culpam fatenti, benigne reſtituiſſet. An. 1145. Moyſes Archiepiſcopus Ravennas S. Agnetis Eccleſiam a ſuo prædeceſſore Mutinenſi Eccleſiæ dilargitam illi confirmavit. An. vero 1148. ejuſdem mentio reperitur in multis contractibus, ut narrat Selingardus Quamobrem non ſatis video, unde eruere potuerit Nicolaus Paſchalinus Alidoſius, Gerardum Mutinenſem Antiſtitem anno 1145. ad Bononienſem Epiſcopatum fuiſſe translatum.



30. ILDEBRANDUS Bononienſis, è nobili gente Graſſorum, diaconus Cardinalis Eugenii III. XXXII.
Mutinenſis Epiſcopus adlectus fuit anno 1154. Hic Epiſcopus factus ſumma cum laude prudentiæ Mutinenſes, Bononienſeſque diſcordantes pacificavit: ita Mutinenſes tabulæ. Cæterum Ildebrandum aut brevi deceſſiſſe oportuit, aut eo munere libentem, volentemque abiiſſe, cum ejus ſucceſſor reperiatur anno 1157. Sub Alexandro III. Pontifice munere legationis functus eſt, ut affirmat Sigonius, ut Inſubriæ populos contra Fridericum fœdere ſociaret, 1173. Itaque Apoſtolicus legatus deceſſit Vicentiæ

1178.

1178. Alidoſius in libro de Viris Illuſtribus Bononien. narrat hunc Ildebrandum è Guarina gente fuiſſe; ac Joannem quemdam Bononienſem regularem Canonicum ex Mutinẽſi Epiſcopo ad Bononienſem tranſiiſſe Eccleſiam 1160. Hunc haud negaverim potuiſſe præeſſe Bononiæ, ſed Mutinenſem fuiſſe Epiſcopum, nemo temporum peritus affirmaverit. In veraciſſimis etenim monumentis Mutinenſis Eccleſiæ reperitur Henricum Mutinenſibus jus Divinum dixiſſe an. 1157. vixiſſeque uſque ad annum 1173. (A)

XX XIII. 31. HENRICUM proxime Ildebrandus excepit anno 1157. Qui ab Friderico Imperatore in favorem ſuæ Eccleſiæ ampliſſimũ obtinuit privilegium 1160 ſub datum Papiæ, quod hic exſcribẽdum curavimus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Quoniam divina favente gratia ad culmen Imperii, & totius regni gubernacula promoti ſumus, eadem gratia inſpirante, dignum fore duximus Eccleſias divino cultui mancipatas, & earum poſſeſſiones, & jura ſub noſtra protectione ſuſcipere, & juſtis perſonarũ petitionibus eiſdem Eccleſiis deſervientium annuere. (B) *Inde eſt, quod venientem ad noſtra Imperialis curæ clementiam, & noſtræ majeſtatis præſentiam dilectum, & fidelem noſtrum Henricum Eccleſiæ Mutinenſis venerabilem Epiſcopum ſolita clementia, & honorificentia recepimus, atque univerſa regalia Mutinenſis Eccleſiæ nova, & vetera olim per reges & Imperatores eidem Eccleſiæ rationabiliter conceſſa prædicto venerabili Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus, & ſpeciali privilegio eidem Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus concedimus, ut in univerſis rebus Eccleſiæ ſuæ vindicandis nulla præſcriptio objiciatur, neque de præterito, id eſt ante tempus hujus privilegii, neque in futurum.*

Datum apud Papiam in Palatio, Idibus Februaris anno 1160. ab Incarn. Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Conventui celebrato Cremonæ ſub Adriano IV. Pontifice interfuit anno 1158. Mutinenſique Eccleſiæ Alexander III. bona, decimaſque confirmavit, inque ejus favorem cavit, ne quis deinceps aut templa, aut oratoria in Mutinenſi diœceſi excitaret, (C) inconſulto Henrico. Sacrarium nobili ſupellectili ditavit anno 1172. deceſſitque 1173.

XX XIV. 32. UGO defuncto Henrico ſucceſſit 1174. Qui Gerardi Archiepiſcopi Ravennatis donationem cœnobio S. Laurentii dilargitam ſubſcripſit, ex Rubeo in hiſtoria Ravennati. E vivis exemptus eſt 1178

XXX V. 33. HENRICUS ad eandem ſedem aſſumptus 1178. obiit diem poſtremam 1179.

XX XVI. 34. ARDITIUS ejuſdem ſedis Antiſtes 1179. eodem anno reperitur ſubſcriptus Lateranenſi concilio ſub Alexandro III. Cum autem Lucius III. Pontifex ad concilium, quod ipſe celebraturus erat, proficiſceretur Veronam, atque ex itinere Mutinam veniſſet exoratus a Gerardo Ravennate Archiepiſcopo, Arditioque Mutinenſi, atque ejuſdem civitatis conſulibus novam S. Geminiani Cathedralem ſolemniter dedicavit, oſtenſo populo S. corpore, pluribuſque conceſſis indulgentiis, ut extra muros Eccleſiæ tabula marmorea prodit. Adhuc ſedebat Arditius, cum ampliatæ, auctæque Mutinæ (D) novos circumdedere muros 1188. è vivis Arditius exemptus eſt 1195. („ *Anno 1191. ſubſcripſit Privi-* „ *legio Henrici VI. pro Eccleſia Regienſi.*)

XX XVII. 35. ÆGIDIUS (1) ad eundem thronum ſubvectus eſt anno 1195. Quem Henricus VI. Imperator in quodam ſuo diplomate dat. anno regni ſui 26. Imperii 5. Siculi vero regni 1. appellat Principem ſuum. Hic Epiſcopus inveſtivit Canonicos Mutinenſis Eccleſiæ de ſeptem conviviis in unoquoque anno, quæ prædictis canonicis Epiſcopus Mutinenſis conſuevit præſtare cum omnibus aliis juribus conſuetis. Innocentius autem Pontifex Ægidium, eidemque commiſſam Eccleſiam protegendam ſuſcepit, ejuſdem Epiſcopatus confinia ſtatuit an. 1202. idemque Pontifex eidem Epiſcopo literas dedit, ut omni provocatione ſuppreſſa manifeſta crimina caſtigaret cleri- (A) corum, ſub lit. dat. anno 2. ſui Pontificatus. Tranſtulere deinde Ægidium ad Archiepiſcopatum Ravennatem an. 1206. Aſſerit Paſchalinus hunc Ægidium è Garzonia gente fuiſſe Bononienſem.

36. MARTINUS Mutinenſis Eccleſiæ Præſul declaratus eſt anno 1207. Ad hunc ſcribit Innocentius III. cap. cum de diſtrib. de temporibus ord. & c. fin. de ſpons. duo, & cap. tuas de uſuris. Anno vero 1220. Fridericus Imperator Martinum, Mutinenſem Eccleſiam, ejuſque clerum hoc ſubjecto condito Diplomate protegendos ſuſcepit. XXX VIII

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex, Imperator Auguſtus, & Rex Siciliæ, univerſis regno noſtro ſubjectis, tam præſentibus quam futuris, ad quos literæ iſtæ perveniunt, gratiam ſuam, bonam voluntatem. Cum a noſtra ſerenitate petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam ordo rationis, quam vigor exigit æquitatis, ut illud debeamus effectui mancipare. Eapropter notum vobis facimus, quod nos attendentes merita, & grata obſequia, quæ nobis, & progenitoribus noſtris dilecti (B) *fideles noſtri Martinus Epiſcopus, & capitulum Mutinenſe exhibuerunt fideliter, & devote, Eccleſiã, Epiſcopum, capitulum, & univerſum clerum Mutinenſem cum omnibus bonis ſuis tam Eccleſiaſticis, quam paternis ſub noſtra, & regni noſtri protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut de cætero nulla civitas, nullum commune, nulla perſona magna, vel parva dictam Eccleſiam, & Epiſcopos ipſos, capitulum, & clerum in rebus ſuis, vel perſonis præſumat aliquatenus moleſtare. Quicumque autem hujus noſtræ protectionis violator extiterit, indignationem regiæ majeſtatis, & pœnam quingentarum Marcarum argenti ſe noverit penitus incurſurum, medietatem cujus cameræ noſtræ, & medietatem injuriam patienti decernimus exhiberi.*

Datum in caſtris apud Rhenum V. Nonas Octobris Indict. IX. MCCXX.

De Martino ſic citatus catalogus. *Idem Epiſcopus conſtituit poteſtatem in Caſtro Vineolæ, qui juſtitiam faciat hominibus dicti caſtri. Idem etiam Epiſcopus* (C) *fecit congregari homines de Sabiniano in Eccleſia S. Mariæ dicti caſtri, & dixit, quod volebat ordinare, quod Poteſtas dicti loci eſſet de civitate Mutinæ, & de ſuis vaſſallis, & elexit dominum Guidonem de Gagio, qui fuit confirmatus ſine aliqua contradictione. Et cum Abbas S. Benedicti diœceſis Brixienſis oneratus eſſet debitis, obtinuit ipſe Abbas ab Epiſcopo Cremonenſi Apoſtolicæ ſedis legato facultatem alienandi res immobiles dicti Monaſterii pro ipſis debitis exſolvendis, qui Abbas nomine Honeſtus vendidit Martino Epiſcopo Mutinenſi cum conſenſu Monachorum dicti monaſterii totam curtem S. Vincentii prope caſtrum de Badiano, qui Abbas, & conventus poſtmodum conceſſerunt dicto Epiſcopo in perpetuum dicta Eccleſia S. Vincentii, reſervato ſibi cenſu duarum librarum ceræ annuatim. Hoc Epiſcopo ſedente deſtructum fuit caſtrum appellatum Pons ducis, quod erat Epiſcopi, per Mutinenſes, & Bononienſes, expellendo e Ferraria Salinguerram, qui contra fidem datam vexabat Aldebrandinum. Quo caſtro deleto, Mutinenſes ex eo campanam retulerunt,* (D) *quæ in Turrim D. Geminiani ſubvecta ejus occentu nonam diei horam populo indixerunt. Poſt fabricatam Baſilicam, de qua ſupra, cum defeciſſet nobilium lapidum materia, exhauſtis jam ſoli Mutinenſis penitioribus fere viſceribus, ac propileum, ſeu porta Baſilicæ regia, quæ ſpectat ad forum, penderet imperfecta, de anno 1209. hoc Epiſcopo regnante divino quodam miraculo inventa, atque effoſſa fuit in ſuburbano vico ſalcieto ea marmorum copia, quæ ad integram ſtructuram operis abunde ſuffecit. Per ea tempora ædificata fuit Eccleſia s. Pauli Mutinæ.*

Poſtremo Martinus Epiſcopus è vivis deceſſit anno 1221. („ *Quo anno ejus habetur memoria in edicto* „ *Friderici Cæſaris de Terra Comitiſſæ Mathildis,* „ *quod refertur à Baluzio in Miſcel. tom. 1. pag. 451.*)

37. GVILLELMUS a è Sabaudia Honorii III. Pontificis Vicecancellarius, ab eodem Pontifice Mutinenſis XXX IX.

a De eo fuſe Oldoinus ad Ciacon. 1. a. p. 210.

(1) Hic Ægidius juſſu Lucii III. S. Floriani reliquias in Poloniam attulit anno 1184. ut advertit Oldoinus in Ciaconium tom. 1. pag. 1113. Nota verò, quod in hac tranſlatione à poſteris ſcriptoribus per quamdam prolepſim appellatur Epiſcopus Mutinenſis, cum nonniſi X. poſt annum ad eam ſedem pervenerit. Vide Acta Ss. Maii. tom 1. p. 467.

tinenſis Antiſtes adlectus eſt anno 1222. ab eodem Honorio conſecratus. Cum enim poſt exceſſum Martini clericalis Senatus abiiſſet in partes, quarum altera Orlandinum de Gumbula vocavit ad ſedem, altera Manfredum de Piis Epiſcopum declaravit, Pontifex ſedaturus ambitioſum æſtum, utriuſque electione reprobata, Guillelmum de Sabaudia, virum utique doctiſſimum, inconſulto Ravennate Archiepiſcopo, Epiſcopum ordinavit. De quo ſæpe citatus Catal.

Ipſe Guillelmus, dum eſſet Epiſcopus, impediebat canonicos, ne haberent equum, quem prima vice equitabat, cum revertebatur a conſecratione; quæ controverſia cum delata fuiſſet ad Archiepiſcopum Ravennatem, ipſam commiſit duobus commiſſariis, qui laudaverunt, ut infra videlicet.

In Chriſti nomine Amen. A nativitate ejuſdem 1223. Indictione XI. die martis octavo exeunte Januario. Magiſter Jacobus de Bragantiis doctor Theologiæ, præſente Magiſtro Nicolao canonico Placentino doctore decretorum conſentiente, ita dixit: Cauſa, qua vertebatur inter capitulum Mutinæ, & D. Gulielmum Mutinenſem Epiſcopum ſuper equo, quem equitavit, cum primo intravit civitatem, quando venit a conſecratione ſua, nobis commiſſa fuis de aſſenſu partium a D Symeone Archiepiſcopo Ravennate, tenor cujus commiſſionis talis eſt.

Symeon non ſuis meritis S. Ravennatis Eccleſiæ Archiepiſcopus, dilectis in Chriſto filiis, Magiſtro Jacobo de Bragantia doctori Theologiæ, & Magiſtro Nicolao doctori decretorum ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Conqueſti ſunt nobis Præpoſitus, & capitulum Mutinæ, quod cum habere debeant ex antiqua conſuetudine equum ab Epiſcopo Mutinenſi, quando dictus Epiſcopus primo intrat civitatem Mutinæ poſt conſecrationem ſuam, & in iſtius juris poſſeſſionem vel quaſi poſſeſſionem ſe eſſe firmiter aſſerant, Magiſter Guillelmus Vicecancellarius quondam domini Papæ, quem ipſi canonici dicunt eſſe Epiſcopum Mutinæ, ſicut ex eorum literis percepimus, dictum equum eis denegat exhibere, & licet nobis videatur inconſuetum, & extra rationem, & ſatis extraneum, quod aliquis ſit in Eccleſia Mutinenſi conſecratus Epiſcopus ſine conſcientia noſtra, de cujus electione, confirmatione, & conſecratione, & inthronizatione. nihil nos, vel Eccleſia Ravennatenſis præſenſit, volentes etiam dictis Præpoſito, & canonicis, quos ſincera diligimus charitate in omnibus, quibus poſſumus deferre, cauſam ſuper prædicto equo prudentiæ veſtræ committimus audiendam, mandantes vobis, ut vocatis ante præſentiam veſtram, quos videtis evocandos, audiatis eã, & eã fine debito decidatis; facientes, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eoſdem compellatis veritati teſtimonium perhibere. Dat Argentiæ 3. Kal Octobris, Indict X.

Petebat enim Sigigus presbyter S. Marci, Syndicus capituli Mutinenſis pro ipſo capi hunc modum.

Vobis judicibus delegatis ab Archiepiſcopo Ravennæ ſcilicet D. Jacobo de Bragantiis Magiſtro Theologiæ, & Nicolao Magiſtro decretorum. Conqueror ego Sigigus presbyter S Marci ſyndicus capituli Mutinenſis pro ipſo Capitulo, & ejus nomine de D. Gulielmo Epiſcopo Mutinenſi, contra quem ago, petens ab eo, ne debeat me pro capitulo, & ipſum capitulum inquietare in perceptione equi, quem equitavit, quo cum primo venit ad Palatium poſt conſecrationem, & ne debeat me, & Capitulum prohibere, quo minus apprehendam, vel apprehendere poſſim poſſeſſionem prædicti equi, & ut debeat mihi pro capitulo, & ipſi capitulo facere copiam apprehendendi poſſeſſionem prædicti equi, & ne per poſſeſſionem prædicti equi apprehenſam, me, & capitulum in poſſeſſionem prædicti equi debeat inquietare, dicens me pro capitulo, & ipſum capitulum eſſe in poſſeſſione, vel quaſi juris percipiendi, & habendi equum, quem ipſi Epiſcopi Mutinenſes, qui pro tempore fuerunt, & erunt, equitant, & equitare conſueverunt, & equitabunt, cum primo veniunt ad Palatium, vel venerunt poſt conſecrationem, & de his juſtitiam pete. Facta litis conteſtatione coram vobis ſuper iſta petitione per prædictum ſyndicum, & Gerardum actorem & procuratorem D. Gulielmi Mutinenſis Epiſcopi, factis poſitionibus ab utraque parte, receptis teſtibus, & probationibus utriuſque partis, auditis allegationibus eorum, utraque parte poſtulante, ut ad ſententiam procederent, habito prudentium, & ſapientium virorum conſilio dictum Gerardum actorem domini Epiſcopi, & per ipſum D. Gulielmum Epiſcopum Mutinenſem condemnamus, ne debeat dictum ſyndicum, & capitulum prohibere, quo minus apprehendat poſſeſſionem prædicti equi, & ut debeat pro capitulo, & ipſi capitulo facere copiam apprehendendi poſſeſſionem prædicti equi, & ne poſt poſſeſſionem prædicti equi apprehenſam ipſum ſyndicum, & capitulum in poſſeſſionem prædicti equi debeat inquietare.

Actum in Eccleſia S. Geminiani Mutinæ præſentibus presbytero Joanne capellano canonicorum, presbytero Martino de S. Marone, Alberto Mori de S. Victo, Rodulfino de Situla, Guizardo Munarolo, Sarazone ſerviente domino Rolandino di Gomola, Janello. qui moratur cum magiſtro Artinſio, Guidoto de Adiano ſerviente D. Jacobo canonico.

Ego Gerardinus Zucchelli notarius interfui, & rogatus ſcripſi.

Idem Epiſcopus recuſabat præſtare canonicis illa ſeptem convivia, quæ quotannis præſtari ſolebant ab Epiſcopo Mutinenſi, & de quibus inveſtiti fuerãt ab Ægidio Epiſcopo. Res delata fuit ad arbitros cõmuniter electos, qui laudaverunt, ut infra videlicet.

In Chriſti nomine.

Anno 1231. Indictione 4 Nos D. Albertus Papienſis, & D. Ubertus de Bonacurſio legum doctores arbitri electi a D. Gulielmo Mutinenſi Epiſcopo pro ſe, & ſuo Epiſcopatu ex una parte, & capitulo Mutinenſi ex alia, ſcilicet a D Archipresbytero Joambono, & a D Albertino magiſtro ſcholarum, & a D Petro de Fruida, & a D Manfredino pro ſe, & aliis canonicis abſentibus ſuper quæſtione, quæ diutius inter prædictos fuerat agitata, ſuper eo, quod capitulum petebat a prædicto D. Epiſcopo, tam in ejus abſentia, quam in præſentia ipſius Epiſcopi dicto capitulo ſeptem convivia in Palatio miniſtrari, cum prædictæ partes fuerint in concordia, quod prædicti arbitri viderent inſtrumentum, quod eſt penes capitulum de dictis conviviis, & interpretarentur, ſi deberent habere dicta convivia, tam in præſentia, quam in abſentia dicti Domini Epiſcopi, & continetur in inſtrumento facto per manum Bonifacii notarii filii quendã Aſpectati, habita diligenti deliberatione, viſo etiam inſtrumento, quod erat penes capitulum præſente D Giberto Mutinenſis Epiſcopi Vicario, & præſentibus prædictis de capitulo, & pro capitulo dicti arbitri in concordia, & in ſcriptis dixerunt, & pronuntiaverunt, & interpretati fuerunt, quod prædicta ſeptem convivia præſtare debeat prædictus dominus Epiſcopus Mutinenſis canonicis Mutinæ tam in abſentia, quam in præſentia dicti domini Epiſcopi, prout Epiſcopi Mutinæ præſtare conſueverunt prædictis canonicis, præſentibus teſtibus D. Zacharia de Balugola, D. Lanfranchino ejus fratre, D. Henrico de Balugola. Joanne de Balugola, Bonifacio Aſpectati, die ſabbati XV. intrante Martio.

Huic Epiſcopo Honorius III. concedit facultatem abſolvendi ſcholares ſtudentes Mutinæ, qui ſe leviter, & ſine livore percuſſerint. Diploma datum eſt anno ejus octavo, ex quo colligitur publicum ſtudium tunc temporis viguiſſe Mutinæ. Fridericus Imperator huic Epiſcopo ratificat privilegium patris ſui Henrici conceſſum Epiſcopo Mutinenſi, ut non teneatur jurare de calumnia, & præſcriptio niſi centenaria non poſſit ejus Eccleſiæ opponi. Idem Epiſcopus ab eodem Friderico petiit, ut liceret ſibi reædificare caſtrum Pontis ducis in diœceſi ſua poſitum, & ad jus Epiſcopatus pertinens, a Mutinenſibus, Ferrarienſibus, aliiſque dirutum, qui Fridericus mandavit Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ut videlicet ei concederet prout in litteris deſuper confectis, quæ ſunt hujuſmodi tenoris.

Fridericus Dei favente gratia Imperator,
& Rex Siciliæ.

Dilecto Principi ſuo venerabili Magdeburgenſi Archiepiſcopo comiti, & totius Lombardiæ legato gratiam, & omne bonum. Venerabilis Mutinæ Epiſcopus fidelis noſter Celſitudini noſtræ per nuncium ſuum, & literas attentius ſupplicavit, ut quia caſtrum Pontis ducis in diœceſi Mutinæ poſitum ſpectans ad jus, & proprietatem ipſius à Ferrarienſibus, Mutinenſibus, & aliis civibus funditus eſt deſtructum in gravem ipſius Eccleſiæ injuriam, & jacturam, illud reædificandi, & cunctos homines reducendi in ipſum, præſtare licentiam dignaremur: quare devotioni tuæ du-

ximus committendum, mandantes quatenus ſuper hoc juramento, quod cum honore Imperii, & indemnitate ipſius Eccleſiæ procedendum videris, ſic procedas, & inde ſtatuas, quod juſte noveris expedire, faciens, quod ſtatueris, per bannum Imperiale auctoritate noſtra firmiter obſervari.


Datum Catanea die XIX. Martii, XII. indictionis.

Idem Fridericus poſtmodum dedit liberam facultatem ipſi Epiſcopo reædificandi dictum caſtrum, ut apparet in literis deſuper confectis in ſubſcriptione notariorum. Innocentius III. miſit hunc Epiſcopum una cum Petro Rothomagenſi Epiſcopo, & Gulielmo Abbate S. Facundi ad ipſum Fridericum, ut pacem cum eo componerent. Scribit Cromerus libro 8. hiſtoriarum ſuarum, quod cum Sventopoclus dux bello armiſque promptiſſimus plurima Theutonicis eripuiſſet, Gulielmus Epiſcopus Mutinæ Apoſtolicus legatus effecit, ut illa reſtitueret, pacemque cum Theutonicis firmaret. Cromerum refert Thomas Stapletonius Anglus in ſuo tractatu de magnitudine Romanæ Eccleſiæ libro 2. capite 1. Sub hoc Epiſcopo, & cum ipſo fuit concordata controverſia, quæ pendebat coram Epiſcopo Bononienſi inter Epiſcopatum Mutinæ ex una, & commune ejuſdem civitatis ex altera ſuper juriſdictione per tria milliaria in circuitu ejuſdem civitatis, tam in civilibus, quam in criminalibus, & ſuper aquæductibus Siclæ, & Sculteinnæ, & aliis, ut in inſtrumento deſuper celebrato de an. 1227. Idem Epiſcopus de anno 1223. inveſtivit nobiles de Balugola de Roccha S. Mariæ, ut in documento deſuper confecto apparet hujuſmodi ſub tenore.

In Chriſti nomine 1223. Indictione XI. die 7. exeunte Martio. D. Gulielmus nunc Epiſcopus inveſtivit D. Campiolum Joannis de Balugola, D. Guizardum Ziroldi, & D. Favivanum Tavivani de Balugola recipientibus pro ſe, & omnibus aliis de Balugola, qui dominantur pro D. Epiſcopo in Roccha S. Mariæ, & in eius Curia, & de ipſa curia, & de omnibus juriſdictionibus, & uſantiis, quas dicti domini, & eorum maiores habuerunt, & tenuerunt a domino Epiſcopo Mutinenſi, & ſuis ſucceſſoribus ubicunque in Epiſcopatu Mutinæ, & ſecundum quod eorum patres habuerunt, & tenuerunt, & pro hac inveſtitura dicti domini nobiles nomine ſuo, & nomine aliorum de domo ſua jurarunt fidelitatem ſupradicto domino Epiſcopo contra omnes perſonas dictum Dominum Epiſcopum in Roccha S. Mariæ moleſtantes, præſentibus teſtibus vocatis, & rogatis D. Bonifacio de Raiebaria, & Rolando Callegario de Roccha, Guidone, Gulielmo de Zeado, & aliis.

Ego Bonaccbus de Roccha notar. rogatus ſcribere ſcripſi.

Ad proferendam vero Chriſtianam fidem Guillelmus ſub eodem Pontifice Honorio legatione functus eſt in Pruſſiam, Livoniamque, ubi mirificos de devicta Idololatria triumphos retuliſſe narratur. Quamobrem Innocentio III. Honorio III. Gregorioque IX. charus in paucis evaſit. Porro ſub IX. Gregorio Mutinenſi munere volens abivit an. 1233. Quem poſtea Innocentius IV. Epiſcopum Cardinalem Sabinenſem adlegit. Lugduni fato functus eſt 1251. Ibique ſepultus eſt apud Fratres Dominicanos. De quo vide ſupra in Sabinenſ. Epiſcopis.



XL. 38. ALBERTUS Boſchettus a nobilis Mutinenſis, Prædicatorii Ordinis alumnus, filius Gerardi potentiſſimi civis, ea ſanctimoniæ laude florebat, ut ex ceſſione Guillelmi, populo, cleroque Mutinenſi acclamante ad hanc ſedem ſubvectus ſit 1234. 3. Non. Aprilis, atque a Pontifice Romano confirmatus: inauguratus fuit 3. Id. Junii ejuſdem anni univerſa civitate lætante. Tametſi autem Albertus omni pietate, atque ſollicitudine Eccleſiam ſibi creditam ſuſcepiſſet regendam, cum tamen in ea periculoſa tempora incidiſſet, in quibus noxioſiſſimæ illæ Gibellinorum, Guelforumque factiones regnabant, cum gente ſua a Gibellinis victoribus, Fridericique Imperatoris fautoribus e ſua civitate, ſedeque deturbatus eſt, ſeſeque recepit Bononiam. Itaque IX. Gregorius indignatus ad facinus Mutinæ ſacris interdixit, cumque poſtea cum Hentio Friderici ſpurio filio Sardiniæ Rege Bononienſes Cæſarianos fregiſſent, Mutinamque interdicto innodatam cinxiſſent obſidione, obſeſſiſque aut pereundum foret, aut ab obſidentibus ſcriptis conditionibus parendum, Albertus tametſi exul, ut cum perturis æquioribus legibus ageretur, omni ſtudio, pietateque contendit. Quod cum feliciter ſane cecidiſſet, ipſe cum gentibus ſuis in patriam Eccleſiaſticis cenſuris exſolutam remigravit, cum Innocentii IV. Pontificis Octavianus Cardinalis Ubaldinus legatus eſſet anno 1251. Cæterum Albertus Innocentium IV. Pontificem à Lugdunenſi concilio revertentem magnifice excepit hoſpitio, ab eodemque judiciariam delegatam poteſtatem accepit cognoſcendi, judicandique injurias, quas Archiepiſcopo Ravennati Ariminenſes ſolebant inferre. Plura templa reſtauravit, ſuoſque Dominicanos, tum & Franciſcanos, Eremitanoſque S. Auguſtini Mutinam introduxit, fovitque. Idem Albertus an. 1256. Indict. 14. die Jovis ſecundo intrante Martio ſuper oblationibus S. Geminiani decretũ fecit tenoris hujuſmodi.

a De eo Sanſovinus de Familiis Italiæ, & Fontana in Theatro Dominicano.

Nos Albertus miſeratione divina Mutinenſis Epiſcopus pias prædeceſſorum noſtrorum conſuetudines cum Mutinenſi capitulo, & ejus voluntate, & conſenſu expreſſo videlicet cum Joanne Archipresbytero, Vidino Præpoſito, D. Bartholomaeo de Boſchettis, D. Godo, D. Franciſco de Foliano, D. Jacopino Tancolini Eccleſiæ Mutinenſis canonicis ad preces, & inſtantiam dilecti noſtri Ubaldini maſſarii domus, & operis S. Geminiani humiliter, & devote ſupplicantis diligenter, & unanimiter attendentes, præcipue in iis, in quibus ſpeciali prærogativa obſequii B. Geminiani patroni noſtri fabricæ virorum, ac mulierum longinquam perſpeximus devotionem certis temporibus, ac diebus hactenus honoratam, nec non & in præſentiarum ſtudioſa devotio eorundem decorant, & decorat, affectione multimoda provocamur hujuſmodi conſuetudines approbare. Quapropter mandamus, & firmiter ſancimus, ut de cætero nuncii fabricæ memoratæ dumtaxat cujuslibet anni ſeptimana, quæ dicitur ſancta, & illa ſeptimana, in qua evenire contigerit omnium ſanctorum feſtivitas, eleemoſynas, & grata ſubſidia libere percipiant, excluſis tam de Eccleſiis, quam de aliis locis civitatis, & diœceſis Mutinæ Quæſtuariis univerſis. Inſuper volumus, & mandamus, ut ſecunda feria cujuslibet menſis, in qua majoris Eccleſiæ campana pulſare contigerit pro calendis, campana aliqua eadem die alibi in mane non pulſetur pro populo convocando, & ſicut in prædictis duabus ſeptimanis, ita & in hujuſmodi ſecundis feriis omnes Quæſtuarii, & quicumque alii, vel aliquibus eleemoſynas petere vellent cum tobalea, ſeu panno in diſco, aut ſine diſco, ſive cum literis cujuſcunque remiſſionis per Maſſarium fabricæ, vel per ejus nuncios de Eccleſia penitus expellantur auctoritate noſtra, collecta, ſi quam tunc fecerint, nihilominus ſpolientur in utilitate dictæ fabricæ convertenda. Hæc autem omnia ſub pœna excommunicationis præcipimus obſervari, & de omnipotentis Dei miſericordia, & meritis beatiſſimæ Virginis Mariæ, nec non & glorioſiſſimi Geminiani Patroni noſtri confiſi, omnibus, qui prædictis diebus eleemoſynas prædictæ fabricæ de bonis propriis largiuntur, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia in domino miſericorditer relaxamus. In hujus autem rei evidentiam pleniorem juſſimus huic paginæ noſtrum ſigillum

ap.

appendi, & dictum Capitulum ſuum ſimiliter ſigillum juſſit appendi, & præſens ſcriptum manu propria roborari jubemus.

Actum Mutinæ in Epiſcopali Palatio præſentibus, & rogatis dominis Magiſtro Gerardo Archipresbytero Bononienſi, doctore decretalium, Raynerio Archipresbytero de Albareto, Bonaventura clerico S. Thomæ de Lama, & Alberto Crivellario.

Ego Petrus notarius quondam Bonifacii Aſpectati filius interfui, & præcepto dicti D. Epiſcopi, & voluntate, & conſenſu dicti capituli Mutinæ rogatus ſcripſi.

Floruit Alberti temporibus B. Gerardus Rangonius ex Ordine S. Franciſci. Deceſſit autem Albertus plenus meritis anno 1264. Cui omnium juſtiſſimæ lachrymæ parentarunt tamquam ſanctitatis laude præſtanti. Gentis Boſchettæ ſcutum fere bipartitum, ſex faſciis miniatis in campo argenteo deorſum, ſurſum cœruleum.

XLI. 39. MATTHÆUS è nobiliſſima Piorum familia Cathedralis canonicus, Præpoſituſque S Georgii de Sanazeto, decedenti Alberto ſubrogatus eſt anno 1264. Sanctimoniæ anteceſſoris propior æmulus. Senſit & Matthæus ex ruina partium plura incommoda, ac præcipue in ſeditione illa inſigni, qua Mutinenſes Guelphi, adjuvantibus Florentinis, Gibellinos obſtinatiſſimis per multos annos animis exegerunt, anno 1264. die 14. menſis Septembris. Quem civilem æſtum ut aliquando tandem ſedaret, nihil omiſit Matthæus, quod ad probum, piumque Paſtorem poſſe facere videretur. Qui demum inveteratæ probitatis apud concives ſuos tantæ fuit auctoritatis, ut Piis, Gibellinarum partium anteſignanis, exactis magna ex parte viſus eſt reſtinxiſſe odia. Vixit Matthæus uſque ad annum 1280. atque cum ſecunda optimi Paſtoris fama exceſſit è vivis. Fundavit, ædificavitque xenodochium Saiſarum, ut vocant, in curte S. Petri in Inſula. Matthæo defuncto, capitulum ad electionem proceſſit, qui cum in partes ſeſe diviſiſſet, una Hugolinum Boſchettum poſtulavit in Præſulem, altera Manfredum de Præſulibus Archipresbyterum de Bajona Mutinenſis diœceſis elegit. Hugolinus poſt paucos menſes viam univerſæ carnis ingreſſus, Manfredus electioni ceſſit. Nicolaus III. Papa Epiſcopum Firmanum adlegit, qui transferri ad hanc Eccleſiam renuit, pauloque poſt Nicolao defuncto, Martinus IV. de plenitudine poteſtatis ſequentem Arditium ſublimavit ad ſedem, ut habetur in Reg. Vatic.

XLII. 40. ARDITIUS Mediolanenſis, e nobili Comitum familia, cum legum peritiſſimus eſſet, Romanæque curiæ advocatus, atque Mediolanenſis Eccleſiæ Primicerius, ad Mutinenſem ſedem aſcendit anno 1281. 10. Kal. Januarii, ex Reg. Vaticano Epiſt. 118. fol. 36. anno 1. Eccleſiaſticam libertatem impenſe defendit. Quamobrem auctor fuit aliquot decreta Mutinenſis ſenatus contra Eccleſiaſticam libertatem abrogandi antiquandique, unde a Latino Urſino Cardinali Inſubriæ Legato anathema ignominioſe retulerat; ſed agente Arditio, & ſuæ Eccleſiæ libertas illibata permanſit, & violentis legibus abrogatis cenſuras Eccleſiaſticas ſenatus excuſſit. Mediolanum deinde Arditius profectus eſt, ubi deceſſit 1286. ſepultuſque apud Eccleſiam S. Laurentii Majoris. Mitram auro, gemmiſque diſtinctam, cum argenteo paſtorali baculo, Mutinenſi Eccleſiæ ex teſtamento legavit; Philippo ejus ſucceſſore excipiente legatum.

XLIII 41. BARTHOLOMÆUS Boſchettus nobilis Mutinenſis, filius Simonis, patriæ Epiſcopus adlectus eſt anno 1286. brevis Pontifex fuit, ut Sanſovinus, atque Paninus, de quo nulla in Regeſtis Apoſtolicis habetur mentio. Fides penes ipſos eſto.

XLIV 42. Fr. PHILIPPUS ex Ordine Minorum in humanis, diviniſque literis nobiliter eruditus ad Mutinenſem clavum admotus eſt anno 1287. atque 8. die Decembris ſui Epiſcopatus iniit poſſeſſionem. Hujus Epiſcopi temporibus, hoc eſt anno 1289. Mutinenſes Gibellinorum Guelforumque attriti bellis ſequeſtribus Philippo Lanfranco Rangonio, Vidoneque de Vidonis Opizzoni Ateſtino ſe dederunt, qui juratus civitatem ſuſcepit regendam, tuendamque. Falluntur autem Pigna, ac Leander Albertus, cum narrant, per Vidonem Mutinenſem Epiſcopum Principem Ateſtinum Mutinam ſuæ ditionis feciſſe, cum per illud tempus Philippus viveret, ut recte Selingardus de Epiſcop. Mutinenſib. Deceſſit autem hic optimus Præſul. anno 1290.

43. JACOBUS in Mutinenſi ſede florebat 1290. XLV.
fuitque ſuperſtes uſque ad annum 1311. Ejuſdem Jacobi tabulæ extant ad favorem fratrum Eccleſiæ S. Donini Mutinæ in hæc verba.

Jacobus miſeratione divina Mutinenſis Epiſcopus.

Dilectis ſibi in Chriſto fratri Laurentio de Picicoctis Priori loci, & Eccleſiæ S. Donini Ordinis S. Auguſtini civitatis Mutinæ, & fratribus dicti loci, & Eccleſiæ, eorumque ſucceſſoribus ſalutem, & in Domino pœnitentiam fructuoſam. Paſtoralis officii diligentia prophetico docetur oraculo errantem ad ſemitam reducere veritatis; ait enim ſuo vaticinio Hieremias, ſi ſeparamus precioſum a vili, quaſi os Domini erimus. Sane veſtra nobis exhibita petitio hanc ſeriem continebat. Frater Laurentius de Picicoctis Prior loci, & Eccleſiæ S. Donini civitatis Mutinæ Ordinis S. Auguſtini, & ipſi fratres, & capitulum dicti loci ſignificant ſanctitati veſtræ propter longam abſentiam fratris Vetuli Prioris quondam dicti loci, & propter longam infirmitatem, & debilitatem ejuſdem, ipſe locus ad tantam deſolationem devenit, & fratres ſæpe dicti loci ad tantam ſunt deſolationem prolapſi, quod niſi opportuno eis, & ſalubri remedio conſulatur eiſdem, vix tam ſpiritualiter, quam temporaliter adjicient, ut reſurgant; & idcirco dictus frater Laurentius Prior, & fratres dicti loci ſuper pluribus excogitantes remediis, ut ipſorum provideretur ſtatui, & ſaluti, & in eis, & in ipſo loco reformaretur honeſtas, & regularis obſervantia impleretur, omniſque diſſolutionis, & vagationis tolleretur materia, deliberaverunt, habito conſilio ſapientum, ſeipſos, & locum prædictum cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Ordini fratrum Eremitarum S. Auguſtini tradere, & transferre, cum non videant, nec cognoſcant, quod per aliquem alium modum ita bene eorũ ſtatus valeat reformari. Quare ſupplicant idem Prior, & fratres, & petunt a benignitate veſtra, quatenus ſuper præmiſſis animarum eorum, & corporum de ſolita veſtra pietate compatientes eiſdem ſeipſos, & dictum locum S. Donini cum omnibus juribus ſuis mobilibus, & immobilibus, privilegiis, indulgentiis, & gratiis per quancumque perſonam ipſi loco, & fratribus ejuſdem loci conceſſis, prædicto ordini fratrum Eremitarum tradendi, & transferendi licentiam dignemini concedere, & conſenſum, eximendo ipſum locum S. Donini, & omnia ejus, ac etiam Priorem, & fratres ejuſdem loci ab omni lege juriſdictionis, & diœceſana, ut in omnibus eadem exemptione gaudeant, immunitate, privilegiis, & gratiis & indulgentiis, ac conſuetudinibus, quibus locus, & ordo ſupradictorum fratrum Eremitarum de Mutina noſcitur congaudere. Inſuper ex nunc benedicere primarium lapidem ac ipſum lapidem benedictũ tradere Velitio Priori fratrum Eremitarum prædictorum, & eidem committere, ut ipſum lapidem ponere poſſit, & Eccleſiam cum cœmeterio conſtruere, ubicunque decreverint ſupradictus Prior, & fratres Eremitæ S. Auguſtini de Mutina a dicto loco S. Donini infra uſque ad ſtratam publicam inter circam, & foveam civitatis, non obſtante alicujus perſonæ contradictione, quæ veſtræ juriſdictionis exſiſtat. Conceſſionem autem hujuſmodi, & licentiam taliter concedere, & roborare velitis, ut perpetuam habeat firmitatem. Quare nos conſiderantes, quod juſtis petentium deſideriis non eſt denegandus aſſenſus, & attendentes, quam precioſum eſt in obſervantia regulari deſervire omnium conditori, & quam vile eſt religioni obnoxios pati, & religionem ſubire deſolationem, ac diſſolutionibus laſcivis, & vagationibus inhærere, decrevimus veſtram hujuſmodi petitionem admittere, ut quod precioſum eſt, ſeparemus à vili, & errantem ad ſalutis ſemitam reducamus. Igitur præfatam petitionem veſtram ſuper ea deliberatione habita diligenti admittentes benigne tradendi, & trans-

ſerendi vos, ipſumque locum S. Donini cum omnibus Juribus ſuis mobilibus, & immobilibus, privilegiis, gratiis, & indulgentiis per quamcunque perſonam ipſi loco, & fratribus ejuſdem loci conceſſis ordini fratrum Eremitarum ſupradictorum vobis de conſilio fratrum noſtrorum, & conſenſu videlicet canonicorum & capituli Mutinenſis licentiam tenore præſentium exhibemus, & ipſi traditioni, & translationi noſtrum infraſcriptum aſſenſum, eximentes vos, ipſum locum S. Donini, & omnia jura ipſius, ac etiam Priorem, & fratres ejuſdem loci ab omni lege juriſdictionis, & diœceſana, decernentes, ut in omnibus, & per omnia idem locus S. Donini, idemque Prior, & fratres, & bona dictorum fratrum, & loci eadem exemptione, libertate, & immunitate gaudeant, nec non & privilegiis, gratiis, & indulgentiis, & conſuetudinibus, quibus locus, & ordo ſupradictorum fratrum Eremitarum de Mutina in omnibus noſcitur congaudere. Pro qua quidem licentia, & aſſenſu, ac etiam exemptione, traditione, & translatione decernimus in ſignum confutatæ proprietatis, & ad indicium veſtræ perceptæ plenariæ libertatis per vos veſtroſque ſucceſſores præſtari annuatim debere nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, & Epiſcopatui Mutinæ in feſto S. Geminiani, vel infra ejus octavam duas libras ceræ nomine cenſus. Inſuper primarium lapidem per nos benedictum ex nunc præſentialiter damus, & tradimus Priori conventus prædictorum fratrum Eremitarum de Mutina plenam, & liberam poteſtatem, concedentes eiſdem, ac ſuper hoc vices noſtras ſibi totaliter committentes ipſum lapidem ponendi pro Eccleſia, & cœmeterio conſtruendis, ubicunque prædicti Prior, & fratres Eremitani Ordinis S. Auguſtini decreverint a dicto loco S. Donini infra uſque ad ſtratam publicam interCircam, & foveam civitatis, non obſtante conditione alicujus perſonæ noſtræ juriſdictionis, ſalvo, & reſervato monaſterio S. Euphemiæ civitatis Mutinæ cenſu unius libræ ceræ, & novem denariorum Mutinæ parvorum, quem vos eidem monaſterio conſuevistis, & tenemini reddere annuatim. In cujus rei majus teſtimonium, & evidentiam pleniorem hoc præſens publicum inſtrumentum noſtri ſigilli, & ſigilli capituli Mutinenſis appenſione fecimus communiri, & ſubſcriptione noſtrorum canonicorum & Mutinæ Capituli roborari.

Actum in Epiſcopali Palatio Mutinæ anno Domini a nativitate ejuſdem 1292. Indict. V. die Sabbati 12. menſis Julii, præſentibus teſtibus dominis Joanne Archipresbytero Plebis de Montibus, Bennate de Pulixina, Gulielmo Guidoto, Franciſco filio D. Uguzoni de Boccalatis, Alberto filio D. Aegidii quondam domini Marci de Ferraria.

Ego Bartholomæus de Barillariis Notarius, & ſcriba dicti vener. Patris prædictis omnibus interfui, & de mandato ſupraſcripti Rever. Patris ſcripſi, & publicavi.

Et ego Bonincontrus Archipresbyter Eccleſiæ Mutinenſis prædictis omnibus interfui, & conſenſi, & ad majus teſtimonium manu propria me ſubſcripſi.

Ego Pilus Guerræ canonicus Mutinæ interfui, & conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Ubertus de Bobio canonicus Mutinæ interfui, & conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Barnabæus de Boſchettis canonicus Mutinæ interfui, & conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Jacobus de Canzolino canonicus Mutinæ interfui, & conſenſi, & præſenti manu mea ſubſcripſi.

Ego Cynthius canonicus Mutinæ interfui, & conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Bonadamus de Boſchettis canonicus interfui, & conſenſi, & præſenti manu mea me ſubſcripſi.

Ab eodem Epiſcopo Jacobo fuit concordata quæſtio, & controverſia, quæ vertebatur inter illos de Balugola ſuper palafreno Epiſcopi, & ſuper equo, & armis facientis duellum. Tabulæ hujuſmodi compoſitionis ſunt infraſcriptæ, videlicet.

In Dei nomine.

Anno ejuſdem nativitatis 1291. Indictione 4. Mutinæ in camera D. Epiſcopi, die Jovis 4. menſis Januarii præſente D. Conforto de Barbarino judice, D. Federico de S. Marco, D. Bernardo de Balugola, Anſelmino, & Franciſco Munegato familiaribus D. Epiſcopi, & D. Jacobino de Mombaranzono teſtibus rogatis, & vocatis. Cum hoc eſſet, quod venerabilis Pater D. Jacobus Dei gratia Epiſcop. Mutinenſis inveſtiſſet de jure feudi dominos de Balugola de feudo antiquo, quod ipſi, & ſui prædeceſſores tenuerunt ab Epiſcopatu Mutinæ, & nunc tenent, videlicet de Palafreno, quem habere debent ab Epiſcopo, quando primo conſecratus intrat civitatem, & de feudo, & de cuſtodia camporum, & duellorum, de qua cuſtodia habere debent ſeptem libras Imperiales, & unum Imperiale, & equum, ſi equeſter fieret duellum, & arma ſuccumbentis ſeu deteriorem partem habentis, & de omnibus, & aliis feudis antiquis, quæ legitime oſtenderint habere debere, ita quod non ſit cõtra formã ſacramẽti ipſius domini Epiſcopi, ſecundum partes contingentes unumquemque ipſorum, prout de prædictis omnibus plenius continetur in quodam inſtrumento ſcripto ſub milleſimo ducenteſimo nonageſimo, indictione tertia die XX. menſis Novemb. manu mea Beumati de Puliſma notarii ipſius D. Epiſcopi; & D. Lanfranchinus filius quondam D. Pipioni de Balugola coram prædicto venerabili Patre D. Jacobo Dei gratia Epiſcopo Mutinenſi peteret ſententiari, & pronunciari quartam partem dictorum feudorum palafreni, duellorum, & armorum, denariorum, & equorum, & ſi equeſter fieret duellum, & aliorum feudorum antiquorum, quæ acquiſiviſſet, ac etiam jure feudi inveſtitus fuit Zacharias filius quondam D. Franciſci de Balugola, ad ſe pertinere, ac etiam ab ipſo D. Epiſcopo inveſtiri, petitioni cujus contradicebat Franciſcus D. Zachariæ de Balugola, dicens patrem ſuum non potuiſſe alienare prædictam quartam partem, & petens etiam ſibi debere fieri inveſtituram de prædicta quarta parte prædictorum feudorum, & hoc dicebat cum auctoritate D. Jacobini de Mombaranzono dati ſibi . . . . unde prædictus D. Epiſcopus auctoritate, qua fungitur, viſis inſtrumentis, & rationibus utriuſque partis, volens prædictam quæſtionem, & diſcordiam ſedare, ſententiavit, & pronunciavit, ac etiam jure feudi inveſtivit cum annulo, quem ſuis tenebat in manibus, prædictum D. Lanfranchinum recipientem pro ſe, & filiis ſuis maſculis, & legitimis tantum, et heredibus ab eo deſcendentibus de duabus partibus quartæ partis prædictorum feudorum, & ipſum Franciſchinum recipientem pro ſe, & ſuis filiis maſculis, & hæredibus, & legitimis tantum ab eo deſcendentibus de tertia parte prædictæ quartæ partis prædictorum feudorum, ita quod per hanc ſententiam, ſeu pronunciationem, & inveſtituram non intelligatur aliquid innovatum de feudo Rocchæ S. Mariæ . . . . . & juriſdictionis ipſius Rocchæ in præjudicium ipſius D. Lanfranchini, & præcepit utrique parti, ſcilicet prædicto D. Lanfranchino, & prædicto Franciſchino, præſente D. Jacobino ejus curatore, & ſuam auctoritatem præſtante, & conſentiente, quod prædictam ſententiam, & pronunciationem, & inveſtituram debeant ſibi ad invicem ratam, & firmam habere, & tenere, & in ullo contrafacere, vel venire ſub amiſſione ſuæ partis feudi prædicti, & ſub obligatione omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum, quod ad dictum D. Epiſcopum, & Epiſcopatum deveniat in præſenti: & ego Beumatus de Puliſma notarius D. Epiſcopi ſupradictis ſcripſi, & præſens fui, & rogatus fui.

Idem Epiſcopus cõfirmavit Inſtitutiones plurium hoſpitalium diœceſis Mutinenſis, videlicet de an. 1292. confirmavit inſtitutionem hoſpitalis Terræ Finalis, & de anno 1297. approbavit inſtitutionem hoſpitalis de Montexio, & de anno 1298. confirmavit inſtitutionem hoſpitalis caſtri S. Felicis, & de eodem anno approbavit inſtitutionem hoſpitalis in loco, ubi dicitur Vianova, qua itur Carpum, & tandem de anno 1302. approbavit inſtitutionem hoſpitalis de Aquareto. Hoc ſedente Epiſcopo floruit Nicolaus de Mattarellis Mutinenſis juriſconſultus celeberrimus, cujus ſcripta in jure civili magno non ſolum famæ ipſius, & noſtræ civitatis detrimento, ſed etiam gravi omnium ſtudioſorum jactura deperdita ſunt; licet aliqui aſſerant, neſcio qua ratione

ducti,

Digitized by Google

A ducti, ſcripta ipſa in civitate Lucæ aſſervari. Hic egregius doctor hiſce temporibus, dum Patavii publice jura civilia interpretaretur, vocatus a civibus ſuis ad reformandum civitatis ſtatum, quæ ſe in libertatem vindicaverat, Mutinam venit, ubi ſtatum ipſius Reipublicæ una cum aliis ad id deputatis optime reformavit.

XLVI 44. BONADAMUS Boſchettus, ex Canonico cathedralis Epiſcopus evaſit Mutinenſis anno 1311. Hic cum ob ſingularem morum probitatem omnibus charus eſſet, geſtiente præ lætitia populo, inaugurationem, obtentique Epiſcopatus poſſeſſionem accepit. Viennenſi Concilio ſub Clemente V. interfuit, reverſumque ad Eccleſiam ſuam, Gibellini victores cum ejus gentilibus, Rangoniiſque Mutina expulerunt circa finem ejuſdem anni 1311. Itaque ob nefarium factum idem Clemens horrendo anathemate notavit contumaces, honoreque civitatis Mutinam ſpoliavit. Poſtquam autem Bonadamus remigravit in patriam, ibi deceſſit 1314. Fallitur autem Sanſovinus, cum affirmat hunc deceſſiſſe an. 1318. B die 28. menſis Januarii: etenim hoc ipſo anno 1314. Mutinenſis ſedes vacua erat; ſequenti vero anno Bonincontrus electus eſt ex deceſſu Bonadami, ut ex diverſis Eccleſiæ Mutinenſis monumentis perſpicue eruitur.

XLVII 45. BONINCONTRUS è Floriano in Mutinenſibus collibus amœno oppido, cum eſſet Archipresbyter cathedralis, vicariuſq; Raynaldi Archiepiſcopi Ravennatis, capitulique Mutinenſis ex deceſſu Bonadami procurator, in concilio ibi celebrato, clericali toto applaudente ſenatu, Mutinenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1315. vir ſuo ſeculo ſingulari doctrina inſignis. Mutinam fratres Carmelitas introduxit. Deceſſit autem anno 1318. 5. Kal. Februarii, inque cathedrali ſepultus eſt. Poſt Bonincontri autem exceſſum, clericalis ſenatus, diſciſſis ſtudiis Matthæum de Gorſano Priorem S. Jacobi de Columbario, ac Vidonem de Guiſcis elegit, cujus poſtremi electionem Joannes XXII. Pontifex ratam habuit, vt videre eſt in lib. proviſionum Prælatorum.

XLVIII 46. VIDO de Guiſcis Epiſcopus Mutinenſis, electus, & confirmatus eſt anno 1318. Celebris illorum temporum juriſconſultus, ut prodit Joannes Andreas, qui plures quæſtiones ab eo diſputatas protulit. Nepos fuit Vido doctiſſimi illius viri, quem per antonomaſiam, clariſſimamque eruditionem, proprio nomine ſuppreſſo, Bononienſem Archidiaconum vulgo appellabant. Anno 1320. celebrata Synodo, plures ſalutiferas tulit leges, atque decreta. Joannes XXII. exoratus a Vidone, menſam Epiſcopalem auxit, ditavitque parochiali Eccleſia S. Pancratii de Fredo. Quam deinde unionem confirmavit Benedictus XII. Adhuc Vido ſedebat, cum pulcherrima ſacra cathedralis turris ultimam manum accepit, ut fidem facit inſcriptio, quæ inſculpta eſt ſuggeſto Baſilicæ.

Annis progreſſi de ſacra Virgine Chriſti
Undenis geminis, & junctis mille trecentis,
Hoc Thomaſinus de ferro planta Joannis
Maſſarius ſancti venerandi Geminiani
Fingi fecit opus, Turri quoque fine nitere.
Actibus Henrici ſcriptoris Carienenſis.

Cæterum Vido Mutinenſem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1337. Translatuſque eſt ad Concordienſem Epiſcopatum.

XLIX 47. BONIFATIUS Mutinenſis, Canonicus Vicentinus, J. U. D. in minoribus conſtitutus, ad eandem ſedem aſſumptus anno 1337. 6. Idus Maji, ex Reg. Vatic. Ep. 177. an. 2. Benedicti XII. P. P. Vix ſuper quatuor annos Mutinenſem adminiſtravit Eccleſiam abſens, translatus ad Comenſem Eccleſiam 1340. a cujus diſceſſu ad duos annos tenuit interregnum.

L. 48. Fr. ALEMANNUS ex nobili Donatorum familia Florentinus, Ord. Minorum inſignis Theologus, Suanenſis antea Epiſcopus in Hetruria ad hanc Eccleſiam aſſumptus eſt an. 1342. 15. Kal. Auguſti, inſecutoque anno emphyteutico jure è Balugola gente nobilibus conceſſit Roccham S. Mariæ, equique jura, quo Mutinenſes Epiſcopi, ubi primum obtenti Epiſcopatus ſolemni ritu ineunt poſſeſſionem, devehuntur ad ſedem, ut ejus antea anteceſſores feciſſe narrantur. Deceſſit autem Alemannus anno 1352. Inſignia vetuſtæ gentis Donatæ ſcutum ſemipartitum, ſuperius miniatum, inferius argenteum, ex qua prodiit ille belli fulmen Curſus, de quo Varinus noſter lib. 3.

At Donata domus longe fortiſſima bello eſt.
Belliger hinc Curſus, Syllani gloria Martis.




LI. 49. ALDOBRANDINUS filius marchionis Raynaldi III. Ateſtini Adrienſis Epiſcopus ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1352. Hic parvum ſacellum, ubi in cathedrali S. Taraſii reliquiæ requieſcunt, conſtruendum curavit: juriumque ſibi concreditæ Eccleſiæ adeo retinens fuit, ut à VI. Innocentio Pontifice impetrarit ſibi liceret ablata repetere ab iis, qui, quæ ſpectarent ad Eccleſiam Mutinenſem, C aliquando quovis quæſito jure in ſe traxiſſent, intentato prius contumacibus anathemate per delegatos Epiſcopos Bononienſem, Florentinum, ac Regienſem. Quo ſedente Amadeus olim comes Sabaudiæ & dominus Glabariæ, & Auguſtæ Marchio & Princeps in Italia obtulit lampadem argenteam Eccleſiæ cathedrali pro illuminatione imaginis B. Mariæ de Columna, obtulitque petiam terræ bubulcarum undecim poſitam in Burgo Alberti in ſuburbiis Mutinæ. Tabulæ donationis confectæ fuerunt die 3. Januarii, Indict. 12. an. 1364. Eodem tempore pio cujuſdam Fileſii voto, & ære ſupra fornicem portæ majoris forum reſpicientis poſita fuit ænea D. Geminiani ſtatua, quæ adhuc ibi manet, & quarta campana addita fuit Turri cathedralis. Cæterum Aldobrandinus cum plures annos Mutinenſem adminiſtraſſet Eccleſiam, ad Ferrarienſem denique fuit translatus.

LII. 50. VIDO de Baiſio olim Canonicus Mutinenſis, poſtea ſacri Palatii Auditor, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ in Inſubria Legatus, ad Mutinenſem D evaſit Eccleſiam anno 1380. Hujus Epiſcopi temporibus Mutinenſes canonici S. Salvatoris Eccleſiā Servitis fratribus annuo ſibi reſervato cenſu conceſſerunt. Deceſſit Vido anno 1382. legum peritia longe clariſſimus, quique Bononienſis illius Archidiaconi patrui videretur propius virtutes referre.

LIII. 51. Fr. DIONYSIUS de Reſtanis Mutinenſis, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini ob ſuam doctrinam, probitatemque morum Mutinenſem ſedem adeptus eſt anno 1384. Quatuordecim annos in ea dignitate tranſegit, deceſſitque ſingulare Chriſtianarum virtutum exemplar anno 1400. ſepultuſque eſt apud ſuos Eremitanos, ubi opere ſegmentato ſuper organum ejus perſpicitur effigies, coliturque a ſuis tamquam jam beatitate donatus.

Digitized by Google



LIV. *a* De eo Libanorius in Ferrar. par. 3. pag. 55. & ſeqq. Mand.

52. PETRUS Bojardus *a* Ferrarienſis creatus fuit Mutinenſis Antiſtes an. 1400. inſecutoque anno ad patriam Ferrarienſem ſedem fuit tranſlatus 9. Kalen. Februarii 1401. Hujus Epiſcopi meminit Angelus in conſilio 274.

LV. *b* De eo Libanorius loco citato.

53. NICOLAUS Bojardus *b* Ferrarienſis, Petro Bojardo ſuffectus eſt, cum eſſet Præpoſitus cathedralis Ferrarienſis anno 1401. 9. Kal. Februarii. Aliquot conſtitutiones, decretaque condidit, ut clerum, canonicoſque ad puriorem vitam inſtitueret anno 1407. Uſus pro vicario eſt quodam Dominico de S. Geminiano celebri inſignique doctore. Vita functus eſt an. 1414. ſepultuſque eſt in cathedrali.

LVI.

54. CAROLUS item Bojardus Nicolao ſubrogatus eſt anno 1414. 2. Kalen. Maji. Hujus Epiſcopi temporibus Eugenius IV. Pontifex mandavit, ut capitulum, cleruſque Mutinenſis ex ritu S. Romanæ Eccleſiæ divinum canonicarum horarum penſum deinceps perſolveret: idemque Carolus, mandante Martino V. Pontifice, ſimul cum Imolenſi Epiſcopo juramentum fidelitatis excepit Nicolai Albergati electi Bononienſis, ante inaugurationem præſtari ſolitum. Gaſpare Rangonio pro Vicario uſus eſt, ac poſtea Thomas de Thrighionis Epiſcopo Brugnatanſi. Mutinenſem Eccleſiam 24. annos Carolus adminiſtravit, eoque munere ſe exoluit anno 1436. protulitque deinde ætatem per aliquot annos. Concilio Florentino interfuit 1439. atque in hæc verba ejus concilii decreta ſubſcripſit: *Carolus Epiſcopus olim Mutinenſis*. Hinc autem, atque ex actibus conſiſtorialibus perſpicue eruitur error Silingardi, qui Carolum narrat poſtremam diem obiiſſe anno 1431.



LVII. *c* Laudatur à Superbo de Vir. illuſt. Ferrar. p. 1. pag. 9. & à Liban. loco cit. pag. 49. Mandoſ.

55. SCIPIO de Mainentibus *c* Ferrarienſis, ad eandem ſedem promotus eſt anno 1436. die 30. menſis Octobris. Vir doctiſſimus, & maxima eruditione præditus, cujus alumnus fuit Bartholomæus Roverella, poſtea Cardinalis Ravennæ Archiepiſcopus, de quo Veſpaſianus in ejus elogio. Hic una cum canonicorum cathedralis conſilio de novo in eadem Eccleſia ſcholarium magiſtri dignitatem erexit, quæ antea in dicta Eccleſia fuerat. Hic etiam Concilio Florentino interfuit 1439. Deceſſit autem Ferrariæ anno 1444. ſepultuſque eſt in templo D. Franciſci in marmoreo rubeo ſepulchro, ubi ejus

A effigies cum gentilitiis ſtemmatibus ſpectantur: quæ anhelantem leonem cum aquila continet hac præloquente inſcriptione.

Scipioni Mainenti homini doctiſſimo, prudentiſſimo, optimo, & viro rariſſimo, qui fuit Epiſcopus Mutinenſis plebi gratiſſimus ob ejus merita, & heu ſi diutius vixiſſet noſtræ civitatis ſingulare decus fratres pientiſſimi hoc Monumentum poſuere.

56. JACOBUS Antonius a Turre, in jugis Mutinenſibus ignobili loco ex obſcuris parentibus natus, virtute autem longe clariſſimus, clare geſtis, plenoque decoris erga Pontifices obſequio ad honores ſibi viam aperuit. Primum enim ab Eugenio IV. cui fuerat in paucis charus, Regienſem in Inſubria Pontificatum obtinuit: inde ad Mutinenſem fuit tranſlatus anno 1444. 14. Kal. Novembris. Hic comitis, Principiſque Mutinenſis titulo condecoratus eſt, maximoque vitæ, virtutiſque ſplendore dignitatem illam ſuſtinuit. Ad ejus arbitrium, LVIII
B Mantuanique Epiſcopi, lis de confiniis inter Regium Gonzagoſque de Nuvolaria tandem direpta eſt, anno 1449. Cum exiſtimatione claras opes congeſſit, quippe qui opulentam Abbatiam S. Bartholomæi extra muros Ferrariæ cum prioratu S. Romani ejuſdem civitatis habuit commendatam. Diverſos habuit Suffraganeos, Jacobum ſcilicet de Cadignario Firmilianenſem Epiſcopum, ac Benedictum de Dovedris Cremonenſem Epiſcopum Tripolienſem. Conventui a Pio II. Mantuæ celebrato interfuit. Inde Epiſcopus Parmenſis fuit ann. 1493. Narrat Silingardus Jacobum Antonium obiiſſe an. 1462. ſepultumque fuiſſe in cathedrali; ſed ex reperto ſucceſſore anno 1463. cum quo Parmenſem Eccleſiam commutaverat, omnino videtur aberraſſe, cum Jacobus Antonius è vita ceſſiſſet an. 1475. ut poſtea dicemus.

57. DELPHINUS a Pergula, Umber, oppido ditionis Urbinatis, paulo ante Parmenſis Epiſcopus, ad Mutinenſem Eccleſiam tranſlatus eſt LIX.
C 1463. Pro vicario habuit Jacobum Baluguiam cathedralis Præpoſitum, magnæque exiſtimationis doctorem. Delphinus fato functus eſt an. 1465.



D 58. NICOLAUS Sandonninus Lucenſis, qui Paulo II. antea fuerat a ſecretis, ab eodem Pontifice Mutinenſem ſedem obtinuit 1465. Quinque omnino annos obtenti Epiſcopatus prohibitus eſt LX.
poſſeſſione a Borſo duce Ferrarienſi, qui ægre ferebat Lucenſem in Mutinenſi throno ſedere, cujus publica res ſoleret de confiniis Mutinenſi ditione ſæpius faceſſere negotium. Nec ut reciperetur, valuit interdictum, aut ira Pontificis; unus Papienſis Cardinalis repertus eſt, qui amiciſſimus Nicolao, litem omnem componeret, cenſuraſque in contumaces deſævientes diſcuteret. Itaque aliquando tandem Nicolaus ad Eccleſiam ſuam profectus eſt, celebrataque Synodo, ſaluberrimas leges tulit, in quibus illa enituerunt, de monialium clauſura, deque matrimoniis tribus feſtivis diebus in Eccleſia publice nuntiandis. Magna ex parte Epiſcopale Palatium refecit, ut in marmorea quadam inſcriptione

legi-

Digitized by Google

legitur ejuſdem gentilitiis ſtemmatibus ſubjecta.

Nicolaus Lucen. Antiſtes Mutinæ has ædes a fundamentis curavit fieri an. M.CCCC. LXVI. Hercule Duce Eſtenſi dominante.

Cæterum Nicolaus adeo valebat dexteritate agendi, ut dum obtenti Epiſcopatus aditu excluderetur, Montis Caſini nobilis cœnobii ex præcepto Pontificis nomine vicarii curam geſſerit anno 1475. Sub Sixto IV. Pontifice munere Legationis in Galliis egregie functus eſt, ut inter Ludovicum Gallorum Regem, Carolumque Burgundiæ ducem pax coiret. Quo munere functus ad ſuam rediit Eccleſiam, illamque adminiſtravit uſque ad annum 1479. ac deinde commutata ſede Lucenſis Epiſcopus fuit.



LXI. 59. JO. ANDREAS de Bociaciis Regienſis electus eſt Epiſcopus Mutinenſis anno 1479. vir optima virtutis fama, ſingularique doctrina, ac dexteritate agendi clariſſimus. Itaque ſub Sixto IV. ad Ferdinandum Siciliæ Regem Legatus profectus eſt, quæſitorque Sabaudiæ fuit. Ad Innocentium VIII. Sextumque Alexandrum ex miſſu Herculis Ateſtini cumulatiſſime oratoris partes geſſit. Monaſterium S. Mariæ de Miſericordia in Mutinenſibus ſuburbiis collocatum auxit nobili Prioratu S. Jacobi de Columbario. Quod deinde cœnobium temporibus Alexandri VI. cum inde moniales exceſſiſſent, monachis Ciſtercienſibus fuit attributum. Quibus iterum vel ad ampliandos civitatis muros, vel ad prædivites cenſus illos in publicum uſum civitatis convertendos, inde ejectis, fortunis exutis nudus titulus manſit, coram Romana Rota interim lite pendente. Hunc titulum, cum nos regiminis Thuſciæ provinciæ eſſemus, ac Septimiani monaſterii Abbas, in Nicolaum Baccetium præceptorem noſtrum emeritæ ſenectutis Monachum, ac ſimilitudine ſtudiorum nobis conjunctiſſimum conferendum curavimus. Cæterum Jo: Andreas partem Epiſcopatus, quæ vergit ad Aquilonem, conſtruxit, ut brevis, quæ illic proſtat inſcriptio, prodit. Igitur charus populo, cui cum laude prudentiæ, pietatiſque profuerat, moritur Romæ 1497. ſepultuſque eſt in Templo Pacis cum ſequenti epitaphio.

Joanni Andreæ Bociacio ex Regio Lepidi juriſconſulto Epiſcopo Mutinenſi ad Ferdinandũ Siciliæ Regem Sixti IV. Pont. Max. Legato Patrimonii Dioceti hæreticæ noxæ quæſitori apud Saband. ſub Innocentio VIII. & Alexandro VI. Pontificibus Maximis, negociorum Herculis Ferrariæ Ducis oratori, executores ex teſtamẽto benemeriti poſuerunt anno ſalutis M.CCCC. LXXXXVII.

LXII. 60. JO: BAPTISTA Ferrarius modicis, ſed honeſtis parentibus Mutinæ natus, variantis, fallaciſq; fortunæ haud ignobile fuit exemplum. Is enim cum Romam profectus Aulam Roderici Borgiæ inauſpicato juvenis adhuc intraſſet, ejuſdem favore conſecutus eſt canonicatum patriæ cathedralis, ex cujus redditibus cum parcus, ac tenax, haud pœnitendam pecuniæ ſummam coacervaſſet, aliquot cancellariæ officia coemit, correctoris ſcilicet, ſollicitatoris, ſcriptoriſque Apoſtolicarum literarum.

A Sub Innocentio VIII. deinde in duodecim Abbreviatoribus connumeratus, ex cujus deceſſu, cum ad Petri ſedem Rodericus Borgia, cujus aulicus erat, obrepſiſſet, ſub eo primum Ferrarius Referendarius evaſit, mox & Datarius, tum & Apoſtolicæ Cancellariæ Regens. Cæterum magis valuit apud Ferrarium gratia Principis per fas, perque nefas augendi ærarii cura, quam juſtum, æquumque. Quamobrem cum ſiniſtra fama maxima apud omnes ordinis homines deflagravit invidia. Interim tamen adblandiente fortuna Mutinenſis Antiſtes declaratus eſt anno 1497. Quam ille Eccleſiam ſemper abſens adminiſtravit. Denique anno 1500. illum Alexander vocavit ad purpuram ad Titulum S. Chryſogoni, eidemque Archiepiſcopatum Capuanum attribuit. Sed neque congeſti tituli, neque purpura vel avaritiæ labem, vel invidiam potuerunt extinguere. Adhuc enim tamquam Valentinianæ crudelitatis, ac ſacrilegæ rapacitatis adminiſter omnibus erat inviſus. Quamobrem Sebaſtianus Pin-
B zonus pretio coemptus occiſor Ferrarium veneno ſuſtulit, qui deinde ſub IX. Leone faſſus flagitium, debitas pœnas luit. Deceſſit autem in Vaticano Palatio anno 1502. 6. Kal. Auguſti, ſepultuſque eſt in Vaticana Baſilica, donec transferretur in patriam. Tranſlatus deinceps cum oſſibus Franciſci fratris, ſuique ſucceſſoris ſupra portam cathedralis Eccleſiæ requieſcit. Defuncti congeſtas opes publicum ærarium exhauſit, tametſi reclamante Franciſco fratre, cui cum inhianti avarus Pontifex Mutinenſem objeciſſet Epiſcopatum, quaſi obſtructo ore, relatas in Fiſcum divitias ceſſavit repetere. Vixit Ferrarius annos quinquaginta, vir ſanè in Aulæ Romanæ peritis numerandus, ut nomine Alexandri VI. Pontificis ſcriptæ ab eo Epiſtolæ produnt. Ejus ſepulchro hæc duodecim carmina inciſa leguntur.

Hic ſitus Antiſtes Capuæ venerabilis, atque
Maxima Ferrariæ gloria, ſpeſque domus.
Qui pariter Præſul Mutinæ rutilante Galero
Chryſogoni titulos, ſacraque ſigna tulit.
C *Joannes Baptiſta fuit, cui nomen, & idem*
In quo priſca fides religionis erat;
Cujus Alexander Romanus Paſtor agebat
Sextus conſilio grandia quæque ſuo.
Hæc illi frater patria & ſucceſſor in iſto,
Franciſcus pario marmore clauſus adeſt.
Dominus Hercules de Ferrariis fieri fecit MDX.

61. FRANCISCUM Ferrarium fratrem Ferrarius Cardinalis excepit anno 1502. Præfuit annos quinque tanta cum laude pietatis, ut cum per id tempus contagium cum fame ſæviret, terræque motus ædificiorum minitaretur ruinam, nil Franciſcus omiſerit, quod ad optimum, providentemque Paſtorem videretur ſpectare. Ejus corpus in patrui ſepulchrum intulere ſupra portam Eccleſiæ cathedral. LXIII


D



62 HIPPOLYTUS Cardinalis Ateſtinus Archiepiſcopus Mediolanenſis, Mutinenſem Eccleſiam habuit commendatam anno 1507. illamque adminiſtravit uſque ad annum 1519. Quo ipſo anno deceſſit. Suffraganeo uſus eſt Thoma Furnio Mutinenſi, Epiſcopo titulari. De Hippolyto infra in Epiſcopis Ferrarienſibus. LXIV

63. HER-

Digitized by Google



LXV. 63. HERCULEM Rangonium Comitem Leo X. ad Mutinenſem ſedem promovit, deinde etiam ſub titulo S. Agathæ vocavit ad purpuram. Hic ille Rangonius eſt, cujus mater Lucretia Bentivola, regiæ munificentiæ fœmina Joannem Mediceum, poſtea X. Leonem in Ravennate clade Legatum, ac in ſervitutem abductum, mox clanculum elapſum excepit hoſpitio, opibuſque fovit ad ſplendorem. Igitur Leo memori mente, gratoque animo Herculem primum adlegit Cardinalem 1517. deinde Mutinenſem Epiſcopum 1519. cum prius fuiſſet Cervienſis Epiſcopus. Cavenſem etiam habuit ſedem in Regno, ac Nazareth in partibus infidelium, cum aliis opimioribus ſacerdotiis. Hercules autem facilitate morum nulli fuit ſecundus, liberalitate autem tanta, ut regium animum gerere videretur. Illius igitur exaggeratas virtutes laudavit Garimbertus, cum illum, amorem, decus deliciaſque ſacri Senatus appellaret. Stephanus autem Joanninenſis in ſua Medicea monarchia purpuræ ſplendorem illum appellat. In Mole Adriana è vita diſceſſit, dum ibi cum VII. Clemente Mediceo a Caroli V. victore exercitu obſidione premeretur; ſepultuſque eſt apud S. Agatham, cujus titulo fuerat inſignitus, cujuſque templum ipſe inſtauraverat cum divæ effigie hoc carmine exornata.

Diva tibi Rango dedicat effigiem.


Hujus meminit Victorellus in additionibus ad Ciaconium, noſterque eruditus Floravantes Martinellus in deſcriptione Eccleſiæ S. Agathæ. Lilius Gregorius Giraldus, qui Herculis præceptor fuerat, in ejus obitum hæc duo carmina ſcripſit, quæ longioris elegiæ inſtar eſſe poſſunt.

Occidis in media Rango ſurrepte inventa
Occidis o Patrum magnum, Pater, incrementum.



LXVI. 64. PYRRHUS(1) Gonzaga filius Ludovici, ac Franciſcæ Fieſchæ creatus eſt Diaconus Cardinalis, ac Epiſcopus Mutinenſis anno 1527. Hic Templum ſui tituli inſtauravit, in eoque gentilitia ſtemmata perſpiciuntur. Scripſi in meis Additionibus ad Ciaconium deceſſiſſe Pyrrhum anno, quo fuerat titulo

A inſignitus 1529. non autem anno 1527. ut Martinellus noſter intellexerat in deſcriptione Eccleſiæ S. Agathæ, errore lapſus a creatione, quæ incidit in annum 1527. ad tituli receptionem, quæ fuit in exordio an. 1529.




B

65. JO: Moronus Mediolanenſis, filius comitis Hieronymi, & Amabiliæ Fiſiragæ natus anno 1509 LXVII 8. Kal. Februarii, adhuc juvenis à Clemente VII. adlectus eſt Epiſcopus Mutinenſis anno 1529. die 7. menſis Aprilis. Hic ſub Paulo III. ad Regem Pannoniæ, atque Bohemiæ Nuncius profectus eſt, apud quem peroravit cauſas ab anno 1536. uſque ad annum 1540. tanta vel Regis, vel Pontificis collecta gratia, ut purpuram ad titulum S. Vitalis meruerit anno 1542. Pluresannos Mutinenſem adminiſtravit Eccleſiam, ſingulari ſollicitudine, curaque optimo Paſtore digna. Itaque a veterno vitiorum converſis mulierculis monaſterium conſtruendum curavit. Societatis Jeſu Patres, Capuccinoſque Mutinam introduxit, tribuſque ſynodis celebratis optimis legibus inſtituit clerum ad præſcriptum Tridentini Concilii. Erexit ſeminarium, nihilque omiſiſſe vi-
C detur, quod curam paſtoralem requireret. Bis Mutinenſem Eccleſiam renunciavit, ſed cum regreſſu, quippe qui publicis Eccleſiæ negotiis diſtentus, propiorem gregi curam non poſſet impendere. Bononienſis Legatus fuit, collegii Germanici Romæ Protector, cujus etiam ſimul cum S. Ignatio ſi quis dixerit fuiſſe auctorem, haud multum aberraverit. Auguſtam in Germaniam Legatus profectus eſt an. 1555. ac mox Concilii Trid. Legatus, & Præſidens, Quartaque Legatione ad Cæſarem in Germania perfunctus eſt anno 1564. ſub Pio autem IV. Gregorioque XIII. Januenſes ad civilia odia conſternatos legatus fœdere junxit. Novarienſi etiam Epiſcopatu condecoratus eſt. Ciſtercienſes, Benedictinos, Fratreſque Prædicatores protexit, tantaque prudentia fuit, ac ſingulari doctrina, ut Carolus Borromæus poſt patrui exceſſum, illum conatus ſit evehere ad ſedem. Cæterum ſenſit & ipſe haud ubique, & ſemper mortalibus fortunam ſimpliciter arridere. Quippe parum ſinceræ Chriſtianæ fidei ſuſpe-
D ctum in Adrianam Molem illum Paulus IV. concludi mandavit; poſt cujus exceſſum inde a ſacro collegio Cardinalium erutus, ſubque Pio IV. de eo crimine ſubjectus judicio, cum conſtantiſſime diluiſſet objecta, apud omnes ſecundiſſima fama innocens triumphavit. Igitur tot legationibus functus, totque exornatus opimis ſacerdotiis, ætate gravis, cumque proſpera, adverſaque fortuna conſtanter luctatus, plenus meritis Romæ deceſſit an. 1580. cum eſſet Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, decanuſque ſacri ſenatus, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam. Eruditione præcipuus habitus eſt, ſcripſitque nonnulla. Extat ejuſdem oratio ad Patres Tridentini Concilii, aliæque Epiſtolæ, quas dedit ad Cardinalem Polum, Corteſium, Paulum Jovium, Federicum Nauſeam, alioſque ejus ſeculi eruditiſſimos viros.

66. Fr.

(1) Hic à Vedriano in hiſt. Mutinenſi tom. 2. pag. 509. inter Mutinenſes Epiſcopos non recenſetur, cum Epiſcopatus non inierit poſſeſſionem, ſed vix electus renunciarit. Verum ex Actis Conſiſ. teſtatur Fontana in Theatro Domin. Pag. 244. anno 1528. die 21. Maii eidem Pyrrho Mutinenſi Epiſcopo datum eſſe ſuffraganeum F. Vincentium Cevolam Hierapolitanum Epiſcopum.

Digitized by Google



LX VIII. *a De eo Fontana in Theatro Domin. p. 142. Et Pallavicinus in hiſt. Concilii Trid. Mendoſ.*

66. Fr. ÆGIDIUS *a* Andreæ de Foſcharariis Bononienſis ex Ord. Prædicatorum , ſacri Palatii Magiſter, ex Cardinalis Moroni ceſſione, a Julio III. adlectus eſt Mutinenſis Epiſcopus an. 1550. die 15. menſis Martii . Hic Montem Pietatis erigendum curavit , collegiumque Puellarum Epiſcopi , ut vocant, eamque partem Epiſcopatus, quæ reſpicit hortos , pluraque alia geſſit, quæ ingenuum, piumq; Paſtorem decerent . Cum Morono calumniis circumventus , Adrianam Molem pro carcere habuit: mox ſub Pio IV. cum judicibus ſuam innocentiam comprobaſſet, crimen diſcuſſit , & vincula . Concilio Tridentino interfuit , ubi Arcæ ſcientiarum a doctis omnibus tulit cognomen . Miſſale , Breviariumque, ut vocant , Romanum corrigendum , caſtigandumque ſuſcepit, componendoque Romano Catechiſmo, cum Leonardo Marino Archiepiſcopo Lancianenſi, Franciſcoq; Forerio Luſitano ejuſdem ordinis egregiam denique cum navaret operam , fato Romæ ſubreptus eſt an. 1564. ſepultuſq; eſt apud S. Mariam ſupra Minervam ante majus altare cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Fratri Aegidio Foſcherario Bononienſi Ordinis Prædicatorum Epiſcopo Mutinenſi Religione, innocentia , liberalitate, præſtantia, prudentia, ac ſcientia divinarum rerum tanta , ut in publico Tridentino concilio Patres in ejus judicio conquieſcerent , qui Catechiſmo, Miſſali, & Breviario, in quibus maxime omnium elaboravit; compoſitis, Romæ obdormivit in Domino An. Domini MDLXIV. die xxiij. Decemb. vixit annos LII. M. X. D.XXVI. Fr. Ferdinandus de S. Ambroſio memoriæ tanti viri obſervantiſſ. fecit xv. Oct. MDLXVII.

Bononiæ in Eccleſia S. Petronii alia honoraria inſcriptio viſitur .

D. O. M.

Fr. Aegidio Fuſcherario Magiſtro Sacri Palatii, Epiſcopo Mutinenſi, viro eruditione, integritate, & moderatione animi, quas non ſolum in Eccl. adminiſtranda , ſed Tridentino etiam Concilio præſtitit , longe omnium ornatiſſimo . Obiit Romæ anno M. D. LXIV. cum eſſet ad operam Catechiſmo conficiendo navandam vocatus. Vixit annos LII. M.X. D.XXVI. Camillus Fuſcherarius F. Fratri optimo poſuit .

LXIX *b Memoratur à Fontana in Theatro Dom. p. 143.*

67. Fr. SIXTUS *b* Novocomenſis, ex nobili familia de Vicedominis , ex iterata ceſſione Moroni Cardinalis , ex Ordine Prædicatorum ad Mutinenſem ſedem fuit aſſumptus anno 1571. Prudenter ſibi concreditam adminiſtravit Eccleſiam ; tametſi ut plurimum aſper moribus, inde ſibi ærumnarum quãdoque crearit periculum . Pro Alphonſo Ferrarienſium Duce in Hiſpaniam Legatus profectus eſt 1581. Illius temporibus Mutinam inierunt fratres S. Franciſci de Paula, qui in parochiali Eccleſia S. Barnabæ deinde erexerunt cœnobium . E vita diſceſſit Sixtus 1590. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Dominici cum hoc epitaphio .


Xyſto Vicedomino Novocomenſi è cœnobio Dominicano ad Epiſc. Mutinen. delect. Io Moroni ſapientiſſ. Card: evecto, in quo per an. XIX menſ. . . . dies . . Adminiſtra: incredibilis doctrinæ , atque integrit. ſpecimen præbuit, nec non Jo. Baptiſtæ honeſtiſſ. Eq. SS. Laz. ac Maur. Eorundem Equitum per totam Inſubriam Præceptori, ut vocant, Rodoricus Eques Fr. amantiſſ. Opt. Frat. P.C. vix. Epiſcopus decem & novem Ann.

68. JULIUS Cananus Ferrarienſis, filius Ludovici , ac Lucretiæ Brancaleonis natus anno 1524. nobilioribus artibus perpolitus Romam venit , ſubque auſpiciis Balduini de Monte fratris Jo: Mariæ Cardinalis aulicam vitam ita inſtituit , ut brevi Cardinalis evaſerit ſecretarius . Qui cum ad Petri ſedem ſub nomine Julii III. aſcendiſſet , Cananum nihilominus habuit a ſecretis, eundemque ex fide agentem ad Adrienſem Epiſcopatum promovit; neque aberat longe a purpura , ſi importunum fatum non ſurripuiſſet Julium Pontificem. Concilio Tridentino in- LXX

B terfuit . Hippolyto, Aloyſioque Ateſtinis Cardinalibus magno uſui fuit , ſecundoque Alphonſo Ferrarienſium duci , qui a Gregorio XIII. illum purpura cohoneſtandum curarunt anno 1583. ad titulum primum S. Euſebii , tum & S. Anaſtaſiæ . Sixtus deinde V. Cananum juſſit ſcribere leges Æmiliæ , in quo quidem munere adeo incorrupte ſe geſſit , ut ſe majori fortuna dignum oſtenderit . Denique Gregorius XIV. illum Mutinenſem Epiſcopum declaravit anno 1591. Eccleſiam ſibi creditam bis inviſit , ibi ſedem fixurus , cathedralemque reſtauraturus, quippe eo conſilio cœperat demoliri chorum, quem vetuſtas deformaverat . Sed cum ex deceſſu Gregorii ad comitia novo creando Pontifici Romam fuiſſet revocatus , Clemente VIII. renunciato Pontifice, ad Eccleſiam ſuam redibat, cumq; perveniſſet Ferrariam, ibi ab Alphonſo duce honorifice exceptus hoſpitio , gravi morbo tentatus , e vita diſceſſit anno 1592. 4. Kal. Decembris , ſepultuſque eſt in ſacrario Dominicani Templi cum ſequenti epitaphio .

C *Julio Canano nobili Ferrarien. Sanctæ Rom. Eccl. tit. S. Anaſtaſiæ Presbytero Cardinali, ex Cananorum Bizantii ſtirpe Palæologis Imperatoribus una propagato . Qui Julio III. Pont. Max. juveni admodum a ſecretis adeo acceptus inſervivit , ut in eum Pontificiam authoritatem ſupplicationes quaſcumq; ſcripturaſve ſignandi fidenter effuderit . Qui Adriæ, & Mutinæ Epiſcopatus Veneficia cohibendo , hereſes extirpando, ac Templa reſtituendo vigilanter rexit . Qui ſacroſanctæ Tridentinæ Synodo interfuit. Qui a Gregorio XIII. poſtrema illa promotione inter Cardinales cooptatus fuit. Qui denique Sixti V. Legatus Aemiliam tamque , juſteque eſt moderatus , ut nomen ejus perpetuo glorioſum ſit permanſurum . Alexander ſancti Jacobi Eques, & ſapientum judex fratri optimo gratæ teſtificationis ergo. P. I. vixit annos LXVIII. obiit V. Kal. Decemb. M. D. XCII.*

D



69. GASPAR Silingardus *c* Mutinenſis, paulo ante Ripæ Tranſonenſis Epiſcopus , ad hanc LXXI *c Huius meminit*

Ec-

Rubeus in hiſt. Raven. l. 11. p. 780. *Mand.*

Eccleſiam fuit translatus 1593. die 19. menſis Februarii VIII. Clemente ita mandante, atque ab eodem Pontifice in Galliam ad Henricum IV. Nuncius legatus. Eruditione valuit, explicuitque ſeriem Præſulum Mutinenſium, ne viros egregios invida oblivio devoraret, quod dum cumulate præſtitit, & patriæ, ſuæque gloriæ viſus eſt conſuluiſſe. Ejuſmodi autem catalogum in lucem emiſit ſimul cum Epiſcopalibus functionibus, quibus uti ſolēt, quibus cordi eſt hujuſmodi munus cum dignitate exercere, ſynodoſque cathedrales ad puriores mores, ut ipſe multoties fecit, celebrare. Deceſſit autem Gaſpar an. 1607. die 13. menſis Julii, ſepultuſque eſt in cathedrali cum hac brevi, ſimplicique inſcriptione.

Hic jacet Gaſpar Silingardus Epiſcopus Mutinæ orate Deum pro eo. Obiit anno Ætatis LXX. die XIII. Julii M. D.C. VII.

LXXII. 70. Fr. LAZARUS *a* Pellizzarius è Julia Fidentia Ordinis S.Dominici, Mutinenſium Ducum Theologus, antea Nuſchi Epiſcopus, a Paulo V. ad Mutinenſem Eccleſiam translatus eſt ann. 1607. die 1. menſis Octob. Tres annos Mutinenſem Eccleſiam ſumma cum pietatis laude adminiſtravit, mortuuſque eſt an. 1610. Tumulum accepit apud S. Dominicum Mutinæ prope Sixtum Vicedominum ſuum anteceſſorem cum hoc epitaphio.


a De eo Fontana in Theatro Dom. p. 244.

Hic requieſcunt oſſa F. Lazari Pellizzarii de Florentiola Ord. Præd. Epiſcopi Mutinæ qui obiit anno M. D. C.X.

LXXIII. 71. PELLEGRINUS Bertachius Mutinenſis, Pellizzario ſuffectus eſt 1610. die 22. menſis Martii; decem, & ſeptem annos in ea dignitate floruit. Fato ceſſit 1627. ſepultuſque eſt in cathedrali in media Eccleſia cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Peregrino Bertachio Mutinæ Epiſcopo poſt annorum LX. peregrinationem coſtanter pieque confectam ad cœleſtem, ut ſpes eſt, patriam X. Kal. Septemb. M. D.C. XXVII. revocato. Jacobus, & Sigiſmundus fratres amantiſſimi poſuerunt.



LXXIV. 72. ALEXANDER ex comitibus Rangonils, ex Referendario utr. Signat. ſub Urbano VIII. ad ſedem Mutinenſem evaſit anno 1628. die 28. menſis Februarii, vir cum nobilitate generis, exaggeratis virtutibus memorabilis. obiit an. 1640. m. Apr.



LXXV. 73. O[illegible] *b* Alphonſi Ducis Mutinæ

b De eo

A filius, Franciſci Ducis, & Raynaldi Cardinalis frater die 19. Novemb. 1640. Epiſcopus Mutinenſis electus, pauloque poſt Romæ conſecratus. Princeps dignus fuit, ut ei vitam Deus ad Neſtoreos extenderet annos. Sublatus eſt Mutinæ anno 1645. & in cathedrali tumulatus.

ſcribit cum laude Libanorius in Ferrar. par. 2. p. 167. *Mandoſ.*

74. ROBERTUS Fontana Mutinenſis ſuffectus eſt ab Innocentio X. die 12. Junii an. 1645. LXXVI.

ADDITIO.

[„ *Qui cum hanc Eccleſiam novem ferme annos, „ piè, prudenterque rexiſſet, obiit Mutinæ Menſe „ Auguſto an. 1654*

„ HECTOR *Molza, Archipresbyter Eccleſiæ „ Cathedralis Mutinenſis annorum 36. ex nobilibus „ parentibus Mutinæ ortus, J.U.D. creatus fuit Epiſ- „ copus Mutinenſis 11. Auguſti 1655. Obiit Mutinæ „ 2. Maii 1679.* LXXVII.

„ CAROLUS *Molza, Nobilis Mutinenſis,* LXXVIII
B „ *Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, S. „ Theologiæ Lector, poſt plura ſuæ Religionis munera „ Abbas Monaſterii S. Simpliciani Mediolanenſis, „ annorum 64. præfectus fuit Eccleſiæ Mutinenſi die „ 27. Novemb. 1679. Deceſſit 1690. Menſe Decembr.*


„ LUDOVICUS *Maſdoni Presbyter, nobilis „ Mutinenſis, annorum 57. in Terra Finalis natus, „ I.U.D. & Utriuſque Signaturæ Referendarius, Canonicus antea Regienſis, & deinde Gubernator Reatis, electus eſt Epiſcopus Mutinenſis die 12. Novemb. 1691. Fato ceſſit in Eccleſiæ ſuæ gremio Menſe Junio anni 1716.* LXXIX.

„ STEPHANUS *Foglianus, Nobilis Mutinen- „ ſis, in Diœceſi Regienſi natus, Presbyter annorum „ 62. I.U. D. alias Canonicus Cathedralis Mutinen- „ ſis, ac Vicarius Generalis Epiſcopi Mutinenſis, demum Archipresbyter inſignis collegiatæ Eccleſiæ „ S. Mariæ Oppidi Carpenſis nullius Diœceſis Provinciæ Bononienſis, Mutinenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam die 12. Aprilis 1717.* LXXX.

C

PARMENSES EPISCOPI.

D



PARMAM Ciſpadanæ Inſubriæ nobiliſſimam civitatem in Æmiliana via ſitam a radicibus Apennini quinque milliaribus diſſitam 32. grad. longitudinis, 43. m. 47. latitudinis, in lata, lætaque planitie explicatam, flumen Parma alluit, ſecatque mediam. Inde arbitrantur plerique traxiſſe nomen, vel a ſcuti figura, parma vocati, quo utebantur Romani, qui illam condiderant. Fabulantur nonnulli, ut Sicardus Cremonenſis, Cryſim Troianum Pallantis comitem Parmæ fuiſſe auctorem, primumque de ejus nomine Cryſpolim fuiſſe

appel-

Digitized by Google

appellatam, tum & Juliam: addiditq; Hieronymus Albertuzzius de urbibus Italiæ, hunc Cryſim Placentinum fuiſſe. Cæterum Annius, qui ex ſuo ingenio venerandam ſolet pervertere antiquitatem, Bianorum, ſicut & Mantuam, contendit Parmam ædificaſſe; illam de nomine matris Mantuam appellaſſe: hanc Hetruſco vocabulo, ex Anniano cerebro excuſſo, Parmam dixiſſe, quod Latine redditum, Principem ſonat, quod per ea tempora Hetruſcarum coloniarum Princeps haberetur. Has omnes fabuloſas opiniones refert, ac refutat Bonaventura de Angelis in hiſtoria, quam de Parmenſi civitate perſcripſit, concluditque videri vero ſimilius, a Romanis ſuum habuiſſe principium. Sed utcumque res ſit, conſtat antiquiſſimam civitatem eſſe, illucque Romanos, ut Livius narrat lib. 39. deduxiſſe coloniam, ut eodem ipſo anno deduxerant Mutinam per tres inſignes viros, Æmilium Lepidum, T. Æbutium Carum, Lucium Quintium Criſporium Coſſ. Claudio Marcello II. Quintoque Fabio Labeone anno ſcilicet à condita Urbe 571. Parmæ meminit Cicero in Epiſtola ad Caſſium, Plinius, Antoninus, Strabo, Martialis, Agatius, aliique antiqui ſcriptores: ex recentioribus autem, Platina, Merula, Sabellicus, Fatius Ubertus, Leander Albertus, & alii. Cum Imperii Romani florente fortuna floruit, quæ cum exolevit, etiam ipſa cum aliis civitatibus Italiæ ſe in libertatem aſſeruit. Itaque ut tulerat ex bellis inconſtantia rerum, modo ad arbitrium ſuorum, modo Imperatorum, modo Pontificum adminiſtrationis expediebat conſilia: duos omnino annos à Friderico II. Imperatore obſidionis incommoda toleravit, quod contra ipſum Pontificum partibus acceſſiſſet. Cæterum Parmenſibus cum ex deſperatione crevifſent animi, irruptione facta, fuſo, fugatoque Cæſare, obſidionem ſolverunt, ingentique præda potitis, etiam pretioſum regni diadema ceſſit in prædam. Demum tot dominorum jugum accepit, quot olim Italicarum urbium extitere Tyranni. Itaque bis illam ſubegerunt Corrigii domini; ſæpius Vicecomites Mediolanenſes, Canis, Martinuſque Scaligeri, Marchiones Eſtenſes, Otho Buontertius, qui Rubeos inde exegerat; cumque Nicolaus Eſtenſis Luchino Vicecomiti illam attribuiſſet, cum Mediolanenſi imperio tranſiit ad Sfortianos; inde ad Reges Gallorum, donec ex Italia Gallis exactis, Julius II. illam Eccleſiaſtici juris fecit anno 1512. Franciſco I. Gallorum Regi illam deinde Leo X. reſtituit, idemque Leo poſtea cum Carolo V. junctis armis Parmam ademit Gallis, Eccleſiæque recuperavit. Quæ Eccleſiaſtici juris fuit uſque ad annum 1545. Quo ipſo tempore Paulus III. Pontifex, Petrum Aloyſium Farneſium Parmæ Ducem conſtituit, inque Parmenſes adhuc ſereniſſima illa gens ſumma cum laude prudentiæ dominatum exercet. Peperit in omni memoria viros memorabiles, ut Caſſium Poetam, ut Macrobium, ut plures alios, qui anteactis ſeculis floruerunt. Territorium illi feraciſſimum eſt, abundatque populo ad omnem pietatem unice facto. Barnaba, atque Apollinare ex miſſu Principis Apoſtolorum per Æmiliam provinciam Evangelium promulgantibus, Chriſtianam Parmenſes hauſere fidem, ut quidam ſcriptum reliquere; alii vero a S. Luciano, D. Areopagitæ Dionyſii collega illac tranſeunte, Parmenſes Chriſti fidem primo ſuſcepiſſe narrarunt, qui fuga elapſus, ope Domnini viri Dei è manibus infidelium evaſit. Fides autem ſive à Barnaba, ſive a Luciano proſeminata, deſævientibus Tyrannis clanculum coaluit, donec per Conſtantinum Magnum reddita Eccleſiæ pace, cœpit quaſi in apriciſſimo die frondeſcere, erigere templa, demoliri prophana, proprium paſtorem agnoſcere, venerarique. Creditur enim D. Sylveſter Pontifex illo exultanti ſeculo, ut cæteris Italiæ urbibus, ſic Parmæ proprium attribuiſſe Epiſcopum. Siquidem conſtat Parmam Epiſcopali fulſiſſe dignitate uſque ad annum 320. ac Mediolanenſi Archipræſuli fuiſſe ſuffraganeam, tum & Ravennati ex Roma-

A norum Pontificum decreto, donec noſtra memoria Gregorius XIII. Pont. Metropolitano Bononienſi noviter à ſe erecto, illam ſuffragari mandavit anno 1583. Hic Epiſcopatus in Inſubriæ opulentiſſimos numeratur. Annuus proventus ex feudis, decimis, bonis, cenſibuſq; ad ſummam ſcutorum decem millium pertingit, taxatur vero in lib. Cam. ad florenos 2000. Adhuc enim fiduciaria aliquot oppida poſſidet, adeo libera juriſdictione, ut nullius præterea faſces revereatur. Præteritis autem ſeculis ampliſſima juriſdictione regnabat. Princeps vocatus Imperii, Imperatorum, atque Pontificum privilegiis exornatus: nunc Epiſcopus ipſe comes eſt Monchi, Rignoni, & Mezani, dominus Brixilli inſignis caſtri ad Padum, cujus eſt Vaxallus dux Murinæ, cum penſione centum aureorum ſingulis annis. Cæterum ex ſua felicitate laboravit aliquando. Populis enim rebellantibus Eugenius III. Epiſcopalem dignitatem ademit 1146. quam, cum reſipuiſſent, eiſdem Adrianus IV. reſtituit 1154. Sed
B priſcis etiam illis temporibus graviora paſſa eſt. Etenim cum illam Attila Hunnorum Rex excidiſſet an. 454. Epiſcopus exutus fortunis, ac ſede, Brixillum profugit, ex qua mora evenit, ut aliquando Epiſcopi Brixillenſis titulum tulerit, donec reſtaurata Parma rediret ad thronum. Epiſcopus Parmenſis hoc tempore ampliſſima diœceſi gaudet, fœtaque populo; civitas ipſa ædificiis eſt ſplendida, rebus ad vitam neceſſariis affluens, incolarum nobilitate, civiumque frequentia celebris. Nobilem habet academiam & frequentem, unde Gaddus in elogiographo. *Palladiis ſtudiis, & claris ſtirpibus ardet*. Situ eſt admodum plano, cœlo ſumme ſalubri, ut Plinius tradit. Incolæ nobiles, venuſti, animoſi, genio, ingenioque præſtantes. Ager ſuburbanus amœnus eſt, & frugum, vitiumque optimarum fertilis, aquis medicatis, paſcuiſque lætiſſimus & felix: cujus caſeus & vellera ſummam merentur commendationem. Laudat vellera Martialis: *Tondet & innumeras Gallica Parma greges*. Ipſa demum templis, cœnobiis opulentis,
C aliiſque piis locis abundat. Cathedralis ex nobilis architecturæ præceptis ad imitationem D. Petri Romani exurgit, quam Parmiſanini, Antoniique Coregienſis ad vivum expreſſæ picturæ exornat. Templum olim D. Herculano dicatum Paſchalem II. in Deiparæ Aſſumptæ memoriam conſecraſſe, vetus marmorea inſcriptio refert. *Templum hoc olim D. Herculano dicatum Paſchalis II. P. M. ritu ſolemni in Parmenſium gratiam Aſſumptæ Virgini ille ipſe conſecravit 6. Kal. Octob. MCVI.* In eo requieſcere pia Parmenſium devotio, vetuſtaque memoria narrat corpora SS. Herculani Patroni, qui in portu Romano die 5. Septembris martyrio coronatus eſt, Joannis Calibitæ, Pudentianæ, Abdon, & Senen, Nicomedis, Quiriaci, Maximi, Archelai martyrum, Aureæ Virg. Agapiti, ille idem qui Præneſte puer martyrium ſubiit, cujus ſacræ exuviæ in Aram principem reconditæ fuere, ut in 1. tomo retulimus, dum de Epiſcopis Præneſtinis narrationem inſtitueremus: Bernardi Epiſcopi & Card. ac demum quatuor ſanctorum
D Innocentium corpuſcula. Clerus nobilis, ac numeroſus eſt, in quo Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Præpoſitatus, ac Primiceratus dignitas præeminet. Canonici, qui cappis more Cardinalium ex privilegio Clementis VIII. utuntur, decem & ſeptem ſunt, Manſionarii quatuor, aliique divinis inſervientes ad nonaginta. Collegiatæ Clericorum tres cum ſuis Præpoſitis, & canonicis. Eccleſiæ in totum numerantur 96. Parochales 42. Monaſteria virorum 15. Monialium 17. Confraternitates 17. Hoſpitalia ſeptem, Abbatiæ ſex. Inter quas ad quintum lapidem ſpectatur nobilis opulentaq; Abbatia S. Martini Vallis Serenæ Ordinis Ciſtercienſis, à Gerardo de Blanchis Cardinali Parmenſi ædificata, 1298. Porrò Abbatiam S. Joannis Evangeliſtæ, quæ Parmæ ſpectatur, non tam opes nobilitant, quam S. Joannes Abbas illius auctor. Hic enim ex ordine D. Benedicti, ſingulari ſanctimonia vitæ, non modo celebre cœnobium illud illuſtravit, ſed Parmam etiam cum aliis

ſanctis,

Digitized by Google

ſanctis, qui vel inde prodierunt, vel ibidem honorifice jacent, nobilem reddiderunt, ut ſcribit Antonius Maria Garofalus in ſuo ſanctuario Parmenſi. De viris illuſtribus hujus civitatis edidit Raynucius Picus in Appendice, ille ipſe qui ſanctorum Principum vitas erudite, & perbelle ſcripſit. Series autem Parmenſium Præſulum ſequentem diſcripſimus, uberiorem et iam fortaſſe daturi, ſi nobis petentibus illius Epiſcopatus plura alia monumenta non defuiſſet.

A D D I T I O.

A

(,, *Cathedralis Parmenſis ampla, & ſatis elegans,*
,, *S. Firmi m. & S. Januaria corporibus, prater enu-*
,, *merata ab Ughello, ditatur, aliiſque praclaris, in-*
,, *ſignibuſque reliquiis: Antonii verò Allegri vulgo*
,, il Correggio, *Hieronymi Mazzola, Michaelis*
,, *Angeli Anſelmi Senenſis, Sixti Badalochi, La-*
,, *ctantii Gambara, Jo: Pauli Lomazzi, & Bernar-*
,, *dini Gatti, vocati* il Sojaro *picturis decoratur. Cle-*
,, *rus inibi eſt nobiliſſimus, & prater quatuor ab Au-*
,, *ctore recenſitas dignitates quinta etiam exornatur,* B
,, *nempe Præfectura ſacrarii. Nulla tamen harum di-*
,, *gnitatum eſt de Capitulo Canonicorum, niſi Archi-*
,, *diaconus, qui cum Canonicis explet numerum xvii.*
,, *inter quos eſt Prabenda Theologalis. Archipresby-*
,, *ter licet non ſit Canonicus, Cappa tamen, ut reliqui*
,, *Canonici, veſtitur, & eſt caput Congregationis*
,, *Presbyterorum de Conſortio fundata an. Dom. 1304*
,, *& aucta an. 1364. auctoritate Apoſtolica. Archi-*
,, *presbyter eſt etiam judex appellationis omnium cau-*
,, *ſarum tam ſpiritualium, quam corporalium ad ſe*
,, *provocantium cum poteſtate ſubdelegandi ex conceſ-*
,, *ſione Pauli III. Presbyteri Beneficiati de Conſortio*
,, *cum 4. manſionariis pro exercitio Parochia ſunt*
,, *94 divinis officiis intervenientes: ſacroque mini-*
,, *ſterio inſerviunt 30. Seminarii Alumni. Collegia-*
,, *ta in urbe ſunt quinque, nempe Baptiſterium cum*
,, *Præpoſito, & 8. Canonicis; Baptiſterium fuit ere-*
,, *ctum an. 1196. collegiata autem Canonicorum à*
,, *Card. Gerardo Blanco an. 1282. Collegiata S. Pe-*
,, *tri incapta an. 1515. ut ex Bulla Leonis X. cum 12.* C
,, *Sacerdotibus reſidentibus, & Præpoſito. Collegia*
,, *ta* B. M. Virginis della Steccata, *redditibus, &*
,, *ſupellectilibus pretioſis valdè celebris cum 24. ſacer-*
,, *dotibus reſidentibus incœpta an. 1521. Collegiata* S.
,, Vitalis *M. & protectoris, cum 24. ſacerdotibus re-*
,, *ſidentibus: ibi adeſt ſodalitium ſuffragii pro defun-*
,, *ctis erectum an. 1627. & ſingulis annis offeruntur cir-*
,, *citer 40000. ſacrificia. Demum Collegiata* S. Jo-
,, ſeph, *condita à Joſeph Acerbo Nob. Parmen. an.*
,, 1707. *cum 12. ſacerdotibus reſidentibus. Parochia*
,, *in urbe ſunt 30. Cœnobia virorum 17. inter qua inſigne*
,, *eſt illud S. Jo. Evangeliſta Monachorum Caſinen-*
,, *ſium fundatum à Sigiſredo II. Epiſcopo Parma an.*
,, *985. cui præfuit in Abbatem S. Joannem Nob. Par-*
,, *menſem: Ejus Eccleſia cateris amplitudine, pictu-*
,, *ris, magnificentia antecellit, plurimis ſanctorum Li-*
,, *pſanis dives: monialium 23. e quibus celebre eſt illud*
,, *S. Alexandri Papa & m. conditum. Cunegonda Re-*
,, *gina Italia, relicta Bernardi regis, teſtante authen-*
,, *tico inſtrumento Parma dato, regnantibus Hlodovi-* D
,, *co, & Hluthario Imperatoribus an. XXII. & XVI.*
,, *17. Kal. Julias Ind. 13. ideſt an. Chriſti 835. Abba-*
,, *tia in urbe ſunt 2. nempe S. Jo. Evangeliſta Mona-*
,, *chorum Caſinenſium, & S. Sepulchri Canonico-*
,, *rum Lateranenſium. Extra urbem verò viſitur Ab-*
,, *batia S. Martini vallis Serena Ord. Ciſtercienſis:*
,, *& Carthuſia fundata à Rolando Taverna Parmen-*
,, *ſi Epiſcopo Spoletano an. 1280. Hoſpitalia urbis ſunt*
,, *7. ſodalitates Laicorum 20. ita ut Eccleſia, & Ora-*
,, *toria civitatis aſcendant ad 94. Adeſt etiam mons*
,, *Pietatis exſtructus à B. Bernardino Feltrenſi an.*
,, *an. 1488. & congregatio charitatis ſub protectione S.*
,, *Philippi Neris ex Eccleſiaſticis ſecularibus, &*
,, *laicis coaleſcens cum onere ægros inopes civitatis*
,, *inviſendi ſingulis hebdomadibus, eiſdemque elee-*
,, *moſynas elargiendi. Univerſitas autem Parmenſis*
,, *adeò eſt antiqua, ut D. Petrum Damianum eru-*
,, *diiſſe gaudeat. In hac floruit celebris ille Nicolaus*
,, *Tedeſcus Siculus, Abbas Ord. S. Benedicti, Ar-*
,, *chiepiſcopus Panormitanus, & Cardinalis. Anno*
,, *1412. fuit reformata, & à Pontificibus ditata pri-*
,, *vilegiis; demum à Raynucio Duce primo an. 1601.*
,, *ampliata, & ad priſtinum reſtituta ſplendorem.*
,, *Extat collegium judicum antiquiſſimum, ex nobi-*
,, *lioribus conflatum, & alterum Collegium Doctorum*
,, *S. Theologia, in quo admittuntur etiam Regulares,*
,, *accepta ibi laurea juxta morem, & demum Colle-*
,, *gium Doctorum Artium, & Medicina. Ducale*
,, *verò Seminarium, 300. Nobilium capax, à Duce*
,, *Raynucio primo fundatum anno 1601. inter catera*
,, *totius Europa maximè fulget.*
B ,, *At in Diœceſi ſunt Eccleſia Parochiales 317. Mo-*
,, *naſteria Regularium 15. & complura Oratoria ſim-*
,, *plicia: Abbatia verò quinque, nempe S. Maria*
,, *de Caſtillione Congregat. Montis Oliveti; Fontis*
,, *vivi Ord. S. Benedicti; S. Baſilidis Cavana, in*
,, *qua jacet corpus prædicti S. Baſilidis m. olim ſpecta-*
,, *bat ad Congregat. Vallis Umbroſa, nunc eſt de men-*
,, *ſa Apoſtolica; Berceti, in qua venerantur corpora*
,, *Ss. Abundii, Moderamni, & Brocardi. Oppi-*
,, *da verò Diœceſis ſunt* S. Secundus, Fontanella-
,, tus, Siſſia, Soranea, Bochablanca, Noccetum,
,, Puiglium, Colurnum, Monſclariculus, Monticu-
,, lus, Caſtrum Gualtieri, Brixillum, Turris cla-
,, ra, *ubi adeſt Monaſterium Benedictinorum funda-*
,, *tum an. 1473. à Petro Maria Rubeo*, Langhiran-
,, num, Cornilium, *ubi coluntur corpora Ss. Lucii,*
,, *& Amantii m.* Caleſtanum, Berectum, *in quo re-*
,, *ſidet Præpoſitus cum Canonicis. Demum anima*
,, *utriuſque ſexus in urbe ſunt circiter 35000. in Diœ-*
,, *ceſis 140000.* Bonvicinus.)

C 1. (1) PHILIPPUS natione Romanus Epiſcopus Parmenſis anno 362. fuit, primuſque reperitur Epiſcopus, cujus nomen ad poſteros pervenit. I.

2. HENRICUS Epiſcopus Parmenſis an. 382. II.

3. CYPRIANUS Epiſcopus Parmenſis. Huic uſurpare oculis contigit excidium ab Attila Parmæ miſerabiliter illatum. Quamobrem profugit Brexellum, ibique ſedem fixit, Brexellenſiſque Epiſcopus appellatus eſt, ut legitur in Concilio Mediolani agitato ſub Euſebio Epiſcopo anno 454. Primuſque Epiſcopus Parmenſis eſt, cujus celebre nomen ad poſteritatem tranſierit; ejus ſiquidem aliquorum anteceſſorum nomina interciderunt, ſicut & ſucceſſorum per annos omnino ducentos. III.

4. ARTIUS Epiſcopus an. 476. memoratur in tabulis ejuſdem Eccleſiæ. IV.

5. PETRUS an. 518. V.

6. CAJUS an. 562. poſt hunc per quadraginta fere annos ſucceſſorum nomina deſiderantur. VI.

7. TOBIAS an. 601. VII.

D 8. PIUS an. 635. VIII.

9. GRATIOSUS Epiſcopus Parmenſis ſub Agathone Papa Concilio interfuit 680. IX.

10. AYCARDUS an. 731. X.

11. ALBOINUS Gallus Parmæ Epiſcopus Rachiſio Longobardorum Regi charus fuit, a quo in favorem ſuæ Eccleſiæ ampliſſimum retulit privilegium anno 744. ut Bonaventura lib. 1. Hiſtoriæ Parmenſis videtur innuere. XI.

12. HIERONYMUS an. 775. XII.

(,, PETRUS, *de quo fit mentio in diplomate Ca-* XIII.
,, *roli Magni ſub an. 13. qui eſt Chriſti 781. pro Eccle-*
,, *ſia*

(1) Lazarus Cotta in Muſæo Novarienſi meminit Joannis Tornielli Parmenſis Epiſcopi, cujus memoria eruatur ex Martilorio (Benefactorum Catalogo) Inſignis Baſilicæ S. Julii, in quo recenſetur Jacobus Torniellus illius Collegiatæ Præpoſitus, & frater *Domni Joannis Epiſcopi Parmenſis.* De hoc tamen Joanne nullum extat monumentum in Parmenſi Eccleſia; nec quo tempora vixerit, aſſerit Cotta. *Mandoſius.*
De Herba, & Catalogus, quem attribuunt Roberto Ruſchæ Ciſtercienſis Ordinis Monacho primum Epiſcopum Parmæ, cujus notitia ad poſteritatem pervenerit, Hilarium ſtatuunt Eccleſiæ Doctorem, præcipuum Parmæ Patronum, quem XII. Pictavienſem Epiſcopum legimus apud Jo: Chenau, regnantibus Valente, & Valantiniano demortuum anno 372. at verius 368. (367. vult Rollandus) die 13. Januarii. Cum autem notitia hæc nec apud Baronium adinveniatur, aut alios, qui hujus Sancti vitam ſcripſere, neque antiqua hujus urbis monumenta de hoc ullam fidem faciant, veritati adverſari credendum eſt, qui illud aſſerunt. *Bonvicinus.*

Digitized by Google


„ſia Regienſi, cui praerat tunc Apollinaris. Diploma A
„ infra refertur in Regienſibus. Bonvicinus.)
XIV. 13. LANTPERTUS Parmæ Epiſcopus, Man-
tuano Concilio interfuit contra Aquilejenſes, Gra-
a ſeu 828. denſeſque Patriarchas celebrato an. 824. *a*
14. RODOALDUS (1) in Romano Concilio
diverſorum criminum factus reus, tulit damnationis
ſententiam, ut refert Baronius ad annum 863.
XV. 15. VVIDIBOLDUS *b* qui etiam Vvibodus &
Vvigbodus dicitur, Caroli Manni Regis nepos Epi-
ſcopus Parmenſis fuit anno 872. Quem idem Caro-
lus Mannus amplis privilegiis proſecutus eſt, quo-
rum primum ex perlectis in Archivio Vaticano
exemplaribus eſt hujus tenoris.

b Ad eum extat Joannis VIII Epiſtola in noviſ. Concil. editione t. 6. col. 49.

In nomine ſancta, & individuæ Trinitatis.

*Carolus Mannus divina favente clementia Rex. Cũ
nihil boni operis apud æternum pereat remuneratorem,
abſque tarditate oportet nos omni tempore agere, quæ
digna ſunt tanto remuneratori. Quoniam ſi temporalia,
& momentaneo curſu tranſeuntia Eccleſiis omnipoten-
tis Dei impendimus, ſempiterna ad me ſive manſura* B
*præmia ab eo proculdubio ſuſcipere ſperamus. Igitur om-
nium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præ-
ſentium ſcilicet, & futurorum ſolertia notum fieri vo-
lumus, quatenus Vvibodus ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ
venerabilis Epiſcopus dilectus fidelis noſter, noſtram
per Emardum fidelem noſtrum deprecatus eſt clemen-
tiam, ut paupercula Parmenſi ſuæ Eccleſiæ pro amore
Dei, animæque noſtræ, parentumque noſtrorum mercede
ſubvenire dignaremur. Cujus petitionibus pietatis no-
ſtra aures miſericorditer accommodantes, & ejus erga
noſtrum obſequium curioſiſſimam fidelitatem attenden-
tes concedimus, atque donamus ei, & Eccleſiæ ſuæ Ab-
batiam de Bercedo ſitam in monte Bardone cum omni-
bus adjacentiis, & pertinentiis ejus in integrum tam in
finibus Tuſciæ, quamque Longobardiæ cum omni inte-
gritate, & ſoliditate ſua jure perpetuo. Inſuper etiam
confirmamus, & corroboramus, quod ei, & Eccleſiæ
ſuæ per aliud noſtrum edictum nuper conceſſum eſt, ideſt
curtem regiam exſtructam infra civitatem Parmam
cum omni officio ſuo, ſervis, & ancillis maſculini ſe-* C
*xus, & fœminini, ſeu etiam largimur, & perdonamus,
atque nuper conceſſum confirmamus prædicto Vvibodo,
& prælibatæ Eccleſiæ ſuæ omne jus publicum, & telo-
neum, atque diſtrictum ejuſdem civitatis, & ambitum
murorum in circuitu, nec non & pratum regis non lon-
ge ab ipſa eadem civitate in integrum ſicut noſtræ publi-
cæ, ac regiæ pertinet poteſtati. Corroboramus, quin po-
tius & confirmamus per hujus noſtri edicti paginam om-
nes auctoritates quaſcunque prædicta Parmenſis Eccle-
ſia in honorem ſanctæ Dei Genitricis, ſemperque Vir-
ginis Mariæ dicata dignoſcitur à tempore omnium Re-
gum Longobardorum, & Francorum, Caroli videlicet
Magni, Lotharii, & Ludovici piiſſimorum Regum, &
Imperatorum noſtrorum ſcilicet prædeceſſorum, uſque
in præſens tempus præcipientes, ut nullus ſæpe nomina-
tam Parmonſem Eccleſiam de univerſis, quæ inibi ab
anteceſſoribus noſtris pia devotione collata ſunt, & de
iis quæ noſtra regalis munificentia illi confert, abſque
legali judicio exſpoliare audeat, & idcirco hoc noſtræ
donationis, conceſſionis, ſeu confirmationis juſſimus fie-* D
*ri præceptum, per quod prædicto Vvibodo venerabili
Epiſcopo fideli noſtro, ejuſque ſucceſſoribus ad partem
Eccleſiæ ſuæ prædictam Abbatiam de Bercedo, cum
omni, ut jam diximus, integritate ſua, tam quod modo
habet, aut in antea Deo propitio per fideles animas ade-
ptura eſt, & præfatam Curtem, quæ regia dicitur, infra
denominatam civitatem Parmam, & omne jus publi-
cum, & teloneum, & diſtrictum civitatis, ſeu & am-
bitum murorum in circuitu, & pratum, quod regium no-
minatur, in integrum concedimus, perdonamus, atque
largimur, & de noſtro jure in ejus jus, & dominium
transfundimus, ut habeat, teneat, poſſideat, atque frua-
tur perenniter tam ipſe Vvibodus Epiſcopus fidelis no-
ſter, quamque & ſucceſſores ejus ad partem Eccleſiæ
jam dictæ jure proprietario in æternum omni noſtra, no-
ſtrorumque hæredum, ac prohæredum, & poſterorum re-*

A *petitione ſopita, atque extincta. Si quis vero, quod mi-
nime credimus, noſtris, vel futuris temporibus contra
hoc noſtræ donationis, conceſſionis, ſeu confirmationis
præceptum contraire, tollere, aut caſſare tentaverit,
ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medie-
tatem cameræ noſtræ, & medietatem ſupradicto Vvibo-
do, & ſucceſſoribus ejus ad partem jam dictæ Eccleſiæ
ſuæ, cui violentia illata fuerit: & ut hæc certius creda-
tur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu pro-
pria firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus
inſigniri.*

Signum D. Ca-  *roli Sereniſſimi Regis.*

B

*Data 5. Idus Maji anno Dom. Incarnationis 872.
Domini vero Carlomani Regis in Bajoraria 4. & in
Italia 3. indictione 5. Dat. ad Huotingam curtem Re-
giam, in Dei nomine feliciter. Amen.*

At Joannes VIII. in Epiſtola ad Carolum Man-
num Imperatorem, in qua Vvibodum Parmenſem
Epiſcopum eidem commendat, nullam memorat in-
ter eos ſanguinis conjunctionem.

Joannes Epiſcopus Carolo Imperatori.

*Quia deſiderandam nobis, & totis viſcerum brachiis
amplectendam dilectionem veſtram nihil patimur igno-
rare eorum quam maxime, quæ ad cumulum gloriæ ve-
ſtri noſcuntur culminis pertinere; operæ pretium duxi-
mus innoteſcere, Vvigbodum venerabilem Eccleſiæ
Parmenſis Antiſtitem Apoſtolorum adiiſſe limen, &
ſedem tam orationis voto, quam inveniendæ per nos ve-
ſtræ gloriæ deſiderio; cujus mentis arcana ſubtilius in-*
C *veſtigantes, nos plane minime latuiſſe fatemur: quod &
nunc ſincera fides erga pium Imperium veſtrum haben-
da teneatur affectu, & hoc jam olim proculdubio rerum
effectibus demonſtraſſet, niſi ſibi eſſet a piæ memoriæ
priori principe cauſa talis injuncta, quam ſine ſui diſcri-
mine flocci pendere nequiviſſet. Unde rogamus data ve-
nia ſuſcipite nunc illum ut mea viſcera: quia & ſi forte
quondam vobis erat inutilis, nunc autem vobis, & no-
bis utilis; quamvis forte non ſit dicendus inutilis, qui
fidẽ ante promiſſam cuſtodiens, ſimile circa vos ſervã-
da fidei dedit judicium: præſertim cum ſperãs in Domi-
no non perdiderit, ſi mutaverit, fortitudinem, dum ſci-
licet nobis hunc informantibus, ſi quopiam contra vos
uſus eſt, pro vobis proponat jam totis viribus exercere.
Unde non dubitamus illum ſe fortiorem erga fidei ve-
ſtræ conſtantiam exhibendum, quam fuerit quando con-
tra Imperium veſtrum perhibeatur ſentire. Ergo cle-
mentiſſime Imperator, quia ab infantia crevit vobiſ-
cum miſeratio, recipite illum tamquam B. Petri Apo-
ſtoli patroni veſtri confeſſione, & ſuper eo mercedẽ habe-*
D *re contendite, non imputante ei quod noviſſimus vene-
rit. Quia & bonus ille paterfamilias operarios unde-
cima hora pares feciſſe deſcribitur his, qui tertia ho-
ra venere, ſed & vos non minus diligitis militem, qui
primo quidem in bello terga dedit, & poſtea rediens
premit fortiter hoſtem, quam eum, qui numquam ter-
ga dedit, & nunquam aliquid fortiter geſſit. Sed quid
multa? cum ecce nos ei apud pium Imperium veſtrum
fili chariſſime fidem dicimus. Ecce nos pro illo vadem
offerimus, tantum ſic agat erga eum clementiſſima, &
ſereniſſima pietas veſtra, ut alii ſub tegmen miſera-
tionis veſtræ, hoc comperto alacrius confluant, & per
interventionem noſtram quaſi per immobilem pontem
ad vos certatim tranſitum faciant. Siquidem hic in
ſignum eſt ad Apoſtolica tecta quoddam poſitus, cun-
ctos ad vos terrigenas, aut bene diſpoſitus invitabit, aut
a vobis male tractatus terrebit. Nam difficile eſſe cre-*

G *dimus*

(1) Lantperto ſufficit Ughellus Rodoaldum in Concilio Romano ſub Nicolao I. depoſitum, & excommunicatum, de quo Baronius ad an. 861. ſed refragatur Bordonus in theſauro Eccleſ. Parmen. communi omnium ſenſu oſtendens non Parmenſem, ſed Portuenſem fuiſſe Epiſcopum. Borruſius.

dimus apud pietatem veſtram quemquam per alios obtinere, quod per Petrum, & Paulum Apoſtolorum eximios non poterit impetrare.

Dat. 16. Kal. Decemb. Indict. X.

Dederat olim Carolus Mannus Rex Vvibodo Epiſcopo curtem Zenæ, & capellam S. Cæſarei in Mutinenſi comitatu, quam deinde curtem capellamque Carolus Rex Caroli Manni frater ſuo diplomate anno 880. liberaliter confirmavit, quod in eodem Vaticani exemplari legimus hiſce verbis exſcriptum.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Rex. Si fidelium noſtrorum petitionibus pio affectu conſulimus, morem prædeceſſorum noſtrorum ſequimur, & eos alacriores in noſtrum reddimus ſervitium. Igitur omnium fidelium noſtrorum ſanctæ Dei Eccleſiæ tam præſentium ſcilicet, & futurorum comperiat ſolertia, quia Vvibodus uti venerabilis ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopus obtulit obtutibus noſtris duo præcepta, in uno quidem continebatur inter cætera, qualiter divæ memoriæ Carlomagnus Rex Germanus noſter conceſſerat, & donaverat eidem Vvibodo venerabili Epiſcopo curtem unam ſitam in comitatu Mutinenſi loco, qui dicitur Zena, cum omnibus rebus, & familiis ad eam pertinentibus vel aſpicientibus. In illo quoque præcepto legebatur inter reliqua, quatenus idem frater noſter corroboraverat, & confirmaverat capellam in honorem S. Cæſarii dedicatam cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis ſecundum firmitates, quas de Anteramo quondam comite in Teuderico Vaſſallo pro, & de eodem Teuderico, in ipſo Vvibodo Epiſcopo advenerat, ſuper quibus rebus ſuperius ſcriptis petiit noſtram excellentiam idem Vvibodus, ut morem prædeceſſorum noſtrorum ſequentes ipſam curtem, & capellam noſtro demum corroboraremus edicto. Cujus petitionibus aures noſtræ Clementiæ accommodantes juſſimus eidem venerabili Epiſcopo Vvibodo fideli noſtro hoc noſtrum conſcribi præceptum, per quod corroborramus, & in perpetuum concedimus præfato Vvibodo, ejuſque nepoti Amelrico dictam curtem, quæ dicitur Zena cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis, mobilibus, & immobilibus, ſeu etiam capellam ſuperius nominatam in honorem S. Cæſarii conſtructam cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis ſuis, ſecundum quod ipſa præcepta continentur, & una cum ipſis præceptis, ut habeat, teneat, poſſideat, & faciat quicquid decreverit, tam ipſi, quam & quibus dederint, ex noſtra pleniſſima largitate. Præcipientes ergo præcipimus, & interdicentes interdicimus, ut nullus dux, comes, vel ulla omnino tam magna vel parva perſona contra hoc noſtræ confirmationis vel conceſſionis præceptum ire, minuere, vel quoquo modo violare præſumat, ſed liceat eidem Vvibodo, & Amelrico, vel cui ipſi dederint, noſtris, & futuris temporibus ſupraſcriptas res juſte ſemper habere & detinere, abſque ullius contradictione. Si quis vero, quod minime credimus, hanc noſtram confirmationem, vel conceſſionem irrumpere ex parte, vel in toto tentaverit, ſciat ſe compoſiturum triginta libras auri puriſſimi medietatem palatio noſtro, & medietatem ipſi Vvibodo, vel cui ipſi dederit, quibus violentia illata fuerit, & ut hæc noſtra confirmatio, vel conceſſio verius, certiuſque ab omnibus credatur, & diligentius obſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum D. Caro-  *li Sereniſſ. Regis.*

Inquirinus notarius ad vicem Lutuardi Archicancellarii recognovit.

Data 6. Idus Januarii anno Incarn. Dom. DCCCLXXX. Indictione 13. anno vero Regni ſereniſſimi Regis Caroli in Francia IV. in Italia I. In Dei nomine feliciter. Amen.


Alia ejuſdem Caroli Regis egregia donatio, ſeu confirmatio Caroli Manni fratris, eidem Vvibodo Epiſcopo, Eccleſiæque Parmenſi eadem die & anno, quo ſuperior data eſt, hæc fuit, qualis ſequitur ex eodem Vaticano exemplari a nobis excerpta.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus Dei Gratia Rex. Noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum, ſive præſentium ſcilicet & futurorum induſtria: quod Vvibodus venerabilis ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ ſuæ Epiſcopus noſtram adiens clementiam petiit inter cætera, ut qualiter divæ memoriæ Carolus Mannus Rex Germanus noſter conceſſerat omnes res Epiſcopo Parmenſi attinentes, videlicet burgum S. Domnini cum ſua pertinentia, Abbatiam de Berceto cum ſua pertinentia, nec non diſtrictum Parmæ civitatis cum muro & teloneo, inſuper & tria milliaria in circuitu ipſius civitatis, ita & nos noſtro confirmationis præcepto confirmaremus ſibi & Eccleſiæ ſuæ, atque corroboraremus. Cujus precibus annuentes, ac libenter conſentientes, & mala omnia, quæ acciderant ſæpe inter comites ipſius comitatus, & Epiſcopos ipſius Eccleſiæ conſiderantes, ut penitus præterita lis, & ſchiſma evelleretur, & ut ipſe Pontifex cum clero ſibi commiſſo pacifice viveret, oes, & familias tam cuncti cleri ejuſdem Epiſcopi, in quocunque comitatu inventæ fuerint quocunque, & cunctorum hominum infra eandem civitatem habitantium de jure publico in ejuſdem Eccleſiæ jus, & dominium, & diſtrictum, & murum ipſius civitatis, & toloneum, & omnem publicam functionem, tam infra civitatem, quam ex omni parte civitatis infra tria milliaria deſtinata ſcilicet, atque determinata per fines, & terminos, ſicuti ſunt loca villarum, cum nominibus defixa caſtrorum in oriente ſcilicet Berecetum caſale, Coloretum, & in meridie Purpuriaaum, Albari, Vichtſuli; in occidente Vichoferduli, Fabrorium; in ſeptentrione Bagantiolla caſale, Palantani, Terabiano cum omnibus pertinentiis præfatorum locorum integra remota occaſione ullius reprenſionis, ut habeat Pontifex ejuſdem Eccleſiæ, vel miſſus ipſius poteſtatem deliberandi, & adjudicandi, ſeu diſtringendi, veluti ſi præſens eſſet noſtri comes palatii, nec non & regias vias, & jari Parma, Bagartia, Honica, Padi & omnium fluminum infra ipſum comitatum, & Epiſcopium defluentium inſulas, & ripas ſupradictorum fluminum duodecim pedum juxta aquæ alveum, ſive arenam, carnarium, azidium publica, paſcua, vias, ingreſſus publicos in circuitu ipſius civitatis, videlicet in locis Banziano, Moniſteriolo, Albereto, fraſcarium, quod dicitur pecorile, cum aliquantis terris apertis jacentibus inter fines deſignatos, a mane vallis, quæ dicitur Boſidana, a meridie via, quæ pergit ad ipſa paſcua, & terram canonicorum ipſius Eccleſiæ, in ſero via publica, quæ dicitur Lavalitulo, a ſeptentrione pertinentia villæ Marturiano aliquantulum terram gerbidam tum fraſcaria in matricule Summardito, Vicoferduli, Bocitulo, Colliculo jacentes in oriente juxta aquæ ductum, qui pergit ad vicum ferduli terra de Caruci Mauticis, vel alicubi jacentes infra ipſum comitatum, & Epiſcopium, ſeu etiam inſulas, & ripas omnium fluminum cum ſupradicta menſura infra ipſum comitatum, & Epiſcopatum manentium Villa de Albazano cum famulis, terram Budonis, terram Andreæ Talamaſti juxta ſuſpirium, paludem integram juxta pratum regium, ſeu Burgum S. Domnini, atque Abbatia de Berceto cum omnibus ſuis pertinentiis, & adiacentiis, & omne territorium cultum, & incultum ibidem adjacen. & hominium omne quicquid Reip. pertinet inſuper & homines infra eandem civitatem, vel prælibatos fines habitantes ubicunque fuerit eorum hæreditas, ſeu ad quæſtus, ſeu familia tam infra comitatum ipſum, quamque in vicinis in comitatibus nullam exinde functionem alicui noſtri Regni perſonæ perſolvant, ſive placitum, cuſtodiam, niſi primina Eccleſiæ Epiſcopi, qui pro tempore fuerint, ſed habeat ipſius Eccleſiæ Epiſcopus licentiam diſtringendi, definiendi, vel deliberandi tamquam noſtri comes Palatii omnes res, & familias tam omnium clericorum præ-

dicto-

dictorum ejuſdem Epiſcopii quamque & omnium habitantium infra prædictam civitatem, nec non & omnium hominum reſidentium ſuper præfatæ Eccleſiæ terras, ſive libellariorum, ſive precariorum, ſeu caſtellanorum omnia noſtræ confirmationis præcepto confirmamus, & corroboramus ſupradicto Vvibobo Parmenſi Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ, eo videlicet ordine, ut nullus Marchio, comes, vicecomes, dux, aut aliqua noſtri Regni magna, remiſſaque perſona, exinde prædictis rebus, & familiis de omnibus, quæ ſuperius leguntur ſe intromittat, aut aliquam functionem inde recipere, aut diveſtire nullo modo tentet, & ut liceat Epiſcopo quiete vivere, ſi acciderit de prædictis rebus, & familiis ſine pugna legaliter non poſſe definire, hujus noſtræ confirmationis paginæ concedimus ejuſdem Epiſcopi miſſo vel vicedomino, ut ſic noſter miſſus, & habeat poteſtatem deliberandi, & definiendi atque adjudicandi tamquam noſtri comes Palatii: inſuper etiam concedimus, ut ſi aliqua navis alicujus caſtelli Epiſcopii præſertim per Padum, aut aliquem aquæductum ſeraleam tranſierit, nullus exinde teloneus exigat, aut requirere tentet. Si quis igitur, quod minime credimus, hujus noſtræ confirmationis paginam rumpere, & infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ipſi Epiſcopo, qui pro tempore fuerit. Quod ut verius credatur, firmiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes noſtro juſſimus inferius ſigillo muniri.

Signum D.Corra-  *li Sereniſſ. Regis.*

Inquirinus notarius ad vicem Luuardi Archicancellarii recognovit.

Data 6. Idus Januarii anno Incarn. Dom. DCCCLXXX. Indictione 13. an. vero Regni ſereniſſimi Regis Caroli in Francia IV. in Italia I. In Dei nomine feliciter. Amen.

Item alia ejuſdem Regis Caroli confirmatio de Abbatia Bercetenſi, aliaque jura Eccleſiæ Parmenſis eidem Vvibodo conceſſa, ſic ſe habet an. 885. data ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Quanto amplius Imperialis munificentia erga ſuos fideles exuberat, tanto eos ad ſuum obſequium promptiores, devotioreſque efficiet, atque pro hoc ſtatum regni anteceſſores noſtros, noſque Dei omnipotentis clementia adeptos non ambigimus, ut Eccleſiarum Dei utilitatibus benigno affectu conſulamus, & earum augendo ſtatum, quæ a prædeceſſoribus noſtris illis pro æterna remuneratione collata ſunt, ſcriptis corroboremus, pace regni, & futura manente mercede. Noverit itaque omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque tam præſentium, quam futurorum induſtria, quia Vvibodus ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus obtulit obtutibus noſtris præceptum Caroli Manni Regis fratris noſtri, in quo continebatur, quod idem Carolus Mannus Rex frater noſter conceſſerat, ac perdonaverat ei, atque Eccleſiæ ſuæ pro amore Dei, animæque ſuæ mercede Abbatiam de Berceto ſitam in Monte Bardonis & curtem Regiam infra civitatem Parmenſem, & omne jus publicum, teloneum, atque diſtrictum ejuſdem civitatis, ſeu & ambitum murorum in circuitu, & pratum regium in integrum, ſubnixe noſtram per Luuardum venerab. Epiſcopum dilectū fidelem, & conſiliarium noſtrum expoſcens clementiam, ut noſtro edicto illud confirmaremus & roboraremus. Quam petitionem tam libenter ſuſcepimus, quanto rationabiliter, ac devote petitam perſpeximus, maxime cum remedium animæ, pro qua piæ recordationis Carolus Mannus frater noſter, fecerat adipiſci cupimus.

A *Quamobrem, inſigne edictum, & per hujus noſtræ auctoritatis paginam conceſſa confirmamus, & largita largimur, corroboramus, id eſt prædictam Abbatiam de Berceto cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis in integrum etiam ſuturæ curtem regiam infra civitatem Parmam cum omni officio ſuo, & omne jus publicum, ac toloneum, & diſtrictum ejuſdem civitatis, & ambitum murorum in circuitu, & pratum regium, ſicut in præcepto fratris noſtri Caroli Manni continetur, in integrum, ut habeat, teneat, poſſideat, ſecundum tenuit ipſe Vvibodus Epiſcopus, & ſucceſſores ejus ad partem ſæpedictæ Parmenſis Eccleſiæ, remota totius publicæ, ac judiciariæ poteſtatis inquietudine. Si quis ergo quidquam, quod abſit, de ſupradictis quomodolibet violare, minuere, vel auferre præſumpſerit, & qui ſuper hoc ordinem noſtrum, vel fratris noſtri eleemoſynam ejus corrumpere, vel inquietare auſus fuerit, mulctam, quæ in præcepto fratris noſtri eſt, perſolvere cogatur, & ex noſtra juſſione triginta libras auri optimi cum immunitate perſolvat, medietatem Palatio noſtro, & medietatem* B *prædicto Vvibodo, & ſucceſſoribus ejus ad partem prædictæ Eccleſiæ ſuæ, cui violentia illata fuerit, & ut hæc noſtra Imperialis auctoritas per futura tempora firmior habeatur, & ab omnibus verius credatur, ac diligentius obſervetur, manu propria firmavimus, & bulla noſtra inſigniri juſſimus.*

Signum D.Caroli † Sereniſſimi Regis.

Inquirinus notarius ad vicem Luuardi Archicancellarii recognovit.

Data 16. Kal. Maji anno Incarn. Dom. DCCCLXXXV. Anno domini Caroli VI. Imperii Indictione 3. Actum Ticinenſi Palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

Hic etiam operæ pretium eſt aliud diploma inſerere, in quo idem Carolus Rex Abbatiam Medianam in honorem S.Pauli Apoſtoli conſtructam Vvibodo, & Eccl. Parmenſi concedit. Voluit enim pientiſſimus Rex intuitu venerabilis Epiſcopi ſanguine, moribuſque conjunctiſſimi innumeris aliis donis, ac privilegiis ditare, ut ſupra relata fidem faciunt mo- C numenta. Porrò Medianæ donationis exemplar eſt hujuſmodi ex eodem codice.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Decet nos omni tempore fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque ſupplices poſtulationes piis auribus clementer ſuſcipere, quatenus de fidelibus fideliores ſibi auguſtalis munificentia efficiat, inſuper & ab æterno remuneratore, qui omnibus abundat bonis, ac retributionem æternæ remunerationis percipiat. Quapropter omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque præſentibus ſcilicet, & futuris notum fieri volumus, quia Vvibodus venerabilis ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopus fidelis noſter per Luuardum ſummum Cancellarium noſtrum adiit clementiam noſtram, ut Abbatiam monaſterii, quod dicitur Mediana, ſitam in honorem B. Pauli Apoſtoli doctoris gentium ſibi ſuæque Eccleſiæ Parmenſi jure proprietario cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis earum in integrum perpetuis temporibus cōcederemus; cujus precibus benignitatis noſtræ aurem ac- D *commodantes, ejuſque erga nos devotiſſimam fidelitatem intendentes, juſſimus ſanctæque Parmenſis Eccleſiæ in honorem ſanctæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ dedicatæ, hoc Imperialis noſtræ auctoritatis conſcribi præceptum, per quod concedimus, & donamus, atque largimur prælibatam Abbatiam Medianam in honorem B. Pauli dedicatam cum omnibus adjacentiis & pertinentiis ſuis, curtibus, capellis, & ædificiis eorum, terris, campis, pratis, vineis, ſylvis, ſervis, & ancillis utriuſque ſexus, mobilibus, & immobilibus cum omni integritate eorum, cum univerſis, quæ dici, aut nominari poſſunt, ad prædictam Abbatiam pertinentibus noſtra Imperiali conceſſione, ut habeat, teneat, fruatur perenniter tam ille, quam & ſucceſſores ejus ad partem ſæpe nominatæ ſuæ Eccleſiæ, faciantque exinde quicquid ſecundum æternum arbitrium melius eis placuerit. Quicumque vero contra hanc noſtram donationem, conceſſionem, ſeu largitionem ire, agere, cauſari, vel de poteſtate prædictæ Parmenſis Eccleſiæ ſubtrahere quæſive-*

rit, centum libras auri optimi cogatur perſolvere, medietatem Palatio noſtro, & medietatem præfato Vvibodo Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus ad partem prædictæ Parmenſis Eccleſiæ, quibus violentia illata fuerit, & ut hæc noſtræ donationis, conceſſionis, largitionis auctoritas præſentibus, futuriſque temporibus pleniſſimum vigorem obtineat, & verius credatur, diligentiuſque obſervetur ab omnibus, manu propria ſubter firmavimus, & bulla noſtra inſigniri juſſimus.

Signum D. Caroli Imperatoris Auguſti.


Inquirinus Notarius ad vicem Luitvardi Archicancellarii recognovi. Data 3. Idus Martii anno Incarn. Dom. . . . . . Actum Ticino Palatio. . . In Dei nomine feliciter. Amen.

Pro exitu noſtri Vvibodi adſeremus inſigne donum Vvidonis Imperatoris intuitu ejuſdem Vvibodi, Ageltrudis Imperatricis conjugis ſuæ de monaſterio S. Agathæ Ticinenſi, quod conceſſit anno. 891. primo ipſo die Imperii ſui, in quo Vvibodus archicapellanus Imperatoris vocatur. Sic enim fatetur in typo.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Vvido divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, & futurorum comperiat ſolertia, quia Vvibodus ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ venerab. Epiſcopus, & archicapellanus noſter deprecatus eſt celſitudinem noſtram, ut dilectiſſimæ conjugi noſtræ Ageltrudi Imperatrici, & conſorti Imperii noſtri monaſterium in honore S. Agathæ, quod dicitur novum, conſtructum, ſitum Ticinenſi in civitate, quod per præceptum regale illi conceſſeramus . . . & auctoritate noſtra ei confirmaremus; nos vero ejus precibus obtemperantes decrevimus ita fieri. Concedimus igitur, & confirmamus dilectiſſimæ conjugi Ageltrudi, heredibus ſuis, ac pro heredibus ſuis monaſterium ſuperius inſertum cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis juſte, & legaliter eipertinentibus, ſeu aſpicientibus in ſingulis fundis, & locis, ſervis, & ancillis utriuſque ſexus, familiis, & ditionibus, terris, vineis, campis, pratis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis, & incultis, mobilibus, & immobilibus, vel quod ad ipſum monaſterium pertinere juſte, & legaliter dignoſcitur, omnia omnino in integrum, & juſſimus ei hoc noſtræ auctoritatis præceptum inde conſcribi, per quod decernimus, atque jubemus, ut deinceps de ſupranominatis rebus, ipſe, ſuique heredes, ac pro heredes habeant poteſtatem, jure judiciario habendi, tenendi, fruendi, vendendi, commutandi, & noſtra imperiali largitate, & auctoritate pleniſſima, ſicut lex & juſtitia eſt unicuique homini de ſuis propriis facere rebus. Quicumque autem hujus noſtræ munificentiæ violator, vel invaſor extiterit, aut aliquam violentiam inferre præſumpſerit centum librarum auri optimi culpabilis habeatur . . . medietatem palatio noſtro, & medietatem præfatæ Ageltrudi, ſuiſque heredibus, vel cuicumque eaſdem res ei placuerit diſtribuere: & ut præſens hæc largitio in ſua permaneat firmitate, & ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & bulla noſtra ſigillari juſſimus.

Sign. D. Vvidonis excellentiſſ. Imp.



. . . . notarius ad vicem Helbunci Archicancellarii recognovi.

Data 9. Kalen. Martii Indictione 9. anno Incarn. Domini 891. regnante D. Vvidone in Italia anno regni ejus 3. Imperii illius die 1. Actum Romæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Vvibodi memoria extat in antiquis documentis

A hujus Eccleſiæ ad annum uſque 895. quo ex hac mortali vita diſceſſit. Sepultus fuit in Cathedrali, deque eodem ſequens memoria poſt aliqua ſecula in choro cathedralis appoſita habetur, quam beneficiorum memores Canonici Parmenſes erexerunt, in qua oſcitanter pro Carolo Manno, Caroli Magni appoſuere. Inſcriptio vero eſt hujus tenoris.

*Vvidiboldo Caroli * Magni ** Manni *nepoti Eccleſiæ Parmen. Epiſcopo & Comiti viro Religioſiſſimo Canonici Parmens. beneficii non immemores Dignitatis eorum auctori P. M. LXVII.*

Eodem loco alia antiqua brevis inſcriptio legitur in hunc modum.

Vvidiboldi Epiſcopi Parmen. oſſa an. DCCCLXXXXV.

16. ELBURGUS a, ſeu Helbringus ſanctimonia morum vir inſignis, Parmenſem ſedem obtinuit defuncto Vvibodo circa an. 895. memoratur in monumento Eccleſiæ Lucenſis an. 897. apud Franciſ- XVI.

a Al. Elbongus, ſeu Helbringus.

B cum Mariam Florentinum in vita Mathildis Comitiſſæ. („ *Hujus meminit charta Eccleſiæ Lucenſis* „ *relata ab Ughello in Lucenſibus col. hujus editionis* „ *799. tom. 1. facta coram Benedicto IV. & Ludovico* „ *IV. Imperatore, anno quo Romæ in Vaticana Eccleſia, ut fert Ciaconius t. 1. col. 687. ab eodem Pontifice Imperatoris titulo, ac corona donatur, videlicet* „ *901. Anno 913. teſtatus eſt.* Bonvicinus.)

17. HERCARDUM Elburgus excepit poſt annum 920. (1) Hic cum Hugoni Italiæ regi fuiſſet à ſecretis, ab eodem in favorem ſuæ Eccleſiæ retulit, quod ſequitur, privilegium; omnia jura rata habuit, quæ alii Imperatores Parmenſi Eccleſiæ aliquando indulſiſſent. Id accidit an. 924. ex eodem tabulario. XVII.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Hugo divino munere largiente ſereniſſimus Rex. Nihil aptius ad noſtræ ſublimitatis honorem, noſtrique regiminis corroborationem facere poſſe credimus, quam ſi ſanctarum Dei Eccleſiarum habentes ſollicitudinem, earum dotes inconvulſas ſervare curamus, & votis fi-
C *delium pias aures accommodamus. Ac pro hoc omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium præſentium, & futurorum ſagacitas noverit Hercardum venerabilem ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopum noſtræ ſerenitatis adiiſſe clementiam, quatenus præcepta, & auctoritates piiſſimorum Auguſtorum, vel regum prædeceſſorum noſtrorum omnium quotquot a tempore divæ memoriæ Rachis Regis, uſque ad præſens tempus noſtrum ſui prædeceſſores præfatæ ſanctæ Parmen. Eccleſiæ acquirere potuerint, Abbatiam ſcilicet S. Remigii ſitam in Bercedo ac ejuſdem Parmæ civitatis in diſtrictu, ac omne jus publicum, vel teloneum, veluti a noſtris prædeceſſoribus prælibatæ Parmen. Eccleſiæ acquirere potuerint, & dudum fuerunt collata, ita demum noſtri corroboratione præcepti eorundem auctoritatibus noſtram adderemus confirmationem. Cujus igitur devotiſſimis precibus annuentes, & libentiſſime aſſenſum præbentes hos noſtræ auctoritatis apices inſcribi juſſimus, quibus decernimus, ut ipſa præcepta de Abbatia Bercedo, diſtrictu juris publici præſertim civi-*
D *tatis ſive teloneo ejuſdem loci, nec non curte regia, ac prato regio, vel quidquid antiqui Reges, ſive Imperatores, & reliqui Deum timentes memoratæ ſanctæ Parmenſi Eccleſiæ juſs præceptis, vel teſtamentis contulerint, & poſtmodum præexcellentiſſimi Reges atque Auguſti ſua auctoritate confirmarunt, ſtabilia, ac inconvulſa noſtris futuriſque temporibus in poteſtate, vel jure præſcripti Hercardi Epiſcopi ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ ſuorumque ſucceſſorum perpetualiter maneant. Statuimus etiam, & omnino interdicimus, ut nullus comes, vel publicæ partis Judex aut gaſtaldio, vel alia qualibet perſona magna, aut parva in prædicta Abbatia de Bercedo, ſeu in diſtrictu Parmæ civitatis, quod jus publicum ſive teloneum pertinet, vel cunctis poſſeſſionibus, quas a tempore, ut prædiximus, prædeceſſorum noſtrorum Regum ſcilicet, ſive Imperatorum uſq; in*

(1) Hercardus adminiſtrare cœpit an. 916. ut ex privilegio Berengarii. *Actum Anova Curte Regia Menſe Octob.* 916. quod incipit. *Juſte quidem fore credimus &c.* in archivio Capitul. Parmæ. Hugo Italiæ rex ei confirmavit privilegia per diploma ab Ughello reſcriptum, perperam ad an. 924. relatum, cum anno regnare cœperit 926. juxta Chronologiam Labbei, & Gordoni. Bordonus deceſſiſſe ait anno 928. *Bonvicinus.*

Digitized by Google

in præſens undecumque firmitatem, vel auctoritatem A
prælibata Parmenſis Eccleſia habere dignoſcitur, vel quas deinceps inibi divina pietas augumentare voluerit, nemo ut prædiximus, ſuperioris, aut inferioris ordinis Reipublicæ procurator ad cauſas judiciario more audiendas conventum facere, vel prædictam exigere aut manſionatum, vel paratas exquirere parafredas, aut fidejuſſores violenter tollere homines, tam ingenuos liberos, quamque ſervos in poſſeſſionibus, vel manſionibus ipſius Eccleſiæ permanentes poteſtative diſtringere, aut aliquas functiones publicas, aut redhibitiones, atque illicitas occaſiones ſive angarias ſuperimponere præſumat; ſed contra in poteſtate ejuſdem loci Epiſcopi ſint, totius publicæ partis inquietudine remota; nullus enim ſub regno noſtro conſtitutus de rebus ſupra taxatis Parmenſis Eccleſiæ in quibuſcunque comitatibus, vel locis aliquam diminorationem facere, aut alias quaslibet annuales dominationes exigere, aut conſuetudinario more aliquid tollere, vel clericos ejuſdem Eccleſiæ in perſonis, vel domibus ſuis lædere audeat; ſed repulſa B
omni illicita conſuetudine liceat prætaxato venerabili Epiſcopo Hercardo, ſuiſque ſucceſſoribus res jam dictæ Eccleſiæ Parmenſis cum univerſis ſibi ſubjectis ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine tenere, atq; pro noſtra incolumitate altiſſimum dominum exorare, & omnimodo præcipimus, ut undecunque a tempore noſtrorum prædeceſſorum jam dicta Eccleſia legalem inveſtituram habere dignoſcatur. Si ullam diminutionem quilibet facere tentaverit, non ſit neceſſe jam dicto Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus ſive ejuſdem Eccleſiæ curam peragentibus ullam facere probationem, ſed diligenter per bonæ fidei homines, ſi opus fuerit, jurejurando fiat inquiſitio, ut rei veritas clareſcat. Quicumque ergo hujus noſtri præcepti prævaricator extiterit, trecentas auri puriſſimi libras medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præfatæ Parmenſi Eccleſiæ. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, annulo noſtro ſubter inſigniri decrevimus.

Signum domini † Hugonis glorioſiſſimi Regis.

Sigifredus Cancellarius ad vicem Beati Epiſcopi, & C
Archicancellarij recognovi.

Anno 924. in Hercardi gratiam, & intuitu Hermengardis comitiſſæ, marchioniſque Bonifacii Rodulphus Burgundiæ, ac Italiæ Rex curtem Padi de Subloneta cum juribus, & pertinentiis ſuis Parmenſi Eccleſiæ perpetuo donavit, ſub hoc documenti tenore, ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Rodulphus . . . . fidelitatis augmentum reddere conſuevit. Quapropter noverit fidelium omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum ſcilicet præſentium, & futurorum devota ſolertia, Hermengardam inclytam comitiſſam, nec non Bonifacium ſtrenuiſſimum marchionem noſtræ regiæ poteſtatis conſiliarios humili prece noſtram adiiſſe clementiam, quatenus quandam curtem juris regni noſtri, quæ dicitur Subloneta adjacentem juxta regionem Heredani, qui alio nomine Padum vocatur, ſub omni integritate ſua Hercardo reverendiſſimo Præſuli S. Parmenſis Eccleſiæ chariſſimo ſcilicet D
fideli noſtro jure proprietario concedere noſtri præcepti auctoritate uſque in perpetuum dignaremur: quorum dignis petitionibus annuentes, & libentiſſime aſſenſum præbentes & . . . . titulati Pontificis noſtri chariſſimi condigna, & promptiſſima ſerius conſiderantes prælibatam curtem de Subloneta, quæ ſemper noſtræ regiæ, & publicæ parti pertinuit, jam præfato Præſuli Hercardo concedimus, & jure largimur perenni, ac de noſtra poteſtate, & dominio in ejus poteſtatem, & dominium omnino transfundimus, ac delegamus una cum caſis, ſuaque domo, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, hortis, ſylvis, ſalcetis, ſationibus, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, ſervis, & ancillis, aldionibus, vel aldiariis, diſtrictionibus, penſionibus, ripaticis, & teloneis, cultis, & incultis, diviſis, & indiviſis, montibus, vallibus, planitiebus omnibuſque ad ſe juſte, & legaliter pertinentibus, ad habendum, tenendum, vendendum, commutandum, alienandum, pro anima lucrandum, vel quidquid ſuus decreverit animus, faciendum remota, & ſopita totius publicæ partis inquietudine, vel contradictione. Si quis igitur hoc noſtræ legalis inſtitutionis, conceſſionis præceptum aliquo modo infringere, vel violare tentaverit . . . . irritus fiat, ſciatque ſe compoſiturum auri optimi libras CCC. medietatem cameræ Palatii noſtri, & medietatem præfato Præſuli Hercardo noſtro, ſcilicet fideli chariſſimo, vel cui ipſe inde aliquid habere, aut poſſidere conceſſerit. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, annuli noſtri impreſſione fideliter inſigniri decrevimus.

Signum domini † Rodulfi ſereniſſimi Regis.

Monus Cancellarius ad vicem Beati Archicancellarii recognovi juſſus. Data 8. Idus Octobri anno Dom. Incarn. 924. Domini vero Rodulfi piiſſimi Regis in Burgundia 14. hic in Italia 4. Dat. Papiæ in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Anno vero 927. Hercardo ſuperſtite ſequentem exoravit donationem quidam Adelbertus Epiſcopus pro Canonicis Bercetanis ab Hugone Rege, quam ex eodem codice Vaticano recepimus exſcriptam in hunc, qui ſequitur modum.

In nomine Domini Dei æterni.

Hugo gratia Dei Rex. Quia, &c. idcirco omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque præſentibus ſcilicet, & futuris ſolertiæ notum fieri volumus, eo quod Adelbertus venerabilis Epiſcopus noſtri per omnia fideliſſimus, cum de diverſis iſtius regni incommodis loqueretur, retulit nobis inter cætera qualiter Canonici de Bercedo monaſterio S. Remigii, quod Luitprandus Rex à fundamentis ædificavit, ſubjecitque eum, ut ſub ſacri Palatii tutela eſſet, murmurarent, atque non haberent ad ciborum ſeu veſtimentorum neceſſitatem, qualiter in ipſo ſancto loco deſervire poſſent, obſecravitque præſentiam noſtram, ut propter omnem expenſam, quam prius conſuete de anno in annum accipiebant concederemus præfatis canonicis nominatam terram, unde abſque murmure poſſint vivere, Deoque ſervire, ſcilicet in Pagazziano manſos duos, in Matalitulo ſimiliter duos, in Roationi unum, in Inſula unum videlicet in Caſata manſos duos cum ſylva, quæ dicitur Orbitula, molendinoſque ibi ſitos duos ſeu & Gajum unum, nec non in Bergante manſos tres, in Buſitulo manſos duos, & in Ulmitulo unum, & in Bante ſimiliter unum, & petias duas de prato, quod jam ante ſoliti fuerunt habere, videlicet curticellam di Virialo cum manſis triginta tribus, & precariis tribus cum ſervis, & ancillis ibidem permanentibus, & aliis quos modo in illorum detinent manibus, pro mercede, & remedio animæ noſtræ, & ut imperium noſtrum inviolabile perſeveret, nec non auctoritatem Apoſtolicæ ſedis, quam venerabilis Papa Benedictus de eiſdem rebus illis fecit . . . . temerario auſu eos ad ſynodum, aut ad aliquod obſequium invitare præſumat, quod ſimiliter roboraremus; Nos vero tantis deprecationibus, atque juſtis precibus aures clementiæ noſtræ alacriter inclinantes, juſſimus prædictis canonicis hoc noſtro pragmatico ſcribi præcepto, per quod concedimus, & perdonamus ipſis canonicis, ut habeant tam ipſi, quam & ſucceſſores illorum, vel qui pro tempore ibi fuerint, prædictos manſos videlicet in Pagazziano manſos 2. in Matalitulo 2. in Roationi 1. in Inſula 1. in caſata 2. nec non & ſylvam, quæ dicitur Orbitula, & molendinos ibi ædificatos 2. ſeu in Gajum unum, & in Bergante manſ. 3. & in Buſitulo 2. in Ulmitulo 1. in Bante ſimiliter 1. & petias duas de prato quod jam antea omnia præceptoria auctoritate habuerant. Curticellaque de Viriano cum manſ. 33. & precariis 3. cum ſervis, & ancillis ibidem juſte, & legaliter pertinentibus, & aliis quos modo in illorũ detinent manibus omni, & in omnibus prædictas res concedimus, & confirmamus prælibatis canonicis, vel qui pro tempore ibi fuerint, jure proprietario in integrum una cum omnibus mobilibus atque immobilibus, ſeſeque moventibus ſervis, & ancillis utriuſque ſexus ſcilicet cum terris, & clauſulis, cultis, & incultis, cum vineis, & campis, pratis, paſcuis, ſylvis, ſalcetis, ſationibus, atque aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus, vallibus, alpibus, planitiebus ſeu cum omnibus, quæ dici, aut nominari poſſunt ad eoſdem manſos, vel ad eandem curtem juſte, & legaliter pertinenti-

bus, vel reſpicientibus in integrum. Præcipientes igitur jubemus, ut auctoritatem Apoſtolicam nullus Epiſcopus violare aliquando præſumat, nullaque Regni noſtri perſona eiſdem canonicis de præfatis rebus aliquam audeat inferre moleſtiam, aut diminorationem, aut invaſionem, ſed liceat eos quiete, quod a nobis conceſſum eſt, omni timore poſtpoſito tenere, & poſſidere. Si quis autem, quod nequaquam credimus, hujus noſtri præcepti paginæ in aliquo temerator, ſeu violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras trecentas, medietatem Palatio noſtro & medietatem prælibatis canonicis, qui pro tempore ibi fuerint. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes annulo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.

Signum domini † Hugonis ſereniſſimi Regis.

Gerlanus Cancellarius ad vicem Beati Epiſcopi, & Archicancellari irecognovi.

Data anno Domin. Incarn. 927. 13. Kal. Martii Indictione 15. anno vero D. Hugonis glorioſiſſimi Regis I.

Actum Papiæ in Chriſti nomine feliciter. Amen.

XVIII 18. SIGEFREDUS hujus nominis primus ad hanc ſedem promotus eſt circa an. 929. Is ab eodem Hugone Italiæ Reges quæ à ſuperioribus fuerant Regibus deceſſoribus ſuis probata, ſibi confirmari impetravit. Tabulæ ejus confirmationis hæ ſunt ex eodem codice.

In nomine Dei æterni.

Hugo gratia Dei Rex. Si venerabilibus locis ea, quæ à noſtris fidelibus digne Deo inſpirante ſuggeruntur, libenter conceſſerimus, id ad augmentum noſtri honoris multum proficere non dubitamus, animæque noſtræ ad magnum profectum eſſe nequaquam diffidimus. Quocirca noverit omnium fidelium S. Dei Eccleſiæ noſtrorum præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria, Sigifredum venerabilem Epiſcopum, chariſſimumque fidelem noſtrum conſiliarium noſtram humiliter poſtulaſſe clementiam, quatenus S. Parmenſis Eccleſiæ in honorem S. Mariæ ædificatæ, cui idem Sigifredus in præſenti Præſul eſſe dignoſcitur, & Eccleſiæ S. Domnini . . . ejuſdem S. Mariæ . . . de omnibus rebus, de quibus prædictus Parmenſis Epiſcopus, ſuique ſucceſſores juſte, & legaliter aliquam firmitatem acquirere Deo adjuvante potuerunt a liberis hominibus totam publicam functionem, quæ ab aliquo exactore publico per antiquam conſuetudinem exigi ſolet, videlicet a comite, vel vicecomite, Aſtaldaſio, vel decano, Aſaltario vel vicario prædictæ S. Parmenſis Eccleſiæ, & Eccleſiæ S. Domnini, & venerabili Epiſcopo Sigifredo, ſuiſque ſucceſſoribus ſub omni integritate concedere atque largiri noſtra præceptoria auctoritate dignaremur. Cujus petitionibus pro Dei omnipotentis amore, earundemque Eccleſiarum exaltatione, & pro remedio animæ noſtræ, atque jam dicti venerabilis Epiſcopi devoto ſervitio, ut ita fieret, annuimus hoc noſtrum præceptum ſcribi jubentes, per quod Deo omnipotenti, & prædictis Eccleſiis in honorem prædictorum ſanctorum ædificatis, & dicto Sigifredo illuſtriſſimo Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus totam illam publicam functionem, quæ ab aliquo exactore publico de omnibus rebus illis, de quibus jam nominatus Sigifredus Epiſcopus, & ſui ſucceſſores, qui pro tempore fuerint juſte, & legaliter Deo donante aliquam firmitatem à liberis hominibus acquirere potuerunt, & quæ . . . comite, vel vicecomite, Aſtaldaſio, vel decano, Aſaltario vel vicario, vel ab alio aliquo prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ, & Eccleſiæ S. Domnini ſub omni integritate concedimus, atque largimur, & de noſtro jure, & dominio in jus, & dominium prædictarum Eccleſiarum, & Sigifredi, ejuſque ſucceſſorum funditus dimittimus, atque donavimus, ad habendum, tenendum, atque poſſidendum omnium magnarum, parvarumque perſonarum contradictione remota. Si quis igitur hujus noſtri præcepti violator, aut contradictor extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quinquaginta, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædictis Eccleſiis, & Epiſcopo Sigifredo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes de annulo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.

A

Signum D. Hugonis  *piiſſimi Regis.*

Geslennus Cancellarius ad vicem Beati Epiſcopi Archicancellarii recognovi.

Data quarto Idus Maji anno vero Dom. Incarn. 929. Regni vero D. Hugonis piiſſimi Reges 4. Indict. 2.

Actum Papia in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Sequenti vero anno 930. Sigifredus Epiſcopus ab eodem Hugone Rege bona Eccleſiæ Parmenſis, novo diplomate confirmari ſtuduit, impetravitque his verbis ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Hugo divino fretus auxilio Rex. Nihil acrius ad no-
B *ſtræ ſublimitatis honorem, noſtrique regiminis corroborationem facere poſſe credimus, quam ſi ſanctarum Dei Eccleſiarum habentes ſollicitudinem earum dotes inconvulſas ſervare curamus, & votis fidelium pias aures accommodamus. Ac pro hoc omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ præſentium ſcilicet, & futurorum ſagacitas noverit, Sigifredum venerabilem ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopum noſtræ ſerenitatis adiiſſe clementiam, quatenus præcepta, atque auctoritates piiſſimorum Auguſtorum, vel Regum prædeceſſorum noſtrorum omnium, quotquot a tempore divæ memoriæ Rachis Reges uſque ad præſens noſtrum tempus ſui prædeceſſores præfatæ Parmenſis Eccleſiæ acquirere potuerant, Abbatiam ſcilicet de Bercedo in honorem S. Remigii exſtructam, & ejuſdem Parmenſis civitatis diſtrictum, & omne jus publicum, vel telonium, veluti a noſtris prædeceſſoribus prælibatæ Parmenſi Eccleſiæ dudum fuerat collata, ita demum noſtri corroboratione præcepti eorundem auctoritatibus noſtram ſuperadderemus confirmationem. Id ipſum autem per dilectiſſimam conjugem noſtram,*
C *Aldam atque Sanſon illuſtriſſimum . . . . & dilectum fidelem, & conſiliarium noſtrum ſuppliciter ſibi ſuaque Eccleſiæ corroborari poſtulavit. Nos ſimul condignis cunctis petitionibus . . . . fore pleniter exiſtimantes, atque ad remedium animæ noſtræ proficere firmiter cognoſcentes, hos noſtræ auctoritatis apices inſcribi juſſimus, quibus decernimus, ut Abbatia de Bercedo, ac diſtrictum juris publici Parmenſis . . . ſive telonium ejuſdem loci, nec non curs regia, & pratum regium, vel quidquid antiqui reges, ſive Imperatores, & reliqui homines Deum timentes memoratæ ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ ſuis præceptis, aut teſtamentis conceſſerunt, & poſtmodum praexcellentiſſimi Reges, atque Auguſti ſua auctoritate confirmarunt, ſtabilia atque inconvulſa noſtris futuriſque temporibus in poteſtate, vel jure præſcripti Sigifredi, ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopi, ſuorumque ſucceſſorum maneant perpetualiter. Statuimus etiam, & interdicimus, ut nullus ſub regno noſtro conſtitutus de rebus ſupra taxatis Parmenſis Eccleſiæ in quibuſcumque comitatibus, vel locis*
D *aliquam diminorationem facere, aut alias quaſdam annuales dominationes exigere, aut conſuetudinario more aliquid tollere, vel clericos ejuſdem Eccleſiæ in perſonis, vel domibus ſuis lædere audeat; ſed repulſa omni injuſta conſuetudine liceat præfato venerabili Epiſcopo Sigifredo, ſuiſque ſucceſſoribus omnes res jam dictæ Parmenſis Eccleſiæ, de quibus legitimam veſtituram tenuerint, vel tenere dignoſcitur cum univerſis ſibi ſubjectis ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine tenere, atque pro incolumitate noſtra altiſſimum Dominum exorare. Omnibus modis etiam præcipimus, ut ſi de rebus jam dictæ Eccleſiæ ullam diminorationem quilibet facere tentaverit, non ſit neceſſe jam dicto Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, ſive ejuſdem Eccleſiæ cauſam peragentibus ullam facere probationem, ſed diligenter per bona fidei homines jurejurando, ſi opus fuerit, fiat inquiſitio, ut rei veritas clareſcat. Quicunque ergo hujus noſtri præcepti prævaricator extiterit, trecentas auri optimi componet libras, medietatem cameræ noſtræ, &*

me-

Digitized by Google

medietatem præfatæ Parmenſis Eccleſiæ, & jam dicto Sigifredo Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint. Quod ut verius credatur diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes de annulo noſtro ſubter adnotari juſſimus.

Signum domini † Hugonis ſereniſſimi Regis.

Petrus Notarius juſſu Regis recognovi.

Data 16. Kal. Octobris anno Dom. Incarn. 930. Regni vero D. Hugonis invictiſſimi Regis 5. Indictione 4. Actum Parmæ in Dei nomine feliciter.

Anno 945. Sigifredus Bertam Hugonis Regis ex Bezola pellice filiam Romano Conſtantini Porphyrogeniti filio deſponſatam Conſtantinopolim deduxit, cui deinde Italico cum Græco vocabulo commutato, Eudoxiæ fecere nomen, ut Luitprandus Ticinenſis narrat lib. 5. cap. 9. Paulo poſt potuit Sigifredus exceſſiſſe, cum nulla alia de eo reperiatur mentio.

XIX 19. ADEODATUS Parmenſis Antiſtes Auguſtanis comitiis interfuit ſub Othone I. Imp. anno 952. 7. Id. Aug. apud Caniſium tom. 5. antiq. lect. pag. 1053. („ *Adeodatus erat Epiſcopus anno 948. ut ex* „ *donatione Lotharii Imperatoris facta Eccleſiæ Par-* „ *men. Ita in Archivio Canonicorũ Parmẽ.* Bonvicin.)

XX. 20. HUMBERTUS a, ſeu Albertus, ſic in diplomate Othonis Imp. Eccleſiæ Aſtenſi conceſſo anno 968. ubi & cancellarius ejuſdem Imp. dicitur. Humberti extat mentio in conſtitutionibus Othonis de Regalibus B. Petri conceſſis anno 962. quo idem ipſe Imperator Eccleſiæ Parmenſi, Humberto, ejuſque ſucceſſoribus bona juraque confirmavit hoc diplomate, quod adhuc extat in eodem tabulario, multis licet locis ob vetuſtatem exeſum.

a Al. Herbertus, & eumdem eſſe credimus, qui ſub corrupto vocabulo Hucberti Epiſc. Parmen. an. 962. ſubſcripſit diplomati Othonis Imp. ad favorem Eccleſiæ Rom. de quo Baronius. Bonvicin.

Sublimatos eſſe credimus . . . . maximis Eccleſiarum Dei utilitatibus proficere non ambigimus. Quapropter noverit omnis ſancta Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum . . . Hubertus Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtram adiens clementiam petiit, ut more prædeceſſorum noſtrorum Eccleſiam ſuam proficiendo augmentaremus, ex hiſque Regiæ . . . tam cuncti clerici ejuſdem Epiſcopii in quocunque loco . . . fuerint quoque, & cunctorum hominum infra eandem civitatem habeat . . . . . publico in ejuſdem Eccleſiæ jus, & dominium, ut diſtrictum transfunderemus, ut deliberandi, & dividendi, ſeu diſtinguendi poteſtatem haberet tam ſupradicti cleri res, & familias, quamque & homines infra eandem civitatem habitantes, & res, & familias eorum, velut ſi præſens adeſſet noſtri comes Palatii. Nos vero conſiderantes, & commodum ducentes per ſupradicti Imperii dignitatem, & per mala omnia, quæ acciderint ſæpe inter comites ipſius comitatus, & Epiſcopos ejuſdem Eccleſiæ, ut penitus præterita lis, & ſchiſma evelleretur, & ut ipſe Pontifex cum clero ſibi cõmiſſo pacifice viveret tam pro ſalute noſtra quam ſtabilitate Regni, & omnium in noſtro Regno degentium concedimus, & largimur, & de noſtro jure, & dominio in ejus jus, & dominium omnino tranſfundimus, atque delegamus, murum ipſius civitatis, & diſtrictum, & teloneum, & omnem publicam functionem, tam intra civitatem, quam extra ex omni parte civitatis infra tria milliaria, deſtinata ſcilicet, atque determinata per fines, & terminos, ſicut ſunt loca villarum, & nominibus defixa caſtrorum. In Oriente ſcilicet Benecetа, Caſella Colorita. In Meridie purpuriano Albari, Vicocuſuli. In Occidente Vicoferduli, Fabrorio, Aeli. In Septentrione Baganicola, Caſale, Palantani, Terabiano cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis præfatorum locorum integre, remota occaſione ullius reprehenſionis, nec non & regias vias, aquarumque decurſus, & omne territorium cultum, & incultum ibidem adjacens, & omne quidquid Reipublicæ pertinet. Inſuper etiam concedimus, & omnes homines infra eandem civitatem . . . prælibatos fines habitantes, ubicunque eorum fuerit hæreditas, ſive ad quæſtus, ſive familia tam infra comitatum Parmenſem, quamque in vicinis comitatibus, nullam exinde functionem alicui noſtri Regni perſonæ perſolvant, ſive alicujus placitum cuſtodiant niſi Parmenſis Eccle-

A *ſiæ Epiſcopi, qui pro tempore fuerit, ſed habeat ipſius Eccleſiæ Epiſcopus licentiam tamquam noſtri comes Palatii diſtinguendi, & definiendi, vel deliberandi omnes res, & familias tam omnium clericorum ejuſdem Epiſcopii, quam & omnium hominum habitantium infra prædictam civitatem, necnon & omnium reſidentium ſupra præfatæ Eccleſiæ terram, ſive Libellariorum, ſive precariorum . . & ita de noſtro jure, & dominio in ejus jus, & dominium transfundimus, ut nullus marchio, comes, vicecomes, aut aliqua regni noſtri magna, remiſſaque perſona exinde de prædictis rebus, & familiis, & omnibus, quæ ſuperius leguntur, ſe intromittat, aut aliquam functionem inde recipere tentet ad augmentum etiam . . . . . quatenus eadem Parmenſis Eccleſia nullius ſupplementi indigna videatur . . . permittendo concedimus ipſius loci Epiſcopo, ut habeat poteſtatem eligendi, ſive ordinandi ſibi notarios, qui cauſas ipſius Epiſcopatus diſcutientes ubicumque opportunum fuerit per prædictum Epiſcopum ſcribant cartas cujuſcunque voluerit teſtamenta remota*
B *prohibitione, vel controverſia comitatus, ſive comitis, ut ſicut ex parte comitatus ſunt harum rerum exactores, ita ex parte Epiſcopii noſtra . . . . . vivere, & ſi acciderit de prædictis rebus, & familiis . . . . poſſe deffiniri per hanc noſtri præcepti paginam concedimus eidem Epiſcopo vicedomino, ut ſit noſter miſſus, & habeat poteſtatem deliberandi, & definiendi, atque dijudicandi, tamquam noſtri comes Palatii. Si quis igitur hujus noſtri præcepti violator . . . ſciat ſe compoſiturum mille libras auri, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ipſius Eccleſiæ Epiſcopo. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur inviolabiliterque cuſtodiatur manu propria roborantes annuli noſtri impreſſionem inferius affigi præcepimus.*

C *Signum D. Otho-*  *nis ſereniſſ. Aug.*

Vuilerius Cancellarius ad vicem Brun Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Data 3. Id. Martii anno Dom. Incarn. 962. anno vero Imperii D. Othonis ſereniſſimi Auguſti 1. Ind. 5. Actum Liviæ in Dei nomine feliciter Amen.

Habemus in eodem tabulario aliud ejuſdem Othonis Imperatoris documentum, ad petitionem Humberti Epiſcopi noſtri Archicancellarii Ingoni, ſuiſque filiis conceſſum, ſub iis verbis an. 969.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Si fidelium noſtrorum petitionibus maxime illorum, qui frequenti conamine in noſtræ fidelitatis obſequio deſudant, aures noſtræ ſerenitatis accommodaverimus, promptiores, & devotiores eos circa noſtrum
D *famulatum effici non eſt ambiguum. Quo circa noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, cum nos in Calabria reſidebamus in confine, atque planicie, quæ eſt inter Caſſarum, & petram Sanguinariam, ibique noſtro Imperiali jure noſtris fidelibus tam Calabris, quamque omnibus Italicis, Franciſque, atque Theutonicis leges præceptaque imponeremus, ordinatum Hubertum venerabilem ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopum, & Archicancellarium noſtram adiiſſe clementiam, quatenus Ingoni noſtro dilecto fideli, ſuiſque filiis Uberto ſcilicet, atque Ribaldo, ſeu Oberto, eorumque hæredibus res, & proprietates ſibi quovis titulo ſcriptionis, ſeu judiciario nomine pertinentes infra Regnum Italicum coniacentes noſtra præceptali auctoritate confirmaremus, & corroboraremus; cujus precibus acclinantes, & ejus fidelitatem non minimam conſiderantes, concedimus, donamus, atque largimur, confirmamuſque per hujus noſtri præcepti paginam præfatis Ingoni, ſuiſque filiis,*

earum-

eorumque hæredibus omnem eorum hæreditatem a patre, vel a matre ſibi dimiſſam, ſeu omnes res, & curtes, mercata, & publicas functiones jure ſibi tam hæreditario nomine quam etiam ſcriptis quibuſcunque pertinere videntur conjacentes infra regnum Italicum in comitatibus videlicet Bulgarienſi, Laumellenſi, Plombienſi, Mediolanenſi, Evorienſi, Papienſi, Placentini, Parmenſi, curtem ſcilicet de Berceto, curtem de Cerretano, curtem Villanovæ cum caſtro ſuper ſe habente, curtem de Gravalina cum caſtro Caſiollo, & Trebaldo, curtem de Marinaſco, curtem de Beneuto cum caſtro Vicoboin, & villam Sazago, ſeu infra civitatem Novarenſem, curtem Deveratelim cum caſtro ſuper ſe habentem, & in Parmenſi curtem de Tortoliano ſimul cum caſtro, curtem de Staderiano cum caſtro, & Vicoferdulfi cum caſtro, nec non terras, res, & prædia, quæ infra prætaxatos comitatus adjacent cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis, ut habeant, teneant, firmiterque poſſideant, tam ipſi, quam ſui hæredes noſtra noſtrorumque ſucceſſorum contradictione remota, vel omnium hominum; concedimus, & per hoc noſtrum præceptum confirmamus eidem Ingoni, & ſuis filiis, eorumque hæredibus, ut ex his prænominatis curtibus, ſeu ex cunctis cæteris rebus, per chartulas venditionis, donationis, judicati, ſeu noſtri noſtrorumque anteceſſorum præceptorum paginis ſibi ſuiſque datoribus acquiſitis cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis nullus invadere tentet, ſeu diveſtire præſumat; ſed noſtra præceptali auctoritate confirmati, & corroborati liceat eis prædictas res habere, tenere, & quiete poſſidere ſublata omni controverſia: concedimus enim, & per hoc præceptum confirmamus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, ſchaldaſio, Gaſtaldio, ſeu aliqua magna, parvaque noſtri Regni perſona prænominatum Ingonem, ſuoſque filios, eorumque hæredes, ſeu homines in eorum prædiis reſidentes ex iis prænominatis curtibus, & rebus præfatis juris pertinentibus aliquam publicam functionem, ſeu telonium tollere præſumat, aut ad placitum redigat, vel legem eos facere inſtiget, niſi prænominatos viros, eorumque hæredes in noſtra noſtrorumque ſucceſſorum præſentia, & in eorum prædiis in ſua præſertim advocatos habere etiam & per inquiſitionem res ſuas defendere, & ablatas ſibi acquirere, & ſi munimine chartarum quovis ingenio perdiderint hac noſtri præcepti pagina corroborati inveſtiti maneant, & confirmati noſtra largitione habita legaliter defendant, & ablata legali examinatione requirant omnium hominum eradicata controverſia. Si quis autem aliquis præſumptor de ſupradictis rebus, vel curtibus eos diſveſtire, aut inquietare ſine legali judicio tentaverit, ſeu aliquem cenſum, vel ſervitium de omnibus præfatis ſine illorum dono acceperit, aut quoquo modo hujus noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prætaxatis juris, eorumque hæredibus, & ut verius credatur diligentiuſque obſervetur manu propria corroborantes annulum noſtrum inferius imprimi juſſimus.

Signum domini † Othonis ſereniſſimi Auguſti.

Ambroſius Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi Archicancellarii recognovit.

Data 14. Kal. Maii anno Incarn. Dom. 969. an. vero D. Othonis ſereniſſimi Auguſti VIII. Ind. 12. Actum in Calabria in Suburbio Caſſano in Dei nomine feliciter. Amen.

Anno 973. conventus Mazaliæ in territorio Mutinenſi diœceſis Parmenſis celebratus fuit ab Honeſto Archiepiſcopo Ravennate, ubi Albertus Bononienſis Epiſcopus, Humbertum Parmenſem ſui juris invaſorem accuſavit. De hac controverſia vide plura apud Rubeum in Hiſt. Raven. lib. 5. & ſupra in Epiſcopis Mutinenſibus. Humbertum etiam Sichelmi Epiſcopi Florentini donationi in favorem ſuorum Canonicorum ſubſcripſiſſe reperimus anno 963. Exceſſit circa annum 978. ipſeque ſub D. Joannis Evangeliſtæ tutela opulentum cœnobium ædificavit ex D. Benedicti regula, ubi poſtea S. Joannes illius monaſterii Abbas conſtitutus, miraculis claruit an. 965. obiit vero 972. Kalend. Junii ſub ejuſdem Humberti Præſulatu. *(1)*

21. SIGIFREDUS hujus nominis II. apud Othonem, Henricumque Imperatores eximiæ auctoritatis Antiſtes, à quibus ampliſſimis privilegiis fuit ornatus, Humberto ſublectus eſt ann. 978. obtinuitque ab Henrico nobilem Abbatiam Nonantulanam. Porro Othonis privilegium ſic legimus in eodem tabulario. XXI.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina favente gratia Rex. Noverit omnium ſancta Dei Eccleſia fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria. Qualiter interventu, ac petitione noſtræ genitricis Theophaniæ Imperatricis Auguſtæ Sigifredus S. Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtram adiens clementiam petiit, ut more prædeceſſorum noſtrorum omnes res Parmenſi Epiſcopio attinentes, videlicet Burgum S. Domnini cum ſua pertinentia, Abbatiam de Berceto cum ſua pertinentia, nec non diſtrictum Parmæ civitatis cum muro, & telonio, inſuper & tria milliaria in circuitu ipſius civitatis, quæ divæ memoriæ avus noſter Otho Imperator Auguſtus prælibatæ Parmenſi Eccleſiæ per præceptum contulit, noſtræ confirmationis præcepto confirmaremus ſibi, atque Eccleſiæ ſuæ corroboraremus: cujus precibus annuentes, & mala omnia, quæ acciderunt ſæpe inter comites ipſius comitatus, & Epiſcopos ipſius Eccleſiæ conſiderantes, ut penitus præterita lis, & ſchiſma evelleretur, & ut ipſe Pontifex cum clero ſibi commiſſo pacifice viveret, res & familias, tam cuncti cleri ejuſdem Epiſcopii in quocunque comitatu inventa fuerint, quamque & cunctorum hominum infra eandem civitatem habitantium de jure publico in ejuſdem Eccleſiæ jus, & dominium, & diſtrictum, & murum ipſius civitatis, & telonium, & omnem publicam functionem, tam intra civitatem, quam extra ex omni parte civitatis infra tria milliaria deſtinata ſcilicet, atque determinata per fines, & terminos ſicut iſunt loca villarum cum nominibus defixa caſtrorum, in oriente ſcilicet Benecete, Caſella, Colorita, in meridie Purpuriano, Albari, Vicofuli, in Occidente Vicoferduli, Fabrono, Eli, in Septentrione Baganicola, Caſelle, Pallanganum, Terrabiano cum omnibus pertinentiis præfatorum locorum integre remota occaſione ullius reprehenſionis, ut habeat Pontifex ejuſdem Eccleſia, vel miſſus ipſius poteſtatem deliberandi, & dijudicandi, ſeu diſtinguendi, veluti ſi præſens eſſet noſtri comes Palatii, nec non regias vias, aquarumque decurſus, ſeu ripam Padi fluminis duodecim pedum juxta aquæ alveum a capite Ciri, uſq; ad Bovem curſum, ſive arenam Carnarium, Azadium publica paſcua, vias, ingreſſus publicos in circuitu ipſius civitatis, videlicet in locis Henciano, Monaſteriolo, Albareto, Fraxcorium, quod dicitur pecorile, cum aliquantis terris apertis jacentibus inter fines deſignatos, a mane vallis quadam Boledina, a meridie via, quæ pergit ad ipſa paſcua, & terram Canonicorum ipſius Eccleſiæ, in ſero via publica, quæ dicitur Lavantulo, Septentrione pertinentia villa Marturiano aliquantula terra gerbida cum Fraſcario in matricule, Somardico, Vicoferdulfi, Bucitulo, Collido iacente in oriente iuxta aquaductum, qui pergit ad Vicoferdulfi terram de Carrucis, in nauticis, vel alicubi iacentem

infra

(1) Verum ex Actis S. Joannis ab Auctore Monacho ejus Monaſterii Synchrono conſcriptis, atque ab Henſchenio in Actis Ss. Maji t. °. p. 179. relatis conſtat non Humbertum hunc, ſed ſequentem Sigefredum Cœnobium illud S. Jo. Evangeliſtæ Parmenſe ædificaſſe, illique S. Joannem præfeciſſe. Atque ex eiſdem Actis licet corrigere, quæ perperam hic aſſerit Ughellus tum circa tempus, quo floruit, & deceſſit idem S. Joannes, tum circa annum Humberti obitus, atque Sigefridi ſucceſſionis. In illis enim habetur Sigefredum fundaſſe hoc Monaſterium, atque Joannem in illius Abbatem elegiſſe, tum Joannem floruiſſe Othone II. Imperatore. Succeſſit hic Othoni patri ſuo 7. Maii an. 973. & imperavit ad an. 983. quo Romæ obiit. Sigefredus verò, cum Humbertus Parmenſis adhuc viveret an. 973. quando conventui Mazaliæ interfuit, non potuit ante hunc annum Parmenſem Cathedram tenuiſſe. Ex quibus clare deducitur nonniſi poſt an. 973. floruiſſe S. Joannem: ideoque corruptè legi in iiſdem Actis annum obitus S. Joannis DCCCCLXXII. pro DCCCCLXXXII. amanuenſium errore omiſſo unico X. At ſi annis 982. demas ſeptem, quibus Joannes præfuit, facilè argues S. Joannem à Sigefredo Abbatem conſecratum an. 975. Ideoque jamtum & obiiſſe Humbertum, eique jam ſucceſſiſſe Sigefredum. Conſule Acta Ss. loco citato. Diſſentit tamen à Bollandianis Mabilio in Actis SS. Ordinis S. Benedicti, qui probat D. Joannem obiiſſe an. 992. quem item conſule.

A *infra dictum comitatum, ſeu etiam ripas omnium hominum infra ipſum comitatum manentium, villam de Albazzano cum famulis, terram Dudonis, terram Andrea Talamaſſi iuxta ſuſpirium, Paludem integram, iuxta pratum regium, ſeu Burgum S. Domnini, atque Abbatiam de Berceto cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis ſuis, & omne territorium cultum, & incultum ibidem adiacens, & omne quicquid reipublicæ pertinet, inſuper & omnes homines infra eandem civitatem, vel prælibatos fines habitantes, ubicumque fuerit eorum hæreditas, ſive ad quæſtus, ſeu familia tā infra civitatem Parmenſem, quamque in vicinis comitatibus nullam exinde functionem alicui noſtri Regni perſona perſolvat, ſive alicuius placitum cuſtodiant, niſi Parmen. Eccleſiæ Epiſcopi, qui pro tempore fuerit, ſed habeat ipſius Eccleſiæ Epiſcopus licentiam diſtringendi, diſtribuendi, atque deliberandi tamquam noſter comes Palatii omnes res, et familias tam omnium clericorum eiuſdem Epiſcopii, quamque & omnium habitantium infra prædictam civitatem, nec non & omnium hominum reſidentium ſub præfata Eccleſiæ terra,*
B *ſive libellariorum, ſive precariorum, ſeu Caſtellanorum, omnia ſupradicta noſtræ confirmationis præcepto confirmamus, atque corroboramus ſæpedicto Sigifredo Parmen. Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ, eo videlicet ordine, ut marchio, comes, vicecomes, dux, aut aliqua regni noſtri magna remiſſaque perſona exinde de prædictis rebus, & familiis, & omnibus, quæ ſuperius leguntur, ſe intromittant, aut aliquam functionem inde recipere, aut diſveſtire nullo modo tentet, & ut liceat Epiſcopo quiete vivere, ſi acciderit de prædictis rebus, & familiis ſine pugna legaliter non poſſe definiri hujus noſtræ confirmationis pagina concedimus ejuſdem Epiſcopi miſſo, ſive vicedomino, ut ſit noſter miſſus, & habeat poteſtatem deliberandi, & definiendi, & dijudicandi tamquam noſtri comes palatii. Inſuper etiam concedimus, ut ſi aliqua navis alicuius caſtelli Epiſcopii Parmenſis per Padum, aut per aliquem aquæ ductum Ferrariam tranſierit, nullum exinde tributum exigat, aut requirere tentet. Si quis igitur, quod minime credimus, hujus*
C *noſtræ confirmationis præceptum infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem Parmen. Epiſcopo, qui pro tempore fuerit. Quod ut verius credatur, firmiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes noſtro ſigillo iuſſimus inferius inſigniri.*

Signum domini † Othonis sereniſſimi Regis.

Udelbertus Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi & Cancellarii recognovi, & ſubſcripſi.


Data Non. Aprilis anno Dom. Incarn. 979. Indictione 7. anno tertii Othonis Regni regnante ſexto. Actum Quitelemburgi feliciter. Amen.

Donationis vero Nonantulanæ Abbatiæ diploma per Henricum Imper. Sigifredo Epiſcopo an. 1003. conceſſum, eſt hujus tenoris in eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Rex. Omnibus fidelibus notum fieri volumus, quod Sigifredus venerabilis S. Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopus fidelis noſter, & per interventum noſtri fidelis Theobaldi marchionis adiit noſtrā
D *clementiam jam dictus Sigifredus Epiſcopus S. Parmenſis Eccleſiæ, quatenus firmatus in fide acriter deſerviret nobis, & ab æterno remuneratore, qui omnibus abundat bonis retributionem æternæ remunerationis . . . . . ut nos Abbatiam monaſterii, quod dicitur Nonantula, in honorem S. Sylveſtri confeſſoris Dei atque Pontificis, ſibi ſuæque Eccleſiæ Parmenſi jure proprietario cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ejus in integrum perpetuis temporibus concederemus præter illam terram, quam conceſſimus Huberto Epiſcopo noſtro fideli, & illa terra ſita eſt juxta Atbeſim flumen. Cujus precibus benignitatis noſtræ aures accommodantes, ejuſque erga nos devotiſſimam fidelitatem intendentes juſſimus ei, ſuæque Parmenſi Eccleſiæ in honorem S. Mariæ Dei genetricis dedicatæ, hoc imperialis noſtræ auctoritatis conſcribi præceptum, per quod concedimus ei, donamus, atque largimur prælibatam Abbatiam, quæ dicitur Nonantula S. Sylveſtri confeſſoris, atque Pon-*

A *tificis cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis, curtibus, capellis, atque ædificiis earum, terris, campis, pratis, vineis, ſilvis, ſervis, & ancillis utriuſque ſexus, mobilibus, & immobilibus, cum integritate eorum, & univerſis, quæ dici, & nominari poſſunt ad prædictam Abbatiam pertinentibus noſtra Imperiali conceſſione, ut habeat, teneat, & fruatur perenniter tam ille, quam & ſucceſſores ejus ad partem ſæpe nominatæ ſuæ Eccleſiæ, faciantque exinde quicquid ſecundum æternum arbitrium melius eis præviſum fuerit. Quicumque vero contra hanc noſtram donationē, &c.*

Sign. D. Henrici  *invictiſſimi Regis.*

B *Aubertus Cancellarius Videchi Archiepiſcopi recognovi. Data 2. Kal. Martii anno Incarn. Dom. 1003. Indict. 1. anno vero D. Henrici Regis I. Actum Noviomagi.*

(„ *Adhuc 1013. vivebat Sigefredus, quo anno ſubſcri-*
„ *pſit Bullæ Benedicti VIII. pro Eccleſia Urgellenſi: Ex-*
„ *tat Bulla in Marca Hiſpanica pag. 994.*)

22. (1) ELBUNUS, ſive ELBURGUS, ut illum vocat Sergius Pontifex in quodam privilegio Abbatiæ Nonantulanæ indulto, in Parmenſi ſede florebat anno 1010. *a* ſucceſſiſſe videtur immediate Sigifredo, de quo nil aliud reperi. XXII.

a Poſt an. 1011.

23. HENRICUS Parmenſem ſedem regebat anno 1015. quo adfuit Synodo Romanæ ſub Benedicto VIII. ſubſcripſitque decreto ad favorem Vvillelmi Abbatis Fructuarienſis cœnobii. Hoc eodem anno Henricus Imperator Bernardi Parmenſis comitis ſequenti diplomate jus explicuit, quod Otho Imperator eidem elargitus fuerat, inſuper curtem XXIII
C Neronianam cum omnibus adjacentiis ſuis, ſicut Hugo Tuſciæ comes tenuerat, perpetuo donavit. Id autem ad declarandum horum temporum, hominumque hujus civitatis morem haud importunum duximus hic adſcribere ex ſæpe citato tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quia divinæ, &c. Quocirca fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, & futurorum univerſitati pateat, quoniam ſenioris noſtri Othonis prædeceſſoris Imperatoris cognoſcentes hujus remunerationis fautricem gratiam Bernardo Parmenſi comiti fideliſſimo noſtro curtem Neironem, cum capellis, caſtris domnicatis, maſſaritiis, villis, & terris, omnibuſque ad eandem pertinentiis, curtem Rocham etiam, & caſtrum de valle Viſenerina cum omnibus ibi pertinentiis, vel adjacentiis, & quod dici, vel nominari poſſit, & ſicut quondam Hugo Tuſciæ Marchio per omnia tenuit in integrum per interventum, & petitionem Conigundæ Imperatricis Auguſtæ conjugis noſtræ
D *donamus, concedimus, atque largimur. Quoniam ſenior noſter Otho Imperator eam, quam præfati ſumus, prædicto Bernardo comiti pro digno ejus ſervitio donavit, conceſſit, ſuoque Imperiali jure in proprietarium jus, & dominium tribuit, & largitus eſt, nos quoque pro futuris temporibus amodo, & deinceps donatione, & conceſſione tribuimus, & confirmamus, atque perpetua ſtabilitate corroboramus in integrum, ſicut ſuperius legitur, cum ſervis, & ancillis, Aldionibus, Aldianis, montanis, planiciebus, montibus, & collibus, rupibus, paſcuis, ſilvis, aquis, piſcationibus, cum uſibus, aquarumque decurſibus, molendinis, omnibuſque eiuſdem curtis utilitatibus ea videlicet ratione, ut ab hac hora in antea prædictus Bernardus comes omnia ſupradicta eiuſdem curtis habeat, teneat, firmiterque poſſideat ex noſtra donatione, conceſſione, atque corroboratione, habeatque liberam facultatem per huius noſtri præcepti paginam tam ipſe Bernardus comes omnia ſuperius deprehenſa eiuſdem curtis Neironis, quam*


ſui

(1) Succeſſorem habuiſſe Majolum antea Abbatem S. Jo: Evangeliſtæ narrat da Herba, cui adſtipulari non poſſumus; in vita enim S. Joannis Abbatis Hugonem, de quo infra, tertium invenimus, qui Sigefredo ſucceſſerit. Cum igitur Elbunus, & Henricus ante Hugonem præfuerint, ſi Hugoni tertium poſt Sigefredum tribuamus locum, Majolum excludere nos, qui aliis forſan temporibus præfuerit neceſſe erit. *Bonvicinus.*

Digitized by Google

ſui hæredes, & prohæredes, vel cui dederit, vel habenda ſtatuerit, tenendi, poſſidendi, donandi, aut commutandi, ſive quod animus ejus de ea decreverit faciendum, omnium hominum Regni, Imperiique noſtri contradictione, vel moleſtatione remota. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Rex, marchio, Epiſcopus, comes, vicecomes, ſeu qualibet noſtri Imperii, & Regni magna, parvaque perſona, prædictum Bernardum comitem, eiuſque hæredes, ac prohæredes de ſupradictis rebus eiuſdem curtis moleſtare, inquietare, vel diſveſtire præſumat. Si quis vero huius noſtræ donationis &c. A

Sign. D. Henrici
que invictiſs. Imp.



glorioſiſſimi at-
Auguſti.

Henricus Epiſcopus, & Cancellarius vice Everardi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovit.


Anno Dom. Incarn. 1015. Indict. 14. anno D. Henrici Imperatoris Auguſti Regni 14. Imperii vero ejus 2. Actum Maresbuch feliciter. Amen.

XXIV 24. HUGO, extincto Henrico ſucceſſit an. 1027. reperiturque fuiſſe Cancellarius Conradi primi Imperatoris, a quo eodem ipſo anno plures immunitates obtinuit, atque privilegia: inter cætera ea numerantur in eodem tabulario, quibus more antecesſorum quidquid Parmenſi Eccleſiæ, ſuiſque prædeceſſoribus conceſſa fuere, liberaliter confirmantur. Tabulæ ejus confirmationis hæ ſunt, ubi & Hugo eidem Epiſcopus Imperatoris Cancellarius vice Aribonis Cancellarii ſe ſubſcripſit.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

C *Conradus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus Ad hoc nos, &c Quapropter noverit omnium S. Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum præſentium, ac futurorum ſolertia. Hugo S. Parmenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus noſterque Cancellarius obtulit præcepta Regum, & Imperatorum prædeceſſorum noſtrorum, quæ continere videbantur, qualiter iidem Reges, & Imperatores noſtri prædeceſſores conceſſerant, ac perdonaverant Eccleſiæ ſuæ pro amore Dei, ſuarumque animarum mercede Abbatiam de Berceto ſitam in monte Bardonis, & curtem regiam infra civitatem Parmenſem, & omne ius publicum, & telonium, atque diſtrictum eiuſdem civitatis, ſeu & omnem habitum murorum in circuitu, ac pratum regium in integrum, atque decurſus, & alveos omnium fluviorum infra comitatum Parmenſem defluentium, & diſtrictum, ſeu omne ius publicum omnium caſtrorum eiuſdem Epiſcopii humiliter per Giſlam Imperatricem noſtram dilectiſſimam coniugem, & Albericum venerabilem Epiſcopum, & dilectum nobis fidelem expetens, ut noſtro edicto illa confirmaremus, & roboraremus, quam petitionem tam libenter ſuſcepimus, quanto rationabiliter, ac devote petitum perſpeximus. Quamobrem per hoc noſtrum Imperiale edictum, & huius noſtræ auctoritatis paginam conceſſa largimur, & largita confirmamus, & corroboramus, id eſt præfatam Abbatiam de Berceto cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis, in integrum, & prædictam curtem regiam infra civitatem Parmam cum omni officio ſuo, præterea hæc etiam, & omne ius publicum, & telonium, & omne diſtrictum eiuſdem civitatis ac omnem habitum murorum in circuitu, & pratum regium in integrum, atque decurſus, & alveos omnium fluviorum Parmenſis infra civitatem Parmenſem defluentium, & diſtrictum, & omne ius publicum omnium caſtrorum Parmenſis Epiſcopii, ſicut in præceptis prædeceſſorum noſtrorum regum, & Imperatorum & hæc, & quæ reliqua continentur, ut prædictus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores habeant, teneant, poſſideant ad partem ſæpedictæ Parmenſis Eccleſiæ remota omnium, & noſtra, ac totius publicæ, ac iudicariæ poteſtatis inquietudine, & moleſtia. Si qui ergo quicquid, &c.*

Signum D. Conra-



di glorioſiſſ. Imp.

Ugo Parmenſis Epiſcopus, & Cancellarius ad vicem Aribonis Archicancellarii recognovit.

Datum anno Dom. Incarn. 1027. Ind. 10. Regni D. Conradi Imperatoris 3. Imperii autem ejus 1. Actum Verona feliciter Amen.


Anno 1029. idem Conradus Imperator poſt mortem Bernardi comitis, ac filiorum Hugonem donabat toto Parmenſi comitatu, ac territorio, unde poſtea Parmenſes Antiſtites ſunt comites appellati, de quibus adhuc tabulæ extant. Earum hæc ſeries eſt
B in eodem tabulario.

In nomine æterni Dei.

Conradus ejus ſuffragante clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quia omnipotentis Dei munificentia Auguſtalis majeſtatis ſolio præſidemus ex collato nobis cælitus beneficio Deum, ejuſque ſacraria honorare prompta voluntate debemus. Quapropter omnibus noſtris fidelibus præſentibus, & futuris notum fieri volumus, quod ad petitionem Archiepiſcopi Pellegrini, & Brunonis Cancellarii noſtri, immo ob ſalutem noſtram, conjugis, atque prolis, poſtremo pro ſtatu Imperii noſtri conferimus, & perpetua donatione largimur S. Parmenſi Eccleſiæ, cui Hugo præeſt Epiſcopus, totum comitatum Parmen. tam infra urbem, quam extra per circuitum, ſecundum per priſcos fines illius, & deſcriptionis terminos prout hactenus moraliter habebatur, poſt deceſſum videlicet Bernardi comitis Vvidonis, niſi forte de conjuge ſua ita nomine filium habuerit maſculinū, ſi autem filius ejus ille legitimus caruerit maſculino, tunc comitatus dictus cum diſtrictu, cunctiſque publicis functionibus, & exactionibus ſicut noſtra pertinuit, poteſtati ſanctæ dictæ Eccleſiæ hac noſtra ex integro auctoritate concedat omni noſtra & hæredum noſtrorum contradictione remota. Si quis igitur, quod abſit, Archiepiſcopus, Epiſcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, vel cujuslibet ordinis, aut officii quiſpiam prænominatam Eccleſiam de collato ſibi a nobis beneficio, videlicet prædictum comitatum, tam intra urbem, quam extra, ut diximus, inquietare, moleſtare, aut herbergarias, aut aliquas inde præter Epiſcopum, qui pro tempore fuerit, ibi exigere præſumat, auri libras mille ſe compoſiturum noverit, dimidium cameræ noſtræ, & dimidium ſæpedictæ Eccleſiæ Epiſcopis, qui tunc fuerint. Ut autem hujus collationis noſtræ, & donationis votivæ præceptum omni tempore ratum, inconvulſumque perſiſtat, manu nos propria roborantes ſigillo noſtro inferius adnotari præcepimus.

D

Sign. D. Conra-



di glorioſiſſ. Imp.

Bruno Cancellarius vice domini Aribonis Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Data pridie Kal. Januarii Indict. 12. anno Dom. Incarnationis 1029. anno D. Conradi 2. Regni 6. Imperii vero 3. Regni quoque Henrici filii ejus 2. Actum Hodebivi feliciter Amen.

Eo ipſo anno 1029. Id. Junii Straborgæ tribuit quoque Conradus Imper. Hugoni Epiſcopo, quod extat diploma, in quo res ſuas, & prædia, omniaq; à Lothario Rege Eccleſiæ Parmenſi donata fuerant, hiſce verbis confirmavit ex eodem tabulario.

In

Digitized by Google

In nomine Omnipotentis Dei.

Conradus ejus largitatis munere Romanorum Imperator Auguſtus. Quia Imperatoria majeſtatis jura, &c. Omnibus igitur tam futuris, quam præſentibus nobis fidelibus notum certius eſſe volumus, quod dilectæ conjugis noſtræ Gelſæ, & Brunonis Cancellarii interventu per hujus præceptalis paginæ auctoritatem ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopo omnes res ſuas, & prædia ſibi juſta acquiſitione pertinentia confirmamus, & corroboramus, nominative autem curtem Neironis cum Rochis, una quarum vallis Vxinaria . . . altera vero inter flumina . . . cum vicis, & villis, atque ſediminibus, & familiis utriuſque ſexus cum terris cultis, & incultis, molendinis, & piſcationibus, cunctiſque ad eam hactenus pertinentibus: Quam pia præfata Eccleſiæ Rex Lotharius in perpetua proprietate munere votivo contulerat, & poſt eum Reges, & Imperatores eidem ad nos uſque per præcepta firmaverant. Nos quoque confirmamus & in perpetuum roboramus, ſibiq; ulterius poſſidē. in pace ſācimus, ſi quis itaq; quod abſit, &c.

Signum domini † Conradi Romanorum Imperatoris Auguſti.

Bruno Cancellarius vice Aribonis Archiepiſcopi, & Archicancellaris recognovit anno ab Incarn. Domini 1029. Indict. XII. anno vero D. Conradi Imperatoris invictiſſ. 2. regnantis 6. Imperantis autem 3.

Actum 2. Id. Junii Straborg. feliciter Amen.

Cæterum cum Bambergæ Conradus agit anno 1035. Hugoni noſtro Epiſcopo regiæ majeſtatis, ut ubi dicitur, fideli Parmenſem comitatum confirmavit: cujus tabulas cum facere ad horum temporum, Epiſcopatuſque Parmenſis notitiam videantur, libet attexere ex eodem tabulario.

In nomine Omnipotentis Dei.

Conradus ejus pietatis munere Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam ad Imperialem celſitudinem pietas nos divina ſublimavit, & cæterorum nobis hominum habenas commiſit, & debitas ſemper Deo gratias agere, & ſanctas ejus Eccleſias colere dignanter honorare, & ut noſtræ competit devotioni, debemus augere, quod ſi fideliter executi fuerimus, & noſtrum erga Deum ſtudium, & devotionem oſtendimus, & devotionis præmium, & retributionem capiemus. Omnibus igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtris præſentibus, & futuris fidelibus notum eſſe volumus Parmenſis Epiſcopi Hugonis fidelitatem erga nos, & fidelitatis ſtudium attendentes, totam prorſus, & integrum tam intra muros, quam extra comitatum per ſuos certos fines, & antiquæ deſcriptionis limites ſicut illum ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ jam dudum fideli devotione cōtulimus. Videlicet quantum Epiſcopatus ipſius comitatus diſtenditur à Pado uſque ad Alpes, & à termino illo, quo diviſio eſt inter prædictum Epiſcopatum, & Epiſcopatum Placentinum uſque ad terminum illum, quo diviſio præfati Parmēſis Epiſcopatus, & Rhegienſis eſt extra præſcriptum Parmenſem Epiſcopatum, ſupraſcriptas curtes ad prædictum Epiſcopatum pertinentes, caſtrum Arriani, Saxolum, caſtrum Picicoli, Palazanum, Longura cum omnibus pertinentiis earum per hanc remunerationis noſtræ paginam confirmamus, & perpetuo Deo propitio munimine roboramus, & ab omni noſtra, & futurorum Regum, & Imperatorum repetitione prorſus excludimus. Si quis ergo, quod abſit, hujus noſtræ conſtitutionis juſſa contemnens præſcriptam ſacroſanctam Eccleſiam de præſcripto comitatu diſveſtire, vel apud futuros reges, & Imperatores qualibet præſumpſerit ſuggeſtione nocere, mille auri librarum obnoxius ſua pro præſumptione ſubjacebit. Immo vero quod auferre contra noſtra ſtatuta voluerit, & ſi quolibet inde munimen habuerit, nullas vires, nullumque vigorem habere conſtabit. Ut igitur præcepti hujus edicto Imperialis ſuffraget auctoritas, & manu id noſtra firmavimus, & noſtro poſt hoc ſigillo inferius adnotari præcepimus.

Signum † Conradi invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.

Hermannus ſacri Palatii Cancellarius vice Pellegrini Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovit.


Anno Domini Incarnationis 1035. Indictione 3. anno autem Conradi regnantis 11. Imper. 9.

Data Kalendis Junii. Actum apud Bambergam feliciter Amen.

Sequenti an. 1036. Conradus cum eſſet Auguſtæ, vetera privilegia, comitatumque Parmenſem Hugoni confirmavit, in hunc, qui ſequitur, modum.

In nomine æterni Dei.

Conradus ejus ſuffragante clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quia omnipotentis Dei munificentia auguſtalis maieſtatis ſolio præſidemus ex collato nobis cœlitus beneficio Deum, eiuſque ſacraria honorare prompta voluntate debemus. Omnibus igitur tam noſtris, quam ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus & futuris notum fieri volumus, quod ad petitionem Archiepiſcopi Pellegrini, & Brunonis Epiſcopi, nec non & Hermanni Cancellarii noſtri ob ſalutem noſtram, conjungiſque noſtræ, atque etiam noſtri filii Henrici Regis; immo pro ſtatu Imperii, & regni noſtri conferimus, & perpetua donatione per hanc noſtri præcepti paginam ſanctæ Parmenſis Eccleſiæ, cui Hugo præeſt Epiſcopus, totum Parmenſem comitatum tam intra urbem, quam extra per circuitum ſecundum priſcos fines ipſius, & deſcriptionis terminos ſecundum quod hactenus conſuetudinaliter, & localiter habebatur, integre largimur, atque noſtræ anterioris conceſſionis auctoritatem abſolute, & firmiter corroboramus cum omni diſtrictu ad eundem comitatum pertinente, cunctiſque publicis functionibus, & exactionibus, ſicut noſtræ pertinet poteſtati, omni noſtra, & noſtrorum ſucceſſorum contradictione, ſeu moleſtatione remota. Si quis igitur, quod abſit, Archiepiſcopus, Epiſcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, vel cujuslibet ordinis, vel officii perſona prænominatam Eccleſiam de prædicto beneficio a nobis ſibi integre, & prorſus collato Parmenſis videlicet comitatus tam intra urbem, quam extra ubicumque locorum ad diſtrictum ejuſdem comitatus pertinentium inquietare, aut moleſtare, fodrum aut herbagarias aliquas inde præter Epiſcopum, qui pro tempore ibi fuerit niſi ipſius permiſſu exigere præſumpſerit, auri optimi libras mille ſe compoſiturum noverit, dimidium cameræ noſtræ, dimidium jam dictæ Eccleſiæ. Ut autem hujus noſtræ donationis, & votivæ collationis præceptum omni tēpore ratum, inconvulſumq; perſiſtat, manu nos propria roborantes ſigillo noſtro inferius adnotari præcepimus.

Sign. D. Conra-  *di glorioſiſſ. Imp.*

Hermannus Cancellarius vice Pellegrini Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Data 15. Kal. Martii anno Dom. Incarn. 1036. Indict. 4. an. autem D. Conradi 2. regnantis 12. Imperantis vero 9. Actum Auguſtæ feliciter. Amen.

Hugo tandem ob rerum geſtarum gloriam celebris in orbe Præſul, magno de ſe apud omnes deſiderio relicto, obiit anno Chriſti 1046.

25. CADOLUS ſeu CADEOLUS, quem etiam alii appellant CADOLAUM, qui idem Arnulpho monacho in ſuo Chronico Kadelhoht etiam eſt, civis Parmenſis è gente Zanachia a ſimoniace ſublectus fuit Parmenſis Epiſcopus demortuo Hugone, anno 1046. quo interfuit ſynodo Papienſi 8. Kalen. Novemb. & eo ipſo anno Cadolus ab Henrico Imperatore, novo diplomate Parmenſem comitatum, bonaque ſuæ Eccleſiæ confirmari ſtuduit, impetravitque his verbis. XXV.

a Aliis Pallavicina.

In nomine Dei æterni.


Henricus ejus ſuffragante clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quia omnipotentis Dei &c. Omnibus igitur tam noſtris, quam S. Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus, & futuris notum fieri volumus, quod interventu, & petitione Henrici noſtri Cancellarii concedimus, & cōferimus, & perpetua donatione firmamus,

atque

Digitized by Google

atque corroboramus hoc, quod patrem noſtrum bonæ memoriæ Conradum feciſſe cognovimus pia voluntate, Parmenſem ſcilicet comitatum tam intra urbem, quam extra totum per circuitum ſecundum priſcos fines ipſius, & deſcriptionis terminos per hanc noſtri præcepti paginam S. Parmenſi Eccleſiæ, cui Cadeolus Epiſcopus præeſt, integre largimur cum omni diſtrictu ad eundem comitatum pertinente, cunctiſque publicis functionibus, & exactionibus, ſicut noſtræ pertinet poteſtati, omni noſtra, & noſtrorum ſucceſſorum contradictione, ſeu moleſtatione remota. Si quis igitur, quod abſit, &c. A

Signum D. Henrici III. Romanorum invictiſs. Imper. Auguſti



B

Henricus Cancellarius vice Hermanni Archicancellarii recognovi.

Data Kal. Maji anno Dom. Incarn. 1047. Indict. 15. anno autem D. Henrici III. ordinationis ejus 18. regnantis 8. Imperatoris 1. Actum Mantuæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Hic ille ambitioſus Cadolus eſt, quem poſtea Henricus Imperator, cujus ipſe flagitioſus Præſul foverat partes, contra Alexandrum II. verum Pontificem in Petri ſedem intruſit, eidemque Honorii II. nomen fecit an. 1061. die 28. menſis Octobris. Concilium anathematis fulmine cum ſuis ſequacibus illum percuſſit, cumque Cincio Urbis præfecto favente in D. Angeli Arcem profugiſſet, illucque incluſum Pontificii milites per duos annos obſidione vexaſſent, tamdem qui æque humana, atque divina emere ſolitus erat, ab eodem Cincio trecentis libris argenti coemit effugium. Inde egreſſus ſemotus a communione fidelium, mortalibus, Deoque inviſus, ſuis ſceleribus dignum vitæ finem invenit. De quo legendi Baronius in Annal. Eccleſ. Petrus Damianus, aliique, qui de Romanis Pontificibus ſcripſerunt. C

X XVI 26. HEBERARDUS ſeu Eurardus etiam ipſe ſchiſmaticus, fautorque Antipapæ Clementis hanc eandem Parmenſem ſedem, poſt Cadolum, invaſit, de quo narrat Bertholdus Conſtantienſis in Chronico, & Gregorius VII. lib. 6. Epiſtola 18. audaciam ejus redarguit; qui Abbatem quendam Romam ad Concilium properantem anno 1079. in carcerem conjecerat. Cumque Henricus Imp. in Sorbariis campis cum comitiſſa Mathilde improſpere pugnaſſet, Cæſare fracto, Heberardus, qui illum fuerat ſecutus, armatus, victus, fugatuſque eſt cum Gandulpho Epiſcopo Regienſi. Qui cum per tres dies iram victoris exercitus declinantes in ſpeluncæ inverecunda latebra latuiſſent, demum omnibus opibus, honoreque ſpoliati miſerabiliter interierunt an. 1087. ut narrat Bertholdus ad hunc annum poſt Synodum Moguntinam. *Ipſa etiam capita ſchiſmaticorum eo tempore eheu miſere obiere in locum ſuum, videlicet Parmenſis, & Regienſis Epiſcopi, Thebaldus Mediolanenſis non Archiepiſcopus, ſed Antichriſtus, Adulbertus, & Reghinerus marchiones, & comes Boſo, & alii innumerabiles, quorum factione tota pene Italia contra dominum Papam, & S. Petrum ſe erexit. Hi quoque Mathildam prudentiſſimam ducem, & fideliſſimam S. Petri militem multis injuriis affecerunt in Italia. Illis autem divina animadverſione de medio ſublatis, ipſa ſuam poteſtatem recuperavit, & S. Dei Eccleſiæ in omnibus adminiculari non ceſſavit, ſicque ejus prudentia Mutinenſi Eccleſiæ & Regienſi, atque Piſtorienſi Catholici Paſtores ordinati ſunt.* Porrò de victoria Mathildæ contra Henricum, in qua capti fuere Heberardus Parmenſis, & Gandulphus Reginus Epiſcopi refert Domnizo in vita Mathild. lib. 2. cap. 3. ab illis exorſus carminibus.

Gaudet turba Petri &c.
Eberardus Præſul Parmenſis captus habetur,
Pontifices ſentes Reginum perque dies tres
Abſcondunt nudum Gandulphum pectore durum.

27. N. (1) . . . cujus nomen invidioſa vetuſtas delevit, Heberardo ſucceſſit poſt annum 1087. exceſſit vero anno 1106. XX VII.



28. S. BERNARDUS Brunonis filius è vetuſta Ubertorum familia, nobilis Florentinus, monachus Vallumbroſanus Benedictini inſtituti, primus S. Salvii Abbas, mox & ſeptimus præfectus Vallisumbroſæ, ob ſingularem doctrinam, morumque ſanctimoniam ab Urbano II. creatus eſt Cardinalis an. 1097. ad tit. S. Chryſogoni, eodemque ſedente multis legationibus egregie perfunctus eſt, ita ut deinceps a Paſchali II. Pontifice legatus in Inſubriam, contra ſchiſmaticos, hæreſique infectos, cum deviæ provinciæ illi medicinam ſalutarem feciſſet, ac præcipue Parmam ad Romani Pontificis obedientiam adduxiſſet, illius civitatis vacante ſede, a Parmenſi populo ad Epiſcopalem ſedem tractus eſt, Paſchali communem populi approbante conſenſum 1106. qui tunc Vaſtallæ Concilio præſidebat. Hoc autem impenſius Parmenſis populus de aſſumpto Bernardo videbatur lætari, quo ſanctior & hic XX VIII.

(1) VADO. Ejus nomen eruitur ex diplomate Henrici IV. Imperatoris relato à Sanſovino in hiſtoria familiarum Illuſtrium Italiæ, ubi agit de familia Martinenga. Et fortaſſe hic ille Vido, ſeu Vado, aliàs Guido, cujus memoria extat in charta quadam Conceſſionis ex Canonicorum Parmenſium Archivio tranſumpta hujus tenoris. *Dum in hac mortali caligine vita ſemper à fidelibus ſacrarum Eccleſiarum Dei meditanda, & tractanda ſunt ea, quæ ad ſalutem animarum fidelium pertinent. Maximè nos Paſtores Epiſcopi vocati ſegregati à cæteris fidelibus in actione bona converſationis, & exempli dantes pro bene geſtis, ut informemus illos ſemper ad benè agendum, conſideramus tempus, & finem hujus tranſitoriæ vitæ, quod ſemper in animo cujuſque fidelis volvendum eſt, ut bonum, quod inſitum ex Deo illi fuerit non tardè de die in diem ad bonum finem quantocius producat, & præ oculis quiſque fidelis extremum diem vitæ ſuæ ponat, quia legimus ſic timendus, & obſervandus eſt ultimus dies, ut omnes obſerventur dies. Inde pro tanto pavore hujus mortis temporalis ut inveniamur à bono opere immunes, ſolum & ſemper conſiderantes præfata metum mortis, concedimus nos Sigefredus Epiſcopus S. Parmen. Eccleſiæ II. Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ cum conſilio cleri totius noſtri Epiſcopii ad inferendum ſibi annualiter ſumen quodam molendinum in aqua ſuini fluviali poſitum de noſtro vivario derivata juxta Caſtellum. Et ut hæc noſtra inſtitutio firma, & inconvulſa pro futuris temporibus maneat, noſtros ſucceſſores cum Karitate fraternitatis communis bonum nobiſcum conſortes à bono remuneratore in die judicii præmium percepturos amonemus, ut pro Deo, & propter Deum illud tantillum, quod prædictæ Eccleſiæ datum eſt, inviolabiliter conſervent, ut qui dedimus, & qui conſervaverint unius Beatitudinis perceptores ſimus. Et quantum divina largitas nobis & cæteris ſuis ſervis conceſſa eſt, anathemizando conſtringimus, & maledictioni perpetuæ deputamus eos, qui hoc factum violare contenderint. Anno Dom. Incarn. M. IIII. hic in Italia regnante D. Enrico. an. II. Ind. III. Actum eſt Parmæ 3. Idus Junii.*

Sigefredus Dei miſericordia Epiſcopus in hac confirmationis ratione confirmavit, roboravit, & effectuavit . . . . bonis operis nomen proprium ſcribendo corroboravit, & confirmavit. Guido Dei gratia Parmenſis Epiſcopus. 1. Ordo Canonicorum Sacerdotum. Bernardus Archipr. Ss. Hortarius Presb. Ss. Handalbertus presb. Ss. Ego Sigefredus indignus presb. & M. Ss. Chriſtophorus presb. Ss. Adbertus presb. Ss. Ego Meginzo presb. Ss. Honodei presb. Ss. Andreas presb. Ss. Ordo Canonicorum Levitarum, & Subdiaconorum. Ego Bennizo Archidiac. Ss. Gotfredus Diaconus Ss. Albertus Levita Ss. A. . . . . . Ordo Archipr. Plebium. Albertus Caplurnienſis Archipr. Ss. Agelbertus S. Pancratii Archip. Ss. Gregorius S. Quirici Archip. Ss. Berno S. Joannis Archipr. Ss. Alprandus Archipr. S. Petri de Corniano Ss. Ranfredus Archipr. S. Fauſtini Ss. Bonizo Archipr. S. Petri de Tiriano Ss. Urſulus Archipr. S. Ambroſii Ss. Joannes S. Martini Archipr. Ss. Azo Archip. S. Petri, & S. Martini Ss. Rozo Archip. S. Matthæi Ss. Gerardus S. Martini Archip. Ss. Stabili Archipr. S. Mariæ de Saxo Ss. Conſtantius Archipr. S. Mariæ de Bardono Ss. Teifredus Archip. S. Mariæ de Caſtelnovo Ss. Adto Archip. S. Martini de Coriano Ss. Auguſtinus Archip. de plebe S. Mariæ de barbria Ss. Martinus Archipr. de plebe S. Proſperi Ss. Andreas Archip. s. Petri de Vicogatuli Ss. Joannes Archipr. s. Vitalis Ss. Elprandus Archipr. s. Mariæ de Gaiano Ss. Madreltus Archip. s. Laurentii de Sala Ss. Andreas Archip. de plebe s. Martini de Graſaulano. Nota vero quod in authographo ſubſcriptio Sigefredi cum cæteris ſubſcriptionibus Cleri coloris eſt dilutioris, ſubſcriptio vero Guidonis nigrioris, ut qui propria manu ſubſcripſerit chartæ ſeu originali, vel ex originali tranſumptæ, utpote renovans Sigefredi conceſſionem. *Benvicinus.*

Digitized by Google

& hic erat, & ipſe devius proprio, legitimoque diutius caruiſſet Paſtore. Itaque agente Bernardo, cum impii Henrici fœdere Parmenſis civitatis ſchiſma diſcuſſit, lætaque ad ovile Petri cucurrit. Hanc dignitatem adeo pie, ſanctèque geſſit Bernardus, ut vita functus, clarusque miraculis, in numerum Sanctorum ſit relatus, ut habet Martyr. Roman. ſepultuſque in cathedrali ſub confeſſione. Nonaginta, & eo amplius anni decurrunt, ex quo S. Bernardi corpus in locum decentiorem translatum eſt, in quo tumulo laminam plumbeam ita inſcriptam reperere.

Venerabilis Pater D. Lanfrancus Parmen. Epiſcopus in Arca iſta plumbea poſuit corpus S. Bernardi Parmenſis Epiſcopi Anno MCXXXIII. die 3. (1) Decemb.

Inde mihi aliiſque conjecturis facta ſuſpicio eſt, aut S. Bernardum ante annum 1133. fuiſſe è vivis exemptum, ac forſitan ſub vitæ finem Paſchalis II. aut inſcriptionem illam haud appoſite fuiſſe relatam. Siquidem manifeſtus error eſt potuiſſe Lanfranchum corpus D. Bernardi, cui fuerat ſubrogatus, ſepelire die 3. menſis Decemb. anno 1133. ſi ipſe deceſſit die 4. ejuſdem menſis, ejuſdemque anni, ut Atho Epiſcopus Piſtorienſis in ejus vita, aliique affirmant; neque item veroſimile eſt Lanfranchum ſucceſſiſſe Bernardo eodem, aut ſequenti die obitus anteceſſoris. Appellaretur enim electus, non autem abſolute Epiſcopus Parmenſis. Præterquam quod caverant canones, ne quis prius ſedem aſcenderet, quam is qui deceſſerat, exciperetur ſepulchro. Huic etiam opinioni meæ videtur addere robur, quod reperio Paſchalem II. promoviſſe ad Cardinalatum Joannem quemdam Cremenſem, illique S. Chryſogoni titulum attribuiſſe, ut legitur in perantiqua inſcriptione reſtaurationis illius tituli, quam idem Joannes faciendam curavit anno 1129. & antea ſub eodem Paſchali, aliiſque Pontificibus cum titulo S. Chryſogoni reperitur ſubſcriptus; quem titulum ipſe retinuit uſque in diem obitus ſui, qui incidit in annum 1138. excepitque ſub eodem titulo ſucceſſorem Vidonem Bellagium Cardinalem Florentinum. Nec ſatis commode reſponderi poteſt, Bernardum, cum altero S. Chryſogoni titulum commutaſſe. Uſus enim nondum admiſerat, ut tituli cum titulis provectioris ætatis, vel dignitatis ergo commutarentur præterquam diaconales cum presbyteralibus, iique rurſus cum aliquo ex ſeptem Epiſcopatibus, qui Pontifici ſacra operanti propiorem operam ſolebant impendere. Nec item illorum temporum praxis patiebatur, ut duo Cardinales ejuſdem Eccleſiæ unum eundemque ſimul titulum uſurparent. Igitur cum uſque ad ann. 1110. reperiatur Bernardus ſubſcriptus presbyter Cardinalis, atque Epiſcopus Parmenſis, ac deinceps nulla illius mentio extet, oportet illum nec decrepitæ ætatis, ante an. 1133. diem poſtremam obiiſſe. Cujus obitus ſi in annum 1133. ut notat illa inſcriptio, incidiſſet, centenarius propemodum exceſſiſſet è vita contra id, quod Atho Epiſcopus Piſtorienſis ejus vitæ ſcriptor ex fide prodit. Hæc, inquam, mea conjectura eſt, ſuſpicioque, haud ex vano deſumpta, quam nullis video præſtigiis poſſe convelli. Cæterum tametſi Florentini hujus ſancti viri ſemper fuiſſent venerati memoriam, ita ut ejus nomini tanquam divo tutelari ſacellum in Palatio conſulum voluerint conſecratum: ubi tamen Gibellinarum, Guelpharumque partium invaluit rabies, exactis aliquando Gibellinis, Guelphi victores tamquam illarum partium exegerunt & ſanctum, proque Bernardo Ubertio S. Bernardum Claræ vallenſem Abbatem ſibi duxerunt colendum. Sed quam rident ignobilia odia cœlites, quæ quandoque mortales ultra mortem conantur extendere. S. Bernardi Ubertii meminit Martyrologium Romanum, Arnoldus Vvion, Ciacon. Ferrarius de ſanctis Italiæ, eruditus Abbas Diegus de Franchis in vita S. Joannis Gualberti, *Italia Sacra Tomo II.*

A aliique quamplures. Temporibus autem Pauli III. in decentiorem locum ejus corpus tranſtulerunt cum hac inſcriptione.

Divus Bernardus Florentinus ex nobili Ubertorum familia in collegio Cardinalium ab Urbano II. cooptatus, a Paſchali II. rata Parmenſium electione favente creatus Parmæ Epiſcopus ex veteri ſepulchro, ubi per quadrigentos, & amplius annos jacuerat, in proximam aram tranſlatus eſt anno ſalutis MDXLVIII. die VIII. Paulo III. Pontifice Maximo ſedente.

Quoniam autem in quadam donatione comitiſſæ Mathildæ in favorem Nonantulani cœnobii fit mentio S. Bernardi Ubertii 1102. Qui tunc ſub Paſchali II. erat Cardinalis Legatus Inſubriæ, operæ pretium viſum eſt, ſi hic apponeremus diploma, in quo ipſe ſimpliciter presbyter Cardinalis ſine titulo reperitur ſubſcriptus. Authographũ extat apud me.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu
B *Chriſti.*

Anno ab Incarn. ejuſdem 1102. V. Kal. Novemb. Indict. XI. In Dei nomine Mathildis comitiſſa ſi quid ſum, juſſione, & data licentia D. Bernardi Dei nutu S. R. E. Cardinalis, atque in Longobardiæ partibus vicarii D. Paſchalis divina favente clementia ejuſdem ſummæ ſedis Antiſtitis, in meorum peccatorum remiſſionem, & theſauri ſanctæ Nonantulanæ Eccleſiæ reſtaurationem, in qua corpus beatiſſimi S. Sylveſtri Chriſti confeſſoris requieſcere noſcitur, quem præfatæ ſummæ ſedis juſſione, ejuſdemque tuitione quietem temporis ab adverſariis intolerabili infeſtatione vexabatur, expendi. Tibi domino Joanni præpoſito, & Adigerio ejuſdem præfati cœnobii advocato, a parte ſcilicet præfatæ Eccleſiæ in perpetuum ad habendum concedo. Id eſt nominative caſtrum, & curtẽ Cellulæ, cũ ædificiis, & Eccleſiis, una in honore B. Joannis Baptiſtæ, alia vero S. Caſſiani, tertia Archangeli Michaelis ibidem conſecratis, & curtem Raigoſolæ cum Eccleſia dedicata in honorem B. Virginis Mariæ, & omni
C *jure ad prædictum caſtrum, & curtes pertinente, caſtrum etiam Thedaldi cum Eccleſia in honorem præfati S. Joannis Baptiſtæ ædificata, & omnibus ejus pertinentiis, omneſque res territorias, quas in toto comitatu Ferrariæ videor poſſidere, omnes ſcilicet res ſupradictas, quas prælibata S. Romanæ Eccleſiæ jure proprietario tradidi, & nunc ab ea videor poſſidere, eo vero ordine pars prædictæ Eccleſiæ S. Sylveſtri omnes prædictas res, ut dixi, in perpetuum teneat, ac prout ei melius viſum fuerit, utiliter diſponat, ſine omni mea qua Mathildis, meorum heredum, ac proheredum contradictione, ita tamen ut pro omnibus ſupradictis rebus a parte jam ſatæ Nonantulanæ Eccleſiæ unus biſantius annualiter in Lateranenſi Palatio penſionis perſolvatur, illi videlicet primæ ſedis Pontifici, qui per catholicos Cardinales inibi pro tempore fuerit ordinatus. Quidem & ego qua ſupra Mathildis una cum meis heredibus ac proheredibus omnes prædictas res ab omni contradicente homine defenſare promitto; quod ſi . . eaſdem res non defenſavero, vel ſi hanc meæ promiſ-*
D *ſionis paginam quolibet modo infringere tentavero, ſunt pœnæ nomine me, meoſque heredes, ac proheredes per quinquaginta libras auri optimi prædictæ B. S. Sylveſtri Eccleſiæ emẽdatura ſpõdeo. Et inſuper hæc mea promiſſio in ſua maneat firmitate, quod ſic inter nos cõvenit Actum in caſtro Panciano feliciter.*



Ego Bernardus dictus Cardinalis bresbyter S. R. E.
H & D.

(1) Sic emendari debet inſcriptio: *Ven. P. &c. anno MCXXXVIIII. die 3. Decembris.* Ita Chriſtophorus à Turre Notarius, & Cancellarius Epiſcopalis an. 1548. occaſione tranſlationis reliquiarum præfati S. Bernardi Epiſcopi dicens in ſuis notulis vidiſſe dictam laminam aſſerentem Lanfrancum poſuiſſe corpus S. Bernardi an. 1139. *Bonuicinus.*

& D. Papa Paſchalis II. PP. in Longobardia partibus Legatus, atque Vicarius dictante juſtitia ex utraque parte, hoc ſcriptum fieri juſſi, & jam manu mea ſubſcr. A

Ego Fr. Joannes peccator monachus dictus prior hanc chartulam accepi, & ideo ſubſcribo, ut ſi opòrtuerit, ſaltem mearum literarum valeat comparatio.

Ego Arderienſ. judex interfui, atque ſubſcr.

R Bonus judex interfui, & ſcripſi.

Ego Albertus m. m. ſ. ſ.

Hugo Armatus Alliecius de Nonantula de hac ſcripta pagina rogati fuerunt teſtes.

Ego Vuido notarius ſacri Palatii ſcripſi, poſt traditam complevi, & dedi.

In alio vero monumento ejuſdem Comitiſſæ Mathildis dato apud montem Barruncionem an. 1114. quo homines de Monticulo Eccleſiæ Parmenſis in fidem clientelamque recepit, Bernardus tantum Epiſcopus Parmenſis vocatur, nulla de Cardinalatu habita mentione; hujus rei teſtis fuit inter cæteros Bonuſſenior Rheginus Epiſcopus. Tenor vero eſt hujuſmodi. B

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt, dum olim apud Montem Baruncionis eſſemus, & præſentibus D. Bernardo Parmen. & Bonoſeniore Rhegienſi, atque Manfredo Mantuanorum venerabilibus Epiſcopis quadam negotia tractaremus; venerunt homines de Monticulo conquerentes quoſdam malos, & injuſtos uſus per noſtros miniſteriales ſibi fieri, qui numquam anteceſſoribus illorum fuerunt impoſiti; audita itaque illorum querimonia, ſicuti ſæpius illam ante audieramus, atque rei veritate relatu noſtrum fidelium inquiſita juſtitiæ aſſenſum præbuimus, & omnes malos uſus, qui injuſte eis impoſiti fuerant, maxime rogatu D. Bernardi venerabilis Parmenſis Epiſcopi, illis remiſimus. Notum igitur eſſe volumus omnibus noſtris fidelibus tam præſentibus, quam futuris nos omnes malos, & inſuetos uſus, quos a tempore bonæ memoriæ Beatricis matris noſtræ habuerant, aut per nos, & noſtros miniſteriales eis injuſte impoſiti fuerant, omnibus hominibus de Monticulo deinceps remiſiſſe, & remittentes in manibus domini jam dicti Parmenſis Epiſcopi, ejuſque ſucceſſoribus hoc idem perpetuo refutaſſe; videlicet quod ulterius nobis, vel noſtris hominibus, noſtriſque ſucceſſoribus nullam albergariam, coltam, vel aliquos malos uſus, ſeu injuſtam petitionem ultra illorum proprium velle perſolvant, aut aliquando faciant: Dominus autem Bernardus prænominatus Parmenſis Epiſcopus per ſe ſuoſque ſucceſſores nobis, noſtriſve ſucceſſoribus è converſo refutavit, quod noſtris arimannis de Monticulo nullos alios uſus, vel factiones deinceps requiſierit. Niſi quos ejus anteceſſores videlicet Cadalus, & Eberardus Parmenſes Epiſcopi ſolum modo in pace, & non in guerra ex illis habuerunt: quicunque autem aliter, quam ſupra legitur, deinceps agere tentaverit, & infra triginta dies poſtquam ſibi requiſitum fuerit, non emendaverit, pœnam viginti librarum lucenſium alteri parti debeat perſolvere hoc noſtro ſcripto, quod exinde fieri juſſimus, firmiter in ſuo robore permanente: quod ut verius credatur, & firmius habeatur, noſtra manus ſubſcriptione firmavimus. C D

Bonuſſenior Sanctæ Regien. Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.

Ego Ubaldus judex ſubſcripſi.

Teſtes fuerunt Arduinus de Palude, Maleadobadus, Guido de Berceto, Saſſo de Bibbianelle, & Raginerius de Saſſo, Ubaldus judex de Carpineto, Tebert de Nonantula, Malabranca, Draco, comes Albertus, Tecozo de Parma, & alii plures.

Actum eſt anno Domin. Incarn. 1114. XVII. Kal. Julii Indict. 7. apud montem Barruncionis per manum Ubaldi ejuſdem comitiſſæ Mathildis capellani feliciter.

Parma Ubertæ gentis taxellis aureis cæruleiſque exornata fuit, de qua gente ita cecinit Varinus noſter lib. 3. de illuſtratione urbis Florentiæ.

Ubertumque genus multis memorabile pugnis
Extitit, & quamvis Guelphorum acerrimus hoſtis
Semper, & inviſa plebi contrarius eſſet,
Voce tamen gladioque ſuo Farinata ruentem
Servavit patriam: primi coluere Mugellum;
Nimboſiſque altas poſuere in montibus arces;
Ubertumque genus genti præfecit Hetruſcæ
Primus Otho: hinc partes feri tenuere nepotes
Cæſareas. Hinc Pontifices odere ſuperbi.
Nunc penè extincta eſt, ſic nulla ſuperbia durat.

De Uberto idem Varinus jam lib. 2. hæc ſcripta reliquerat.

At quis magnanimum Farinatam neſcit Ubertum,
Nulli conſilio, & belli virtute ſecundum.
Qui licet in patriam Manfredi verterit arma,
Theutonicaſque acies Urbi direxerit exul,
Auſpicio cujus violentior Arbia fluxit
Sanguine Syllaneo, caſuram interritus Urbem
Ille tamen ſolus crudeli extorſit ab hoſte.

De qua re videndi D. Antoninus in hiſtoriis, Ammiratus, Jacobus Gaddus in elogiis, cæterique Florẽtini hiſtorici, Farinatæ Uberti pietatem in patriã juremerito ad poſteritatis exemplum extollentes.

29. LANFRANCUS D. Bernardo ſuffectus eſt, ſuique anteceſſoris arca plumbea ſacrum corpus excepit an. 1133 *a*. ut ſupra narravimus. Diu in ea dignitate ſuperſtitem ærumnoſa tempora exercuerunt. Cum enim Eugenius III Pontifex caviſſet, adeoque imperaſſet, ne contra Nonantulanos Parmenſes, Mutinenſes juvarent, ad imperium contumaces Epiſcopali dignitate nudavit anno 1146. tenuitque mulcta uſque ad annum 1159. Quo ipſo anno Adrianus IV. piaculum fatentibus, eamdem dignitatem reſtituit, ut refert hiſtoria Parmenſis. (1) XXIX

a 1114.

30. ARIALDUS *b* Epiſcopus Parmenſis, Friderici Aenobarbi partes fovit impenſius. Cujus etiam nomine Parmæ Prætura functus eſt an. 1174. In ſæpe citato tabulario in favorem Arialdi, ſuæque Parmenſis Eccleſiæ hæ literæ ejuſdem Friderici repe{r}iuntur hiſce verbis conceptæ. XXX

b Al. Aicardus: & in tabulis Cabanti-ni m. 100. in codice Archivii Canonic. Parmæ. *Bonvicin.*

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Divina cura, & humana hoc exigunt, & ratio ipſa perſuadet in Eccleſiis Dei, quæ ſub noſtro Imperiali patrocinio conſiſtunt, bona ſua integra, & ſalva conſervemus, & ſi per injuſtitiam, aut per violentiam, ſive aliquo injuſto modo detenta ſunt, vel alienata zelo pietatis, & juſtitiæ, quod recuperentur, clementer, & benigne adjuvemus. Eapropter cognoſcant noſtri fideles Imperii, quod nos cognita veritate ex relatione fidelis noſtri Bertholdi præpoſiti, & aliorum fidelium noſtrorum curtam de campo longo, & ejus pertinentias, quam olim comes Lambertus ab Eccleſia Parmenſi in feudum tenebat, fideli noſtro A. Parmen. Epiſc. & ejus Eccleſiæ Parmen. recognovimus, dimiſimus, & reſignamus, & noſtra Imperiali auctoritate confirmavimus: hujus rei teſtes ſunt Bertholdus præpoſitus, Conradus de Baleuſen. Maledabatus Gerardus de Enſiola, Lombardus Parmenſis, & alii quam plures.

Dat. in Caſtro Montis Mali ſecundo Nonas Junii.

31. BERNARDUS ad eandem ſedem promotus Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. interfuit anno 1179. Is ille Epiſcopus eſt, in cujus gratiam Fridericus I Imp. ejuſque filius Henricus Rex novo privilegio Parmenſis Eccleſiæ jura auxerunt, conceſſeruntque in perpetuum caſtrum Rignoni anno 1187. cujus diplomatis formula hæc eſt ex eodem tabulario. XXXI

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.


Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Majeſtas noſtræ Imperialis clementiæ capitales Romani columnas Imperii videlicet illuſtres Principes noſtros non ſolum in ſui juris dignitate conſervare verum etiam titulis honorum, & rerum opulentia liberaliter locupletatos dilatare conſuevit, ut fideles eorum, atque devotio erga ſacrum Imperium augeatur, & cum neceſſitas coronæ requiſierit, ſtudeant magis ad merita reſpondere, quam manus ad munera tempore neceſſitatis aperire. Dignum numque eſt, & Imperiali gloria decorum, ut noſtra liberalis munificentia, quoſque fideles noſtros præveniat, eoſque ultra ſpon-

(1) Ita Ughellus ex Bonaventura Angelo in hiſt. Parmæ haud integrè ab eodem obſervata, cum tantum per aliquot dies hac pœna Parmenſes punitos fuiſſe referat, quo tempore non Adrianus, ſed idem Eugenius adhuc ſedebat. *Bonvicinus.*

Digitized by Google

ſpontaneos ad nutum ſuæ voluntatis efficiat. Quapropter cognoſcat tam præſens ætas Imperii fidelium, quam ſucceſſura poſteritas, quatenus nos, & dilectus filius noſter Henricus illuſtris Romanorum Rex Auguſtus diſcreta circumſpectione conſiderantes fidem, ac ſinceram devotionem dilecti, ac fidelis præſentis noſtri Bernardi Parmenſis Epiſcopi propter clara ſervitiorum ſuorum merita, quæ nobis, & Imperio intrepida devotione ſemper exhibuit, concedimus ei ſuiſque ſucceſſoribus nomine Parmenſis Eccleſiæ caſtrum Regnani cum curte, omnibuſque pertinentiis ſuis, de quo ipſum nos, & chariſſimus filius noſter Henricus illuſtris Romanorum Rex Auguſtus in facie curiæ ſolemniter per feudum inveſtimus, & ut illud cum omnibus ſuis pertinentiis honorifice teneat, & habeat, ſicut alia regalia, quæ à nobis habet, & tenet, Imperiali auctoritate ſancimus, ut nullus Pontifex, nullus dux, nullus marchio, neque comes, nullus capitaneus, nulla civitas, nullum commune, nullave poteſtas, nulla denique perſona parva, vel magna, ſecularis, vel Eccleſiaſtica hoc majeſtatis noſtræ privilegium audeat violare, nec aliquibus calumniis, injuriis, ſeu damnis præſumat attentare, quod qui fecerit, in ultionem temeritatis ſuæ componat centum libras auri puri, medietatem cameræ Imperiali, & reliquum injuriam paſſis. Hujus rei teſtes ſunt Conradus Maguntinæ ſedis Archiepiſcopus, Hermannus Monaſterſenſis Epiſcopus, Bonifacius Novarienſis Epiſcopus, comes Symon de Spanhein, Rodulphus præpoſitus, & Imperialis aulæ prothonotarius, Unghenus Bonlande, Rodulphus camerarius, Baldo Parmenſis canonicus, Maladobatus index, Albertus Rubeus Vernatius.


Sign. D. Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Ego Gotifredus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Domin. Incarn. 1187. Indict. 6. regnante D. Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni eius 34. Imperii vero 34. Dat. Papiæ apud S. Salvatorẽ 3. Idus Februarii feliciter. Amẽ.

Deceſſit vero Bernardus an. 1194. die 8. menſis Novemb. ut notatur in antiquo Calendario. („ *Anno 1191. ſubſcripſit. Diplomati Henrici VI. pro Eccleſia Regienſ.*)



XX. XII. 32. OPIZZO Sanvitalis Ugonis Equitis filius ex perilluſtri, vetuſtoque procerum Parmenſium in Italia genere, confeſtim ad hanc ſedem Bernardum ſecutus eſt, anno ſcilicet 1195. quo adhuc electus ab Henrico VI. Imp. novo diplomate bona juraque Parmenſis Eccleſiæ confirmari ſtuduit, in eoq; ſigillatim omnia Epiſcopatus bona recenſet iis verbis ab eodem tabulario deſcriptis.

A *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.*

Henricus VI. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Dignum &c. Quod nos diſcreta circumſpectione conſiderantes fidem, ac ſinceram devotionem dilecti, ac fidelis noſtri Opizonis Parmen. electi propter clara ſervitia, quæ nobis, & imperio intrepide exhibuit, & in poſterum creditur exhibiturus, Imperiali munificentia concedimus, & confirmamus electo, & Eccleſiæ Parmen. ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum bonos uſus, & conſuetudines, quas huc uſque Parmenſis Eccleſia habuit. Concedimus quoque, & confirmamus præfatæ Eccleſiæ juriſdictionem Parmen. civitatis, & juriſdictionem in placitis, & bandis, & cæteris, quæ pertinent ad juriſdictionem omnium caſtrorum, & locorum præfati electi, & Eccleſiæ Parmen. & nominatim Abbatiam de Berceto ſitam in Monte Bardonis cum pertinentiis ſuis, & cætera, quæ in monte Bardonis poſſidet caſtrum cum pertinentiis ſuis, coliculum cum curte ſua, Monticulum cum curte ſua, B *Pupilium cum curte ſua, caſtrum Gualterii cum curte ſua, Colurnium cum curte ſua, Cornilium cum curte ſua, in civitate Parmen. curtem regiam, paludem poſitam juxta civitatem, Ripam Padi, ripaticum, & inſulas in Pado, decurſus aquarum, & alveos fluminum, & ut liceat ei ſuiſque ſucceſſoribus cauſas Parmen. Eccleſiæ omnes per ſyndicum peragere, non præſtito ex parte ſua ſacramento calumniæ; ſyndicus tamen juret in animam ſuam, & non Epiſcopi; itaque alius contra eos hoc jure uti non poſſit, nec adverſarius nulla lege obſtante, nec præſcriptio minor ſexaginta annis electo Parmen. nec ſuis ſucceſſoribus poſſit opponi. Eodem modo concedimus, & confirmamus canonicis Parmenſis Eccleſiæ plenam juriſdictionem in curſibus, & in aliis terris ſuis, videlicet in S. Secundo in Pizo Palaſone, in Sixa, in Cotare, in Eulalia, in Balone, & in aliis terris ſuis in placitis, bannis, & aliis, quæ ad juriſdictionem pertinent. Confirmamus quoque omnia privilegia Epiſcopo & Eccleſiæ Parmen. ipſiuſque Eccleſiæ canonicis à prædeceſſoribus noſtris olim indulta.* C *Inſuper præfatum electum cum omnibus ab Epiſcopatum pertinentibus, & Eccleſiam Parmen. cum omnibus Eccleſiis, ſuis rebus, & perſonis ſub noſtra Imperiali protectione ſuſcipimus. Statuimus igitur, & Imperiali auctoritate ſancimus, ut nulla omnino perſona, alta, vel humilis &c. Ad cujus rei certam in poſterum evidentiam præſentem exinde paginam conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri.*

Hujus rei teſtes ſunt Guillelmus Ravenn. Eccleſiæ Archiepiſc. Ildibrandus Volaterran. Epiſcopus, Bernardus Favent. Epiſcopus, Azo marchio Eſten. Ugo comes Lucaniæ, Robertus de Durna, Henricus Marſcalcus de Calendino, & alii quamplures.

D *Sign. D. Henrici Sexti Rom. Imperat. invictiſſ. & Regis Siciliæ.*



Ego Conradus Imperialis aulæ Cancellarius vice domini Adolfi Colonien. Archiepiſcopi totius Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dom. Incarnat. 1195. Indict. 13. regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperat. glorioſiſſimo anno Regni ejus 26. Imperii vero 5. & Regni Siciliæ 1. Dat. Placentiæ 4 Kal. Junii.

Vir fuit Opizzo eloquentiſſimus, in utroque jure peritiſſimus, & in rebus pertractandis ſagax, & prudens, erga divinum, ſanctorumque cultum pius: corpus enim S. Domnini ann. 1207. in oppidum Burgi ſolemni pompa tranſtulit, quod inde oppidum S. Domnini nomen accepit. Singulari gratia apud Othonem IV. Imp. valuit, ab eoque ſuperiorum

Regum, Imperatorumque privilegia Eccleſiæ Parmenſi conceſſa confirmationem recepit, extatque diploma in eodem tabulario hiſce verbis conceptum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis,

Otho IV. divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Dignum eſt &c. Quod nos diſcreta circumſpectione conſiderantes fidem, & ſinceram devotionem dilecti, & fidelis noſtri Opizzonis Parmenſis Epiſcopi propter clara ſervitia, quæ nobis, & Imperio intrepide exhibuit, & in poſterum creditur exhibiturus, ad imitationem ſereniſſimi anteceſſoris noſtri Henrici VI. Romanorum Imperatoris divi Auguſti, ſicut ſuo authentico privilegio ipſum feciſſe cognovimus, Imperiali munificentia concedimus, & confirmamus dicto Epiſcopo Eccleſiæ Parmen. ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum &c. uſque ſub noſtra poteſtate ſuſcipimus, iiſdem omnino verbis ut in ſuperiori diplomate Friderici. Deinde adiecit Otho. *De Imperiali quoque benignitate dicto Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus concedimus ſtatuentes, ut terras, ſeu loca prænominata, & in quibus habet juriſdictionem, ſi bannierit ea, vel aliquos in eis habitantes, pro bannitis habeantur, & ab omnibus Parmen. & ejus diſtrictu. Item ut Parmen. Poteſtas ſeu conſul, qui pro tempore fuerit, de clericis compellendis ad judicium ſe non intromittant, nec ponant in banno clericos, quouſque ſuo Epiſcopo eſſe voluerint obedientes, nec negent facere juſtitiam Epiſcopo, & clericis, & aliis Eccleſiaſticis perſonis conquerentibus de laicis, & quod nullus ſe intromittat de regimine civitatis Parmen. antequam confirmationem, & inveſtituram recipiat de manu Epiſcopi, qui eam vice noſtra dare debet, & Poteſtas, ſeu conſul, vel alius officialis, qui contra fecerit, ſi admonitus ab Epiſcopo infra quindecim dies tibi non ſuffecerit, pro conſule, Poteſtate, vel alio officiali non habeatur. Statuimus igitur, & Imperiali auctoritate ſãcimus, ut nulla omnino perſona alta vel humilis, &c.*

Hujus rei teſtes ſunt Vvolpher Patriarcha Aquil. Henricus Mantuanus Epiſcopus, & Vicarius curiæ, Meinnadin Imolen. Epiſcopus, Azo marchio Eſten. & Anconitan. Henricus de Ravenſloe camerarius, monachus Paſſaunera, Ruffinus curiæ judex, & alii quamplures.

Signum domini † Othonis IV. Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Conradus Spiren. Epiſcopus Imperialis aulæ Cancellarius vice domini Theoderici Colonien. Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarn. 1210. glorioſo D. Othone Romanorum Imperatore imperante anno Kegni ejus XII. imperii vero 1.

Dat. per manum Vulteri prothonotarii apud Imolam menſe Martii 3. Kal. Aprilis Indictione 13.

Item idem Otho Imp. in gratiam Parmen. Epiſcopatus has literas ſcripſit.

Otho Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus univerſis præſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Per hoc præſens ſcriptum ſignificavimus omnibus fidelibus noſtris: Quod nos in privilegio, quod indulſimus communi Parmenſi, nihil fecimus in damnum, & præjudicium Parmenſis Eccleſiæ, a nobis indulta, & conceſſa volumus ei ab omnibus inviolabiliter obſervari. Mandamus igitur, & firmiter præcipimus, ut privilegium jam dictæ Parmenſis Eccleſiæ à nobis conceſſum ab univerſis inviolabiliter obſervetur, & nulla occaſione ab aliquo infringatur.

Dat. apud S. Salvatorem 16. Kal. Septemb. Ind. 13.

Anno 1218. Federicus II. Imp. ad favorem ejuſdem Opizonis, & Parmenſis Eccleſiæ has literas promulgavit, cum paulo ante Parmenſi communi multa privilegia donaſſet, quæ in detrimentum Opizonis poterant aliquando judicari: ſic enim ſe habent.

Fridericus II. Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Univerſis Imperii fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Nobis expedire credimus ad ſalutem, ſi Eccleſiarum Dei curam gerimus ſollicitam, & eas debita reverentia honoramus, cum per ipſum, qui ſublimes deprimit, & humiles novit gratioſus exaltare, atque per venerabilem matrem noſtram Romanam Eccleſiam victorioſa victoria in ejus nomine gloriemur; ideoque univerſitati veſtræ volumus fieri manifeſtum, quod nec volumus, nec ſentimus, ut privilegium à noſtra clementia fidelibus noſtris communi Parmen. indultum in detrimentum Opizonis venerabilis Epiſcopi, & Eccleſiæ Parmen. effectum aliquem ullo tempore contra noſtrum propoſitum ſortiatur, ſi quid enim in ipſo privilegio continetur, per quod jus Parmenſis Eccleſiæ minuatur, illud decernimus irritum, & inane.

Datum apud Agheno 1229. XV. Kal. Aprilis Ind. 7.

Opizonis vero noſtri viri, tum eruditi, tum egregie pii mentio frequens habetur in regeſto Honorii III. præcipue Epiſt. 760. & 188. exceſſit è vita an. 1224. 11 Kal. Junii; ſepultuſque eſt in Cathedrali.

33. GRATIAS eandem dignitatem aſſecutus eſt 1224. Kal. Decembris; eidemque electo ſcribit Honorius III. 10. Kal. Novemb. ejuſdem anni Ep. 79. F. 14. Reg. Vat. Obiit 1236. 6. Kal. Octobris. Contra eundem Gratiam ſequentem offendi Epiſtolam in Reg. Greg. 9. fol. 68. nu. 240. cujus tenor talis eſt. XX XIII.

Gregorius Epiſcopus, &c.

Epiſcopo Brixien. & Abb. de Cerreto Lauden. Diœceſ. Ut venerabilis frater noſter Parmenſis Epiſcopus illius ſuperni Paſtoris geſtaret imaginem, qui animam ſuam pro ovibus ſuis dedit, in Epiſcopi munere, immo nominis interpretationem attendens prodeſſe ſtudet potius, quam præeſſe, ut ſibi ad ſalutem, & ſubditis proficeret exemplum, deberet eſſe ut oliva fructifera in domo Domini, & tamquam lignum ſecus fluentia plantatum fructum reddere opportuno tempore gratioſum, nam Paſtor qui paſcendas oves ſuſcipit, ſi Paſtoris opus non agit, ſi non colligit, ſed diſpergit, ſi non paſcit, ſed depaſcit, ſi non lucris animarum inhiat, ſed . . . ſi non pro ſpirituali mercede ſed temporali, non vera ſed falſa, non æterna ſed tranſitoria paſcit oves, ſi non fructificat, ſed diſſipat, profecto Paſtoris nomen amittit, & mercenario, cui non eſt cura de ovibus, & ficulneæ, quæ inutiliter terram occupat, poteſt merito comparari. Heu quot hodie vidimus, & dolemus in Eccleſia mercenarios, qui cum nomen tantum Paſtoris habeant, a ſe pietatem abdicantes invaleſcunt hæretici, tyranni inſæviunt, & perfidi proſequuntur. Sane cum dolore referimus, & ſcribimus cum pudore, quod ſicut multorum nobis relatio patefecit idem Epiſcopus, qui opponere ſe deberet murum pro domo Domini, & ſtare in die belli aſcendentibus ex adverſo, profligata Pontificalis officii gravitate, aſcendentibus dat aſſenſum, imo cum aſcendentibus ipſe conſcendens, cum eis ſpolia dividit, & rapinas; Cum enim pro Eccleſiaſtica libertate tuenda deberet, ſi opus eſſet, martyrium ſuſtinere, ipſe contra officii ſui debitum, non attendens quod lingua Prælato non debet eſſe alligata, ne ſit canis mutus latrare non valens, non ſolum ipſum conculcantibus non reſiſtit, verum etiam ipſis conculcandum exponit. Inter alia ſiquidem ſiniſtra, quæ nobis de ſuis actibus ſunt relata, immemor, quod ſecundum ſtatuta canonica clerici paciſci non poſſunt, ut judicium ſubeant ſeculare, cum non ſit perſonali habere beneficium, cui pactis renunciari valeat privatorum duos judices laicos eligere dicetur annuatim ſub quorum examine compellantur omnes clerici civitatis, & ditionis ſuæ tam in criminali, quam in civili, nec non & ſuper decimis reſpondere, a quibus non modica quantitate pecuniæ nomine judicaturæ per judices eoſdem extorta ipſam dividit cum eiiſdem, propter quod ipſi clero in prædam patent, exponuntur infamiæ criminali, & carceribus deputantur, unde contigit quod clericus contra clericum, vel laicum non audet noſtras literas reportare. Nuper autem pro eo quod quidam clericus litteris impetratis a nobis, per quas mulierem quandam trahebat in cauſam ad mandatum judicum non renuntiabat ipſorum, ut per conſequens ageret coram eis, ipſum captum poteſtati Parmenſis judicis tradiderint ex parte ipſius Epiſcopi carceri mancipandum. Idem quoque judices, ſi clericus citatus ab eis protinus non compareret, banno poteſtatis eum ſubiici per præ-

conem,


conem, nec appellationis remedium condemnato A
ab eis clerico ſuffragatur, quin ea compeſcens in contumeliam creatoris, & Eccleſiæ Romanæ contemptum, ad quam per appellationem noluit habere recurſum, ipſum capiunt, & tamdiu detinent compeditum, quouſque ſolvat quidquid fuerit in condemnatione deductum, vel ſi ipſum banno civitatis exponat, in hac verba per civitatem præcone clamante, & talis clericus, quia condemnatus non ſolvit, tandiu ſit in banno communis, donec quidquid invenit in condemnatione perſolvat, omneque malum illatum eidem clerico ſit impune, nec credunt ij qui clericos taliter capiunt, incarcerant, & affligunt, laqueum excommunicationis incurrere, cum ſit in iis omnibus manus ejus, immo ipſius auctoritas interveniat, & mandatum: adhuc cum clerico Eccleſiæ S. Bartholomæi Parmenſis quaſdam a nobis contra quendam civem ſuper eo quod in cœmeterio ædificabat ipſorum ad Præpoſitum S. Proſperi Regien. litteras impetraſſet, judices ipſos affectuoſe pro cive rogans eodem, cauſam ejus eſſe aſſerebat ſe propriam reputare, cum tamen, ut dicebat pro ſecuritate B
dicti clerici ab ipſo tanquam ordinario popoſcente juſtitiam, nec potuerint ſuper hoc litteras aliquas reportaſſe; cauſas inſuper matrimoniales, quæ ad examen referuntur ipſius, nec per ſeipſum cognovit, nec canonicis, ſeu perſonis diſcretis, ſed ſimplicibus & fere penitus idiotis committit eaſdem; quicunque præterea in civitate, vel diœceſi ſua ſuper beneficio a nobis litteras impetrat, non conſiderans, propriæ conditionis oblitus, quod in miſſo perſonam mittentis damnabiliter inhonorat, ipſum, cui deberet ſpecialiter pro reverentia noſtra deferre, habet perpetuo inimicum, & ſic Romanam Eccleſiam vilipendit, & habet contemptui nomen noſtrum, & quaſi non acta ſufficerent, ut omnem prorſus in Epiſcopatu clericorum ſcintillam extinguat, eiſdem univerſis inhibere curavit, ne ad aliquam electionem Prælati procedant, vel clerici ſine ſua licentia ſpeciali in eos, ſi ſecus agerent, excommunicationis ſententiam promulgando, ſi ſicut eſſe, immo quia conſtat ita eſſe, nunquid non tamquam ficus fatua umbram nocivam, & ramos protendit inutiles ſuper terram reddens eam pene penitus infœcundam. O ſi diligenter C *attenderet quid de ipſo ab aliquibus ſentiatur, non minus erubeſceret de infamia, quam doleret ſi contingeret forſan de jactura. Licet igitur plerumque diſſimulanda quædam, & ad tempus conniventibus oculis toleranda, quia tamen ex diſſimulatione hujuſmodi fama ſua detraheretur non modicum, & perſona, & ubi periculum viſitur, eſt quantocyus occurrendum, mandamus quatenus ad locum perſonaliter aſcendentes, & habentes præ oculis ſolum Dominum, inquiratis ſuper præmiſſis, & aliis, quæ inquirenda ſunt diligentius veritatem, per canonicos Parmenſes, quam alios ſollicite quæ inveneritis, ſtudeatis vobis veſtris litteris fideliter intimare, ut procedamus exinde, prout ſecundum Dominum viderimus procedendum.*

Dat. Anagniæ 2. Id. Januarii anno 6.

(„ *Anno 1228. dedicavit Oratorium S. Crucis, &*
„ *an. 1232. de mandato ejuſdem Gregorii excommu-*
„ *nicavit Rinierum Zenum Venetum Prætorem Bono-*
„ *nienſem, decimarum ſolutionem recuſantem. Vide* D
„ *Maſinum in ſua Bononia illuſtrata p. 102. Cleri-*
„ *cum pariter degradavit ob necem Gerardi Nauli,*
„ *qui poſtea an. 1236. in caldario ferventis materiæ*
„ *infeliciter interiit; quo itidem anno & ipſe obiit,*
„ *antea à regimine abſolutus.* Bonvicinus.)

XXXIV. 34 MARTINUS Parmenſium Epiſcopus fuit 1236 a. quem Innocentius IV. an. 1243 b. ab adminiſtratione ſacrorum ſuſpendit, eo quod bona Eccleſiæ illius per ſummam prodigalitatem & luxum dilapidaret, ita in Epiſt. 4. an. Pontif. p. Anag. Id. Octob. in qua Innocen. Parmenſis Eccleſiæ ſe alumnum fatetur. Paulo poſt Martinus deceſſit anno 1243. Poſt cujus obitum Innocentius IV. Præpoſito, & Capitulo Parmenſi ſcribit, ut infra ſpatium quindecim dierum proprium ſibi Paſtorem nanciſcantur, ut in Ep. Reg. Vat. numerò 252. f. 92. anno 1. Kal. Decembris.

a Vel 1237
b Seu 1248



35 ALBERTUS Sanvitalius, filius Guarini, ac Margaritæ Fieſcæ Innocentii IV. ſororis ab eodem Pontifice Parmenſis Epiſcopus adlectus eſt 1243. Lugdunenſi Concilio interfuit, deceſſitque anno 1257 c. 13. Kal. Junii, ſepultuſque eſt in Cathedrali, ſecus canonicorum ſubſellia. XXXV.

c 1253. Ex Chronica Parmæ in membranis, quæ eſt Archivii S. Jo: Evangeliſtæ.

Apud Schraderum habetur de Alberto Parmenſi electo ſequens cœnotaphium, in quo Innocentii IV. nepos vocatur, de Anſelmorum genere procreatus, an ſit idem cum noſtro Alberto Sanvitalio, judicet qui poteſt. Ego autem eundem eſſe non improbo.

(„ ALBERTUS *II. nobilis Parmenſis, ex fami-* XXXVI.
„ *milia Anſelma, item Innocentii nepos, quem refert*
„ *da Herba, deceſſoris alterius Alberti locum obti-*
„ *nuit an. 1255. ad an. 1257. tumulatus in choro, cum*
„ *ſequenti Epitaphio.* Bonvicinus.)

Hic jacet Albertus poſt mortem vivere certus,
Qui fuit electus Parmen. vir bene rectus
Vir ſobrius, vir vitans undique faſtus,
Vir gremiis plenis, largus largitor egenis,
Dogmate maturus, inter contagia purus,
Huic Anſelmorum Pater, & genus extat avorum,
Mater de Fliſco comitiſſa, ex ſanguine Priſco,
Pontificiſque nepos ſummi fuit Innocenti,
Qui fuit ipſius clarus frater genitricis,
In quinquaginta ſeptem cum mille ducentis,
Et menſis Maji octo geminis fugientis.

(„ PETRUS *inde ſucceſſit, ut ex libro antiquo* XXXVII.
„ *Monialium S. Ulderici Parmæ Gothicè ſcripto, in*
„ *quo leguntur hæc verba. 1258. 26. Septemb. Obiit*
„ *D. Petrus gratia Dei Parmenſis Epiſcopus; & iſte*
„ *vix elapſo anno ſui Præſulatus obiit, quia an. 1259*
„ *7. Junii factum fuit decretum à Saladino Baratto*
„ *Vicario Capitulari in rogitis Guidi Paſſerini.* Bon-
„ vicinus.)

36. OPIZZO d, ejus nominis II. Sanvitalius, frater germanus Alberti, ex canonico Parmenſi, atque Epiſcopo Tripolitano, ab Alexandro IV. ad Parmenſem Eccleſiam traſlatus eſt 1257 e. Baptiſterium totum ex lapidibus marmoreis expolitis rotundum olim 1196. ædificari cœptum ab Orlando Rubeo nobiliſſimo Parmenſi, anno 1282. abſolutum Opizzo Epiſcopus ſolemni ritu conſecravit, quod paulo poſt Gerardus de Blanchis Cardinalis Parmenſis, hoc eſt anno 1291. ampliſſimis facultatibus dotavit, Præpoſitum, decemque canonicos perpetuo inſtituit. Mirabilis eſt Architecturæ, picturis non ſpernendis exornatus, ubi S. Franciſci genuina effigies viſitur. Opizzo hic inſignis eruditione fuit, juriſque Eccleſiaſtici defenſor acerrimus. Quamobrem Parmæ Prætorem ſacris interdixit, ut creditæ ſibi Eccleſiæ jura tueretur. Virili animo toleravit infectationes, diſcuſſitque tanta cum probitatis laude objectas ſibi calumnias, ut Boniſacius VIII. ad Ravennatem thronum poſtea illum evexerit 1295. 10. Kalen. Auguſti, ubi fato functus eſt 1303. ſepultuſque eſt apud D. Franciſcum. Conſule de eo Rubeum in hiſt. Ravennat. XXXVIII.

d De eo Sanſovinus de familiis, & Angeli in hiſt. Parm. p. 92.
Mandoſius e 1260.

37. JOANNES de caſtro Arquato Placentinus monachus de Columba Ord. Ciſtercienſis ex capellano Cardinalis Gerardi Blanchi Parmenſis, ad ſe- XXXIX.

Digitized by Google

dem Parmenſem promotus fuit anno 1295. 13. Kal. Octobris in Reg. Vatic. Epiſt.397. fol.91. ſedit annos 5. Romæque mortuus eſt anno 1299. ſepultuſq; eſt in porticu S. Joannis in Laterano prope portam ad ſiniſtram manum, ubi anno 1625. oculis uſurpavi in quodam lapide hoc breve epitaphium, cujus ſuperne adhuc ſpectatur effigies in genua provoluta. A

HIC REQUIESCIT
CORPUS JOANNIS EPISCOPI
PARMENSIS
QUI DE PLACENTIA
FUIT NATUS

Hujuſmodi lapis inde fortaſſe a venerandæ antiquitatis oſoribus erutus poſt annum Jubilei 1625. nuſquam deinceps repertus eſt. Hujus Epiſcopi temporibus Cardinalis Gerardus Blanchus nobilem ſpectabilemque Abbatiam S. Martini vallis Serenæ ex Ordine Ciſtercienſi munificentiſſime fundavit, quinque tantum milliariis à civitate Parmenſi diſſitam anno 1299. eamque ex bonis ſibi a Deo collatis munificentiſſime dotavit. Hujus quoque cœnobii fundationem meminit Bonifacius VIII. in literis ad Abbatem de Columna ſcriptis, quibus illud Columbani monaſterio obnoxium fecit; literarum exemplar è tabulario ejuſdem deſumptum tale eſt. B

BONIFACIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & conventui monaſterii de Columba Ordinis Ciſtercienſis Placentinæ diœceſis ſalutem ac Apoſtolicam benedictionem. Nuper bonæ memoriæ Gerardus Sabinenſis Epiſcopus, cui teſtandi, & diſponendi de bonis ſuis erat a nobis conceſſa facultas, in ſua ultima voluntate aliqua dictorum bonorum certis perſonis prohiberi, & alios de bonis ipſius ſatisfieri omnibus in aliquo tenebatur, ſicut ſuper hoc remorſum conſcientiæ, ut aſſeruit, non haberet, mandavit, reliqua vero bona omnia ſupradicta, necnon actiones, & jura reliquit monaſterio de Valle Serena Parmenſis diœceſis, qui ædificari facere cœperat, & affectabat in eo regularis perſonis inſtitui ſub obſervantia Ciſter. Ord. ibidem perpetuo Domino ſervituris, quibuſdam poſſeſſionibus, proventibus, & juribus per eundem Epiſcopum ipſi monaſterio acquiſitis, volens ut idem monaſterium alii monaſterio eſſet ſubjectum, ſicut matri filia ſecundum ejuſdem ordinis inſtituta, certoſque executores prædictæ ſuæ conſtituit ultimæ voluntatis. Nos igitur intendentes ſuper iis illius favoris præſidium adhibere, per quæ pia dicti teſtatoris intentio, juxta deſiderium quod habebat de ordinatione dicti monaſterii faciendæ efficacius impleatur, volumus, & præſentium tenore præcipimus, ut per vos, aut per te fili Abbas de conſenſu majoris, & ſanioris partis tui conventus dicto monaſterio de valle Serena, qui conventus monaſterii ejuſdem exiſtant, ponantur in eo taxa de concernent. dictorum monaſteriorum ſive membrorum ejuſdem monaſterii veſtri prædicti ordinis Deo, & eidem novo monaſterio ſerviatur. Apoſtolica inſuper auctoritate ſtatuimus, quod idem monaſterium de valle Serena prædicto veſtro monaſterio tamquam matri filia ſit ſubjectum, quodque circa viſitationem, & converſionem, nec non Abbatis, monachorum, converſorum inſtitutiones, & deſtitutiones, quæ in idem monaſterium vallis Serenæ fuerunt ſecundum inſtituta regularia in poſterum facienda, modus, & forma per omnia obſerventur, qui conſueverunt in aliis monaſteriis, & membris dicto monaſterio veſtro ſubditis obſervari; decernentes irritum & inane &c. Nulli ergo hominum, &c. ſi quis &c. C D

Dat. Laterani 16. Kal. Maji Pontific. noſtri an. 8.

XL. 38 GOFREDUS de Vezano canonicus Cameracenſis, Joannis ſucceſſor eligitur a Bonifacio VIII. anno 1299. Kal. Aprilis, ex Regeſt. Vatic. Epiſt. 89. fol. 157. anno 5. obiit 1300. Romæ jacet in Eccleſia Aracœlana in Sacello S. Bartholomæi cum hoc brevi epitaphio.

Hic jacet bonæ mem. D. Gofredus de Vezano Parmen. Epiſcopus A. D. M.CCC.
menſe Martii.



39. PAPINIANUS Taurinenſis, è gente Roborea, Canonicus Regularis, Novarienſis Epiſcopus, ad Parmenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1300. 3. Non. Junii, ita in Reg. Vatic. Epiſt. 195. fol. 112. an. 6. Bonifacii VIII. à quo Vicecancellarius S.R.E. renunciatus, id etiam muneris ſub Benedicto XI. aliquandiu exercuit. Fato functus eſt an. 1316 XLI.

Papiniano Præſule anno 1305. Parmæ obiit Robertus Gallus quondam Abbas Ciſtercii ejuſdem Ordinis Generalis S.R.E. presbyter Cardinalis tituli S. Pudentianæ, ibique ab eodem Papiniano extra muros urbis in celebri S. Martini vallis Serenæ cœnobio Ord. Ciſtercienſis tumulatur, unde poſtea translatus Ciſtercium in Gallia, ibidem tale habet epitaphium ad ſiniſtram altaris majoris.

Quam ſit homo fragilis, mortales diſcite cuncti,
Quamque brevi curſu naturæ debita ſolvens.
Occumbit, velut hic quondam præclarus in Orbe
Robertus, domui Paſtor qui præfuit iſti:
Cardinis officio pro munere poſtea fungens,
Italiæ Pago Parma cadit, hic tumulatur
Annis mille ſemel centum ter quinque lapſis
Quem tulit è medio Deus hunc jure cœlo.



40. Fr. SIMON Salterellus nobilis Florentinus, ex Ordine Prædicatorum, Hetruriæque Provincialis, Epiſcopus Parmenſis adlectus eſt a Joanne XXII. anno 1317. Quatuor fere annos hanc adminiſtravit Eccleſiam: translatus eſt ad Archiepiſcopatum Piſanum anno 1323. De quo vide ſupra. XLII.



41. UGOLINUS a de Rubeis ex comitibus S. XLIII

a Hujus


Digitized by Google

meminit Campius in hiſt. Placent. p. 3. pag. 62.

Secundi nobilis Parmenſis, filius Bernardi, ex canonico Parmenſi electus fuit Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ anno 1323. 8. Idus Maji ex Reg. Vatic. Ep. 1068. anno 7. primaque die ineuntis Septembris, ſolemni ritu populo acclamãte iniit poſſeſſionem. Vir ob rerum longo tempore in hac dignitate geſtarum excelſi animi virtute, conſtantia, & prudentia non vulgari, admirabilis ædificiorum Epiſcopalium inſtaurator & amplificator fuit: Campanam ex nomine ſuo Ugolinam, quæ adhuc extat, ex ære confecit. Accurate per ſuam diœceſ. luſtrationem peregit: fidelitatis juramentum, recognitiones hominum, aliaque Vaſſallorum ſuæ Eccleſiæ obſequia in manu potenti ſibi exhiberi ſumma ſedulitate curavit. A Carolo IV. Imp. an. 1355. privilegiorum ſequenti diplomate confirmationem ſuſcepit, in quo Epiſcopus, & Princeps Parmenſis enunciatur, cujus exemplar ita in ſæpe citato tabulario notatur.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus IV. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Imperatoriæ majeſtatis gloria, &c. Cum itaque majeſtati noſtræ pro parte venerabilis Epiſcopi Parmenſis Principis devoti noſtri dilecti devote ſupplicatum extiterit, quatenus ſibi, & Eccleſiæ ſuæ Parmenſi omnia privilegia, litteras, gratias, libertates, jura, donationes, conceſſiones, & indulta, quæ, & quas à divis Romanis Imperatoribus, ſive Regibus Prædeceſſoribus noſtris à nobis, & Imperio obtinuiſſe noſcuntur, approbare, ratificare, innovare, confirmare, ac de innata nobis benignitatis clementia, & Imperialis poteſtatis plenitudine, de novo concedere dignaremur. Nos igitur dictorum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere cupientes præfatis juſtis, & rationabilibus ſupplicationibus benignius inclinati ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis, & intemeratæ Virg. matris Mariæ, nec non conſideratione multiplici virtutum, meritorum, & approbatæ fidei, & devotionis conſtantiæ, quibus idem Epiſcopus Parmenſis apud noſtram celſitudinem rerum experientia docente multipliciter commendatur, ſibi Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ Parmenſi ſupradicta univerſa, & ſingula privilegia, litteras, gratias, libertates, jura, donationes, conceſſiones, & indulta ipſis à divis Romanis Imperatoribus, ſive regibus prædeceſſoribus noſtris data, facta, & conceſſa, ſeu datas, factas, & conceſſas quibuſcunque etiam ſpecialibus vocabulis deſignari valeant in omnibus ſuis modis, tenoribus, punctis, & clauſulis, ut de verbo ad verbum ſunt ſcripta, ſeu ſcripta, data ſeu data, facta ſeu factæ, conceſſa, ſeu conceſſæ, ac ſi tenores, ſeu omnia ſingulorum forent inſerta præſentibus etiam ſi de iis jure, vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, auctoritate Imperiali approbamus, ratificamus, innovamus, & de novo concedimus, & de ſingulari noſtræ benignitatis gratia, ac Imperialis poteſtatis plenitudine tenore præſentium confirmamus ſpecialiter etiam præfatis Epiſcopo, & Eccleſiæ, Parmenſi præfato auctoritate concedimus omnes alpes & ſummitates montium diœceſis, diſtrictus, & territorii Parmenſis nominatim cum infraſcriptis confinibus ab una parte Epiſcopatus, Lunenſis ab alia terra, ſive territorio de boſco, ab alia via de Raiguzio, & de Lunario, & ab alia territorio curiarum Cornelii, & Raiguzii cum omnibus pertinentiis eorundem, ſalvis noſtris, & ſacri Imperii juribus, ac quorumlibet aliorum. Nulli ergo &c.



Signum ſereniſſ. Principis, & D. D. Caroli IV. Rom. Imper. invictiſſ. & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis.

Teſtes hujus ſunt Reverendus in Chriſto pater dominus Petrus Oſtienſis, & Veletrenſis Epiſcopus S.R.E. Cardinalis, & venerabilis Nicolaus Aquilejenſis Patriarcha frater noſter, Joannes Archiepiſcopus Piſanus, Joannes Olmucen. Gerardus Spiren. Theodoric. Minden. & Joannes Spoletanus Eccleſiarum Epiſcopi, & illuſtris Joannes marchio Montisferrati, Stephanus comes Palatinus Rheni, & dux Bavariæ, Nicol. Opapica, & Otho Brunſvicen. duces, nec non ſpectabiles Joannes Hurembergan. Turggravius Lud. de Ottingen. Henricus de Siverezbeg. & Joannes Lantgravius Luttembergenſis comites, nec non aliorum Principum comitum, & nobilium multitudo præſentium ſub noſtræ Imperialis majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum.

Dat. Romæ anno Domini 1355. Ind. 8. Nonas Aprilis regnorum noſtrorum anno 9. Imperii vero 1.

Interea cum Ugolinus bonus optimuſque Eccleſiaſticæ immunitatis propugnator quoſdam tyrannos Parmenſis Eccleſiæ ſubditos ad Eccleſiaſticam juriſdictionem ſervandam impelleret, eorundem perfidia ac potentia a civitate ſuaque diœceſi nequiter fuiſſet expulſus, per decem, & eo amplius annos exulavit: ſedata denique controverſia ad Eccleſiam ſuam reverſus, oppida locave Epiſcopatus diruta, adeoque diſſipata invenit, ut pro reſtauratione, proque ejus vita ſuſtentanda à Jacobo, & Beltrando ſuis ex fratre nepotibus Domicellis de Rubeis, decem millium centum, & ſeptuaginta florenorum auctoritate Apoſtolica, mutuo coactus fuerit ſuſcipere, pro quibus iiſdem Domicellis tradidit comitatum Comiolæ cum ſuis juribus, ac pertinentiis, quem poſtea Jacobus Epiſcopus, Joannes, & Petrus Bernardi filii, Ugolini pronepotes in feudum perpetuum à Parmenſi Eccleſia Bonifacii IX. Papæ auctoritate recepere, ut in literis ejuſdem Pontificis clarius continetur. Hæc autem illæ ſunt ex eodem tabulario.

BONIFACIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Jacobo de Rubeis Epiſcopo Veronenſi, & dilectis filiis Joanni, & Petro fratribus Domicellis Parmen. ac natis quondam Beltrandi de Rubeis olim militis Parmenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exigunt ſummæ veſtræ, ac progenitorum veſtrorum devotionis, & ſinceritatis obſequia, quæ Eccleſiæ Romanæ, & nobis dudum impendiſtis, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtitis, ut commodis, & honoribus veſtris quantum poſſumus favorabiliter intendamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod bonæ memoriæ Ugolinus Epiſcopus Parmenſis propter malitiam, & perfidiam tyrannorum tunc civitatem Parmæ occupantium fuiſſet a civitate, & diœceſi prædictis nequiter expulſus, & per decem annos, & amplius ſic abſens, & expulſus extitiſſet, & interim bona immobilia, & caſtra dictæ Eccleſiæ devaſtata fuerint & pro majori parte direpta. Nec non animalia ad culturam agrorum, & poſſeſſionum dictæ Eccleſiæ ordinata data fuerant penitus in prædam, propter quæ præfatus Ugolinus dicto decennio perdurante, nil de proventibus dictæ Eccleſiæ percipere potuit. Quodque præfato Ugolino olim Epiſcopo tandem ad dictam civitatem reverſo, ac caſtris, & locis ipſis dirutis, poſſeſſionibuſque dictæ Eccleſiæ incultis repertis, oportuit præfatum Ugolinum olim Epiſcopum tam pro ejus vita ſuſtentanda, quam etiam reparatione terrarum, caſtrorum prædictorum, ac pro animabus, & aliis ad culturam poſſeſſionum neceſſariis, ac domibus reparandis Eccleſiæ antedictæ, quæ tunc penitus incultæ erant, & dirutæ, expenſiſque aliis utilibus, & neceſſariis mutuum contrahere ad quantitatem decẽ millium, centum, & ſeptuaginta unius florenorum auri boni, & juſti ponderis a quondam Jacobo, & Beltrando ejus nepotibus tunc Domicellis de Rubeis, quod quidem mutuum verſum fuit in utilitatem Eccleſiæ prædictæ cauſis, & rationibus antedictis. Pro parte dictorum quondam Jacobi, & Beltrandi olim Epiſcopus memoratus fuiſſet cum inſtantia debita pluries requiſitus, ut eis de dicto mutuo ſatisfaceret cum affectu. Et tandem ipſo olim Epiſcopo eis ſatisfaceret indebite negligenter tandem ipſi quondam Jacobus, & Beltrandus ad Sedem Apoſtolicam habuerunt recurſum, a qua obtinuerunt creditores ipſi cauſam hujuſmodi mutui cõtra præfatum Ugolinum olim Epiſcopum Archipresbytero Plebis Car-

penſis Mutinenſis diœceſis ejus proprio nomine aliter non expreſſo auctoritate Apoſtolica delegari. Qui delegatus cauſam ipſam olim fratri Baccio tunc Abbati monaſterii de Caſtiliano Parmenſis diœceſis ſubdelegavit, eique vices ſuas commiſit, donec illas ad ſe duceret revocandas. Coram quo ſubdelegato per partes ipſas cauſa hujuſmodi diutius ventilata fuit, & partibus hinc inde vocatis ac ſervatis ſervandis tandem prædictus ſubdelegatus per ejus ſententiam diffinitivam, quam tulit in ſcriptis, pronunciavit, ac decrevit, ac condemnavit præfatum Ugolinum olim Epiſcopum, ejuſque menſam Epiſcopalem, ac Eccleſiam Parmenſem ad dandum, & ſolvendum dictis Jacobo, & Beltrando creditoribus antedictis dictam ſummam florenorum decem millium centum, & ſeptuaginta unius auri boni, & juſti ponderis. Quæ ſententia nulla provocatione ſuſpenſa in rem tranſivit judicatam, quodque ſententia ipſa poſtmodum præfato Ugolino olim Epiſcopo de dicta ſumma infra tempus debitum ipſis creditoribus ſatisfacere recuſante, fuit per delegatum antedictum executioni debitæ demandata, ea forma videlicet, quia ipſi Jacobus, & Beltrandus creditores ut ſupra inducti fuerunt in poſſeſſionem terrarum, & caſtrorum infraſcriptorum ad eandem Eccleſiam & menſam Epiſcopalem, ac Eccleſiam Parmenſem pertinentium tamquam de bonis minoris utilitatis Eccleſiæ, & menſæ prædictarum uſque ad quantitatem concurentem dicti crediti. Quarum quidem terrarum, & caſtrorum nomina, & cognomina, prout in dicta ſententia continetur, duximus præſentibus noſtris litteris inſerenda, videlicet caſtri Cornelii, item arcis, ſeu fortalitii Rocchæ Ferrariæ, item Arcis, ſeu fortalitii Rocchæ de Petra Bartiis cum eorum villis, curtis, juribus, juriſdictionibus, obventionibus, & commodis, pertinentiis, cohærentiis, hominibus, & incolis, ac omnibus aliis in ipſa ſententia nominatim, & particulariter deſcriptis, & declaratis ad prædictas Eccleſiam, & menſam Parmenſem ſpectantibus, & pertinentibus. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, prædicti Jacobus, & Beltrandus dum vixerunt, & uſque ad eorum obitum terras, & caſtra prædicta tenuerunt, & poſſederunt, voſque ſimiliter poſt ipſorum obitum, quorum ſucceſſores, & heredes exiſtitis, prout eſtis, dicta caſtra, & terras tenuiſtis, prout tenetis de præſenti. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis Apoſtolicæ ſedis firmitatis robur adjicere auctoritate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſorum dictorum meritorum intuitu gratiam volentes facere ſpecialem, ſententiam ſupradictam cum proceſſu prædicto, & omnia alia prædicta inde ſecuta tenore præſentium eadem auctoritate ex certa ſcientia confirmamus, ratificamus, & approbamus, ſupplentes omnes defectus ſi qui forſan circa judiciorum ſolemnia intervenerint in præmiſſis, & quorum proceſſus, & ſententiæ tenores haberi volumus præſentibus pro expreſſis. Et nihilominus de ulterioris doni gratia motu proprio, ac ex mera noſtra libertate, etiam pro commodo, & indemnitate dictæ Eccleſiæ Parmenſis terras ipſas, & caſtra ipſa cum omnibus juribus, juriſdictionibus, obventionibus, commodis, & proventibus ſupradictis ad ea ſpectantibus, & pertinentibus, ac villis, caſis & hominibus ſuperius enarratis, quorum omnium cohærentias, & confinia etiam haberi volumus præſentibus pro expreſſis in feudum nobile, & antiquum nomine Parmen. Eccleſiæ prælibatæ vobis, ac filiis veſtris legitimis, & naturalibus tantum legitimis non extantibus, ac eorum deſcendentibus, & poſteris, & hæredibus ac ſucceſſoribus veſtris per lineam maſculinam, ex dicta domo Rubeorum de Parma dumtaxat deſcendentibus tenore præſentium concedimus, & etiam inveſtimus cum honoribus, oneribus, ac ſervitiis conſuetis in talibus obſervari, recepto, & præſtito per te Jacobum Epiſcopum Veronenſem antedicto tuo, ac fratrum tuorum prædictorum nominibus in noſtris manibus fidelitatis ſolitæ juramento vice, & nomine Parmenſis Eccleſiæ ſupradictæ, quod quidem perinde valere decernimus, ac ſi perſonaliter per eoſdem Joannem, & Petrum fratres tuos prædictos etiam in manibus Parmenſis Epiſcopi pro tempore exiſtentis præſtitum extitiſſet, vel ſi ad id tu Jacobus Epiſcopus Veronenſis ad hoc ab eiſdem fratribus tuis ſpeciale mandatum habuiſſes, conſtitutionibus Apoſtolicis ac legibus Imperialibus, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ Parmenſis præfatæ, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, ratificationis, approbationis, ſupplementi, voluntatis, conceſſionis, inveſtituræ, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum ſeptimo Idus Martii Pontificatus noſtri an. XI.

Cæterum Ugolinus quatuor ſupra quinquaginta annos dignitatem illam honorifice geſſit, atque a Barnaba Vicecomite veneno ſublatus, Mediolani deceſſit anno 1377. 4. Kal. Maij. Siquidem cum Ugolinus præter Eccleſiaſticam dignitatem, civilem ſuæ patriæ Principatum ex voluntate verſaret, ob idque Vicecomes timeret, ne aliquando ea gliſcens potentia, rationibus ſui Principatus officeret, rem nefariam per flagitioſos homines ſtatuit maturandam, exemplum vel aliud agens poſteritati daturus, quam periculoſe qui ſemel divino cultui fuerint deſtinati, civilibus tumultuoſiſque curis ſe immiſceant. Reperio autem Parmenſem vacaſſe ſedem ex Ugolini obitu ad annum uſque 1379.

(„ BELTRANDUS *de Borſano ad hanc ſedem* XLIV
„ *pervenit an. 1379. die 8. Januarii, de quo Baldus l.*
„ *5. Conſil. 343. Ad vota Caroli Vicecomitis Eccle-*
„ *ſiam conceſſit S. Nicolai Thaddæo de Piis anno præ-*
„ *dicto 1379. notario Nicolao de Alla, quæ in conceſ-*
„ *ſione exiſtente nunc in Archivio Baptiſterii, Epiſ-*
„ *copus Parmæ, & Comes nominatur. Ad annum*
„ *circiter præfuit nempè ad 1380. nec mirum ſi Ughel-*
„ *lo, & aliis fuerit omninò incognitus. De eo item*
„ *tabulæ diverſæ; & in membrana antiqua adhuc ſuſ-*
„ *penſa in ſacello S. Mariæ ad Nives Eccleſiæ majo-*
„ *ris, quæ indulgentiarum continet confirmationem à*
„ *diverſis Epiſcopis Parmenſibus, hæc extant verba*
„ Beltrandus Epiſcopus Parmenſis. *Bonvicinus.*)

42. JOANNES Ruſca a Novocomenſis, eſt Ugolino ſuffectus, illiuſque extat memoria anno 1383. & in lib. Bonifacii IX. de diverſis formis ann. 1397. cujus laudes non tacuit Robertus Ruſca monachus Ciſtercienſis, diligens antiquitatis inſpectator, cum de Ruſcæ gentis viris illuſtribus inſtituit narrationem. E vivis exemptus eſt an. 1412. menſe Septembri, ſepultuſque eſt apud cathedralem in ſacello S. Martini a ſe conſtructo, ubi ejus ſepulchro affixa hæc carmina ſpectantur. XLV

a Seu Ruſcanus.

Religionis honor, procerum decus, inclytus heros
Urbis Cumanæ Ruſcorum, quem tulit ortu
Alma tribus rutilo, columine læta Joannes
Arcæ Parma Deum, ſanctos adolevit honores,
Hic ſitus eſt. Aram hanc, hos celibeſque Penates
Inſtituit pia mens, ſic gazophylata ſub annis
Mille quater centum bis ſex ſuper aſtra receſſit,
Corpus in occaſu Septembris, & alma reliquit.

43. JACOBUS Epiſcopus Parmenſis interfuit Conſtantienſi Concilio anno 1416. (1)

44. Fr. BERNARDUS de Carpo Ordin. Minorum an. 1412. ex Provinciali Lombardiæ, à Joanne XXIII. electus Epiſcopus Parmenſis reperitur vixiſſe, Parmenſemque Eccleſiam adminiſtraſſe an. 1419. potuitque Martinus V. poſt exceſſum Jacobi, ejus electionem ratam habuiſſe, qui hanc Eccleſiam regendam ſuſceperat a Gregorio XII. Hic Bernardus Monialibus S. Franciſci Eccleſiam S. Quirici attribuit an. 1423. ut refert Vvaddingus tom. 5. Annal. Minor. XLVI

(1) Ughellus, & ex eo Bordonus immediatè ſufficiunt Jacobum, qui in Concilio Conſtantienſi an. 1416. ſeſſ. 23. & 32. ex errore typographi legitur electus Parmenſis, cum eſſet Pennenſis. Eodem anno item inter Pennenſes Epiſcopos connumeratur ab eodem Ughello tom. 1. Ciaconius pariter ejuſdem meminit tom. 2. col 83. ſub nomine electi Pennenſis; unumque fuiſſe aſſerit ex electoribus Italiæ, qui in eodem Concilio interfuerunt electioni Martini III. dicti V. unde inter Epiſcopos Parmenſes nullatenus recenſeri debet. *Bonvicinus.*

Digitized by Google

Minor. e vivis exemptus eſt ann. 1425. ad ejus tumulum pauca hæc legi poſſunt, cætera invidioſa vetuſtas delevit.

Eſt Sepulchrum in Chriſto Patris Fr. Bernardi de Carpo Eximii Theologiæ Doctor. Epiſcopi Parmenſis.

De Bernardo nonnulla habet Franciſcus Gonzaga lib. 6. Hiſt. Seraph.

XLVII 45. DELPHINUS de Pergula, Urbinatis territorii, à Martino V. Parmenſis ſublectus Epiſcopus 1425. 9 Kal. Sept. Baſileenſi Concilio interfuit. Vir ob egregias animi dotes, ſummæ apud omnes exiſtimationis, Sigiſmundoque Imperatori unice charus, in cujus gratiam omnia privilegia, quæ aliquando alii Cæſares Parmenſi Eccleſiæ liberaliter indulſerint, confirmavit. Harum tabularum hoc hoc eſt initium.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter Amen.

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis ad hoc ſummi diſpoſitione præſidii principalis monarchiæ obtinuimus Principatum, ad hoc ſacri Imperii ſubnectimus diadema, ut ſi ad alia extrinſeca nos ſollicitudo provocet aſſidue, ad ea tamen, quæ ſtatum felicem, ac quietum, & incrementum Jurium, gratiarum, & libertatum noſtrorum, & Imperii ſacri venerabilium Principum ſpiritualium, ac Eccleſiarum eorumdem reſpiciunt, tanto intendamus uberius, quantum noſtrum præ cæteris mundi Principibus ſolium magnificentius erexit cæleſtis providentia Creatoris. Sane pro parte venerabilis Delphini Epiſcopi Parmenſis devoti noſtri fidelis oblata celſitudini noſtræ ſupplex petitio continebat, quatenus ſibi, & Eccleſiæ ſuæ univerſa, & ſingula privilegia, gratias, exemptiones, immunitates, libertates, jura, dignitates, indulta, & litteras, caſtra, villas, loca, terras, montes, alpes, flumina, alveos fluminum, conductus aquarum, juriſdictiones, & poteſtates ſibi, & prædeceſſoribus ſuis Epiſcopis, & Eccleſiæ Parmen. a divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus noſtris prædeceſſoribus datas, & conceſſas, data, & conceſſa de innata nobis benignitatis clementia ratificare, approbare, innovare, & confirmare gratioſius dignaremur. Nos itaque ſupplicationibus hujuſmodi tanquam rationabilibus favorabiliter annuentes, penſantes etiam devotionem, qua ipſe erga nos, & Imperium ſacrum afficitur ſibi præfato Delphino Epiſcopo Parmenſi, & Eccleſiæ ſuæ animo deliberato non per errorem, aut improvide, ſed ſano Principum, Baronum, nobilium, procerum, & fidelium noſtrorum accedente conſilio, & de certa noſtra ſcientia univerſa, & ſingula privilegia, gratias, immunitates, & exemptiones, libertates, jura, dignitates, indulta, & litteras, caſtra, villas, loca, terras, montes, alpes, flumina, alveos fluminũ, conductus aquarum, juriſdictiones, & poteſtates, quæ & quas ipſe, & ſui prædeceſſores Epiſcopi Parmen. a divis Romanorum Imperatoribus, & a Regibus noſtris prædeceſſoribus rite, & rationabiliter obtinuerunt in omnibus ſuis punctis, clauſulis, ſententiis, articulis, & expreſſionibus, prout ſcripta ſeu ſcripta ſunt, ac ſi tenores omnium, & ſingulorum de verbo ad verbum forent præſentibus noſtris litteris inſerti, ratificamus, approbamus, innovamus, & tenore præſentium gratioſius confirmamus: decernentes, & volentes expreſſe ea omnia, & ſingula perpetuis temporibus obtinere inviolabiliter roboris firmitatem. Inſuper & præfatus Epiſcopus Parmenſis, & Eccleſia ſua ſentiat ſe noſtris beneficiorum annodatis uberius conſolatos, volumus, & tenore præſentium ſancimus, quod ſi aliqua ex prædictis privilegiis, exemptionibus, donationibus conceſſionibus, & renovationibus ipſi Eccleſiæ ut per-


A *mittitur a prædeceſſoribus noſtris conceſſis, vel in toto, vel in parte quovis colore, vel ingenio, aut titulo indebite alienata, diſtracta, uſurpata, vel deperdita eſſent, ut præfatus Epiſcopus, vel ſucceſſores ſui ipſam, vel ipſas ad dictam Eccleſiam, & Epiſcopatum Parmenſem revocare, reſtituere, & reintegrare valeant, atque poſſint, quæ & nos ex certa noſtra ſcientia Epiſcopis, & Eccleſiæ præfatæ reſtituimus, revocamus, & reintegramus per præſentes; ſalvis tamen juribus quorumlibet aliorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ ratificationis; approbationis, innovationis, & confirmationis, reſtitutionis, revocationis, reintegrationis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire. Si quis autem homo hoc attentare præſumpſerit indignationem noſtram graviſſimam, & pœnam centum marcharum auri puri nobis, & fiſco, ſeu ærario noſtro Imperiali toties quoties factum fuerit applicandarum ſe noverit incurſurum præſentium ſub noſtræ majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum.*

B *Dat. in Therentio anno Domini 1432. die 26. menſis Maji Regnorum noſtrorum anno Ungariæ 46. Romanorum 22. & Bohemiæ 12. Ad mandatum D. Regis Gaſpar Sligher Vicecancellarius.*

Hanc Eccleſiam adminiſtravit Delphinus uſque ad annum 1463. ac deinceps ad Mutinenſem Eccleſiam fuit translatus.

(„ *Synodum celebravit anno 1436. quamvis tunc* „ *temporis eſſet in Concilio Baſilea. Cum beneplacito* „ *Pii II. commutavit caſtrum Petremagolana quibuſ-* „ *dam cum prædiis Comitis Stephani Sanvitalis in vil-* „ *la Pratexelli an. 1460. die 14. Martii, Commiſſa-* „ *rio Apoſtolico Auguſtino Epiſcopo Civitatenſi, &* „ *Delfini ſuffraganeo, notario verò Nicolao Zan-* „ *grando.* Bonvicinus.)

C



46. JO. ANTONIUS a Turre, primum Epiſcopus Regienſis, tum & Mutinæ Antiſtes ad hanc Parmenſem ſedem translatus eſt ann. 1463. ex hac mortali vita diſceſſit anno (1) 1475. de quo vide ſupra in Epiſcopis Mutinenſibus. XLVIII *a Jacobus Antonius.*

47. SACRAMORUS de Sacramoris Ariminenſis, Antonii filius, Pandulphi Malateſtæ primum, mox Galeatii Mariæ Sfortiæ Mediolanenſium Ducis a ſecretis, electus Epiſcopus Placentinus, ad Parmenſem ſedem translatus eſt anno 1475. (2) Hanc Eccleſiam plures annos abſens adminiſtravit, cum apud Sixtum IV. ſui Principis legati munere fungeretur. Deceſſit Ferrariæ anno 1482. die 24. menſis Auguſti, ibi pro ſuo Principe graviſſima negotia explicaturus. Corpus Parmam relatum in Cathedrali poſt aram maximam ſepultum fuit. XLIX

D

48. JO: JACOBUS Sclafinatus Mediolanenſis, Sixti IV. Cubicularius („ *Et Canonicus Baſilicæ Va-* „ *ticanæ, annorum 32.*) Parmenſem ſedem obtinuit 1482 (3). ac paulo poſt inter purpuratos ſenatores adle- L.

(1) Ad Eccleſiam Cremonenſem transfertur an. 1476. quo Sagramorus ſufficitur, ut habetur ex Tabulis Nicolai Zangrandi. Ughellus hic eum vocat Jo. Antonium, & in ſerie Cremonenſium Jacobum Antonium, exiſtimans duos fuiſſe Epiſcopos agnominis à Turre; ſed in hoc valde aberrat: ex authographis enim iſtius Præſulis, manu propria conſcriptis, tum Parmæ, tum Cremonæ Epiſcopus, pro diverſis temporibus recognoſcitur ſub uno, & eodem nomine Jacobi Antonii de Turre. Quo anno obierit, nil certi habemus; verum ex teſtimoniis antedictis, aliiſque ſcripturis Caſinenſium Parmæ, fuiſſe in humanis, Eccleſiamque Cremonenſem rexiſſe ultra annum 1483. quo obiiſſe refert Ughellus, clariſſimè patet, cum conſtet in vivis fuiſſe ſequenti anno. *Bonvicinus.*

(2). Anno 1476. & die 1. Aprilis illius anni poſſeſſionem iniit ſuos per delegatos, ut ex tabulis Nicolai Zangrandi. Suffraganeum habuit Benedictum a Cremona, Epiſcopum Tripolenſem Ord. S. Franciſci, de quo idem Nicolaus. Eo defuncto per Canonicorum Capitulum in ejus locum Leonardus Sfortia eligitur die 4. Septembr. ut referunt tabulæ Gaſparis de Prato, quæ electio, ut ex ſequentibus, effectum minime ſortita eſt. *Bonvicinus.*

(3) Campius in hiſt. Cremonenſi aſſerit Jo. Chriſtophorum Tintum ab Innocentio VIII. Parmenſem Epiſcopum creatum: qui Parmæ, dum ad ineun-

Digitized by Google

adlectus eſt, („ *ad titulum S.Cæciliæ, mox*) ſub titulo S. Stephani in monte Cœlio. Poſtremam diem obiit Romæ anno 1496. Tumulatuſque eſt apud S. Auguſtinum in nobili marmoreo ſepulchro cum hoc epitaphio.

Joanni Jacobo Sclaſinato Mediolanen. Divi Stephani in Cœlio Monte Presb. Card. Parm. Ob ingenium, fidem, ſolertiam, cateraſque animi, & corporis dotes à Sixto IV. Pont. Max. inter Patres relato, fortunis undecumque ornato, ejuſque perpetua modeſtia, incorruptibilique gravit. an. XIV. functo, Philippus eques Ordinis Hieroſolymitani fratri concordiſſimo nato id. Septemb. MCDL. mortuo VI. id. Decemb. MCDXCVI. mærens P. M. P.


LI. 49. STEPHANUS Taberna Mediolanenſis creatus Epiſcopus an. 1497. die 26. menſis Decemb. deceſſit 1499. ex cujus nobiliſſima gente, hoc noſtro ſeculo Ferdinandus Card. ac Ludovicus Epiſcopus Laudenſis, viri Eccleſiaſtico decore inſignes prodierunt.

LII. 50. JO: ANTONIUS à S. Georgio Placentinus, collegiatæ S. Ambroſii Mediolanenſis Præpoſitus, ſui ſeculi juriſconſultus clariſſimus, cui inhæſit cognomen Præpoſiti. Romæ ſacræ Romanæ Rotæ auditor fuit, Epiſcopus Alexandrinus in Inſubria, mox & Cardinalis ſub Alexandro VI. tum & Parmenſis a Antiſtes; Patriarcha deinde Hieroſolymitanus, tituliſque ac ſapientia omnibus ſuſpiciendus; tria volumina ſuper decretalibus edidit, ut refert Corteſius, tractatumque unicum de appellationibus, alterumque de feudis, aliaque egregia opera ſuo auctore digna. Parmæ Epiſcopium fere à fundamentis reſtituit, nobili ac prætoria ſupellectili cathedralem exornavit. Romæ exceſſit è vivis an. 1509. ſepultuſque eſt in Eccleſia S.Celſi, cum ſequenti epitaphio, in quo haud miretur lector Mediolanenſem Jo: Antonium fuiſſe appellatum, cum revera fuerit Placentinus è vetuſta, nobilique gente Sangiorgiorum. Ibi enim qui epitaphium illud compoſuit, viſus eſt reſpexiſſe ad Mediolanenſem Præpoſituram, qua ante purpuram Jo. Antonius fulgebat, cujuſq; denominatione etiã Cardinalis volitabat per ora mortaliũ.

a 12.1500.

D. O. M.

Hic ſepultum eſt Corpus domini Joannis Antonii de S. Georgio Mediolanenſis Epiſcopi Sabinenſis S.R.E. Cardinalis Alexandrini nuncupati. Societas Salvatoris ad Sancta Sanctorum Hæres ex teſtamento b. m. poſuit MDXI. vij. Kalen. Decemb.



LIII. 51. ALEXANDER Farneſius, is ille, qui poſtea ſub nomine Pauli III. ad Pontificatum evaſit, hanc eandem ſedem a Julio II. obtinuit, anno 1509. die 28. menſis Martii, quam cum per aliquot annos adminiſtraſſet, illam deinde ſub X. Leone, reſervato ſibi regreſſu in gratiam Valentini renunciavit. Qui cum deceſſiſſet, iterum Farneſius Parmenſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam uſque ad annum 1534. b ex eo Alexandro nepoti attribuendam curavit, paucis ante diebus, quam S. Petri throno nobilitaretur. In Eccleſia Parmenſi pro ſuffraganeo uſus eſt Põmpejo Muſacho nobili Parmenſi Epiſcopo titulari. Quibus vero laudibus Alexandrum laudaverit ante Pontificatum Hieronymus Borgius adjectum indicat carmẽ. b 1519.

Romulidum Princeps, procerum, ſanctique Senatus
Gloria, Farneſi, Pieridumque parens,
Quo nomen laudeſque tuas, quo carmine . . . .
Carmina ſunt meritis noſtra minora tuis.
Nam mea pars vitæ melior properante ſenecta
Continuit curſum munere fulta tuo.
Imo in purpuream videor rediiſſe juventam,
Iſta mihi illuxit prima ſerena dies.
Per te longa mei eſt ſuperata injuria fati;
Per te pauperies turpia terga dedit.
Corporis atque animæ mihi ſancta alimenta dediſti;
Nunc mea vita, tuo munere, morte caret.
Nunc juvat, & Muſas, ipſumque Helicona canorum
Princeps in laudes magne movere tuas.
Nunc Diis æquari videor, nunc gaudia ſummis
Me comitem ſociant hac hodierna dies.
Nec tantum judico me præmia certa referre,
Quantum judicio me placuiſſe tuo.
Judicio placuiſſe tuo doctiſſime Princeps
Qui meruit, gemino munere dives abit.

In eumdem porro Farneſium ad apicem Pontificatus aſſumptum hæc carmina idem Borgius poſteritati dedit.

Teſtantur veteres, & nos teſtamur ovantes
Optima principibus ſæcula nata bonis.
En tuus effulſit radiis felicibus annus,
Quo tibi Paule Deus maxima ſceptra dedit.
Terra ferax paſſim, læti clementia cœli,
Aurea pax orbi plurima dona ferunt.
In primis animos hilarat victoria noſtros
Punica, Cæſaream dorſa ſubire domum.
Sic Aſia Cæſar potietur victor opima,
Cepit ut auſpiciis Punica regna tuis.
Tu potes ante alios dici felicior omnes
Pontifices, vere tu patriæque pater.
Auſpice quo amiſſum jam pridem Roma recepit
Imperium Libyæ, Scipiadaſque perit.

52. VALENTINUS (1) Parmenſis Epiſcopus a Leone Decimo adlectus fuit 1516. ex ceſſione Farneſii. Lateranenſi concilio interfuit, ac ſub eodem Leone vitam finivit anno 1522. iterumque ejus Eccleſiæ adminiſtratio ad eundem Cardinalem Farneſium rediit.

53. ALEXANDER Farneſius Petro Aloyſio Hieronymaque Urſina progenitus, Pauli III. Pontificis nepos, nobilis indolis adoleſcens, qui quatuordecim annorum vix explebat ætatem, a VII. Clemẽte, ex ceſſione patrui Parmenſem Eccleſiam ſuſcepit regendam 1534 c. neque multo poſt a patruo jam Pontifice facto, creatus eſt diaconus Cardinalis, die 21. menſis Maji ejuſdem anni, tum & Epiſcopus Giẽnenſis, ac S. R. E. Vicecancellarius. Fuit etiam Archiepiſcopus Beneventanus, Avenionenſis, Patriarcha Hieroſolymitanus, Vicenſis, ac Maſſenſis, Maceratenſis ac Spoletinenſis Eccleſiarum adminiſtrator, Archipresbyter S. Mariæ Majoris, mox & S. Petri, inſuper Præpoſitus Eccleſiæ Herbipolenſis in Germania, denique Sabinenſis Epiſcopus, Tuſculanus, Portuenſis, ac Oſtienſis, decanuſque ſacri collegii. His titulis acceſſere opes plurium nobilium Abbatiarum, ac prædivitum ſacerdotiorum, in quibus eminebant Crypta Ferrata, ac S. Anaſtaſii ad tres fontes. Ex fama prudentiæ apud pleroſque inclaruit, cum plures nobileſque obiiſſet legationes. Modo enim ad Carolum V. modo ad Franciſcum I. Regem Gallorum profectus eſt, ut res Chriſtianas fluctuantes componeret. Avenionis perpetua fulſit Legatione, ac patrimonii S. Petri; protector Imperii, LIV.

c 1529. & die 12. Novemb. per procuratores poſſeſſionem iniit, ut ex tabulis Ant. Maſii Matecchii. Bonvicin.

dam poſſeſſionem adeptæ dignitatis perveniſſet, deceſſerit. Verum cum Innocentius VIII. Pontifex dictus ſit anno 1484. & obierit 1492. non contigit eo regnante vacare Parmenſem ſedem, quæ ab anno 1484. ad 1496. occupata fuit, à Joanne Jacobo Sclafinato: ideoque fabulari cenſendus eſt Campius.

(1) Ughellus, & ex eo Bordonus Eccleſiam hanc Farneſium reſignaſſe referunt Valentino Cantalicio, qui rexerit ab an. 1516. ad 1522. cum regreſſu ejuſdem Farneſii, quia Valentinus iſte in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. Epiſcopus legitur Parmenſis. Sed eſt mendum typographi, qui Pennenſem in Parmenſem commutavit. Non igitur Parmenſis, ſed Pennenſis Epiſcopus fuit ab an. 1514. ad 1550. Vide Ughellum in Pennenſibus tom. 1. *Bonvicinus*.

rii, Luſitaniæ, Poloniæ, Siciliæ, atque Aragoniæ. In monte Reali Societatis Jeſu Collegium excitavit, Romæ vero in ejuſdem Societatis gratiam ſuperbum illud ac nobile Templum Servatori Jeſu dicatum: ad tres Fontes ſive ad aquas Salvias Scalæ Cœli ſumptuoſum, amplumque ſacellum, in monte Soracte templum D. Sylveſtro ſacrum, pluraque alia ſumptuoſa ædificia Cœlitibus conſecrata è Farneſiana pietate profecta cernuntur. In ſublevandis antem egenis unice enituit, quibus ſeptuagenarius decedens 1589. 6. Non. Martii inconſolabilem perpetuumque viſus eſt peperiſſe mœrorem. Tumulatus eſt in Templo Societatis Jeſu à ſe munificentiſſimè conſtructo. Romæ defunctum laudarunt Farneſium Franciſcus Bencius, ac Petrus Magnus, Parmæ verò Julius Nigronius, ac Joannes Baptiſta Leonius, ille Latinè, hic vero lingua Hetruſca. Alexandri porrò luculentum Elogium, ut plures alios prætoream, ſcripſere Ciabrera, ac Victorellus meus in ſuis Additionibus ad Ciaconium.

Ab Hieronymo Borgio Maſſæ Lubrenſi Epiſcopo Epigrammate celebratur.

Nomen Alexander magnum Farneſius, altas
Qui cœli claudit nunc, reſeratque fores,
Inclyte tum rutilo juvenis ſibi jure galero
Ceſſit, ut ipſe fores æmulus acer avi.
Nomen avi referens virtutes principe dignas
Aſſequere, in terris ſic Deus alter eris.

Idem alio epigrammate ejus laudes non ſiluit.

Flos procerum, magni digniſſimè nomine regis.
Dignior ac regnis dulcis & Urbis amor:
Quem lux purpureo ſati præcelſa galero
Ornavit, ſummum laude ſequente decus.
Quem ſua mox virtus viridi ſublimis ab ævo
Finxit avo ſimilem, ſemideoque parem.
Quem magnis meritò rebus præfecit agendis,
Et comitem in tanto munere Paulus habet.
Quæ noſtris peperere malis ſolatia muſa
Accipe, tu auſpicio fac meliora tuo.

LV. 54. VIDO Aſcanius Sfortia ex Comitibus S. Floræ, Diaconus Cardinalis, electus eſt Parmenſis Epiſcopus anno 1535. die 13. menſis Auguſti, ex ceſſione Cardinalis Alexandri ejuſdem conſobrini. Habuit parentes Vido Aſcanius Boſium Sfortiam comitem S. Floræ, Conſtantiamque Farneſiam filiam Pauli III. Pontificis. Itaque ab eodem Pontifice vix 16. natus annos creatur diaconus Cardinalis ſub initium à ſe obtenti Pontificatus ad titulum SS. Viti, & Modeſti. Præcurrerat enim Aſcanius ſapientia ætatem, à Cardinali ipſo Sadoleto ſapientiſſimo viro ſupra ætatem ſummæ expectationis judicatus. Igitur cum ſapientum virorum haud ſpes feſelliſſet, exaggeratis illis ſuis virtutibus maximo deinde Eccleſiæ uſui fuit. Primum enim Bononienſis Legatus fuit, tum & Æmiliæ, præterea S. R. E. Camerarius, deinde mittente Paulo in Hungariam contra Turcã Legatus profectus eſt ac ſub Paulo deinde IV. profectus eſt in Hiſpanias, eumdemque Pontificem cum Philippo II. Rege reconciliavit. Sfortiæ gentis nobile ſacellum ad S. Mariam Majorem ſubſtruxit, cujus fuerat Archipresbyter, quod morte præreptus abſolutum videre non potuit. Deceſſit enim in villa Cumediana Mantuani territorii, cujus corpus Romam relatum, prope Alexandrum fratrem in marmoreo ſepulchro cum ſequenti Epitaphio tumulatum eſt, Alexandro fratre funus curante.

D. O. M.
Guidoni Aſcanio Sfortiæ Cardinali
Pauli III. Pontificis Maximi Nepoti
Bononiæ, & Flaminiæ Legato
atque hujuſce Baſilicæ Archipresbytero.
Alexander Cardinalis Sfortia
Fratri deſideratiſſimo
Vixit annos XLV. mens. X. dies. xii.
Obiit anno ſalutis M. D. LXIV. nonis Octobris.

Extat quoque Paganini Licianenſis carmen conſolatorium de morte Guidi Aſcanii Sfortiæ Cardinalis, & majoris quæſtoris ad Marcum Antonium Columnam.

A *Has flavus Tiberis rupit de pectore voces,*
ASCANIO injecit cum mala Parca manus.
Occidit heu ſacri qui regni tempore, quique
Sacri interregni gloria magna fuit.
Hoc etenim, aut illo, hic dignatus nomine magni
Quæſtoris; fulgens purpureoque habitu;
Omnia curabat rectè, quæ bellicus uſus;
Quæ placidæ pacis tempora læta petunt.
Præſidii quantum, decoriſque Inſubria quantum
Perdidit infelix, ultimaque Heſperia.
Tu Parma es teſtis, tu teſtis Felſina, quantus
Juſtitiæ fuit, & Relligionis honos.
Vos ſacri Vates, quam muſis deditus; illas
Nominis æterni captus amore colens.
Res hæc una meum lenitque levatque dolorem,
Quem capio tanti ex ſemidei interitu;
Is quod vivit adhuc, & vivet clarus in orbe
Nominibus dictis, nominibuſque aliis.
Sæcula quæ norunt ſexcentum noſtra, canuntque
Quæ noſcent, & quæ ſæcula ſera canent.
B *Qui Vaticani ſublimia tecta frequentant,*
Auribus hauſerunt talia dicta Dei.
Quæ res penſabant colles, circumdedit uno
Quos ſeptem muro Maxima Roma ſibi.

Nec minus hodie virtutibus floret Guidi Aſcanii haud impar pronepos, Federicus Sfortia diaconus Cardinalis procamerarius, Franciſci Cardinalis Epiſcopi Tuſculani nepos, ab Innocentio X. purpura exornatus ann. 1645. At penè exciderat, quod in hac Parmenſi Eccleſia Guido Aſcanius ſuffraganeum habuit Lucam quendam Ceratum Parmenſem civem, & Epiſcopum Conſtantienſem titularem, magnæ virtutis & eruditionis virum, cujus ſepulch. in cathed. Eccleſia ſpectatur cum hoc Epitap.

Nil intereſt humi, an ſublimi putreſcat;
ne autem Lucas Ceratus
Epiſcopus Conſtantienſis
in Eccleſia Parmenſi ſuffraganeus,
ſui oblitus immemor videretur
poſuit anno M. D. LVII.

C Poſt Ceratum Nicolaus de Virgiliis Bononienſis Epiſcopus Marſorum Eccleſiæ Parmenſis ſuffraganeus fuit, qui Romæ defunctus eſt, & in Eccleſia S. Blaſii ſepultus jacet.

55. ALEXANDER Sfortia, frater Guidonis Aſcanii Sfortiæ, ex canonico s. Petri, & Cameræ Apoſtolicæ clerico, ex fratris ceſſione Parmenſis Epiſcopus adlectus eſt an. 1560. die menſis 26. Aprilis, Pio IV. ſedente, miſſuſque ad Tridentinum Concilium, cum idem Pontifex illum inter purpuratos patres adlegiſſet. Sub Pio V. Bononiæ, ac Flaminiæ Legationibus egregiè perſunctus eſt, ita ut cum in Flaminiæ partibus graſſatores oppreſſiſſet, à Faventinis civibus marmoream promeruit ſtatuam Sfortianæ juſtitiæ olim monumentum futurum. Protexit & ipſe Hiſpanias, Signaturæ juſtitiæ præfectus, ac Archipresbyter S. Mariæ Majoris. Quindecim *a* omnino annos Parmenſem adminiſtravit Eccleſiam, eoque munere ſe abdicavit anno 1575 *b*. cum prius ſynodum celebraſſet anno 1564. LVI.
D die 21. Septembris. Exceſſit è vita an. 1581. 17. Kal. Junii Maceratæ, relatumque ejus cadaver Romam, ad S. Mariam Maiorem in ſacello à fratre incepto, à ſe vero abſoluto, cum hoc epitaphio, quod ſibi vivens, in ſepulchro fraterno è religione poſito, excidendum curavit, tumulatum eſt.

a 13.
b 1573.

D. O. M.
Alexander Sfortia S. R. E. Cardinalis
Pauli III. Pontificis Maximi Nepos Bononiæ, & Flaminiæ ſub Pio V. & Gregorio XIII. Legatus, Signaturæ Juſtitiæ Præfectus, huiuſque Baſilicæ Archipresbyter ſibi mortis memor, poſuit annum agens XLVII.


Alexandrum denique laudat Camertina inſcriptio, quæ ibidem viſitur.

Inclyto Sfortiano Nomini Alexander Sfortia, qui bellicis primum laudibus inſignis, in Clericorum Cameræ Collegium cooptatus, rebus in Urbe præclariſſime geſtis, a Pio IV.

ma-


Digitized by Google

magna totius Chriſtianæ Reip. expectatione ad Cardinalatus faſtigium evectus legatione Æmiliæ atque Flaminiæ ſub Pio V. integerrime functus: a Gregorio XIII. ob eximiam juris prudentiam, Juſtitiæ Signaturæ, maxima provinciarum & urbis jucunditate Præfectus, ab Hiſpaniarum Rege apud Apoſtol. Sedem ſuorum Regnorum omnium præſidioque præpoſitus Italiæ rebus ingenti penuria plurimiſque aliis calamitatibus exagitatis & tumultibus legatus ab eodem Pontifice ac ampliſſima in Vaticano totius ditionis Eccleſiaſticæ poteſtate nullo antea exemplo cognita, renuntiatus, ex Urbeque egreſſus divinam Crucem humanis comitantibus armis Patrimonii, Ducatuſque Spoleti contumacibus profligatis ac pacatis civitatibus, Peruſiique ac totius Umbriæ compoſitis rebus Camerinum gratiſſimus acceſſit Principi juſto, clementi, liberali, & avitæ clariſſimorum Inſubriæ Ducum, Sfortiadumque omnium Heroum virtutis gloriæque inclyto hæredi, atque amplificatori Valerius Rungherius Camertium Gub. PP. an ſal. M.D.LXXX.



LVII. 56 FERRANTES, ſeu Ferdinandus Farneſius, filius Petri Bertoldi Lateræ ducis, Juliæque Aquævivæ, frater Marii item Lateræ ducis, Montisflaſconis antea Epiſcopus, ad hanc Parmenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1575 *a*. die 30. menſis Martii, ex Alexandri Sfortiæ Cardinalis ceſſione. Unum ſupra triginta annos Parmenſem adminiſtravit Eccleſiam, tametſi haud ſemper illi tranquilla res fuerit: cum enim libertatis Eccleſiaſticæ, juriumque ſuæ Eccleſiæ acerrimum ſe defenſorem præberet, affinium ſuorum ducum Parmenſium odium incurrit, maluitque voluntario exilio ab Eccleſia ſua divelli, quam in ejuſdem complexu libertatis, immunitatiſque violata jura ſpectare. In Latera igitur ſuæ gentis oppido è vivis eximitur 1606. tumulatuſque eſt in majorum ſuorum ſepulchro. Synodos ad quartam uſque celebraſſe habetur, quarum poſtremam habuit an. 1602. Carmelitarum Eccleſiam conſecravit, Fratribuſque Tertii Ordinis S. Franciſci Parochialem Eccleſiam S. Mariæ Burghi Taſcherii perpetuo conceſſit. („ *Suffraganeum habuit, & Vicarium Jo. Mozanegam Archiepiſcopum Schytopolitanum, qui obiens an. 1625. fuit ſepultus in Eccleſia. s. Jo. Evangeliſtæ.* Bonvic.)

a 1571. ut alt Chriſtophorus de Turre lib. Eccleſ. Parmæ mſ. die 19. Aprilis, & Parmam ingreditur die 1. Aprilis an. 1574 ut ex notis Ludovici Baccæ. *Bonvicin.*



LVIII. 57 PAPYRIUS Picedus *b* de Arcula, Januenſis ditionis ignobili oppido, Raynutii ducis Parmenſis conſiliarius, primum ad S. Domnini Epiſcopatum ex ſui Principis favore ſubvectus eſt; mox ad Parmenſem translatus anno 1606. die 30. menſis Auguſti. Effœtæ ætatis deceſſit, hoc eſt octuagenarius anno 1614: ſepultuſque in Cathedrali in S. Agathæ Sacello cum hoc epitaphio.

b De eo Oldoinus in Athen. Aug. Mendoſ.

D. O. M.

Papyrio Picedo de Arcula Nob. Genuen. ſumma prudentia parique ſapientia prædito primario ſeren. Raynucii Farneſii Parmæ, & Placen. &c. Ducis IV. Conſiliario I. V. conſultiſs. ſæpius in magnis Principum negotiis jure probato, Burgi primum, deinde Parmæ Epiſcopo, omnia tanti honoris munia egregie obeunti omni meritorum ergo laude cumulatiſs. heredes affines tanto Antiſtiti optime merito M. M. PP. obiit IV. non. Martii CIↃDCVI. annos natus XXCVI.



LIX. 58. ALEXANDER Rubeus ex oppido Iſchiæ in Latio, vir literatura, agendique dexteritate clarus, Raynutii ducis conſiliarius, cum apud ſuum Principem haud ignobilem gratiam collegiſſet, Caſtri primum in Hetruria Epiſcopus dictus eſt ex ejuſdem favore: inde ad Parmenſem Eccleſiam fuit translatus Paulo V. ſedente anno 1614. die 9. menſis Julii: brevis tamen Pontifex fuit. Deceſſit enim anno 1615. die 24. menſis Martii, ſepultuſque eſt in cathedrali prope ſuum anteceſſorem cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Alexandro Rubeo Caſtri primum mox Parmæ Antiſtiti aſſiduis laboribus, vigilantia, prudentia prædito: Secretario in Epiſtolis, & conſiliis per Sereniſſimos Principes Farneſios, ad hunc honoris gradum provecto. Vide quid valeat apud ingenuos Principes diligentia, & fides. hoc optatiſſimo Paſtore ſpes multa gregi ſed mors propera fructus uberes invidit, & rapuit, & cujus jam pridem adventum lubens exitum ſubinde lugens Parma ſuſcepit; felix, qui lacrymas ubique meruit. vixit cum laude ann. LXVI. die X. obiit ſanctiſſime XXIV. Martii pervigilio Deiparæ Virginis Tutricis M. D. C. XV. Alexander Bruccioctus, & Auguſtinus Mattuccius Nepp. mæſtiſs. Avunculo B. M. PP.

LX. 59. POMPEJUS Cornazzanus, nobilis Papienſis, Monachus Ciſtercienſis, e Claræ vallis Mediolanenſis cœnobio, electus fuit Epiſcopus Parmenſis, cum Romæ apud S. Crucem in Hieruſalem clauſtralem præfecturam ageret 1615. die 4. menſis Decembris. Sibi creditæ Eccleſiæ iniit poſſeſſionem ſolemni ritu, anno 1616. die 27 *c*. menſis Februarii. Adhuc vivit. * Obiit Pompejus in oppido S. Caſſiani in Etruria die 5. Julii anno 1647. corpus Romam relatum in Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem terræ mandatum eſt, hoc addito ad tumulum cenotaphio.

c 4. Januarii, ut ex tabulis Hieronymi Magnani. * Ex Appendice 5.

Don Pompejo Cornazano Papienſi olim Priori hujus monaſterii Ordinis Ciſtercien-

ſis,

ſis, & hinc ad Epiſcopatum Parmenſem promoto, magni animi, & ingenii viro, parisque conſtantiæ in tuendis juribus Eccleſiæ ſuæ, pro qua repudiatis Urbinate, & Papienſe ſacerdotiis, inter diuturnas, graveſque moleſtias exterris mori elegit. Agnitus tamen ſub mortem, & deſideratus. Obiit die 5. Julii anni MDCXLVII. agens ætatis annum LXXI. Epiſcopatus xxxii. Monachi relictis ab eo pecuniis monumentum poſuere.

(,, *Vicarios habuit Apoſtolicos Alexandrum Bo-*
,, *ſchium Epiſcopum Hieracenſem, & Marium An-*
,, *toninum Epiſcopum Neocæſarienſem*. Bonvic.)

LXI. 60. HIERONYMUS Corius nobili gente natus Mediolani ex utriuſque Signaturæ Referend. ſucceſſit Pompejo anno 1650. die 2. Maji. Vix elapſo anno ſui Præſulatus mortalitatem explevit. Vir ob eximias virtutes, animique candore laudatiſſimus, longiore ævo dignus.

LXII. 61. CAROLUS Nembrinus Bergomenſis Anconæ natus, ob eximiam expectationem ab Innocentio X. Pont. Max. Epiſcopus Parmenſis efficitur anno 1651. die 1. Julii.

A D D I T I O.

a De eo Barellius in memoriis PP. Barnab. tom. 2. p. 663. Mandoſ.

(,, *Carolus Nembrinus a Patritius Anconitanus,*
,, *Flaminiæ, & Ferrariæ Vicelegatus, mox Parmæ*
,, *Epiſcopus eligitur die 1. Julii 1652. & conſecratur*
,, *die 7. ejuſdem menſis. Abſque pompa ingreſſus poſt*
,, *biduum ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem iniit die 30. Se-*
,, *ptemb. quam poſtea Sanctorum lipſanis Conſtantii,*
,, *& Pacifici Martyrum, & corpore S. Firmi m.,*
,, *necnon Eccleſiaſtica ſupellectili ditavit. Epiſcopium*
,, *pariter inſtauravit, ſynodumque pro ſui cleri refor-*
,, *matione celebravit an. 1659. Epiſcopi Aſſiſtentis ti-*
,, *tulo à Clemente X. decoratur. Obiit Anconæ die*
,, *16. Auguſti 1677. annos natus 64. ſepultus in templo*
,, *S. Cyriaci cum hac Epigraphe.*

D. O. M.

,, Carolus Nembrinus Epiſcopus Eccleſiæ
,, Parmenſis, cui annos V. ſupra XX. ſan-
,, ctiſſimè præfuit, comitate morum, &
,, probitate vitæ, præſertim integritate
,, juſtitiæ, ac profuſione in pauperes:
,, Æquè charus Principibus, populis, ac
,, concivibus ſuis, jacet hic ſupremum
,, diem expectans. Obiit die XXVI. Augu-
,, ſti. MDCLXXVII. Ætatis ſuæ LXIV.


LXIII ,, THOMAS *Saladinus, nobili genere ex familia*
,, *Saladina ortum habuit, quæ comitatum poſſidet*
,, *Ravaſini. Inter Prælatos Romæ U. S. Refer. & Pro-*
,, *legatus Ravennæ ad hujus Eccleſiæ regimen deligi-*
,, *tur die 23. Junii 1681. conſecratus die 6. Julii. Sy-*
,, *nodum promulgavit an. 1691. Obiit die Sabbati*
,, *oriente ſole 21. Auguſti 1694. ætatis ſuæ 47. ingen-*
,, *tem ſui apud omnes relinquens deſiderium, in aula*
,, *præſertim Romana, quæ ob ſummam ipſius dexte-*
,, *ritatem, prudentiam, aliaſque ſolidiores virtutes,*
,, *altiores ei gradus, & dignitates paraverat: ſepul-*
,, *tus in Cathedrali cum ſequenti memoria.*

D. O. M.

,, Thomas Saladinus Comes Ravaſini Aſ-
,, culanus Epiſcopus Parmæ U.S. Referen-
,, darius, idiomata ſeptem, hiſtoriam-
,, que perdoctè callens, Cæſenas primum,
,, tum Prolegatus Æmiliam gubernavit;
,, in Epiſcopatu virtutibus omnibus cla-
,, ruit, odia ſubmovit, egenos levavit,
,, Farneſiano Urbanoque amore gaudens
,, ſanctiſſimè obiit an. ſal. MDCXCIV.
,, Aug. XXI. æt. XLVII. Defuncto hoc
,, pietatis monumentum Com. Marianus
,, Frater, Horatius, & Æmygdius eques
,, Hieroſol. Mariani filii germano patruo-
,, que mœritiſſimo Poſuere.

LXIV ,, *JOSEPH Olgiatus ex U.S. Ref. ac Prælato Do-*
,, *meſtico Innocentii XII. ad eodem Parmæ Antiſtes*
,, *efficitur die 15. Octob. conſecratus die 21. Novemb.*
,, *1694. Poſt ejus adventum die 15. Febr. moram agens*
,, *in Epiſcopali Palatio ſolemnem ingreſſum ad Ca-*
,, *thedralem effecit die 24. Eccleſiam D. Luciæ ſacram*
,, *ſolemniter conſecravit die 6. Maji 1697. Multoties*
,, *in ſua Cathedrali ſolemniter concionatus eſt: pluries*
,, *ſacras miſſiones in Diœceſi nudis pedibus, & ha-*
,, *bitu pœnitentis habuit multo cum progreſſu anima-*
,, *rum. Dein an. 1711. menſe Januario translatus fuit*
,, *à Clemente XI. ad Eccleſiam Novocomenſem,*
,, *quam feliciter gubernat. Fuit iſte Patritius Medio-*
,, *lanenſis, ſacra ornamenta pretioſa largitus eſt ſuæ*
,, *Cathedrali, partem Epiſcopii ſuperioris auxit, &*
,, *in meliorem formam, commodioremque reduxit.*
,, *CAMILLUS Marazzanus, nobilis Placenti-* LXV.
,, *nus, Prælatus in Curia U.S. Ref. electus Parmæ*
,, *Epiſcopus à Clemente XI. an. 1711. & die 7. Junii*
,, *conſecratus. Parmam venit 3. Decemb. ejuſdem*
,, *anni, & die 6. ſolemniter ingreditur Eccleſiam*
,, *Cathedralem. Summa vigilantia cuſtodit Eccle-*
,, *ſiam ſuam, honoratus titulo Prælati Domeſtici, &*
,, *Epiſcopi Aſſiſtentis. Eccleſias civitatis, & Diœ-*
,, *ceſis magno cum profectu animarum ſibi commiſſa-*
,, *rum viſitat, & ad optimam reformat Diſciplinam.*
,, Bonvicinus.)

PLACENTINI EPISCOPI.



PLACENTIA, inter nobiles, vetuſtaſque Inſubriæ olim Togatæ, modo Ciſpadanæ civitates, merito numeratur: ſita prope fluvium Trebiam in amœna planitie, non longe a Pado; ideo Placentia dicta, quod ubertas, & copia rerum, qua nobilitatur præ cæteris, quam maxime placeret mortalibus, ut fert communis opinio. Ob id enim videtur dixiſſe Ambroſius in Epiſt. veterem nobilitatem ipſo adhuc nomine illam ſervare. De ejus exordio, ac auctore fabulantur plerique. Alii enim volunt Placentulum Trojanum illam ædificaſſe: nonnulli Plaucentium Gallum: qui propius accedunt vero Romanos illa contra Gallos tamquam propugnaculo uſuros, eamque ob rem ſex millium mortalium coloniam, ſimul cum Cremona ab ipſis fuiſſe nobilitatam, anno IↃXXXV. a condita urbe, Coſs. P. Corn. Scipione, ac T. Sempronio Longo, ante vero Chriſtianam inſtitutam ſalutem 218. ut autem Aſconii Pediani in Piſonianam fert ſententia, primus annus fuit ſecundi Punici belli, prid. Kal. Januarii, a Roma fundata 536. hoc eſt, ut notat Vellejus Paterculus, cum primum Hannibal armatus in Italiam deſcendiſſet. Placentiæ autem, tamquam Romanæ coloniæ pluribus in locis meminit Livius, Tacitus, & alii. Cicero in Piſonem illam municipium appellat; Feſtus autem municipium ſui juris. Hæc, ut idem Livius ſcribit, ſub Hannibalis victricibus armis laboranti Populo Romano ſuppetias tulit, incurritque iram victoris, cum diuturnam pertuliſſet obſidionē, ac demum cum victa, captaque fuiſſet, incendioque conflagraſſet ſub eodem Hannibale Inſubres Gallos, Cænomanos, Bojoſque ductante. Cæterum Romani deinde illam inſtaurarunt; ex cujus florenti fortuna floruit, donec ingruentibus tum externis tum civilibus bellis, illorum exolevit majeſtas, adivitque pene in civilibus bellis excidium, cum illam Cæcina dux Imperatoris Othonis acriter oppugnaret, cō-

Digitized by Google

traque Spurina Vitellianus ductator periculo propiorem defenderet, ut narrat Tacitus lib. 17. Quo ipſo tempore nobile amphitheatrum a Placentinis haud longe a civitate Placentia ædificatum miſerabiliter deflagravit. Poſt ruinam vero Romani Imperii, ac Ravennatium Exarchorum, Gothis, Longobardis, Carolo Magno, cæteriſque deinde Gallis, qui Italiæ Regnum deinceps arripuerunt, præda ceſſit. Horum cum deſiiſſet Imperium, cives ſuos Tyrannos experta eſt; Pallavicinos deinceps, Landos, Scottos, Vicecomites, Sfortianos, Ludovicum XII. Regem Gallorum, tum & Romanos Pontifices, iterum Franciſcum I. X. Leone donante, eodemque auferente, iterum Eccleſiaſticæ juriſdictionis fuit, donec Paulus III. Farneſius Petro Aloyſio Farneſio filio nomine fiduciarii Principatus illam attribuit, hactenuſque aucta, nobilitataque ſub ejus ſereniſſimæ gentis juriſdictione perſeverat. In primis civitatibus numeratur, quæ Barnaba Apoſtolo prædicante ſacra Chriſtiana ſuſceperunt, ac ſtrenue retinuerunt, etiam tyrannis deſævientibus, tenetque fama S. Antoninum Thebanæ legionis fortiſſimum militem, S. Mauritii nobilem alumnum, tyrannorum perſecutione eluſa, veniſſe Placentiam, ibique ſemel ſuſceptum Evangelii ſemen continentibus laboribus excoluiſſe, atque à Diocletiano tyranno martyrii corona prope fluvium Trebiam fuiſſe coronatum, Feſto alumno ſuo teneræ adhuc Eccleſiæ relicto Paſtore. Arbitrantur plerique, ante S. Victorem Placentiæ creviſſe Chriſtianitatem, illoſque, qui ſe abdiderant cavernis, perſecutorum rabiem declinaturi, illam utcumque foviſſe, jugulataque gentilitate, ſe Chriſti nomen mirum in modum extuliſſe ſub Euſebii Papæ Pontificatu, eundemque Pontificem aperte Placentinæ Eccleſiæ præfeciſſe Victorem circa an. Domini 310. ut refert Locatus. A Victore igitur Placentinorum Præſulum noſtrum exordiemur catalogum; quorum Eccleſia priſcis illis temporibus Mediolanenſis Archiepiſcopi ſuffraganea fuit, tum & Ravennatis, demum Gregorio XIII. jubente, Bononienſi Eccleſiæ ſuffraganea juſſa eſt accedere. Cathedralis antiquæ, eleganti ſque architecturæ eſt, Deiparæ Virgini in cœlum aſſumptæ conſecrata: exornatur autem tribus dignitatibus, Archidiaconatu, Præpoſitura, ac Vicedominatu. Decem & novem canonici ibi ſunt, numero autem viginti duo inter manſionarios, præbendarioſque cum alio promiſcuo clero, qui ibidem decore divinum opus perurgent. Aliquot ſanctorum martyrum corpora ibidem honorifice requieſcunt. Poſt cathedralem inſigne Templum, ac pervetuſtum olim Epiſcopium, S. Antonino martyri, Placentinorum divo Tutelari conſecratum, ſpectatur, cum Præpoſito, quatuordecim canonicis, ac decem, & ſeptem manſionariis: ubi etiam ſepulchrum accepit S. Victor Placentinorum primus Antiſtes, Sanctique Oſrilius diaconus, Caſtus ac Deſiderius, cum aliis 8. Epiſcopis, Aliprandoque Rege Longobardorum. Intra civitatis mœnia quatuor Abbatiæ ſunt, totidē extra, in quibus Ciſtercienſis Claræ vallis de Columba opibus, ac vetuſtate nitet, quam S. Bernardus fundavit. Sex monaſteria Mendicantium ibidem numerantur, novemque ſparſim per totam diœceſim; decem Monialium cœnobia, duodecim Parochiales Eccleſiæ intra civitatem, & in cætera diœceſi 46. Plebaniæ. Præter Parochiales autem Eccleſias, intra mœnia tantum civitatis, triginta & octo Eccleſiæ, maximo cum decore adminiſtratæ reperiuntur; inſuper plures ſunt confraternitates laicorum, cum xenodochiis, in quibus pauperes aluntur; quas Locatus 29. in civitate, extra vero numerat 23. Hęc civitas plures viros ſanctimonia illuſtres progenuit, in quibus Gregorius X. Vicecomes enituit, illius Jacobi Pecorariæ Card. nobilis alumnus, ac S. Francha Placentina Abbatiſſa Ordinis Ciſtercienſis, cujus vitam Petrus Maria Campius antiquitatis peritus ſcripſit, ille qui etiam vitam S. Antonini martyris cum plurimis aliis ſanctis Placentinis enarravit. Nam qui literis, armiſque ex Placentinis olim floruerunt, illorum haud facile poteris inire numerum. Temporibus Leonis X. Severus Varinus monachus Placentinus, ex Ordine Ciſtercienſi, Septimiani cœnobii prope Florentiam nobilis alumnus inter purioris linguæ Latinæ aſſertores numeratus eſt; cujus cum laude meminit Paulus Corteſius Cardinalis in ſuis Latinis Epiſtolis, ac Nicolaus Baccetius Abbas in ſua Apologia contra Thomam Porchachium, ut jam plures alios brevitatis gratia prætereamus. Quamobrem cum in omni memoria Placentia ſuorum alumnorum virtutibus ſemper illuſtris fuerit, illius meminerunt præter ſupra memoratos ſcriptores, Polybius, Cæſar, Paterculus, Silius Italicus, Plinius, Svetonius, Plutarchus, Appianus Alexandrinus, Ptolomæus, Stephanus Epitomator, Itineraria; ex recentioribus autem Merula, Blondus, Corius, Sabellicus, Simonetta, Platina, Leander, Joannes Petrus Creſcentius, ac doctiſſimus Cluverius. Cæterum de Placentinis Epiſcopis ſcripſit Ubertus Locatus, ſed mendoſe adeo, ut plane legentes videatur confundere. Idem conatus eſt ſupramemoratus Petrus Maria Campius, cujus labor nondum lucem *a* aſpexit. Nos de iiſdem ſeriem intexemus, ſi minus completam, haud abhorrentem tamen à veritate hiſtoriæ. Uberiorem illam prolaturi eramus, ſi Petrus Maria Campius noſtram voluiſſet juvare induſtriā. Ex actibus tamen conſiſtorialibus, ac diplomatibus Pontificiis, aliiſque monumentis noſtro huic labori certe robur, momentumque accedet. („ *Fructus hujus Eccleſiæ taxantur in libris Cameræ ad flor.* 500 „ *aſcendunt autem ad* 4000. *Scuta Monetæ Romanæ.*)

a Lucem vidit an. 1651.

I. 1. S. VICTOR, primus Placentinæ Eccleſiæ, cujus quidem extet memoria, Epiſcopus, ab Euſebio Papa (1) ordinatus circa annum Domini 310 Hic diutinam tulit ætatem, pluraque templa conſtruxit, in quibus Victoriana Eccleſia fuit, quam cum ædificaret, conſecraretque, præſagivit futurum, ut in ea S. Antoninus martyr collocaretur a Sabino ſucceſſore ſuo, quam poſtea de nomine ſancti appellavere celebrem S. Antonini Eccleſiam. Cæterum Victor è vivis exemptus eſt 7. id. Decemb. quo ipſo die ejus dies feſtus concelebratur, ſepultuſque eſt apud Victorianam, ad cujus ſepulchrum hanc inſcriptionem legunt prætereuntes.

S. VICTOR
I. EPISCOPUS PLAC.
HUJUS BASILICÆ
CONDITOR.

II. 2. S. SABINUS Placentiæ Epiſcopus *a*, patria Romanus, doctrina, ac eruditione celebris, ſanctimonia vitæ inſignis, temporibus Gratiani, ac Theodoſii Imperatorum floruit, interfuitque cum S. Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi Aquilejenſi Concilio anno 381. ubi gravem in Arrianos Sabinus dixit ſententiam, quæ in ejus adhuc actibus Concilii legitur. Tanti autem apud Ambroſium Sabini eruditio erat, ut monumentorum ſuorum cenſorem adſciverit, ut ex ejuſdem Ambroſii Epiſt. 63. lib. 8. ſatis conſtat, qui ad eundem plures alias literas dedit. Cum Placentinæ Eccleſiæ diaconus eſſet, tantæ jam tum ſanctitatis habebatur, ut ſicut Magnus Gregorius in ſuis dialogis narrat, magna aquarum mole quandoque tumidus Padus, deviuſque per campos, in priſtinum ſuum alveolum ad illius imperium, populo mirante, redierit. S. Antonini martyris corpus in Templum a S. Victore ſuo anteceſſore conſtructum honorifice tranſtulit. Requievit in Domino, cum diuturna ſollicitudine Placentinam Eccleſiam adminiſtraſſet 11. die Decembris *b*: ad quam ipſam diem in martyrologio Romano ejuſdem memoria extat. Ejus ſacrum corpus Maurus ejus ſucceſſor in ſanctorum Apoſtolorum templo honorifice ſepelivit, quam deinde Eccleſiam S. Sabini antiqui dixere 16. Kal. Februarii, quo ipſo die ejus feſtum ce-

b De quo Acta SS. Januarii t. 2. p. 161.

b An. 420.

(1) Verum utique putandum non eſt, quod nonnulli ſcripſere, Euſebium ſcilicet Romanum Pontificem S. Victorem Placentinis Epiſcopum, dediſſe: neque enim credibile eſt id primo factum durante Chriſtianorum perſecutione, quæ Euſebii temporibus nunquam deferbuit. Illud vero propius accedit, S. Victorem ab Euſebio ſacris quidem admotum fuiſſe; inde reddita Eccleſiæ pace a S. Sylveſtro ordinatum Epiſcopum, atque Placentiam miſſum circa annum 322. *Campius.*

Digitized by Google

celebratur. Hæc autem carmina ejus inſculpta ſepulchro leguntur.

Has ædes condens ſacra virtute Sabinus
Sanctorum pedibus cunctis requieſcit in ævum
Dignus Apoſtolica ſociatus corpore ſede.

III. 3. S. MAURUS S. Sabino ſuffectus eſt an. 420. Hic Ss. Gelaſii, Victoris, Sabini, aliorumque corpora in templum Ss. Apoſtolorum tranſtulit, illudque ſolemni ritu conſecravit, ut Ruffinus Monachus cœnobii S. Sabini anno 1253. ſcriptum reliquit in libello, qui nondum lucem vidit, de ædificatione, & reſtauratione Eccleſiæ, & monaſterii ejuſdem S. Sabini: ibi affert vetuſtum, quod ſequitur, monumentum: *Iſtam vero* (inquit) *Eccleſiam Moxiarum ædificarunt Conſtantinus, & Opinianus, qui de Roma fuerunt ad honorem XII. Apoſtolorum, quam conſecravit beatiſſimus Antiſtes Sabinus, cujus corpus hic requieſcit, cum quinque corporibus ſanctorum; ad ſuum latus dextrum requieſcit S. Victoria virgo ſoror ſua, quæ fuit Abbatiſſa de Monaſterio S. Michaelis Archangeli in civitate Placentia, quod fuit de omni geneologia ſua. Ad pedes B. Sabini eſt altare S. Martini confeſſoris, & S. Euſebii monachi, cujus feſtivitas eſt in Conceptione S. Joannis Baptiſtæ. In alia cuba juxta orientem ſepulchrum Ss. Victoris, Domnini diaconi, ac Gelaſii infantis, qui fuit frater B. Opilii, cujus corpus requieſcit in Baſilica S. Antonini martyris. Ad latera eorum aliud ſepulchrum Abbatis Victorini de iſta Eccleſia, & alii. Ego Maurus ultimus Epiſcopus de Lotherio Regno, & propter Angelicam viſionem, veni ad propriam civitatem & ſepelivi corpus S. Sabini Epiſcopi 16. Kal. Februarii. Iſtud altare ego conſecravi in ſuum honorem, & S. Antonini martyris pridie Nonas Februarii S. Gelaſium ſepelivi; pridie Nonas Martii ſepelivi corpus S Victoris diaconi; Idus Madii recondivi corpus S. Domnini; 10. Kal. Januarii migravit de hoc ſeculo beatiſſima Victoria. Poſt obitum eorum vixit Maurus Epiſcopus an. 6. Id. Septembris migravit. Ego Abbas Effrem ſepelivi corpus ejus juxta corpus S. Sabini in ſiniſtram partem, & ſcripſi manu mea, & condivi hic. Non veni legem ſolvere, ſed adimplere. Nemo coronabitur, niſi qui legitime certaverit.*

Incidit hujuſmodi ſanctorum corporum translatio in an. 443. Maurus ergo ſanctiſſime ut vixerat; deceſſit Id. Septembris 449. ſepultus in eodem templo; cujus ſacras reliquias cum Fabritius Epiſcopus reperiiſſet anno 1498. honorificentiori eas loco ſolemni pompa excepit.

IV. 4. B. FLORIANUS Placentinus Antiſtes adlectus eſt anno 449. Mediolanenſi Concilio interfuit ſub Euſebio Archiepiſcopo an. 451. (1) uti ſcribit Joſeph Ripamontius in Hiſt. Eccleſiaſtica Mediolanenſi tom. p. Eodem anno Florianus Chriſtiano orbi ereptus eſt.

V. 5. MAJORANUS ſucceſſit an. 451.

VI. 6. ARICIUS, ſive Avitus Romanus ad eandem ſedem aſcendit anno 456. ſedit ann. 1. tumulatuſque eſt in Eccleſia S. Antonini. De quo Locatus: *Hic* (ut fertur) *ab exercitu Imperator electus cum fuiſſet a Leone Imp. Conſtantinop. dejectus Epiſcopus Placentinus ordinatus eſt.*

VII. 7. PLACIDUS ex eadem ſede jus dixit an. 457. ſedit ann. 25. ſepultuſque eſt prope ſuum prædeceſſorem. Eo ſedente an. 461. ab Alarico Placentia direpta fuit.

VIII. 8. SILVINUS, ſeu Silvanus eadem dignitate fulſit an. 483. ſedit an. 20. jacetque juxta ſuum prædeceſſorem.

IX. 9. JOANNES ejus nominis I. ad hanc ſedem aſſumptus eſt anno 503. ſedit an. 20. accepitque ſepulchrum prope ſuum prædeceſſorum.

X. 10. SEUFRIDUS Germanus, ejuſdem ſedis Antiſtes anno 523. ſedit an. 16. ſepultuſque eſt in eodem loco.

XI. 11. SYRUS vixit an. 540. ſedit an. 20. ſepultuſque eſt apud alios ſuos prædeceſſores.

XII. 12. VINDEMIALIS natione Sabaudus, ad

A Placentinam ſedem ſubvectus eſt anno 560. ſibique creditam Eccleſiam adminiſtravit ann. 30. ſepultuſque eſt apud ſuos Anteceſſores.

13. BONIFACIUS vero in eadem ſede floruit anno 590. XIII.

14. JOANNES II. Epiſcopus adlectus eſt anno 595. præfuit an. 14. ſepultuſque eſt prope ſuos Anteceſſores. XIV.

15. CATHARISINUS Gallus, profeſſione Monachus, ad eandem dignitatem aſſumptus eſt an. 609. rexitque Placentinam Eccleſiam ann. 26. ſepultus in cathedrali Eccleſia S. Antonini martyris prope ſuos Anteceſſores. XV.

16. DOMNINUS patria Placentinus floruit an. 634. ſedit ann. 14. deincepſque prope ſuos Anteceſſores tumulo exceptus eſt. XVI.

17. FLORIANUS II. Epiſcopus fuit ann. 648. XVII.

18. PLACENTINUS [a] eidem Eccleſiæ præpoſitus eſt anno 677. interfuitque concilio ſub Agathone Pontifice an. 679 [b]. fatoque cedens cum aliis B ſuis Anteceſſoribus ſepultus eſt. XVIII

[a] Al. Placentius.
[b] Vel potius 680.

19. JOANNES III. Mediolanenſis, Placentinus Epiſcopus adlectus eſt an. 698. rexitque ſibi creditam Eccleſiam an. 17. morienſque prope ſuos Anteceſſores ſepulchrum accepit. XIX

20. HILDOARDUS ſive Andoardus in eadem vixit dignitate an. 716. ſedit ann. 21. jacet prope ſuos Anteceſſores. XX.

21. THOMAS Monachus S. Benedicti ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 737. Hunc maximum tenuit ſtudium Epiſcopatus ſui, cathedraliſque Eccleſiæ tunc D. Antonini martyris ditionis repetendæ, quæ paulo ante ob Placentinæ civitatis incendium, monumentorumque combuſtionem, fuerat occupata. Quod cum declarant multa ejus ſeculi monumenta, tum celebre illud Rachiſii Longobardorum Regis ann. 746. Thomæ huic Epiſcopo conceſſum, in quo Rachiſius Placen. Eccleſiæ, quæcumque bona, juraque a Luitprando, cæteriſque Regibus olim ſuſcepiſſet, confirmat. Cujus vetu- C ſtiſſimi monumenti exemplar ex Placentinæ Eccleſiæ tabulario ab amico noſtro, & numquam ſatis laudato viro Petro Maria Campio deſumptum, mihique una cum aliis monumentis tranſmiſſum, hic collocandum exiſtimavi. Tenor eſt hujuſmodi. XXI.

Flavius Rathchis vir excellentiſſimus Rex feliciter.

Eccleſiæ beatiſſimi martyris, & confeſſoris Chriſti Antonini, & Victoris ſita prope muros civitatis noſtræ Placentinæ, ubi ſancta eorum corpora quieſcunt humata, & viro beatiſſimo Patri noſtro Thomæ Epiſcopo cuſtodi ejus Detulit ſanctitas tua praecelſæ poteſtati noſtræ praeceptum ceſſionis, & firmitatis anteceſſoris Hilprandi Regis, in quo legebatur, eo quod dum civitas noſtra Placentina, quod omnibus notum eſt, ab incendio fuerat concremata, & omnia munimina prædictæ Eccleſiæ tuæ inibi combuſta ſunt, ſicut & aliis rebus, & ipſe Hilprant per ipſum praeceptum ſuum firmaverat omnia, quicquid ipſa ſanctorum loca, & vos poſſidebatis, vel quod veſtri poſſederant anteceſſores, ſive de dono prædeceſſorum noſtrorum Regum, ſive quod ab D *antiquis temporibus fuerat poſſeſſum in caſis, familiis, territoriis, familia, & peculia, vel quod a ſingulis hominibus inibi collatum fuerat, ſeu ex comparatione, aut commutatione, vel undecunque habere, & poſſidere moderamine videbatis, ſimul & Eccleſias diœceſeas tuas ubi per ſingula loca ſtatutas, a vobis ordinatas, vel a veſtris deceſſoribus fuerant, ſeu & monaſteria, ideſt B. Apoſtoli, & martyris Chriſti Thomæ atque Syri confeſſoris prope iſtam civitatem noſtram Placentinam; atque firmaverat in ipſa venerabilia loca monaſteria Florentiola, & Tolla, atque Gravaco: unde & aſſeruiſtis, quod ſub veſtra fuiſſent tuitione, & rectores ſupraſcriptorum a vobis præjudicio fuiſſent convicti, & canonica obedientia vobis impendantur. Nec non etiam & confirmavit vobis omnes illas mulieres, quas ſervi Eccleſiæ veſtræ acceperant in conjugio cum filiis, filiabus, qui ex eis nati fuerant per aldiones*

(1) Hunc obiiſſe affirmat Campius die primo ineuntis anni 451. ideoque errat Ripamontius, dum ſcribit Florianum interfuiſſe Mediolanenſi Concilio ab Euſebio habito anno 451. et revera Epiſtolæ ejuſdem Concilii ad Leonem Papam relatæ ab Harduino Concil. tom. 1. pag. 1780. ſubſcribit non *Florianus*, ſed ejus ſucceſſor *Majoranus*. Hoc tamen Concilium in an. 452. rejicit ibidem Harduinus.

rabentes mundium per caput ſolidos ſenos, & conceſſerat inibi penſionem illam de ſapone libras 30. quæ Palatii noſtri ex Placentina civitate inferebatur, & firmaverat vobis portum, qui dicitur Cotaleo, ubi naves militarem uſum habebant vulatione illa de ripatico, vel juſtitia, quod & inde in Palatio noſtro veniebat, vos eam deberetis tollere: nec non & conceſſerat in ipſa ſancta loca vel vobis lectum Padi, unde ante dies cucurrit prope ſupraſcripta civitate Placentina fine caput de rivo, qui dicitur frigido uſque in fine de Spaoraria, & vobis propriis manibus ſuis tradiderat. De quibus omnibus ſperavit a nobis Almitas veſtra, ut in ipſa venerabilia loca vel vobis noſtrum exinde renovationis, & firmitatis præceptum emittere deberemus. Nos vero attendentes Dei omnipotentis miſericordiam, & veſtram audientes congruam petitionem, hoc renovationis, & firmitatis noſtræ præceptum vobis fieri juſſimus, firmantes in præſcripta ſancta loca, vel vobis omnia, ſicut textus anterioris præcepti ejuſdem Hilprandi continere videtur, & vos nunc præſenti tempore habere, & poſſidere rationabiliter videmini: quatenus ab hodierna die habentes hoc noſtrum renovationis, & firmitatis præceptum ſecuriter, ac firmiter ipſa ſupradicta loca, vel vos, & veſtri ſucceſſores poſſidere valeamini, & nullus dux, comes, Gaſtaldus, vel actionarius noſter contra præſentem noſtrum novationis, & firmitatis præceptum audeat ire quandoque, ſed omni tempore vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ſtabili ordine præſens noſtrum præceptum debeat permanere. Ex dicto domini Regis per Andreatem illi Referendarius ſcripſi ego Thomas Notarius.

Actum Ticinio in Palatio 4. die menſis Martii anno 746. anno feliciſſimi Regni noſtri II. Ind. XIV. feliciter.

Sedit Thomas ann. 19. defunctuſque eſt an. 756. & cum ſuis anteceſſoribus ſepultus.

XXII 22. DESIDERIUS a, vulgo Deiparæ virginis Cancellarius nuncupatus, patria Placentinus, divinitus ad patriæ ſubvectus eſt ſedem ann. 756. Cum enim Thomas Epiſcopus deceſſiſſet, populuſque, & clerus precibus Deum fatigaret, ut vacuæ Eccleſiæ dignus præponeretur: Deipara Virgo ſe obtulit per viſum Incluſo, illumque legavit ad clerum, moniturum ſuo nomine ſenatores, ut cancellarium ſuum, ſic enim honoris ergo Deſiderium vocabat, crearent Epiſcopum. Haud vana viſus eſt attuliſſe Incluſus; itaque Deſiderium evexerunt ad ſedem, ejuſque electionem ad populi, clerique preces ratam Adrianus Pontifex dicitur habuiſſe. Populus vero cleruſque haud habuit, quod a Deſiderio deſideraret, quod ad optimi Paſtoris munus ſpectare videretur. Per viginti etenim annos, quibus illam adminiſtravit Eccleſiam, ita piè ſancteque ſe geſſit, ut nec cœleſte decretum, nec populi vota, ne latum quidem unguem feſellerit. Fato deinde functus an. 775. apud S. Joannem Evangeliſtam tumulatus eſt, cujus ipſe non ita pridem templum conſecraverat.

a Hunc celebrat Maraccius in Bibl. Mariana p. 1. pag. 120. Mandoſ.

XXIII 23. MAURUS II. anno 775. ſedit annos 5. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Ambroſii ex ordine S. Benedicti.

XXIV 24. JULIANUS eadem dignitate exornatus eſt an. 780. decedenſque ſepultus eſt apud S. Joannem Evangeliſtam. * Is anno 808. pro veteri ſua antiqua Cathedrale hoc à Carolo Magno obtinuit privilegium, quod olim Petrus Maria Campius Canonicus Placentinus cum multis aliis Placentinæ Eccleſiæ monumentis ex archivio Canonicorum fideliter exſcriptis nobis tranſmiſit.

* Ex App. tom. 5.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Karolus excellentiſſimus Auguſtus, a Domino coronatus, magnus, & pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, per miſericordiam Dei Rex Francorum, & Longobardorum.

Omnibus igitur nobilibus Catholicis noſtro in Regno conſiſtentibus, tam de ſacerdotali ordine, quam & laicali ſcire volumus: quoniam nihil aliud, ut ait Apoſtolus, in hunc mundum intulimus, nec quicquam ex eo nobiſcum auferre poterimus, niſi quod ob animæ ſalutem locis Sanctorum devotè Domino offerentes impertiri videmur; & hoc nobis proculdubio ad æternam beatitu-

A *dinem pertinere confidimus. Idcirco cognoſcat magnitudo, ſeu utilitas omnium fidelium Dei, noſtrorumque ſcilicet præſentium, & futurorum; qualiter vir venerabilis Julianus S. Placentinæ urbis Eccleſiæ Epiſcopus, quæ eſt conſtructa in honore SS. Antonini, & Victoris, necnon & Juſtinæ Virginis, noſtram deprecatus eſt clementiam, petens, ut ob amorem Dei, & animæ noſtræ ſalutem omnem judiciariam, vel omne teloneum de curte jam dicta Eccleſia nuncupante Guſiano cum ſuis adjacentiis, quæ eſt ſita in montaneis Placentinis per fines ſubtus denominatas, tam de arimannis, quam & de aliis liberis hominibus per memoratas fines, vel infra conſiſtentibus, omnia quæ a publico exigebantur pro mercedis noſtræ augumentum in ipſa Eccleſia Sanctorum prædictorum concedere viſi eſſemus: Quod nos propter nomen Domini, & reverentiam ipſius ſancti loci ad ipſam Eccleſiam ſecundum præfati Epiſcopi petitionem, ſicut a publico hactenus exigebantur; ſic promptiſſima devotione cum omni integritate prædictam judiciariam, vel omne teloneum de ſupradicta Curte Gu-*

B *ſiano, vel ejus adjacentiis per has denominatas fines, & coherentias: id eſt, ex uno latere de ſumma Coſta, ubi dividitur inter monaſterio Tolla, & S. Eccleſia Placentina, deſcendente uſque in rivo Garli; de rivo Garli percurrente uſque in fluvio Cario: inde vero per ipſius fluvii alveum deſcendente uſque in capite ſubtus coſta Maurenaſca, deinde aſcendente uſque in ſumma coſta ipſius Maurenaſcæ, quæ dividitur inter ipſam, & Saderiano. Inde quoque percurrente uſque in la Vegiola; ex alia vero parte de la Vegiola uſque Caſtellioni, de Caſtellioni uſque in ſumma Serra, de ſumma Serra uſque Fabricio: inde enim uſque ad prædictam Coſtam, quæ dividitur inter Tolla monaſterio, & prædicta Eccleſia Placentina viſi ſumus conceſſiſſe. Quapropter per præſentem auctoritatem noſtram decernimus, quod nos in Dei nomine perpetualiter hac noſtra conceſſione manſurum eſſe volumus; ut ipſam judiciariam, vel teloneum, ut ſupra ex integro per ſupraſcriptas fines, & infra tam ipſe Pontifex, quam ſucceſſores ſui habeant, teneant, & poſſideant, vel quicquid exinde ad profectum Eccleſiæ ſuæ*

C *facere voluerint, ex permiſſo noſtro liberam in omnibus habeant poteſtatem; ita ut deinceps nullus Dux, Gaſtaldius, vel Actionarius, nec quilibet ex miniſtris Reipublicæ de jam dicta judiciaria aliquid præſumere, vel de ipſo teloneo aliquid contingere audeant; ſed per hanc noſtram auctoritatem ſub emunitatis nomine, noſtris Deo auxiliante temporibus, & futuris memoratus vir venerabilis Julianus Epiſcopus, ſuique in perpetuum, qui fuerint Rectores in ipſa ſancta Eccleſia, ut ſupra diximus, valeant quieto tramite tenere, & poſſidere, & pro nobis, ac ſuperſtites noſtri Domini miſericordiam jugiter exorare: & ut præſens auctoritas tam præſentibus, quam futuris temporibus inviolabiliter Domino adjuvante permaneat, manibus noſtris ſubter ſcribendo roborare decrevimus, & de annulo noſtro ſigillare juſſimus.*

Signum † Domini Karoli piiſſimi Imperatoris.

Altifredus ad vicem Ercambaldi ſubſcripſi. Data 7 Kalen. Junii, anno 8. Chriſto propitio Imperii noſtri, XL. regni noſtri in Francia, atque XXXIV. in Italia, indictione 1.

D *Actum Aquiſgrani palatio noſtro in Dei nomine feliciter. Amen.*

25. PODUS civis Placentinus, patriæ ſedem aſcendit anno 809. ſedit an. 30. ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Petri. * Cum ex hac mortali vita diſceſſiſſet anno 839. die 19. Julii: ad ejus tumulum hæc inciſa fuerunt carmina inculta, ut illa ferebat ætas. XXV.

* Ex App. t. 5.

Hic honor, atque decus; hic ſanctus Pater, & almus
Antiſtes Podo hic requieſcit humo.
Qui fuerat humilis, mitis, pietate repletus,
Nobilis, egregius, orbi aperte bonus.
Rexerat hanc urbem ſex luſtris inſuper annis,
Præſul erat mentis, & pietate pater.
Floruit in ſtudiis, & ſacra in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura ſuæ:
Fulgens eloquio, divinæ & dogmata legis
Demonſtrans populis fercula digna ſuis.
Te cuſtode pio nunquam lupus abſtulit agnum;
Nec de fure timens paſcua carpſit ovis.

Sum-

Digitized by Google

Summus amor Regum, populi decus, arma parentum,
Eccleſiæ cultor, nobilitatis honor.
Quamvis marmoreo condantur membra ſepulchro,
* Alm. * *Alma petens anima ſedibus Angelicis.*
Quiſquis amore Dei verſus perlegeris iſtos,
Dic, rogo: Podoni det requiem Dominus.

Hic venerabilis Præſul novæ eccleſiæ S. Mariæ in territorio Caorſo ab Iſmalda, & Urſa ſororibus ſuis ædificatæ plura contulit bona, de qua conſtructione hæc vetus chronic. M.S. Placentinæ civitatis.

Condidit hoc templum ſumma virtute verendum
Regina potens conſilio ſui fratris Præſulis Podo.
Atque duabus Iſinalde, & Urſæ ſororibus ſuis
Pro ſe, pro natis amore Virginis matris
Chriſti Mariæ, cui conſecratus fuit locus iſte.

Cujus etiam tempore Alaxiam Pipini Regis filiam, uxoremque Cadotis Comitis de Lomello ædificaſſe eccleſiam SS. Simonis, & Judæ in ea ipſa civitate Placentina refert vetus chronic.. *Anno Domini 813. obiit prædictus Carolus Magnus Imperator, & eo tempore Domina Alaxia filia Pipini Regis, & uxor* * Tadoni. * *Cadoti Comitis de Lomello eccleſiam unam in honorem SS. Simonis, & Judæ in civitate Placentiæ apud murum civitatis conſtrui fecit: licet nonnulli dicunt fuiſſe conſtructam ipſam eccleſiam per Comitem Tadonum Palatinum de Lomello.*

Podo vero Epiſcopus inter cætera, quæ ab Imperatore Ludovico Pio obtinuit pro ſua Eccleſia privilegia, unum aſſervatur conditum anno 820. ita ſcriptum.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Hludovicus divina ordinante prudentia Imperator Auguſtus. Si res ad ſacroſanctas Eccleſias, & cætera venerabilia pia loca pertinentes, quæ aut per negligentiam, aut per quorumlibet carnaliter viventium cupiditatem de ipſis abſtractæ ſunt, eiſdem ſanctis Eccleſiis, & venerabilibus, ac piis locis reſtituerimus, & ad earum dominationem revocaverimus, hac proculdubio nobis, & æternæ mercedis præmia facilius aſſequenda, & ad Regni ſtabilitatem pertinere confidimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet, & futuris, quia vir venerabilis Podo S. Placentinæ Eccleſiæ Epiſcopus per miſſum ſuum nomine Reginoldum presbyterum oſtendit nobis privilegia, in quibus continebantur donationes Regum Longobardorum, Hilprandi, Haiſtulfi, Deſiderii, necnon & aliorum bonorum hominum, de quorum donationibus quoddam monaſterium, quod nuncupatur Gravacus, tempore Domni, & genitoris noſtri Caroli piæ recordationis per aliquos homines, ſicut ipſe Reginoldus miſſus prædicti Epiſcopi aſſerebat, injuſte abſtractum fuit, quam rem juſſimus miſſis noſtris Adallabo venerabili Epiſcopo, & Artmano Comiti, quos ad juſticias faciendas in Italiam miſimus, diligenti inquiſitione inveſtigare, & nobis, ſi ita verum eſſet, renunciare. Hanc cauſam ſubtiliter inveſtigatam detulerunt jamdicti miſſi noſtri ad noſtram notitiam, & eam, quanta potuerunt ſubtilitate, nobis expoſuerunt. Quam cum nos diligentius attendendo cognoſceremus, intelleximus juſtum eſſe, ut prædictũ monaſterium unà cum cellulis, & rebus ſibi ſubjectis ad partem Placentinæ Epiſcopatus Eccleſiæ redderetur, & ideo prædictum monaſterium ſub integritate per hanc noſtræ auctoritatis præceptionem memorato venerabili Epiſcopo, atque Placentinæ Eccleſiæ Rectori reſtituere, & confirmare decrevimus. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus fidelium noſtrorum prædicto venerabili Epiſcopo Podoni, & Placentinæ Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus ejus de ſupradicto monaſterio Gravaco in pago Placentino conſtructo ulterius inquietare, aut ullam calumniam ingerere præſumat: ſed liceat ei, ac ſucceſſoribus ejus memoratum monaſterium tam noſtris, quam ſucceſſorum noſtrorum temporibus abſque ullius poteſtatis, vel perſonæ injuſtæ contrarietate, quieto ordine tenere, ac ſecundum ſacros canones ordinare, & quicquid exinde ſecundum æquitatem, & juſtitiam facere voluerint, liberam, & firmiſſimam habeant poteſtatem; & ut hæc auctoritas firmior habeatur, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtris melius credatur, ac diligentius conſervetur, annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Ego Gandulfus ad vicem Fridugiſi recognovi, & ſſ.

Data v. kal. Majas anno, Chriſto propitio, VII. Imperii D. Hludovici piiſſimi Auguſti, Indict. XIII.

Actum Aquiſgrani palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

26. SEUFRIDUS, ſeu GOFREDUS anno 840. Hunc cum Paulus diaconus factioſiſſimus homo expuliſſet e ſede, a Nicolao I. Pontifice ea lege in priſtinam dignitatem reſtitutus eſt, ut ad eundem thronum aditu Paulus temerarius homo perpetuo excluderetur, ut narrat Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Nicolai I. Eo ipſo anno quo Gofredus ad Epiſcopatum aſſumptus eſt, a Lothario Imperatore pro ſtabilitate ſuæ Eccleſiæ, juraque ejuſdem defendenda, ſequens impetravit diploma, quod extat in Placentino tabulario, his verbis exſcriptum. XXVI

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus S. Dei Eccleſiæ, & noſtris præſentibus ſcilicet, & futuris notum ſit, quia vir venerabilis Gofredus S. Placentinæ urbis Eccleſiæ Epiſcopus noſtræ innotuit pietati, qualiter multæ contra eum, vel Eccleſiam ſuam callidorum hominum fuiſſent tergiverſationes, ſeu inquiſitiones pro ejuſdem Eccleſiæ rebus atque familiis, unde neceſſarium erat in aliquibus cauſis ſubtilem adhibere noſtræ auctoritatis inquiſitionem pro ſtabilimento, & utilitate ejuſdem Eccleſiæ. Quapropter præcipimus, atque omnino jubemus, ut ubicunque neceſſe ſe dixerit habere pro rebus, atque familiis præfatæ Eccleſiæ, ſubtilis valde, prudentiſſimaque adhibeatur inquiſitio per idoneos homines, quos ipſe, aut advocatus ejuſdem Eccleſiæ nuntiaverit, ita ut juſtiſſimo libramine ejus juſtitia inquiſita S. Antoninum apud Dominum mereamur habere interceſſorem, nobiſque ſempiternale compendium ſit in futuro. Ut quoque hæc noſtræ auctoritatis pagina pleniorem in Dei nomine habeat vigorem, & per futura tempora inconvulſam firmitatem, de annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Dra.. jus ſubcancellarius, atque Notarius ad vicem Egilmani recognovi, & ſubſcripſi.

Data 5. Idus Novemb. anno, Chriſto propitio, Imperii D. Hlotharii piiſſimi Imperatoris Auguſti 18. *Indict.* 1.

Actum Papiæ civitate Palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

Obiit Seufridus, poſtquam egregie Placentinam Eccleſiam rexiſſet an. 30. ſepultuſque eſt apud ſuos Anteceſſores an. 870.

27. PAULUS Mediolanenſis, alter ab illo qui, ut diximus ex Anaſtaſio, Placentinam Eccleſiaſticam rem perturbabat, Seufrido ſuffectus eſt an. 870. Hic interfuit, cum Carolus Calvus Papiæ inſigne Regni accepit anno 875. deceſſit autem an. 889. ſepultuſque eſt apud S. Jo. Evang. * Novam Cathedralem, quam Sofredus ejus patruus, & præceſſor in honorem S. Juſtinæ excitare inſtituerat, Paulus ipſe præfecit, obtento prius privilegio à Ludovico Imp. ann. 872. *Dat. 8. Id. Januarii Indict. 5. Imperii* 26. Tranſtulit poſt hæc è veteri S. Antonini in novam Cathedralem totum fere Capitulum Canonicorum, una cum eorum dignitatibus, Archipresbyteratus nempe Archidiaconatus, Præpoſ. & Primicerii, reliqui Canonici una cum Vicedomino in veteri remanſerunt Eccleſia ſub ipſo Vicedomino, quem poſtea Præpoſitum dixere. Exoravit idem Paulus an. 881. ut à Carolo Craſſo Imp. ea omnia confirmarentur, quæ à Carolo Magno, cæteris Imperatoribus, Regibuſque Italiæ olim privilegia obtinuerunt. *Dat. 5. Kal. Apr. anno Inc. Dom.* 881. *Ind.* 14. *anno vero Imperii Domini Karoli primo. Actum Papiæ feliciter.* XXVII.

* Ex App. t. 5.

28. BERNARDUS ex diacono, poſt exceſſum, adlectus eſt Placentinus Epiſcopus, confirmatuſque a Stephano VI. Pontifice an. 889. ut legitur in ſubjecta litera ejuſdem Pontificis ad Dominicum Archidiaconum Ravennatem. XXVIII.

Digitized by Google

STEPHANUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Sanctiſſimo confratri noſtro Dominico Archiepiſcopo S. Ravennatis Eccleſiæ. Divina majeſtas Paſtorale miniſterium nobis . . . . . ſollicitudinem gerentes cura pervigili noſtrum Apoſtolicum impendere ſuffragium. Idcirco omnium ſancta Dei Eccleſiæ fidelium agnoſcat notitia, quia cum Ravennas Eccleſia per obitum Romani quondam Archiepiſcopi ejuſdem Eccleſia viduata ſine paſtore conſiſteret, repente & ſancta Placentina Eccleſia illius ſuffraganea, a ſuo Paſtore quondam Paulo extitit denudata. Quapropter diverſis Italici Regni fluctuantibus procellis, quia per eandem S. Ravennatem Eccleſiam proprio deſtitutam Paſtore, ipſa S. Placentina Eccleſia de Paſtore proprio remediũ recuperandi minime adipiſci volebat, ad Apoſtolicam ſedem, noſtrumque Apoſtolicum, utpote ad omnium caput Eccleſiarum, & matrem refugium viſi ſunt . . . feciſſe, offerentes nobis proprium electum Bernardum nomine, diaconatus officio utentem, & ſuggerentes ſua cum decreto ab eis in eum facto, hunc a nobis ſibi conſecrari antiſtitem; ne ipſa Eccleſia diu ſine Paſtore, annihilaretur, & elegentes, atque petentes acephali, & vagabundi incederent: nos autem, ut diximus, cum proprius Metropolitanus deeſſet, ſatis ab eis rogati, prædictum Bernardum in eadem Placentina Eccleſia providimus conſecrare Epiſcopum, dantes illi in mandatis, atque jubentes expreſſe, ut omni ſubjectione, & fidelitate ſe ſubire S. Ravennatis Eccleſiæ obſervaret.

Datum 8. Kal. Aprilis per manus Zacharie anno V.

* Ex App. 1.

* Obtinuit Bernardus à Stephano IV. Papa privilegium pro ſua Placentina Eccleſia: cujus initium eſt. *Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Reverendiſſimo, & ſanctiſſimo Bernardo Epiſcopo S. Placentinæ Eccleſiæ, & per te in eodem venerabili Epiſcopio, in perpetuum. Si conſacerdotum, &c. Scriptum per manum Anaſtaſii notarii regionarii, & Scrinarii S.R.E. in menſe Februario indictione ſupradicta bene valete. Data 4. Kal. Martias per manum Zacharie primicerij S. Sedis Apoſtolicæ, Imperante Domno piiſſimo Auguſto Vvido a Deo Coronato magno, pacifico Imperatore, anno primo, & poſt anno primo Indict. 9.*

XXIX 29. EVERARDUS, ſeu HEURARDUS, ſive ENVARDUS anno 893. Bernardo ſucceſſit, quem errore devius Locatus Conradum appellat, eundemque narrat vixiſſe anno 917. Hujus mentio extat in quodam privilegio Lotharii Imp. ann. 894. Romæ interſuit Concilio habito a Joanne IX. Papa coram Ludovico IV. Imp. pro Eccleſia Lucenſi congregato anno 901. ut vidimus ex monumento ſupra relato tom. pr. Idem an. 903. cum S. Sabini templum, quod ex Pannonica rabie conflagraverat, reparaſſet, in illud honorifice tranſtulit corpora Ss. Victoris, Domnini, & aliorum, ibidemque pro monachis S. Benedicti nobile cœnobium ædificavit, dotavitque ad perennitatem, ut ſubjecta antiqua memoria prodit, quam Ruffinus Monachus ex antiquis monumentis eruit, ſuoque libello ita inſcripſit.

Fuit enim primo constructa Eccleſia B. Savini in campanea Placentina a prima fundatione ſui 323. a Chriſti nativitate, ſecundum quod reperi, in quodam privilegio nimia vetuſtate conſumpto, & tineis corroſo, ita quod vix in eo potui deprehendere, quod quærebam. Sed & fundatores qui fuerunt, & unde originem traxerunt, reperi ſcilicet in quodam vetuſtiſſimo martyrologio, quod fuerunt duo viri ſapientia, & bonitate præclari, ſanctitate, & religione ornati de civitate Romana, unus vocabatur Conſtantinus, & alter Opinianus. Fundaverunt igitur primo, ut dictum eſt, quandam Eccleſiam in Campanea Placentina ad honorem Dei, & duodecim Apoſtolorum, & fecerunt eam miræ magnitudinis, ſecundum quod in quodam privilegio domini Enuardi Epiſcopi Placentini continetur, quæ conſecrata fuit per beatiſſimum Savinum Epiſcopum Placentinum. In qua Eccleſia beatiſſimus Maurus corpus S. Savini poſt mortem ejus cum canticis ſepelivit. Inde factum eſt, divina ſuffragante clementia, quod eidem Eccleſiæ innumerabiles conceſſiones, & offerſiones, & multa privilegia a ſummis Pontificibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & a fidelibus Imperatoribus ſunt collata, de quibus mentionem facere non potero, ut optabam. Tempore igitur, quo currebant 902. irruerunt Pagani & inimici crucis Chriſti, & deſtruxerunt, & combuſſerunt quidquid repererunt extra Placentina mœnia civitatis, tyrannica rabie hoſtili gladio humana corpora trucidantes. Et tunc crematerunt, & deſtruxerunt penitus Eccleſiam B. Savini, quæ in honorem XII. Apoſtolorum fuerat primitus conſecrata, & prædicta narrata inveniuntur per D. Enuardum egregium Præſulem Placentinum, qui totis viribus ſtuduit iſtud monaſterium, in quo ſumus, de novo videlicet fabricare. Dum igitur ſedula perſcrutatione quærerem privilegia, quæ fundationem hujus monaſterii continerent, reperi quoddam privilegium D. Enuardi Epiſcopi Placentini confectum tempore Beringarii Regis 903. quo privilegio continebatur, quod prædictus D. Enuardus congregato concilio clericorum diſpoſuit & Eccleſiam B. Savini denuo fabricare; ſicque prævidit locum extra mœnia civitatis Placentinæ in quodam ſuo prædio juſte, & legaliter acquiſito, in quo monaſterium B. Savini de novo ædificavit cum officinis ad cultum monaſticum fabricatis. Et hac de cauſa prope civitatem Placentiæ prædictus Epiſcopus dictam Eccleſiam tranſmutavit, propter enormitatem Paganorum, ne eam denuo concremarent; ſicque inſtituit in præfato monaſterio Grimalcum Abbatem religioſum virum, qui ordinet, & diſponat in ſuo monaſterio mores, & cultus ſecundum B. Benedicti regulam ſalutarem, neque ſtatuit prædictus Epiſcopus, ut nulla . . . . nec ulla ſuperpoſita a ſuis ſucceſſoribus prædicto monaſterio imponatur; voluit tamen, ut in ſigno ſubjectionis, & reverentiæ in feſtivitate B. Savini, cum ſacerdotibus, qui cum eo venerint ad divina officia celebranda, ut per Abbatem, vel ejus nuntium ad hoc deputatum, ut honorifice ſuſcipiantur, & offerantur duo . . . . . eidem Epiſcopo ab eodem Abbate, vel ejus miſſo, & in iis Epiſcopus Placentinus ſolummodo ſit contentus. Paulo poſt ſequitur idem Ruffinus de Enuardo hiſce verbis: *Enuardus Dei gratia Placentinus Epiſcopus obtulit, & dedit monaſterio S. Savini, & confirmavit Eccleſiam S. Benedicti procul a civitate Placentiæ ſitam cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis ſive maſſaritiis, cultis, & incultis, ſeu familiis utriuſque ſexus, 2. molendinis.*

Hactenus Ruffinus.

E vivis exemptus eſt Enuardus anno 904. Inde facile refellitur Locatus, cujus hiſtoria adeo ſcatet erroribus, ut nonniſi admonitu Petri Mariæ Campii illos potuerim evitare. Translatio autem ſub Enuardo ſupradictorum ſanctorum incidit in annum 903. licet Locatus velit incidiſſe in annum 911. exemplumque inſcriptionis mihi tranſmiſſum in annum 933. tametſi mendoſe etiam proſtet inciſa, ſub anno 943. cum revera ſcribendum ſit 903 ut vidimus ex Ruffino. Inſcriptio ita ſe habet in Eccl. S. Sabini.

* CONRADUS * *alias Enuardus*
EPISCOPUS
IN HOC TUMULO CORPORA
SS. VICTORIS;
DOMNINI, GELASII, ET
PEREGRINI RECONDIDIT
ANNO DOMINI
DCCCC * XXXXIII. * DCCCCIII

30. VVIDO I. Monachus ex Ordine S. Benedicti poſt Enuardum, Epiſcopus Placentinus ordinatus fuit anno 904. Hujus Vvidonis meminit antiquiſſimum chronicon Nonantulanum, dum refert quoddam privilegium Sergii III. Pontificis indultum Leopardo Nonantulano Abbati. Hic enim, cum nobile illud cœnobium a Pannoniis concrematum, atque exciſum iterum excitaſſet, templumque ei curaſſet conſecrandum, Sergius Pontifex poteſtatem fecit ad eam conſecrationem ut eligeret vel Joannem Ticinenſem, vel Placentinum Vvidonem, vel Elburgum Parmenſem Epiſcopos. Cæterum Placentino Vvidoni res demandata eſt an. 909. Quoniam vero iidem Pannonii Eccleſiam S. Sabini inje- XXX

Digitized by Google

ctis flammis exciderunt, quam deinde ſupra memoratus Enuardus reſarciit, inde etiam manifeſtius refellitur error Locati; ex inundatione enim Pannoniorum in Italiam evincitur reparationem illam Eccleſiæ S. Sabini incidiſſe in annum 900. & deinde tres annos tenuiſſe: anno vero 909. Nonantulanam abſolutam fuiſſe Eccleſiam. Porro chron. ita enarrat.

Leopardus electus Abbas ſedit annos 13. menſes duos, dies 19. ordinatus anno domini 899. obiit 12. Kal. Julii. In ipſo anno venere Ungari in Italiam de menſe Auguſto, Indict. 3. 8. Kal. Octobris. Junxerunt ſe Chriſtiani cum eis in bello ad fluvium Brentam, ubi multa millia Chriſtianorum interfecta ſunt ab eis, & alios fecavere, & venerunt uſque ad Nonantulam, & occidere monachos, & incenderunt monaſterium, & Codices multos concremavere, atque omnem depopulati ſunt locum. Prædictus autem venerab. Leopardus Abbas cum cunctis aliis monachis fugere, & aliquandiu latuere. Poſtea vero recongregati ſunt, & recondidere monaſterium, & Eccleſiam, & miſit ad Sergium Papam, qui tunc Romanam, & Apoſtolicam gubernabat ſedem, conſulendo de conſecratione Eccleſiæ, ſeu monaſterii, & de diverſis ærumnis, quas paſſus eſt a Barbaris, atque ab aliis malis hominibus, cui prædictus Papa ſcripſit Epiſtolam continentem hunc modum.

SERGIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Leopardo religioſo Nonantulani monaſterii Abbati. Viſis humilitatis tuæ litteris condoluimus ſatis de cœnobio Nonantulanenſi tibi commiſſo, eoque ſub cura tui regiminis commiſſus tibi grex nonnullis afficitur indigentiis. Siquidem Barbarorum gladio vaſtan: tuumque monaſterium ab eiſdem igne crematum, malorum hominum infeſtatione te ipſum cum tuis turbatum audimus; ſed miſericordia omnipotentis Dei eſto ſiſus, Beatorumque Apoſtolorum ſuffragiis adjutus, quod ad hoc prævaluiſti, ut poſt tot flagella tui laboris certamine Eccleſiam ipſius tui monaſterii uſque ad culmen levares, quam cum toto tuo monaſterio ſub Apoſtolica noſtra tuitione, quemadmodum ſub anteceſſorum noſtrorum tempore fuit, pro amore B. Silveſtri Pontificis Romanæ ſedis, cui Deo auctore deſervimus, decernimus eſſe, & te ubicumque adjuvare, & protegere debemus, Pontificii noſtri dexteram libenter porrigemus, firmantes quæcunque ab ævo religioſo, & ſancta conceſſa privilegia tuo fuere monaſterio Nonantulano. De cætero ſi ad conſecrandam tui monaſterii Eccleſiam Epiſcopū quæris, hoc tempore nolumus, ut aliquem ad conſecrandam ipſam Eccleſiam roges, niſi Joannem venerab. Ticinenſem Epiſcopum, aut Vvidonem Placentinum, vel Elbungum Parmenſem reverendiſſimos Epiſcopos, de his tribus qualem volueris induc ad conſecrandum tuam Eccleſiam.

Hunc Vvidonem factioſum hominem fuiſſe, ac valuiſſe armis oportet: ſcribit enim Sigonius lib. 6. de Regno Italiæ, illum Berengario Regi adhæſiſſe contra comitem Rodulphum, collatiſque ſignis prope Fidentiolam, cum devicto Berengario perfugiſſe Veronam. Ejus memoria extat in quodam privilegio an. 922. a Rodulpho Rege Bergomati Eccleſiæ conceſſo, ut ſuo loco narrabimus. * Obtinuit Vvido à Rodulpho Imp. confirmationem privilegiorum olim à Berengario Rege Cathedrali S. Antonini conceſſorum. *Datum anno Dom. Incarn. 924. Domini vero Rodulſi piiſſimi Regis in Italia 3. Ind. 12. in Chriſti nomine feliciter. Amen.* Hugo vero Rex donavit Abbatiam S. Chriſtinæ poſitam extra muros Ticinenſes eidem Vidoni Epiſcopo. *Data anno Domin. Incarnationis 926. 4. Kal. Decembr. Ind. 14. anno vero D. Hugonis I. Actum Papiæ.*

* Ex App. t. 4.

Hugo item, & Lotharius Reges condito documento, Vvidone Epiſcopo ſuperſtite, plura alia

A bona obtulerunt Eccleſiæ S. Antonini. *Data 5. Id. Martii anno Dom. Incarn. 945. Regni vero D. Hugonis piiſſimi Regis 19. Lotharii vero 14. Indict. 3. Actum Papiæ.*

31. BOSUS, filius Hugonis Regis Italiæ ex Bezola concubina, fuit Epiſcopus Placentinus an. 940. Sibique creditam Eccleſiam uſque ad annum 951. adminiſtravit. De eo Luitprandus Ticinenſis lib. 4. cap. 6. XXXI

32. SIGULPHUS Gallus ad eandem dignitatem aſſumptus eſt an. 951. Hic comitiis Auguſtanis interfuit ſub Othone I. Imperatore an. 952. Idibus Auguſti, ſynodoque Marzaliæ aſſedit anno 973. quam Honeſtus Archiepiſcopus Ravennas celebravit. Teſtis diplomati Othonis Imp. Eccleſiæ Aſtenſis anno 962. reperitur. (1) („ *Sigulphi memoria ad „ ann. 988. extenditur, ut videre eſt apud* Campium.) XXXII.

33. JOANNES Calaber è Roſſano, vocatus Filagatus, ad Placentinam ſedem aſcendit anno 982. (2) Hic tametſi literis exornatus, ac monachus B Montis Caſini, tantæ ſuperbiæ fuit, ut Archiepiſcopatus titulo *a* voluerit inſigniri, ut prodit inſtrumentum quoddam Archivii Nonantulani, quod inter ipſum, & Abbatiam Nonantulanam conditum eſt anno 989. 3. menſis Januarii Indictione 11. ubi audaciſſime Archiepiſcopum Placentinum ſe appellat. Inde ex gliſcente ſuperbia, potentiaque, prædictam Abbatiam Nonantulanam occupavit, mox & Romanam ſedem pulſo Gregorio V. vero Pontifice, Creſcentii tyranni armis adjutus. Cæterum cum ad tumultum Otho III. Imperator Romam fuiſſet regreſſus, & Creſcentium majeſtatis damnavit, & Joannem Pſeudopontificem auribus, manibuſque truncatum, orbatum oculis, averſumque aſino ignominioſe tractavit, præcone per Urbem clamante, tali ſupplicio dignum eſſe, qui fuiſſet conatus verum Pontificem de ſede propellere. Meminit hujus Petrus Damiani in Epiſtola ad Cadolaum, Gleb. lib. 1. cap. 4. Rodulphus Cluniacenſis hiſt. Acta S. Nili Abbatis, Baronius, aliique. XXXIII.

a ald factum aſſentiente Pontifice vult *Campius*.

C * 34. SIGIFREDUS II. *a* Placentinis præfuit an. 997. Hic fuit Sabiniani monaſterii ſtudioſiſſimus, multaque ei de ſuo impartitus eſt; monachorum numerum, eorumque fortunam mirum in modum auxit; adeoque ſibi iis beneficiis illorum animos devinxit, ut præcipuus pater, ac benefactor haberetur, ut Ruffinus ſæpe citatus in ſuo libello enarrat. *Dominus* (inquit) *Sigefredus Dei gratia Epiſcopus Placentinus anno a Chriſti nativitate* 1000. *Indict.* 14. *obtulit & donavit monaſterio S. Savini cum capella s. Stephani in Breuli 4. manſos. Unum in s. Damiano, unum in Mariano, unum in Paldari, duos in Aſiano, unum in capite Caride, tres in Arizzola, in Boncaliis unum: Curtem, quæ dicitur Turris cum omnibus ſibi in integrum pertinentibus; in Albino quatuor manſos, in Canali duos: unum in Sarmado, unum in Pipiningo; unum Campum in caſtello de Arda; Raydam inſuper s. Thomæ juxta idem Molendinum unum, Mercura duo, unum in Caſtello Arcuato, quod habe-* D *tur tribus vicibus in anno, alterum Placen. quod habetur in Kal. Auguſt. montem Colari cum villa, quæ dicitur Tumulum, in caſtello Arcuato duos manſos, in Plevole braidam unam. Alveum Padi de portu, qui vocatur Portatorius, uſque ad rivum, qui dicitur frigidus, vivarium unum, quod vocatur Concha s. Antonini, curtem s. Benedicti cum cuanricia, & tugurio-la, atque gloriola. Quatuor manſos in Ponticellis, curtem, quæ vocatur Vilaſcus, ſitam juxta foſſatum altum, in Caſſaneola quatuor manſos, in Salſo de ſale annuatim modios duodecim de muriamphoras per unumquemque menſem, ſex Bruyda ſub turrem Placentini caſtelli, curtem, quæ dicitur Palacium Apiniani, cum* plebe, XXXIV.

a Primus, niſi verum ſit, quod de Sigefredo Cremonenſi adnotavimus *Campius*.

(1) Anno 970. Sigefredum Madalbertum Cremonenſem civem Placentina in cathedra ſediſſe volunt nonnulli, afferuntque chartam quamdam donationis ejuſdem Sigefredi datam die 15. Maii ejuſdem anni ad favorem monaſterii S. Salvatoris Cremonenſis. Cui ſi fides ulla eſt habenda (vacillat enim ejus auctoritas; cum careat indictione, & nomine, atque anno Imperatoris tunc regnantis ſecundum illius ævi conſuetudinem, addatque nominibus eorum, quorum ibi memoria, cognomina, atque familias, quod tamen nondum fieri conſueverat) dicendum eſt, quod Sigulfo ab Othone in exilium anno 966. miſſo, eo quod Adelberto contra ipſum Othonem adhæſerat, ſubrogatus fit dictus Sigefredus, qui fortaſſe alio nomine Madalbertus etiam vocabatur: quo deinde vel defuncto, vel ad aliam ſedem translato, iterum Sigulfo Placentina ſedes obvenerit. *Campius*.

(2) Diplomati Othonis III. dato die 5. Aprilis an. 977. quo Petrus Bobienſis Abbas reſtituitur in ſuum Monaſterium, & bona S. Columbani, efficiturque Comes illius Terræ, interfuit teſtis *Joannes* Placentinus Epiſcopus. Neque dubium ullum, quin fuerit hic Joannes datus coadiutor ſeneſcenti Sigulfo, cui poſtea decedenti anno 988. ſucceſſerit. *Campius*.

Digitized by Google

plebe, capellis, & decimis, cunctiſque ſuis pertinentiis, curtem, quæ vocatur Rezanum, cum omnibus ſibi pertinentiis, medietatem caſtelli, quod dicitur monte Bixago. Hæc omnia prædicta iſtius dominus Sigefredus tradidit, donavit, & conceſſit monaſterio s. Savini. Dominus Sigefredus ad teſtimonium ſubſcripſit in chartula cum omnibus clericis majoris Eccleſiæ anno milleſimo. Poſt prædicta reperi aliud privilegium cum bulla plumbea perbreviſſimæ formæ ſigillatum, quod factum fuerat per D. Othonem Imperatorem Romanorum, atque conceſſum sereniſſimo comiti Sigefredo Epiſcopo Placentino anno Dom. Incarn. 1000. *Indict.* 14. *in quo privilegio continebatur, quod dictus præſul adiit celſitudinem prædicti Imperatoris, & eum deprecatus fuit, ut Eccleſiam B. Savini ſub Imperiali protectione, tutela, atque defenſione roborare de ſpeciali gratia dignaretur. Cujus protectionibus clementiſſimus Imperator gratanter annuens illico dictus D. Sigifredus dictam Eccleſiam dotavit poſſeſſionibus precioſis, & confirmationem obtinuit pro his, quæ etiam largita erant priori Eccleſiæ duodecim Apoſtolorum, quæ poſtea in eodem B. Savini Eccleſia ſunt converſa. Continet enim prædictum privilegium donationes hujuſmodi, quas declarat. Confirmavit igitur prædictus D. Otho Romanorum Imper. monaſterio B. Savini villam Fabiani cum capella, & omnibus ſibi pertinentibus, manſos quatuor &c.* ſicut ſupra in donatione dictum eſt &c. *Hæc omnia prædictus D. Imperator conceſſit, & firmavit prædicto monaſterio, & corroboravit: addidit hoc de ſua gratia ſpeciali, ut liceat Abbati ejuſdem monaſterii Imperiali conceſſione de fluvio Nuriæ ducere rivum, ubicumque voluerit ad utilitatem monaſterii, rivum videlicet, qui tranſit per vicum Ozonis, & de ſuo curſu exire, & ubicunque voluerit derivare; inſuper præcepit, ut nullus dux, nullus marchio, nulluſque comes, vel vicecomes debeat prædictum monaſterium ſuper præmiſſis modo aliquo perturbare, ſeu etiam moleſtare ſub pœna, & in pœna centum librarum auri medietatem cameræ ſuæ, & medietatem eidem monaſterio conferendum. In quo etiam privilegio erat ſignum ſubſcriptum prædicti* D. *Othonis inferius annotatum.*

Aliud monimentum Benedicti Papæ VIII. Sigifredi precibus eidem monaſterio conceſſum, in quo omnia, quæ idem Epiſcopus contulerat, confirmantur: Quod ad cognoſcendam Sigifredi noſtri piam liberalitatem nonnihil juvat. Hujuſmodi exemplo in Ruffini chartulario deſcriptum eſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Benedictus Præſul Apoſtolicæ ſedis omnibus univerſaliter Chriſti famulis præſentibus & futuris. Apoſtolicæ ſedis munimen ſupplicantibus præſtare, nec nobis grave, nec ulli omnino videri debet inutile, cum nec nobis, quod Dei eſt donum, vendere, nec ulli fas debet eſſe contemnere. Noverit igitur omnis unæ matris Eccleſiæ cœtus inſtans, vel futurus, quoniam ſecundum preces nobis oblatas a fratre, & coepiſcopo noſtro D. *Sigefredo Præſule Placentinæ ſedis, & a venerabili Vuimperto Abbate monaſterii s. Savini, quod nam d. Pontifice in ſui Epiſcopatus ſubjectione conſtructum videtur, damus, concedimus, hocque mediante decreto ſancimus ſine ulla diminutione inviolabiliter ſervari præfato monaſterio quicquid Imperiali, vel Regali præcepto, necnon & Epiſcopali decreto, fideliumque oblatione eidem cœnobio datum, conceſſumque videtur, ſeu quodcumque juſte, & legaliter uſque in præſens ad partem ſæpeſati monaſterii acquiſitum eſt, vel in futuro dederit Dominus. Nulla ergo cujuſcumque dominationis perſona, timore Dei, & ſanctorum Apoſtolorum veneratione refrænata, videlicet Imperatoris, Regis, Epiſcopi, marchionis, comitis, vel cujuslibet alterius licentia potiatur quidquid illud fuerit auferendi, minuendi, ſeu in aliud jus refundendi. Simili præterea modo & illud decernimus patrum ſtatuta, ſervantes ne aliquid ſimoniacæ hæreſis ſibi vendicet commodum tempore, quo vocatis divina vices indixerit renovandorum in eadē Eccleſia paſtorum. Sed opportunitate ſervata in ejus, qui dignus fuerit, ordinatione ſānctæ inſtitutionis præceptum poſtpoſita omni cupiditate ſervetur. Si quis autē, quod abſit, hoc noſtrum, quin magis beatorum Apoſtolorum infringere tentaverit decretum, in adventu Dei noſtri ſit anathema maranatha, Judæ proditori, & Simoni Mago ſociatus, in pœna ad damnationem proveniat illi ſanguis Redemptoris, qui effuſus eſt ad diluendam maculam primæ prævaricationis: ſortiatur maledictus ille, quicumque fuerit, ſtagnum ignis, & ſulphuris pro gaudio vitæ perennis in omnibus ſeculorum ſeculis. Ut vero nullus ambigat decreti hujus paginam noſtra juſſione perfectam, eam noſtri ſigilli impreſſione videat ſignatam.*

BENE
VALETE

Interfuit Sigifredus Ravennati Concilio anno 1014. Idem memoratur in privilegio Conradi Imperatoris Eccleſiæ Lucenſi conceſſo an. 1027. ubi Ripfredus vocatur. Obiit anno 1031. jacet in Eccleſia S. Antonini, quam eodem anno reſtauraverat, & conſecraverat. * Sigifredi obitum memoratur in * Ex App. t. 5.
pervetuſto Kalendario Placentinæ Eccleſiæ in hunc modum.

XVIII. *Kal. Maji.*

Præſul ab hac vita, Sigifredus ad ætatem migrat.

Fuiſſe vero Sigifredum monachum Ord. S. Benedicti, ac virum eximia ſanctimonia præditum memorant monumenta ejuſdem Eccleſiæ.

35. PETRUS I. Mediolanenſis, ad eandem ſedem promotus eſt anno 1031. ſedit an. 7. ſepultuſque eſt in templo S. Joannis Evangeliſtæ * Obiit die 27. Januarii in Germania, ubi fuerat à Conrado Imp. relegatus. Alii vero ſcribunt, non hunc Petrum, ſed Riccardum Petri ſucceſſorē exilio fuiſſe mulctatum. XXXV. * Ex App. t. 5.

36. RICHARDUS ſive Aicardus Campanus Placentinus Epiſcopus fuit anno 1038. Hunc Conradus Imperator Germanico mulctavit exilio, quod Heriperto Mediolanenſi Archiepiſcopo ſtuderet an. 1037. ut narrat Hermannus Contractus in Chronic. de quo etiam Sigonius de Regno Italiæ. XXXVI.

37. IVO, qui etiam apud aliquot ſcriptores Ruccus, ſive Rucu, ſeu Zuus eſt, hanc Placentinam Eccleſiam occupavit an. 1040. („ *Sedit ad annum* 1045. „ *quo obiit.* vide *Campium.*) XXXVII

38. VVIDO III. Agnetis Auguſtæ conſanguineus, fervente ſchiſmate, hanc Eccleſiam adminiſtravit annos quatuor, ab an. ſcilicet 1045. uſque ad 1049. Uter legitimus Paſtor fuerit, haud facile adinveneris. Præſens fuit ſynodo Papienſi ad favorem Epiſcopi Veronenſis anno 1046. 8. Kal. Novemb. XXXVIII.

39. DIONYSIUS, filius comitis Rodulphi Longobardi, nepos Riprandi Novarienſis Epiſcopi, ad hanc eandem ſedem fuit aſſumptus anno 1049. Hujus meminit Ruffinus tribus præcipue locis, dum ejuſdem Præſulis donationes, ac privilegia cœnobio S. Sabini conceſſa recenſet; primus locus ad annum 1049. qui primus fuit ſui Epiſcopatus, his verbis ab illo proponitur. *Præterea aliud reperi privilegium, quod Albericus Abbas adiit dominum Dionyſium Epiſcopum Placentinum* 1049. *deprecans prædictum Epiſcopum, ut ſibi concederet decimam, quam habebat in ſylva de Ponticellis. Cujus petitionibus lætanti animo præbens aſſenſum conceſſit, & tradidit decimam partē prædictæ ſylvæ terræ arborum, quæ & porcorum, qui pro paſtu de eadem ſylva annuatim juxta morem colliguntur. Cingitur autem eadem pars, quam S. Savino tradidimus, ex uno latere terra ejuſdem monaſterii, ex duobus autem terra S. Antonini, a quarto vero ipſa ſylva; eodem itaque modo donamus Eccleſiæ S. Victoriæ de Liblola, decimam de Taro, quæ pergit ex uno capite per montem Crodum, & bocum Savanen. ex alio montem Colari, & alpem Siqualdi. Quicquid igitur hujus terminis cingitur, quod S. Antonini eſſe videtur, eidem cellæ concedimus, & donamus. Si quis igitur hoc datum a dicta Eccleſia alienare præſumpſerit, cum diabolo perpetuis crometur incendiis, & cum Sathan, & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, percipiat portionem. Eſt autem hoc privilegium ſine bulla, tamen cum ſubſcriptionibus annotatum.*

Secundus locus ita Dionyſii donationes commemorat.

Simi-

Digitized by Google

Similiter 1050. prædictus D. Dionyſius Epiſcopus Placentinus conceſſit, & donavit tria molendina monaſterio S. Savini extra mœnia urbis Placen. ſita. In quo rivo medio currens prope portam novam. Quorum unum dicitur molendinum bellocii, alterum baronis piſcationis, tertium autem Petri egerentis denarios.

Poſterior Ruffini locus alterius privilegii Dionyſii mentionem complectitur ſub anno 1072. *Aliud etiam privilegium prædictus D. Dionyſius Epiſcopus Placentinus conceſſit, & dedit D. Bichizoni Abbati monaſterii S. Savini 1072. in quo continent donationes factas a Chriſti fidelibus jam defunctis, Villam de Moſis, caſella, & quatuor juges in eodem loco, quæ eidem monaſterio conceſſimus. Albianum Muridelle. Curtis quæ dicitur paterna cum duabus capellis dictis privatis ſuis. In caſtro Arcuaro, in vico Juſtino, in Albono, in Turricũ toto diſtrictu, Corneliano, Canali, Paldari, Turano, Ariano, Fulignano, Roncovetri, Rioceſa, Colognola, in curte Cogni, quæcumque nunc habent, & in antea acquiſituri ſunt. Polcclo, & Manſos, qui ſunt in Petra. In Regiano, vel Ariola, & Tranquiliano cum omnibus pertinentiis, & diſtrictis ſuis. Montebello, Planzano, Screvolano, Caſaligio, Campromaldo, Fontana petroſa, Fabiano, Sarmado. Et quæcunque tenet a noſtra parte Berta uxor Sigifredi. In Valetia, in Mucinaſſi, in Vico Marino Eccleſiam S. Trinitatis, in Placent. Eccleſiam S. Mariæ, in Campanea, Eccleſiam S. Ambroſii, Eccleſiam S. Salvatoris in tivio publice conſtitutam, cum omnibus eiſdem Eccleſiis pertinentibus. Hæc omnia prædictus D. Dionyſius ſupradicto monaſterio perpetuo confirmavit, & ſubſcripſit manu propria in eodem.*

Cæterum Dionyſius Cadolum inter cæteros electores, Apoſtolicam promovit ad ſedem, fovitque teterrimum illius temporis ſchiſma; quem demum ex merito Gregorius VII. Pontifex compertum concubinatus, præcluſa omni reditus ſpe, deturbavit de ſede. Conſule Baronium. Dionyſius Placentiæ Monaſterium S. Sepulchri Ordinis S. Benedicti excitavit an. 1056. Qui fuit ſeptimus ejuſdem Præſulatus, ut ſequenti monumento liquet.

Ego Dionyſius S. Placentinæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Cunctis fidelibus perpetuam ſalutem in Chriſto. Dum ſancta univerſalis mater Eccleſia uni viro conjuncta Chriſti nova ſemper fœcundatur ſobole, & panſo ſinu ſalutem non ceſſat filiorum quærere, cunctis patet mortalibus, & maxime, qui paſtores animarum curam ferre debent, nihil pretioſius conquirere Sponſo, quam id, quod complacet ſponſæ. Proinde univerſus fidelium noverit cœtus, tam præſens, quam futurus, quod non minima pars filiorum, vel filiarum noſtræ ſanctæ Matris Eccleſiæ Placentinæ, divino timore tacta, memor divini Flaminis dicentis; Quamdiu feciſtis uni ex minimis meis, mihi feciſtis; miſeris compatiens amore charitatis, ex propriis xenodochium facultatibus conſtituens, Eccleſiamque in ſancti honorem Sepulchri juxta ædificans, humiliter noſtram adiit humilitatem, depoſcens illam benedictione Pontificali conſecrari. Cujus dignis annuentes precibus conſecravimus, dedicavimus, heredem Chriſto fecimus. Subinde illius diurna in majus creſcens devotio, præcogitãs qualiter eã ſedulo Chriſti poſſet mancipari obſequio, prævidit dignum ordini ipſum aptari monaſtico, qui quamvis pene jam ſit lapſus, in Chriſto tamen devotior ſtat fundatus. Quod nos agnoſcentes, ſimulque illud congruum judicantes, monaſterium ut efficeretur conſenſimus, & ut nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, omnibuſque ejuſdem loci fautoribus perennis a Domino recompenſetur merces, conſtituimus, & una cum noſtris corroboramus canonicis, nullo modo illud ſub jugo manere Epiſcopali, ſed potius eſſe ab omni ſervitutis vinculo liberum, quatenus ipſius habitatores nulla preſſi violentia, gratanter Deo ſerviant, obſequia pauperibus debita præbeant: eo quippe tenore, ut Abbas prædictæ Eccleſiæ eligatur de congregatione ſecundum Regulam S. Benedicti; ac, virga ſuper ſanctum Altare poſita, qui electus eſt, ipſam accipiat; cum qua ante nos, noſtroſque ſucceſſores veniens, conſecretur gratis. Si autem nos, noſtrique ſucceſſores, iniqua percuſſi cupidine, gratis hoc facere noluerimus, tunc liceat præfato Abbati ire, & conſecrare ſe, quocumque ſibi placuerit. Similiter faciat de Eccleſiis, quæ Deo annuente ibidem conquiſitæ fuerint, ſeu presbyteris, diaconibus, omnibuſque Eccleſiæ Chriſti gradibus, tamen ſi, ut ſupradiximus, nos, noſtrique ſucceſſores gratis hoc facere noluerimus. Id etiam de ſancto chriſmate ſtatuimus, excepto generali Baptiſmate. Quod ſi inſtigante diabolo, ordinatus Abbas in aliquibus lapſus capitalibus criminibus fuerit, congregatio loci id non conſentiens, poſt ſecundam, & tertiam ammonitionem vicinis Abbatibus ſine mora notum faciat; qui venientes, & ſecus amorem Dei cuncta agentes, zizaniam ſeparare curent a tritico: ſin vero per ſe perpetratum facinus abſcindere, & corrigere non potuerint, adhibeantur fideles etiam loci in teſtimonium. Quod ſi nec poſt horum admonitionem omnium ſe correxerit, ſed potius in ſua malitia perduraverit, tunc cum ſupradictis fratribus, & Abbatibus ſeu ſecularibus loci ductus ante præſentiam tam noſtram, quam noſtrorum ſucceſſorum non aliter quam in ſancta conſtituta ſynodo, id, quod rectum fuerit, judicetur. Iſtum autem honorem noſtræ acquiſivimus matri Eccleſiæ faciendum, cum ab eodem præfati loci Abbate, ut Pontifice a ſua conſecratione remeante ſumpto idem Abbas cereo trium librarum ceræ habens per unamquamque libram uncias duodecim, & unaquæque uncia pondus viginti duorum denariorum Papenſium deferens, ponat ante altare S. Dei Genitricis, aut in manu Epiſcopi. Inſuper quando anniverſarium dedicationis illius adveuerit Eccleſiæ, canonicis noſtræ matris Eccleſiæ cum proceſſione illic adventantibus recipiantur. Septimanariis vero, ſcilicet Presbytero, Diacono, Subdiacono, Acolytho, Oſtiario, decenter adminiſtretur cibus corporeus ſecundum conſuetudinem monachorum. Ad conſecrationem etiam altarium, ſeu Eccleſiarum dabuntur pro Epiſcopi jam dicti refectione, porci valentes quatuor ſolum, & modium unum frumenti, pulli viginti, quatuor congia vini, atque unam libram piperis. Si vero, quod futurum eſſe non credimus, nos, vel noſtri ſucceſſores, ſeu qualibet magna, vel parva perſona hanc noſtram decreti paginam pie a nobis actam perrumpere tentaverint, aut eam quovis ingenio frangere quæſierint, ſciant ſe incidere ſententiam Ananiæ, & Saph. eandemque mortem perferre in anima, quam pertulerunt in corpore. Sint inſuper colligati horrendi anathematis vinculo, veniatque ſuper illos illa maledictio, quam Pſalmiſta de Juda traditore Domini noſtri, ejuſque ſequacibus decantat. Fiant dies ejus pauci, & honorem illorum accipiat alter &c. quæ pertinent catholicæ Eccleſiæ inimicis. Componant etiam, quod multum eſt, pœnam centum librarum de cocto auro, medietatem cameræ D. Imperatoris, & medietatem ſupradictæ Eccleſiæ, decreto a nobis ſancito perenniter permanente. Nec liceat mihi Dionyſio Placẽtinæ ſedis Epiſcopo nolle, quod volui, ſed quod a me ſemel decretum, & confirmatum eſt, inviolabiliter permaneat fixum, in melius ſemper roborandum. unde propria illud confirmamus manu; cæteris noſtræ canonicis Eccleſiæ corroborandum, & confirmandum tradimus.

Actum anno Dom. Incarn. * 1056. *Imperante D. & glorioſiſſimo Imperatore Henrico filio Conradi Cæſaris Auguſti anno 8. Pontificatus autem reverendiſſ. Præſulis Dionyſii anno 7. & indict. 9. 3. Non. Decemb.* * 1055. à Nativ. Dom.

Ego Dionyſius Epiſcopus.
Ego Tuſiſandus Archipresb.
Ego Conſtantinus Sacerdos &c.

Ad Dionyſium vero extat epiſtola Gregorii VII. Papæ lib. 2. Ep. 26. & lib. 3. Ep. 54. * Obiit Dionyſius eodem anno 1077. die 20. Septembris, ut in Calendario citato. MLXXVII. *die 20. Septemb. Qui miſeris fovit, Præſul Dionyſius obiit. Qui dedit huic Eccleſiæ villam S. Proſperi, & braidas Pletoli, & quicquid habemus in Vejola.* * Ex App. tom. 5.

40. MAURITIUS Placentinorum Antiſtes adlectus eſt an. 1077. ſedit an. 12. XL.

41 S. BONITIUS, quem Berthol. in chron. Bonizzonem appellat. Hic cum libertatem Eccleſiaſticam contra Henricum, Cadolaumq; Pſeudo XLI.

pon-

pontificem ſtrenue propugnaret, de Sutrina ſede, unde primum jus divinum dicebat, impio Imperatore jubente, deturbatus eſt. Deinde cum plura, ærumnoſaque mutaſſet exilia, perveniſſetque Placentiam, ibi a catholicis ejuſdem civitatis eſt dictus Epiſcopus, dimicanſque cum impietate, ac factioſis ſchiſmaticis, primum eſt carcere maceratus, poſtea truncatis membris, atque exoculatus, prope S.Domninum nobili eſt coronatus martyrio ſexto menſe quam Placentinam Eccleſiam cœperat adminiſtrare, an.1089.die 14. menſis Julii: ejus ſacrum corpus Cremonam delatum, ibidem exceptum tumulo eſt, apud S. Laurentium, ubi hæc ſubjecta carmina inciſa leguntur.

Nobile depoſitum tibi clara Placentia geſſit
Antiſtes Bonizzo, Chriſti pro nomine martyr,
Septima bis Julii hunc lux collegit in urna.

XLII. 42. VINDICIUS a Gallus ab Urbano II. Placentinus Antiſtes creatus an. 1091. (,, *Anno vero* ,, *1092. ſubſcripſit inſtrumento publico rogato Placentiæ a Gezone Notario ſacri Palatii die* 10. *Aprilis* ,, *Indict.xv.his verbis*: Vvinricus Placentinus Epiſcopus interfui. *Nec ulterior de eo reperiri potuit memoria*. Campius.)

a Al. Vinricus.

43. VUTARIUS b Gallus eandem obtinuit dignitatem an. 1092.

b Hic idem cum ſuperiori.

XLIII 44. ADDO, ſive Aldus eadem dignitate fulſit 1096. Hunc a conſiliis habuit Imperator Henricus. Cæterum dum Addo Placentinis præeſſet, Urbanus II. Pontifex Claramontem in Galliis profecturus, Placentiam venit, ibique, ut Baronius narrat in Annalibus, Concilium habuit. Cumque aliquando Pontifex apud S.Mariam de Campania vetuſtiſſimæ pietatis templum ſacris operaretur, ut Deus incepta Concilii bene verteret, jamque præfationem offerret, repente ex inſtinctu divino in illa dulciſſima verba populo demirante prorupit: *Et te in veneratione beatæ Mariæ Virginis laudare, benedicere, & prædicare. Quæ & unigenitum tuum ſancti Spiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanente huic mundo lumen æternum effudit Jeſum Chriſtum dominum noſtrum*. Quam poſtea præfationem ſancti Spiritus conſolatione repletam univerſalis Eccleſia & ſancte retinuit, & decantat ſuaviter. Pontifex autem Eccleſiam illam pluribus, ac ampliſſimis indulgentiis exornavit. Præſens fuit Addo tractatui Henrici V. Imp. de reſtitutione jurium S. Romanæ Eccleſiæ anno 4. Paſchalis II. Papæ. Interfuitque conſecrationi Januenſis Eccleſiæ anno 1118.die 18.Octob. Vitam liquit circa an. 1122.

XLIV 45 ARDUINUS, Placentinus, Monachus, & Abbas S. Sabini ad patriæ ſedem ſubvectus eſt an. 1122. Hujus Epiſcopi temporibus, ejuſdemque ope, & conſilio S.Bernardus primus Claræ vallis in Gallia Abbas inſigne cœnobium S. Mariæ de Columba, cui primæ Claræ vallis nomen fecit, in agro Placentino quinto decimo ab ea urbe, tertio a Julia Fidentia lapide ædificavit, ſuiſque Ciſtercienſibus attribuit anno 1135. Locum, fundumque ad cœnobium inchoandum clerus, populuſque Placentinus Arduini Epiſcopi precibus liberaliter dono dedit eodem anno, ut inſcriptio ſupra fores Eccleſiæ in marmore exarata legentibus proſtat in hunc modum.

Arduinus Placentiæ Epiſcopus Clerus ac multi nobiles obnixe ſanctum deprecantur Bernardum, ut fundo, ac aliis bonis ab eis acceptis ad divinas laudes perſolvendas, Ciſtercienſe hoc ædificet Cœnobium anno M. C. XXXV.

Donationis monumentum apud Columbanum Archivium extat tenoris ſequentis.

Die Dominica, id eſt 5. die menſis Aprilis, inſpirante divina clementia, Placent. tam clero quam populo majoribus, & minoribus Placentinæ civitatis plena, & evidente concione decretum fuit dare monaſterio Claravallis, ſito in curia Baſilica ducis in loco, qui dicitur ſanctum Michaelem, ut quicunque habent terram ibi adjacentem, & maſſariam laboratæ terræ precio quinque librarum Melanenſium, incultæ vero, ſive ſit pra-

A *tum, ſive nemorum precio quinquaginta ſolidorum Melanenſium, aut tantam terræ, quæ poſſit haberi ſupraſcripto precio. Statutum quoque eſt, ut a villa, quæ dicitur Budiro, & a villa, quæ dicitur Senus, nullus homo maſculus, ſeu fœmina habitaculũ habeat. Actum eſt hoc prædicta die in præſentia D. Arduini Epiſc. & maximæ partis ſeu cleri, & conſulũ, ſcilicet Verimachi, & Abriæ, qui vocatur Crorellus, & totius populi anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1136. Indict. 14.*

Ego Azo Notarius ſacri Palatii juſſione ſupraſcripti D. Arduini Epiſcopi, & conſulum hoc breve ſcripſi & interfui.

Arduini vero Epiſcopi donatio, quæ monachis locum, aliaque juxta confirmat, extat ibidem in hunc modum in autographo.

Arduinus ſanctæ Placentinæ Eccleſiæ Epiſcopus licet indignus.

Omnibus ejuſdem Eccleſiæ in Chriſto filiis præſentibus, & futuris hunc noſtræ devotionis ſtatutum notum fieri volumus, ut & ſucceſſores noſtri, quod juſtum eſt B *facere ſtudeant, & quæ auctoritate S. R. Eccleſiæ, & ſanctorum Patrum reperitur geſtum, inconcuſſum in æternum permaneat. Ad officium namque Pontificis pertinet ſanctorum, atque religioſorum virorum ſocietatem deſiderare, & eorum devotioni plenam reverentiam afferre. Ea propter noſtrum chariſſimum in Chriſto fratrem Bernardum S. Claravallenſis congregationis religioſiſſimum Abbatem obnixis precibus deprecantes, ut religioſiſſimos fratres ejuſdem cõgregationis, atque ordinis, qui in noſtro Epiſcopatu cœnobium fundarent, nobis concederet, & ipſe noſtro affectui poſtulationis, piæ voluntatis, ut pius pater adquievit, & religioſiſſimos fratres nobis conceſſit. Quibus ſupra memoratis in Chriſto fratribus præſentibus, atque canonice ſubſiſtentibus in loco, qui olim Caretum dicebatur, nunc Columba nominatur, omnium terrarum decimas, quas propriis manibus, vel ſumptibus excoluerint, pro ſalute animæ noſtræ, prædeceſſorumque noſtrorum offerimus, atque donamus. Præcipimus etiam, ut nullus ab eiſdem decimas exigat, nec ſuſcipere audeat. Decernimus quoque,* C *atque ſancimus, ut ſi quis juris noſtri Epiſcopii terras fordi libellario, vel ad centum reddendum poſſidet, & exinde ſupra memoratæ ſanctæ congregationis pro ſalute animæ ſuæ, & noſtræ prædictorum noſtrorum aliquid offerre voluerit, vel venditionis nomine dare voluerit, ex Dei parte, & noſtra liberalitate offerendi, & vendendi habeant. Addimus etiam quædam, quæ notari duximus eſſe digniſſima, videlicet, ut a loco, qui dicitur Baroſtella, uſque Sculum, & a Sculo uſque Florentiolam, & a Florentiola uſque Bortium nulla Eccleſia conſtruatur, nulla ſecularis domus prorſus ædificetur. Si quæ vero Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona contra hujus noſtræ conſtitutionis chartam cognoſcẽs ire voluerit, niſi ſuam temeritatem congrua pœnitentia correxerit, a corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti remota permaneat, & uſque in extremo judicio diſtrictæ ſubjaceat ultioni: conſervantes hoc omnipotentis Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæque Mariæ, atque Juſtitiæ Virginis, & omnium ſanctorũ gratiam conſequãtur.*

D *Ego Arduinus Epiſcopus ſubſcripſi.*
Ego Joannes Præpoſitus ſubſc.
Ego Joannes presb. ſubſc.
Ego presb. Marcus ſubſcripſi.
Ego Matemus presb. ſubſcr.
Ego Otho diaconus ſubſcr.
Ego Albertus diaconus ſubſcr.
Ego Joannes Magiſter ſcholarum ſubſc.
Ego Oddo presb. ſancti Antonini ſubſcr.
Ego Cataldus presb. ſancti Antonini ſubſcr.
Ego Ubertus ſancti Antonini diac. ſubſcr.
Ego Federicus ſubſcr.
Ego Joannes ſubdiaconus ſubſc.
Ego Otho Acolythus ſubſc.
Ego Tedaldus Acolythus ſubſcr.
Ego Azzo Archipresb. Capellanorum ſubſcr.
Ego Germanus Præpoſitus Eccleſiæ ſanctæ Brigidæ ſubſcripſi.
Ego Gotardus peccator ſacerdos S. Joannis Præpoſitus licet indignus juſſu D. mei Arduini Epiſcopi hanc

in-

inſtitutionis paginam dictavi Dom. Incarn. anno 1136. *Indict.* 14. *tertio Idus Aprilis, & manu propria ſubſcr.*

Sequenti anno, qui fuit 1137. Innocentius Papa II. cenobium in ſuam recepit protectionem, & quidquid ad illud pertinebat, tali diplomate, quod adhuc extat in eodem tabulario.

INNOCENTIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei.

Chariſſimo in Chriſto filio Bernardo Clarevallenſi Abbati, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in loco, qui Columba dicitur, & Carettum antiquitus vocabatur, quiq; in Placentino Epiſcopatu ſitus eſt, in perpetuum. Pia poſtulationis voluntatis affectu debet promovere complem. quatenus devotionis ſingularitas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quamobrem chariſſime in domino fili Bernarde Abbas tuis precibus annuentes monaſterium, quod in loco, qui Columba dicitur, ſitum eſt, Apoſtolica ſedis privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quacumque bona idem totus in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pōtificum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, fratribus, qui ibidem pro tempore fuerint, firmiter in perpetuum, & illibata permaneant. In quibus hac ſpecialiter duximus adnotanda. Omnes videlicet terras illas, quas illuſtr. vir Pallavicinus marchio, & nobilis ſignifer Placentia civitatis, ſive alii boni viri, eidem loco devotionis intuitu, contulerunt, quas nimirum ejuſdem loco fratribus quietas, & liberas jure perpetuo permanere, & ab omni ſeculari exactione remotas fore ſancimus. Et quoniam communem vitam degentes de aliorum eleemoſynis, & beneficentia debent vivere, conſtituimus, ut de laboribus, quos fratres ipſius Monaſterii propriis manibus, aut ſumptibus excolunt, nullus ab eis decimas exigere, nec ſuſcipere audeat. Decernimus etiam, ut a villa, qua Senna dicitur, uſque Bundium, ſeu infra alios terminos à venerabili fratre noſtro Arduino Epiſcopo, nec non à clero, & populo Placentino ſpecialiter deſignatos, nulla Eccleſia quolibet tempore conſtruatur, nullaque ſecularis habitatio prorſus fiat. Nulli ergo hominum fas ſit idem monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur uſibus fratrum ibidem Domino famulantium profutura. Si qua ſane Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtra conceſſionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui periculum patiatur, & a ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei, & D. N. J. C. aliena ſit, atque in extremo examine diſtricta ſubjaceat ultioni. Conſervantes autem hac omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus gratiam conſequantur. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholica Eccleſia Epiſcopus ſubſ.

Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſc.

Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſcr.

Ego Lucas presb. Card. tit. SS. Joannis, & Pauli ſſ.

Ego Bernardus presb. Card. tit. S. Chryſogoni ſſ.

Ego Ivo diaconus Cardin. S. Maria in Aquiro ſſ.

Datum Piſis per manum Americi S. R. E. diac. Card. & Cancellarii 7. *Id. Feb. Ind.* 15. *Incarn. Dom. an.* 1137. *Pontific. vero D. Innocentii Papa* II. *anno* 7.

Marchio Pallavicinus, de quo in diplomate Innocentii, tanquam Cœnobii ſingulari benefactore mētio habetur, Obertus fuit, ut in chartulario ejuſdem cœnobii. *Confinia, qua Obertus Pallavicinus marchio una cum uxore, & filiis, & Conradus Cavalcabovem marchio cum uxore ſua de terris ſui juris pro remedio animarum ſuarum venerabili Monaſterio S. Maria de Columba conſilio ſuorum hominum, & aliorum bonorum virorum conceſſerunt, & ſuis propriis manibus poſuerunt, & ponere fecerunt, atque in chartis, quas præfato monaſterio fecerunt, ſubſcripti ſui munimine, roboraverunt an. Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti* 1136. Hic ille Obertus eſt, cujus familia ab antiquo Longobardorum ſeculo, longa ſerie deducta, ad

A noſtram uſque ætatem pervenit. Exceſſit vero Obertus an. 1147. nobili marmoreo tumulo ſepelitur prope fores Columbani cœnobii abſque ulla prorſus inſcriptione.

Cæterum Arduinum Epiſcopum novæ cathedralis fundamenta jeciſſe hæc carmina produnt.

Centum viceni duo Chriſti mille fuere
Anni, cum cœptum fuit hoc laudabile templum.

Excepit autem hoſpitio Arduinus Placentiæ Callixtum II. Pontificem, qui novam Cathedralem Eccleſiam ejuſdem civitatis conſecravit 14. menſis Octobris, S. Callixti celebritate inſigni. Fato functus eſt Arduinus 1147. Sepultuſque eſt apud S. Sabinum, cujus tempore natalitia S. Raymundi Placentini, cujus vitam Petrus Maria Campius enarravit, inſigniter nobilitarunt.

46. JOANNES Monachus, & Abbas S. Mariæ de Columba Ordinis Ciſtercienſis, quem noviter XLV.
exſtructo cœnobio S. Bernardus præpoſuerat, ita fama virtutum populum Placentinum impleverat, ut
B Arduino defuncto, ab eodem clero, & populo vocaretur ad ſedem an. 1147. ejuſdemque electionis confirmationem ab Eugenio III. per nuncios poſtularunt. Verum Eugenius, ante Ravennatem Archiepiſcopum auditum, cum quo de eorum confirmando Epiſcopo controverſia erat, confirmationem, niſi ſalvo jure Archiepiſc. non cenſuit concedendam, eamque rem ad ſe traxit Pontifex, & Moyſi deinde iis literis ſignificavit, ut Rubeus refert libro 5. hiſt. Raven.

EUGENIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Moyſi Ravennati Archiepiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia de fraternitatis tua devotione confidimus, ſtatum noſtrum tibi duximus intimandum. Hoc ſiquidem & fratres noſtri miſeratione divina incolumes ſumus, & poſtquam concilium de provinciis Ciſalpinis, auctore Domino, celebravimus, per Apoſtolicam gratiam multorum correctis exceſſibus, & in eodem concilio, qua ad
C *honorem domini ſtatuenda fuerant, conſtituimus, ad Italiam redire diſponimus. Caterum dilectioni tua nec moleſtum, nec volumus eſſe incognitum, quod Placentine Eccleſia electionem, ſalvo jure tuo, auctoritate Apoſtolica, confirmavimus: unde jampridem per noſtra ſcripta te duximus pramonendum, & id ipſum, & præſentibus mandatis Epiſtolis, quatenus in proxima B. Luca feſtivitate, ut de illa controverſia plenius cognoſcamus, cum ſuis monumentis & rationibus, noſtro te conſpectui repræſentes. Placentini ſiquidem, ſicut nobis promiſere, ad præfinitum terminum venient, noſtris mandatis obtemperare parati. Aſſerebant ſiquidem, quod quamdiu Placentina fuit deſtituta Paſtore, nullus eſſet, qui pro eadem Eccleſia ſtaret in cauſa. Praterea tam ipſa, quam tota civitas innumera incurrebant detrimenta.*

Dat. Rhemis 4. *Kal. Aprilis.*

Extat Epiſtola venerabilis Petri Cluniacenſis ad Eugenium ſcripta intercedentis pro Eccleſia Placentina, & electo Epiſcopo, ut non indigeret Ra-
D vennatis Archiepiſcopi confirmatione. *Placentinus* (inquit) *clerus, conſules, & populus, quia benigne paternitati veſtra ad præſens diſplicet multum, & multum* (*placare ſuper omnia qua in terris ſunt volens*) *elegit me velut advocatum ſibi; ſperans quod mediante me preces ſua apud Patrem facilius admittantur, & fortaſſis etiam exaudiantur.* Et paulo inferius, loquens de Placentinis, queis metropolitanus Ravennas pro Epiſcopo confirmando objectus foret: *Ad hac ille* (inquit) *metropolitanus noſter, non Ravennas, non Aquilejenſis, non quilibet alter, ſed Romanus Pontifex eſt. Probamus hoc innumeris teſtibus; probamus, Placentinum electum, a multis retro ſeculis, a ſummo, & univerſali Præſule, non ab alio conſecratum, &c.* Hæc Petrus pro conſecratione Joannis. In Italiam vero reverſus Eugenius Placent. controverſiæ, quæ illi cum Archiepiſcopo Ravennati erat, impoſuit finem, & ne deinceps (ait Rubeus) dubitari poſſit, diplomate rem omnem teſtatus eſt, quod

Digitized by Google

hic apponendum integrum duximus, ita uti adhuc in tabulario extat.

EUGENIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Moyſi Ravennati Archiepiſcopo, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii noſtri Placentini canonici obeunte venerab. fratre noſtro Arduino, bona memoria, Epiſcopo, dilectum filium noſtrum Ioannem Abbatem de Columba, in patrem ſibi, & Epiſcopum elegerunt, & ut ipſa electio firmitatem, auctoritatis noſtra munimine, ſortiretur, cum eſſemus Altiſiodori, per nuncios ſuos humiliter poſtularunt. Nos vero Ravennati Eccleſia tamquam ſpeciali filia noſtra ſuam juſtitiam conſervare volentes, eorum petitiones tunc non duximus admittendas. Poſtmodum vero iidem filii noſtri apud Trevirim, noſtro ſe conſpectui praſentantes, id ipſum a nobis inſtantius petierunt, aſſerentes, poſſeſſiones Epiſcopatus, & bona, niſi firmaretur electio, devaſtari nimium & conſumi, & nullam eſſe perſonam, qua ſibi ſuper hoc, & Ravennati Eccleſia reſponderet; cum multas rationes dicerent ſe habere, pro quibus Placentini electi a Ravennati Archiepiſcopo conſecrationem ſuſcipere non debebant. Nos itaque neceſſitatibus Placentina Eccleſia paterna charitatis debito proſpicere cupientes, electionem ipſam in omnibus, ſalvo jure Ravennatis Eccleſia, confirmamus, & ipſi Eccleſia Placentina, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut proxime praterita S. Luca feſtivitate, noſtro ſe conſpectui praſentaret, ſibi reſpondere, & qua juſtitia dictaret, exequi praparati. Cum autem apud Papiam pervenimus, praſentibus dilecto filio noſtro electo, & clericis Placentinis, tu frater Archiepiſcope humiliter poſtulaſti, ut inſtrumenta, & rationes Ravennatis Eccleſia attentius audiremus, ut ipſi canonicum finem imponeremus. Nos vero eas uſque ad terminum utrique parti praſixum, audire diſtulimus, & tam tibi, quam alteri parti dedimus in mandatis, ut memorato termino, omni ſepoſita occaſione, ad noſtram praſentiam veniretis. Cum igitur praſixo termino, idem electus per ſe, aut per reſponſales, qui ſufficienter rationem oſtenderent, ad noſtram venire praſentiam contempſiſſent, privilegiis predeceſſorum noſtrorum, felicis memoria, Gelaſii, Calliſti, Honorii, & Innocentii Romanorum Pontificum, & ſcriptis eorum, & noſtris diligenter inſpectis, in quibus continebantur pracepta, ut memoratus frater noſter, bona memoria, Arduinus Epiſcopus Ravennati Archiepiſcopo, tamquam metropolitano ſuo, humiliter obediret, communicato fratrum noſtrorum conſilio, judicavimus, ut Placentinus electus, & illi qui ſuccedent, a te, frater Archiepiſcope, & a ſucceſſoribus tuis, tanquam a ſuis metropolitanis, conſecrationem ſine contradictione ſuſcipiant, & eis de catero ſubjectionem, obedientiam, & reverentiam, tamquam proprio metropolitano, abſque moleſtia difficultatis exhibeant, ſalva in omnibus Apoſtolica ſedis auctoritate. Si quis autem hujus noſtra deffinitionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione condigna emendaverit, clericus Eccleſiaſtico beneficio, laicus vero Chriſtiana communione privetur, &c.

Ego Eugenius Catholica Eccleſia Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus
Ego Hubaldus presb.card.tit.Ss.Jo. & Pauli.
Ego Gilibertus indignus ſacerdos tit. S. Marci
Ego Guido presb.Card.tit.Ss.Laurentii, & Damaſi.
Ego Julius presb.Cardinalis tituli S.Marcelli.
Ego Guido presb.Card.tit. S. Paſtoris.
Ego Octavianus diac.Card.S.Nicolai in Carc.Tul.
Ego Gregorius diac. Card.S. Angeli.
Ego Joannes diaconus Card. S. Maria Nova.
Ego Hyacinthus diac.Card.S. Maria in Coſmedin.

Datum Piſis per manum Guidonis diac. Cardin. & Cancell. 4. Id. Novemb. Ind. 12. Incarn. Dom. an. 1149. Pontificatus vero D. Eugenii Papa. 3. an. 5.

Biennio poſt, qui fuit annus 1151. Placentinis in judicio victis a Ravennatibus, ac pro his contra illos per Eugenium, ut vidimus, ſententia lata, Moyſes Archiepiſcopus Nonis Julii Joannem Epiſcopum deſignatum conſecravit. Is autem Epiſcopum fidelem ſe fore, & obſequentem Eccleſiæ Ravennati, ejuſque Archiepiſcopis, ſacris contactis Evangeliis, ad altare reliquiarum in Urſiano templo juravit. Adfuere Henricus Cymaclenſium, Petrus Cervienſium, Gregorius Adrianorum, Ubertus Bononienſium, Drudus Forolivienſium, Oddo Cæſenatium Epiſcopi. Paucis poſt diebus has a Pontifice Moyſes accepit litteras.

EUGENIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Moyſi Ravennati Archiepiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quod venerabilis frater noſter Jo. Placentinus Epiſcopus pro ſedis Apoſtolica obedientia & reſtitutione Ravennat. Eccleſia immenſis periculis ſit expoſitus, fraternitas tua indubitanter agnoſcit. Dignum eſt igitur, ut in anguſtiis & vexationibus ſuis, quas pro Eccleſia ſua ſuſtinere dignoſcitur, fraternum ei ſolatium debeas exhibere: ideoque per praſentium tibi ſcripta mandamus, monemus, & exhortamur in Domino, ut eidem fratri noſtro in ſuis neceſſitatibus debita benignitate provideas, & charitatis viſcera ſibi fraterna aperias, ne tu de nimia duritia reprehendi rationabiliter debeas, & eum ad tuam obedientiam ſe humiliaſſe pœniteat.

Dat. Signia 5. Kal. Auguſti.

Adminiſtravit Joannes hanc Eccleſiam uſque ad an. 1155. monaſticæ tranquillitatis cupidus, miſſione obtenta, intra Columbani clauſtri ſui ſepta religioſe & quiete in ſenectute bona vitam finivit die 15. Martii. Ibidemque ante fores Eccleſiæ in marmoreo tumulo ſepelitur, prope Obertum Marchionem Pallavicinum veterem amicum nulla inſcriptione ſuperaddita. De Joanne nonnulla refert Petrus Maria Campius in vita S. Franchæ Abbatiſſæ, & Angelus Manriquez Epiſcopus Pacenſis tom. 2. Annal. Ord. Ciſtercienſis cap. 4. ad an. 1148. nu. 3. & cap. 7. n. 10. ad an. 1151. de quo etiam frequens mentio in monumentis Columbani cœnobii, ubi vir ſcientia, morumque probitate illuſtris declaratur; aſſeriturque è Galliæ monaſterio Claræ vallis a B. Bernardo ad fundandum cœnobium una cum aliis duodecim monachis vocatus, primus Abbas effectus poſt Bernardum, plura ſuæ pietatis poſteris monumenta reliquiſſe.

47. HUGO Romanus, Anacleti II. Antipapæ nepos, filius Hugutionis filii Petri Leonis, vir nobilitate, literis, ac prudentiæ laude inſignis in locum XLVI
Joannis a Placentinæ Eccleſiæ Clericis, qui tunc Romæ verſabantur, auctoritate Adriani IV. Pontificis Epiſcopus Placentinus electus eſt an. 1155. ut ex diplomate ejuſdem Adriani, e tabulario Placentino deſumpto lubet videre, quod eſt hujuſmodi.

ADRIANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis univerſo clero, & populo Placentino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum Eccleſia Placentina pro ſtatu ſuo relevando apud ſedem Apoſtolicam diutius laboraſſet, & adverſus Epiſcopum ſuum ſuper quibuſdam depoſuiſſet in audientia noſtra querelam nos eum de communi fratrum conſilio diſtricte ad rationem ponere, & de objectis diligenter ipſum, ac ſollicite ſtuduimus convenire. Ille autem ſuo labori parcere, & quieti, atque tranquillitati volens intendere, in praſentia noſtra Placentina abrenunciavit Eccleſia. Nos vero participato fratrum conſilio dilectis filiis noſtris clericis, & laicis civitatis veſtra, qui pro eodem negotio à vobis fuerant deſtinati, aliquam perſonam honeſtam, idoneam, litteratam, & qua in nullo eſſet a ſacris canonibus reſpuenda, liberam conceſſimus facultatem in Epiſcopum eligendi. Qui juxta quod de ſuperna providentia majeſtatis alio, & ſecreto conſilio eis fuit cœlitus inſpiratum, chariſſimum filium noſtrum nobilem, diſcretum, idoneum, honeſtum, & litteratum clericum, Hugonem videlicet filium Huguntionis filii Petri Leonis, unanimiter convenerunt, & eum in Placentinum Epiſcopum elegerunt. Quem licet inviti, & multa precum inſtantia fatigati, quia cum

ne-

Digitized by Google

neceſſarium, & utiliſſimum S.R.E. volebamus circa nos retinere, vix eis tandem conceſſimus, & electionem ipſam aſſentientibus fratribus noſtris auctore Domino confirmavimus. Porro ejuſdem dilecti filii noſtri Hugonis electi veſtri, & nobilium parentum ſuorum, quorum conſilio, & auxilio Romana Eccleſia potiſſimum ſuſtentatur, & ab hoſtium impugnatione defenditur, precibus, & poſtulationibus inclinati vobis quoque, & Eccleſiæ veſtræ deferre volentes, ipſam Eccleſiam in eundem ſtatum, in quo tempore bo. mem. Arduini Placentini Epiſcopi fuiſſe dignoſcitur, Apoſtolica auctoritate reduximus. Nihilominus etiam ad preces eorundem filiorum noſtrorum a memoratis civibus veſtris jurejurando recepto, quod rapinam, pro qua terra veſtra fuerat interdicto ſubjecta, Placentini cives nullatenus commiſerunt, & in raptores illos nullam vos juriſdictionem ſpiritualem, vel temporalem conſtat habere; vos, & civitatem veſtram a debito interdicti abſolvimus, & omnia divina officia vobis de cætero concedimus celebrare. Amodo igitur veſtra intererit prædictum filium noſtrum Hug. Electum veſtrum, cui veſtrarum cura commiſſa eſt animarum, ita benigne, & honeſte recipere, atque magnifice honorare, ita etiam debitam in omnibus ei reverentiam & ſubjectionem impendere, quod & nos de tanta miſericordia ſola gratia vobis exhibita non debeat pœnitere, & ipſe devotionem veſtram, & ſtudium in hac parte veraciter valeat commendare.

Datum Romæ apud S. Petrum V. Id. Januarii.

Eodem anno 1155. Adrianus ipſe ſolemniter Hugonem conſecravit Epiſcopum, eundemque Placentini Epiſcopatus Prælatis commendans cum Apoſtolica benedict. iis litteris ad illos tranſmiſit.

ADRIANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis univerſis Præpoſitis, Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Plebanis, Capellanis, & aliis Eccleſiarum Prælatis Placentini Epiſcopatus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Tribulationes, & anguſtias Placentinæ Eccleſiæ miſericordiæ oculis intuentes, ejus ſumus calamitatibus miſerti. Et ideo chariſſimum filium Hugonem virum utique prudentem, nobilem atque induſtrium, quem dilecti filii noſtri nuncii veſtri in Placentinum Epiſcopum elegerunt, vobis conceſſimus, & ipſum noſtris tamquam B. Petri manibus in Epiſcopum Placentinæ Eccleſiæ ſtuduimus conſecrare. Ad vos itaque eundem fratrem noſtrum cum plena gratia ſedis Apoſtolicæ tranſmittentes univerſitati veſtræ duximus attentius commendare, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ad perſolvendum debita, quibus commiſſa ſibi Eccleſia nunc temporis dignoſcitur aggravari, ita ei manus veſtri auxilii porrigatis, ut & ipſe devotionem veſtram atque munificentiam ſentiens vos ſemper habere valeat chariores, & nos de veſtra devotione, quam erga eum habere viderimus, poſſimus merito congaudere. Adhac nihilominus vobis mandamus, quatenus jam dictum fratrem noſtrum propenſius honorantes ſicut patri, & animarum veſtrarum Epiſcopo debitam ipſi ſtudeatis obedientiam, ac reverentiam exhibere, ut & vos videamini, quod veſtrum eſt, in omni humilitate, atque patientia adimplere, & ipſe pro veſtra poſſit ſalute, ac debeat eſſe ſollicitus, & illam vobis proviſionis curam impendere, quam ſpiritualis pater de bonis filiis habere ſemper in animo conſuevit.

Datum Romæ apud S. Petrum 4. Nonas Martii.

Hic ille Hugo eſt, Hugutionis Cardinalis S. Angeli, inde presbyteri tit. S. Clementis, patruus, quem Alexander III. in Senonenſi concilio (amoto Ymaro) Epiſcopum Card. Tuſculanum creavit an. 1164. ſimulque cum Placentina Tuſculanam rexit Eccleſiam ad mortem uſque, ut pluribus monumentis, quæ extant in Archivio S. Antonini videtur, quorum notas nobis tranſmiſit noſter Petrus Maria Campius. Inter cæteras ejuſdem Alexandri epiſtolas, duæ reperiuntur, quibus Hugonis dignitas recenſetur, ita ad conſules Placentinos: *Referente nobis dilecto filio Hugone ſubdiacono noſtro cognovimus, quod Fulco civis veſter vicedominatum ſuum contra conventionem inter piæ memoriæ Hugonem quondam Placentinum, & Tuſculanum Epiſcopum, & fratres ipſius interpoſitam præſumpſerint invadere, & homines ad ipſum pertinentes explorare &c.* In alia vero ad Theobaldum Epiſcopum, ita loquitur: *Tandem prædeceſſor tuus bonæ record. Hugo, qui fuit poſtmodum Tuſculanus Epiſcopus, eis præſcriptam decimam pro ſua voluntate ſubtraxit &c. Datum Anagniæ 6. Id. Aprilis.* Romæ deceſſit an. 1166. in veteri nota: *Iſte Hugo venit in Placentiam primo Maji 1155. & die Jovis ſancto 11. Kal. Maji 1166. obiit Romæ.* De familia Perleonia legendum chronicon Morigniacenſis monaſterii lib. 2. ad annum 1129. quod extat in quarto tom. hiſtor. Francorum; ubi originem ejuſdem longe diverſam invenies ab iis, quæ circumferuntur a quibuſdam ex noſtris neotericis.

48. THEOBALDUM a deinde Mediolanenſem Alexander III. delegit anno 1167. cujus temporibus S Franca ex Ordine Ciſtercienſi Abbatiſſa Placentiæ nata eſt, é nobili Vitæ Altæ Comitum familia, cujus admirandas virtutes Rothlandus monachus Morimundi diœceſis Mediolanenſis ejuſdem ordinis, atque hac noſtra ætate Petrus Maria Campius enarrarunt. Deceſſit Theobaldus anno 1192. ſepultuſque eſt in cathedrali. Hic S. Sixti corpus tranſtulit in Eccleſiam ejuſdem nomini conſecratam an. 1185. ut hæc ſequens memoria prodit. XLVII

a Al. Theobaldum II

Hoc eſt S. Sixti corpus quod An. Domini MCLXXXV. indict. IV. die 6. menſis Octobris in majori Altari conditum eſt a Theobaldo Placent. Epiſcopo tempore Gandulphi Abbatis reſidente Urbano Papa III. Veronæ, Imperante Federico.

Eodem anno 1185. die 5. Novemb. ſub protectione Epiſcopali ſuſcepit Guidonem vicecomitem Placentinum, Abbatem S. Mariæ de Columba, & ejus cœnobium, iis verbis. *Quoties a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congrue impartiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & beatæ memoriæ Innocentii II. Lucii II. Eugenii III. Anaſtaſii, & Adriani IV. & Alexandri III. Pontificum veſtigiis inhærentes, ad exemplar quoque felicis memoriæ prædeceſſorum noſtrorum D. Arduini, & D. Hugonis Epiſcopi præfatum monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub noſtra protectione ſuſcipimus, & præſenti ſcripti privilegio communimus &c.* Guido ſucceſſit in Abbatia Iſembrando Anguſciolæ Placentino, viro doctrina, pietate, ac prudentia non minus, quam ſanguinis nobilitate illuſtri, qui cum monachum ageret in eodem cœnobio Columbæ, defuncto Hugone Placentino Epiſcopo, a clero in Epiſcopum enixe poſtulatus, maluit intra clauſtri tranquillitatem manere, quam Epiſcopali infula decorari; tandem obedientia cogente, Abbas electus, ibidem defunctus eſt an. 1180. Monachis reliquit librum, quem ſpeculũ Chriſtianorum inſcripſit, ſuæ pietatis, ac doctrinæ nobile monumentum: nec minus ſanctimonia, & doctrina fuit illuſtris Guido ſucceſſor Theobaldi noſtri Epiſcopi, ob morum ſimilitudinem in paucis charus, cujus intuitu Columbanum cœnobium juribus ac divitiis crevit.

Theobaldi temporibus, ejuſdemque gratia Alexander id, quod ſequitur, privilegium S. Sabini cœnobio indulſit.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Savino Abbati monaſterii s. Savini, quod ſecus Placentiam ſitum eſt, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri nos admonet, &c. Eapropter &c. uſque permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In civitate Placentina Eccleſiam s. Mariæ, Eccleſiam s. Victoriæ, & unum hoſpitale cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam s. Bartholomæi, Eccleſiam s. Trinitatis, Eccleſiam s. Ambroſii cũ hoſpitali, Eccleſiam s. Salvatoris, cum quodam hoſpitali, & ſuis omnibus pertinentiis, Curſam Robiani cum

Digitized by Google

duabus Eccleſiis, decimis, & omnibus ad ſe pertinentibus. Quicquid etiam intra caſtrum Arcuatum, & extra poſſideritis, vobis præſenti ſcripto firmamus. Caſtrum Beſentioni cum duabus Eccleſiis, & omnibus ad ſe pertinentibus. In curte Albiani duas Eccleſias cum omnibus pertinentiis. In Pontepuro Eccleſiam s. Martini cũ ſuis pertinentiis. Curiam Paterne cum duabus Eccleſiis. Curiam de Turre cum una Eccleſia, & ſuis pertinentiis. Curiam Conii cum Eccleſia, & aliis, quæ ibi juſte poſſidetis. In Marcia Jannenſi in valle ſcilicet Segeſtina monaſterium s. Victoriæ cum tribus capellis. Quicquid inſuper in Eccleſiis, decimis, rationalibus, diſcretione in monte Arxitio bonæ recordationis Sigifredus Placentinus Epiſcopus veſtro monaſterio noſcitur contuliſſe. In Viſtlano Eccleſiam s. Georgii, & quæcunque alia ibi habetis: curiam Regiani cum Eccleſia s. Savini, & omnibus ad eam pertinentibus, curiam Fabiani, cum Eccleſia s. Stephani, curiam ss. Naboris, & Felicis cum Eccleſia s. Savini, in Tavernaco Eccleſiam s. Mariæ, in curia Fontanæ Petroſæ, Eccleſiam s. Savini, & Eccleſiam s. Gregorii cum aliis omnibus, quæ juſte ibi poſſidetis. In Suprarivo Eccleſiam s. Mariæ cum decimis, hoſpitale de Tretia cum Eccleſia S. Nicolai, Curiam Mozæ cum Eccleſia s. Savini, & omnibus ad ipſam pertinentibus. Decimas quoque vineæ, & Broli Epiſcopi, & alterius vineæ, quæ eſt extra portam s. Antonii, & piſcationes, quas habetis in Pado, a portu portario uſque ad ora rivi frigidi; caſtrum Calenzani cum omnibus, quæ ibidem habetis, capellam s. Savini de Lechi cum cæteris, quæ ibidem habetis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus a vobis decimas præſumat exigere. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel suorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligẽdum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe ſancimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvo nimirum jure illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ad hæc præſenti decreto ſancimus, ut in nocte Natalis Domini more ſolito, & in ſabbato ſancto in introitu miſſæ, & ad veſperas liceat vobis ſecundum antiquam conſuetudinem campanas pulſare. Præſenti quoque decreto prohibemus, ne liceat Epiſcopo Placentino vobis, vel monaſterio, aut Eccleſiis veſtris novas, & indebitas exactiones imponere, vel indebita gravamina irrogare. Prohibemus inſuper, ne cui liceat infra fines parochiæ veſtræ ſine aſſenſu diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Eccleſiam, vel oratorium de novo conſtruere, ſalvis privilegiis, & autenticis ſcriptis Romanæ Eccleſiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. ſalva, &c. ſi qua igitur, &c. Amen.

✝ *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
✝ *Ego Hubaldus Oſtienſis Epiſcopus.*
✝ *Ego Gualterius Albanenſis Epiſcopus.*
✝ *Ego Joannes S. R. E. presb. Card. tit. s. Anaſtaſii.*
✝ *Ego Guillelmus presb. Card. tit. s. Petri ad Vinc.*
✝ *Ego Bozo presb. Card. s. Pudentianæ tit. Paſtoris.*
✝ *Ego Petrus presb. Card. tit. s. Laurentii in Dam.*
✝ *Ego Joannes presb. Card. tit. S. . . . .*
✝ *Ego Oddo diac. Card. s. Nicolai in carc. Tulliano.*
✝ *Ego Cynthius diac. Card. ſancti Adriani.*
✝ *Ego Manfredus diac. Card. s. Georgii ad velum aureum.*
✝ *Ego Hugo diac. Card. s. Euſtachii juxta templum Agrippæ.*
✝ *Ego Vitellus diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.*
✝ *Ego Petrus diaconus Card. s. Mariæ in Aquiro.*

Datum Anagniæ per manum Gratiani S. R. E. ſubdiaconi, & Notarii V. Kal. Aprilis Indict. 6. Incarnat. Dom. anno 1172. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ III. anno 14.

Obiiſſe vero Theobaldum anno 1192. teſtatum lego his verbis in veteri nota Antoniani Archivii, poſtquam ſediſſet in Placentina Eccleſia an. 22. *Theodaldus* (inquit) *primo intravit Placentiam 7. Kal. Julii 1167. & anno 1192. 8. Kal. Junii deceſſit.* Iis adſtipulantur, quæ refert Locatus ex regeſto Placentino: *Anno* (inquit) *1192. Uldrico de Caſtro Arquato, Ruffino Sperono, Rangono de Carrio, Opizone de Porta, & Jacobo Malacorrigia conſulibus, Kal. Julii conſules Placentini inſtante Epiſcopi electione chorum majoris Eccleſiæ ingreſſi contra Archidiaconum, & Præpoſitum in hæc verba proruperunt: Quoniam ad Epiſcopalem electionem intenditis, quæ jure populi conſenſu fieri debet; nos vicem populi in hoc obtinentes, omnibus electionibus, & electioni Epiſcopi potiſſime intereſſe debemus, & volumus, & pronunciationem Epiſcopi nobis ſcientibus, & affirmantibus fieri volumus, quod ſi negaveritis, Romanam curiam appellamus, & ex parte ſedis Apoſtolicæ, ne ultra procedatis, contradicimus.* Nihilominus Archidiaconus, & Præpoſitus, cæterique ſacrati viri ad electionem procedentes ſequentem Ardicium evexerunt ad ſedem.

49. ARDICIUS Placentinus canonicus regularis S. Auguſtini, Præpoſituſque Eccleſiæ SS. Apoſtolorum, Theobaldo ſucceſſit, cujus electionem ratam habuit Petrus Dianus Placentinus diac. Cardinalis S. Nicolai in carcere, in Inſubria Apoſtolicus Legatus, 1192. die 27. menſis Junii. Fato functus eſt anno 1199. de eo etiam in vita S. Franchæ mentio extat. (,, *De ejus obitu in vetuſto Kalendario Archivii Eccleſiæ Majoris Placentinæ hæc ſervatur memoria*: ,, Eodem anno 1192. die Veneris, VI. Calendas Julii in feſto SS. Joannis & Pauli fuit electus in Epiſcopum D. Arditio Præpoſitus Canonicæ XII. Apoſtolorum; qui 1199. die Sabbati 5. menſis Junii ,, obiit in vigilia Pentecoſtes. *Campius*.) XLVIII

50. GRUMERIUS [a] Porta de caſtro Arquato nobilis Placentinus, monachus, & Abbas monaſterii Columbæ Ordinis Ciſtercienſis, Placentinus Epiſcopus adlectus eſt an. 1199 [b]. a Capitulo, & ab Innocentio confirmatus 5. Id. Julii ejuſdem anni, ut in lib. Epiſt. decret. pauloque poſt 8. Id. Novemb. Placentinæ Eccleſiæ jurorum, bonorumque ab eodem Innocentio confirmationem, hoc diplomate recepit, quod extat in Placentino tabulario, cujus tenor talis eſt. XLIX

[a] Seu Grimerius.

[b] In ipſo feſto Pentecoſtes ex citato monumento. Campius.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Grumerio Placentino Epiſcopo ejuſq; ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula divina diſponente clementia conſtituti fratres noſtros Epiſcopos, & illos præcipue, qui honeſtate, atq; religione pollere noſcuntur, debemus ampliori charitatis affectu diligere, & commiſſas ſibi Eccleſias attentius confovere, ut tanto diligentius injunctum ſibi miniſterium peragere ſtudeant, quanto ſe cognoverint apud Romanam Eccleſiam majorem gratiam inveniſſe. Ea propter, venerabilis in Chriſto frater Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Placentinam Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, prædeceſſorum noſtrorum fel. rec. Paſchalis, Adriani, & Alexandri Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, monaſterium S. Savini cum omnibus Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, monaſterium s. Sepulchri cum cellis, & pertinentiis ſuis, monaſterium s. Benedicti, quod olim vocatum eſt s. Marci cum omnibus Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, monaſterium s. Alexandri cum omnibus pertinentiis ſuis, monaſterium s. Gregorii cum omnibus Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, monaſterium s. Syri, quod eſt puellarum, monaſterium de Monte bello cum Eccleſiis & pertinentiis ſuis, monaſterium s. Mariæ de Columba, monaſterium s. Salvatoris de Pulſano cum Abbatum conſecrationibus, & clericorum ordinationibus. Intra civitatem Parmenſem Ec-

Digitized by Google

cleſiam s. Vitalis cum omnibus pertinentiis ſuis. In Parmenſi Epiſcopatu, plebem, quæ vocatur Baſilica Juliane, cum omnibus capellis, & pertinentiis ſuis, Eccleſiam de Gutoma cum omnibus pertinẽtiis ſuis, & Eccleſiam de portu Albere, Plebem de Palatio Apiniani cum omnibus capellis, & pertinentiis ſuis, & capellam Cremæ ad eandem Plebem pertinentem, Eccleſiam s. Mariæ de Columba, Eccleſiam s. Salvatoris de Ponzan. Infra civitatem Placentinam Eccleſiam s. Antonini cum omnibus Eccleſiis, & pertinentiis ſuis, Eccleſiam s. Euſemiæ cum capella, & pertinentiis ſuis, Eccleſiam s. Mariæ in Garicetti, Eccleſiam s. Olderici, Eccleſiam s. Brigidæ, Eccleſiam s. Gervaſii, Eccleſiam s. Protaſii, Eccleſiam ss. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, quæ vocatur s. Salvat. Eccleſiam s. Agathæ, Eccleſiam s. Andreæ, Eccleſiam s. Andreæ de Evaniola, Eccleſiam s. Sylveſtri, Eccleſiam s. Laurentii, Eccleſiam s. Ægidii cum hoſpitali de miſericordia, quod ſibi adjacet, Eccleſiam de Monte s. Chriſtinæ in Parochia de Verrone, Eccleſiam s. Cypriani in Plebatu de Brona, Eccleſiam s. Germani cum hoſpitali ſibi adjacente in Plebatu de Caſtegio. Cætera quoque per Placentinam Parochiam conſtituta Eccleſiæ cum capellis, & decimis ſuis, quæ in præſenti ad jus ejuſdem Placentinæ Eccleſiæ pertinere noſcuntur, ſub tua ſemper, tuorumque ſucceſſorum Epiſcopali proviſione permaneant. Præterea ad exemplar ſuper memorati Paſchalis & fel. mem. Innocentii, Adriani, Alexandri Rom. Pont. ſtatuimus, & præſenti decreto ſancimus, ut clerici infra civitatem, ſeu Parochiam Placentinam ad B. Sixti Eccleſiam pertinentes, tibi, tuiſque ſucceſſoribus Epiſcopalis juris obnoxii habeantur, videlicet, ut a vobis ordinationem ſuſcipiant, vocati ad concilium veniant, & de regimine populi diſpoſitiones veſtras cuſtodiant, chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum infra Parochiam Placentinam a te, vel tuis catholicis ſucceſſoribus tempore opportuno recipiant, ſiquidem gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habueritis, & ea gratis, ac ſine pravitate volueritis exhibere. Supradictorum quoque prædeceſſorum noſtrorum bonæ mem. Paſchalis, Adriani, & Alexandri Romanorum Pontificum veſtigia imitantes, monaſterium B. Pauli de Mezano cum cellis, vel Eccleſiis, quas in Parochia Placentina poſſidet, tibi, tuiſque ſucceſſoribus Epiſcopali jure ſubditum perpetuo manere ſancimus, & ejuſdem monaſterii Abbas, quicumque ſucceſſerit, per vos futuris temporibus benedictionem ordinationis accipiat, & tam ipſe, quam, qui ſub eo ſunt, clerici ad ſynodum veſtram venire non renuant, ſicut hactenus eſt obtentum. Ejuſdem quoque loci quilibet clerici, vel monachi per veſtrum miniſterium ad ſacros ordines promoveantur, Chriſma, Oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum in ipſo monaſterio, ſive in cellis ejus, aut Eccleſiis in veſtra Parochia conſtitutis, a vobis ſuſcipiant, ſiquidem gratiam, atque communionem Apoſtolicæ ſedis habueritis, & ea gratis, ac ſine pravitate volueritis exhibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva in omnibus ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum &c. cunctis, &c. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſc.
Ego Conradus Maguntinus Archiepiſcopus, & Sabinus Epiſcopus ſſ.
Ego Octavianus Oſtienſis, & Veletr. Epiſ. ſſ.
Ego Petrus Portuenſis, & s. Rufinæ Epiſcopus ſſ.
Ego Joannes Albanenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Pandulphus Baſilicæ 12. Apoſtol. presb. card. ſſ.
Ego Petrus tit. S. Cæciliæ presb. card. ſſ.
Ego Guido s. Mariæ Tranſt. tit. Calliſti presb. car. ſſ.
Ego Hug. presb. card. s. Martini tituli Equitii ſſ.
Ego Jo. tit. s. Stephani in Cælio Monte presb. card. ſſ.

Ego Soffredus tit. s. Praxedis presb. card. ſſ.
Ego Bernardus s. Petri ad Vincula presb. card. tit. s. Eudoxiæ ſſ.
Ego Gratianus ss. Coſmæ, & Damiani diac. card. ſſ.
Ego Gherardus s. Adriani diac. Card. ſſ.
Ego Gregorius s. Mariæ in Porticu diac. card. ſſ.
Ego . . . s. Mariæ in Coſmedin diac. card. ſſ.
Ego Gregorius s. Angeli diac. card. ſſ.
Ego Ugo s. Euſtachii diac. card. ſſ.

Datum Laterani per manum Rainaldi Archiepiſcopi Cancellarii vicem agentis 8. Id. Novemb. Indict. 2. Incarn. Dom. an. 1199. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III. anno. 2.


Hic factioſos hæreticos Placentinos telo Religionis percuſſit, ſtrenueque decertans adverſus impietatem, cum non potuiſſet deviis facere medicinam, cum clero exceſſit Placentia, Cremonamque profectus eſt. Cujus prudentiam, ac fortitudinem animi cum Innocentius III. collaudaſſet, poſt admonitos Placentinos, illos iteratis cenſuris, diriſque involvit, atque Epiſcopali dignitate privavit, circumvicinis Epiſcopis partita diœceſi 1206. die 9. menſis Octobris. Cæterum cum deinde opera Grumerii hæretici exacti fuiſſent Placentia, cum dignitate ipſe recuperavit ſedem, multiſque exantlatis laboribus è vita diſceſſit anno 1210. ſepultuſque eſt in Cathedrali. * Ejus obitus dies notatur 8. menſis Aprilis ante completorium, die Olivarum, ita diſticum.

* Ex App. tom. 5.

Succubuit fatis Præſul Grimerius atris,
Celſa petit cœli, Chriſto vocitante, ſereni.

In citato vero Kalendario *ſexto idus Aprilis.*

Grimerius vita migravit Epiſcopus iſta
Cui Dominus cœlum pandat, regnumque ſupremum. M. CC. X.



51. S. FULCO è nobili gente Scottorum Placentinus, Grumerio ſuffectus eſt anno 1210. cui III. Innocentius non prius aſſeruit dignitatem, quam res Placentinæ Eccleſiæ compoſuiſſet. Haud diuturniori mora Fulco hanc adminiſtravit Eccleſiam, ſiquidem anno 1216. confirmatus fuit Epiſcopus, deinde 1217. ad Papienſem Epiſcopatum translatus, ubi & deceſſit 1229. 7. Kal. Novemb. Quem in numerum ſanctorum relatum fidelium pietas veneratur, & colit. Hujus meminit præter quamplures alios ſcriptores Thomas Dempſterus in ſuo Scottichronicon. L.

52 VICEDOMINUS de Nobilibus de Caſſadochiis Placentinus, Præpoſitus cathedralis S. Fulconi immediate ſucceſſit 1217. confirmatus ab Honorio III. Qui capitulo Placentino paulo ante litteras ſcripſit, ut viduatæ Eccleſiæ de idoneo Paſtore provideret 15. Kal. Januarii an. 1. in alia ejuſdem Pontificis litera memoratur electio cujuſdam Joannis Apoſtolici ſubdiaconi, ac Guidonis diac. Cardinalis S. Nicolai in carcere nepotis, qui onus ſubire renuit: tunc capitulum hunc Vicedominum poſtulavit. Qui ſedit an. 19. (1) deceſſit anno 1236. ſepultuſque eſt in cœnobio Clarævallis de Columba. LI.

K 2 53. ÆGI-

(1) Sedit annos XVII. & duos menſes, deceſſitque die 14. Februarii an. 1235. En verba ſæpe citati Kalendarii Eccleſiæ Cathedralis: XVI. *Kalend.* Martii MCCXXXIV, (1235. à Nativitate) *obiit D. Vicedominus Epiſcopus Placentinus, qui reliquit 50. libras Placen. pro Altari B. Mariæ faciendo.* Camp.

LII. 53. ÆGIDIUS Monachus cœnobii Clarevallis de Columba Ordinis Ciſtercienſis ad Placentinam ſedem euectus eſt anno 1236. Septem annos Eccleſiam illam adminiſtravit. Ferunt Columbana monumenta, idemque narrat ejuſdem cœnobii breve chronicon, Ægidium propriis oculis Epiſcopatus ſui deſolationem uſurpaſſe, quam Fridericus II. Imp. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perduellis a Gregorio IX. declaratus, in odium Eccleſiæ inique patravit; nec pepercit oculus ejus templis, lociſque Deo ſacratis, quin funditus ab ipſo per immaniſſimos Sarracenos hæreticoſque milites ſuos deſtruerentur, ut malitiæ ſuæ faceret ſatis. Teſtis erit devaſtati Columbani cœnobii triſtis memoria, ubi & monachi ibidem Deo famulantes variis ſuppliciis affecti ad unum necati ſunt. Patrati criminis aliquando pœnitens Federicus cœnobium· reædificavit, ſed non abſolvit, quod idem habet chronicon, addiditque Ægidium Epiſcopum ſumma pietate Raynerium Canoſſam Veronenſem Columbæ Abbatem virum prænobilem, & ſanctimonia vitæ præclarum Dei miſericordia ſervatum poſt monachorum occiſiones, Placentiæ in Epiſcopio benigne ſuſcepiſſe, & quem patrem olim in ſancta converſatione habuerat, veluti filium tunc veneraretur in propria, eundemque & conſilio, & propriis ſumptibus, ad novam cęnobii reſtaurationem inflammaſſe, perpuliſſeque per ſummam humilitatem Federicum ad pęnitentiam. Porrò Gregorius X. deinceps nobilis monaſterii miſeratus incommodis, ei contulit partem omnium reddituum, qui in civitate, ac dięceſi Ferrarienſi ad Apoſtolicam ſedem tunc pertinebant. Quam donationem ſequenti diplomate explicuit, quod extat in ejus Abbatiæ tabulario, ubi & Friderici in eundē indignum facinus memoratur.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & conventui monaſterii de Columba, Ordinis Ciſtercienſis Placentinæ diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam monaſterium veſtrum in diebus quōdam Federici olim Imperatoris Romanorum, & per ejus ſævam barbariem exterminatum exiſtit, & direptis propter malitiam temporis bonis ejus, & alias tanto premitur onere debitorum, quod vix judicari poteris, ut reſurgat. Nos ex pietate ac debito paſtoralis officii ei ſuper tanta, & tali deſolatione non mediocriter condolemus, & ad relevationem ejus opportunam adhibere operam affectamus. Hinc eſt, quod devotionis veſtræ precibus inclinati, pedagium rivaticum, armaniam, diſtrictum mercati, contum, & redditum, ac omnes proventus quocunque nomine cenſeantur, quæ Eccleſia Romana in civitate, & diœceſi Ferrarienſi percipit, & debet percipere annuatim tam pro tempore præterito, quo ipſi Eccleſiæ cenſus, & alia hujuſmodi non fuerunt ſoluta, & deinceps, & uſque ad noſtrum beneplacitum vobis de gratia concedimus ſpeciali. Nulli ergo hominum etc.

Datum apud Urbemveterem 3. Id. Martii Pont. an. 1

Fuit Ægidius Epiſcopus innocentiſſimæ, ac optimæ vitæ, fuitque vir eximie doctus, qui è vivis exemptus eſt 1243. (1) Sepultus in Eccleſia Abbatiæ de Quartaſiola ſui ordinis Ciſtercienſis ad Pontem Trebiæ prope majus altare. Hujus meminit Petrus Maria Campius in vita S. Franchæ. Ægidio vero defuncto, Jacobus Prior Ordinis Prædicatorum ab aliquibus haud canonice in Epiſcopum Placentinum electus eſt, ſeque in ea Eccleſia intruſit, ac pro Epiſcopo ſe geſſit, cumque ad aures Innocentii IV. perveniſſet, Abbati S. Sepulchri, & Priori S. Savini Placentin. dedit litteris in mandatis, ut per Eccleſiaſticas cenſuras intruſum removerent, alterumque curarent a Capitulo canonice eligendum Epiſcopum. Capitulum rejecto intruſo Nicolaum Epiſcopum Vigintimilien. ſibi elegit, ac poſtulavit in Paſtorem. Quam electionem cum ille in manibus Papæ libere ceſſiſſet, Innocentius de plenitudine poteſtatis Albertum ſubdiaconum, & capellanum ſuum in Placentinum Epiſcopum conſecravit. De intruſione Jacobi, deque iis, quæ Placentiæ acta ſunt, extat inter alias ejuſdem Pontificis epiſtola Præpoſito, & capitulo Placentinæ Eccleſiæ 2. Idus Martii Pontific. 2. Reg. Vat. Epiſt. 544. fol. 90. & alia Abbati S. Sepulchri fol. 59. cujus tenor talis eſt.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Abbati s. Sepulchri, & Priori s. Savini Placentin. Si non exceſſum excedentibus pœna debita caſtigaret, & ex æquo pœna culpæ debita reſponderet, inſolentiores fierent inſolentes, & ſe ad alias exempli pernicies prorogarent, cum pœnæ formidine mali peccare timeant, & juris vigor idcirco ſit in medio conſtitutus, ne quiſquam ſibi expetat ultionem. Cum enim nuper quibuſdam referentibus intellecto, quod frater Jacobus Prior fratrum ordinis Prædicatorum Placentiæ, qui pro electo Eccleſiæ Placentinæ ſe gerit, non intraſſe per oſtium diceretur, vobis, & dilecto filio Abbati de Segeto Ciſtercienſis ordinis noſtris dedimus literis in mandatis,
B *ut inquiſita ſuper articulis, quos vobis ſub bulla noſtra miſimus interclusos, diligentius veritate, quod inveniretis nobis fideliter reſcribentes, præfigeretis eidem Priori terminum peremptorium competentem, quo per ſe, vel procuratorem idoneum noſtro ſe conſpectui præſentaret, & vos ipſo Abbate excuſato legitime dicto Priori Placentin. lectis ſibi litteris noſtris ad deliberandum ſuper his competentem terminum dediſſetis. Conradus de concilio Placentino poteſtas favorem, quem ipſi Priori occulte præſtitiſſe dicitur, nequiens ulterius occultare, nuntium, qui vobis prædictas literas præſentaret, fraudulenter ad ſe non ſine ipſius Prioris, ut fertur, conniventia evocavit, & injectis in ipſum illico manibus temere violentis, eum proſtratum ſub pedibus, duris baculis, & crebris ictibus flagillavit, ac diris verberibus afflixit eundem, miniſque ac terroribus, & injuriis laceſſivit, ut illum proderet, qui contra præfatum priorem impetraverat ipſas litteras, vel ad cujus inſtantiam fuerant impetratæ. Cumque per hoc non poſſet aſſequi, quod volebat,*
C *pedibus ac manibus ejuſdem nuntii poſt tergum ligatis ipſum velut latronem ad trabem traxit tribus vicibus, ac demerſit cum interpolatione ſemivivum gravi pondere, quod imponi feceras de humeris nō amoto, ita quod nervi, & juncturæ oſſium diſſolvi, & avelli a ſe invicem videbantur, ut ſic ſaltem afflictus ſupplicius, & affectus injuriis eum, qui noſtras impetraverat litteras, publicaret; eoque acrius, & crudelius torquebatur, quo frequentius nomen ſedis Apoſtolicæ invocabat; nec ſic afflictum eum dimittere voluit, niſi prius datis pignoribus, & fidejuſſoria cautione pro magna pecuniæ quantitate, cui ſub debito juramenti, quod extorſerat, ab eo præcepit, quod de cætero non venires ad ſedem Apoſtolicam, & tempore ſui regiminis de domo propria non exires, & ut iniquitatem, quam conceperas, ſub quadam æquitatis ſpecie palliares, & negotio vobis commiſſo copiam probationis ſubtraheret, fecit publice proclamari, quod in gravibus tormentis, & quæſtionibus poneretur, ſi quis contra dictum Priorem, qui pro electo Placentino ſe gerit, falſum teſtimonium perhiberet, interpetratione hujus falſitatis ſuo judicio reſervata; propter*
D *quod vix invenitur aliquis qui velit, vel audeat ſuper iis jurati teſtimonium perhibere. Ne igitur tantæ temeritatis audaciam diſſimulationi relinquere, ac noſtram, & Rom. Eccl. injuriam tam atrocem dare negligentia videamur, non tamquam ultores injuriarum noſtrarum, ſed honoris ipſius Eccleſiæ zelatores, præſertim cum alias idem poteſtas alia quædam enormia commiſerit contra Deum, officiales ſuos cum tubis, & ſatellibus ad domum Præpoſiti tranſmittendo, ipſaque, ac quorundam clericorum domibus fractis, & bonis eorum exinde nequiter aſportatis, conſtitutiones, & ſtatuta edendo contra Eccleſiaſticam libertatem, diſcretioni veſtræ in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus inquiſita ſuper iis diligentius veritate, ſi rem inveneritis ita eſſe, denuntiantes eundem nuntium ad obſervationem hujuſmodi juramenti*

(1) *Quinto Nonas Maii* 1242. (habetur in citato pervetuſto Kalendario Eccleſiæ Majoris) *Obiit D. Ægidius hujus Eccleſiæ Epiſcopus: qui dedit ſacriſtiæ XX. libras pro uno calice faciendo.* Campius.

Digitized by Google

menti præſtiti non teneri, eundem C. de concilio, & conſilium Placentinum niſi ad commonitionem veſtram præmiſſa ſtatuta penitus de capitularibus ſuis radant, & prædictis nuntio, præpoſito, & clero congrue fuerit ſatisfactum, excommunicationis vinculo innodetis, ac faciatis excommunicationis ſententiam uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Et ut a regimine, in quo fuerat verſatus, male repulſus, publicaque repulſa confuſus minus inveniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem, volumus & mandamus, ut ipſum C. propter exceſſus hujuſmodi deteſtabiles, & enormes ubicumque fuerit, excommunicari curetis, ac excommunicatum, & ineligibilem ad omne regimen, & honorem publice nuncietis. Si qua vero civitas, ſive locus præfatum C. de concilio in poteſtatem, vel quodlibet aliud officium aſſumendum duxerit, vel aſſumptum etiã retinendum, ipſo facto Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto, & ut ignorantiam prætendere nullus poſſit, faciatis hoc per Lombardiam quamprimum poteritis publicari. Ne igitur inquiſitionis negotium impediri, vel retardari contingat in gravem ipſius Eccleſiæ læſionẽ, in eo qualibet difficultate ceſſante infra duorum menſium ſpatium poſt receptionem præſentium, juxta formam vobis traditam procedentes inquiratis, maximè quod ſicut dicitur Eccleſia Placentina Dilec. fil. G. ſubdiac. noſtræ Apoſtolicæ ſedis legati ea occaſione dumtaxat, quod canoni ad electionem proceſſerant abſque ſua licentia ſpeciali, ad quam de jure poterant proceſſiſſe, poſt appellationem ad ſedem Apoſtolicam interiectam in ipſos excommunicationis ſententiam promulgavit, faciens eos per Eccleſias Placentinas excommunicatos publice nunciari, comminando eiſdem, quod aliquos perpetuo, aliquos ad tempus privaret, qui timore prætereriti ſic ligati præſertim cum dictus C. paratus eſſet exequi, quod legatus ipſe mandabat, eidem contulerunt ſibi providendi eidem Eccleſiæ poteſtatem, ac ſuper omnibus aliis, quæ videritis inquirenda. Ceterum cum dictus Prior dicatur a clero magnam exegiſſe quantitatem pecuniæ dandam eidem C. ultra ſalarium ſibi debitum, ut eum ſibi favorabilem exhiberet, ac uſque ad quingentas libras Placentin. poſtquam vobis fuerint noſtræ literæ præſentatæ, Placentinam Eccleſiam obligaſſe, & formidetur, quod in majori debeat obligare, nimiſque in facto prædicti nuntii fuerit negligens, vel remiſſus, vel potius malitiæ non immunis, cum exceſſus tam gravis non notorius nequiverit extitiſſe, contra ipſum juxta officii ſui debitum cenſuram Eccleſiaſticam exercendo, adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ duobus fide dignis de capitulo committatis, a quibus faciatis ſibi pro ſe, & quatuor perſonis de bonis ejuſdem Eccleſiæ ſumptus neceſſarios uſque ad finem negotii miniſtrari contradictione &c. Teſtes autem ſuper illis articulis, quæ crimina non contingunt, ſi ſe gratia &c. Quod ſi non ambo &c. alter veſtrum &c.

Datum Laterani 11. Kal. Januarii an. 1.

LIII. 54. B. ALBERTUS de Pandaniis a Brixienſis præfuit eidem Eccleſiæ an. 1243. (1) 2. Idus Martii ab Innocentio IV. ad eam dignitatem vocatus: eodem quippe anno, quo Placentinis poteſtatem fecit publicam Academiam inſtituendi, Epiſcopo vero conferendi doctoralem coronam. En diploma.

a De Prandoniis. Laudatur à Cozzando in Bibliotheca Brixiana. par. 1. pag. 15. Editionis 1. 1693 Mandaginus

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis clero, & populo Placentino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia profectum terræ veſtræ in viſceribus amplectitur charitatis, vellemus libenter, quod ibi ſcyphus reperiretur argenteus, ideſt ſtudium litterarum, in quo Joſeph ſubtiliter novit ingenua auguria explicare, quique ibi argentum, eloquentiæ venarum ſuarum obtineat principia, & locus eſſet, in quo aurum ſapientiæ conflaret. Credimus enim, & pro firmo tenemus, quod ex hoc ipſi civitati Placentiæ non modicum honoris accederet, & ſibi poſſent exinde ſpiritualiter, & temporaliter grata commoda provenire. Propter quod non tam conſideratione tui, frater Alberte, nobis ſuper hoc inſtanter ſupplicantis, quam etiam ob ipſius civitatis augmentum generale ibi fieri ſtudium cupientes, ut ipſam civitatem Placentiæ ad hauriendum aquas cum gaudio hominum copioſa confluat multitudo, & ibi turris David cum ſuis propugnaculis conſtruatur, ex qua non ſolum dependeant mille clypei, ſed etiam omnium fortium armatura, omnibus doctoribus, & ſcholaribus in quacumque facultate in prædicta civitate ſtudentibus, quod eiſdem privilegiis, indulgentiis, libertatibus, & immunitatibus gaudeant, quibus Pariſiis, ſeu Bononiæ, vel aliis ſtudiis generalibus ſtudentes lætantur, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum Lugduni 8. Id. Feb. Pontificatus noſtri an. V.

Albertus vero hic ſapientia, doctrinaque valuit quamplurimum, ſcripſitque contra Fridericum II. Imperatorem, Eccleſiæ hoſtem. Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit uſque ad ann. 1261 b. deinde ad Ferrarienſem translatus eſt, de quo ibi. b An. 1257.

55. PHILIPPUS Fulgoſus Placentinus, in eadem ſede floruit ann. 1261 (2). Quam ille Eccleſiam diuturniori mora adminiſtravit, deceſſitque Mediolani circa annum 1294. (3) ſepultuſque eſt in Eccleſia s. Euſtorgii. Poſt cujus exceſſum Placentini capituli ſacer ſenatus cum ad novi Præſulis electionem acceſſiſſet, abiit in partes, quarum una ſaniorque ad tantum faſtigium ſublegit nobilem virum Rogerium Cozzam S. Antonini Præpoſitum, alia M. Gregorium Beſſam ejuſdem Eccleſiæ canonicum poſtulavit. Rogerius volens tanto oneri libere ſe abdicavit, laudatus a Pontifice Bonifacio, idemque ad ſchiſma evitandum volens, nolenſque Gregorius, ex Pontificis ſententia præſtitit, qui ut in Vatican. Regeſto habetur, Albericum vicecomitem, antiquæ probitatis virum Placentinum pronunciavit Epiſcopum, a Rogerio non ſemel commendatum. Rogerius vero cum eſſet è nobili vetuſtaque Cottia gente prognatus, quæ ab Ezelini tyrannide è Vicentiæ patria pulſa Veronæ, aliiſque finitimis Inſubriæ, Venetiſque civitatibus pedem fixerat, avorum claritudine excitatus, Epiſcopale munus ultra ei oblatum lubens dimiſit, ne aliquando apud poſteros ambitioſi animi tuliſſet notam, memor ſibi, memor majorum, Cottiique fortiſſimi militis, qui ſub Gotifredo Hieroſolymitanorum Rege, maluit potius pro Chriſti nomine fortiter dimicando vitam traducere, quam vanis fugacibuſque honoribus ab eodem extolli. At de Cottia gente apud Veronenſes clariſſima legendus Franciſcus Pola inſcriptionum libro, quem nuper publici juris fecit doctiſſimus Aloyſius Novarinus, de qua etiam alii, noſque alibi ſermonem inſtituemus, dum Bartholomæi Cottii Veronenſis laudes concinnabimus, qui Rogerii æmulatus virtutes, Mediolanenſem Archiepiſcopatum ultro ei a Nicolao V. oblatum viriliter reſpuit; ut inde diſcant mortales, qua virtute, qua ſanctimonia viri religioſi fallaces mundi honores tamquam fumum ad alios lubenter tranſmiſerint.

LIV.


(1) B. Albertus Placentinus Epiſcopus dictus eſt anno 1244. Annus vero quintus Pontificatus Innocentii IV. quo Placentina Academia inſtaurata eſt, erat annus Domini 1248. Denique cum Alexander IV. anno 1257. die 28. Martii in Cœna Domini Ubertum Pallavicinum, & cives Placentinos excommunicaſſet, pauloque poſt contumacem urbem ſubjeciſſet interdicto, atque Epiſcopali dignitate ſpoliaſſet, nonniſi ad dictum annum Eccleſiam ſibi creditam rexiſſe B. Albertum neceſſe eſt. *Campius*.

(2) Fulgoſius iſte à Capitulo Placentino in Epiſcopum electus eſt anno 1258. die 29. Julii, ut patet ex decreto, quod ut confirmaretur, ad Alexandrum Pont. Max. Romam electores miſerunt, relato à Campio in hiſt. Plac. tom. 2. pag. 404. & revera Alexander electionem approbavit, eodemque anno eidem Fulgoſio conceſſit, ut Prioratum S. Gregorii, quem, cum eſſet Bononienſis Archidiaconus, a Guillelmo Epiſcopo Olenen. tunc Abbate Cluniacenſis Monaſterii obtinuerat, non obſtante quod aſſumptus eſſet ad regimen Eccleſiæ Placentinæ, retineret. Extat Alexandri indultum apud eumdem Campium loco cit. pag. 405.

(3) Diarium antiquum Eccleſiæ Majoris Placentinæ hæc habet circa obitum Philippi: *Septimo Kalend. Aprilis* MCCLXXXXIIII. *Obiit D. Philippus de Fulgoſis Epiſcopus Placentinus, qui reliquit huic Eccleſiæ XIII. Sextarios frumenti, & unam minam pro anniverſario ſuo faciendo annuatim.* Campius.



LV. 56. **ALBERTUS**, quem alii Albericum appellant, Vicecomes Placentinus, Gregorii X. propior affinis, nobilis quidem genere, ſed nobilior virtute, ſucceſſit Philippo, ad hanc ſedem evectus à Bonifacio VIII. anno 1295. 16. Kal. Maji. Præfuit laudabiliter annis fere ſex, tranſlatuſque eſt ad Eccleſiam Firmanam anno 1301. de cujus electione extat Epiſtola in Reg. Vatic. num. 402. fol. 93. an. 1. ejuſdem Bonifacii; de quo infra in Epiſcopis Firmanis.



LVI. 57. **RAYNERIUS**, ſive Rayc erius Urbevetanus, avunculus Theodorici Epiſcopi Cardinalis Præneſtini, Monachus trium Fontium Romæ ex ordine Ciſtercienſi, vir doctrina clariſſimus, ſubque Bonifacio VIII. Pontifice in expediendis graviſſimis negotiis dexteritate mirabili, ab eodem Pontifice adlectus fuit Placentinus Epiſcopus anno 1301. cumque jam inauguratus ad ſibi creditam Eccleſiam profectionem adornaret, lento, ſed pertinaci morbo tentatus, eodem anno è vivis exceſſit; ſepultuſque eſt in Eccleſia Trium Fontium. De morte Raynerii ad Theodoricum Cardinalem Bonifacius ſequentem ſcripſit Epiſtolam, ut mœrori, & indemnitati conſuleret.

Bonifacius Epiſcopus &c. Theodorico Epiſcopo civitatis Papalis &c.

Expoſuiſti nobis, quod bo. mem. Raynerius Epiſcopus A *Placentinus avunculus tuus olim dum viveret, tam circa expedienda negotia promotionis ſuæ per nos factæ de ipſo ad Eccleſiam Placentinam, quam alias pro ſuis, & familiæ ſuæ neceſſariis, diverſis, & magnis oneribus expenſarum ſe ſubjecit, & demum eodem Epiſcopo apud ſedem Apoſtolicam decedente, tu tam ratione funeris, & exequiarum ipſius, quam aliis diverſis cauſis, & modis, ſubiiſti diverſa, & gravia onera expenſarum. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut pro ſalute animæ defuncti, & conſervatione indemnitatis tuæ providere tibi ſuper iis de be. Ap. dignaremur. Nos itaque tum animæ præfati defuncti, quam tibi ſuper iis paterno compatientes affectu F. T. percipiendi libere per te vel alium, ſeu alios auctoritate noſtra de fructibus, redditibus, & proventibus Epiſcopatus Placentini uſq; ad valorē mille, & quingentorum florenorum auri, & in exonerationе expēſarū hujus, prout tuæ diſcretioni videbitur convertendi plenam, & liberā concedimus auctoritate prædicta facultatē &c.*

Datum Anagniæ 4. Kal. Julii anno 7.

58. **UBERTUS** de Advocatis Placentinus civis, & canonicus, electus anno 1302. 5. Kal. Junii. Epiſcopatui ceſſit eodem anno (*„ et ad Bononien. mox „ tranſlatus fuit.*) LVII. B

59. **UGO** de Piloſis Placentinus, Prior S. Victoriæ, Ord. S. Benedicti a Bonifacio VIII. ad eandem ſedem promotus eſt 1302. 3. Non. (1) Maji ex Reg. Vatic. Epiſt. 105. fol. 195. ann. 8. Hic caſtrum Varilii cum caſtro S. Imenti commutavit cum Joanne Scoto. Moritur Avenioni, ibique ſepelitur anno 1317. (*„ Menſe Aprili anni 1317. adhuc vivebat Ugo, cum „ ſubſcripſerit quatuor Bullis à nonnullis Epiſcopis con- „ ceſſis viſitantibus Eccleſiam S. Jo: Evangeliſtæ à S. „ Humilitate ædificatam. Brevia referuntur à Guidu- „ cio in vita ejuſdem Sanctæ lib. 3. cap. 6.*) LV[III]

60. **FREDERICUS** (2) de Madiis Epiſcopus Brixienſis, huc tranſlatus an. 1317. 6. Kal. Aug. ex Regeſto Vaticano; qui Avenioni deceſſit an. 1323. LIX.

61. **BERNARDUS** ex nobilibus de Cario a Joanne XXII. ad eandem dignitatem aſſumptus eſt an. 1323. Id. Aprilis ex Reg. Vat. & die 10. menſis Junii Cameræ Apoſtolicæ ſe ſolitum ſubſidium ſoluturũ promittit. Deceſſit 1330 (3). ſepultuſque eſt in Eccleſia majori prope portam orientalem juxta aram divæ Annæ. Narrat Locatus Placentinam Eccleſiam ex ingruentibus bellis vacuam fuiſſe per annos omnino octo. LX. C

62. **ROGERIUS** Caccia Placentinus, patriæ ſummum ſacerdotium aſſecutus eſt anno 1338. a capitulo electus, confirmatus a Benedicto XII. 7. Idus Decemb. ut prodit Reg. Vatic. Epiſt. 68. an. 4. p. 2. Deceſſit 1354 (4). ſepultuſque eſt in cathedrali cum hoc epitaphio. LXI.

M. CCC. LIIII. * DIE VIII. FEB. * 1355.
S. DOMINI ROGERII
EPISC. PLAC.
DE DOMO CACCIORUM.

63. (5) **NICOLAUS** eandem dignitatem eſt aſſecutus anno 1355. Reperi eum in lib. Proviſionum Prelatorum ſolitum ſubſidium ſacrocollegio perſolviſſe

(1) Si Ubertus anteceſſor electus fuit Placentinus Epiſcopus 5. Kal. Junii, quomodo Ugo ejus ſucceſſor potuit eligi 3. Nonas Maji? Error itaque, atque inverſio menſium tollenda eſt per inſpectionem accuratiorem Regeſti Vaticani. Illud certum eſt, ante Auguſtum menſem electum fuiſſe Ugonem, cum in Archivo Abbatiæ S. Savini habeatur Rogitum Petri Ferrarii de S. Andrea Not. Ann. 1302. Ind. 15. die 5. Auguſti, ex quo conſtat jam tum munere ſuo functum Vicarium dicti Ugonis: ibi enim ſic ſcribitur: *Dominus Gregorius de Advocatis, Vicarius Vener. D. Hugonis Dei, & Apoſtolica ſedis gratia electi Placentini.* Illud quoque advertendum, quod, cum in Bononienſibus conſtet ex Reg. Vaticano Ubertum tranſlatum non fuiſſe ad ſedem Bononienſem, niſi menſibus aliquot poſt electionem Ugonis ad Placentinam, oportet ſedem Placentinam vacaſſe non per tranſlationem Uberti, ut vult Campius, ſed per ceſſionem, ut aſſerit Ughellius noſter. Et fortaſſe Ubertus Bononienſis Epiſcopus eſt alius omnino ab Uberto Epiſcopo Placentino. Nam & in diario vetuſto Eccleſiæ Majoris Placentinæ, ubi hæc ejus habetur memoria; XIV. *Kal. Junii obiit bonæ memoriæ D. Ubertus de Advocatis Epiſcopus Bononienſis, qui fuit Canonicus hujus Eccleſiæ, & ei reliquit pluviale &c.* nulla fit mentio de ejus Epiſcopatu Placentino, quam facere potiori jure non neglexiſſet ſcriptor, ſi revera Epiſcopus Placentinus fuiſſet, ſicut & de ejus Canonicatu non tacuit.

(2) Hunc præterit Campius in ſua hiſt. Placent. atque hoc tempore ſex annorum interregnum fuiſſe affirmat. Fortaſſe Ugoni datus eſt ſucceſſor hic Fredericus, dum moraretur in aula Avenionenſi, atque ideo Epiſcopatus poſſeſſionem nunquam inivit, neque per procuratorem, obſtante Galeatio Vicecomite Placentiæ tyranno, atque Eccleſiæ hoſte.

(3) Vitam protraxit Bernardus ad annum 1338. die 7. Septemb. quo obiit, ut notat Campius, qui ejuſdem Bernardi memoriam per hæc tempora ex publicis documentis producit, quorum ultima ſunt Rogita Gabrielis Muſſi de anno 1338. Ind. 6. diebus 14 & 16. Julii.

(4) Obiit Rogerius die Octavo Februarii anno 1355. Error vero in lapide ſepulchrali, qui annum 1354. præfert, ex eo irrepſit, quod, cum verba illa inſculpta ſint lapidi nonniſi longo poſt tempore à deceſſu Rogerii, cum jam ejus obitus annus ex hominum memoria excidiſſet, deſcriptum eſt oscitanter tempus notatum in rogito Codicilli, quod paulo ante mortem idem Rogerius dictaverat, & erat dies Octavus Februarii, anni 1354. juxta morem tamen Notariorum, qui annos ab Incarnatione Domini deſcribunt: cum revera menſis Februarii anni 1354. ab Incarn. Dom. eſſet ab ejuſdem Nativitate Februarius anni 1355. Cæterum cum Rogerius Vicarium alterum creaſſet die 5. Novemb. anni 1354. ut patet ex Rogito Jo: Fariſel. Notarii, non potuit ſupremum diem obiiſſe menſe Februario ejuſdem anni. *Campius*.

(5) Nicolaum hunc, & ſequentem Joannem Placentinam Cathedram nunquam conſcendiſſe ex eo convincitur, quod immediate poſt Rogerii obitum Innocentius VI. Placentinum Epiſcopum dixit Petrum de Coconate, ut etiam teſtatur vetus Chronicon Placent. mſ. his verbis: *Petrus Epiſcopus natione Montisferrati de Marchionibus de Coconate, electus fuit per D. Papam Innocentium V.* (dicendum VI.) *in Pontificatu Placentino, anno Domini 1354.* (idest ab Incarnatione) *die 22. Februar. & ſedit an. XVII. menſ. II. diebus XXIII. migravit de hoc ſæculo anno 1372. die 13. Maji. Sepultus eſt in ſuo monumento alto in majori Eccleſia juxta altare s. Luciæ, quam venerabatur devotè.* Et revera Petrus hoc eodem anno 1355. die 14. Decembris per publicum Rogitum Bartholomæi de Simonis de Tongo, declaravit ſuum Vicarium Generalem Fr. Michaelem Burgum Ord. Eremitarum S. Auguſtini, & approbavit quidquid ad illam diem vocaliter tantum creatus Vicarius in illo munere dictus Michael decreverat. Conſtans inde habetur memoria ejuſdem Petri Placentini Epiſcopi uſque ad annum ejus obitus 1372. ut videre eſt apud Campium in hiſt. Placent. tom. 3. pag. III. & ſeqq. ut omnino expungendi videantur ex hac ſerie Nicolaus, & Joannes ab Ughello relati, & fortaſſe alterius ſedis Epiſcopi.

Digitized by Google

viſſe 1356. die 4. menſ. Auguſti. Obiit anno 1364.

64. Fr. JOANNES Ord. Prædicatorum eligitur defuncto Nicolao ab Urbano V. anno 1364. 8. Id. Junii, ex Reg. Vatic. Anno 1365. D. Franciſci Eccleſiam conſecravit. (1)



LXII. a 1355. 65. PETRUS de Coconate è Monteferrato electus Epiſcopus Placentinus 1369 *a*. Protulit ætatem uſque ad annum 1372. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio, juxta altare divæ Luciæ, quod ære proprio erexit, & dotavit.

S. R. in Chriſto P. ac D. D. Petri de Cochonate Montis Ferrati Dei gratia Epiſcopi Plac. et Comitis, qui obiit an. Domini M. CCC. LXXII. die Jovis XIII. menſis Maji.

Poſt Petri autem exceſſum, narrat Locatus in Eccleſia Placentina interregnum fuiſſe quatuor annorum. Cum enim clerus abiiſſet in partes, & altera Ubertum Zagnum, Placentinum, Abbatem S. Joannis Baptiſtæ Ravennatis evexiſſet ad ſedem, altera Franciſco Caſtillioneo, domus Dei Priori, detuliſſet honorem, fervente lite quatuor annorum tempus elapſum eſt. Arbitror autem, quicquid dicat Locatus, haud multo poſt electionem, Ubertum dignitatem fuiſſe aſſecutum; reperio enim illum citatum in libro Proviſionum Prælatorum ſupra memorato.

LXIII [„ FRANCISCUS *Caſtillioneus, Canonicus Re-„gularis, & Prior Domus Dei à Gregorio XI. Petro „defuncto datus eſt ſucceſſor anno* 1372. *qui Avenione „ſacratus, dum Eccleſia ſua à Vicecomitibus agitata „tranquillitatem expectat, obiit in Aula circa finem „Menſis Septembris*. Campius.)

LXV. 66. CORRADUS (2) de Georgiis Papienſis, Abbas S. Bartholomæi ex Ordine S. Benedicti, declaratus eſt Epiſcopus Placentinus à Gregorio XI. anno 1376. Deceſſit anno 1379. ex lib. Solutionum, & Proviſionum Prælatorum.

LXIV b Evangeliſtæ. 67. UBERTUS Zagnus Placentinus, Abbas S. Joannis Baptiſtæ *b* de Ravenna, poſt mortem Petri, adlectus Epiſcopus eſt anno 1379. defuncto Corrado pervenit ad ſedem, breviſque Pontifex fuit. („ *Ubertus Zagnus, & non Zagius, Fontana, Placentinus, „poſt mortem Franciſci ad patriam ſedem evectus eſt „à Gregorio XI. anno* 1373. *Hic tamen citiſſimè obiit, „nondum elapſo anno. De Uberto, & ejus Anteceſſore „ſic fatur ſæpè citatum Chronicon Placentinum Ms.* „Donnus Franciſcus de Caſtiono de Sabaudia, Prior „Manſionis Caxædei Epiſcopatus Placen. & Donnus Obertus Zagnus de Fontana, Civis Placentinus, Abbas S. Jo. Baptiſtæ (*S. Jo: Evangeliſtæ ſcribendum, neque enim Ravennæ S. Jo: Baptiſtæ Eccleſia fuit ſedes Abbatialis, cum poſſideretur à Presbyteris ſecularibus, mox Patribus Carmelitanis conceſſa*) de Ravenna, electi fuerunt Epiſcopi Placentiæ, unus poſt alium tempore guerræ Paſtorum „Eccleſiæ, inceptæ 1372. & deceſſerunt unus poſt „alium tempore dictæ guerræ, ita quod ipſi non intraverunt Epiſcopatum, nec poſſederunt redditus „dicti Epiſcopatus propter dictam maledictam „guerram. *Campius*.)

68. ANDREAS poſt Ubertum hujus Eccleſiæ Præſul fuit anno 1380. [3] ut habet citatus l. oblig. LXVI

69 Fr. GUILLELMUS *c* Centuaria Cremonenſis, ex Ordine Minorum inſignis Theologus, Epiſcopus Placentinus electus, Andreæ ſucceſſit. *d* Qui poſtquam hanc Eccleſiam tres annos adminiſtraſſet, ad Papienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1386. ex lib. Proviſionum Prælatorum. LXVII c De eo Vvadingus de ſcriptoribus Ord. Min. p. 151 Menſiſ. d Die XIV Jan. 1381.



70. PETRUS Filargus, ex Ordine Minorum, cognomento Cretenſis, Joanni Galeazio duci Mediolanenſium in paucis charus, cujus favore Placentinum obtinuit Epiſcopatum anno 1386 *e*. præfuitque ei Eccleſiæ uſque ad annum 1388. translatuſque deinde eſt ad Vicentinum, inde ad Novarienſem, poſt ad Mediolanenſem, deinde Cardinalis, demum Pontifex, ſub nomine Alexandri V. univerſalem Eccleſiam gubernavit. Variant autem ſcriptorum ſententiæ de patria Filargi: alii enim volunt fuiſſe oriundum ex Inſula Candiæ. Carolus autem Baſilica Petri in Hiſtoria Novarienſi, Epiſcopus illius civitatis, vult illum natum fuiſſe in oppido Curſinallo Novarienſis ditionis. Tradunt alii Papienſem fuiſſe, ſed natum in Candia, oppido Papienſis territorii, è gente Filarga, ejus urbis civilitate ornata, quæ Curſinallum oppidum Novarienſis ditionis fiduciaria poteſtate obtineret. Quod ſi verum eſſet, opinio Baſilicæ Petri cum hac poſſet facillime conciliari. Arbitror autem ſtandum opinioni docti Waddingi in Annalib. Minor. tametſi ipſe in meis ad Ciaconium Additionibus aliquando Carolo Baſilicæ Petri ſubſcripſerim. Illud tandem conſtat, Filargo quam maximo decori eſſe, ut plerique fere certãdo illum deſiderent concivem habere, quamquam ipſe ex obſcuro loco, ac tenuioribus parentibus ortũ habuiſſe poſſit videri, ſolaque virtute ad tantum Eccleſiæ faſtigium perveniſſe. LXVIII e Menſe Octobri.

71. PETRUS Maynerius, Mediolanenſis, Galeazii ducis Mediolani Medicus, Placentinus Antiſtes adlectus eſt anno 1388 *f*. Sub quo Academia, & omnium bonarum artium ſtudium Joannis Galeazii Vicecomitis Mediolani ducis privilegio Placentiæ tertio LXIX f Et poſſeſſionem iniit die 22. Maji 1388. per Procuratores. Camp.

(1) Hanc Eccleſiam conſecraſſe Petrum de Coconate teſtatur vetus Chronicon mſ. apud Campium his verbis: *Eodem anno* (1365.) *die tertia Junii conſecrata fuit Eccleſia Fratrum Minorum de Placentia per R. D. Petrum Marchionem de Coconate, tunc Placentinum Epiſcopum.*

(2) Corradus ille poſt ſequentem Ubertum dictus eſt Epiſcopus Placentinus anno 1376. cum tribus annis ſedes vacaſſet. Neque deceſſit anno 1379. ut ait Ughellus, ſed vitam protraxit ad annum 1381. quo, dum graviter ægrotabat, ſequentem Capitulo Placentino dedit Epiſtolam Vicecomes: *Dominus Mediolani &c. Comes virtutum, Imperialis Vicarius generalis. Venerab. viris DD. Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ Majoris Placentiæ. Intelleximus quod Rever. Pater D. Epiſcopus Placentinus graviter infirmatur. Quapropter ſi contingeret eumdem D. Epiſcopum de hac vita decedere, hortamur vos, ut ad electionem alicuius Epiſcopi non procedatis abſque noſtri licentia ſpeciali: & de receptione præſentium nobis ſtatim reſcribatis per præſentium delatorem. Datum Papiæ VIIII. Octobris* 1381. Quarto poſt die deceſſit Corradus, tumulumque accepit in Cathedrali. *Campius*.

(3) Andreas de Serazonis, ſeu Serazenis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Patria Mediolanenſis, & S. Theologiæ Magiſter, cum Capitulum Eccleſiæ Placentinæ juxta petita Vicecomitis elegiſſet Fr. Guillelmum, creatus eſt Epiſcopus Placentinus ab Urbano VI. non anno 1380. ut vult Ughellus, ſed 1381. die 4. Novembris, ut teſtatur Bulla electionis relata à Campio in hiſt. Placent. tom. 3. pag. 102. Hic tamen prohibitus eſt adire poſſeſſionem eccleſiæ ſuæ à Galeatio Vicecomite: qui ſequentem Capitulo Placentino dedit Epiſtolam: *Venerab. viris DD. Archidiacono, Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Majoris Civitatis noſtræ Placentiæ. Dominus Mediolani &c. Comes Virtutum, Imperialis Vicarius Generalis. Intelleximus, quod D. Papa Urbanus fecit unum Epiſcopum, alium, quam magis. Guilielmum, quem elegeratis, & pro quo ſibi ſupplicaveramus; & D. Papa* (Antipapa) *Clemens fecit unum alium, & Nos intendimus, quod eſſe debeat idem Magiſter Gulielmus. Cui volumus, quod vos ſitis in omnibus, ſicut Epiſcopo: & ſi aliquis veſtrum non ſic fecerit, vel alium receperit, vel alii obedierit, ſi decapitari non poterit propter religionem, ipſum comburi faciemus. Dat. Papiæ* 12. *Novemb.* 1381. Adeo vero Galeatius Urbanum precibus fatigavit, ut tandem Pontifex exoratus anno 1382. die XIV. Januarii Gullelmum Placentinæ ſedi addixerit, Andream verò ad Brixienſem tranſtulerit. *Campius*.

Digitized by Google

tertio reſtauratur, in qua quidem univerſitate principatum tenuit Bartholus Peruſinus. Petrus vero Placentinam Eccleſiam gubernavit ſumma cum laude annis ſexdecim. Mediolani deceſſit [a], ſepultuſq; eſt apud S. Mariam Eremitarum S. Auguſtini.

LXX 72. BRANDA Caſtillionæus Mediolanenſis, filius Maphæi, natus anno 1350. celebris juriſconſultus, inque Papienſi Academia Profeſſor publicus, Bonifacio IX. Pontifici à Sacrificiis, ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, ab eodem Pontifice Placentiæ Epiſcopus adlectus eſt an. 1404. 3. Non. Auguſti: Nuntiuſque in Germaniam directus, ut Eccleſiaſtico fœderi ſtuderet. Innocentio VII. Gregorioque XII. Pōtificibus charus fuit. Sed cum Branda Gregorium XII. animadvertiſſet non ſtare juramento, quod in ſua electione ſanctè præſtiterat de procuranda publica concordia, abolendoque ſchiſmate, violatæ fidei cœpit refragari Pontifici. Quamobrem ab ipſo Placen. Epiſcopatus honore ſpoliatus eſt an. 1408. excepitque ſucceſſorem Bartholomæum Cacciam Mediolanenſem ex Prædicatorio ordine, inculpatæ alioquin vitæ hominem. Cæterū Branda ad Concilium Piſanum profectus eſt, cujus Patres, ob ſingularem illum doctrinam maximo habuerunt in honore; cumque eundem Gregorium cum Benedicto XIII. Antipapa deturbaſſent de ſede, a Joanne XXIII. qui Alexandro V. ſucceſſerat, creatus eſt presbyter Cardinalis ad titulum S. Clementis, tulitque cognomen Placentini Cardinalis, tametſi Epiſcopatum illum poſt purpuram reſignaverit. Concilio Conſtantienſi interfuit, ubi Martinus V. Columna ſupremam aſcendit ad ſedem an. 1416. ſub quo bis in Bohemia contra Huſſitas functus eſt legatione, adeo egregiè, ut a Sigiſmundo Imperat. magnam collegerit gratiam. Sub eodem autem Martino, Cardinalis Epiſcopus Portuenſis evaſit, eundemque Eugenius IV. ad Philippum Mariam Mediolani ducem legavit, ut inter utrumque, ſicut feliciter evenit, fœdus pacis percutiendum curaret. Duo collegia munificenter conſtruxit, alterum Caſtilioni, Papiæ alterum. Nonaginta tribus pulſatus annis Caſtilioni deceſſit, an. 1445. die 5. m. Februarii ibidemq; ſepultus fuit in Eccleſia à ſuis majoribus ædificata, in pulcherrimo marmoreo ſepulchro, ubi hæc, quæ ſequuntur, inciſa carmina leguntur.

Quisquis ades, ſubſiſte gradum, paulumq; ſepulchro
Flecte aciem, ex ſaxo ſcriptum perlege carmen.
Optima pars quondam clero, qui ſanguine felix
Enitui, & mira vixi pietate verendus,
Marmoreo hoc condor tumulo, nec flebile lethum,
Eſt mihi perpetuo: manet inclyta forma decore.
Fataque præclaris nunquam morientia rebus.
Mille ego per caſus, per mille pericula victor,
Fortunam evici, quin me virtutis amore,
Flagrantem, & ſparſas ſperantem pectore leges
Evexi ſumma ad faſtigia: floruit Hunnus,
Præſule me; me Pontifice Placentia vidit,
Donec Vveſprinis comes, & majora ſecutus
Tempora purpureo cinxi redimita Galero.
Struxi acies, ditavi aras, delubra locavi
Immenſo redimita auro. Majora parabam,
Ni me inter curſus, atque hæc molimina rerum,
Omnipotens genitor terreni è carcere ſæcli
Tranſiſſet, celſoque poli regione locaſſet.

Sub ſepulchro.

Utinam viveres, utinam viveres.

A tergo ſepulchri.

Si de morte queri fas eſt, Cœlique ſupremis
Viribus humanæ volvunt quæ tempora vitæ,
Heu quantum mors auſa nefas, quæ te invida nobis
Abſtulit, & tanto privavit lumine terras
Optatis inimica bonis. quid vita priorum,
Quid bona fata juvant, mitiſque affectus, & ingens.
Religionis amor? mille diſcrimine ſolvit
Impia, & humanos abrumpit parca triumphos.
Tu requies, tu dulce decus, culmenque bonorum,
Magne pater; tu divini lux unica cultus.
Nam quantum æternæ fidei, & cœleſtibus aris
Præfueris, teſtes converſi ad ſacra Sabæi,
Amœnaſque urbes, & latis Græcia campis.
Flete patrem mœſti proceres, fleat Itala tellus
Communi privata bono, tuque alma Quiritum
Roma dole (quamquam ſummo pater optime cœlo
Præfueris, mœſtumque polo nunc deſpicis orbem
Nobis ſolliciti gemitus, curæque relictæ)
Queis te jam fortuna ferox crudelibus auſis
Abſtulit, & Cœli radiantibus intulit Aſtris.

Memini me dixiſſe in meis ad Ciaconium Additionibus ex devia narratione Locati, hunc Brandam Epiſcopum Placentinum fuiſſe declaratum a Gregorio XII. nondum enim conſulueram librum Proviſionum Prælatorum, qui manifeſte prodit Bonifacium IX. illum creaſſe Epiſcopum. Quin ut ſupra narravimus, exitioſam inſectationem a XII. Gregorio Branda indigne pertulit, quod Cardinalibus poſtulantibus concilium ſtrenuè adhæſiſſet. Cæterum adverte, lector, in collegio Caſtilioneo Papiæ ab eodem fundato, ſequentem inſcriptionem legi, ubi perperam legitur Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis, cum legendum ſit Portuenſis. Numquam enim Portuenſem titulum a Martino V. obtentum 1426. cum Sabienſi mutavit, ut diximus in primo tomo.

M. CCCC. XLIII. die iii. Febr. Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. D. Branda de Caſtiliono Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Placentinus vulgariter nuncupatus hujus venerabilis Collegii fundator diem ſuum clauſit extremum, cujus corpus in caſtro de Caſtiliono requieſcit.

LXXI (" BARTHOLOMÆUS *Caccia a Mediolanenſis, Ordinis Prædicatorum, per reſignationem Brandæ, qui adhuc Placentinam Eccleſiam adminiſtrabat die 1. Auguſti 1411. ut patet ex Rogito Conradi de Rizano, paulo poſt pacificè Eccleſiam hanc, ad quam pridem electus fuerat, ſuſcepit regendam. Verum octo poſt menſes, cum violento fato Jo. Maria Vicecomes raptus fuiſſet, vel deceſſit, vel quietis cupidus honore ſe ſpoliavit.* Campius.) [b]

LXXII 73. Fr. ALEXIUS de Siregnio [c], Mediolanenſis, ex Ord. Minorum, paulo ante Epiſcopus Bobienſis, mox Vapincenſis in Gallia an. 1409. ad hanc Eccleſiam Placentinam translatus eſt à Joanne XXIII. anno 1411 [d]. die 6. menſis Septembris per reſignationem Brandæ Car. Cremonæ deceſſit 1448. prima die ineuntis Januarii, relatuſque Placentiam ſepultus eſt in Cathedrali. Baſileenſi Concilio interfuit cum exiſtimatione ſingularis doctrinæ, ut refert Paulus Morigia in lib. de Nobilitate Mediolanenſi. Vvaddingus aliquot errores confutat, quibus arreptus Locatus parum ſinceram de hoc Epiſcopo narrationem inſtituit.

LXXIII 74. NICOLAUS Amidanius Cremonenſis, Prothonotarius Apoſtolicus, ac Nicolai V. Vicecamerarius, ab eodem Pontifice ad Placentinam ſedem vocatus eſt anno 1448. 13. Kalen. Aprilis, ac deinde ab eodem ad Mediolanenſem Archiepiſcopatum translatus.

LXXIV 75. JOANNES de Camperiis [e], Papienſis Eccleſiæ cantor, ſublectus Placentinus Epiſcopus eſt 1453. 10. Kal. Aprilis. Papiæ deceſſit an. 1475. relatuſque Placentiam, ſepultus eſt in Cathedrali.


LXXV 76. MICHAEL Marlianus Mediolanenſis, ex Epiſcopo Tortonæ Placentinus Epiſcopus factus eſt 1475. Eodem anno deceſſit, ſuæque ſupellectilis nuper adeptam Eccleſiam inſtituit hæredem. Ob ſingularem doctrinam, morumque probitatem Nicolao V. Pontifici magno uſui fuit, cujus cubicularius erat, clericuſque Cameræ Apoſtolicæ. Alphonſo Regi Neapolitano auream detulit Roſam, ducique Mediolani à conſiliis fuit. Gubernator quondam Romanæ Campaniæ, ac ducatus Spoletani nomine Romanæ Eccleſiæ, Præſulque plane dignus, cujus grata poſteritas non ſinat interire memoriam.

LXXVI 77. SACRAMORUS de Sacramoris, Ariminenſis, Conſiliarius ducis Mediolani, electus Epiſcopus Placentinus an. 1485. eodemque anno translatus eſt ad Parmenſem.


LXXVII 78. FABRITIUS Marlianus Mediolanenſis, Tor-

[a] 1404.
[b] De eo Corta in Muſæo Novarienſi pag. 18. Mandoſ.
[c] De hoc ſcribit Picinellus in Athen. pag. 15. Mandoſ.
[d] 1411. poſt Bartholomæum.
[e] Al. Campiſius.

Tortonæ antea Epiſcopus, ad Placent. Eccleſiam tranſlatus eſt 1476. Hic cum in ea dignitate vixiſſet annos triginta duos, viſus eſt reſarciiſſe jacturam, quam Placentina Eccleſia fecerat ex patrui celeri fato. Duci Mediolanenſi in paucis charus fuit, a quo ad Innocentium VIII. de graviſſimis rebus legatus eſt, tum & ad Herculem ducem Ferrarienſem. Epiſcopale Palatium reædificavit a fundamentis, cenſuſque Epiſcopatus adauxit, cum plures fortunas aballenatas recuperaſſet; decemque ſynodis ſalubriter celebratis Placentinum clerum ad puriores mores traduxit, omnemque egregiam operam cumulatiſſime præſtitit, quæ Paſtori optimo proſperam virtutum famam parere poſſe videretur. Mediolani deceſſit 1508. atque ex teſtamento Placentiam cadaver relatum, in Cathedrali tumulatum eſt. Alterius Fabritii Marliani Tortonæ item Antiſtitis, iſte, quem modo narravimus, Fabritius nepos fuit.



LXXVIII 79. ANTONIUS Trivultius Mediolanenſis filius Jo. Firmi ex Aſtenſi Epiſc. Plac. Antiſtes evaſit an. 1508. poſtrema die abeuntis Julii. Hanc Eccleſiam paucos menſes adminiſtravit; ſiquidem anno 1509. die 19. menſis Januarii eo munere libens, volenſque abivit, rediitque ad Aſtenſem Epiſcopatum; qui jam vacuus erat ex tranſlatione Albertini Roborei ad Piſaurenſem ſedem. Hic Antonius Scaramutiam Trivultium Cardinalem coadiuvit in adminiſtratione Comenſis Eccleſiæ, anno 1519. Quod ideo hic libenter retuli, ut Victorelli error proderetur, qui hunc Antonium cum altero Antonio Trivultio ſub Alexandro VI. Cardinali confundit. Hic etenim Comenſis Antiſtes, & Cardin. Romæ deceſſit ann. 1508. ille vero Aſtenſis Epiſcopus 1519. Coadiutor effectus eſt, ut referunt acta Conſiſtorialia.



LXIX. 80. VASINUS vetuſtiſſimæ familiæ comitum Malabailæ apud Aſtenſes Inſubreſque nobiliſſimæ progenitus, vir doctus ac prudentiſſimus, Julii II. familiaris eligitur Epiſcopus Placentinus an. 1509. die 19. menſis Januarii. Sub Julio II. Lateranenſi Concilio interfuit, Placentinamque adminiſtravit Eccleſiam uſque ad an. 1519. deinde tranſlatus eſt ad Aſtenſem patriam ſedem. Hic caſtellum S. Imen-

A tii (Placentinæ Eccleſiæ fiduciaria poſſeſſio) quam Fabricius Marlianus recuperaverat, reſtauravit, ſupra cujus portâ à prætereuntibus hæc verba legũtur.

M.CCCCC. X. DIE II. OCTOB.
VASINUS EX ILLUSTRI PROSAPIA
MALABAILÆ.
ASTENSIS HOC OPUS
RESTAURAVIT.

81. SCARAMUTIA Trivultius Cardinalis, frater Antonii ſuperioris Epiſcopi Comenſis, Placentinam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1519. die 26. menſ. Septemb. eamque reſignavit anno 1525. de quo alibi. Sed eo Præſule anno 1522. nova divæ Mariæ de Campania ſacra ædes fundata fuit. Cujus primarium lapidem Petrus Recorda Epiſcopus Sebaſtenſis & Suffraganeus Epiſcopi Placentini ſolemniter impoſuit. LXXX.

82. CATALANUS Trivultius, Cardinalis Scaramutiæ nepos, ad eandem dignitatem promotus eſt 1525. die 3. m. Maji. deceſſit 1559. ſepultus Mediolani in patrum ſuorum ſepulchro. Quo Præſule anno 1545. XIX. Auguſti hora XVI. Petrus Aloyſius Farneſius Pauli ejus nominis III. Pont. Max. filius Placentiæ & Parmæ Dux acclamatur, atque a Bernardino a Barba Caſalenſi Epiſcopo pro Pontifice ea in cauſa, Marino Grimano Cardinali Legato Apoſtolico, & Catalano Trivultio Epiſcopo Placentino coram clero, & populo, Sfortia de Sfortiis ex ſorore nepos, ipſius ducis gerens vices ducalibus inſigniis decoratur. Anno 1547. die X. Septembris idem dux Placentiæ interficitur. LXXXI. (B)

83. JO: Bernardinus Scotus Cardinalis Tranenſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1559. die 3. menſis Auguſti. Hic in Sabinæ Provincia *a* natus eſt, in oppido Manliano, atque ex ſingularis doctrinæ opinione Advocatus conſiſtorialis evaſit; cumq; in familiaritatem Joannis Petri Caraffæ ſimilitudine virtutum ſe inſinuaſſet, (is ille eſt, qui poſtea ad Pontificatum aſcendit ſub nomine Pauli IV. quique Theatinorum inſtitutum inter alios egregios viros inſtituit;) ex ejus exemplo idem inſtitutum incœpit profiteri. Profecit inde in ſacris quam qui maxime, linguaſque Hebraicam, Chaldæam, Græcamque perdidicit, quam ille eruditionem cum vitæ purioris inſtitutione ad miraculum exornaſſet, ſuis Regularibus Clericis ſemel, & ſæpius, ac pluribus in locis eſt Præpoſitus. Romæ eo munere cum laude prudentiæ fungebatur, cum Caraffa ſummus Pontifex renunciatus, renitentem illum apud ſe habuit, in eodemq; conſiſtorio Tranenſem Archiepiſcopum, ac presbyterum Cardinalem tit. S. Matthæi in Merulana Bernardinum creavit 1555. 13. Kal. Januarii, Romanæque Eccleſiæ graviſſimis expediendis negotiis illum præeſſe voluit („ *et tantum ejus integritati tribuit, ut* „ *Annulum illi Piſcatorium crediderit. Orientalis* „ *Eccleſiæ & totius Græcorum nationis Protectorem*,) ac pene ſub vitæ finem Placentinum Epiſcopum declaravit. Sub Pio V. inter Cardinales ſupremæ Inquiſitionis cenſores *b* enituit. Placentinam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1568. Quam paucis ante menſibus, quam eximeretur e vivis, renuntiavit, hoc eſt eodem anno 3. Non. Decembris: ſepultuſque eſt apud S. Paulum extra Urbis muros via Oſtienſi, in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat cum hoc Epitaphio. LXXXII. (C, D)

a Claro ac nobili genere.

b Titulo Summi Quæſitoris.

Joannes Bernardinus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Epiſcopus Placentinus vivens ſibi poſuit an. Dom. M.D.LXIII. non mortuus eſt, ſed dormit.

84. PAULUS Areſius *c* Irrienſis, diœceſis Cajetanæ, Clericus Regularis, ex ordine Theatinorum, olim in politicis expediendis negotiis præcipue in Neapolitano Regno, apud prudentum pleroſque ſummæ exiſtimationis Cæterum Religione, ac probitate vitæ longe clariſſimus, ex ceſſione Cardinalis Scoti, a Pio V. ſanctiſſimo Pontifice Placentinus Epiſcopus adlectus eſt, anno 1570. ab eodemque Cardinalis creatus, a priſtino Religioſo ſuo inſtituto ne latum quidem unguem deflexit, quin totus divinis LXXXIII.

c Paulus Buralis de Aretio. De eo fuſe Silos in hiſt. Cler. Regul. Ghilinus in Theatro par. 1. Maraccius in Bibl. Mar. par. 2. Pie-

com-

cinellus in Athen. pa. 417. Conſule etiam Nicolaum in Additionibus ad Biol. Neapol. Toppii pag. 195. Mand.

commentationibus deditus, populum ſibi concreditum, clerumque ad omnem pietatem ex præſcripto Tridentini Concilii ubique, & ſemper conatus eſt informare. Hæc agentē Gregorius XIII. ad Archiepiſcopatum Neapolitanum vel reluctantem tranſtulit. Solebat enim dicere magnam eſſe vim virtutis obedientiæ, quæ ſe compuliſſet majora accipere, qui renuiſſet minora. Igitur fato functus eſt Neapoli an. 1578. 17. menſis Junii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Pauli, ſine epitaphio, ut mandaverat. Egregius Paſtor cum priſcis illis ſanctis Epiſcopis ob ejus vitæ puritatem merito comparandus; nec mirum, cum apud ſuos Theatinos clericos ageret, S. Andream de Avellino in ſtudiis pietatis condiſcipulum, ac æmulum habuiſſet, unde & ipſe, ut ille, clariſſimum ſanctitatis lumen in toto Chriſtiano orbe refulſit. („ *ut* „ *adhuc vivens à Philippo Nerio, & à Carolo Borro-* „ *mæo Sancti appellatione fuerit concelebratus. Qua-* „ *propter virtutibus clarus, miraculis glorioſus, non tam* „ *de Placentina, & Neapolitana, quam de tota Ec-* „ *clesia optime meritus nunc de Ordine SS. D. N. Cle-* „ *mentis XI. in Congregatione Sacrorum Rituum cau-* „ *ſa agitur, ut quamprimum Beatorum Faſtis adſcri-* „ *batur.*) Hujus meminit Ciac. Ciabrera, & ex iis Victorellus. Conſule autem Franciſcum Mariam del Monaco, ac Tuſſum in hiſtor. Theatinorum.

LXX XIV. 85. THOMAS Lilius Bononienſis, filius Herculis, Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius, paulo ante Ripætranſonenſis Epiſcopus, ad hanc eandem Eccleſiam translatus eſt 1577. die 24. menſis Martii, ubi inſecuto anno deceſſit 1578. die 16. m. Septembris: ſepultuſque eſt in Cathedrali.


LXX XV. 86. PHILIPPUS Sega Bononienſis, Ripætranſonenſis Epiſcopus, in Hiſpania Nuncius, ad Eccleſiam Placentinam tranſlatus eſt anno 1578. Hic natus Bononiæ eſt, ex parente Joanne Andrea, qui ex Ravenna traxit originem. Nobilem indolem ſortitus eſt, ideoque ad res graviſſimas gerendas aptiſſimam. Quamobrem juvenis adhuc Ripætranſonenſis dictus eſt Epiſcopus, Picenum provinciam rexit. In Belgio Legatione functus eſt, poſtea in Hiſpania, ſub Gregorio vero XIII. in Luſitania idem munus obivit, iterum ad regem Hiſpaniæ profectus eſt. Sub Sixto vero V. apud Cæſarem Nuncium egit, a quo tantam dicitur gratiam collegiſſe, ut Imperii inſignibus illum donaverit. Romam reverſus generali cenſura fulſit in omnes Eccleſias, Urbiſque monaſteria. Cum vero violento fato Henricus III. Rex Gallorum diſceſſiſſet è vita, reſque Gallica uſque ad naufragium jam videretur fluctuare, Sega in Galliam à Sixto V. miſſus eſt, ut Apoſtolici Legati nomine, catholico fœderi patrocinaretur. Eas partes cum decore, ſtrenueque implevit ſub Gregorio XIV. ac Innocentio IX. a quo tandem creatus eſt Cardinalis, ac Legatus Apoſtolicus in Galliis, acceptoque roſeo Pileo, ac Cruce ſub VIII. Clemente idem munus continuavit. Tametſi autem apud aliquot ſcriptores Philippus deflagraverit invidia, tanquam qui erga Hiſpanos, quam erga Gallos ferventiori laboraret affectu; apud æquos tamen rerum æſtimatores ea ſuſpicione caruit, maximè autem apud VII. Clemētem ſapientiſſimum Pontificem, qui reverſum è Galliis Philippum in purpuratorum conſeſſu dilaudatum excepit. Cæterum Sega, dum iret, rediret legatus, atque ex intervallo inviſeret, quam ſemel regendam ſuſceperat Placentinam Eccleſiam, ſynodo celebrata ſanctiſſimas leges dixit ad puriores mores. Haud diu aſſecuta purpura lætatus eſt; fractus enim laboribus Romæ deceſſit anno 1596. die 29. menſis Maji, ſepultuſq; eſt apud S. Honuphrium, ſuæ dignitatis titulum, quem ei è Galliis reverſo Clemens VIII. contulerat anno 1594. cum ſequenti epitaphio, ac marmorea ſtatua, quam ei Hieronymus Aguccia ſub VIII. Clemente, & ipſe Cardinalis, ac nepos Philippi ponendam curavit. In Placentina autem Eccleſia ejuſdem Cardinalis Aguccii cura hoc elogium poſt epitaphium collocatum ſpectatur.

Philippo Segæ Bononienſi S. R. E. presbytero
A *Cardinali Placentino, ampliſſimis ſedis Apoſtolicæ muneribus triginta amplius annos omnibus fere Chriſtiani Orbis partibus egregie functo, ab Innocentio IX. in collegium Cardinalium cooptato, Gallica demum Legatione ſub Clemente VIII. turbulentiſs. Regni temporibus peracta, illuſtrem diu ſpectatæ prudentiæ & probitatis laudem adepto, in Catholica Religione Pontificiaque dignitate propaganda acerrimo, Hieronymus Agucchius utriuſque Signaturæ Referendarius, ex teſtamento hæres Avunculo optimo P. C. obiit die xxix. Maji M. D. XCVI. vixit annos LVIII. menſes IX. D. VIII.*

Placentiæ in cathedrali alterum honorarium cœnotaphium ſpectatur.

D. O. M.

Philippus Sega Bonon. S. R. E. presb. Cardinalis Placent. ab hac Eccleſia, cui duo de
B *viginti annos vigilantiſſime præfuit, poſt multa, ampliſſimaque Sedis Apoſt. munera, & Gallicam demum Legationem ſumma fide, atque conſtantia obitam, Romam cum rediiſſet, omni virtutum laude cumulatus, in Domino obdormivit xxix. Maji M. D. XCVI. vixit annos LVIII. menſes IX. D. VIII. Eccleſia S. Onuphrii, quæ vivo titulum, eadem & mortuo ſepulchrum dedit. Quod ipſe, ſi in hac civitate mori contigiſſet, hoc loco ſibi elegerat. Huic chariſſimæ ſponſæ ſuæ, quæ potuit Præſul etiam paupertatis tolerantia clarus, ornamenta dedit, legavit dote inſuper ejuſdem capitulo, & canonicis conſtituta, ut anniverſariis precibus ejus, atque Marſilii fratris ſui hic proxime ſepulti ſalutem in omne tempus Chriſto Salvatori commendent. Hier. Agucchius utriuſque Signaturæ Referend. ex teſtamento hæres, ſuum erga Avunculum*
C *optime meritum, Pietatis, & grati animi M. N. D.*



D 87 CLAUDIUS ex comitibus Rangoniis Mutinenſis, a Clemente VIII. adlectus eſt Placentinus Epiſcopus anno 1596. die 2. menſis Decembris: vir ſane non modo nobilitate generis, ac opulentia divitiarum inſignis, ſed facilitate morum, ac ſapientia haud impar alteri Claudio Rangonio, qui Regienſis Epiſcopus per idem tempus floruit. Claudius deceſſit Placentiæ anno 1619. ſepultuſque eſt in Cathedrali, in ſepulchro, quod ſibi vivens curaverat conſtruendum, cum hoc epitaphio. LXX XVI.

D. O. M.

Claudius Rangonus Epiſcopus Placentinus ut cleri, & populi precibus ad Deum frequentioribus juvetur defunctus, medium hunc locum inter utrumque ſibi pro tumulo vivens elegit. Obiit die xiii. Septembris M. DC. XIX. annos natus LVII. menſes xi. dies iii. Præfuit huic Eccleſiæ annos xxii. menſes novem.

88. JOANNES Linatus a, Parmenſis, Burgi LXX XVII

a De eo


S. Do

Bordonus in Theatro Eccleſiæ Parmenſis ipſo Mand.

S. Domnini Epiſcopus, intimus conſiliarius ducis Raynutii Farneſii, a Paulo V. ad hanc Placentinam Eccleſiam translatus eſt an. 1620. die 13. m. Januarii. Hic pius, bonuſque Paſtor pauperibus Chriſti, piiſque locis miſericordiæ viſcera aperiens, eorum neceſſitatibus pecunia, & aliis rebus hilari animo ſuccurrens, Eccleſias pretioſis muneribus, & ornamentis ditans, quod potiſſimum teſtantur pulcherrimæ icones Deiparæ Virginis in ſummi templi excelſo hemiſphærico vertice (vulgo cupulam vocant) pictoris celeberrimi arte, ac pennicillo expreſſæ, quæ plaſtico etiam opere inaurato circumdatæ, & ad ſpiras uſque columellarum perductæ totam teſtitudinem illam octonis angulis diſſectam mirifice exornant, & ut perpetuo ſtent poſterorum oculis uſurpandæ, Joannis præſulis pietas in Mariam ſanctiſſimam Virginem largiter effuſa fecit. Eodem priori anno idibus Aprilis corpus s. Raymundi confeſſoris recondidit; 3. Non. Iulii brachium cum manu S. Conradi ab urbe Nætina in patriam illatum recognovit, pluraque Ss. lipſana comprobavit. In oppido Claſtidii Eremitanos Fratres S. Auguſtini de Obſervantia recepit 1621. in caſtro S. Joannis Idib. Octob. primum lapidem jecit in novo conſtruendo templo ſanctiſs. Triadis pro Fratribus Capuccinis. In Oppido Vallis Tarri Eccleſiam S. Pauli 8. Kalen. Julii, & S. Caroli Placentiæ Capuccinarum Monialium in feſto S. Lucæ 1625. ſolemniter dedicavit. Auguſtinianos Obſervantes in urbe admiſit ad S. Margaritam. Acta utriuſque proceſſus pro canonizatione B. Gregorii X. tam ordinaria, quam Apoſtolica auctoritate confecit. Synodalia comitia habuit: diœceſanos luſtravit, aliiſque multis ad ſacri cultus incrementum & omnium ſuorum ſalutem præſtitis. Septem denique annos cum laude prudentiæ ſibi creditam Placentinam rexit Eccleſiam. Deceſſitque 1627. ſepultuſque eſt in Cathedrali, in ſacello S. Mariæ de Populo cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Sub hoc ſaxo diem judicii expectant oſſa Joannis Linati nobilis Parmenſis Placentiæ Epiſcopi, qui ſicut vivens ſub vexillo Deiparæ continuo militavit, ita in ejuſdem Sacello ſuo cineri moriens pacem legavit. Hoc vero Legatum dilectiſſimi, & amantiſſimi fratres Joannes Baptiſta, ac Horatius Linati non ſine pio lachrymarum officio impleverunt. Obiit IV. Non. Aprilis M.DC.XXVII.



LXXVIII

89. ALEXANDER Scappius a Bononienſis, Marii Senatoris filius, Epiſcopus Campanienſis ac Satrianenſis, pro ſancta Romana Eccleſia Nuntius ad Helvetios, ab Urbano VIII. ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1627. die 17. menſis Maji. Fratres Carmelitanos Excalceatos, & Clericos Regulares S. Pauli in urbe recepit: ſynodum non ſemel habuit, cultumque Eccleſiaſticum auxit mirifice. Ei inſcripſit opus exercitationis politicæ magnorum Evangeliſta Sanctonius Bononienſis. Ejus laudes non reticet Joannes Petrus Creſcentius p. p. Italicæ nobilitatis Coronæ. Vivit adhuc, bonis Paſtoribus rarum probitatis exemplum futurum.* Tandem optimus Præſul, bono fine quievit anno 1654. in ſua Cathedrali humatus.

a De eo Barellus in hiſt. PP. Barnab. tom. 2. fol. 631. *Mandoſ.*


* Ex App. t. 7.

90. JOSEPH Grandemaria Parmenſis nobiliſſima familia natus, pietate, prudentia pollens, ex Conſiliario Raynucii II. Parmæ & Placentiæ Ducis, Placentinæ Eccleſiæ dictus eſt Epiſcopus 6. Novembris 1654. ab Innocentio X. Munus conſecrationis accepit Romæ in Eccleſia Nominis Jeſu à Petro Card. Ottobono Epiſcopo Brixienſi. Cujus Epiſcopatus cum poſſeſſionem iniiſſet, optimi Paſtoris exempla dedit. Eccleſiaſticam diſciplinam ab anteceſſore mire cultam, aſſidua præſentia mirum in modum conſtabilivit, pauperes fovit, & ea omnia egit, quæ ſummæ exiſtimationis virum viderentur decere. LXXIX

ADDITIO.

(„ *Fato deniquefunctus eſt in Eccleſiæ ſuæ gremio*
„ *die 6. Aprilis 1681.*
„ GEORGIUS *Barni, nobilis Laudenſis, ſa-* XC
„ *cerdotali charactere inſignitus*, J. U. D. *& Utriuſ-*
„ *que Signaturæ Referendarius poſt nonnulla eleganter*
„ *obitaguberni*a*, nempe Tyburis, Camerini, ac*
„ *Firmi, necnon Ravennatenſem Legationem, cum*
„ *annum ageret 37. Epiſcopus Placentinus renunciatus*
„ *eſt die 17. Maji an. 1688. Vivit adhuc optimus*
„ *Præſul plurima tum pietatis, tum charitatis opera*
„ *jugiter exercens.*)

REGII LEPIDI EPISCOPI.



OMnino refragor Blondo, Perotto, aliiſque, cum Regium Lepidi a Lepido Triumviro volunt fuiſſe ædificatum. Siquidem cum Cicero cum Bononia, Parmaque antiquiſſimis civitatibus Regium Lepidi commendet, & memoret, id ſane facere non potuiſſet, qui ſub Triumviratus proſcriptionem vitam amiſit. Quid quod Strabo inter mediocres Galliæ Ciſalpinæ civitates illud reponit? Ptolomæus coloniam Romanorum illud appellat: unde hauſere alii, hunc eundem Lepidum illo aliquando deduxiſſe coloniam, indeque illi factum cognomen Lepidi. Sanior, ſecuriorque illa videtur ſententia eſſe, quæ affirmat ab antiquis Hetruſcis fuiſſe ædificatum, quos deinde exegere Galli, Gallos autem victores Romani, qui poſtea duo millium mortalium coloniam Regium deduxere. Idq; ex Livio videntur haurire, cum narrat lib. 35. Parmam, Mutinamque Romanos novis incolis frequentaſſe, Marcumque Æmilium Lepidum, T. Æbutium Carum, L. Quintium Criſpinum, in Bojorum territorium inter Mutinam, Parmamque, hoc eſt, Regii, ut ipſi interpretantur, duo millia incolarum collocaſſe, indeque a principe ejus legationis, hoc eſt, a M. Æmilio Lepido, civitatem illam, fori Lepidi, vel Regii Lepidi traxiſſe cognomen. Hic ille M. Æmilius Lepidus eſt, qui cum a fundata Urbe an. 573. Romanus Conſul eſſet, a Placentia ad Ariminum uſque Æmiliam viam munivit, ac ſtravit, potuitque eadem munificentia novis incolis, ædificiiſque Regium auxiſſe, quod deinde de ejuſdem nomine Regium Lepidi vocavit grata poſteritas. Hujus civitatis præter citatos auctores, meminerunt Plinius, Feſtus, Ammianus Marcellinus, Tacitus,

Digitized by Google

tus, Plutarchus, Polybius, Itineraria, & alii. Ex recentioribus vero Fatius Ubertus, Platina, Sabellicus, Merula, Corius, Antoninus, Leander. Unde autem ea civitas dicatur Regium, haud ſatis conſtat. Etenim qui ideo Regium appellatam volunt, quod ex fertilitate ſoli, cœli benignitate, ac pulchritudine ædificiorum Regium quiddam videatur mortalibus, non ſatis animadvertunt eas vel naturæ, vel artis dotes commemorare, quas Regium Lepidi cum aliis pluribus Inſubriæ civitatibus poteſt habere communes. Illud conſtat Regium Lepidi dici, ut à Regio Galliæ ſecerneretur. Cæterum pulchra civitas eſt, tametſi haud latius fines extendat, in medio viæ Æmiliæ ſita fertiliſſimo ſolo, populo gravis, ac nobilitate inſignis, quæque ſemper protulit cives omnibus ingenuis artibus pares, ac diſciplinis. Diu Romano populo paruit, paſſaque deinde excidium eſt à Longobardis, & Gothis, ut Epiſt. 8. ſcribit Ambroſius, depoſitamque Regienſes cives temporibus Caroli Magni reſtaurarunt. Ejus adminiſtratio aliquãdiu Reipublicæ formam retinuit uſque ad annum *1318. Poſtea, vel invita jugum accepit comitum Canuſinorum: tum dominos experta eſt Eſtenſes, Cæſares, Gallos, Romanos Pontifices, Scaligeros, Folianos, Gonzagas, Galeazios, Ottobonos; indeque rediit ad Eſtenſes; iterum ad Romanos Pontifices, donec Adriano VI. ſedente ita ea potiti ſunt Eſtenſes, ut hactenus ſub nomine ducatus illam optimis legibus conſtitutam adminiſtrent.* Porro Regienſis Ducatus iis includitur terminis, ad Orientem à torrente Scla, ad Meridiem ab Apennino, ad Septentrionem à Pado flumine, ad Occidentem ab Entia pariter torrente, ubi centum viginti oppida, ſeu caſtella recenſentur, interque numeratur Canuſſium non minus memorabile diuturnis Beringarii Regis obſidionibus, quam Gregorii VII. Romani Pontificis, Cardinaliumque receptu, cum Henricus IV. Imper. relicto exercitu, ac omni regio cultu abjecto, ſine calceis, ſæviente hyeme, Pontificiæ diſpoſitioni perpetratorum facinorum pœnitens intercedente Comitiſſa Mathilda. ſe ſe reſignavit. Ut autem certiſſime conſtat, S. Barnabam Apoſtolum, ac S. Apollinarem in Inſubriam fuiſſe miſſos, alterum in Galliam Tranſpadanam, alterum in Ciſpadanam, ut illic Evangelium Chriſti promulgarent, ſic haud inſulſa conjectura aſſerere poſſumus, Regium Lepidi, ab altero, vel ab illorum alumnis ſacra Chriſtiana ſuſcepiſſe, quando inde ab an. 60. noſtræ ſalutis traditur Prothaſius hujus civitatis primus fuiſſe Epiſcopus. Poſt cujus exceſſum, eorum, qui ſecundum Prothaſium Regio præfuerunt, iniquitas temporum memoriam devoravit, uſque ad annum 400. Idololatria deinde deleta Regienſis Eccleſia fundata eſt, quæ primum Mediolanenſi Archiepiſcopo ſubjecta fuit, poſtea Ravennati; uſque ad annum 1583. Deinde vero Gregorio XIII. mandante nuperæ Metropolis Bononienſis ſuffraganea effecta eſt. Ampliſſima diœceſi gaudet, ejuſque Antiſtes titulo comitis fulget, ab antiquis olim Cæſaribus obtento. * Cujus Antiſtis modernæ prærogativæ ſunt (ſiquidem antiquitus potioribus fruebatur] Principatus dignitate fulgere, galea, enſeque pontificaliter celebraturi ad altare accedere, utrumque ex poteſtate illi conceſſa per Carolum Magnum ad contumaces, facinoroſoſque compeſcendos, ut refert Vidus Pancirolus in ſua M.S. rerum Regienſium hiſtoria: Duas habere Cathedrales, alteram Deiparæ Virgini conſecratam, numeroſo clero decoratam: alteram S. Proſperi de Caſtello non minori magnificentia præditam, quam non diſſimilis clerus Canonicorum, ac presbyterorum incolit: Nonniſi centenariæ ſubjacere præſcriptioni: Nulli parere Metropolitano: Necnon eligere, & deputare pauperes collegiales Regienſes, Bononiæ alendos, ex redditibus proprietatis relictæ à Guidone Ferrario dicto de Bagnolis Regis Cypri Phyſico, ac patritio Regienſi Nicoſiæ defuncto anno 1362. Cathedralis Deiparæ Virgini conſecrata, divoque Apollinari, nuperæ ſtructuræ eſt, atque elegantiſſimæ brevitatis, quam numerus, ac decens clerus exornat. Ibi nobiliſſima Abbatia S. Proſperi civitatis divi Tutelaris ſpectatur, quam Comitiſſa Mathilda ædificiis, opibuſque mirum in modum auxit. * Necnon aliqui ex Epiſcopis Regienſibus, nonnulli ex Lombardiæ proceribus, ſeu Dynaſtis, multique alii fideles S. Proſperi ejuſdem civitatis Epiſcopi, inibi quieſcentis, devotionis ergo, adeo denariis auxerunt, ut inter ditiores, præclarioreſque Italiæ Abbatias anteactis ſeculis habita fuerit. Extant etiam in Regienſi Ducatu aliæ quatuor non ignobiles Abbatiæ, Brixelenſis ſanctiſſimæ Trinitatis, quam fundavit, dotavitque Atto Comes Canuſſinus, auxit vero mirum in modum Mathilda Comitiſſa Canuſſina: S. Apollonii à Beatrice, & Mathilda ejus filia Comitiſſis excitata: Morolenſis, ſeu Maurolenſis S. Mariæ, ab eadem piiſſima Comitiſſa Mathilda in montibus Regienſibus exſtructa, & ditata; & Campagnolenſis in planitie condita. Sicuti etiam in eodem Ducatu conſpiciuntur duæ commendæ Melitenſium equitum non ſolum opulentæ, ſed inſignes.

Excelluiſſe mirum in modum Regium religione, ac pietate oſtendunt 58. Eccleſiæ elegantis ſtructuræ in ejus minus milliarii ambitu exædificatæ, quorum tres ſunt collegiatæ clericorum ſecularium, 13. Regularium diverſorum Ordinum, 12. Monialium, 13. Parochialium ſecularium, 11. Confraternitatum, cæteræ diverſorum locorum piorum, aliaque loca pia pro infirmis viris, ac mulieribus, pro infectis epidemiæ, pro expoſitis infantibus, pro hoſpitibus, & peregrinis pauperibus nobilia xenodochia, ac præſertim illud in litore torrentis Seclæ poſitum ad quoſcunque egenos hoſpitandos, a nobili familia Sacrata conditum, Epiſcopis Regienſibus commendatum: Domus charitatis cunctis pauperibus large patens: Mons pietatis: conſortium presbyterorum pro pauperibus ſacerdotibus infirmis ſuſtentandis; incolatus cathecumenorum: Diverſoria pro utriuſque ſexus pueris civibus orfanis pauperibus, alterum ſcilicet ſub nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, alterum S. Martini; diverſorium pariter mendicantium pro pauperibus pueris, & puellis comitatus. Ædes mulierum ad meliorem frugem converſarum, necnon & alias ad pauperes nobiles virgines nubendas inſtitutas. Templum autem, quod Regienſi Virgini miraculis clariſſimæ a populi pietate dicatum eſt, ſupra cæteras Eccleſias nitet, cum pluribus aliis locis piis, ac oratoriis abundat. Unum illud Regio defuiſſe videtur, hiſtoricus ſcilicet, qui vetuſtæ civitatis eventus, opeſque jaceret in commentarios, * quorum hiſtoriæ, & annales publici juris factæ fuerint. Nam Petrus Gazadius Abbas S. Proſperi hiſtoriam ſui monaſterii concinnavit, ubi Regienſium res abunde commemorat, Guido Pancirolus Juriſconſultus celebris, & Fulvius Acciarus eques, & Alexander Squadronus Regienſium res ita conſcripſerunt, ut nihil, vel parum ad rerum Regienſium exactam cognitionem aſſequendam deſiderari poſſe videatur: tamen hactenus nondum prodierunt in lucem, ſed M.S. apud aliquos latitant, mihique latuere, dum de Regienſibus Epiſcopis ſcriberemus; quemadmodum & Regienſium Epiſcoporum vitæ, reſque geſtæ à Fulvio ipſo ſupra relato Acciario accurate conſcriptæ, quarum exemplar extat apud Marchionem Julium Fontanam. Ex iis pro ſua in patriæ pietatem plura nuper, ac præcipue Imperatorum, Regum, Pontificumque privilegia, & Epiſcoporum Regienſium monumenta, Romæ mihi tranſmiſit eruditus Petrus Valeſtrus Regienſis, digniſſimus Abbas S. Petri de Mutina Congregationis Caſinenſis; quæ quidem pretioſa monumenta ex archivio Regienſis Eccleſiæ ab ipſis auctoribus exſcripta fuere, quæ nos ad Regienſis Eccleſiæ decorem hic exhibemus, ſuis locis aptanda in Regienſium Epiſcoporum noſtra ſerie. Nos, dum Præſulum Regienſium exordiremur catalogum, incidimus in compendium hiſtoricum Fulvii Azzarii ſatis jejunum, unde vix aliquid eruere potuimus, quod noſtros promoveret conatus. Igitur

præter

* Ex App. tom. 2.
* Ex App. tom. 5.
* Ex Append. t. 5.
* Ex App. t. 5.
* Ex App. tom. 5.

Digitized by Google

præter citatum ſcriptorem, alios conſuluimus, è quorum monumentis hanc, quam vides, intexuimus ſeriem Regienſium Epiſcoporum. Taxatur vero Regienſis Eccleſia in lib. cameræ ad Florenos 816.

A D D I T I O.

(„ *Collegium Canonicorum s. Proſperi ſunt numero octo præter manſionarios, ſeu ſacellanos 26. cum uno Præpoſito, iam olim decerpti ex Collegio Eccleſiæ Cathedralis s. Mariæ: quod cum inſtitutum fuiſſet ſub numero 24. Canonicorum cum tribus dignitatibus, reſtrictum ad 16. eſt, & amiſſo Præpoſito retinuit Archidiaconum, & Archipresbyterum: quo fit, ut in proceſſionibus publicis Præpoſitus s. Proſperi primum locum teneat poſt Archidiaconum, & Archipresbyterum s. Mariæ, ante omnes utriuſque Capituli Canonicos, ſub duabus crucibus veluti ſub una progredientes, ac ſi unum ſolum collegium conſtituerent. Cum autem an. 1681. Cathedralis Eccleſiæ Capitulares facultatem obtinuiſſent utendi violaceis cappis per Hyemem pelle armellina, per æſtatem rubro ormuſino fartis, inſtiterunt Canonici s. Proſperi, ut idem quoque ſibi liceret: & cauſa ad Congregationem rituum delata, atque ad inſtantiam aliorum ſemel iterumque repetita, tandem definitivam obtinuere ſententiam ſub data an. 1685. 17. Febr. cum clauſula: ſine præjudicio jurium Cathedralis, cui alias conſultum ſatis videbatur per differentiam Armuſii, qua alteri ab alteris notabiliter diſcernuntur, ne prorſus iidem inter ſe videantur. Cæterum in urbe adſunt 22. Parochiæ, quas inter Præpoſitura s. Nicolai de Jurepatronatus Zobolorum, Virorum cœnobia 14. in quibus eminent Abbatiæ s. Petri, e S. Proſperi Benedictinorum Caſinenſium, Gratiarum Canonicorum Regularium Lateranenſ. & s. Marci Canonicorum Regularium s. Salvatoris. 12. ſacrarum Virginum ſepta, 11. Confraternitates laicales, aliaque loca pia, de quibus Auctor ſatis diſſerit. Diœceſis vero late patens 238. Parochiales Eccleſias complectitur: Ejuſque præcipua oppida ſunt:* Mirandola, *ſedes Picorum Ducum.* Novellara, Correggio, Saſſuolo, Scandiano, Rubiera, e Caſtel nuovo in Graſagnana. *Sciat tamen optimus lector, antequam ad Regienſium Præſulum ſeriem legendam procedat, me clariſſimi viri, atque de eccleſiaſtica hiſtoria optime meriti Benedicti Bacchinii temperationis Benedictinæ digniſſimi Abbatis beneficio, ab erudito viro Mario Tuſchio accepiſſe divitem monumentorum ad Reginam Eccleſiam ſpectantium ſupellectilem, qua hæc ſeries non parum locupletaretur, & Ughellianorum diplomatum cum originalibus collationes, unde plurimi errores ab Ughellianis tollerentur, opus, & laborem avunculi ſui doctiſſimi viri Hieronymi Tuſchii olim Regienſis Cathedralis Archidiaconi, Vicariique Generalis, anno 1702. denati.*)

I. 1 PROTHASIUS primus Regienſis Epiſcopus fuit, qui floruit circa annum 60. a Chriſtiana fundata ſalute.

II. 2 CHROMATIUS.

III. 3 ANTONINUS.

IV. 4 ELIAS.

V. 5 SANCTINUS.

VI. 6 CORASIUS.

VII. 7 FAVENTIUS Mediolanenſi concilio interfuit, ſub Euſebio Archiepiſcopo anno 451 *a*. Hujus meminit Joſephus Ripamontius decad. 1. hiſt. Eccl. Mediolanen.

a vel potius 451.

VIII. 8. ELPIDIUS floruit 458.

IX. 9. S. PROSPER Aquitanicus, rara doctrina notiſſimus, I. Leonis Papæ ſecretarius, unde arbitrantur plerique ab ipſo inſignem illam Epiſtolam S. Leonis de incarnatione Verbi ad Flavianum fuiſſe compoſitam, ut teſtatur Gennadius, Honorius, Addo Viennenſis, Marcellinus in chronico, aliique ſcriptores. Ad hunc Proſperum s. Auguſtinus Epiſtolam illam de Prædeſtinatione direxit, ipſeque viciſſim ad D. Auguſtinum de eadem materia ſcripſit. Ejus doctrina nervoſa, atque ſcholaſtica eſt, cujus opera monumentaque Cœleſtinus primus cenſuit comprobanda, ad Epiſcopos Galliarum ſcribens, Gelaſiuſque Papa C. ſancta Romana diſtinct. Conſule autem Baronium, ſi Aquitanici contra Pelagianos, proque doctrina Auguſtini, cujus ſe profitebatur alumnum, exantlatos labores plenius cognoſcere cupis, ad an. 466. in quo vult deceſſiſſe die 25. menſis Junii. Hic igitur ſanctus Proſper eſt, quem Regienſes Inſubres ſuum Epiſcopum faciunt; contenduntque ad hunc honoris gradum fuiſſe provectum a Leone I. Pontifice, cui fuerat a ſecretis, ut habent vetuſta ejus cathedralis breviaria; vitaque functum 466. fuiſſe tumulatum in Templo, quod ipſe s. Apollinari dicaverat, ibidemque manſiſſe uſque ad tempora Luitprandi Longobardorum Regis, indeque poſtea tranſlatum in Eccleſiam ejus nomini conſecratam, ubi hoc tempore requieſcit: Quam poſtea Eccleſiam à comitiſſa Mathilda auctam, munificeque dotatam, in nobilem ex s. Benedicti Ordine Abbatiam fuiſſe erectam. Cardinalis Bellarminus hunc Aquitanicum Proſperum negat Regii Lepidi fuiſſe Epiſcopum, ſed Regii Provinciæ Narbonenſis ditionis in Galliis, quæ Eccleſia ſuffraganea eſt Archiepiſcopi Aquenſis, cui argumento eſt, quod Proſper in Provinciali Concilio ſubſcribitur Vaſenſi, & Carpentoratenſi, Fauſtumque advertit Maximo ſucceſſiſſe, hunc vero Aquitanico Proſpero, qui certiſſime Regii in Galliis fuerunt Epiſcopi, qui ex famoſo illo, ac inclyto monaſterio Lirinenſi literis, moribuſque cultiſſimi prodierunt. Idem affirmat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, die 25. menſis Junii, aſſeritque ſediſſe ann. 24. In hoc vero Baronius abiit a Bellarmino, quod arbitratur Proſperum illum, qui Vaſenſi, & Carpentoratenſi Concilio reperitur ſubſcriptus, alterum fuiſſe ab eo, qui Regienſis in Galliis Epiſcopus erat, illumque Aurelianenſem fuiſſe Epiſcopum, Aniani ſucceſſorem, cui Sidonius Apollinaris literas dedit, atque ita vult per idem tempus duos Proſperos fuiſſe æque famoſos in Galliis Epiſcopos. Quibus diligenter perſpectis ducor & ipſe conjectura ex veteri Eccleſiæ Regii Lepidi deducta memoria, tertium Proſperum poſſe dari, qui per idem tempus Regio Lepidi cum laude ſanctitatis præeſſet, in quem virtutes Aquitanici, parum diligens ſcriptor, eodem tempore, nomineque deceptus, contulerit. Hæc, inquam, ſuſpicio mea eſt, quam haud ita tueor, ut non mihi cenſeam ſtandum meliori judicio *b*. Sequor itaque tantorum virorum ſententiam, quibus addo doctiſſimum virum Henricum Spondanum, qui arbitratur Proſperum Aquitanum aut nunquam fuiſſe Epiſcopum, quod a Gennadio tantum vocetur homo Aquitaniæ Regionis, aut Regii in Galliis fuiſſe Antiſtitem, cui conſtat ſucceſſiſſe Maximum, huic vero Fauſtum fuiſſe ſuffectum. Horum autem meminit Chron. monaſterii Lirinenſis; Sirmundus autem in notis ad C. Sidonium Apollinarem audacter affirmat Proſperum Aquitanum nunquam fuiſſe Epiſcopum. Cæterum ſimilitudo plerumque nominum civitatum maximas quandoque tenebras offudit veritati hiſtoriæ. Auctor ipſe Martyrologii Romani eam ob cauſam lapſus eſt, ut bene notat Baronius in ſuis ad Martyrolog. Roman. notis. Cum enim ſanctum Maximum Epiſcopum commemoraret, cum illi aſſerendum foret Regii in Gallia Narbonenſi, Regii Lepidi perperam dixit; unde credidere poſtea plures, hunc s. Maximum Regii Lepidi fuiſſe Epiſcopum. Eſt ergo Regium Lepidi in Inſubria, Regium Julii in Calabria, Regium Galliæ Narbonenſis, ſitum in Parlamento, & Archiepiſcopatu Aquenſi. Primo additur Lepidi, ſecundo cum aſpiratione ſcripto adiicitur Julii: Tertium dicitur abſolute Regium, vel Recium, & Rejenſis civitas, & Albercetum Nejorum Apollinarium Plin. lib. 3. c. 4. Paul. Diac. lib. 3. Euſtachius in Dionyſium, Gregor. Tur. lib. 4. & hæc hactenus habui, quæ de tribus Regiis, duobus, vel tribus Proſperis enarrarem.

b Verum de hac re vide latè diſſerentē Papebrochium in Actis SS. Junii tom. 5. p. 53. & ſeqq.

X. 10. STEPHANUS.

XI. 11. DEODATUS floruit anno 488.

XII. 12. THEODOSIUS vixit anno 554. * Hic ex Monacho ad Regienſem Cathedram aſcendit, & Eccleſiam s. Albani à Barbaris devaſtatam ſumma pietate reſtituit.

* Ex App. tom. 5.

XIII. 13. DONODEUS.

XIV. 14. ADRIANUS.

XV. 15. BENENATUS.

XVI. 16. LUPINUS. * Hunc Lupinum fuiſſe ex vetuſta familia de Charitate ſupra relati Auctores ſcribunt. Inſignia hujus gentis flamma eſt, exundis maris prodiens.

* Ex App. tom. 5.

XVII. 17. MAURITIUS Rom. Concilio interfuit ſub Agathone Papa an. 680 a.

a Seu 679.

XVIII 18. JOANNES Regienſibus præfuit 681. deceſſit an. 684.

XIX. 19. THOMAS ſanctimonia vitæ clarus, vivebat anno 701. Hic S. Proſperi Templum exorſus eſt ædificare, ubi poſtea illius corpus tranſtuliſſe narratur. Fato functus eſt anno 714. * Hunc faciunt, voluntque fuiſſe ex nobili Mutorum familia, alias Dominorum Pagi de Gazata, & Eccleſiam Regienſem Luitprandi Regis Longobardorum temporibus rexiſſe ajunt. Hujus Thomæ quippe elogium, ſeu cœnotaphium viſitur in eccleſia SS. Petri, & Proſperi monachorum Caſinenſium noſtris temporibus in marmore exaratum in hunc modum.

* Ex Append. t. 5.

Beati Thomæ Regienſis Antiſtitis,
qui tempore Luitprandi Longobardorum Regis
ex divino indicto
Baſilicam Abbatialem S. Proſperi
extra civitatem ædificatam
Regienſium tutelari dicavit,
mortales exuviæ
hocce intra civitatem a Benedictinis
Caſinenſibus
dictæ Abbatiæ ab illius fundatione incolis,
bellorum ergo magnifici vetuſtiori ſuffectæ
ejus membra cœlo aſſervante ſpiritum
æternitati quieſcunt.

Porro Mutorum nobilis Regienſis familiæ inſignia ſunt Leo erectus in manibus, geſtans parvulum ſcutum, in ſupero ſemiſſe avicula, cum ſemiſſe imo ſenis baltheis partim nigris, partim argẽteis, virgata.

XX. 20. CONSTANTINUS Regienſibus divinum jus dixit anno 715. e vivis exemptus eſt 726. * Pontius in ſuo Ms. Regenſium Epiſcoporum regeſto refert Conſtantinum ex nobili familia Rubinorum prodiiſſe.

* Ex App. tom. 5.

XXI. 21. CALLISTUS.

XXII. 22. GEMINIANUS anno 753. Templum Abbatiæ Nonantulanæ, a S. Anſelmo Abbate ædificatum conſecravit in honorem beatiſſimæ Virginis Mariæ, & S. Benedicti Abbatis, de quo chron. Nonantulanum.

XXIII 23. APOLLINARIS floruit anno 774. obiit poſtremum diem 786. * Hic à Carolo Magno tria pretioſa privilegia ad favorem ſuæ Regienſis Eccleſiæ meruit obtinere, ubi jura, ac confinia Regienſis Epiſcopatus recenſentur, quæ illis antiquis diebus poſſidebat. Tenor privilegiorũ ipſiſſimis verbis exſcriptus talis eſt, ex authenticis exemplaribus.

* Ex App. tom 5.

Collatum cum exiſtenti in Archiv. Cathed. Regii. capſ. 7. n. 1222.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Longobardorum, & patritius Romanorum. Quicquid enim locis ſanctorum venerabilium ob amorem Dei noſtris auctoritatibus confirmamus, donamus, & regiam conſuetudinem exercemus, & id in poſterum manſurum eſſe credimus. Igitur comperiat omnium fidelium noſtrorum induſtria, qualiter venerabilis vir Apollinaris Eccleſiæ Regienſis Epiſcopus pietatis noſtræ clementiam adierit, ut omnes res ipſius Epiſcopii, quas antiquitus, vel modernis temporibus, tam de dationibus Regum, quam Reginarum, ſeu reliquorum Deum timentium, vel quos in antea additum, vel delegatum fuerit, vel quicquid juſte, & rationabiliter poſſidere dignoſcitur, ſub immunitatis noſtræ tuitione per noſtram auctoritatem prædicto loco ſacro corroboraremus. Quatenus nullus judex publicus ibidem cauſas audiendas, vel froda exigenda, ſeu

A *manſionaticas, vel paratas faciendas, nec fidejuſſiones tollendas, neque ullas redhibitiones publicas requirendas, ſeu etiam per Padum ſurſum, vel deorſum navigando ripaticum tollendo, ſicuti eſt Ferrariam, aut Comaclim; ubi ſupradictus locus jacer ſalinas dinoſcitur habere. Inſuper etiam teloneum in nullo foro exigendo, vel ripaticum, aut Portaticũ, vel ubi ullus exactor aliquam oppreſſionem, vel violentiam inferre præſumeret. Petit etiam quandam ſylvam juris noſtri ſitam in Comitatu Parmenſe in finibus Biſmanti in loco, qui dicitur Lamma Fraolaria, cujus fines ſunt de uno latere, à flumine Sicle ſurſum per ſtratam uſq; in monte Palaredo aſcendente per ſtratam uſque in finibus Thuſciæ, inde vergente in rivum Albolum uſque ad flumen Siclæ, inde quoque juxta Siclam deorſum pervenit in flumen Anzola. Cujus petitionibus pro divina remuneratione annuentes, ſuæ Eccleſiæ præfatam ſylvam in perpetuum habendam conceſſimus; atque exinde ei hoc firmitatis noſtræ præceptum fieri juſſimus, per quod decernimus, atque ſtatuimus, ut nullus quilibet judex tyrannica poteſtate in curtis, vel rebus ipſius Epiſcopii, aut cauſis*

B *audiendis, nec froda exigenda, ſiu manſionaticas, aut paraticas faciendas, vel fidejuſſiones tollendas, neque ullas retributiones publicas requirendas, vel in propriis domibus ſacerdotum, vel clericorum ſuorum poteſtative, aut tyrannice aliquando exerceat. Inſuper de omnem ripaticum, ſive in ſalſo, ſive in dulci, atque teloneum in omnibus foris nundinum, ſeu nataticum, aut potentaticũ ſæpe dictæ ſanctæ Eccleſiæ Regen. abſque ulla contradictione in perpetuum perdonamus. Quod ſi aliquis, quod minime credimus, contra hoc donationis, vel immunitatis noſtræ firmamentum adire contenderit, aut infringere tentaverit, triginta libras auri optimi coactus exſolvat, medietatem palatio noſtro, medietatem Eccleſiæ, cui vim intulit, & ſi non habet, unde exſolvat, de vita componat. Et ut noſtræ donationis, vel immunitatis indictum præſentibus, & futuris temporibus inviolabiliter, & inaudacter intactum permaneat, & ab omnibus catholicis diligentius obſervetur, manu firmitatis noſtræ ſubt. aſſignavimus, atque annulo impreſſionis noſtræ inſi-*

C *gniri juſſimus.*

Signum † Caroli Glorioſiſſimi Regis.

C. Jac. ad vicem Radonis.

Data die viij. Kal. Junias. Anno xiij. & vij. Regni noſtri. Actũ Papiæ Civit. In Dei nomine feliciter Amẽ.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Longobardorum, ac Patritius Romanorum. Maxima Regni noſtri in hoc augere credimus munimenta, ſi beneficia opportuna, quæ pro compendiis ſervorum Dei locis venerabilibus largita, vel condonata ſunt, noſtro munimine confirmamus, regiam inquid exercemus conſuetudinem, & hoc nobis ad remedium animæ noſtræ in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur compertum ſit omnium veſtrorum magnitudini, qualiter venerabilis vir Apollinaris Eccleſiæ Regienſis Epiſcopus una cum clero, & populo prædictæ Eccleſiæ clementiam Regni noſtri petiit, ut electionem ex clero præfatæ ſuæ Eccleſiæ omni tempore concederemus. Inſuper & petiit, ut omnibus rebus ipſius Epiſcopatus, quas moderno tempore tam de datione Regum, quamque Reginarum, ſeu reliquorum Dei ti-

Collatum cum exiſtenti in Arch. Cath. Regii capſ. 6. n. 807.

D *mentium hominum, vel quod in antea additum, vel delegatum fuerit, & juſte, & rationabiliter poſſidere dinoſcitur, ſub immunitatis nomine per noſtram auctoritatem ad prædictum ſanctum locum concedere, vel confirmare deberemus. Quatenus nullus Judex publicus ibidem ad cauſas audiendas, vel fodra exigenda, & manſiones, vel paratas faciendas, nec fidejuſſores tollendos, neque nullas redhibitiones publicas requirendas ingredere, nec exactare penitus non præſumeret. Cujus petitionem pro divino cultu denegare noluimus, ſed ita electionem conceſſiſſe omni tempore ſuæ Eccleſiæ, atque in omnibus coonfirmaſſe cognoſcitur. De cætero, & immunitatem noſtram ei conſcribere juſſimus, per quam omnino jubemus, ut nullus quislibet de vobis, neque de judiciaria poteſtate in chartis, vel rebus ipſius Epiſcopatus ad cauſas audiendas, nec fodra exigenda, ſeu manſiones, aut paratas faciendas, vel fidejuſſones tollendas, neque nullas redibutiones publicas requirendas ingredere, nec exactare ullo unque tempore nullatenus præſumatur,*

ſed

Digitized by Google

ſed ſub immunitatis nomine cum omnes fretas conceſſas valeat memoratus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores omnique tempore quieti vivere, ac reſedere, quatenus melius delectet ipſos ſervos Domini, qui ibidem Deo famulare videntur, pro nobis, uxorique, noſtra etiam prole Domini miſericordiam jugiter exorent. Et ut hac immunitas firmior habeatur, & diuturnis temporibus melius conſervetur, manus noſtra ſubſcriptionibus ſubter etiam annotavimus, & de anulo noſtro ſigillare juſſimus.

Signum † Caroli Glorioſiſſimi Regis.

Gilibertus ad invicem Radoni recognovi.

Data in menſe Junio die octavo in anno 13. & 7.

Actum Papia Civitate in Dei nomine feliciter.

Coll. cum exem. in Arch. Cath. Regii capſ. n. 1133.

Carolus, gratia Dei, Rex Francorum, & Longobardorum, ac patritius Romanorum. Si eccleſiarum Dei ſervitoribus largitionis, ac benignitatis munificentiam impartimur, eorumque votis libenter annuimus; id nobis ad Auguſtalis excellentia culmen proficere credimus, inſuper (quod cunctis pretioſius eſt dignitatibus) aterna retributionis pramium capeſſere non diffidimus. Induſtriam igitur omnium s. Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque praſentium ſcilicet, ac futurorum, noſſe volumus, patrem noſtrum Apollinarem Reverendiſſimum s. Regien. Eccleſia Praſulem noſtram adiiſſe clementiam, nobiſque retuliſſe, quod accidente negligentia, & incuria, crepitantibus flammis Eccleſiarum adificia in Regen urbe cremata fuerint; cum quibus etiam aliqua inſtrumenta chartarum, & monumenta in favillam redacta ſint: habebatque pra manibus pracepta Regum Longobardorum, quorum auctoritatibus jam praſata Eccleſia, ne pravorum hominum oppreſſiones, aut invaſionum detrimenta pateretur, undique fulcita erat, ac munita, poſtulans ſiquidem, ut & nos, ob divinum amorem, eandem Eccleſiam, cum omnibus facultatibus, quas hactenus acquiſivit, vel deinceps futuris temporibus fidelium oblationibus acquiſierit, cum rebus, & familiis utriuſque ſexus, cunctoque clero inibi quotidie famulante, ſub noſtra defenſionis reciperemus protectionem: quod & fecimus, & per hanc noſtri precepti paginam pracipimus, & jubemus, ut nulla unquam magna, parvaque perſona res, aut familias ejuſdem Eccleſia, ſed neque venerabilem ipſius loci clerum, in aliquo inquietare, vel moleſtare praſumat. Et quia termini ejuſdem Eccleſia in confiniis Mantuanis, Bononienſibus, Mutinenſibus, & Lunenſibus, vel Parmenſibus, ſeu & Ticinenſibus, & Cumanis, res ipſius Epiſcopii conjacent; apologeticum idem Pontifex habebat, in quo, omni remota dubitatione, res jam praſata Eccleſia, per ſingula loca, & vocabula, terminique, & confinia inſita erant, ideoque pro temeraria praſumptionis invaſione cavenda, necnon, & pro Francorum gente noviter in Italiam à nobis introducta, petiit Excellentiam noſtram, ut eoſdem terminos huic noſtro pracepto inſeri juberemus, ne fraudem aliquam eadem Eccleſia de ſuis rebus, aut confiniis ab invaſoribus patiatur. Cujus dignam, ac rationabilem conſiderantes petitionem, & Lunenſium, & Parmenſium confiniis, ſicut in ipſo apologetico indita erant, omnes terminos annotari juſſimus. A meridie itaque per montana, verſus Occidentem, conjacent fines, terminique venientes de Prato Mauri, in montem de menſa, inde in Centro crucis, ac deinde in Alpem marinam, inde in montem Depoſci, deſcendentes in rivum Niteram, qua defluit in fluvium Intiam, per fluvium Intiam, ſicut ipſa Intia deſcendit à ſumma villa Monticuli, decurrens ex tranſverſo in Barcham, & defluit deorſum per Agidam, ad Aquilonarem partem, in rivum Campigenem, & ex inde in Tegolariam, in fluvium Padũ, & Zaram, ſicut Padus defluit in Burrianam. Item per meridiem, ad Orientalem plagam, incedunt fines per Pratum majorem, in montem Ruſulum per Alpem, in Fazolam, deinde per Alpem, uſque in Thermas Salonis. Fines vero, qui ſunt inter Thuſciam, & Regenſem & Mutinenſem de Thermis Salonis perveniunt in Tendam Regis, inde ad Fontem Sylvani, & inde in Rivum Sanguinarium, & deinde ad Lacum de Carpene, & inde in viam novam, indeque in locum Motivum, deinde in locum, qui dicitur Laverna, & inde per montem Laurentii deſcendentes veniunt in fluvium Dullum, indeque per ſylvam de Mallo, & inde per Collinam, deinde in Pratum lungum, ac deinde per Rivum, qui decurrit de Lupatio in fluvium Siclam, inde per Siclam uſque ad Dullum, ac deinde aſcendit per Dimnaticum in Carſtiola, & inde deſcendit per Sarram de Maurſano, & pervenit in fluvium Raſennam, & inde aſcendit in Pyraniana, indeque in montem ſuper valles, uſque in antiquum, deinde deſcendens in Piſcariolam venit in fluvium Siclam, ac deinde per Cluzam currentem per montem Cerradi, uſque dum venit ſub monte Merelli, & inde venit per Sylvanum, deinde decurrit per Salſulam, & inde per montem Monticulum, indeque per Campum Milatium, ad Septentrionalem plagam, per paludes Civitatis nova, uſque Stratam, ac deinde in Aquam longam uſque dum venit in Burianam. Infra iſtos pranominatas fines (ſicut a ſanctis Patribus, & idoneis, ac catholicis hominibus antiquitus in ipſa Eccleſia conſtitutum fuiſſe reperimus) omnia pars ipſius Eccleſia ſecurè, ac quiete, noſtra Regali auctoritate, perenniter poſſideat. Retulit etiam pralibatus Pontifex, quod cuidam fratri ſuo Anſperto nomine quadam oratoria juris S. Regen. Eccleſia, unum quidem in Luciaria, inter Padum, & Bundenum, in honorem S. Georgii, & aliud in Gabiana, ſimiliter inter Padum, & Bundenum, in honorem s. Andrea conſtructum, cunctis diebus vita ſua per decretum conceſſum habuiſſet. Sed cum poſtmodum idem Anſpertus monaſterii Nonantalenſis portum peteret, ipſa oratoria, pro ſuo introitu, pradicto monaſterio dederat. Pranominatus vero pater Apollinaris Epiſcopus, ne Eccleſia ſua damnum pateretur, cum ſuo advocato in praſentia Ducis noſtri Goerardi, cum Anſelmo jam dicti monaſterii Abbate in judicium convenit. Diſſenſio vero, qua inter duo venerabilia loca creverat, abſque vicinorum Epiſcoporum audientia nullatenus diffiniri poterat. Ideoque, datis induciis, tres Epiſcopi, Petrus ſcilicet Bononienſis, Geminianus Mutinenſis, & Petrus Parmen. cum aliis idoneis, & catholicis viris, convocati ſunt: quibus cum jam fato Duce Goerardo in judicio reſidentibus, Apollinaris Epiſcopus, & Abbas Anſelmus affuerunt: quorum querimonia ſubtiliter diſcuſſa, Eccleſia Regien. cui debito jure jam fata oratoria ſubiecta erant, canonico, ac legali ordine acquiſivit. Et ob firmiorem ſecuritatem, notitiam ſcriptam, teſtibuſque ſubaratam, cum ipſo decreto, ſape nominatus pater praſentia noſtra obtulit, poſtulans, ut & nos inviolabili noſtro pracepto eam firmantes, omnem contentionis navum abſtergeremus. Cuius petitioni annuentes, per hoc noſtrum praceptum pradictas. Eccleſia ipſa oratoria confirmamus, atque ſine ulla contradictione reſtituimus. Praterea, & Gaium noſtrum, qui in eodem loco iuxta res ipſius Eccleſia, in Luciaria coniacet, & nunc noviter excolitur, eo poſtulante, oratorio s. Georgii per hoc noſtrum praceptum, iure proprio, ob anima noſtra ſalutem, concedimus, cum piſcationibus per Padum, & Bundenum, paludeſque & lacus coniacentibus. Similiter quoque, & oratorio s. Andrea donamus terram, & ſylvam iuris Regni noſtri, qua circa res eiuſdem Eccleſia inter Padum, & Bundenum in Gabiana conſiſtit, cum piſcationibus per Padum, & Bundenum, paludeſque & lacus, ut ſape nominata s. Regen. Eccleſia hac omnia iure proprietario teneat, atque poſſideat abſque alicuius poteſtatis contradictione. Concedimus etiam, ut ſi contentio de rebus, ac familiis eiuſdem Eccleſia fuerit orta, liceat inquiſitionem fieri per bonos, & ingenuos homines circumquaque manentes, uſque ad Sacramentum. Habeantque ſibi pontifices ipſius Eccleſia advocatos duos, vel tres, ſi neceſſe fuerit, quos ipſi elegerint, qui cauſam ipſius Eccleſia diligenter inquirant, & examinent. Ipſi vero advocati ab omni publica exactione ſint immunes. Si quis autem hanc noſtra conſtitutionis auctoritatem irritam facere tentaverit; immunitatis multã, ideſt argenti libras xxx. S. Regen. Eccleſia perſolvere cogatur. Et ut hoc noſtra largitionis, & immunitatis, ac defenſionis, ſeu quiſitionis, vel advocationis praceptum diuturnis temporibus in ſuo robore permaneat, atque ab

Digitized by Google

omnibus verius credatur, & diligentius obſervetur; manus noſtra ſubſcriptione ſubter annotavimus, annuloque noſtro ſigillari juſſimus.

Signum † Caroli Glorioſiſſimi Regis.

Data in menſe Junii, die octavo. In anno 13. & 7. Regni noſtri, indictione decima. Actum Papia civit. In Dei nomine feliciter.

Gilsbertus ad vicem Radonis recognovi.

XXIV 24. ADELMUS an. 814. deceſſit 822.

XXV. 25. NODERBERTUS concilio Mantuano interfuit anno 824. conſule Hippolytum Doneſmundum in hiſt. Mantuana p. p.


XXVI 26. VITALIS vivebat ann. 828. Hic erga s. Venerium ſingulari pietate flagrabat. Quamobrem cum proficiſceretur, ut ejus ſacrum corpus exciperet honorificentiori loco recondendum (quieſcebat enim in parva Inſula prope Lunim antiquam Hetruriæ civitatem) ſanctus per viſum ſe obtulit id ſatagenti, edixitque, ut ſe inde Regium aſportaret, ne hoſtibus venturis Sarracenis præda foret. Præſtitit id cumulate Vitalis, ſacrumque corpus in templo s. Proſperi collocavit, ubi ejus feſtum tertio Non. Novemb. celebratur. * Obtinuit Vitalis omnium privilegiorum confirmationem à Lothario Imp. anno regni ſui in Italia 19. qui fuit ſalutis 842. Privilegium, ſeu privilegiorum renovatio aliorum Regum, & Imp. Eccleſiæ Regienſi conceſſorum, eſt hujuſmodi.

* Ex App. tom. 3.

In nomine Domini Jeſu Chriſti Dei æterni, Hlotharius divina ordinante providentia Imp. Aug.

Coll. cum exit. in Arch. eodem caps. 7. n. 1117.

Dignum eſt, ut Auguſtalis excellentia rectoribus Eccleſiarum Dei aures ſuæ pietatis indulgeat, votaque eorum, ac preces exaudiat, quatenus id agendo eos ſuæ fidelitati promptiores reddat, inſuper ab æterno arbitro indeficientem retributionem percipiat. Omnium igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum cognoſcat ſolertia: Qualiter vir venerab. ſanctæ Regienſis Eccleſiæ Præſul Vitalis detulit nobis præceptum bonæ memoriæ avi noſtri Karoli, & divæ recordationis genitoris noſtri D. Huldovici, in quibus continebatur, quomodo Pontifex oſtendiſſet eis præcepta Longobardorum, in quibus legebatur, quod caſu accidente ædificias. Regienſis Eccleſiæ fuerint igne cremata, & quædam chartarum flammis exuſta, & ne forte res ejuſdem Eccleſiæ pravorum hominum moleſtatione invaderentur, aut ſacrilega ſeſſione tractarentur, omnem ejus Eccleſiæ cauſam ipſius Epiſcopi poſtulatu ſub eorum defenſione, & immunitatis vigore recepiſſent. Quorum jure ſatus avus, & genitor noſter ſequentes veſtigia ſimiliter ejuſdem Præſulis petitione cunctas Epiſcopii ejus facultates, ac familias, aldiones, & libellarios, ac commenditos cum Clero in eadem Eccleſia Deo ſervientes cum terminis conſtitutis per parochiarum diœceſim coniacentibus ſub eorum tuitione, ac defenſione ſuſceperunt, immunitatem quoque, & inquiſitionem per bonos, & idoneos homines & advocatores, ſi itares exegerit, duos, vel tres, quos Pontifices ejuſdem Eccleſiæ elegerint, ab omnibus publicis negotiis exoratis, divino freti amore, conceſſerunt pro ampliori Ticinenſium civitate, noſtram expetiuit clementiam, ut & nos eadem protectione noſtra auctoritate confirmaremus, tam in defenſionibus, & munitionibus, inquiſitionibus etiam, & advocationibus, largitionibus inſuper, & reſtitutionibus ſicut in iiſdem continebatur præceptis. Quod & fecimus omnes, quæ in iiſdem præceptis ſunt inſerta inviolabilia confirmamus. Omnibus etiam notum eſſe volumus, quod pro cauſis incommodis cum procinctu bellico Italicorum fines egreſſi ſint, & qui exercitus noſter ſubitaneo motu, & itineris aſperitate fractus erat, & alimoniarum ſumptus, cæteraque ei ſubſidia ei defuerunt, Eccleſiarum prædia fœneravimus, ex quibus militia noſtra cetum ad fidelitatis argumentum confortaremus. Interque, & prædicta Regienſis Eccleſia duas cortes una quæ vocatur Mazenciatica cum capella in honore S. Domini, & altera, quæ nominatur Luciariacum capella s. Georgii cuidam fideli noſtro Richardo de hoc ſeculo jam fatas curtes ſanctæ Regienſis Eccleſiæ, cujus erant, reddimus, & ne aliquis noſtra Republicæ pertinere de eiſdem cortibus exiſtimetur per noſtrum præceptum neceſſarium Dei hæreditate poſſiderimus ſi præfati Pontificis perenniter reſtituimus, atque ita perdonamus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum quaſi mala noſtra auctoritate in ſuorum rebus præſumentes deinceps temptent. nos qui in talibus ne iram illorum, quorum ſunt pertinentia, aut ſucceſſores noſtri incurrentes minime præſumantur. Nos autem pro Dei omnipotentis timore pariter, & amore territi. Si quis autem contra hoc noſtræ conſtitutionis decretum inire temptaverit juxta legem Eccleſiarum Dei parti . . . . dictæ Eccleſiæ libras triginta multictiis perſolvat. Inſuper hoc præceptum ſuo robore permaneat. Et ut hoc noſtræ auctoritatis indictum in Dei nomine prælibatum remaneat, ac à fidelibus noſtris præſentibus, & futuris diligentius credatur, & verius obſervetur manu firmitatis noſtræ ſignatum annotavimus, annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Sign. D. Hlo  *tarii Imper. Auguſti.*

Veardus Subdiaconus ad vicem Agilmeoni recognovi.

Data 16. Kal. Septemb. Anno Chriſto propitio Imperii Domini Hlotharii piiſſimi Aug. 19. indict. 5.

Actum Curte Auriolo palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

27. ROBERTUS eandem ſedem aſſecutus eſt anno 842. XXVII.

28. SIGIFREDUS Regienſis Epiſcopus anno 844. Romæ interfuit coronationi Ludovici Regis, filii Lotharii Imperatoris in Inſubriæ Regem, apud S. Petrum peractæ, ut narrat Bibliothecarius. Sanctorum Michaelis, & Vitalis Oratorium ædificavit, erexitque extra Regii muros S. Peregrini ſacellum. * Ait Pontius citatus, Sigeſredum natione fuiſſe Venetum, ex familia de Natalibus, quod quidem mihi inveriſimile videtur: fides ſit penes ipſum. Clara tamen Sigeſredi extat memoria in Berengarii Regis privilegio, quod infra dabimus in Azzonem Epiſcopum Regienſem. Sigeſredus enim redditibus multis Canonicorum collegium auxit, aliaq; præclara opera edidit, ut divinus cultus in Regienſi Eccleſia augeretur. XXVIII.

* Ex App. tom. 3.

(„ *Ecce verò ex Archivo Cathedralis Regien. caps.* „ *1. n. 48. privilegium Ludovici Imperatoris dat. 3. Id.* „ *Januar. an. 857. quo confirmat Canonicis res, & bona* „ *eiſdem à Sigeſredo donatas.*

„ *In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni* „ *Hludovicus gratia Dei Imperator Auguſtus. Imperiali ſatis congruit excellentia, ut petitionibus ſervorum, Dei & maxime ſibi famulantium aures libenter accomodet, & eorum effectus devote eructando utiliter inſtituat, quatenus id agendo, & eos in divinis cultibus ferventiores reddat, & pro his apud Dominum devotis eorum ſeduliſque precibus æternam remunerationem percipiat. Igitur omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum comperiat induſtria, quia Sigeſredus venerabilis ſacræ ſedis Regienſis Epiſcopus noſtræ ſuggeſſit manſuetudini, ut quaſdam res ejuſdem ſuæ Eccleſiæ, quas ipſe in Canonicorum ibidem Deo militantium uſibus quotidianis quam vita ad utiliorem ordinem transferens divina inſpiratione conſtituit; Nos pro amore Dei, & æternæ remunerationis præmio noſtra Imperiali auctoritate id plenius in Dei nomine perpetuo ſtatuentes corroboraremus, quatenus eiſdem Dei famulis noſtris fultis præſidiis, & devotius Dei famulatum exequi, & pro nobis attentius Domini miſericordiam exorare delectet: Nos autem ejus petitionem libenter adſentientes id pleniter conceſſimus, & hos noſtra*

Impe-

A ,, Imperialis munificentiæ apices exinde fieri juſſimus, ,, per quos omnino ſtabilientes decernimus, ut ab hinc ,, in futurum præfatæ res, ubi ipſa Canonica præfatus ,, Sigifredus Epiſcopus à fundamentis ædificavit, Ec- ,, cleſia videlicet S. Peregrini, necnon Eccleſia s. Mi- ,, chaelis Archangeli, tertia quoque S. Fauſtini, ſiqui- ,, dem & s. Vitalis Baſilica cum omnibus adjacentiis, ,, vel pertinentiis earum; Eccleſia denique s. Ambro- ,, ſii, & curtecella, atque Rivo frigido cum omnibus ,, adpendiciis, vel pertinentiis earum: Præterea in ,, Gavaſſa Maſſaris duo, & de parte Heriberti comi- ,, tis unus, & in Faennio maſſaritia una, quæ regitur ,, per Traſcuerto cum nepotibus ſuis, una cum ipſis fa- ,, mulis, & omnes res illas de Dominico Presbitero; ,, Caſæ quoque & alberici, & aioaldi de pinero cum ,, pertinentia ſibi, maſſaricia Ermefredi Presbiteri, ,, atque Geminiani ſacerdotis, quas in Regio, vel in ,, Sableta habere videtur: alia quoque res, quas Ro- ,, moaldus Presbyter tenet, & vinea una de quodam ,, Leonardo in Prato Pauli, ſeu maſſaritia una in Ma- ,, xentiatico, ſive famulis in prædicta Canonica de- B ,, ſervientibus, & ea omnia cum pleniſſima integrita- ,, te & cuncta quæcumque in futurum, ac benignis lar- ,, gitionibus inibi Deo favente auctum fuerit, per hanc ,, noſtram imperialem inſtitutionem, & inviolabilem ,, corroborationem in eodem ordine ſine alicujus retra- ,, ctione firmiter corroboratæ permaneant, & nullus ,, ſucceſſorum ejuſdem ſedis ullo unquam tempore hanc ,, noſtram inſtitutionem promovere, aut inrumpere ,, quoquo modo conetur, nec commutationem de præ- ,, fatis rebus faciendi habeat poteſtatem, ſed juſte & ,, legaliter ſecundum hoc noſtrum præceptum ab ipſis ,, Canonicis ſint poſſeſſa, & juxta noſtram inſtitutio- ,, nem, atque præfati venerabilis ejuſdem ſedis Sigifre- ,, di Epiſcopi ordinationem ſtatutum fore dignoſcitur, ,, perpetuis temporibus maneat inconvulſum. Quod ſi ,, quis unquam ullo tempore præfatæ ſedis Epiſcopus ,, contra hanc noſtram auctoritatem inſurgere tempta- ,, verit, aut aliquam violentiam facere quæſierit, cen- C ,, tum libras auri ſe compoſiturum ſciat, medietatem ,, noſtræ parti, & medietatem in ipſa Canonica. Et ut ,, hæc noſtra auctoritas inviolabilis permaneat de an- ,, nulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Signum Hludo-  vici Sereniſs. Auguſti.

Teodacrus Notarius ad vicem Druttemini recogn.

Data III. Idus Januarii anno Imperii Hludovici Sereniſs. Auguſti Septimo Inditione Quinta. Actum Palatio Regio feliciter in Domino.

XXIX 29. PEREGRINUS.

XXX 30. AMON floruit an. 860.

XXXI 31. ROTFREDUS autem an. 864.* Eidem Rotfredo Ludovicus II. Imp. anno regni ſui in Italia 16. Chriſti verò 871. dono dedit inſulam Sunzariam in comitatu Regienſi poſitam inter Padum, & Xaram, cum curte, & aliis rebus in ipſo Ludovici diplomate numeratis, in quo idem Imperator habet corpus S. Proſperi in Eccleſia Regienſi requieſcere. En diploma.

*Ex App. tom. 5.

D

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Coll. cum exit. in Arch. Cathed. Reg. Capſ. 7. n. 1215.

Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus, invictiſſimi Domini Imperatoris Hlotharii filius. Si noſtra Auguſtalis excellētia petitionibus Pontificum ſe libere pietatis noſtræ clementia indulget, & ſacra, ac venerabilia loca, & noſtræ plenitudinis viribus augumentamus, credimus id nobis profuturum, & ab æterno Rege nobis recompenſandum. Notum igitur induſtria omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque tam præſentium, quam futurorum fieri cupimus, qualiter Rotfredus venerabilis ſanctæ Regien. Eccleſiæ Epiſcopus per Vuiſfredum inclitum Comitem, & dilectum fidelem noſtrum adiit ſerenitatis noſtræ celſitudinem, ut quandam inſulam juris Regni noſtri Italici, quæ nominatur Suzzaria in comitatu Brixienſi, id eſt inter Padum, & Zaram cum curte, & capella, ſeu piſcaria, atque ſylvis, manſis quoque omnibus, qui ſunt in ipſa inſula de prædicto comitatu uſque nunc pertinentibus, cum omni integritate rerum mobilium, ſeu familiarū utriuſque ſexus prout hactenus ad noſtrum dominium pertinuiſſe noſcūtur, jure proprietario concederemus. Cujus fidelitatem conſiderantes, ejuſque ſuppliciter, & rationabiliter poſtulationi attendentes ob divini amoris intuitum aures benevolentiæ noſtræ hilariter inclinavimus præfatæ ſanctæ Regien. Eccleſiæ, in qua B. PROSPERI Confeſſoris Chriſti corpus humatum jacet, ipſiq; Rotfredo venerab. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus ad utilitatem, & exaltationem ipſius Epiſcopii eandem inſulam Suzzariam in comitatu eodem Regienſi poſita inter Padum, & Xaram, cum curte, & capella, ſeu piſcariis, paludibus quoque, & molendinis, ſylvis etiam & pratis, atque omnibus manſis ibidem poſitis ad eundem comitatum pertinentibus cum omni integritate rerum, ſeu familiarum utriuſque ſexus cum omnibus pertinentiis, vel adjacentiis ſuis, fundis denique & locis, ſeu paludibus, & locis ubicunque eſſe videntur in alveis, vel curriculis, Padi ſicuti ex antiquo ad ipſa loca pertinere videntur; Quique ab hominibus pagi ipſius Pullicini nominantur, per noſtra pietatis præceptum perpetualiter donamus, concedimus modiſque omnibus, quatenus idem Rotfredus ven. Pontifex, ejuſq; ſucceſſores poteſtatem habeant de ipſa inſula ſuper omnibus rebus mobilibus, & immobilibus ad utilitatem ſuæ Eccleſiæ facere ſecundum quod melius providerint, atque decreverint, ſicut de cæteris rebus juris ipſius Regien. Eccleſiæ expulſa totius poteſtatis inquietudine, vel contradictione. Si quis autem, quod minime credimus, hujus noſtræ magnificentiæ quolibet ingenio, vel argumento ullo tempore violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum pœnam temeritatis, hoc eſt auri puri lib. Dxxx. medietatem palatio noſtro, & medietatem partem prædictæ Regien. Eccleſiæ, inſuper & infamia publica notatus tanquam ſacrilegus habeatur ab omnibus. Et ut in Dei nomine firmiorem per multa tempora habeat ſtatum, & à fidelibus noſtris diligentius obſervetur, & verius credatur, manu noſtra firmavimus, & annulo noſtro inſigniri juſſimus.

Sign. D. Hlu † dovici Sereniſſimi Imperat.

Adelbertus notarius juſſu recognovi Regis.

Dat. VI. Idus Septembris, anno Incarnationis Domini DCCCLXXII.

Anno vero Domini Hludovici Sereniſſimi Imperatoris XXI. Indict. IV a.

a Currebat tamen an. 872 à prima Septemb. Ind. 7.

Actum Mantuæ in Dei nomine feliciter, Amen.

(,, AZZIO *Regienſis Epiſcopus interfuit Concilio* ,, *Ravennenſi præſente Joanne Papa VIII. habito anno* ,, *877. ſubſcripſitque Epiſtolæ ejuſdem Concilii, qua* ,, *poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tilinaci villæ* ,, *Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confir-* ,, *matur: apud Hard. Concil. tom. 6.*) XX XII.

32. PAULUS floruit an. 879.* Hic anno 881. eccleſiæ S. Michaelis juxta canonicam S. Mariæ exædificatæ contulit omnia bona ſua, ut Canonici pro expiatione animæ ſuæ Deum perpetuo exorarent. Donationem expreſſit in chartula, cujus exemplar eſt tale. XX XIII.

*Ex App. tom. 5.

In nomine Domini.

Regnante D. Karolo Rex hic in Italia 2. die 4. men. Mart. indict. 14. Baſilica Beati S. Michaelis ſita infra canonicam S. Mariæ, ubi Theopertus Præpoſitus eſſe videtur. Ego Paulus Epiſcopus S. Regien. Eccleſiæ donator, & offertor tuus propterea dixi, quiſquis in ſanctis, ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit ut rebus juxta Auctoris vocem, in hoc ſeculo centuplum accipietis, & quod melius eſt, vitam poſſidebitis æternam: propterea ego quidem Paulus Epiſcopus dono, & offero pro mercede, & remedio animæ meæ in prædicta Baſilica ad ipſius Canonicos à præſenti die, id eſt omnibus rebus illis juris mei, quæ jam ab Triviſo in Gurgo, & Corviatico, vel ubicunque per loca in finibus Regienſis jure mei

Digitized by Google

pertinente, & mihi advenerunt, donarunt Forſuda conjuge Andreinelo de Brixiana ipſo jugale ſuo, & conſentiente, omnia integraliter cum ab hodie in præfata Baſilica S. Michaelis à parte de ipſis Canonicis, qui modo ibi ſunt, vel in antea fuerint, ut dixi, à præſenti die pro anima mea, meorum hæredum dono, & offero, & per præſentem chartulam inibi confirmo, faciendum exinde ipſis Canonicis ſecundum Dominum quidquid prævideriní, & mea pleniſſima largitate, ut mihi peccatorum, & parentis mei ſint ad animas ſalutem, & gaudium ſempiternum. Hanc enim chartulam offerſionis meæ paginam Joannes clericus notar. ſcribendam rogavi, & teſtis obtuli roborandam, & quod minime memoravimus ſubter confirmavimus, ut Pontifex noſter ſit . . . . ipſis rebus de ipſa Canonica ſeparatis . . . . . . & beneficiare, & ſi unquam ullo tempore Pontifex Regienſis, qui pro tēpore fuerit, de ipſis rebus aliquam violentiam, aut aliquam dationem exinde quæſierit, aut in beneficio alio cui dederit, tunc nullo, & judicio, ut ipſis rebus pro anima mea deveniat. In monaſterio Nonantulæ jure proprietario nom.

Actum Regii feliciter.

Paulus per miſericordiam Dei humilis Epiſcopus in hanc offerſionem à me factam m. m. ſubſcr.

Tuniberto rogatus ſubſcr.

Ego Adelberto rogatus.

Ego Petro.

Ego Retechiſo rogatus.

Ben. fratrem Andreæ filio presb. in teſtis.

Et ipſe ego Joan. clericus not. tradita complevi, & dedi.

Volunt Paulum fuiſſe ex nobili familia de Rugeriis, alias de Rugieribus, cujus inſignia baltheus atri coloris in parmula argentea.

XX XIV. 33 AARON 881.* Hic immediate ſucceſſit Paulo eodem an. 881. quo à Carolo Craſſo Imp. Ravennæ confirmationem privilegiorum Eccleſiæ ſuæ Regienſis ſuſcepit, quam ex copiali hic exhibemus.

* Ex App. tom. 5. Coll. cum exiſt. in Archiv. Eccl. Reg. capſ. 7. n. 1344.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Auguſtus. Solet Imperialis majeſtas prædeceſſorum Regum vel Imperatorum Decreta optimatum ſuorum intuitu diligenter ſcrutari, & ea, quæ congrua ſunt, libenter ſectari; ſicque fit, ut dum eorum dignas ſanctiones recolit, & rempublicam ad priſtinum ſtatum perducat eccleſiaſticam, & eam conſervando ſempiternæ remunerationis bravium à rege regum percipiat. Univerſorum igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum noſſe cupimus ſagacitatis induſtriam, qualiter venientibus nobis Ravennam ad colloquium ſpirituale patris noſtri Joannis Pontificis, & univerſalis P. P. ubi multorum Epiſcoporum venerabilis cœtus, nec non & nobilium procerum caterva convenerat, inter quos Ven. Aaron S. Regien. Eccleſiæ Præſul, per Reverendos Pontifices Lintuvardum Vercellenſem ſacri Palatii noſtri Archicancellarium, & Vuibodum Parmenſem ſummos, & dilectos conſiliarios noſtros, detulit nobis præcepta proavi noſtri Caroli, & avi noſtri Hludovici, & patrui noſtri Hlotarii, ſeu & Hludovici Imperatoris conſubrini noſtri, in quibus continebatur, quod quondam caſu accidente S. Regien. Eccleſiæ tectaignium flammis ſint conſumpta, & quædam monumenta chartarum exuſta, pro quibus ejuſdem Eccleſ. Antiſtites Apollinaris videl. cujus temporibus incenſa fuerant, Vitalis quoque, & Sigifredus pro temporum qualitate, Regnique immutatione ſupradictorum Imperat. defenſiones, & totius Epiſcopii tuitiones, rerumque omnium mobilium, & immobilium, cum familiis utriuſque ſexus, Aldionibus, & Aldianis, libellariis, & commenditiis, cunctoque clero Epiſcopii, terminiſque, & confiniis per quadripartitionibus Orbis plagas, & climata per parochias, & diœceſes circumquaque per montana, & planities, ac colles, & valles, rivoſque defluentes per renovationis ſeriem adepti ſunt à finibus Tuſciæ per confinia Lunenſium, Mutinenſium, Regenſium, Parmenſium, Cremonenſium, & Mantuanenſium, uſque in fluvium Padum, immunitatem, & more cæterarum Eccleſiarum, & inquiſitionem, per liberos

A *homines ſincere fuerit faciendum, & advocatos duos, vel tres, quos ipſius Eccleſiæ Pontifices aptos, & ſibi congruos proſpexerint, eligant, qui cauſas Eccleſiæ ſuæ diligenter examinent, & inquirant, ipſique advocati ab omni publica expeditione ſint ſemper immunes; pro ſecuriore tamen firmitate jam præfati Pontifices noſtram expetierunt clementiam, ut & nos eidem ſanctæ Regienſi Eccleſiæ noſtræ defenſionis, emunitatis, inquiſitionis quoque, & advocationis pragmaticum fieri juberemus. Nos vero divino freti amore poſtulationibus eorum aſſenſum præbuimus, & ſicut jam præfati parentes noſtri Imperatores Auguſti, Carolus ſcilicet proavus noſter, & Hludovicus filius ejus avus noſter, necnon & Hludovicus conſobrinus noſter ſanctam Regen. Eccleſiam ſub eorum defenſione cum terminis, & hominibus, rebus ad eam pertinētibus receperunt, ita & nos in omni defenſione rerum, & terminorum per montana, planitieſque, valles quoque, colles, & alpes, rivoſque diſtillantes, & decurrentes cum hominibus liberis, & ſervis utriuſque ſexus, comenditiiſque, & libellariis, aldionibus, & Aldiabus, cunctoque clero . . . . ejuſdem Eccleſiæ reſidentibus favemus, ut nullus publicus exactor cenſus, aut donaria, aut manſionatica, vel aliqua publica ſervitia ab eis exigat, emunitatem quoque & inquiſitionem, vel advocationem, ut jam dictum per duos, vel tres, quos elegerint, perdonamus, omniumque facultatum protectionem concedimus, quas hactenus tā oblatione fidelium, quam donis, & largitione, ac conceſſione Regum, vel Imperatorum in montibus, & planis, ripiſque & paludibus, cum piſcationibus, & fluminibus magnis, & parvis, aquarum ductibus pars ipſius Eccleſiæ acquiſivit, vel deinceps juſte acquirere potuerit. Statuimus etiam ut in terminis S. Regienſis Eccleſiæ nullus aut Comes, Dux, vel aliqua judiciaria poteſtas, aut miniſter Reipublicæ in domo Epiſcopii, vel in plebibus, aut titulis, aliiſque eccleſiis, vel domibus, aut poſſeſſionibus, urbanis, aut ruſticis placita tenere, aut maſſarios, & colonos liberos, aut ſervos, aut aldiones, ſupra res eidem Eccleſiæ reſidentes diſtribuere, pignorare, vel argariare, cenſus, aut denaria exigere præſumat. Liberi vero quos legalis quæ actio ad placitum exigit quærere per advocatum ejuſdem Eccleſiæ, ſuper res ipſius Eccleſiæ diſtringantur, ne pignorationis occaſio aditum rapinæ prodatoribus præſtet. Hoc etiam in hominibus herimannis præfatæ Eccleſiæ filiis omnimodis obſervare jubemus, ut ab eis nulla denaria, aut redibitiones, aut pignorationes, aut injuſtæ diſtrictiones exigant, vel aliqua ſuper impoſita eis inferantur. Præcipimus etiam ut nullus Reipublicæ miniſter per univerſa Regni ſpacia ab hominibus ſæpe nominatæ Regien. Eccleſiæ liberis, & ſervis teloneum, aut ripaticum exquirat, ſed liceat eis pro utilitate ejuſdem Eccleſiæ, ejuſdemque Pontificis libere, & ſecure per Padum, ſive per alia flumina, rivoſque, ac paludes, atque mercationes ubique incedere, & quæ neceſſaria fuerint, exercere. Si quis autem hoc noſtræ defenſionis, & renovationis, ac reſtitutionis, ſeu inquiſitionis, & advocationis præceptum violare temptaverit, noverit ſe compoſiturum emunitatis pœnam in argento lib. 30. & quia mandatum irrumpere coactus fuerit, edictum componat auri obrizi lib. 60. medietatem palatio noſtro, & medietatem præfatæ ſæpe nominatæ Eccleſiæ. Inſuper, & hoc noſtrum præceptum in ſuo vigore perenniter conſiſtat. Et ut hoc noſtræ confirmationis, & renovationis præceptum ab omnibus verius credatur, diligentiuſq; obſervetur, manu propria ſubter illud confirmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Sign. Domini † Caroli Sereniſſimi Imp. Auguſti.

Vualdo not. ad vicem Liuuardi Archicancellarii recognovi.

Data idib. Feb. An. Incarnat. Domini 882. Indict. 15. anno 2. Imp. piiſſimi Imperatoris Caroli II.

Actum civitat. Ravennæ in Dei nomine Feliciter. Amen.


(„ Alterum anno ſequenti 883. privilegium obtinuit idem Aaron ab eodem Carolo ſequentis „ tenoris.

„ *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Karolus divina favente Clementia Imperator Auguſtus.* „ *Sicut Sanctorum loca ditentur, quorum Præſules*

Ex Archiv. Cath. Reg. capſ. 7. n. 1371.

Digitized by Google

,, *cæterique Miniſtri uberius Omnipotenti Domino*
,, *valeant deſervire, munus quodã conferimus Eccleſiis*
,, *divino cultui dicatis, noſtrorũ normã ſequentes Præ-*
,, *deceſſorum, & in præſenti ſeculo proſperari atque*
,, *in futurum veniam conſequi non dubitamus æternam.*
,, *Notum igitur induſtriæ omnium fidelium Sanctæ*
,, *Dei Eccleſiæ, noſtrorumque tam præſentium, quam*
,, *futurorum fieri cupimus, quamobrem Venerabilis*
,, *Liutuardus Epiſcopus, ſimulque Archicancella-*
,, *rius, ac Conſiliarius noſter ſuppliciter ſuggeſſit ma-*
,, *gnitudinem noſtram, quatenus ob divini zeli intui-*
,, *tum, perpetuamque Regni noſtri divinitus nobis col-*
,, *lati ſtabilitatem omnes res tam mobiles, quam im-*
,, *mobiles, ſeu familias utriuſque ſexus, liberos, li-*
,, *bellarios, ſervos, ancillas, & Aldiones beati Proſ-*
,, *peri Confeſſoris Chriſti Epiſcopatus Regienſis unde-*
,, *cumque ipſi ſancto loco, cui Aaron reverentiſſimus*
,, *Epiſcopus præeſſe videtur, juſte & legaliter devo-*
,, *luta ſunt, vel Dominus dederit quocumque modo:*
,, *præcipue quidem quandam Inſulam dudum à nobis*
,, *in ipſo ſancto Epiſcopio conceſſam, quæ nominatur*
,, *Suzzara, in comitatu Brixienſi pertinens uſq; tunc*
,, *ad Jus Imperii noſtri, poſitam inter Padum, & Za-*
,, *ram cum Curte, & Capellis, ſeu Piſcaria, atque*
,, *ſilvis, manſis quoque omnibus, qui ſunt in ipſa inſu-*
,, *la de prædicto comitatu, olim pertinentibus cum om-*
,, *ni integritate rerum mobilium, ſeu immobilium, vel*
,, *familiarum Jure proprietario ad honorem ipſius s.*
,, *loci confirmaremus; Cujus precibus aures benevo-*
,, *lentiæ noſtræ hilariter inclinantes præfatæ ſanctæ*
,, *Regienſi Eccleſiæ, in qua jam dicti corpus Beati*
,, *Proſperi coniacet, eidem Aaron venerabili Ponti-*
,, *fici, ſuiſque ſucceſſoribus ad utilitatem & exalta-*
,, *tionem ipſius Epiſcopii cunctas res, & poſſeſſionem*
,, *legitimam prædicti Pontificatus, & eamdem Inſu-*
,, *lam Suzariam cum Curte, & Capellis, ſeu Piſca-*
,, *ria, ſilvis etiam cum prænominatis manſis, quæ ibi-*
,, *dem ſunt ex jam dicto Brixienſi Comitatu olim per-*
,, *tinentibus cum omni integritate rerum ſive familia-*
,, *rum cunctis pertinentiis ſive adjacentiis ſuis, fondis*
,, *quoque, & locis, ſeu paludibus, & inſulis ubicum-*
,, *que eſſe videntur, in alveis, vel Curriculis Padi,*
,, *ſicuti ex antiquo ad ipſa loca pertinere videntur;*
,, *quæque ab hominibus ipſius pagi nominantur Pulici-*
,, *ni, per hoc noſtræ pietatis præceptum perpetualiter*
,, *confirmamus, modiſque omnibus ſtabilimus, quate-*
,, *nus idem Aaron Reverendus Pontifex, eiuſque ſuc-*
,, *ceſſores poteſtatem habeant de his, & omnibus aliis*
,, *rebus ipſius ſancti loci ad utilitatem ipſius Epiſcopii*
,, *facere ſecundum Deum, quod melius providerit,*
,, *ac decreverit remota totius poteſtatis inquietudine.*
,, *Si quis autem, quod non credimus, huius noſtræ mu-*
,, *nificentiæ quolibet ingenio, vel argumento violator*
,, *extiterit, trecentum libras auri obrizi componere*
,, *cogatur medietatem Palatio noſtro, & medietatem*
,, *parti ipſius Eccleſiæ: Inſuper etiam infamia publi-*
,, *ca notatus tamquam ſacrilegus ab omnibus habea-*
,, *tur. Et ut certius credatur, & diligentius ab omni-*
,, *bus obſervetur, manu noſtra ſubter firmavimus, &*
,, *de annulo noſtro ſigillari juſſimus.*

Sign. D.Ca-  *roli Sereniſs.*
Imperat. Au- *guſti.*

,, *Inquirinus Notarius ad vicem Liutuardi Epiſco-*
,, *pi, & Archicancellarii recognovi.*
,, *Data IX. Kal. Junii anno Incarnationis Domini*
,, *DCCCLXXXIII. Indict. I. Anno vero D. Caroli*
,, *Sereniſs. Imper. Tertio.*
,, *Actum in monaſterio Nonantulæ in Dei nomine.*
,, *Amen &c.*
XX XV. 34. AZZIUM Regienſem Epiſcopum an. 890. nonnulli ex Ateſtinorum gente contendunt. Hunc Barbari occiderunt an. 898.* Interfuit Concilio Aquiſgrani celebrato, obtinuitque à Ludovico Rege corpus s. Poſſidonii Presbyteri, quod ex Apulia in diœceſim Regienſem translatum, ad preces Comitiſſæ Berthæ in Eccleſia s. Georgii curtis Labianę depoſuit. A Berengario Rege, harum rerum, quas antea Sigifredus Epiſcopus eccleſiæ S. Michaelis contulerat, confirmationem recepit, ipſeque plura addidit dona eidem eccleſiæ, ac Canonicis Regienſibus, quæ recitat idem Rex Berengarius in ſuo hoc documento.

* Ex App. tom. 5.

In nomine D.N.J.C. æterni Beringarius Rex.

Regali ſatis convenit excellentiæ, ut petitionibus ſervorum Dei libenter aures accomodet, & eorum affectus devote tractando utiliter inſtituat: quatenus id agendo, & eos in divinis cultibus ferventiores reddat, & pro his apud Dominum devotis eorum precibus æternam remunerationem percipiat. Omnium igitur Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum comperiat induſtria, eo quod Azzo venerab. ſanctæ Regien. Eccleſiæ Præſul per Berthillam dilectam conjugem, & conſortem Regni noſtri noſtræ ſuggeſſit manſuetudini, ut quaſdam res Eccleſiæ ſuæ, quas quondam beatæ memoriæ Sigifredus ejuſdem Eccleſiæ Pontifex in Canonicorum ibidem Domino, Beataque Dei Genitricis, ſemperque Virgini Mariæ, ſanctoque Michaeli Archangelo Dei militantium uſibus, quotidianiſque vitæ ſtipendiis ad utiliorem transferens ordinem divina inſpiratione conſtituit, & poſtmodum tam ab ejuſdem Eccleſiæ Pontificibus, quamque à bonis hominibus, Dominumq; timentibus eidem Canonicæ oblata ſunt, nos pro Dei Omnipotentis amore, animæque noſtræ, omniumque parentum noſtrorum mercede, noſtra regali plenius, ac firmius auctoritate corroboraremus, quatenus eiſdem Dei famulis largitionis noſtræ fultis præſidiis devotum Dei famulatum exequi, & pro anima noſtra Domini miſericordiam exorare delectet. Nos autem tanti Pontificis precibus aſſentientes, hujus noſtræ confirmationis apices fieri juſſimus, per quos omnino decernimus, atque ſtatuimus, ut ab hinc in futurum præfatæ res, quæ eidem Canonicæ oblatæ ſunt, vel oblatæ fuerint, perenniter ſtabilita permaneant; eccleſia ſcilicet s. Michaelis Archang. s. Peregrini, ſanctique Fauſtini, & s. Vitalis cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis earum, eccleſia quoque s. Ambroſii, & Corticella, atque Rivus frigidus cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis earum, & in Gavella maſſaritia duo, & de parte Heremberti Comitis maſſaritium unum, & in Faennio maſſaritium unum, quod rectum fuit per una cum ipſa familia, ejuſque nepotibus, & omnes res illæ de Dominico presbytero, caſæque Alberici de Pinoſo cum pertinentiis ſuis, maſſaritiam quoque Ermenfredi presbyteri, atque res Geminiani Sacerdotis, quas in Regio, vel in Sableta habere viſus fuit, nec non, & res, quas Rumualdus presbyter tenuit, & vinea una de quodam Leonardo in prato Pauli, ſeu maſſaritiam unum in . . . . . cum famulis, & famulabus in prædicta canonica deſervientibus, & curticellam unam in villa, quam Rofredus Epiſcopus ejuſdem Canonicis habere conceſſit cum domo, cortile, & maſſaritiis ad eam pertinentibus, ſeu & eccleſia S. Laurentii, quam jam præfatus Azzo vener. Epiſcopus prædictis Canonicis conceſſit cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis ſuis in integrum. Inſuper, & corticellam Pernianum, quam prænominatus Azzo Præſul de proprio pretio comparavit, & ipſius Canonicis ad quotidianum victum habere diſpoſuit, hæc & omnia ſæpe nominata permaneant Canonicis cum pleniſſima integritate, atque poteſtative poſſideant. Et cuncta, quæcunque præteritis, aut futuris temporibus in eadem canonica à benignis largitoribus aucta fuerint, per hanc noſtram inſtitutionem, & confirmationem, & inviolabilem corroborationem ſtabilita, & fixa permaneant, & nullus eiuſdem ſedis Præſul, vel aliqua Reipub. noſtræ Poteſtas ullo umquam in tempore de præfata canonica, rebuſque ad eam pertinentibus alienationem, commutationem, aut precaria, aut libellariam, aut emphiteuſim, aut aliquam firmiorem alicui abſque eorundem Canonicorum

Collat. cum exiſt. in Arch. Cath. Reg. in Capſ. 4. n. 340.

vo-

voluntate, aut libera petitione facere præſumat. Quod ſi ipſius unquam ullo in tempore prælibatæ ſedis Epiſcopus contra hanc noſtram confirmationem inſurgere temptaverit, aut aliquam violentiam prætaxatis Canonicis facere quæſierit, noverit ſe compoſiturum quingentas libras auri obrizi, medietatem palatio noſtro, & medietatem ipſis Canonicis, & in eadem militantibus. Et ut hæc noſtræ confirmationis auctoritas ab omnibus verius credatur, diligentiuſque obſervetur, manu propria ſubter eam confirmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum † Domini Berengarii ſereniſſimi Regis.

Petrus Cancellarius juſſu Regio recognovi.

Data 8. id. Novemb. anno Incarnationis Domini 898. anno vero D. Berengarii ſereniſſimi Regis 11. ind. 1.

Actum Papiæ Palatio Regis in Dei nomine feliciter. Amen.

XXXVI. 35. FREDULPHUS ſuffectus Azzio. Idem fatum tulit cum ſuo anteceſſore eodem anno.

XXXVII. 36. PETRUS. Ejus mentio extat in quodam privilegio Berengarii Regis Abbatiæ Nonantulanæ indulto, anno 904. Eodemque anno idem Berengarius ad hujus Epiſcopi preces, Gotifredo Mutinēſi Epiſcopo plura privilegia dilargitus eſt 18. Kal. Julii Indict. 7. quo etiam anno, ejuſdemque intuitu Berengarius confirmat donationes factas Aſtenſi Eccleſiæ die 15. Julii, ejus vero Regni anno 17. deceſſit autem Petrus anno 913. * Prima mentio Petri extat anno 900. in Hludovici Regis privilegio, ſeu renovatione privilegiorum Eccleſiæ Regienſis, quod quidem documentum inſigne eſt, & dignum, ut cum aliis hic perennetur. Duo alia item ejuſdem Hludovici a Regis documenta damus poſt primum, ubi ejuſdem Petri habetur mentio, eidemque à Rege datur facultas excitandi caſtrum apud plebem S. Stephani. Diplomata ſunt, quæ ſequuntur ex copiali deſumpta.

* Ex App. tom. 5.

a Berengarii

Collatum cum exist. in Archiv. Cath. Reg. capi. 7. n. 1413.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Hludovicus Divina favente clementia Rex. Si in ſacratis omnipotentis Domini locis à quibuslibet deſolatis recuperationis augumento pio favore largimur, id nobis, & ad Regni ſtabilimentum, atque ad æternæ remunerationis emolumentum credimus abſque dubio profuturum. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum noverit induſtria Luituardum venerabilem Præſulem Archicancellarium noſtrum, ac Sigifredum illuſtrem Comitem palatii, dilectoſque conſiliarios noſtros magnitudini noſtræ ſignificaſſe, eo quod pro peccatis obeunte Azzone piæ recordationis Regienſe Epiſcopo, ſancta mater Eccleſia ipſius ſedis cum quibuſdam ſuis præceptis, & chartarum firmitatibus, quarum ſcriptionibus res, & familias ſibi collatas hactenus promeruit obtinere, combuſta videatur, flagitantes, & poſtulantes, ut ad plenitudinis reſtaurationem hoc noſtræ miſerationis præceptum Petro ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo concedere dignaremur. Quorum precibus libenter acquieſcentes, & quoniam dignum eſt, ne res Eccleſiarum Dei à quibuslibet depraventur, aut ab earum ditione contra legem auferantur, decrevimus ita fieri. Concedentes igitur confirmamus ipſi S. Regienſi Epiſcopatui, & perpetualiter habenda noſtra largitione in integrum jure proprietario perdonamus Inſulam videlicet, quæ Suzara vocatur, inter Padum, & Xaram fluvium conſtitutam, quæ eidem S. loco à Carolo Imper. avunculo ſ. noſtro per præceptum, cum ſua integritate collata dinoſcitur, videlicet cum aliis inſulis, quæ vulgo Pulicini vocantur, ad eadem aſpicientibus, omneſque alias res, quas uſque modo de donis Regum, ſeu Imperatorum prædeceſſorum noſtrorum, cæterorumque hominum conceſſionibus, traditionibus, offerſionibus pro ſuarum remediis animarum; comparationibus quoque, commutationibus libellorum, & quarumcunque legalium chartarum conſcriptionibus, ſeu ſiothecariis, vel emphiteoſi ipſe S. locus obtinuit quocumque modo cum domibus, & ædificiis, eccleſiis baptiſmalibus pro decimis, atque capellis, ſeu curtibus, manſis, & jam veſtitis, atque abſentibus, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, inſulis, piſcationibus, caretis,

A *paludibus, molendinis, aquis, aquarum decurſibus, arboribus pomiferis, & infructuoſis, montibus, vallibus, planitiebus, rupis, rupinis, ſeu alpibus omnia omnino in integrum quæcumque dici, vel nominari poſſunt, unde eadem ſancta Regienſis Eccleſia inveſtita fuiſſe dinoſcitur, quocumque ordine, vel qualibet legitima auctoritate, verum etiam, & res illas, quas Joannes presbyter per chartulam offerſionis eidem Eccleſiæ obtulit, & deinceps poſſidenda villa Manconatica idem donavit; quatenus idem Petrus venerabilis Præſul, ejuſque ſucceſſores hæc omnia ad utilitatem ſui Epiſcopii abſque alicujus impedimento, & conditionis moleſtia perpetualiter valeant poſſidere.*

Concedimus igitur per hoc noſtræ pietatis præceptum eidem Pontifici licentiam circumdandi jam dictam Eccleſiam per girum ſuæ poteſtatis, ſicut ipſe melius viderit, excelſa munitione undique ad perpetuam Eccleſiæ ſuæ defenſionem, ita quidem, ut in eundo, neque in redeundo quiſquam prædo, vel inimicus quoquo modo valeat nocere, aut quamlibet controverſiam fa-


B *cere, neque ingredi præſumat aliquis illuc cujuſcunque fuerit poteſtatis perſona, niſi per licentiam Pontificis, vel miniſtrorum ipſius S. Eccleſiæ. Inſuper etiam elargimur eidem reverentiſſimo Epiſcopo tranſmutationes platearum, & viarum ad utilitatem ipſius Eccleſiæ infra prædictam urbem Regienſem, ubicumque ipſe præfatus Antiſtes Petrus, ac poſteri ſui utile, & congruum prævideris, ſive infra urbem, ſive extra urbem facere abſque ullius refragatione, vel contradictione noſtra pleniſſima in perpetuum Eccleſiæ Regienſi conceſſa largitate, alioſque ad utilitatem populi viarum tramites præparare. De rebus autem, aliiſque poſſeſſionibus tam mobilibus, quam immobilibus jam dictæ Regienſis Eccleſiæ conſtituimus, ut nullus in Regno noſtro conſiſtens tenere audeat rem aliquam ex ipſis pro qualibet inſcriptionis pagina, neque per libellum, aut emphiteoſim, vel emphiotecariam, quas per quorundam Pontificum prædeceſſorum hujus Petri Præſulis conſtitutiones injuſtas, quas in noſtra regali potentia radicitus diſrumpere, & ſine cujuſdam roboris vigore ſancimus, quia*

C *talibus actis ſancta Dei Eccleſia frequenter patitur maximas inopias, ideoque jubemus, ut abſque præfati Petri dilecti noſtri, & ſanctæ Regienſis Eccleſiæ Præſulis, ejuſque ſucceſſorum conceſſu nemo aliquas res ſuæ Eccleſiæ tollere, vel tenere præſumat, & ſi quando quidem rebus, aut familiis ipſius ſanctæ Sedis orta fuerit contentio, quam ipſius Eccleſiæ Vicarius Petrus Epiſcopus, & ſui ſucceſſores in ſua præſentia convenienter nequeant definire, ſtatuimus, ut cujuslibet poteſtate nullatenus finiatur, niſi in palatio noſtro coram noſtris Judicibus palatinis. Concedimus denique pro ampliori ſtabilimento Eccleſiæ eidem Petro Epiſcopo dilectiſſimo nobis, ſuiſque ſucceſſoribus advocatos quoſcunque, aut quales elegerint, tam de ſuis, quamque de alienis liberis hominibus, qui ejuſdem e propriis rebus utilitates exerceant abſque cujuſpiam hominis contradictione, vel moleſtia; Ita ut ab omni re publica functionis ſint abſoluti. Nil ab eis quiſquam publicus miniſter exigere præſumat, ut ſecurius, ac diligentius cauſas ipſius Eccleſiæ perficere poſſint. Stabilimus etiā*

D *de omnibus rebus, ſeu familiis, quæ hactenus qualibet occaſione, vel quocunque modo ex ditione ipſius Sedis ipſius Epiſcopi, aut iſtius Reverendi Petri Ep. poteſtate ſubtractæ fuiſſe noſcuntur, ſicut de noſtris dominicatis rebus per circummanentes homines inquiſitio fiat, ut omnes res ipſius Sedis in ipſius Petri Epiſcopi, ejuſque ſucceſſorum redeant poteſtatem, quatenus rei veritas patefacta, perenniter valeat ſuum retinere vigorem. Præcipientes quoque jubemus, ut nullus judiciariæ poteſtatis Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſſius, loco poſitus, aut quilibet publicus exactor, neque aliqua perſona uniuſcujuſque ordinis, aut dignitatis parva, vel magna in rebus ipſius Eccleſiæ placitum teneat, neque in domibus ejus, aut clericorum ſuorum aliquod manſionaticum poteſtative tollere, neque homines ejus cujuſque ordinis clericos, vel laicos, liberos, Comendatitios, libellarios, & chartulatos, vel ſuper terram ipſius reſidentes, neque ſervos, vel ancillas, aut aldiones utriuſque ſexus ad placitum ducere,*

nec

nec pignorare, aut moleſtare, vel flagellare præſumat, neque de rebus ipſius Eccleſiæ aliquod teloneum, ripaticum, aut quamlibet publicam functionem à miniſtris ejuſdem Petri Epiſcopi, aut ſucceſſorum ipſius exigere temptet, ſed liceat eidem Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, cum omnibus rebus, & familiis ſuis omni tempore ſub tuitionis noſtræ munimine quiete, & pacificè remota totius poteſtatis inquietudine permanere, ac pro nobis, noſtrique Regni ſtatu cum univerſo ſuo clericali ordine Domini omnipotentis miſericordiam jugiter deprecare. Si quis autem temerarius contra hoc noſtræ confirmationis, conceſſionis, & tuitionis præceptum quandoque inſurgere temptaverit, & quæ ſuperius ſcripta ſunt, per omnia non obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras C. medietatem palatio noſtro, & medietatem jam præfato Petro Pontifici, ejuſque ſucceſſoribus, vel miniſtris. Ut autem ab omnibus verius credatur, ac diligentius obſervetur, manu propria ſubter roborantes annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Sign. D. Hludo-  vici Glorioſiſs. Regis.

Arnulfus notarius ad vicem Lituardi Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum pridie Kal. Novembris, anno Incarnationis Dom. 900. Indict. 4. anno vero D. Hludovici glorioſiſſimi Regis in Italia I.

Actum Placentia in Dei nomine. Amen.

In nomine D.N.J.C. Dei, ac æterni.

Beringarius Rex. Si juſtis noſtrorum fidelium petitionibus noſtræ pietatis aurem accomodamus, devotiores eos, ac promptiores ad noſtræ fidelitatis obſequium reddimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit induſtria, Ardingum Reverendiſſimum Epiſcopum, & Indelfredum dilectum fidelem noſtrum ſuppliciter noſtram petiiſſe clementiam, quatenus Petro ſanctæ Regienſis Eccleſiæ ven. Epiſcopo ædificandi, & conſtruendi caſtrum in ſua plebe in honore S. Stephani conſtructa, ſita in Vico longo, licentiam concederemus. Quorum precibus . . . . . ſalutiferi decrevimus, & hoc noſtræ largitionis præceptum ſcribero juſſimus, per quod jam dicto Petro Epiſcopo pleniſſima largitione licentiam conſtruendi caſtrum in præfata ſua plebe concedimus. Illud prætereà noſtra regali inſtitutione ſancimus, ut nullus Dux, Comes, Vicecomes, Scaldaſſio, vel Decanus, aut quælibet magna, parvaque perſona, ſeu aliquis Reipublicæ executor in ipſum caſtrum per vim ingredi præſumat, aut placitum tenere audeat, vel teloneum, aut aliquam publicam reddibitionem, vel homines in eodem caſtello habitantes reddere compellat, vel manſionaticum inibi poteſtative accipiat. Nullus quoque eos diſtringere, calumniare, aut per placita fatigare abſque legali judicio ſumat. Sed liceat illis pro Dei omnipotentis amore, noſtræque animæ remedio in ipſo caſtello pacificè, ac quiete vivere abſque alicujus poteſtatis inquietudine, vel contradictione. Si quis igitur contra hoc noſtræ conceſſionis præceptum inſurgere quæſierit, aut in aliquo violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem cameræ palatii noſtri, & medietatem prætaxato Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Et ut hoc verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu propria roborantes de annulo noſtro ſubter juſſimus inſigniri. ;

Signum † Domni Beringarii piiſſimi Regis.

Joannes Not. juſſu Regio recognovi.

Dat. anno Incarnationis . . . dominii vero Beringarii Excellentiſs. Regis 24. Indict. 14.

Actum Scenna curia Regia in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine Domini Dei æterni.

Berengarius divina favente clementia Rex. Si ſacris, venerabilibuſque locis Regalis ſublimitas ea intendere ſtudet, quibus augmentum, & alleviationem aſſumere cognoſcuntur, id profecto ad æternæ retributionis præmium proficere nequaquam ambigimus. Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque ſcilicet præſentium, & futurorum noverit induſtria, qualiter Petrus venerabilis S. Regienſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtræ pietatis adierit clementiam, petens quatenus pro Dei amore, noſtræque remedio animæ, ſanctæ Mutinenſi Eccleſiæ, cui præeſt Gotifredus venerabilis Epiſcopus, quandam terram juris Regni noſtri ſitam in loco, qui dicitur Quarantula, hactenus pertinentem de Comitatu Regienſi ſimul cum piſcaria, quæ ſimili modo nuncupatur Quarantula, una cum campo ejuſdem piſcariæ, qui vocatur Lunada, cum Vara, & Banni, ſeu aliis campis ad eandem piſcariam pertinentibus cum omnibus eorum adjacentiis, ripis, paludibus, aquis, cum pontibus, qui vocantur Gardinacula, Montiana, & ripatico intrantis fluminis, qui nominatur Bondino, ex utraque parte uſq; ad pedes duodecim cum omni etiam diſtrictu ibidem legaliter, quocumque ordine pertinente jure proprietario in integrum confirmantes concederemus; Cujus nos devotis precibus divino compulſi amore libenter aſſenſum præbentes, prælibatæ ſanctæ Mutinenſi Eccleſiæ in honorem S. Geminiani dicatæ, ejuſdemque Rectoribus eadem omnia, ſicut ſuperius notatum eſt, juris Regni noſtri hactenus pertinentia de comitatu Regienſi ſita in loco, qui dicitur Quarantula ſimul cum piſcaria, quæ ſimuli modo nuncupatur Quarantula, una etiam cum campo ejuſdem piſcariæ, qui vocatur Lunada, Vaſa, Banni, ſive aliis campis ad eandem piſcariam pertinentibus cum omnibus adjacentiis, pertinentiis, ripis, aquis, paludibus cum pontibus, qui Gardinacula, Montiana nuncupantur, & ripatico intrantis fluminis, quod nominatur Bondino, ex utraq; parte ad duodecim pedes cum omni diſtrictu ibidem quocunque ordine legaliter pertinente, videlicet, terris, vineis, campis, pratis, ſylvis, paſcuis, ripis, piſcariis, paludibus, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, vel cum univerſis quicquid in eis dici, vel nominari poteſt, hac noſtræ confirmationis, vel largitatis pagina totum in integrum concedimus, atque Regali auctoritate corroboramus, ut perpetuo jure eadem ſancta Mutinenſis Eccleſia, ſuique Rectores poſſideant, teneant, habeant, faciantque in omnibus, quicquid juſtum, & congruum eſſe cognoverint abſque contradictione, vel moleſtia cujuſquam. Si quis vero hoc noſtræ conceſſionis, & confirmationis præceptum aliquando per quodlibet ingenium infringero, vel violare temeraria præſumptione quæſierit, aut inchoata perficere nequiverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras ſexaginta, medietatem cameræ palatii noſtri, & medietatem Rectoribus ejuſdem Mutinenſis Eccleſiæ, qui pro tempore fuerint. Et ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roboratum annuli noſtri impreſſione juſſimus annotari.

(„ Signum D. † Berengarii Serenis. Regis.

„ Ambroſius Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſ-
„ copi, & Archicancellarii recognovi.

„ Dat. . . . . Kal. Jul. anno Incarn. Domin. DCC
„ CCIV. anno vero Berengarii Serenis. Regis XVII.
„ Ind. VII. Actum in Urbe Ticini in Chriſti nomine.
„ Amen.

„ Verum præſtat hic referre tria alia Berengarii
„ diplomata, quibus præfatus Rex eidem Petro, atq;
„ Regienſi Eccleſiæ confirmat Cortem *Ripalta*, do-
„ nat Montem Cervarium cum Gajo, & reſtituit
„ Capellam cum caſtro de Turricella occupatam à
„ Wifredo Comite. En primum.

„ *In Nomine Omnipotentis Dei æterni Berengarius*
„ *Divina ordinante Clementia Rex. Si Sacerdotum*
„ *Dei juſtis petitionibus aures noſtræ ſerenitatis acco-*
„ *modamus, libenter credimus profecto ad æternam no-*
„ *bis proficere beatitudinem. Quapropter omnium Fi-*
„ *delium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque præſentibus*
„ *ſcilicet, & futuris noverit ſolertia Petrum egregium*
„ *Præſulem Sanctæ Regienſis Eccleſiæ noſtrum fideliſ-*
„ *ſimum humiliter noſtram adiiſſe clementiam, petens*

„ quan-

,, quandam ſuam Cortem, quæ Ripalta vocitatur, jam
,, olim pertinentem de Regienſe comitatu, quam Lam-
,, bertus noſter Anteceſſor cuidam Ingelberto per præce-
,, pti paginam contulit, quam etiam poſtea prædictus E-
,, piſcopus ab Heredibus ipſius per comparationis, &
,, confermationis cartulam acquiſivit, ut per hoc noſtrũ
,, confirmaremus præceptum. Cujus dignam, ratamque
,, arbitrantes petitionem juſſimus & hoc noſtrum fieri
,, Pragmaticon, per quod ſuprà taxatam Cortem cum
,, omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis, Servisque,
,, & Ancillis, mobilibus, & immobilibus, quæ dici, aut
,, nominari poſſint, prælibato Petro Epiſcopo concedi-
,, mus, & omnimodis jure proprietario confirmamus ad
,, habendum, tenendum, poſſidendum, vel quidquid ſibi
,, placuerit in omnibus faciendum, remota totius pote-
,, ſtatis inquietudine, vel minoratione: Poteſtatemque
,, habeat ordinandi, vendendi, commutandi, pro anima
,, judicãdi, ſeu quidquid voluerit faciẽdi, abſq; contradi-
,, ctione cujuſquã. Contrà quod noſtræ donationis, et cõfir-
,, mationis præceptũ, ſi quis aliquãdo inſurgere tẽtaverit,
,, aut infringere quæſierit, ut conatus ejus irritus fiat,
,, ſciat ſe compoſiturum viginti libras auri obrizi, me-
,, dietatem Palatii noſtri & medietatem ſæpe nominato
,, Epiſcopo, aut cui ipſe dederit. Ut hoc autem verius
,, credatur, inviolabiliterq; ab omnibus per futura tem-
,, pora obſervetur, manu propria ſupter roborantes de
,, annulo noſtro juſſimus inſigniri.
,, Signum Domini † Berengarii glorioſſimi Regis.
,, Petrus Notarius juſſione regia recognovi.
,, Data XVI. Kal. Auguſti Anno Dominicæ Incar.
,, 902. Regni vero D. Berengarii piiſſimi Regis xv. Ind. v.
,, Actum Palatio Ticinenſi, quod eſt caput Regni no-
,, ſtri in Dei Nomine feliciter. Amen.

,, Ecce vero ſecundum.

Ex Arch. Cath. Reg. capſ. 7. n. 1126.

,, In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni
,, Berengarius Rex. Si venerabilibus Sanctarũ Dei Ec-
,, cleſiarũ locis emolumẽtum Regali munificentia quid-
,, libet impendimus, & apud Deum promereri veniam,
,, & regni noſtri ſtatum cœlitus roborari non ambigi-
,, mus. Idcirco omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ
,, noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum com-
,, periat ſollicitudo, quoniam pro mercede & remedio
,, animæ noſtræ, ſeu interventu noſtræ dilectiſſimæ Con-
,, jugis Berthilthæ, quæ Regni noſtri conſors agnoſcitur,
,, ad petitionem quoque cum precibus Hildegarii vene-
,, rabilis Epiſc. ſeu Sigifredi Sacri Palatii Comitis no-
,, ſtrorum fidelium in Sanctam Regienſem Eccleſiam
,, in honorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, atq; Beati
,, Chriſti Confeſſoris Proſperi toto mentis affectu provi-
,, dentes ejuſdem Eccleſiam neceſſitates, vel deprædа-
,, tiones, atque incendia, quæ à ferociſſima gente Hun-
,, grorum paſſæ montem Cervarium ſimul cum Gajo, &
,, manſis inibi pertinentibus, ſeu familia utriuſque ſe-
,, xus Juris Palatii noſtri ſicut ſubter per denominatos
,, terminos comprehenſum videtur, Deo Omnipotenti,
,, ejuſque Genitrici ſemper Virgini Mariæ, Beatoque
,, Proſpero Chriſti Confeſſori offerimus, perpetuoque ha-
,, bendum hujus præcepti pagina ſtabilimus. Sancientes
,, pro mercede, & remedio animæ noſtræ præfatum mon-
,, tem Cervarium cum Gaio pariter, ut dictum eſt, om-
,, nibuſque manſis intra denominatos inferius terminos
,, per ſingula loca & vocabula conſtitutis, ſeu utriuſque
,, ſexus familia cum terris, ſilvis, pratis, montibus,
,, planiciebus, rivis, aquarumque decurſibus, coltis,
,, & incoltis, omnia quidquid ad ipſum montem Cer-
,, varium vel Gajo pertinuiſſe comprobatur; Cuius
,, montis Cervarii, eiuſque rerum termini à monte De-
,, poſci dependunt in fluvium Niberam, quæ defluit in
,, fluvium Inciam, inde per Linciam ſurſum uſque ad
,, alpes; quæ omnia & ex omnibus ut ſupra comprehen-
,, ſum eſt ad partem ſæpe dictæ Eccleſiæ, hac noſtra re-
,, gali auctoritate donamus, ac cedimus, atque de no-
,, ſtro jure in ejus jus dominiumque transfundimus jure
,, perpetuo poſſidenda abſque alicujus inquietudine vel
,, deminoratione. Si quis vero temerarius hujus noſtri
,, præcepti inſtitutionem violare attemptaverit, ſciat ſe
,, compoſiturum auri optimi libras centum medietatem
,, Palatio noſtro, & medietatem ſæpe dictæ Eccleſiæ
,, Regienſi. Et ut hoc verius credatur, diligentiuſque

A ,, ab omnibus obſervetur, manu propria ſubter robora-
,, vimus, & annuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri
,, juſſimus.

Sign. D. Beren-  garii glorioſiſſi-
mi Regis.

,, Fortunius Notarius ad vicem Ardingi Epiſcopi, &
,, Archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi.
,, Data pridie nonas Januarii anno Incarn. Domini-
,, cæ DCCCCIIII. Domni vero Regni Berengarii Se-
,, reniſs. Regis XVII. Indict. VIII. a
,, Actum Papiæ in Dei nomine feliciter Amen.

a Anno 904. VIII. Ind. currebat. Ex Archiv. Cath. Reg. capſ. 7. n. 1128.

,, En denique tertium.

B In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni Be-
,, rengarius Rex. Noverit omnium induſtria fidelium
,, noſtrorum præſentium ſcilicet, & futurorum, quali-
,, ter ſæpius diſceptationem actam Venerabilis Regien-
,, ſis Epiſcopus Petrus inter ſe, & Vuifredum Comi-
,, tem de quibuſdam rebus Regienſi Eccleſiæ pertinen-
,, tibus, hoc eſt de Capella S. Mariæ, quæ dicitur in
,, Turricella, uſque ad noſtræ ſerenitatis aures detu-
,, lerit; cujus negotii cauſam uſque ad Palatii noſtri
,, judicii diſcuſſum perduximus: in quo examinis judi-
,, cio reſidentibus nobis in noſtro regali auditorio præ-
,, ſentibus Aichone Venerabili Mediolanenſi Archie-
,, piſcopo, atque Joanne Ticinenſi, aliiſque cumplu-
,, rimis Coepiſcopis, Abbatibus, Comitibus, omnibus
,, Palatinis Judicibus, necnon maxima fidelium noſtro-
,, rum manu inter aſtante . . . . in Palatio Ti-
,, cini audita ex utraque parte cauſa, legalique Judi-
,, cio terminata reveſtivit nobis præſentibus jam dictus
,, Vuifredus revictus de ſupra dicta Sancta Maria Ca-
,, pella, & caſtro inibi facto Vicarios S. Mariæ, &
C ,, S. Proſperi, quorum videbatur eſſe proprietas. Ex
,, hinc facta notitia adiit noſtram celſitudinem ſæpe di-
,, ctus Pontifex Petrus, ut quia ſecundum in male po-
,, ſitum multas injurias fraudulentus Sanctæ Dei Ec-
,, cleſiæ quotidie inferre laborat, quatenus eandem
,, cauſam coram nos devictam in noſtri mundiburdii
,, tuitione ſuſciperemus, & ex hoc advocati atque Vi-
,, carii Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, & S.
,, Proſperi fieremus, ob peccatorum noſtrorum remiſ-
,, ſionem; cujus petitionibus à vice ſanctorum nobis
,, oblatis non audentes contraire juſſimus exinde hoc
,, noſtræ defenſionis mundiburdium ſcribere, ut & ipſi
,, noſtri Vicarii pro nobis ſint coram Deo, quatenus ab
,, hodierna die, quod eſt V. Id. Junii, & deinceps nul-
,, la poteſtas magna, vel parva audeat impedire locum
,, ipſum, vel aliquem ibi commanentem de qualicum-
,, que comitatu hactenus ibi conductum, non maſculum,
,, non feminam, ſed ſicut ſunt ibi conſiti, ſic perma-
,, neant ſub noſtra aſcenſione muniti, neque de ullo ne-
,, gotio piſcationis, vel venumdationis in nullo fluvio
D ,, Juris noſtri navigantibus, vel per terram euntibus,
,, aut in foro mercantibus ullus actor præſumat eis vim
,, inferre, aut teloneum tollere; ſed ubi fuerint, ſint
,, ſalvi, & defenſi per noſtræ defenſionis amorem pari-
,, ter & timorem. Quod ſi quis, quod non credimus,
,, contra hoc decreti noſtri mundiburdiale inſtitutum ad
,, læſionem inire attemptaverit, mancoſos aureos duo
,, millia pœna mulctatus exolvat. Et ut in Dei no-
,, mine hæc noſtra auctoritas firmiorem habeat ſtatum,
,, & à fidelibus noſtris verius credatur, & diligentius
,, obſervetur, annulo impreſſionis noſtræ juſſimus in-
,, ſigniri.
Signum D. † Berengarii Sereniſ. Regis.
,, Joannes Notarius juſſu Regio recognovi, & ſſ.
,, Data V. Idus Junii Anno Dominicæ Incarnationis
,, DCCCCXII. D. Berengarii piiſſimi Regis XXV.
,, Indict. XV.
,, Actum Palatio Ticinenſi in Dei nomine feliciter.
,, Amen.

XXXVIII 37. GOTHARDUS Regienſis Epiſcopus an. 914. Roma Regium aſportavit corpora Ss. Chryſantis, & Dariæ, eaque ſub confeſſione cathedralis honorificentius collocavit, ubi hactenus ſumma veneratione fidelium recoluntur.

XXXIX. 38. PETRONIUS floruit 915. * Et hunc volunt eſſe ex nobili familia Comitum de Palude, à qua adhuc Crevariæ oppidum in montibus Regienſibus ſitum denominantur.

* Ex Append. t. 5.

Circa hæc tempora volunt cœptum ædificari cœnobium monachorum s. Benedicti apud eccleſiam ss. Proſperi, & Petri extra, & prope urbis Regienſis mœnia, quam olim Thomas Epiſcopus conſtruxerat. Hoc vocarunt s. Proſperi inferioris, Abbatiam longe clariſſimam, cui præfuerunt viri ſanctimonia vitæ, ſcientia, ac nobilitate præclari, quorum ſeriem hic damus ex monumentis ejuſdem, ne eorum ſaltem nominis pereat memoria. (1)

1. Landulphus circa annum 1000. & primus eſt de quo habeatur mentio, tamen alios præceſſiſſe ab an. 755. conſtat in fragmentis chronicæ ejuſdē cœnobii.
2. Mannon 1025.
3. Landulphus anno 1055.
4. Petrus ex præclara Marchiorum Seſſiorum proſapia an. 1064.
5. Giſelbertus an. 1071.
6. Senaldus an. 1086.
7. Pacificus an. 1091.
8. Joannes an. 1111.
9. Aſtonulphus an. 1173.
10. Amizo an. 1144.
11. Guido an. 1166.
12. Benedictus an. 1177.
13. Joannes 1188.
14. Proſper an. 1198.
15. Gerardus itidem ex præclara Seſſiorum familia anno 1221.
16. Petrus 1260.
17. Gregorius de Bonitiis nobilis Regienſis anno 1270.
18. Guillelmus ex nobili Luviſinorum ſtirpe natus anno 1284.
19. Joannes an. 1301.
20. Albertinus ex clara progenie Levaloſiorum anno 1319.
21. Albertus itidem Laveloſius an. 1330.
22. Zefredinus ex nobili familia Mutorum natus an. 1335.
23. Petrus ejuſdem Mutorum familiæ ann. 1364.
24. Franciſcus ex præclara Robertorum familia anno 1414.
25. Vannutius ex Comitibus de Biſmantua natus anno 1431.
26. Philippus de Zobolis nobilis Regienſis, ultimus Abbas perpetuus, & commendatarius. Poſt hunc, unita fuit hæc nobilis Abbatia Congregationi Caſinenſi; Abbates deinde juxta morem ejuſdem temporanei fuere; nuper eidem præfuit doctus, & eruditus Petrus Valeſtrius nunc Abbas S. Petri de Mutina, cui me plura debere profiteor.

XL. 39. GIBERTUS 940.

XLI. 40. ARIBALDUS 942. (" *Quo anno die 10. Auguſti Hugo, & Lotharius Imperatores confirmarunt " Eccleſiæ Regienſi, & Aribaldo Epiſcopo omnes " cortes, Plebes, Abbatias, Monaſteria, Capellas, reſque omnes à piis viris obtentas, & præcipue Cortem Luciaria cum caſtro jam controverſo " injuſte à quibuſdam Placentinis Monialibus. En " diploma ex Archivo Cathed. Regien. capſ. 7. n. 1218. " deſumptum.*

A

" *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hugo " & Lotharius divina providente clementia Reges. In " ſtatu Catholicæ fidei & Eccleſiarum Dei reſtauratione Regni noſtri ſtatum ſubſiſtere præſentis quoque " & æternæ vitæ nobis profutura fore ſubſidia non dubitamus. Quocirca omnium fidelium ſanctæ Dei " Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ac futurorum devotio noverit, qualiter interventu, ac petitione " Ambroſii Venerabilis Laudenſis Epiſcopi, nec non " & Huberti incliti Marchionis, dilectique filii noſtri ac noſtri comitis Palatii per hujus præcepti paginam confirmamus, ac pleniter corroboramus ſanctæ Regienſi Eccleſiæ in honorem Dei genetricis ſemperque Virginis Mariæ Sanctique Proſperi Chriſti* " conſtructæ, cui Aribaldus Reverendus Præſul paſtorali cura invigilat, omnes Cortes, Plebes quoque, " Abbatias, Monaſteria, Capellas, prædia, cunctas res, quas de donis Regum, ſeu Imperatorum " prædeceſſorum noſtrorum, cæterorumque bonorum " hominum, verum etiam res univerſas canonico ejuſdem Eccleſiæ, conceſſionibus, traditionibus, Epiſcoporum privilegiis, offerſionibus, comparationibus quoque, commutationibus libellorum, quarumcumque legalium cartarum conſcriptionibus ſeu " fructuariis ipſe Sanctus locus legaliter obtinuit, vel " inveſtitus fuit una cum domibus & ædificiis, eccleſiis baptiſmalibus, decimis & Capellis, ac familiis " utriuſque ſexus, aldionibus, & aldionabus, Manſis etiam, veſtitis & abſentibus; terris, vineis, " campis, pratis, paſcuis, ſilvis, arboribus pomiferis, & infructuoſis, Inſulis, Piſcariis, Carectis, Salinis, ripaticis, Molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, Montibus, vallibus, Planitiebus, Ripis, Rupinis, alpibus, ſuis deſluentibus, " omnia omnino in integrum quæcumque dici vel nominari poſſint, unde eadem Eccleſia & ſancta Regienſis ſedes hactenus inveſtita fuiſſe dignoſcitur, per " confinia & terminos Lunenſium, Parmenſium, Regenſium, Mutinenſium, Cremonenſium, Mantuanenſium, Ferrarenſium, uſque in fluvium Padum & Zaram, a terminis Buranæ in Bundeno in " undis ſicut à Carolo Magno per decretum præcepti " collatum ſive eidem eccleſiæ ſancitum ac determinatum fuit in integrum. Pro ampliori quoque ſtabilimento jam fatæ Sanctæ Regienſis Eccleſiæ terram " juris Regni noſtri, quæ conjacere videtur in Civitate Regia à tribus milliariis in circuitu una cum muris & foſſatis, atque teloneo, & ſtradatico, ſeu etiam " ſervis, vel ancillis ibi pertinentibus, omnemque " publicam functionem largimur, concedimus, atque " transfundimus in jus & Dominium jam prælibatæ " Eccleſiæ pro anima noſtræ, noſtrorumque ſucceſſorum remedio, ut omni in tempore ab omni publica " exactione quieta & ſecura permaneat. Inſuper etiam " prædictæ Eccleſiæ per hujus noſtræ confirmationis auctoritatem confirmamus, ac pleniter corroboramus " cortem, quæ Luciaria vocatur, cum duabus Capellis unam in honorem s. Georgii antiquitus conſtructam, & alteram in honorem s. Sixti in litore Paludano, nec non & Gajo inter Padum, & Bundenum ſito cum omnibus pertinentiis & appendiciis ſuis " ac familiis utriuſq; ſexus, de qua nuper * intentio inter monaſterium Placentinum, ubi Berta Abbatiſſa præeſſe videtur in honore ſanctæ reſurrectionis & " mi-*

B C D

* Forte deficit verbũ Conſtructæ.


* forte (contentio.)

(1) Veriorem, uberioremque Abbatum Monaſterii S. Proſperi Regienſis ſeriem ab an. 1000. ad unionem cum Congregatione S. Juſtinæ accipe à doctiſſimo, clariſſimoque viro Benedicto Bacchinio, qui mihi ſequentem perhumaniter Regio tranſmiſit.

1001	1 Landulphus.	1100	15 Attinulfus.	1255	28 Petrus Seſſius.
1017	2 Mannus.		16 Pacificus.	1260	29 Gregorius.
1040	3 Landulfus.	1103	17 Joannes.	1293	30 Guillelmus Luiſinus.
1041	4 Joannes.	1110	18 Attinulfus.	1300	31 Joannes.
1044	5 Gandulfus.		19 Pacificus.	1308	32 Albertinus Levalaſius.
1045	6 Amizo.	1113	20 Attinulfus.	1355	33 Zifredinus Gazzata.
1046	7 Landulfus.	1142	21 Amizo.	1362	34 Petrus Gazzata.
1059	8 Guido.	1151	22 Guido.	1410	35 Vanuccius Biſmantua.
1062	9 Petrus.		*Manfredus Schiſmaticus.*	1438	36 Philippus Zobolus commendatarius. Hic anno 1474. renunciavit, & univit monaſt. Congreg. S. Juſtinæ, Jam antea Epiſcopus Comaclenſis factus.
1071	10 Giſalbertus.	1174	23 Benedictus.		
1075	11 Petrus.	1181	24 Joannes.		
	12 Giſalbertus.	1204	25 Proſper.		
1086	13 Genaldus.	1219	26 Berardus.		
1091	14 Pacificus.	1248	27 Gregorius.		

Digitized by Google

,, S. Xiſti conſtructum, & eandem ſanctam Regen-
,, ſem Eccleſiam, & legalibus preceptis, & ſcriptio-
,, nibus ex parte Regienſis Eccleſiæ in Judicio oſtenſis
,, Judicum decreto præfata Cortis de Luciana cum Ca-
,, ſtro, & Capellis & Gajo, omnibuſque rebus mobi-
,, libus & immobilibus, ac familiis utriuſque ſexus ad
,, eum pertinentibus Sanctæ Regienſis Eccleſiæ, cui
,, pertinuit, legaliter ceſſit, & prælibata Abbatiſſa
,, cum advocatore ipſius Monaſterii exinde tacita &
,, contenta remanſit, quia ex parte ejuſdem monaſte-
,, rii S. Reſurrectionis & S. Sixti nullas legales fir-
,, mitates oſtendere valuit. Sancimus preterea, ut ſi
,, quandoquidem de rebus, & ipſius ſanctæ ſedis fa-
,, miliis, ſeu omnium clericorum ſuorum rebus vel
,, mancipiis, fuerit orta contentio, nullatenus ante
,, præſentiam alicujus finiatur, niſi in Pontificum præ-
,, taxatæ ſedis. Concedimus denique eidem advoca-
,, tos ſive Notarios, quantos aut quales Pontifices vel
,, miniſtri Eccleſiæ elegerint, tam de ſuis, quamque
,, de alienis liberis hominibus, qui ejuſdem Epiſcopii
,, vel Canonicæ, ſeu omnium clericorum ſuorum re-
,, rum utilitates exercere noſcuntur, abſque ulla ho-
,, minis contradictione, vel moleſtia, ita ut ab omni
,, Reipublica functione ſint abſoluti, nil ab eis publi-
,, cus exactor exigere præſumat, ut ſecurius ac diligen-
,, tius cauſas ipſius Epiſcopii perficere valeant. Stabi-
,, limus etiam de omnibus rebus, ſeu familiis, quæ ha-
,, ctenus qualibet occaſione, vel quocumque modo ex di-
,, tione ipſius Epiſcopii, vel Canonicæ ſeu Clericorum
,, poteſtate ſubtracta noſcuntur, & circummanentes
,, homines, inquiſitio fiat, ut omnis res ipſius ſedis,
,, & clericorum ad eorum redeant poteſtatem, & exin-
,, de ſe inveſtiant noſtra freti auctoritate, quatenus rei
,, veritas patefacta perēniter valeat ſuum obtinere vi-
,, gorem. Præcipientes quoque iubemus, ut nullus Ju-
,, diciariæ poteſtatis Dux, Marchio, Comes, Vice-
,, comes . . . . aut quislibet publicus exactor,
,, neque aliqua perſona magna vel parva in re ipſius
,, Eccleſiæ placitum tenere, neque in domibus ejus aut
,, clericorum ipſius aliquod manſionaticum poteſtati-
,, tive tollere, neque homines ejus cujuſcumque ordi-
,, nis clericos, vel lajcos, liberos, vel . . . .
. . . . . . & cartulatos, vel ſub terram ipſo-
,, rum reſidentes, non ſervos, vel ancillas, aut al-
,, diones utriuſque ſexus ad placitum ducere, nec pi-
,, gnorare, aut moleſtare, vel flagellare præſumat;
,, neque de rebus ipſius Eccleſiæ, vel clericorum ali-
,, quid tollere, vel ripaticum, aut quamlibet fun-
,, ctionem publicam à miniſtris ejuſdem Eccleſiæ exi-
,, gere temptet. Sed liceat prænominatæ Eccleſiæ Re-
,, genſi cum omnibus rebus, & familiis ſuis, & omni
,, clero inibi Deo famulantibus, ad eam pertinentibus
,, omni tempore ſub tuitionis noſtræ munimine quiete
,, & pacifice remota totius poteſtatis inquietudine per-
,, manere. Si quis autem temerarius contra hoc noſtræ
,, confirmationis, conceſſionis, ac tuitionis præceptum
,, quandoque inſurgere temptaverit, & quæ ſuperius
,, ſcripta ſunt non obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum
,, auri optimi libras centum medietatem Palatio no-
,, ſtro, & medietatem jam fatæ Eccleſiæ, ejuſque Pon-
,, tificibus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque
,, ab omnibus obſervetur, manibus propriis annulo no-
,, ſtro inſigniri juſſimus.
Signa Sereniſſimorum Hugonis & Lotharii Regum.



,, Ildeprandus Cancellarius ad vicem Boſonis Epiſ-
,, copi, & Archicancellarii recognovi.
,, Data 4. Idus Augusti anno Dom. Incarn. DCCC
,, CXLII. Regni vero D. Hugonis Regis XVI. Lo-
,, tharii XII. Indict. XV.

A ,, Actum Papiæ feliciter Amen.
,, Hoc eodem anno iidem Hugo, & Lotharius
,, Imperatores eidem Regienſi Eccleſiæ donarunt
,, Corticellulam quamdam; cujus donationis exem-
,, plum ex toties præfato Cathedralis Regienſis
,, Archiv. ſequentis eſt tenoris.
,, In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.
,, Hugo, & Lotharius gratia Dei Sereniſſimi & piiſ-
,, ſimi Reges. Si petitionibus ſervorum Dei, aures no-
,, ſtræ pietatis benignè accomodaverimus, proculdubio
,, Deum fautorem habere ubique credimus, & Regni
,, noſtri ſtatum longa per tempora ſuo tueri munimine
,, ipſo auxiliante non diffidimus. Notum ſit igitur om-
,, nibus Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrique præſentibus ſcili-
,, cet . . . . bus, atque futuris Hubertum
,, Marchionem inclitum, noſtrique ſacri Palatii Comi-
,, tem, & Heliſiardum illuſtrem Comitem noſtram ſup-
,, plici devotione adiiſſe clementiam, quatenus pro Dei
,, amore, ac Beatæ ſemper Virginis Mariæ, Sanctique
,, Proſperi, animarumque noſtrarum augmento, ut fra-
B ,, tribus inibi Deo famulantibus Canonicæ Sanctæ
,, Dei Regienſis Eccleſiæ per noſtram auctoritatis, &
,, tuitionis præceptum largiremur, & confirmaremus
,, corticellulam quandam, quæ vocatur . . . . . . go,
,, quæ videtur pertinere de Curte Maſſa, quæ à Berta
,, quondam Comitiſſa, quæ in eadem requieſcit Eccle-
,, ſia, ipſi Canonicæ pro ſalute animæ ſuæ, ſuorumque
,, parentum dono conlata eſt. Quorum precibus libenti
,, animo pietatis noſtræ aſſenſum præbentes iam fatā cor-
,, ticellulam pro Dei amore, animarumque noſtrarum
,, remuneratione cum omnibus ſuis pertinentiis & adia-
,, centiis in integrum; ideſt cum ſuis ſervis, & ancillis,
,, campis, vineis, pratis, ſilvis, paſcuis, ripis, rupinis,
,, aquis; aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationi-
,, bus, & omnibus inibi attinentibus per hoc noſtræ do-
,, nationis, & confirmationis præceptum . . . .
,, ... concedimus, atque largimur, ut nullo un-
,, quam tempore Præſul Canonicæ, & qui pro tempore
,, famulantur Deo, ejuſque Genetrici exhibuerint de
,, jam dicta Corticella . . . . aut
C ,, Vicecomes, vel ſculdaſſio, ſive gaſtaldus, aut aliquis
,, Rector Reipublicæ, magna parvaque perſona vim, aut
,, contrarietatem inferre præſumat; ſed faciant de ſæpè
,, nominata corticellula ipſius Canonicæ miniſter . . .
,, ... ore fuerint ſecundum libitum ſuorum vo-
,, luntatum, quidquid illis melius viſum fuerit ad ho-
,, norem ſancti ipſius loci remota totius poteſtatis in-
,, quietudine, vel diminor . . . . quis igitur
,, contra hoc noſtræ tuitionis, donationis, vel confirma-
,, tionis præceptum ullo in tempore quoquo modo infrin-
,, gere temptaverit, aut minorare, vel . . . .
,, in aliquo quæſierit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi
,, libras triginta, medietatem Cameræ Palatii noſtri,
,, & medietatem præfatis Canonicis ſanctæ Regienſis
,, Eccleſiæ, eorumque ſucceſſoribus Et ut hoc noſtræ lar-
,, gitionis, & confirmationis præceptum verius creda-
,, tur, diligentiuſque obſervetur ab omnibus manu pro-
,, pria ſubtus confirmantes, de annulo noſtro juſſimus
,, inſigniri.
,, Signum Sereniſſimorum † Hugonis, & Lotharii
D ,, Regum.
,, Selprandus Cancellarius ad vicem Roſonis Epiſ-
,, copi, & Archicancellarii recognovi, & ſſ.
,, Data 4. Idus Jun. Anno Dominicæ Incarnationis
,, ... DCCCCXLII. Regni vero Domini Hugonis
,, Regis XVII. Lotharii XIII. Ind. . . . . Pa-
,, piæ. Amen.
,, Anno vero ſequenti 943. Heribaldus Canoni-
,, cis S. Michaelis conceſſit Eccleſiam B. Thomæ
,, Apoſtoli. En documentum ex originali Archiv.
,, Monial. S. Thomæ fil. A. n. 1. deſumptum.
,, Heribaldus ſuperni gratia ſanctæ Regienſis Ec-
,, cleſiæ Epiſcopus. Omnibus Epiſcopis, Abbatibus,
,, Monachis, Clericis, cunctiſque ſanctæ Dei Eccleſiæ
,, Regni iſtius Fidelibus in Domino Jeſu Chriſto unani-
,, miter conjunctis, gratia Dei, & pax æterna multipli-
,, cetur. Quiſquis Zelo Chriſti, ac Pietate ſervens ad
,, hoc cordis ſecretum præparat, ut Deo ex rebus cadu-
,, cis, & temporalibus munus quodlibet mente ſincera

,, *Jeſu Chriſti Domini militibus, ſibique, ac Genitrici*
,, *ſuæ inſtanter ſervientibus conſerat, haud dubio in Cœ-*
,, *leſti Regno ſortietur, & centuplum accipiet, atque in*
,, *illa Regione Beata, ubi ſancti cum Domino lætantur,*
,, *ſine fine gaudebit. Et nos quamvis indigni, qui præſu-*
,, *latus honore fungimur, & Animarum curam gerere*
,, *debemus, Sanctorum Patrum dictis conformes effecti*
,, *ad hoc noſter animus pervigil eſſe debet, ut Eccleſiæ*
,, *Dei diligentiam ſine ceſſatione habeamus, & ſtipem*
,, *Deo famulantibus ſubminiſtremus, ut à Creatore no-*
,, *ſtro audire mereamur: Serve bone hactenus labora-*
,, *ſti, veni, & ego te reficiam. Ideoque nos hanc refectio-*
,, *nem ardenti, ac ſitienti animo ope freti Divina adi-*
,, *piſci cupientes, ut perenniter ea frui mereamur, pro*
,, *ſalute Animarum Dominorum noſtrorum Regum*
,, *Hugonis, & Hlotarii Filii ejus, & pro ſtatu Regni*
,, *eorum, atque pro Anima noſtræ purgatione, & omniũ*
,, *ſucceſſorum noſtrorum mercede perenni conceſſa per*
,, *hoc noſtræ auctoritatis Privilegium concedimus Ec-*
,, *cleſiam B. Thomæ Apoſtoli, quæ ſita eſt in Regio Civis*
B ,, *vetere cum ſua Domo, cultila, intus, & foris in circui-*
,, *tu Regio in Canonica B. Michaelis Archangeli, ut ha-*
,, *beant Canonici, qui illic Omnipotenti Deo, & ejus*
,, *Genetrici, ſanctoque Archangelo Michaeli cotidia-*
,, *num debitæ venerationis exhibent famulatum, &*
,, *qui pro tempore loco eorum ſucceſſerint, teneant, poſ-*
,, *ſideant, & faciant quidquid eorum expetierit ani-*
,, *mus, vel voluntas abſque ulla ſucceſſorum noſtrorum*
,, *contradictione, vel moleſtatione: ac pro ſalute Ani-*
,, *marum Dominorum noſtrorum Regum, & noſtra, ſuc-*
,, *ceſſorumque noſtrorum Epiſcoporum omnium debi-*
,, *tum ſervitutis officium in præfata Eccleſia votis, &*
,, *precibus indefeſſis augmentando adimpleant, ut ſan-*
,, *cta converſationis exemplo clareſcentes per multa*
,, *dierum tempora bonis operibus inſiſtendo in ſancta*
,, *Religione permaneant, atque à D. Jeſu Chriſto im-*
,, *marceſſibilem coronæ gloriam capiant. Quod ſi quis*
,, *ſucceſſorum noſtrorum hoc noſtræ oblationis munus*
,, *callida ingenii curioſitate ullo in tempore fratribus*
,, *Kanonicæ S. Michaelis Archangeli ſubtrahere vo-*
C ,, *luerit, omnes maledictiones, quas propoſuit Beatus*
,, *Moyſes Filiis Iſrael, ſi quando receſſiſſent, adveniãt*
,, *ſuper eum, & partem habeat cum Dathan, & Abi-*
,, *ron, & cum Juda Traditore Domini in Inferno cru-*
,, *cietur, & non ſit in recordatione memoria ejus ante*
,, *Dominum, neque nomen ejus in libro vitæ adſcriptũ*
,, *inveniatur. Niſi riſipiſcendo ſecundum Dominum, &*
,, *noſtræ inſtitutionis edictum fratribus prælibatæ Ka-*
,, *nonicæ omnem emendationem fecerit. Factum eſt hoc*
,, *firmitatis robur, anno Domini Hugonis piiſſimi Regis*
,, *17. & Hlotharii Regis filii ejus 13. Undecimo Ka-*
,, *lendas Junii. Ind. I. Civitate Regio feliciter. Anno*
,, *Dominicæ Incarnationis 943.*
,, † *Eribaldus Epiſcopus hanc ſcripturam à me li-*
,, *benti animo factam propria manu roboravi.*
,, † *Ego Adelgiſus Presbyter m. m.*
,, † *Ego Milio Presbyter m. m.*
,, † *Ego Ingelbertus Presbyter ſſ.*
,, † *Ego Eldelbertus Presbyter m. m. ſſ.*
,, † *Ego Garipertus Presbiter m. m. ſſ.*
D ,, † *Ego Petrenacius Presbyter m. m. ſſ.*
,, † *Ego Wincauſus Presbyter m. m. ſſ.*
,, † *Ego Taudepertus Presbyter m. m. ſſ.*
,, † *Ego Vuarnerius Diac. m. m. ſſ.*
,, † *Ego Teudoinus Diac. m. m. ſſ.*
,, † *Ego Agelmundus Judex Dominorum Regum ro-*
,, *gatus ſubſcripſi. &c.*

XLII. 41. ADELARDUS anno 945. (1) patria Vicentinus, quem ex nobiliſſima gente Triſſina, & Antonii clariſſimi viri filium fuiſſe narrat Benius in p. lib. Triſſinæ hiſtoriæ. Obiit Adelardus circa annum Domini 960.* Non deſunt, qui ſcribant, Adelardum fuiſſe ex clariſſima gente Marchionum Canuſſiorum, ſeu Caneſſiorum, ut Vvolfangus lib. 12. de Migrationibus gentium, aliiq; dum illum natum volunt vel ex Sigefredo, aut ex Gherardo germanis fratribus Attonis primi Comitis Canuſſini. Hic Adeleidæ

* Ex App. tom. 5.


A Lotharii Regis Italiæ relictæ è Gardenſio turri, in qua à Berengario ob rejectas Adalberti ejus filii nuptias detinebatur, elapſæ ad avum ſuum Actonem conſuluit acceſſum, ab ipſo perhumaniter in arce Canuſſina receptæ, in illa etiam contra Berengarium ad adventum uſque Othonis Magni Germanorum Regis conſtanter defenſæ. Ita narrant Sigonius, Pancirolus, Acciarius, aliique ex Inſubria Scriptores. Cæterum Adelardus quis ille fuerit, vel ex qua gente, ſive Triſſina, ſive Canuſſina natus ſit, vir fuit egregiis moribus ornatus, ac Lothario II. Regi in paucis charus, cujus intuitu idem Lotharius Rex anno 946. aliqua bona Ticini poſita obtulit eccleſiæ S. Mariæ, & B. Proſperi Regienſis, hoc exſcripto diplomate.

In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Lotharius divina favente clementia Rex. Si erga ſanctas Dei Eccleſias aliquid noſtri muneris impertimur, Deum omnipotentem retributorem nullo modo titubamus. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium, ac futurorum comperiat ſolertia, quatenus pro Dei amore, noſtræque animæ remedio, interventu quoque Adalardi Regien. ſanctiſſimi Epiſcopi quandam terram in civitate Ticinenſi juris Regni noſtri S. Dei Genitrici Mariæ, necnon B. Proſpero, quorum domicilia commorantur in urbe ſacra Regienſi, per hujus præcepti noſtri paginam donamus, concedimus prout juſte, & legaliter poſſumus, atque largimur in loco, ubi carcer jam pridem nominabatur. Eſt autem ipſa terra per juſtam menſuram tabulæ tres cum ingreſſu, & omni integritate, & acceſſione ſua, muros tamen ſuper ipſam terram undique fundatos ſupra nominatæ S. Dei Genitrici Mariæ, & S. Proſpero delegamus, & noſtrum jus, ut ſupra in integrum legitur, in ejus dominium transfundimus de ſupradicta terra, atque tribuimus. Sunt autem cohærentiæ ipſius terræ à mane via, à meridie, & veſpere ſuprataxati S. Proſperi, à Septentrione cujuſdam Sili cum omni integritate ipſam terram B. Dei Genitrici Mariæ, Sanctoque Proſpero transfundimus, atque largimur, ſine omni mea, meorumque ſucceſſorum contradictione. Si quis verò, quod futurum eſſe nõ credo, in hoc regni noſtri dominio hoc noſtræ auctoritatis præceptum aliquando infringere temptaverit, cogatur abſolvere auri optimi lib. centum, medietatem cameræ noſtræ, medietatem prædictæ S. Dei Genitricis Mariæ, Sanctique Proſperi eccleſiæ. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu propria roborantes, annulo noſtro ſubter inſigniri præcipimus.

Collatum cũ origin. ex Archiv. Cath. Reg. capſ. 7. n. 1116.

Sig. D. Lotharii Seren. Regis.



Odelricus Cancellarius ad vicem Bruningi Archicancellarii recognovi, & ſcripſi.

Dat. 14. Kal. Jun. an. Dominicæ Incarn. 946. anno Domini Lotharii 17. per Indict. 4.

Actum Papiæ civitate.

(,, Ipſius autem Adelardi Epiſcopi duæ extant do-
,, nationes, quarum tranſumpta ex Archivo Cathed.
,, Regienſis placet hic referre. Et quidem altera
,, concedit Epiſcopus Eccleſiæ, & Canonicis Ple-
,, bis S. Mariæ ſitæ in Caſtro Olariano decimas, &
,, oblationes in S. Ruffino, in Foliano, & in Ca-
,, ſalgrande. En donationis Charta.
,, *In nomine Patris, & filii, & Spiritus ſancti.*
,, *Adelardus humilis Epiſcopus S. Regienſis Eccle-*
,, *ſiæ ſervus ſervorum Dei. Quoniam quidem de Ca-*
,, *tholicis conſtitutum omnibus notiſſimum patet fide-*
,, *libus rectum fore arbitratum, & nos pro noſtræ*
,, *ſcientiæ modulo cunctis S. Dei eccleſiæ fidelibus, no-*

Ex Archiv. Cath. Reg. capſ. I. n. 273.

M ,, ſtriſ-

(1) Oportet Adelardum anno 944. ſeu melius ſub finem 943. ad hanc ſedem aſcendiſſe: ſiquidem habetur Adelardi ipſius documentum, quod mox referam, datum Kal. Januarii, Indictione II. anno Hugonis XIX. & Lotharii XIV. qui omnes characteres anno 944. conveniunt.

ſtriſque præſentibus, ac futuris innoteſcere cupimus, eo quod res Eccleſiæ, prout in ſanctis continetur Canonibus, vota ſint fidelium, & redemptio peccatorum; fideles namque per amorem Chriſti ſuccenſi ob remedium animarum ſuarum, & cœleſtis Patriæ deſiderium de ſuis propriis facultatibus ſanctam Eccleſiam fecerunt locupletem, ut de his Chriſti milites paſcantur, Eccleſiæ ornentur, pauperes reſocillentur, & captivi pro temporum opportunitate redimantur. Idcirco deceſſorum noſtrorum videlicet Azonis, & Petri divæ memoriæ ejuſdem noſtræ ſedis Epiſcopis providentes Canonicam conſtitutam à ſua providentia, & ſanctiſſima induſtria in Plebe S. Mariæ ſita in Caſtro Olariano tam illud confirmare, quod ipſi ſtatuerant, quamque amplificare pro poſſe decrevimus: Ideſt Eccleſiam S. Ruffini poſitam in loco Ventuſo cum caſis, & omnibus rebus ſuis, univerſaſque decimas de prædicto loco exigendas in integrum ſicut noſtram Eccleſiam legaliter pertinere videatur: Oblationes quoque fidelium, ſeu dona pro defunctorum ſepulchris, necnon & omnes decimas, quæ pro tempore redduntur de Curte, quæ dicitur Foliano, ſeu ex maſſaritiis ipſius Cortis, atque precariis, ſeu maſſaritium unum de Jure ipſius plebis in loco, qui dicitur Domnitio, cum omnibus pertinentiis ſuis in integrum. Nos autem pro divino amore, & animæ noſtræ remedio, ex facultatibus dictæ Eccleſiæ noſtræ, cui Deo auctore præſumus; concedimus in jam dicta Canonica ad ſupplementum Canonicorum ibidem omnipotenti Deo die noctuque famulantium, ideſt omnes decimas de villa, quæ vocatur Caſale grande, cum omnibus pertinentiis ſuis in integrum. Hæc ergo omnia pro dictis Canonicis in ſupradicta Canonica conſtitutis, & pro tempore ordinandis donamus, & quæ hactenus ibidem tam à noſtris anteceſſoribus, quam & a quibuſcumque hominibus devoluta ſunt, modis omnibus confirmamus, quatenus Clerici Canonicæ ibidem ſervientes ex his ſupradictis rebus, vel cæteris undecumque, quas donante domino adquirere potuerunt, ſtipendia pro tempore accipiant, debitumque ſuæ ſervitutis officium in ipſa Eccleſia votis, ut credimus, fidelium quotidie augmentanda adimpleant, ac ſanctæ converſationis exemplo clareſcant per dies ac tempora bonis operibus abundando, in ſancta religione atque doctrina creſcentes. Et ut diligentius nocturnis horis ad divinum officium occurrere poſſint, ad ipſorum dormitorium conſtruendum concedimus omnem terram, quæ eſt in circuitu jamdictæ Eccleſiæ. Actum Civitate Regia Anno Domini Hugoni Sereniſſimi Regis. 19. Lotharii vero filii ejus ſimul Rex. 14. Kal. Jan. Ind. 2. In Dei nomine feliciter Amen.

Adhelardus Epiſcopus hoc Privilegium propria manu roboravi.
Ego Rendenicus Archidiaconus me ſubſcr.
Ego Rimpertus Archip. ſubſc.
Ego Igelbertus humilis ſubdiaconus manu propria ſubſcrip.
Ego Adelbertus Diaconus ſubſcr.
Ego Petrus Presbyter ſubſc.
Ego Reſtanus Presbyter ſubſc.
Ego Radaldus Presbyter ſubſc.
Ego Ingelbertus Presbyter ſubſc.
Ego Rotmundus Presbyter ſubſc.
Ego Dominicus Presbyter mea manu ſſ.
Ego Bernerius ſubdiaconus m. m. ſubſc.
Ego Martinus Presbyter, & Præpoſitus ex juſſu D. Adelardi venerabilis Epiſcopi hoc privilegium recognovi, & ſſ.

Altera vero donat Adelardus Eccleſiam S. Muſtiolæ cum omnibus ſuis pertinentiis, & nonnulla alia bona Clericis ſervientibus in Eccleſia SS. Chryſanti, & Dariæ, & S. Thomæ Apoſtoli, ita reſcribens.

Ex Arch. Cath. Reg. capſ. 5. n. 913.

ADELARDUS Superni muneris gratia ſanctæ Regienſis Eccleſiæ omnium ſervorum Dei Præſul humillimus: Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, mo-

A nachis, Clericis, cunctiſque ſanctæ Dei Eccleſiæ Regni iſtiu: fidelibus in Domino Jeſu Chriſto unanimiter conſtitutis gratia vobis, & pax æterna multiplicetur. Quiſquis zelo Chriſti, ac pietate fervens ad hæc cordis ſecretum præparat, ut Deo ex rebus caducis, & temporalibus munus quodlibet mente ſincera Jeſu Chriſti Domini militibus, ſibique, ac genitrici ſuæ inſtanter ſervientibus conferat, haud dubie in cœleſti Regno ſortietur, & centuplum accipiet, atque in illa regione beata, ubi ſancti eum Domino lætantur, ſine fine gaudebit. Et nos quamvis indigni Præſulatus honore fungimur, & animarum curam gerere debemus ſanctorum Patrum dictis conformes effecti adhoc noſter animus pervigil eſſe debet, ut Eccleſia Dei diligentiam ſine ceſſatione habeamus, & ſtipem Deo famulantibus ſubminiſtremus, ut a redemptore noſtro audire mereamur: Serve bone hactenus laboraſti, veni, & ego te reficiam. Ideoque nos hanc refectionem ardenti, ac ſitienti animo ope fieri divina adipiſci cupientes, ut perenniter B ea frui mereamur pro ſalute animarum omnium Chriſtianorum vivorum, ac defunctorum requie, atque pro anima noſtræ purgatione, & omnium ſucceſſorum noſtrorum mercede perenni conceſſa per hoc noſtræ auctoritatis privilegium concedimus Eccleſiã S. Muſtiola, quæ eſt prope Caſtro Barriolo cum omni ſua pertinentia, ideſt campis, Pratis, vineis, ſilvis, cultis, & incultis, & maſſaritielam unam in Barriolo, quæ per Joannem laborata eſt, & precariam unam in Gavaſſa, quæ eſt de Rio aldo, & pecia una de terra arativa in Civitate vetere in Eccleſiam Beatorum Martyrum Griſanti, & Dariæ, & B. Thomæ Apoſtoli Chriſti, ut habeant Clerici, ideſt Adelbertus Presbyter, & Martinus Clericus, qui illic omnipotenti Deo, & Beatorum ſupradictorum martyrum Griſanti & Dariæ quotidianum debitæ venerationis exhibent famulatum, & qui pro tempore loco eorum ſucceſſerint, teneant, poſſideant, & faciant quidquid eorum expetierit animus, ac voluntas abſque ulla ſucceſſorum noſtrorum contradictio- C ne, ac moleſtatione; ac pro ſalute noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum Epiſcoporum omnium debitum ſervitutis officium in præfata eccleſia votis, & precibus indefeſſis augmentando adimpleant, ut ſanctæ compunctionis exemplo clareſcentes per multa dierum tempora bonis operibus inſiſtendo in ſancta religione permaneant, atque a Domino Jeſu Chriſto immarceſcibilem gloriæ coronam percipiant. Quod ſi quis ſucceſſorum noſtrorum hoc noſtræ oblationis munus callida ingenii curioſitate ullo tempore fratribus præſcriptis ſubtrahere quæſierit, omnes maledictiones, quas propoſuit Beatus Moyſes filiis Iſrael, ſi quando receſſiſſent a via Domini, veniant ſuper eum, & partem habeat cum Datham, & Abiron, atque cum Juda traditore Domini in inferno crucietur, & non ſit in recordatione memoria ejus ante Deum, neque nomen ejus in libro vitæ adſcriptum inveniatur, niſi reſipiſcendo ſecundum Deum, & noſtræ inſtitutionis edictum ſuper dictis martyribus Griſanti, & Dariæ, & fratribus emendationem D omnem fecerit. Actum in Civitate Regio.

Ego Adalardus Epiſcopus ſſ.
Ego Conſtantinus Archidiac. ſſ.
Ego Martinus Archipr. & Præpoſitus ſſ.
Ego Raudepertus Presb. & Præpoſitus m. m. ſſ.
Ego Adtepertus Diaconus ſſ
Ego Madelbertus Presbyt. & Primicerius manu mea ſubſc. & firmavi.
Ego Aribaldus Diaconus ſcripſ.

42. HERMANDUS a, quem Grimaldum b vocat Baronius, anno 963. (1) ſe ſubſcripſit bullæ erectionis Archiepiſcopatus Magdeburgenſis an. 968. * Interfuit Hermandus Synodo Ravennatenſi ann. 967. quem Ermenaldum vocat Otho Magnus Imp. in privilegio, quod conceſſit Eccleſiæ Regienſi an. 964. ſequentis tenoris. XLIII

a Al. Hermelandus. b Al. Grimoaldum. * Ex Append. tom. 5.

In

(1) Jam anno 962. erat Epiſcopus Regienſis, & ſedit Regii ad jus dicendum cum Ermenaldo Imperatoris miſſo anno Othonis Imp. primo 5. die Julii Indict. V. ut patet ex documento relato à cl. Benedicto Bacchinio in hiſt. Cœnobii S. Benedicti de Padolyrone pag. 8.

Digitized by Google

In nomine Domini Jeſu Chriſti Dei æterni.

Otto divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Dignum eſt, ut auguſtalis excellentia rectoribus Eccleſiarum Dei aures ſuæ pietatis inclinet, votaque eorum, ac preces exaudiat. Quatenus id agendo cæteros ſuæ fidelitati promptiores reddat, inſuper & ab æterno arbitro retributionem percipiat. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium, ſcilicet ac futurorum noverit induſtria, qualiter interventu, ac petitione Adeleidæ Imperatricis, dilectæque conjugis noſtræ, & Aldiberti incliti Comitis Regienſis, ſive Mutinenſis fidelis noſtri, per hujus præcepti paginam confirmamus, ac pleniter corroboramus S. Regienſi Eccleſiæ in honore S. Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, Sanctique Proſperi Epiſcopi, & Confeſſoris conſtructa, cui Ermenaldus Reverendus Præſul paſtorali cura invigilat, terram ipſius comitatus, & publicam functionem cum ſtratatico, & muris in circuitu, & foſſato, & alveum aquæ a quatuor milliariis intrinſecus, & extrinſecus, ſurſum, & deorſum ſervis, & ancillis, verum etiam in civitate Papia terram in foris magnam cum manſionibus, & ædificiis, & puteo, terramque infra ipſam civitatem, quæ quondam palatii veteris pars extitit ad juſtam menſuram tabulis quinquaginta. Et ſuper fluvium Padi ad locum, qui Vaccilæ dicitur, aliquantas res conjacentes non longè à villa, quæ cella nominatur de Nonantula, velut à noſtris prædeceſſoribus Hugone, & Lothario Regibus per præcepti paginam conceſſas, & corroboratas cognoſcitur. Inſuper etiam per hoc noſtræ miſerationis præceptum concedimus, & pleniter corroboramus aliquantam terram, quæ fuerat ſylvam olim ſitam in comitatu Parmenſe in finibus Biſmanti in loco, qui dicitur la Màrcolaria, & rivum Diluvii, & rivum Denaſetum, cujus fines ſunt de uno latere à flumine Siclæ ſurſum per ſtratam uſque ad montem Palaredo, & de monte Palaredo aſcendente per ſtratam uſque in finibus Thuſciæ, inde vergente in rivum Albolum uſque ad flumen Siclæ & inde quoque juxta Siclam deorſum pervenit in flumen Auzolæ, ſicut a Karolo Magno piiſſimo Rege in prædicta S. Regienſi Eccleſia per ſuam ſacratiſſimam paginam eidem S. Eccleſiæ collata eſſe cognovimus. Omnes quoque cortes, & plebes in ſuis parochiis conſtitutas, capellas, prædia, cunctaſque res, quas de donis Regum, ſeu Imperatorum prædeceſſorum noſtrorum, cæterorumque bonorum hominum, verum etiam res univerſa canonicæ ejuſdem Eccleſiæ oblata ſunt, ac conlata per confinia, & terminos Lunenſium, Parmenſium, Regienſium, Mutinenſium, Cremonenſium, Mantuanenſium, Ferrarienſium uſque ad fluvium Padun & Zaram veluti à Karolo Magno per decretum præcepti collatum fuit, ac determinatum in integrum. De rebus autem, aliiſque poſſeſſionibus, tam mobilibus, quam & immobilibus jam dictæ Regienſi Eccleſiæ conſtituimus, ut nullus in Regno Italico conſiſtens tenere audeat rem aliquam ex ipſis pro qualibet inſcriptionis pagina, quaſi per quorundam Pontificum prædeceſſorum hujus venerabilis Ermenaldi Epiſcopi, ſeu miniſtrorum jam prælibatæ ſedis Regienſis conſtitutiones injuſtas, quas noſtra Imperialis potentia radicitus diſrumpere, & ſine cujuſdam roboris vigore ſancimus, quia talibus actis ſancta Dei Eccleſia frequenter patitur maximas inopias. Stabilimus etiam, ut de omnibus rebus, ſeu familiis, quæ hactenus qualibet occaſione, vel quocumque modo e ditione ipſius Epiſcopi, aut iſtius Ermenaldi Reverendi Epiſcopi poteſtate ſubtractæ fuiſſe noſcuntur, per circummanentes homines inquiſitio fiat, ut omnes res ipſius ſedis in iſtius jam fati Epiſcopi, ejuſque ſucceſſorum redeat poteſtate, & exinde inveſtiant ſe, noſtra freti poteſtate, quatenus rei veritas pateſacta perenniter valeat ſuum obtinere vigorem juſte, & legaliter, ut in omni tempore liceat jam dicto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, cum rebus omnibus, & familiis ſuis, ſub tuitionis noſtræ munimine, quiete, ac pacifice remota totius poteſtatis inquietudine permanere, ac pro anima noſtra, & prolis noſtræ, noſtrorumque regnorum ſtatu cum ſuo clericali ordine omnipotentis Dei miſericordiam jugiter implorare. Si quis autem temerarius contra hujus noſtræ confirmationis, conceſſionis, ac tuitionis præceptum, quod futurum non videmus, inſurgere tentaverit, & quæ ſuperius ſcripta ſunt, non obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem palatio noſtro, & medietatem jam fato Ermenaldo ven. Pontifici, & ejus ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, annulo noſtro inſigniri juſſimus.

Signum † Othonis Sereniſſ. Imperatoris.

Luitgerius Cancellarius ad vicem Vuidonis Archicancellarii, & Epiſcopi recognovi, & ſubſcripſi.

Datum VII. Id. Aug. anno Dominicæ Incarnationis 964. Indict. 7. an. Imperii invictiſſimi Imperatoris 3.

Actum Civitate Lucæ feliciter, Amen.

43. TAUZUS a Parmenſis, ad eandem ſedem ſubvectus eſt 993. Hic Eccleſiam S. Proſperi reædificavit, pluresque fortunas, privilegiaque eidem Eccleſiæ eſt dilargitus; in qua conſtitutis prius una cum Præpoſito octo Canonicis, qui divinum officium perſolverent, corpus ejuſdem ſancti ſolemni ritu tråſtulit. Aedem conſecravit Gregorius V. Pontifex anno 997. cujus munificentiæ monumento appoſiti ſunt parieti Eccleſiæ verſus aliquot, quos huic loco inſerendos ſelegimus. XLIV

a Teuzo: de quo & de ſequenti Sigefredus videndus Bordonus in Theſ. Eccleſ. Parmen. p. 152 Mandaj.

Teuzo præſentem fundavit Epiſcopus ædem,
Ad decus, & ſancti inſtituit Proſperi.
Cujus ad hanc ſemper veneranda tranſtulit oſſa,
Cum Papa Quinto nomine Gregorio,
Forte Ticinenſem qui tunc pergebat ad urbem,
Concilii ſacri cauſam habiturus ibi.
Pontifices . . . . . multaque turba ſecuta,
Suſcepit Teuzo quos pater hoſpitio
Venerat Antiſtes junior & ipſe Joannes
Sede Ravennali dexter abiturus ibi:
Cum quibus a dicto primo Teuzone rogatus,
Hoc per ſe templum rediddit ipſe ſacrum.
Tot ſimul ac tantis domus ſacrata patronis,
Corpus eſt poſitum hic Proſper alme tuum.
Cum quo Venerii ſimul oſſa levata beati,
Hujus in Eccleſiæ condita ſunt latere.
Sunt hæc dante Deo, dum tertius Imperat Otho,
Atque Kalendarum facta nova Februi.

* Sunt, qui ſcribunt, inter quos Pancirolus in hiſt. Regienſi, & Acciarius in vitis Regienſium Præſulum, hæc ſupra relata carmina non continere veritatem, eo quod Teuzo dono dediſſet Abbati, & monachis caſtrum de Rondenaria ad honorem SS. Proſperi Epiſcopi, Venerii Confeſſoris, & Jocundæ virginis, quod non feciſſet Teuzo, ſi eorum corpora in ea eccleſia extra civitatem humata eſſent, veluti donaſſe conſtat ex eodem Teuzonis documento, cujus autographum ſervari dicitur in archivio Cathedralis, & nos infra dabimus ex copiali. Verum tot inundationibus de dictorum Sanctorum ſacris corporibus poſt Epiſcopum Teuzonem in Eccleſia Abbatiali S. Proſperi extra, & prope civitatem factis, auctoritate Apoſtolica, legatorum Metropolitanorum, & Ordinariorum præſentia, tot documentis bonorum, juriumque per multos pios fideles oblatis Eccleſiæ Abbatiali ad honorem S. Proſperi, totque Pontificum bullis aſſerentibus illius corporis in dicta Abbatiali eccleſia exiſtētiam, ac demum ab ipſo facto, adeo clare evincitur contentorum in lapide falſitas. Cum à delegatis Clementis VIII. Pontificis, pro inventione, & translatione corporum SS. Proſperi, & Venerii fuerint in nupera eccleſia SS. Petri, & Proſperi, antiquæ extra muros dirutæ ſubrogata, indubitanter anno 1602. reperta: Ut Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus alter ex delegatis Apoſtolicis in ipſa reliquiarum prope monachos quieſcentium inſpectione, coactus ſit palam aſſerere. *Hoc eſt vere corpus S. Proſperi*, quod ex ſequenti Clementis Pontificis diplomate etiam infertur.

* Ex App. tom.

CLEMENS VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem diſcordias, & controverſias inter Eccleſias, & Regulares perſonas vigentes

non ſolum e medio tollere, ſed ne novæ differentiæ inter eoſdem ſuboriantur, opportune providere, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Alias ſiquidem, ut litibus, & differentiis dudum inter dilectos filios Abbatem, & monachos monaſterii S. Petri civitatis Regien. ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinen. S. Juſtinæ de Padua ex una, necnon Capitulum, & Canonicos collegiatæ Eccleſiæ S. Proſperi etiam Regien. ex altera partibus vigentibus finem imponeremus, per alias noſtras in ſimili forma Brevis literas ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, corpus S. Proſperi, quatenus in eccleſia dicti monaſterii S. Petri reperiretur, ad prædictam eccleſiam S. Proſperi transferri mandavimus, prout in iiſdẽ literis, quarum tenorem hic pro expreſſo haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, vigore dictarum literarum, corpus S. Proſperi in eccleſia prædicta S. Petri repertum ad eccleſiam S. Proſperi translatum fuerit: Nos, ne novæ lites, & differentiæ inter eaſdem partes occaſione piorum legatorum, & bonorum ſtabilium Eccleſiæ S. Petri, & illius monaſterii quomodolibet relictorum ullo tempore ſuboriri poſſint, opportune providere volentes, Abbatemq; & monachos ejuſdem monaſterii S. Petri, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie decernimus, prædictis Capitulo, & Canonicis eccleſiæ S. Proſperi nullum jus, nullamque actionem ſuper quibuſcunque bonis, tam ſtabilibus, quam mobilibus, & legatis eccleſiæ, & monaſterio prædictis S. Petri quandocunque, qualitercunque & quomodocunq; etiam intuitu corporis S. Proſperi nominatim relictis, legatis, donatis, & conceſſis cujuſcunque qualitatis, quantitatis, & valoris, ac annui redditus exiſtant, quos præſentibus pro expreſſis haberi volumus, quoquomodo competiiſſe, aut competere, neque illos habere, vel prætendere, minuſque ſuper illis Abbatem, & monachos prædictos nunc, & pro tempore exiſtentes in judicio, vel extra moleſtare, perturbare, vel inquietare ullatenus poſſe, præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiã defectu notari, impugnari, vel redargui, aut annullari, revocari, infringi, vel retractari, aut adverſus illas quodcunque gratiæ, vel juſtitiæ remedium impugnari minime poſſe, ſicque & non aliter per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri, & interpretari debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac perpetuũ eiſdem Capitulo, & Canonicis S. Proſperi ſilentium imponimus. Quo circa venerabilibus fratribus Mutinen. & Mantuan. Epiſcopis, ac curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alias præſentes literas, & in eis contensa, quæcunque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Abbatis, & monachorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentes Abbatem, & monachos prædictos à Capitulo, & Canonicis S. Proſperi prædictis, ſeu quibuſcunque aliis deſuper quomodolibet indebite moleſtari; contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, & quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eccleſiæ S. Proſperi, illiuſque Capitulo, & Canonicis, aut quibuſvis aliis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 21. Februar. MDCII. Pontificatus noſtri anno XI.

Sed hic præſtat etiam referre, quæ de translatione horum Sanctorum corporum in Cartophylacio ejuſdem Abbatiæ ſcripta ſunt, ac pervetuſta poſteris mandata ſunt.

Beatus Proſper, natione Aquitanus, Leonis Papæ notarius, qui cœpit anno Domini 443. tempore Martiani Imperatoris, cui Leo Cæſar ſucceſſit, ab eodem Papa Æmilianæ urbis, quæ nunc Regium dicitur, creatus Epiſcopus, dum commiſſam ſibi à Deo plebem verbo pariter, & exemplo erudiret, Baſilicam quandam in B. Apollinaris Epiſcopi, & Martyris honorem conſtruxit, quæ nunc intra monaſterii ſepta, quod olim in ejuſdem S. Proſperi honorem conſtructum fuerat, ſita eſt; præcipiens ſuis, ut dum dormitionis ſuæ terminus Deo diſponente adveniſſet, corpus ſuum in ea ſepeliretur; quod & poſtea factum fuit 7. Calendas Julias, ut in converſationis ejus hiſtoria pleniſſimè legitur.

Poſt multum vero temporis Thomas, tunc Regienſis Epiſcopus, Beati ipſius Proſperi non immediatus ſucceſſor, vir devotæ, & ſanctæ converſationis, tempore Joannis VI. ſummi Pontificis, ab eodem Beatiſſimo Proſpero per viſum admonitus, ut oſſa ſua ex præfata S. Apollinaris Baſilica, quæ parva admodum, anguſtaque eſt, amovens, in eminentiori, ac honorabiliori loco omni cum honeſtate reconderet; communicato cum omnibus ſuæ Eccleſiæ ſacerdotibus conſilio, totoque clero, ac populo præfati monaſterii eccleſiam honorifice, & decenter in ejuſdem Beatiſſimi Proſperi nomine ædificavit, ejuſque ſacras reliquias aromatum more redolentes ex priori ſublatas tumulo in majori dictæ novæ eccleſiæ altari, non ſine pſalmorum, litaniarumque modulantia, cum prædictis ſacerdotibus, clero, & populo ſolemniter, ac honorificè collocavit, perfuſis eorum omnium naribus, ac pectore prædictarum reliquiarum odore ſuaviſſimo, atque mirabili Calendis Decembris, quo tempore quot, quantaque miracula Chriſto cooperante, ac Sancti ipſius meritis patrata ſint, translationis hujus hiſtoria pleniſſimè narrat.

Hæc ſunt, quæ alii referunt de exiſtentia horum Sanctorum corporum in veteri Abbatiali eccleſia S. Proſperi extra, & prope urbem olim poſita, nunc intra translata, quibus nec abnuo, nec aſtruo, & ſic mihi ſatis videtur horum virorum patriæ rerum peritorum intentum probatum. Porro Teuzonis documentum, de quo paulo ſupra mentio facta eſt, eſt hujuſmodi.

In nomine ſanctæ individuæ Trinitatis.

Tenzo divino reſpectu S. Regienſis Eccleſiæ Antiſtes omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus ſcilicet, ac futuris. Notum eſſe conſtat curam, & regimen Eccleſiarum Dei poſt Apoſtolos Epiſcopis eſſe commiſſum, adeo ut verbi Dei diſpenſatores facti, æternarum ſubſidia ſubſtantiarum omni cura, & diligentia ſubditis impendere debeant: quatenus in extremi die examinis cum electis ad dexteram collocandi audire mereantur: Venite benedicti patris mei, percipite Regnum; & cæteris his, & aliis divinarum ſcripturarum ammonitionibus afflati, ac diuturna meditatione in noſtri cordis penetrabilibus per plurima volventes perſpicaci cura rimari cœpimus, quid agere poſſemus, ut ſummo patroni Deo in melius ſervire, vel placare valeremus. Inter hæc divina clementia freti pertractavimus id melius omnibus negotiis fore, ſi caſtrum, quod dicitur Rundenaria noſtra conſultatione, caſtrum, quod dicitur Pratotiolum, ad omnipotentis Dei ſervitium, & S. Proſperi, atque S. Venerii confeſſorum, necnon

Collatum cum exiſtenti in Archiv. Cathed. Regii capſ. o. n. 1004.

S. Jo-

Digitized by Google

S. Jocundæ virginis donantes, cœlibem nobis vitam inde mercaremur in tantum, ut nos, noſtrique ſucceſſores, cæterique Dei timentes, vel eidem loco faventes ſedula pretii ſuſtentatione apud Dominum ſublevemur. Sed quia hactenus turbine ſecularium procellarum quaſſati, & ultra modum laceſſiti, & fatigati, monaſterium, quod cœpimus ad unguem, & perfectionem perducere nequivimus . . . . consilio noſtrorum clericorum, ac laicorum fidelium animati hac ſupradicta charta eccleſiæ S. Proſperi, & præfatorum ſanctorum pro noſtræ, noſtrorumque ſucceſſorum animabuſque remedio per decretalem paginam conceſſimus, & largiti ſumus. Hæc igitur prætitulata loca in integrum præſcripto monaſt. S. Proſperi, & Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, ac fratribus nunc inibi, & in futuro ſervientibus tempore per hanc paginam confirmavimus ad communem utilitatem fratrum monachorum quatenus Dominus Abbas, & fratres ſine omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum interdictione pro nobis, atque omnibus ſibi bona facientibus devotius Dominum interpellare poſſint. Et ut hæc verius, & firmius credantur, manu propria ſubter confirmavimus. Si quis igitur hanc confirmationem decretalem infringere, vel contaminare, aut minuere temptaverit Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus ſancti, & B. Mariæ, & Beatorum Angelorum Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis, & omnium Sanctorum Spirituum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, ac Confeſſorum, & Virginum, & omnium Sanctorum, atque Beatiſſimi Proſperi dilectiſſimi Chriſti Confeſſoris, & B. Venerii, qui tres mortuos ſuſcitavit, atque S. Jocundæ virginis maledictionem incurrat, & cum Juda apoſtata in perpetuum damnatus anathema ſit, atque cum Dathan, & Abiron, quos vivos terra abſorbuit, æternæ damnationis barathro immerſus ſubjaceat.

Teuzo gratia Dei S. Regienſis Eccleſiæ Epiſcopus in has conſtitutiones factas ſubſcripſi.

Rolandus Præpoſitus ſubſcr.
Arduinus Archipr. ſubſcr.
Ego Ildebertus Archid. ſubſcr.
Dominicus magiſter ſcholarum ſubſcr.
Ego Idelbertus Archidiac. ſubſcr.
Adelbertus Presbyter ſubſcr.
Gottefredus Diac. ſubſcr.
Gribertus Diac. ſubſcr.
Giſelbertus Subdiac. ſubſcr.
Gandulfus Subdiac. ſubſcr.
Sigifredus Subdiac. ſubſcr.
Romanus Subdiac. ſubſcr.
Teuzo Subdiac. ſubſcr.
Vualbertus Subdiac. ſubſcr.
Sigifredus Subdiac. ſubſcr.

(,, Anno 1015. Teuzo Ss. Viti atque Modeſti Ec-
,, cleſiam in Monialium Monaſterium erexit, ut
,, patet ex ſequenti documento, quod ex Copiali
,, pluribus licet ſcatens mendis hic exhibemus ex
,, originali Arch. Monial. S. Thomæ fil. A.n.2.
,, *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Teu-*
,, *zo ſanctæ Regienſis Eccleſiæ Præſul. Cum in omni-*
,, *bus cauſis, & terrenis negotiis remari oribus huma-*
,, *no generi id maxime occurrit ad profectum, & bo-*
,, *num exemplum quod meditatur Dei, & hominum,*
,, *homo Chriſtus Ieſus ſicut bonus paſtor animam*
,, *ſuam pro ſuis ovibus poſuit. Digniſſimum conſtat*
,, *nos quoque quamvis indignos, quos tamen Eccleſiæ*
,, *ſuæ præfecit paſtores, ut omnium ſtudiorum noſtrorũ*
,, *curas erga Clerum, & Populum nobis commiſſum*
,, *ſollicitè agamus, ac paterno affectu eum regere, &*
,, *confovere debeamus. Sic quoque ad procurandas*
,, *animas paſtorales excubias imponamus, ut corporum*
,, *etiam neceſſitates prò aliquibus indigentiis inhiantes*
,, *beneficiis, quibus poſſumus, ſuppleamus. Habet enim*
,, *ratum & firmum Deo ſervientium mentes tanto li-*
,, *berius in laudes Dei continuas promoveri, quanto à*
,, *duabus curis victus, & veſtitus eas cõtigerit alienius*
,, *removeri. Et quonia res Eccleſiæ, ſicut à ſanctis Pa-*
,, *tribus traditur, fidelium ſunt vota, & peccatorum*
,, *precia, oblata enim ſunt ab Eccleſiæ ſanctæ fidelibus,*

A ,, *ut inde Chriſti pauperes nutrirentur, Eccleſiæ orna-*
,, *rentur, Captivi etiam pro temporum opportunitati-*
,, *bus redimerentur: Proinde nos Teuzo Chriſto lar-*
,, *giente Regienſium Epiſcopus in Baſilicam Ss. Mar-*
,, *tyrum Viti, & Modeſti, quæ ſita eſt prope Scantia-*
,, *num, Monaſterium puellarum eſſe conſtituimus pro*
,, *temporis quantitate & rebus nunc incipientes & in*
,, *futurum amplificare volentes. Super illas res, quæ*
,, *prædictæ Eccleſiæ pertinent, ex rebus Eccleſiæ no-*
,, *ſtræ S. Mariæ & S. Proſperi XX. manſos inviola-*
,, *bili voto Deo volente nos daturos promitteremus.*
,, *De quibus nos quatuor deſignatæ prædictæ Eccleſiæ*
,, *damus. Videlicet totam terram, ubicumque rejacet*
,, *per loca, quæ pertinere dicitur ad eandem Eccleſiã,*
,, *& totam terram de Geraldo, & precariam illam,*
,, *quam tenent Dominicus, & Angelus fratres de par-*
,, *te noſtra, & modios illos VIII. de Terra, quam*
,, *de noſtra parte tenet presbyter Boniprandus . . .*
,, ...
,, ... *ad alendas ſanctas moniales,*
B ,, *quas nunc modo inibi ordinamus ſub ea, quæ nobiſcum*
,, *hoc devovit opus, Liuza Abbatiſſa, ac eas, quæ prò*
,, *futuris temporibus Deo concedente ibidem ordina-*
,, *buntur. Et per hanc noſtri Decreti paginam oblatos*
,, *in præſentiarum Manſos, & in futurum promiſſos &*
,, *impoſterum ſemper dandos confirmamus, quatenus*
,, *remota indigentiæ murmuratione, & noſtra noſtro-*
,, *rumque ſucceſſorum moleſtia, & contradictione San-*
,, *ctæ Moniales inibi regulariter Deo ſervientes ſan-*
,, *ctæ converſationis exemplo clareſcant, & ſic in ſan-*
,, *cta religione creſcentes de bono ad melius ſemper*
,, *procedendo liberius vivant; & quia benefacti ſicut*
,, *nimium quiſquam nequit habere itaque quæ nemini*
,, *valuit impertire, orare & poſtulare vos ſucceſſores*
,, *meos de futuro non deſiſtam, ut in Deo, & propter*
,, *Deum hoc Decretum à nobis nova deliberatione cor-*
,, *roboratum conſervare, reformare, & augmentare*
,, *nullatenus neglegatis quot annis in ſecula, ut nobiſcũ*
,, *ſitis participes ſanctæ retributionis, quoniam fuerit*
,, *una exercitatio ſancta laboris. Si quis verò, quod fu-*
C ,, *turum minime credimus hanc noſtri Decreti Conſti-*
,, *tutionẽ perfringere aut immutare quæſierit, anathe-*
,, *matis vinculo innodatus, & vivens mortuus pereat in*
,, *æternum. Quod ut firmius credatur, & certius habea-*
,, *tur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu pro-*
,, *pria confirmantes noſtra Eccleſiæ Populo cognoſcen-*
,, *dum, & Clero obtulimus roborandum.*
,, † *Ego Teuzo gratia Dei Præſul ſanctæ Regien.*
,, *Eccleſiæ in hoc Decreto à me facto ſſ.*
,, † *Ingo Dei gratia. Archid. ſſ.*
,, † *Ildelbertus Diac. & Præpoſ. ſſ.*
,, † *Albertus Diac. ſſ.*
,, † *Ardovinus Diac. ſſ.*
,, † *Adelbertus Diac. ſſ.*
,, † *Ego Giſelbertus ſubdiaconus ſſ.*
,, † *Ego Vuibertus ſubdiac. ſſ.*
,, *Ego Sigifredus Subdiac. ſſ.*
,, *Vualbertus Subdiac. ſſ.*
,, † *Ego Adelbertus, qui & Michael Archipresb. ſſ.*
,, † *Ego Rodeſarius Presbyt. & Præp. ſſ.*
D ,, † *Ego Adam Presbyt. ſſ.*
,, † *Ego Adam Presb. ſſ.*
,, † *Ego Petrus Presb. ſſ.*
,, *Petrus Subdiac. & hujus Decreti ſcriptor à Dom.*
,, *Teuzone S. Regien. Eccl. Epiſcopo rogatus ſſ.*
,, *Actum VIII. Idus Junii Anno Dominicæ Incarna-*
,, *tionis M.XV. Regni vero divi Henrici XI. Imperii*
,, *vero ejus ſecundo per Indict. XII.* a — a An. 1015 XIII. Ind. currebat.
,, Anno vero 1027. eiſdem Monialibus Ss. Viti,
,, & Modeſti Baſilicam S. Thomæ conceſſit, ut vi-
,, dere eſt ex ſequenti documento, vetuſtate pluri-
,, bus in locis conſumpto, & ex originali in Archi-
,, vo Monialium S. Thomæ fil. A. n.3. pariter de-
,, ſumpto.
,, *In nomine S. & individuæ Trinitatis. Teuzo Di-*
,, *vino reſpectu S. Regienſis Eccleſiæ humilis Epiſco-*
,, *pus. Nos quibus cura, & Eccleſiaſticum regimen*
,, *condonatum eſſe dignoſcitur, ſollicitè, ac ſedulè*
,, *tractare oportet, quò nobis ſubditas Eccleſias taliter*

,, ordinemus , ut in futuro boni paſtoris præmia capere A
,, valeamus. Quocirca omnibus S. Dei Eccleſiæ no-
,, ſtrorumque fidelibus notum fore volumus , noſtræ Ec-
,, cleſiæ primates noſtram adiſſe paternitatem , quo
,, Baſilicam in honore S. Thomæ Apoſtoli cœptam
,, Linzæ Abbatiſſæ concederemus . . . Quorum
,, petitionibus annuentes tam præfatæ Abbatiſſæ, quam
,, cæteris omnibus in S. Viti martyris cœnobio . . .
,, . . . ordinandis temporibus Abbatiſſis noſtræ
,, inſtitutionis paginæ prælibatam Baſilicam cum ali-
,, quantula terra circa ipſam ſita Baſilicam , cui ſe-
,, ptem ſeſtariorum eſt numerus , finis vero ab orien-
,, tali plaga terra . . . . S. Proſperi ,
,, à meridie Petri Judicis, ab occidente S. Mariæ ,
,, & S. Michaelis , & S. Proſperi . A' ſera . . .
,, ... S. Proſperi , & Heredum Landulfi
,, conceſſimus , & largiti ſumus , eo videlicet ordine, ut
,, ſui . . . . ris poſt hac una ſit in per-
,, petuum Eccleſia , & alteris reſpondent alter . . .
,, ... Quod ut verius credatur , & ab
,, omnibus diligentius obſervetur manu propria ſubter B
,, ... conſcripſimus . Si quis vero hanc
,, noſtræ inſtitutionis paginam quandoque infringere .
,, ... quod abſit , ſciat ſe anathematis
,, vinculo innodatum , & cum Juda Domini noſtri Je-
,, ſu Chriſti proditore . . . . . damnatione
,, damnatum , & cum Dathan , & Abiron , quos ter-
,, ra vivos abſorbuit , perpetuis . . . .
,, Quid pluram habeas maledictionem illorum , qui
,, dixerunt Domino Deo recede à nobis . . . . .
,, nolumus . Data Anno Dom. Incarn. 1027. Pontifi-
,, cariæ vero D. Teuzone præſule anno 49. Ind. XI. a
,, † Teuzo Epiſc. in hac Conſtitutione a me facta ſſ.
,, † Ego Adelbertus presbyt. ſſ.
,, † Ego Adam presbyter ſſ.
,, † Ego Gregorius presbyter , & cuſtos ſſ.
,, † Vuibertus Diaconus ſſ.
,, † Ego Gandulfus Subd. ſſ.
,, ... Sanctæ Reg. Eccl. ſſ.
,, † Ego Giſelbertus ſubd. hujus conceſſionis ſcript. ſſ.

a X. Indictio currebat anno 1027.

,, Cæterum Stephani cujuſdam Teuzoni , ejuſq; C
,, Eccleſiæ factam donationem , atque Henrici I.
,, Diploma in favorem Regienſis Eccleſiæ , hic
,, proferre commodum videtur. Et quidem Stepha-
,, ni donatio barbara quidem , & erroribus undique
,, ſcatens eſt hujuſmodi ex Archivo Cathed. Re-
,, gien. 960.
,, In nomine Domini Dei , & Salvatoris noſtri Jeſu
,, Chriſti Chuorradus gratia Dei Imperator Auguſtus
,, Anni Imperii ejus Deo propitio hic in Italia ſecundo
,, 3. Kalen. Gennarii Ind. 12. Epiſcopo S. Regienſi
,, Eccleſiæ, ubi nunc Dom. Teuzonem Epiſcopus ordi-
,, natum eſſe videtur. Ego Stefano filius quondam Do-
,, minici de loco , qui nominatur Monticulo , qui pro-
,, feſſo ſum ex natione mea lege vivere Romana , offer-
,, ſor , & donator ipſius Epiſcopo per . . . dixi .
,, Ejuſquis in ſanctis , ac in venerabilis locis ex ſuis
,, aliquod contulerit rebus juxta auctoris vocem in hoc
,, ſeculo centuplum accipiat , & inſuper quod melius eſt,
,, vitam poſſidebit æternam . Ideoque ego , qui S. Ste-
,, fano dono , & offero , & per præſentem Cartulam of- D
,, ferſionis Jure proprietario nomine in eodem Epiſco-
,, po habendum confirmo , hoc ſunt caſis , & omnibus
,, rebus Territoriis , & Vineis cum areis ſuarum , qui-
,, bus ſunt poſitis in locis , & fundis , ubi dicitur Trex
,, Cerri , Adiola, Foſola, Campagnola , Prugna, Ra-
,, zeto, Carpeneto, Flumen, Hare, Matecalino, Mon-
,, ticello , Diacargine , Mauruzo , & ſunt ipſis caſis ,
,, & rebus in iſtis locis per menſuram juſtam inter Ca-
,, ſaltcio , & areis , ubi vitis exeant , ſeu terris arabi-
,, lis totis inſemul per menſuram juſtam modia ſex ,
,, quæ autem ipſis Caſis , & omnibus territoriis juris
,, mei ſupradictis una cum acceſſionibus & ingroſſoriis
,, earum , ſic cum ſuperioribus , & inferioribus curam
,, qualiter ſupra . . . ab hac die in eodem Epi-
,, ſcopo S. Regienſis Eccleſiæ dono & offero , & per
,, præſentem Cartulam offerſionis à parte prædicta
,, Epiſcopo habendum confirmo , faciendum exinde
,, pars ipſius Epiſcopo jure proprietario nomine quid-

,, quid voluerit ſine omni mea, & herede meorum con- A
,, tradictione . Quidem & ſpondeo , atque promitto me
,, ego qui S. Stefano vel mei heredes parti ipſius Epi-
,, ſcopo ab omni homine defenſare , quod ſi defendere
,, non potuerimus , aut ſi eaſdem Caſis , & rebus ut ſu-
,, pra &c. parti ipſius Epiſcopo reſtituamus , ſicut prò
,, tempore fuerit melioratas aut voluerit ſub æſtimatio-
,, ne in conſimilibus locis . Actum Regii feliciter .
,, Signum † Stefano qui hanc cartulam offerſionis
,, fieri , & firmare rogavi , & ei relecta eſt .
,, Signum † Manibus Aſprandi , & Ruperti , ſeu
,, Alberti lege viventis Romana rogati teſtes .
,, Signum † Manibus Avidoni , & Petroni rog. teſt.
,, Scripſi Ego Mile Notario poſt tradita complevi ,
,, & dedi .
,, Henrici vero Privilegium mutilum quidem , &
,, dimidiatum hujus eſt tenoris ex Archivo ejuſdem
,, Cathedralis capſ. 7. n. 1232.
,, In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis Einri-
,, cus divina favente Clementia Romanorum Impera-
,, tor Auguſtus . B
,, Si Eccleſiarum Dei ſervitutibus largitionis & be-
,, nignitatis munificentiam impertimur , eorumque vo-
,, tis libenter annuimus, id nobis ad Auguſtalis Excel-
,, lentiæ culmen proficere non dubitamus : Inſuper quod
,, cunctis preſtoſius eſt dignitatibus, æternæ retributionis
,, præmium capeſcere non diffidimus. Induſtriam igitur
,, omnium ſanctæ Dei Eccl. fidelium noſtrorumque præ-
,, ſentium ſcilicet & futurorum noſſe volumus Teuzo-
,, nem reverentiſſimum S. Regienſis Eccl. Præſulem no-
,, ſtram adiſſe Clementiam præ manibus habentem
,, præcepta Regum Longobardorum , quorum auctorita-
,, tibus jamfata Eccleſia , ne pravorum hominum op-
,, preſſiones, aut invaſionū detrimenta pateretur, undiq;
,, fulcita erat, ac munita etiā, atq; etiā poſtulando, ut &
,, nos ob divinū amorē eandem Eccleſiam cum omnibus
,, facultatibus ſuis iam acquiſitis , quamque profuturis
,, temporibus acquirendis cum rebus & familiis utriuſq;
,, ſexus cunctoque Clero Deo inibi famulante reciperc-
,, mus ſub noſtræ defenſionis protectione , quod & feci-
,, mus , & per hanc noſtri præcepti paginam præcipimus, C
,, firmiterque jubemus, ut nulla unquam totius Regni no-
,, ſtri magna , parvaque perſona res aut familias ejuſ-
,, dem Eccleſiæ , ſed neque venerabilem ipſius loci cle-
,, rum in aliquo inquietare vel moleſtare præſumat . Et
,, quoniam ejuſdem præceptis, quæ jam dictus venerabi-
,, lis Pater nobis obtulerat . . . . . & termini fina-
,, les totius Regienſis Epiſcopatus , & res ejuſdem Ec-
,, cleſiæ jacentes in finibus Mantuanis , Bononienſibus ,
,, Mutinenſibus , ac Lunenſibus , vel Parmenſibus , ſeu
,, Ticinenſibus, & Cumanis & reliquis per ſingula loca
,, & vocabula inſita erant : Ideoque pro temerariæ præ-
,, ſumptionis invaſione noſtram petiit Excellentiam, ut
,, eoſdem terminos finales , & res totius Epiſcopii huic
,, noſtro præcepto inſerere juberemus , ne fraudem ali-
,, quam eadem Eccleſia de ſuis rebus ac confiniis ab
,, invaſoribus pateretur. Cujus dignam ac venerabilem
,, conſiderantes petitionem a Lunenſium , & Parmen-
,, ſium confiniis omnes terminos per circuitum annotarī
,, juſſimus . A meridie itaque per Montana occidentem
,, verſus conjacente fines terminique venientes de prato D
,, Mauri in Montem de menſa ; Inde in centro crucos ,
,, ac inde in Alpem Marinam , inde in Montem depo-
,, ſci deſcendentes in rivum Niteram, qui defluit in flu-
,, vium Incidam per fluvium Incidam ſecut ipſa Incida
,, deſcendit , à Summa Villa Montiaulo decurrens, &
,, tranſverſò in Barcam indefluit deorſum per Aidam.
,, Ad Aquilonarem vero partem in rivum Campigi-
,, nem , & inde in tegolariam per decurſum aquæ ſicut
,, Padus defluit in Burrianam . Item per meridiem ad
,, Orientalem plagam incedunt fines per Pratum majo-
,, rem in Montem Ruſſulum per Alpem in Fazolam ,
,, deinde per Alpem uſque in termas Salonis. Fines ve-
,, ro qui ſunt inter Tuſciam, & Regienſem, & Mutinen-
,, ſem de Termis Salonis perveniunt in eendam Regis ,
,, inde ad fontem Silvani , ac inde in rivum Sanguina-
,, rium , deinde ad lacum de Carpene , & inde in viam
,, novam , indeque in locum motivum , deinde in locum
,, qui dicitur Laverna , & inde per montem Laurentii

Digitized by Google

,, deſcendeverit in Fluvium Dullum, indeque per Sil-
,, vam de Mallo, & inde in Collinam, deinde in pra-
,, tum longum, ac deinde per rivum quod decurrit de
,, Lupatso in Fluvium Siglam, inde per Siglam uſque
,, ad Dullum, ac deinde aſcendit per Dimnaticum in
,, Caſſiala, & inde deſcendit per ſerram de Mauriano,
,, & pervenit ad Fluvium Raſſenam, & inde aſcendit
,, in Pytaniana, indeque in Montem ſuper valles uſque
,, ad Antiquum. Deinde deſcendens in Peſcariolam ve-
,, nit influvium Siglam, ac deinde per Cluzam curren-
,, tem per Montem Ceradi, uſque divenit ſub Montem
,, Merelli, ac inde venit per Sylvarum, deinde decur-
,, rit per Salſulam, & inde per Montem Monticulum,
,, indeque per Campum Miliacium. Ad Septentriona-
,, lem plagam per paludes Civitatis novæ, uſque ſtra-
,, tam, ac deinde in aquam longam uſque dum venit
,, in Burrianam. Infra iſtos prænominatos fines ſicut à
,, ſanctis Patribus & idoneis ac Catholicis hominibus
,, antiquitus in ipſa Eccleſia conſtitutum fuiſſe reperi-
,, mus, omnia ſecure ac quiete noſtra Regali, & Impe-
,, riali auctoritate perenniter poſſideat. Retulit etiam
,, prælibatus Pontifex etiam atque etiam poſtulando, ut
,, ea omni videlicet, & Caſtella, & Capellas, quæ ipſe
,, ſuo ſtudio, & Paſtorali cura jure proprietario de ſuæ
,, oblationis dono ac dato eidem Eccleſia contulit, huic
,, ipſi noſtro præcepto ob firmiorem ſecuritatem inſerre
,, præcepiſſemus nominatim Villulam Cortem cum Ca-
,, ſtello, & mercato, & tribus Capellis. Pragnanum
,, cum Caſtello & Capella: R. . . Rundinariam
,, cum Caſtello, Corte, & Capella. Italdo Capellam
,, unam cum ſua pertinentia. In Fraguſi Capellam unam
,, cum ſua pertinentia. In Valle Capellam unam cum
,, ſua pertinentia. In ſa . . . Capellam unam cum
,, ſua pertinentia. Etiam partem Caſtelli de Severo
,, cum Capella, una Montem Altum cum . . . .
,, & Capella: Vergnanum cum Corte, & Caſtello, &
,, duabus Capellis. Caſtellum de Rodano. In vinea
,, parva Capellam unam cum ſua pertinentia. In Por-
,, cilelle Capellam unam cum ſua pertinentia. In Dia-
,, rione Capellam unam cum ſua pertinentia. Infra Ca-
,, ſtellum de Villa nova Capellam unam cum ſua perti-
,, nentia. In Bruniano Capellam unam cum ſua perti-
,, nentia. Cujus quam dignis petitionibus annuentes
,, per hoc noſtrum præceptum, & hæc & ſuperiora de-
,, ſcripta omnia in integrum prædictæ ſanctæ Eccleſiæ
,, confirmamus, ut ſæpe nominata Regienſis Eccleſia
,, hæc omnia jure proprietario teneat atque poſſideat
,, abſque alicujus poteſtatis contradictione, aut aliqua
,, moleſtatione. Concedimus etiam, ut ſi contentio de
,, rebus ac familiis ejuſdem Eccleſiæ fuerit orta, liceat
,, inquiſitionem fieri per bonos, & idoneos homines cir-
,, cumquaque manenſes uſque ad Sacramentum. Ha-
,, beantq; ſibi Pontifices ipſius Eccleſiæ advocatos duos,
,, vel tres, ſi neceſſe fuerit, quos ipſi elegerint. . . .
,, Deſunt reliqua. . . . . .)

Obiit Teuzo anno Domini 1030.

XLV. 44. SIGEFREDUS item Parmenſis floruit 1030. deceſſit 1041. * De quo illud memoratur in monumentis Abbatiæ SS. Petri, & Proſperi Regienſis, quod erga idem cœnobium, monachoſque propenſior ſemper fuerit, idemque bonis, & juribus auxerit, ut in diplomate Gandulphi ſucceſſoris memoratur, juſſitque, ut acta translationis, ac miraculorum S. Proſperi per quendam capellanum ſuum poſteris mandarentur, quæ adhuc in membranis extant M.S. ſumma religione ſervata. Eidem Sigefredo Epiſcopo anno 1033. quidam Vvido de comitatu Parmenſi tertiam partem caſtri, quod detinebat fiduciario nomine ab Eccleſia Regienſi, libere dimiſit, his additis conditionibus, quæ recenſentur in hoc documento.

* Ex Append. t. 5.

In Chriſti nomine.

Placuit, atque convenit inter Vidonem filium bonæ memoriæ Gandulfi de comitatu Parmenſe, nec non, & inter D. Sigifredum Epiſcopum S. Regienſis Eccleſiæ, ut in Dei nomine debeat dare ſicut à præſenti dedit ipſe Vido eidem D. Sigifredo Pontifici, vel ad ſuos ſucceſſores libellario nomine ad fictum cenſum reddendum, hoc eſt ex integram tertiam portionem de caſtro uno, & de dominicato, ſeu diſtrictu ipſius caſtri juris canonicæ S. Regienſis Eccleſiæ, quæ eſſe videtur, in loco, qui dicitur Rivalta, qui & ipſe Vido per libellum detinet de parte infraſcripta canonicæ S. Regienſis Eccleſiæ, eidem ſupradicto Sigifredo Præſuli, ejuſque ſucceſſorib. libellario nomine tradidit, & amodo uſque dum ipſe Vido, vel ſui hæredes per libellum detinet à parte prædictæ canonicæ, ea ratione ut jam modo faciat ipſe Pontifex, vel ſui ſucceſſores in prædicta tertia portione de ſupradicto caſtro, & de dominicato, ſeu diſtricto ipſius caſtri, ſive cenſuum, vel redditum, quod dictus exinde annualiter dederit, quicquid eis fuerit opportunum, ſine ejuſdem Vidonis, ejuſque hæredum contradict. ut per eos pegiorata non ſit, & perſolvere exinde debeat ſingulis annis pro omni anno infra octavam de Nativitate Domini ipſi D. Sigifredo Epiſcopo, vel ſuis ſucceſſoribus, aut eorum mille ſactum cenſum argentum, denario bono uno dato, & conſignato ipſo denario per ſe ipſe Pontifex, ejuſque ſucceſſores, aut mille eidem Vidoni, vel ad ſuos hæredes, aut eorum mille infra civitatem Regii, alia ei nulla ſupponatur impoſita, & non fuit, pœnam verò inter ſe poſuerunt, & ſic obligaverunt, ut quis ex ipſis, ac hæredes prædicti Vidonis, vel ſucceſſores jam dicti Pontificis non compleverint omnia, qualiter ſupra, &c. vel ſi tollere, vel laxare voluerint ante præfinitum tempus, tũc componat pars parti fidem ſervanti pœnam argenti denariorum bonorum libras centum, & poſt pœnam ſolutam hic libellus uſque ad præfinitum tempus in ſuo maneat robore, & firmitate.

Factum eſt hoc infra civitatem Regii anno D. Conradi Imperatoris hic in Italia 6. die 8. menſe Decembris, Indict. 1. Interfuerunt homines Vidonis, qui hunc libellum fieri rogavit, & ei relictum eſt. Interfuerunt omnibus Lambertus, & Bezzonus, ſeu Reginzonus rogati teſtes. Ego Giſelfredus notarius ſac. Palatii ſcripſi hunc libellum, poſt tradita complevi, & dedi.

(,, Anno vero 1038. Sigefredus pluribus bonis di-
,, tavit Monialium cœnobium S. Thomæ à Teu-
,, zone, ut vidimus, erectum, ut conſtat ex ſequen-
,, ti documento ex originali in Archivo earumdem
,, Monialium ſil. A. n. 4. deſumpto.
,, In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Si-
,, gifredus Divina reſpectu Clementiæ Regienſis Ec-
,, cleſiæ Epiſcopus, ac proviſor indignus.
,, Nos quibus Divina Ordinante Providentia Ec-
,, cleſiaſticæ diſpoſitionis cura, & Regimen condona-
,, tum dignoſcitur, ſtudioſe ac ſollicitè conſiderare de-
,, bemus, quatenus cum Dei adiutorio Eccleſiaſtici
,, ſtatus de die in diem in augumentum creſcendo perfi-
,, ciat, ut mentes fidelium hoc proſpicientes in dilatan-
,, dis Eccleſiaſticis rebus devotiores, & promptiores
,, cotidie reddantur. His & aliis ammonitionibus af-
,, flati, ac diuturna meditatione in noſtri cordis pene-
,, tralibus per plurima voluntates perſpicaci cura rima-
,, ri cepimus, quod agere poſſemus, unde Summo Pa-
,, troni propenſius ſervire valeremus. Inter hæc Divi-
,, na Clementia freti pertractavimus id melius omni-
,, bus negotiis fore, ſi Monacharum Cœnobium noviter
,, à prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ Teuzone Epiſ-
,, copo ad Omnipotentis Dei, & S. Thomæ Apoſtoli
,, ſervitium reædificatum, olim ab infidelibus fundi-
,, tus deſtructum, datis temporalibus rebus augeremus,
,, Cælibem nobis vitam inde mercaremur intantum,
,, ut nos, noſtrique ſucceſſores, cæterique Dominum ti-
,, mentes, vel eidem loco faventes, ſedula precum
,, ſubſtentatione apud Deum ſublevaremur. Sed quia
,, hactenus turbine ſecularium procellarum quaſſati,
,, & ultra modum laceſſiti, & fatigati, nec inchoare,
,, nec ad limam perducere hæc quivimus: nunc vero opi-
,, tulante Deo, & ipſarum ſuffragantibus meritis de-
,, pulſa impiorum ſævitia quaſi ſub portu tranquilliſſi-
,, ma quiete fruentes ad calcem procul dubio perducere
,, credimus. Undè ſalubri conſilio noſtrorum fidelium
,, Clericorum videlicet, & Laicorum vitali exhorta-
,, tione animati, pro noſtræ noſtrorumque ſucceſſorum
,, Animæ remedio, eidem Eccleſiæ in honorem prædi-
,, cti S. Thomæ Apoſtoli conſtructæ, & dedicatæ, ubi
,, Linzza venerabilis Abbatiſſa una cum Monacabus

,, inibi ſecundum B. Benedicti Patris inſtituta norma- A
,, liter ſervientibus praeſſe videtur, per decretalem
,, paginam confirmamus fundum, in quo præfata Ec-
,, cleſia ſita eſt cum aliquanta terra in circuitu: Seu
,, terram illam juxtà ipſam Eccleſiam ad meridiei pla-
,, gam poſitam, quæ eſt menſurata Ses. 11. & tab. VI.
,, ubi clauſtra ejuſdem Abbatiæ eſſe videntur, & famu-
,, los jamfata Eccleſiæ cum ſuis poſſeſſionibus, atque
,, Capellam Sancti Viti cum ſuis omnibus pertinentiis.
,, Seu Maſſariam unam de Giraldo, & precariam, at-
,, que aliam terram, quæ à Dominico, & Angelo ger-
,, manis dl. laborata fuerunt, ſicut à prædicto anteceſſo-
,, re noſtro oblata ſunt. Inſuper addimus ex noſtri par-
,, te præfatam terram, ubi clauſtra eſſe videntur, & ſor-
,, tem unam, quæ recta & laborata eſt per Joannem Leo-
,, perti, atque libellariam, quæ fuit Iſempranai, atque
,, precariam Ubaldi de Levitiano, ſeu precariam Pe-
,, tri Judicis, verum etiam precariam de Filiis Ugonis.
,, Nec non & duas petiolas terræ propè ipſam Eccleſiam
,, quæ olim laboratæ fuerant una per Gilbertum, & Jo-
,, annē germanos, altera per Garivertum, & Petrum at- B
,, que cæteras petiolas, quæ juxta Regii Urbem ad eſſe
,, videntur; quarum numero ſunt 26. ſeu Libellariam
,, Ildelberti Archidiaconi, & terram cum ædificiis in-
,, fra eamdem Civitatem, quam filii Heriberti Judicis
,, atque Vuido, atque Fredulphus detinent, atq; vineam
,, unam in bragida bulgaricum ſedimine, quæ regitur
,, per Borniungum, & Martinum Germanos: ſeu Maſ-
,, ſaritiam unam propè ipſum monaſterium, quæ olim
,, recta, & laborata fuit per Martinum Mauroni, at-
,, que Garivertum germanos. Nec non & Vineam
,, unam cum aliquanta terra, & petias duas in Rival-
,, ta propè ipſam plebem, quæ laborata ſunt per Joan-
,, nem Maſſarium, qui dicitur Fuſſario, atque corti-
,, cellam illam in Rodano, quæ recta fuit per Vuidonem
,, Diaconum, una cum ſedimine in Vinzolo; & vineam
,, unam, quæ laborata eſt per Frogerium cum ſedimine
,, in Opladello. Hæc igitur prætitulata loca in integrum
,, prædicto Monaſterio S. Thomæ Apoſtoli, & præfatæ
,, Luizæ Vener. Abbatiſſæ, ſuiſq; ſucceſſoribus, & ſororibus
,, nunc inibi, & in futuris temporibus Deo ſervientibus C
,, concedimus, largimur, & modis omnibus per hanc
,, præſentem decretalem paginam confirmamus ad com-
,, munem utilitatem monacharum: quatenus D. Abba-
,, tiſſa ſuæque ſucceſſores cum ſuis ſororibus in perpetuū
,, ſecuræ, & quietæ ſub noſtro, ſucceſſorumque noſtrorum
,, regimine, & poteſtate, atque ordinatione teneant,
,, poſſideant, & fruantur, sinè omni noſtra, noſtrorum-
,, que ſucceſſorum interdictione, ut pro nobis, atq; omni-
,, bus ſibi bona facientibus, devotius Dominum inter-
,, pellare poſſint. Et ut hæc verius credantur, firmiuſque
,, à nobis, & à noſtris ſucceſſoribus obſerventur, manu
,, propria roborantes, Canonicos noſtros Eccleſiæ in-
,, ferius juſſimus annotare. Si quis igitur hanc decreta-
,, lem conſtitutionem infringere temptaverit, maledi-
,, ctionem Dei Patris Omnipotentis, & S. Dei Genetri-
,, cis Mariæ, ſeu B. Thomæ Apoſtoli, cæterorumque ſan-
,, ctorum Omnium incurrat, & cum omnibus Maledi-
,, ctis, Maledictionis ſententiam percipiat. Actum eſt
,, hoc Anno Dom. Incarn. 1038. Pontificatus vero D.
,, Sigiſredi junioris Epiſcopi Anno 7. XIV. Kal. Sept. D
,, Ind. 6. nec non concedimus, & largimur, per hanc pa-
,, ginam eidem Monaſterio Capellam ſitam infra Ca-
,, ſtrum de Villa nova in honorem S. Mariæ, & S.
,, Proſperi dedicatum cum omnibus ſuis pertinentiis,
,, atque Capellam S. Domnini in Fazano, ſimiliter
,, cum ſuis pertinentiis.
,, Sigiſredus Dei nutu Epiſcopus huic decreto à ſe
,, facto ſſ.
,, Rolandus Dei miſericordia Archipresbyter ſſ.
,, Dominicus Presbyter Magiſter Scholarum ſſ.
,, Adelbertus Presbyter ſſ.
,, Adam Presbyter ſſ.
,, Teuzzo Presbyter ſſ.
,, Ego Gregorius Presbyter & Cuſtos ſſ.
,, Ego Bernardus Archidiaconus huic decreto ſſ.
,, Gotfredus Diaconus ſſ.
,, Sigiſredus Diaconus ſſ.
,, Vualfredus Subdiac. ſſ.
,, Sigiſredus Subdiac. ſſ.
,, Romanus Subdiac. ſſ.
,, Tethelmus Subdiac. ſſ.
,, Teuzzo Subdiac. ſſ.
,, Neichardus Subdiac. hujus Decreti ſcriptor ſcri-
,, pſit. Ego Aimericus Not. Sacri Palatii hoc exem-
,, plum ut credo à D. Sigiſredo Reg. Epiſc. factum vidi
,, legi & ſcripſi & ſic in eo continebatur ut in hoc legi-
,, tur, neque junxi, neque minui me ſciente, ſed exemplavi.

45. CONDELARDUS Sigefredo ſucceſſit an- XLVI.
no 1041. deturbatus de ſede eſt 1043.

46. SIFREDUS reperitur in ea ſynodo Papien- XL VII.
ſi anno 1046. 8. Kal. Novemb. ad favorem Epiſcopi
Veronenſis celebrato.

47. ADALBERTUS ſedit anno 1049. deceſſit XL VIII
1061.

(,, ADALBERTUS ad hanc ſedem pervenit an.
,, 1047. ut colligitur ex ejuſdem Epiſcopi documento
,, perperam ab Ughello infra ad an. 1150. relato; ubi an-
,, nus 1050. dicitur tertius Præſulatus Adalberti: qui
,, anno prædicto 1050. Landulfo Abbati S. Proſperi
,, Capellam S. Martini, aliaque conceſſit, & confirma-
,, vit. Paulò poſt deceſſiſſe Abalbertum oportet; cum
,, hoc eodem anno ſediſſe in hac Cathedra Cononem re-
,, periam. Extat aliud documentum Stephani Papæ de
,, anno 1057. m. Decembri, ad favorem Monaſterii S.
,, Proſperi, relatum à Margherino in Bullario Caſi-
,, nen. tom. 2. in quo nominatur Albericus hujus Re-
,, gienſis Eccleſiæ Epiſcopus, quem ſane cenſeo hunc Al-
,, bertum & Albericum dictum.)

(,, CONON Regienſis Epiſcopus ſedebat an. 1050. XLIX
,, quo Luizæ Abbatiſſæ, & Monialibus S. Thomæ Ter-
,, ram quamdam dono dedit, ut eruitur ex ſequenti do-
,, cumento ex Originali in Archivo Monialium S.
,, Thomæ fil. A. n. 5. tranſumpto.
,, In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Co-
,, non Chriſti ordinante clementia S. Regienſis Eccle-
,, ſiæ. Omnibus ſanctæ dei eccleſiæ fidelibus præſenti-
,, bus ſcilicet, & futuris notum eſſe volumus: Luizam
,, Monaſterii S. Thomæ Apoſtoli venerabilem abba-
,, tiſſam una cum ſuis monachabus noſtram ſupplices pe-
,, tendo adiiſſe paternitatem, quatenus illarum neceſſi-
,, tatibus ſubvenientes aliquantulum ſubſidii eis imper-
,, tiremur. Quorum precibus faventes cum conſenſu fra-
,, trum noſtrorum nobis adquieſcentium, omnem ter-
,, ram, quam Sigifredus de budrione ex parte noſtri
,, Epiſcopii nunc detinet, præter illam, quam Sigifri-
,, dus bonæ memoriæ Epiſcopus noſtris Eccleſiæ Cano-
,, nicis dedit, eis cum fictu, & cenſu concedimus, &
,, largimur. Ea videlicet ratione, ut habeant, & te-
,, neant ad uſum & utilitatem prædicti Monaſterii in
,, perpetuum pro anima noſtra mercede abſque noſtra
,, ſucceſſorumque noſtrorum contradictione, vel dimi-
,, nutione cum finibus & terminibus ſuis. Si quis autem
,, hanc noſtræ inſtitutionis ſeu conceſſionis paginam in
,, aliquo infringere temptaverit cum omnibus maledi-
,, ctis maledictionis ſententiam percipiat, & inſuper
,, L. libras argenti optimi ſe compoſiturum agnoſcat,
,, medietatem regiæ Cameræ, & medietatem injuriam
,, ſuſtinentibus. Quod ut verius habeatur, & firmius
,, ab omnibus credatur, & nos manu propria firmavi-
,, mus, & noſtro Clero obtulimus roborandum. Actum
,, eſt hoc anno Dominicæ Incarn. M. L. Pontificatus
,, vero Domini Cononis Epiſcopi anno primo V. Id. Se-
,, ptembris Ind. III.
,, † Conon Dei gratia Epiſcopus ſſ.
,, Bernardus Archid. ſſ.
,, Neſcardus Archip. ſſ.
,, O. Præpoſitus ſſ.

48. VOLMARUS Regienſis Epiſcopus fuit L
1062. * Electus videtur, & ad hanc ſedem vocatus * Ex App. tom. 5.
Volmarus eodem anno 1062. in documento, quod
ipſe confecit anno 1065. ſui Pontificatus 3. in quo
memoratur Adalberius, quem vocavimus Adalber-
tum, ille idem, qui Canonicis ſuis plebem S. Stepha-
ni contulerat, quam Volmarus diabolo inſtigante
ſubſtulerat, pœnitentiaque ductus deinde reſtituit,
& ad futuram facti firmitatem, ſequens ſcripſit do-
cumentum, omnibus Eccleſiæ Regienſis Archipres-

Digitized by Google

byteris collaudantibus, ac ſubſcribentibus piæ Vol-
mari deliberationi, ac reſtitutioni in hunc modum.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis.

*Vvolmarus S. Regien. Epiſcopus, ac proviſor indi-
gnus. Nos, quibus divina ordinante providentia ec-
cleſiaſtica diſpoſitionis cura, & regimen condenatum
eſſe dignoſcitur, decet Epiſcopalem diligentiam ſic er-
ga ſubditas Eccleſias, & clericos vigilanti animo ge-
rere, ut de bono in melius Deo adjuvante proficiant,
ut in divinis officiis promptius intenti noſtra majori
Eccleſia, nobiſque fideliter famulentur. Sed nos no-
ſtro imminente peccato è contrario agentes, plebem S.
Stephani, quam noſter anteceſſor bona memoria Alde-
berius Epiſcopus pro ſua, ſuorumque ſucceſſorum anima
noſtris Canonicis dedit, abſtulimus, quod nequaquam
debuimus. Eoque fine illis noſtrum miniſterium adim-
plere non putamus, quam noſtri paratores ſunt, unde fu-
turum judicium metuentes, pœnitentia ducti, petivi-
mus, ut hanc noxam nobis dimitterent, quibus impe-
tratis, prædictam plebem cum ſua integritate eis red-
didimus, & conteſtamus eos, qui poſt nos venturi ſunt,
ne illos aliqua occaſione inquietare præſumant. Quod ſi,
diabolo inſtigante, facere præſumpſerint, maledictio Dei
Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti, &
S. Mariæ & S. Michaelis, & S. Proſperi, & SS. Om-
nium incurrant, & inſuper centum lib. argenti optimi
comp. medietatem Regia Camera, & medietatem in-
juriam ſuſtinentibus. Quod ut verius habeatur, & fir-
mius ab omnibus credatur, nos manu propria firmavi-
mus, & eidem noſtro calculo obtulimus roborandum.*

Actum eſt hoc anno Dom. *Incarnat. M.LXV. Ponti-
ficatus vero* D. *Vvolmari præſidis anno* 3. *Kal. Junii
Indict.* 3.

Ego Vvolmarus Epiſcopus ſubſc.
Bernardinus Archidiaconus ſubſc.
Argicardus Archipresb. ſubſc.
Schelmus Præpoſitus ſubſc.
Nos Archipresbyter ſubſc.
Archipresbyter de Suzana ſubſc.
Archipresbyter de Bibiano ſubſc.
Archipresbyter de Lozano ſubſc.
Grimaldus Archipresbyter ſubſc.
Manfredus Archipresb. ſubſc.
Archipresbyter de Toano ſubſc.
Archipresbyter de Carioliano ſubſc.
Archipresb. de Luciaria ſubſc.
Archipresb. de Campiliola ſubſc.
Rigezo Presb. de Canuſia ſubſc.
Archipresb. de Carpo ſubſc.
Archipresb. de Muſilena ſubſc.
Archipresb. de Bagiſio ſubſc.
Archipresb. de S. Eulocadii ſubſc.
Archipresb. S. Geminiani ſubſc.
Archipresb. S. Laurentii ſubſc.
Archipresb. Chriſtianus ſubſc.
Archipresb. Meltii ſubſc.
Præpoſitus Caſtri Ariani ſubſc.
Archipresb. de Villola ſubſc.

*Ego Ingo Not. Palatinus authenticum hujus inſtrumen-
ti vidi, & legi, & ſic ibi continebatur, ut in hoc le-
gitur inſtrumēto præter plures litteras vel pauciores.*

Obiit Volmarus anno 1065. ut infra videbimus in
Gandulpho.

(,, *Hic verò prætereunda non eſt Vvolmari donatio*
,, *facta Monaſterio Monialium S. Thomæ anno primo*
,, *ſui Præſulatus, ideſt anno* Dom. 1063. *ſequentis teno-*
,, *ris*; ex Originali in Archivo earumdem Monia-
,, lium fil. A. n. 7.
,, *In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Vvolma-*
,, *rus divino reſpectu S. Regienſis Eccleſiæ Epiſcopus.*
,, *Cum Prædeceſſorum noſtrorum aliqua juſta ſtatuta*
,, *ſcriptis, vel aliquo indicio ad utilitatem Eccleſiæ*
,, *reperimus, decet Epiſcopalem vigilantiam cum*
,, *omni diligentia conlaudare, & corroborare, ut pa-*
,, *terno affectu ſubditos regat, & in dei ſervitio ſta-*
,, *biles reddat. Audivimus quidem, & pro certo ſcri-*
,, *pto cognovimus anteceſſorem noſtrum bonæ memoriæ*
,, *Adelberium tempore D. Henrici junioris Imperato-*
,, *ris prò devaſtatione Eccleſiæ injuſte facta ex tantil-*
,, *lis bonis Eccleſiæ, quæ remanſerant, plurima dan-*
,, *do deſudaſſe, ut imperiali ſubſidio Eccleſia ad nihi-*
,, *lum redacta ſublevaretur. . . . Clericos, &*
,, *Monachos, & familiam Eccleſiæ, unde aleret, ha-*
,, *beret. Hac de cauſa nimia coactus penuria Luiza*
,, *Monaſterii S. Thomæ Apoſtoli Abbatiſſa, cum non*
,, *haberet, unde tanta perſolveret, decem libras dena-*
,, *riorum Papienſium, quas ipſa ex paterno prædio ad-*
,, *quiſita, petiit. Quibus acceptis corticellam . . . . . .*
,, *. . . . vico Martini, quæ ex parte noſtri Epiſcopii*
,, *erat, & ex parte Monaſterii S. Thomæ, haben-*
,, *dam, & in perpetuum tenendam eidem Monaſterio*
,, *s. Thomæ ſuo decreto conceſſit. Sed cum prædictam*
,, *corticellam propter violentorum moleſtationem te-*
,, *nere non potuit, quidquid de plebe s. Michaelis Ar-*
,, *changeli ſibi pertinebat, prædicto Monaſterio s. Tho-*
,, *mæ ſcripto dedit; eo videlicet tenore, ut ſi ipſe, vel*
,, *aliquis ſucceſſorum ſuorum prædictam curticellam*
,, *Monaſterio s. Thomæ tenere fecerit, jam dicta plebes*
,, *s. Michaelis, ad jus, & dominium Epiſcopii redeat,*
,, *ſin autem non poterit Monaſterium S. Thomæ præ-*
,, *dictam plebem ſine omni moleſtatione alicujus Epi-*
,, *ſcopi, donec præfata corticella de manibus violento-*
,, *rum eripiatur, teneat, & habeat. Hoc verò ſcriptis*
,, *corroboratum, ac noſtrorum fidelium clericorum*
,, *videlicet, & Laicorum teſtimonio firmatum cum*
,, *vidimus, & ſub anathematis vinculo à noſtro ſucceſ-*
,, *ſore factum cognovimus, præſentibus noſtris fideli-*
,, *bus, ſcilicet Archipresbytero, & Archidiacono,*
,, *& reliquo clero noſtræ Eccleſiæ . . . berto Co-*
,, *mite, & Rodulſo de Caſule; & pluribus aliis, præ-*
,, *fatam plebem monaſterio S. Thomæ ſecundum præ-*
,, *dictum tenorem conceſſimus, & largiti ſumus; ac ſub*
,, *anathematis vinculo, & pœna* 20. *librarum da-*
,, *mnatione à nobis, noſtriſque ſucceſſoribus obſervari*
,, *decrevimus. Si quis hoc infringere temptaverit,*
,, *maledictionem Dei patris Omnipotentis, & Filii, &*
,, *Sp. S. incurrat, & cum omnibus maledictis, maledict.*
,, *ſententiam percipiat, & prædictam pœnam perſol-*
,, *vat. Quod, ut verius credatur, & firmius habea-*
,, *tur, noſtra manu ſubter firmavimus, & noſtro Cle-*
,, *ro obtulimus roborandum. Actum eſt Anno Dom.*
,, *Incarn. MLXIII. Pontificatus vero D. Vvelmari*
,, *Præſulis anno* 1. *VIII. Kal. Julii Ind.* 1.
,, *Ego Vvolmarus Epiſcopus ſſ.*
,, *Bernardus Archidiaconus ſſ.*
,, *Arginoldus Archipresbyter ſſ.*
,, † *Albertus Præpoſitus, & cuſtos ſſ.*
,, *Joannes ſcholarum magiſter ſſ.*
,, *. . . nerius Clericus ſſ.*
,, *Romanus ſs.*
,, *Ubertus Comes ſſ.*
,, *Eurardus Subdiac. ſſ.*
,, *Everardus Acolit. . . . .*
,, † *Texelmus interfui.*

LI.

49. (1) GANDULPHUS Regienſibus præfuit
anno 1082. Hic in ſervitutem abductus eſt cum Par-
menſis Epiſcopo, cum Henricus impius imperator
cum Mathildæ Comitiſſæ exercitu improſpere con-
flixiſſet, honoreque Epiſcopatus ſpoliatus deceſſit
poſt an. 1087. Conſule Domnizonem in vita Mathil-
dæ Comitiſſæ lib. 2. c. 3. Baronius adhunc an. aliique
cum Bonaventura de Angelis in hiſt. Parmenſi. *
Gandulphus ad hanc Regienſem infulam vocatus eſt
an. 1073*a*. Hic pontificatus ſui anno VIII. ad favo-
rem cœnobii S. Proſperi, Giſelberto Abbate ſeden-
te, quæ liberaliter donaverant Teuzo, & Sigefre-
dus ejus anteceſſores, benigne aſſeruit. Documen-
tum extat in archivio ejuſdem Abbatiæ hiſce con-
ceptum verbis.

* Ex Append. t. 5. a 1065. ſi ſequens documentum datum eſt anno 1073 octavo Præſulatus Gandulphi.

In nomine Domini, & individuæ Trinitatis.

*Gandulphus S. Regienſis Eccleſiæ Epiſcopus. Ut di-
vinis conſtringamur præceptis, & Sanctorum infor-
memur exemplis, quatenus ad vitæ terminum prope-
rantes hic inter ærumnoſam vitam taliter converſe-*
mur,

(1) Hic Eubertum è medio ſuſtuli ex Auctoris ſententia in App. tom. 5. cum Baronius ad an. 1079. non loqueretur de Euberto, ſed de Gandulpho, cujus juramentum Gregorio VII. Papæ factum refert.

Digitized by Google

mur, ut in adventu diſtricti judicis cum omnibus a dextris collocemur, ſed ſecularibus irretitos curis, id nos humana fragilitas perficere impediat, congruum nobis, & utile viſum eſt, ſcilicet, ut Dei ſervitio deſudantium labores compatientes ſublevemus, quatenus quod noſtris meritis inſufficimus, eorum auxilio Dei gratia ſequamur. Quapropter Dei Eccleſiæ fidelibus notum eſſe volumus, Giſelbertum monaſterii S. Proſperi Abbatem honeſtis nos petiiſſe precibus, quatenus noſtra auctoritate firmaremus quidquid à noſtris prædeceſſoribus Tenzone, Sigifredo, & cæteris eidem monaſterio collatum, ſive conceſſum eſſe dignoſcitur: & inſuper aliquid ad victus fratrum ibi aegentium adderemus. Petitionibus quam dignis acquieſcentes, confirmamus, & corroboramus, quod tantis Pontificibus ratum eſſe cognovimus, ut remota omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum contradictione, habeant prædictus Abbas, ejuſque ſucceſſores teneant, & fruantur nominatim fundum ipſius eccleſiæ S. Proſperi ſuburbe Regii ſita cum cœmeterio ejuſdem, & novem jugera terræ cum capella S. Nazarii, & omnem terram illam, quam à Præpoſito eccleſiæ S. Proſperi intra caſtrum prædictæ civitatis ſitæ per commutationem Abbas, qui tunc temporis erat, accepit; necnon, & omnem terram illa de Corticella, quæ a noſtris anteceſſoribus in dicto monaſterio conceſſa eſt; etiam 12. vineas in vinea de Raſſiva, decem juxta fluvium Rodani, quas dedit Madelbertus Gari, in Cluza jugerum unum, in Curiculo modios tres; in Lacobreoli modios 5. in Obmiculo etiam 12. in Rovincolo jugerum unum; in Paradiſo etiam 12. & in loco, qui dicitur S. Geminiani, 20. & Braida, qui dicitur Regia, & capellam S. Martiola cum ſuis pertinentiis, & capellam S. Sylveſtri cum omnibus ſuis pertinentiis, & tres manſos in Regio, & omnem terram prædicti monaſterii circa eadem civitatem ſitam, tres manſos in Rodano, quatuor in Luvariolo, unum in Bagno, unum in Caſale de Rodano, tres in Mariolo, unum in Aliano, unum in Bibiano, unum in Piano, unum in Mulazano, unum in Palano, unum in caſtro Oleriani, 12. manſos in Foſſole, 4. in Palude, 4. in Campagnola, tres in Quingentes, unum in curte nova, unum in Gurgo, unum in Foſsadonde, unum in Bagnio, unum in Cruſtulo vetere, & in vico Deſbragato, unum in magno Caſale, capellam S. Michaelis cum 4. jugeribus, capellam de Talada cum ſuis pertinentiis, atque capellam S. Mariæ in Portiliolo cum ſuis pertinentiis. In Uregnano manſos duos cum oliveto ob quatuor luminaria eidem Eccleſiæ datum eſse dignoſcitur, & Capellam S. Mariæ de Oliveto cum ſuis pertinentiis, 4. manſos in Albenea, in Mutilena, 4. manſos cum capella, & quadam parte Caſtri, & unum manſum in villa Brita, quem Bonifacius Marchio pro penſione precario dedit noſtræ Eccleſiæ. Curtem de Lamma fraularia cum capella S. Mariæ ex ſuis pertinentiis, & Rivum de Naſeto, & campum, atque Rivum de Diluvio, ſeu Vaccaritiam cum omnibus ſuis pertinentiis, & quandam partem S. Martini, capella in Revere, & quatuor partes in prædicto Revere, duas in eccleſia S. Mariæ, unam in S. Florentino, unam in S. Laurentio; decimam quoque, quam monaſterium S. Benedicti in Piguniaga, & in Clurtello, & parte noſtri Epiſcopii, per libellum detinet. Inſuper etiam nos cum auctoritate fratrum noſtrorum Canonicorum nobis conſentientium pro anima noſtra, noſtrorumque ſucceſsorum remedio perpetuo concedimus, atque elargimus prædicto monaſterio S. Proſperi ad victus fratrum ibi Deo ſervientium omnem decimam dominicatuũ ejuſdem monaſterii in noſtro Epiſcopio tam illarum terrarum, quas nunc laborant, quam quas in antea laboraturi ſunt, vel per dominos laborantes, & quandam terram, quæ eſt juxta fluvium Rodani, quæ eſt jugerum quinque. Confirmamus etiam, atque noſtra auctoritate erovoramus, quicquid largitione fidelium præfato monaſterio oblatum eſse dignoſcitur, & illorum etiam, qui ſub nomine familiæ loco filiorum noſtræ Eccleſiæ deſerviunt, nominatim octo manſos, quos dedit Ardizon filius Attonis, & capellam S. Dalmatii, quæ eſt ſita in Metula, quam dedit Ubertus Comes filius ejuſdem Ardizonis cum ſeptem manſis, capellam S. Petri in Canariolo, cum omnibus ſuis pertinentiis, quam dedit Gherardus filius Antonii, in Spezano manſos tres, in Floriano unum, in monte Baroncione tres, & duo in Pulianello, & terram, quam dedit Rolandus filius Heriberti, & quandam partem capellæ S. Mariæ in Cruſtolo vetere, quam dedit Bonus ſenior cum aliquanta terra, & quam dedit Vvido Tredulfi, & Albertus filius Vvidonis in eodem loco, & terram, quam dedit Albertus filius Andreæ, quodque juſte poſſidet, & juſte poſſidere debet. Itaque tam ea quæ prædiximus, quam quæ largitione temporis quorumcunque fidelium juſte acquiſita deinceps fuerunt in perpetuum ſine noſtra, noſtrorumque ſucceſsorum inquietudine, ut præfatum cœnobium poſſideat, noſtra auctoritate ſancimus. Porro quam maxime ſaluti cœnobitarum competit hoc in fine addimus, ut ſi ego, meique ſucceſsores aliquando prædictam Abbatiam contra regulam ſanctiſſimi Patris Benedicti ordinare venaliter temptaverimus, vel de bonis monaſterii violenter minuere præſumpſerimus, cum conſentientibus huic injuſtitiæ anathematis vinculo noſtro judicio conſtringamus; taliis vero ordinatio, irrita habeatur, & pœna 30. librarum auri poteſtati regiæ ſubiiciamus. Quicumque igitur hanc noſtram decretalem inſtitutionem infringere tentaverit; maledictionem Dei omnipotentis, & B. Mariæ Virginis, & S. Proſperi, & S. Venerii, & Sanctorum omnium, & noſtram incurrat, & inſuper viginti libras auri componat, & ut hæc, quæ ſupradicta ſunt, à me ſacta credantur, manus propria ſubſcriptione firmavimus, noſtroſque clericos ſubſcribere rogavimus.

Actum eſt hoc anno Dom. Incarn. 1073. Pontificatus vero D. Gandulfi Præſulis VIII. 17. Kal. Auguſti, Indictione XI.

Ego Gandulfus Epiſcopus.
Joannes Archipresbyter.
Ugo Præpoſitus.
Dominicus Presbyter.
Teudo Presbyter.
Ego Rodulphus Presbyter.
Aro. Diaconus.
Sichelmus Archidiaconus.
Everardus Diaconus.
Anſelmus Acolythus.
Adam Acolythus.
Ugo Subdiaconus.
Magnifredus Subdiac.
Bernardus Acolythus.
Everardus Subdiac.
Adam Clericus.
Ingiezo Archipresbyter.
Odo Subdiaconus ſubſcripſerunt.

Præter hæc, alia donaſſe Gandulphum Abbatiæ S. Proſperi anno 1074. ac ſequenti 1077. habent monumenta ejuſdem cœnobii. Anno 1079. ad partes Eccleſiæ juravit in Synodo Romana ſub Gregorio VII. celebrata, de quo Baronius: tandem fidefragus infelix obiit, ut diximus.

50. * EUBERTUS a hujus Eccleſiæ Epiſcopus aſſerendus eſt poſt Gandulphum temporibus Gregorii, & Mathildæ Comitiſſæ. De quo etiam mentio extat in monumentis Regienſibus; eo enim annuente, ac Gregorii auctoritate, duæ Capellaniæ, ut vocant, diœceſis Regienſis traditæ ſunt Abbatiæ Canuſſinæ, ut damna redimerentur, cum juſſu Mathildis Comitiſſæ urgente Eccleſiæ neceſſitate, quam imp.e perſequebatur Henricus IV. Imperator, theſauri Abbatiæ ſublati ſunt. Heriberti meminit Comitiſſa Mathilda in quodam judicatu, vel placito, quod habuit an. 1101. rogatu Pagani S.R.E. Diaconi Cardinalis, ac Boni Senioris Epiſcopi tunc Regienſis. En documentum.

LII.

* Ex App. tom. 5

a Al. Folleſtus. ita Hardenius.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt. Notum fieri volumus omnibus noſtræ poteſtatis fidelibus, tam præſentibus quam futuris, quoſdam homines infra confinia Corrigiæ, & Mandriæ ſuperhabitantes terram S. Mariæ Matricis Regen. Eccleſiæ, nec non, & S. Proſperi eccleſiæ de Caſtello apud Guaſtallam, noſtram clemen-

Coll. cum Origin. ex Arch. Cath. Regii.

tiam

tiam precibus adiiſſe, & de quibuſdam noſtris fidelibus eorum domos ſubalbergariæ occaſione nimium frequentantibus nobis conqueſtos fuiſſe. Convenientes noſtræ præſentiæ pietatem meminiſſe debere: qualiter olim apud Bondenum coram noſtra, & beatæ memoriæ Heriberti Regini Epiſcopi præſentia eorum negotium de Alberataria, fodero, & placito fuit ventilatum, & tandem ſub multorum fidelium noſtrum aſtantium teſtimonio per duorum hominum ſacramenta, omnimodis definitum; ubi ex illis duodecim ad ſuum negotium confirmandum jurare paratis, ſe numquam à domo filiorum Trogerii, quorum tunc terram per intermiſſionem tenebamus ad foderum, placitum, collectam albergariam fuiſſe violenter coactos, cæterorum, ſacramentis remiſſis, duorum tantum teſtimonium ſub jurejurande ſuſcepimus, ſicque omnem injuſtitiam à noſtris multoties illatam nequaquam eis ulterius faciendam viva voce præcipimus. Nos etiam pro quorundam fidelium noſtrorum moleſtatione prædictorum hominum miſeriis compatientes, ſi quid juris, noſtri noſtrorumq; parentum poteſtati ex eis per albergariam, foderum, placitum, collectam pertinuit, totum pro Dei, & animæ noſtræ, noſtrorumque parentum mercede ſub rogatu etiam, & præſentia D. Pagani Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Boni Senioris venerabilis Regini Epiſcopi deinceps, omnium moleſtatione, & occaſione remota condonamus, atque ad poſterorum memoriam hoc ſcriptum fieri juſſimus. Rogamus igitur, atque rogando præcipimus, ut nullus deinceps Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldo, nulla major, minorve perſona contra hoc, quod ſuperius inſtituimus, præfatos eccleſiarum homines, vel eorum poſſeſſiones ab Eccleſiis habitas, audeat in aliquo moleſtare. Si quis autem, quod abſit, ſecus agere temptaverit, vel moleſtare voluerit, 50. librarum argenti pœnam componat, medietatem Cameræ noſtræ, medietatem vero prædictis Eccleſiis: hoc tamen ſcripto in ſuo ſemper robore permanente. Quod ut verius credatur, propriæ manus ſubſcriptione firmavimus.



Ego Ardericus Judex interſui, & ſubſc.
Actum anno ab Incarn. Domini 1101. Indict. 9. Kal. Madii apud Guaſtallam per manum Frugerii Archipresbyteri, & capellani.
Teſtes vero interfuerunt Ragimundus, Belincie, Raginerius, & reliqui plures.

LIII. 51. LUDOVICUS vivebat anno 1091*a*.

a Non ante annum 1091. ex mox dicendis.

(„ Hic anno 1093. confirmat Canonicis Eccleſiæ ſuæ Curtem S. Stephani, jam illis ab Anteceſſoribus ſuis conceſſam. En documentum ex Originali in Arch. Cath. Regii n. 1128.

„ *In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Lodoicus divina ordinante Providentia S. Regienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ac Proviſor indignus. Nos, quibus Eccleſiaſtici regiminis cura noſcitur eſſe commiſſa, ſicut cæteris honore præſtamus, ſic cæteros bono operis exemplo debemus præcedere. Erga ſubditos vero noſtros ita nos decet eſſe benignos, ut ſtudeamus affectu paternitatis potius diligi, quam dominatione timeri. Et quia hoc non aliter niſi fidelibus benefaciendo, Clericos diligendo, eoſque paterne corripiendo obtinere valemus, fidelium noſtrorum bona, quæ illis à prædeceſſoribus noſtris collata ſunt, inviolabiliter obſervare, & obſervando, prout poſſumus, augere oportet. Hæc igitur circa fideles facienda eſſe ſcientes Curtem S. Stephani, quam cum plebe, & omnibus ſuis pertinentiis Sigefredo, Adelberto ſcilicet, atque Uvolmario Canonicis noſtris per decretorum paginam novimus eſſe conceſſam, laudando firmamus, & in præſentia Comitis Iberti, & familiæ noſtræ, & Civium noſtrorum, per hanc noſtræ conceſſionis paginam ſervanda eſſe ſancimus. Præterea ſi quid de ficto, vel de rebus ad eamdem Curtem, vel Plebem pertinentibus à Prædeceſſoribus noſtris, vel a nobis injuſte ablatum eſt, ex toto remittimus, & illis jure perpetuo condonamus. Stipendium vero, quod pro Imperatoris receptu de Caſtro à noſtris uſque modo colligebatur à nobis noſtriſque ſucceſſoribus colligendi licentiam per hujus noſtræ inſtitutionis paginam, atque decretum; nihilominus denegamus. Si quis divinum abiciens timorem hanc noſtræ inſtitutionis, vel conceſſionis paginam infringere temptaverit, maledictionem Dei Patris Omnipotentis, & Filii, & Spiritus S. habeat, & cum illis, qui ad ſiniſtram in die Judicii collocandi ſunt, ſententiam damnationis percipiant, & in ignem, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus, damnati mittantur. Hæc, ut verius habeatur, & firmius ab omnibus ſucceſſoribus noſtris credatur, & nos manu propria firmavimus, & Clero noſtro obtulimus roborandum.*

„ *Actum eſt hoc anno Dom. Incarn. 1093. Epiſcopatus vero D. Lodoici anno II. Ind. XV.* (1)

LIV. 52. BONUS Senior *b* Regienſis Epiſcopus fuit 1101. Hujus meminit Leo Oſtien. lib. 4. cap. 37. ejuſdemque habetur mentio in monumentis Nonantulanis anno 1104. Hic canonicis S. Michaelis, Eccleſiæ per illud tempus collegiatæ, Chriſma dedit: unde poſtea inter Monachos, clerumque lis non facili negotio dirimenda exarſit, querentibus clericis à Monachis ſibi ſanctum oleum fuiſſe ademptum. Adeſt in concilio Henrici IV. Imperatoris de reſtituendis Romanæ Eccleſiæ juribus an. 1111. apud Baron. ad hunc annum. Deceſſit Bonus anno 1129. * Vult Pontius Bonum ſeniorem progenitum fuiſſe ex familia vetuſta, & nobili Luiſinorum: de quo teſtatur Donizon in Comitiſſæ Mathildæ hiſtoria, quod ſua incorrupta integritate proprii nominis bonitatem exæquaverit; hoc idem magis illius innuentibus paſtoralibus operibus, ſcilicet, immunitatis eccleſiaſticæ ſtudio, quo à Comitiſſa Mathilda ſuæ Eccleſiæ incolis immunitatem reportavit; obſequio etiam in adverſis, dignitati Pontificiæ, pro qua non abnuit ab Henrico V. una cum Paſchali Summo Pontifice Romæ captivus detineri, ut in carminibus ſuis narrat Donizon.

b Al. Bonſegnius.

** Ex Append. t. 5.*

Rex vero Papam tenuit vi pace negata,
Cum reliquis captus Parmenſis erat venerandus
Bernardus Præſul Chriſti de dogmate plenus,
Atque Bonus ſenior Reginus Epiſcopus ille,
Simplicior credo reperitur nemo ſacerdos.

Nec non & pietate in Deo famulantes. Conſtat enim inter alia donaria locis piis facta nonnullas decimas indulſiſſe eremitorio S. Mariæ de Marola ab eadem Comitiſſa Mathilda in montibus Regienſibus fundato, ac dotato. Ejus donationis documentum ita extat.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Nos Bonus ſenior Reginæ Eccleſiæ humilis ſervus dictus Epiſcopus. Univerſis fratribus clericis, & laicis tam præſentibus, quam futuris in diœceſi commorantibus, ſalutem perpetuam, & benedictionem in Domino. Dignum eſt fratres, Deoque & hominibus acceptabile, nos, qui paſtoralem curam indigni ſuſcepimus, & animarum Præſules dicimur, circa Dei Eccleſias vigilare, & religioſa loca, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, & beneficiis augere, & orationibus adjuvare; in uno enim noſtræ animæ, ſanctæque intentioni meritum ſempiternum non tranſitorium cumulamus, in altero officii debitum utinam ad memoriale perpetuum, & æternum remedium adimpleamus.

Dum

(1) Verum mendum eſſe in aſſignata Indictione oportet; cum anno 1093. curreret Indictio I. neque ex Indictione corrigi ſpoteſt Annus Incarnationis, itaut pro anno 1093. debeat reponi an. 1091, ſi quidem hic annus nullo modo potuit eſſe ſecundus Ludovici: nam anno 1092. adhuc in vivis agebat Eribertus, quo favente, & conſentiente Comitiſſa Mathilda nonnulla jura conceſſit Monaſterio S. Benedicti de Padolyrone, ut patet ex documento relato à Cl. Benedicto Bacchinio in ſua hiſtoria ejuſdem Monaſterii pag. 11. Unde annus ſecundus Lodoici incipere non potuit niſi poſtremis menſibus anni 1091.

Dum itaque hujus intentionis quondam fervore ducti, tam ſanctæ operationis ſtudio operam daremus, ad conſecrandam Eremi eccleſiam, quam venerab. memoria Comitiſſa Mathildis in prædio apud ſylvam Maraulam pro remedio animæ ſuæ, ſuorumque parentum conſtruxerat, multiſque beneficiis ditaverat, invitati acceſſimus à fratribus tunc inibi religioſe ſub fratre Stephano venerabili Eremita, atque presbytero converſantibus de quibuſdam decimis ad ejuſdem . . . . fodrum pertinentibus expediti non prius eorum petitioni annuimus, quam præſente Comitiſſa, atque ſuper hoc etiam mittente petitionem ante præſentiam videlicet D. Bernardi S.R.E. venerab. Cardinalis, atque de conſenſu D. Paſchalis Papæ Vicarii apud Carpum poſtea ſolemniter adimplevimus; ſcriptum etiam fieri . . . . . tres itaque decimæ portiones, quæ ad eorum pertinere videbantur, ſcilicet de novalibus noviter factis, aut ulterius faciendis, nec non terræ Carniuns, quæ nunc noviter laboratur intra confinia, fluviorum quoque Triſnarſia, & Taſubli prælibata Eccleſia ad uſum eremitarum habendas perpetuo, & poſſidendas concedimus. Quartam vero, quæ plebis eſt S. Vitalis, aut S. Mariæ de Campilicla, nec dare poſſumus, nec debemus. Illam tamen quartam, quam teſtavit beatæ memoriæ prædeceſſor noſter Herſbertus Epiſcopus inter plebem S. Vitalis eis conceſſiſſe, & nos concedimus, & indulgemus. De dominicatu videlicet eorum, qui ſuis manibus, vel ſuorum hominum ad eorum ſolummodo dominicatum uſum laboratus fuerit. Si quis autem contra hanc noſtræ inſtitutionis paginam venire temptaverit, & ſtudioſe, vel injuſte temerare præſumpſerit, niſi reſipuerit perpetuo anathemati ſubjacebit. Quod ut verius credatur, & firmius habeatur propriæ manus ſubſcriptione firmavimus.

Ego Bonus ſenior ſanctæ Regienſis Eccleſiæ dictus Epiſcopus ſcripſi.

Ugo Præpoſitus interfui.

Adminiſtraſſe pium Bonum ſeniorem Epiſcopum eccleſiaſtica ſacramenta eidem Comitiſſæ ex hac vita diſcedenti in loco Bundeni, illiuſque animam piis Altiſſimo precibus commendaſſe inſinuat idem Domnizo.

Corpus Chriſti, pariterque crucem Crucifixi
Porrexit Præſul Reginus corde ſerenus,
Quique Bonus ſenior proprio ſit nomine dictus,
In manibus cujus Comitiſſa Mathildis ab hujus
Ærumna ſecli jugiter veneranda recedit.

Ultima Boniſenioris Epiſcopi, ex iis, quæ vidi, mentio extat in quodam documento, ſeu judicatu, habito in Roccha Carpineta anno 1117. à Mathilda Romanorum Regina ad favorem Ugonis Præpoſiti Regienſis Eccleſiæ. Regina hæc Mathilda nulla alia eſſe potuit, quam Mathilda Henrici Anglorum filia, uxor Henrici V. Imperatoris, quæ vidua facta, nupſit poſtea Gaufredo Comiti Andegavenſi, ex qua Henricum Ducem Normanniæ, & Regem Angliæ genuit. Porro Mathildis Reginæ documentum tale eſt.

Coll. cum Cap. ex Arch. Catn. Reg. 3. Capſ. n. 165.

Cum in Dei nomine in Roccha Carpineta in caſa dominicata in judicio reſideret D. Mathilda Dei gratia Romanorum Regina, aſtantibus cum ea Vvbaldo judice, & Advocato, & Reinerio de ſaſſo, Altemano capellano, Dono Odone Archipresbytero, Falche Marco Ariberto advocato de Regio, & Albrigone, & Julio Gualterii Balbi, & Milo de Quertiola, & reliquis pluribus, ibique in eorum præſentia D. Ugo Præpoſitus S. Regienſis Eccleſiæ conqueſtus eſt de filiis Ugonis de Rodilia, qui injuſte, & ſine judicio diſveſtierant Eccleſiam ſuam de terra de Prignano, quam Pater eorum Ugo refutaverat in manus domni Boniſenioris Regien. Epiſcopi coram Comitiſſa Mathilda, quando dedicabat Eccleſiam S. Andreæ de Carpineto; & cœpit dicere, ideſt Ugo Præpoſitus, nos altera vice ivimus ante vos, & mandaſtis filios Ugonis, ut venirent, & hodie terminus eſt, & noluerunt venire; precamur veſtram celſitudinem, ut juſtitiam nobis faciat. Tunc domina Regina per conſilium Ubaldi judicis fecit eos iterum vocare voce præconis, & cum non apparuiſſent, inveſtivit præfatum Præpoſitum de jam dicta poſſeſſione, & bandum poſuit, ſi qua perſona eum diveſtiret ſine regali judicio, componeret pœnam centum libras argenti medietatem cameræ Imperatoris, & medietatem Eccleſiæ S. Mariæ.

Factum eſt hoc anno ab Incarn. D.N.J.C. 1117. XI. die exeunte menſis Septembris, Indict. 10.

Actum Carpinetæ feliciter.

Ego Ubaldus Judex interfui & ſſ.

Ego Odo Præpoſitus ſſ.

Ego Joannes . . . . interfui & ſſ.

Ego Altemanus regius Capellanus interfui & ſſ.

Ego Althmarus Capellanus Imperatoris interfui & ſſ.

Ego Guido Notarius ſacri Palatii ſcriptor juſſione Mathildæ Reginæ hanc notitiam conſcripſi.

53 ADELMUS floruit anno 1130. * Forte Adelmo ſedente, Lotharius Imperator hæc addidit Canonicis S. Mariæ Regienſis, quæ in ſuo diplomate ſanxit anno 1136. LV.

* Ex App. tom 3.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Lotharius divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Ad memoriam reducimus, quia tempus breve eſt. Ideoque ſalutaribus monitis inſtruimur, monemur, ut ad omnes bonum operemur, maxime autem in Eccleſiis Dei, quas Dominus omnium ad honorem ſui, & ob unitatem credentium voluit inſtitui, & ſic participes gloriæ ſuæ nos fieri Hoc diligentius intuentes, & omnem gloriam hujus mundi caducam, & tranſitoriam conſiderantes, meritis noſtris non exigentibus, ſed divina gratia hoc firmum, & immobile propoſuimus, ut quicquid reverentiæ, ſeu honoris poſſemus eccleſiis Dei ob amorem ſui, utpote omnium bonorum largitoris devote impenderemus, & impenſa ab aliis diligenter conſervaremus. Quapropter Eccleſiam B. Virginis Mariæ in defenſionem, & bannum noſtrum pro remedio animæ noſtræ, & petitione dilectalis noſtræ Righizæ, quam pro facienda juſtitia in Regio civitate dimiſimus, cum circa ſuperioribus diebus . . . . Padi juſſemus, cum omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus intuitionem noſtram recepimus, cum villis, areis, ſylvis, pratis, paſcuis, piſcationibus, aquarumve decurſibus, planis, & montuoſis mobilibus, & immobilibus, cultis & incultis, & cum omnibus appenditiis, omnique utilitate, ut nullus magnus, ſive parvus, nobilis, ſive ignobilis, vel cujuſcunque ſit conditionis aliquis ad prædictam Eccleſiam pertinentes in perſonis, vel in bonis, lædere audeat, vel inquietare, vel moleſtare, vel vexare præſumat, ut libere Deo ſerviant, ibique canonice degentes veniam delictorum nobis obtineant. Quiſquis autem tranſgreſſor fuerit, & præceptum noſtrum temere infregerit, vel violaverit, quod minime credimus, centum lib. auri perſolvat 50 cameræ noſtræ, & medietatem prædictæ Eccleſiæ. Quod ut ratum, & inconvulſum omni ævo permaneat, impreſſione ſigilli noſtri confirmamus.

Signum Domini Lotharii Imperatoris Auguſti.

Ego Bruno ad vicem Cancellarii Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi recognovi.

Data 16. Kal. Jan anno Dom. Incarn 1136. indict. 14 Anno Imperii invictiſſ. Imper. Lotharii IV.

Actum in Regio Epiſcop feliciter, Amen.

(„ Aderat Adelmus anno 1136. Regilizæ Imperatrici in urbe Regio jus dicenti, ut patet ex duobus ſequentibus judiciis, quæ ex Archivio Cathedralis Regienſis hic proferimus.

„ *Cum reſideret Regiliza Imperatrix uxor Seren. Imperatoris Lotharii in Civitate Regio ad juſtitiam faciendam, & cum ea DD. Anſelmus Avelbergienſis Epiſcopus, & Adelmus Regienſis Epiſcopus, & D. Bruno Epiſcopus, Federicus quoque, & Garnerius Marchiones, Odolricus Graſſus, Comes Otto, Comes Robertus de Gravin, Theodoricus de Dura, Theodoricus de Stortite, Artemiſius, Comes Tigriminus de Imola, Bernardus, & Guido Filii Manfredi, Gerardus de Plaza, Rainerius, & Guizzardus de Balugola, Cazzaguerra, Oliverius de Tacculis, Rainerius de Gumula, Gandulfus, & Eribaldus de Caſtellarano, & alii quamplures; Conqueſtus eſt Ildevrandus Abbas Monaſterii S. Sylveſtri de Nonantula una cum Adegerio advocato Eccleſiæ de Terra, quæ dicitur Cella, quam olim Ubertus filius Ardicionis Comitis in Feudo habuit, & poſt eum Conradus Marchio, quo mortuo ſine heredibus terram deveniſſe in Eccleſiam prædictus*

„ Ad-

A

Advocatus firmiter aſſerebat. Sed fuere quidem, qui jam dictam terram Cellæ tenere viſi ſunt, dicentes ſeſe eam pro ſua pecunia loco pignoris à Conrado accepiſſe: quidam verò pro Feudo eam ſe habere dicebant; & hæc nomina eorum Ardunus, & Guidotto de Palude, Bernardus, & Frater ejus Filii Malcadobati Menaboves, & Frater ejus Gerardus, & Ingezo filii Raynerii de Caveriago, Guibertus filius D. Gerardi filii Rogerii de Regio, & quidam alii. De iſtis autem ſupranominatis conqueſtus eſt Abbas Nonantulanus, & cum eo Adegerius ejus Advocatus ſuppliciter exorans Dominam Imperatricem, ut juſtitiam conſequeretur. Tunc Domina Imperatrix à ſupradictis, & Teutonicis, & Latinis, quibus intererant, etiam Paganellus de Corſena, conſilium petiit, quid illi ſaciendum eſſet ſuper hanc querimoniam; & illi omnes communiter dixerunt ſecundum uſum Regienſem Abbas Nonantulanus in jam dictam Terram Eccleſiæ permiſſu D. Imperatricis collaudatione totius Curiæ ex integro debet reſtitui: quod valdè placuit Imperatrici,

B

& dedit Abbati Conradum Teutonicum, qui eum in Cella poſſeſſionem reſtituit. Laudaverunt inſuper ſupradicti Teutonici, & Latini, & quicumque ſupradictorum hominum, qui jam dictam Terram tenere videbantur, ſupra quibus ſententia data eſt non amplius habendi, qui pecuniam dedit, & terram pro pignore accepit, pecuniam, & terram perderet. Qui vero pro Feudo aliquid inde quæreret, ad Curiam Abbatis veniret, & ipſe congregatis Eccleſiæ Fidelibus eorum, & Advocati conſilio juſtitiam petentibus faceret. His omnibus ſolemniter ordinatis, & judicatis D. Imperatrix ſuum bannum patenter coram omnibus edidit, ut quicunque contra hunc laudum, & judicium tantorum virorum, & ejus confirmationem agere præſumpſerit, & Abbatem, vel Eccleſiam moleſtare, vel inquietare temptaverit, ejus malam voluntatem incurrat, & pœnam quinquaginta librarum auri ſuſtineat, medietatem Curti Regiæ, & medietatem Nonantulæ Eccleſiæ; & hæc cartula perpetuis temporibus in ſua firmitate permaneat.

C

Actum in Civitate Regio feliciter. Anno ab Incarnatione Domini 1136. *die* 7. *intrante menſe Novembris Ind.* 14.

Ego Martinus Sacri Palatii Notarius rog. hanc cartulam ſcripſi, & complevi, & tradidi.

Ego Zilibertus ſacri Palatii Notarius videns authenticum Inſtrumentum exemplavi, ſcripſi, nec addidi, nec minui.

Alterum eſt.

Cum in Dei Nomine Seren. Imperatoris Lotharii Conjux Regiliza Imperatrix Sereniſſ. & Romanorum ſemper Auguſta in Civitate Regio ad iuſtitiam faciendam reſideret; ibique multas, ac varias querimonias per probatiſſimos Judices, videlicet Adegerium de Nonantula, atque Gerardum de Panciano ſolerti cura diſcuteret, reſidentibus ibidem cum eis ad placitum D. Adelmo Regienſi Epiſcopo, & Anſelmo Avelbergenſi Pontifice, Federico Marchione,

D

& Fratre ſuo Guarnernio, Odolrico Craſſo, Thederico de Dura, Arthenisio, Guidone filio Manfredi, Gerardo de Plaza, Raynerio de Saxo, & pluribus aliis Teutonicis, ac Latinis Clericis, & Laicis, cum quibus Regienſes etiam Conſules, & maxima pars Populi pariter reſidebant, ſcilicet Adegerius de Burgo, Alberto Malberti, Ubaldus Palearius, Raynaldus Almani, Oliverus de Tacculis, Malatacca, & Sereniſſ. Filius Alberti Rogerii, & multi alii. Lamentata eſt Eccleſia S. Mariæ de Ugone de Siſso, & de Nepotibus ejus, qui eidem Eccleſiæ terras injuſtè tenebant in Strinatis, & lamentata eſt de Euſtario Anſelmi Canonici Filio, qui Canonica Patris ab Eccleſia alienavit in Curtexelle, & in Rivalta, & ubicumque fuit. De Gerardo quoque Albini lamentata eſt, qui tenet unum Manſum ejus in Uregnano, & Decima de Nuvellaria; inſuper de filiis Armana Cavazoli, qui tenent terras eidem Eccleſiæ, unum in Voano, & alterum in maſſa, & per quem Guido de Rozo tenet unam Braidam in Ponte Platulo, & quandam terram in Saldinis ſcilicet vendit. Lamentata eſt cum Burgundione de Saxo, qui tenet unum Manſum in Canole laboratum per Melones, & alium Manſum in Bagnolo, & unam petiam de terra in Saldinis, & unam decimam in Rodano; de Domnino Carapeza etiam lamentata eſt Eccleſia, qui contra Deum, & contra animæ ejus ſalutem tenet terram in Canarole, unde eadem Eccleſia cooperiebatur, & tenet Braidam in Ponte Patulo, & manſum Guidonis de Madulo, quem tenet in Rivalta cum Petro Joannis Tuſci ſocio ejus, quibus ſecundum leges ter & quater convocatis, & expectatis, nec ad prædictum placitum venerant, nec qui prò ejus juſtitia ſatisfaceret, mittere ſtuduerunt. Judices itaque cum Curia judicaverunt hos, & eorum ſimiles tamquam procaces, & latitantes à prædictarum rerum poſſeſſione debere excludi, & prædictam Eccleſiam exinde inveſtiri, & intromitti, per quod totum per idoneos ejuſdem Curiæ Miniſtros ordine completum eſt. Inſuper etiam ex parte D. Imperatoris, & Imperatricis prædicta Curia bannum firmavit, ut quicumque Eccleſiam de ſupradictis rebus intromiſſis moleſtare, vel inquietare temptaverit, abſque legali judicio mala voluntate Imperii incurrere, & inſuper pœna centum librarum auri perſolvere ſe ſe non ambigat, medietatem Regiæ Cameræ, & medietatem prænominatæ Eccleſiæ. Ad cujus rei memoriam, & ſtabilitatem habendam, & retinendam hanc Cartam jam dicta Curia fieri præcepit. Quam ego . . . . . . unus ejuſdem Regalis Curiæ Notarius ſcripſi, complevi, & dedi.

Anno ab Incarnatione D. 1136. *Intrante menſe Decembris Ind. XIV.*

Signum . . . . ſemper Auguſtæ. Actum Regio feliciter.

Adelmum verò obiiſſe initio anni 1140. vel paulo ante, colligi poteſt ex ſequenti documento, quo Gualterius Archiepiſcopus Ravennas, dum Regium profectus eſſet ad ſacrandum novum Epiſcopum, Regienſibus Canonicis omnia illorum jura, bonaque confirmat his verbis.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis Anno Dom. Incarn. 1140. *temporibus D. Innocentii R. E. P. & Conradi Regis Romanorum die* 14. *menſis Martii Ind.* 3. *Infra Canonicam S. Mariæ in Regio.* ex Arch. Cath. Reg. n. 36.

Inter cætera, quæ divinæ diſpoſitionis conſilio diſponuntur, Pontificalis promotionis ſublimitas Deo, à quo omne datum optimum procedit, cœlitus prædeſtinante, ac largiente conceditur. Decet itaque eos, quos ſumma diſpoſitionis providentia Eccleſiaſtici regiminis celſitudine mirabiliter ſublimat, ac Metropolitanæ ſedis Cathedra decenter exornat, ſic ſubditis Eccleſiis, ac fratribus eiſdem Eccleſiis humiliter famulantibus utiliter neceſſaria providere, eorumque juſſis petitionibus libenter annuere, ſuoque privilegio perpetuo corroborare, quatenus de bono in melius proficere, diviniſque officiis promptius intenti Deo devotiſſimè ſervire, & ſuo Metropolitano, ejuſque ſucceſſoribus valeant fideliter obedire. Cujus rei gratia Nos Gualterius S. Ravennatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus licet indignus, cognitis his, quæ per privilegia Venerabilium Antiſtitum S. Regienſis Eccleſiæ Canonicis rationabiliter ſunt conceſſa, vobis Ogerio Venerabili Archipresbytero, & Achilli Reverendo Archidiacono, veſtriſque ſucceſſoribus S. Regienſis Eccleſiæ Canonicis præſentis privilegii pagina rem interiacendam perpetuo corroboramus, & inviolabiliter confirmamus. Ideſt Eccleſiam S. Petri ſitam in ſuburbio prope Civitatem Regii cum omnibus apendiciis ſuis: Itemque confirmamus vobis Decimaria Civitatis Regii, & ſuburbii ipſius, ſicuti de antiqua conſuetudine ex Jure Canonico detinetis: Oblationem quoque fidelium tàm in miſſis vivorum, quam Defunctorum, ſive præſente, ſive abſente Epiſcopo, & in Urbe, & extra in Cera, & in Monetis. Inſuper confirmamus vobis oblationes conſervationum Eccleſiarum Epiſ-

Digitized by Google

copatus veſtri, tàm infra Urbem, quàm extra, ſicuti eas rationabiliter conſueviſtis habere, noſcimini. Confirmamus etiam vobis curtem S. Stephani cum plebe ipſius, & cum omni honore, & integritate, & dignitatis: ſimiliter confirmamus vobis terram de Civitate ſitam in plebe Quarantulæ: Præterea confirmamus vobis duos manſos de Broilo in curte Sazariæ, & totum hoc, quod vobis pertinet in Lecto Benano, & terram, quæ vobis pertinet in loco, qui vocatur Trecentula. Inſuper confirmamus vobis Decimam quatuor manſorum in loco, qui dicitur Fabrica, Decimam etiam Novellariæ, cum Plebe ipſius, & cum omnibus ad eandem plebem integrè pertinentibus. Eodem modo confirmamus vobis terram, quæ vobis pertinet, in loco, qui dicitur Campagnola, & totum, quod habetis in curte, quæ vocatur Canoſe. Item confirmamus quidquid vobis pertinet in curte Corrigiæ, & quod detinet Joannes Bordone in Corviaco jure Canonicæ veſtræ, & manſum Moronis, qui eſt in Novellaria; manſum quoque Bazoarii, quod eſt poſitum in curte Nova. Simili modo confirmamus vobis terram Fredulfini de Gurgo, & manſum poſitum in Bagnolo, & quidquid detinet Ildegbrandi jure Canonicæ uſque in Maſſanzatico, duos etiam manſos in loco, qui dicitur Binizo, & unum in loco, qui vocatur magnum Caſale. Præterea hujuſmodi confirmamus vobis curtem Ripe Altæ cum plebe ejuſdem, & cum decimis, ſcilicet & terram, quam detinetis in Cubiliolo, & in Mutilena, & manſum, quem detinetis in Albineta, & manſum de Aliano, & manſum poſitum in Querzola, & manſum poſitum in Caſtelliunculo prope Caſtrum Gipſi, & quandam terram prope arcem Timbera; nec non confirmamus vobis curtem maſſæ cum omni ſua integritate, curtem etiam de Campilia cum omnibus ad eandem curtem integriter pertinentibus: Curticellam quoque de Villa, & Villam, quæ vocatur in Sabiaco, & quidquid vobis pertinet, qui dicitur Goa, & manſum poſitum in Minocio, juxta Alpem, & quod vobis pertinet. . . . . Decimas Gavaſſe. Inſuper confirmamus omnia, quæ pertinent ad officium, & Beneficium Archipresbyteratus, & Archidiaconatus, & Præpoſituræ, Magiſtri quoque ſcholarum ejuſdem Eccleſiæ . . . . veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuo. Hæc autem omnia, quæ ſuperius leguntur cum ſuis juſtis, & certis finibus vobis præfato Archipresbytero, & jam dicto Archidiacono, cæteriſque prædictæ Canonicæ S. Mariæ fratribus, veſtriſque ſucceſſoribus jugiter ſervientibus auctoritate Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis, nec non & B. Apollinaris Pontificis, & Martyris Chriſti, omniumque ſanctorum, & noſtra habendum, tenendum, fruendum perpetuo confirmamus, & præſenti privilegio irrefragrabiliter corroboramus. Quod ſi (quod abſit, & avertat Divina Clementia) hanc noſtri Privilegii paginam aliquis infringere, vel temerè violare præſumpſerit, maledictionem Dei Patris Omnipotentis, & Filii, & Spiritus ſancti, & B. Mariæ Virginis, & B. Apollinaris, omniumque ſanctorum, & noſtram incurrat: Trecentorum quoque decem, & octo Patrum anathemate obligatus, perpetuis ignibus cum Juda traditore cruciandus, niſi reſipuerit, perpetuo ſubjaceat; hoc tamen ſcripto in ſuo robore firmiter permanente. Ut autem hoc verius credatur, & firmiſſimè teneatur, manus noſtræ inſcriptione firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione pro noſtro munimine inviolabiliter cuſtudiendum ſignavimus.

Actum Regii per manus Andreæ Presbyteri, & Cantoris S. Ravennatenſis Eccleſiæ, & . . . . D. Gualteris Ravennatenſis Archiepiſcopi ſcriptoris, & Capellani, jubente eodem venerabili Patre, cum eſſet ibi pro ordinando Epiſcopo, cæteriſque negotiis Eccleſiaſticis ſpecialiter diſponendis, ac ſecularibus ſalvo ſuæ dignitatis honore in melius reformandis ſub die, menſe, & Indict. ſupradictas infra Canonicam S. Mariæ.

54. * ALBERIUS ex Canonico Regulari, ac Priore S. Mariæ de Rheno Bononienſis juriſdictionis, Regienſis Epiſcopus videtur circa annum Domini 1140. Is una cum Guidone Cardinali Legato Apoſtolico anno 1144. interfuit inventioni corporum SS. Proſperi Epiſcopi, Venerii Abbatis, & Jocundæ virginis, Amizone tunc in ea Abbatia S. Proſperi inferioris ſedente, ut habetur in monumentis dictæ Abbatiæ, & in ſupra citato vetuſto cartophylacio plenius continetur, quod hic nō pigebit referre. LVI.

* Ex Append. s. 5.

Anno 1144. elapſis tunc annis circiter 444 à tempore, quo præfatus beatæ memoriæ Thomas Epiſcopus ſanctum Beati Proſperi corpus in prænominato majori altari Eccleſiæ monaſterii S Proſperi repoſuit. Alberus Regienſis Epiſcopus ſuaſu, & conſilio quorundam ſuorum monaſterio prædicto diabolo ſuadente inſidiantium corpus ipſum B. Proſperi per ambigua loca requirere cœpit. Et nocte quadam, quæ profeſtivitate S Clementis celebris habebatur, fodiens altare majus S. Proſperi de Caſtello, invenit quædam oſſa nullius titulo conſignata; convocatiſque prædictis ſuis cœpit aſſerere illud eſſe corpus S Proſperi, & pulſatis ejuſdem Eccleſiæ ſignis, conabatur hoc ipſum populis hinc inde confluentibus ſuadere, dicens: Ecce corpus glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Proſperi Domini. & magni Patroni noſtri. Sed populi ipſi audientes, quæ facta fuerant, nullam Dei nutu ſuis verbis fidem adhibuerunt, clamantes apertis vocibus penè ſimul omnes tam viri, quam mulieres, non eſſe hoc S. Proſperi corpus, ſed alicujus defuncti ibi repoſiti. Tunc Amizo dicti monaſterii Abbas ſentiens ſe, & ſuum monaſterium ex hoc ipſo gravatum, ſequenti mane adiit Epiſcopum ipſum Alberum rogans, ut ad monaſterium ſuum veniens altare majus aperire dignaretur inventurus proculdubio ibi veriſſimum B. Proſperi corpus, quod per multa annorum curricula ſemper ab Italiæ populis ibidem celebre, & præclarum habitum fuerat, & etiam in præſenti habebatur. Qui renuens, & pluries tam ab ipſo Abbate, quam à diverſis Regienſis urbis proceribus ſuper hoc obnixè rogatus venire contemnens, & conſilium ſuum in longum protrahere conabatur, & per nuntios, & per ſe ipſum ad conſentiendum dicto errori ſuo quatenus pacata, & tranquilla utens voluntate eos impelleret; pollicitus quod ſi ejus conſilio, & voluntati obedirent, & ſuper hoc contenti, & taciti eſſe vellent, ipſe eis fictitii illius corporis medietatem tribueret, & coram clero, & populo ſui Epiſcopatus ambas eccleſias ad nomen, & honorem ipſius dedicaret, duaſque feſtivitates per totum Epiſcopatum celebrandas dedicaret, unam monaſterio, & alteram caſtello. Quod audiens Abbas, & pro ridiculo computans; heu, inquit, quis unquam tam frivulum, tamque peſſimum audire potuit, ut ſanctiſſimum, & præclariſſimum S. Proſperi corpus, quod per 444. annos à ſanctæ memoriæ Epiſcopo Thoma in loco, quem ſibi ipſe Sanctus vivens in corpore elegerat, repoſitum ab omni Regio cognoſcitur, cuique nos pene ab ipſis cunabulis deſervimus; nunc neſcio à quibus, vel unde venientibus dimidium, vel in majori parte diviſum accipere rogamur. Deo laudes, Deo gratias referimus, quia totum S. Proſperi corpus habemus: abſit ut illius veſtri Sancti, quem vos reperiſſe dicitis, aliquam portionem ex nomine S. Proſperi accipiamus. Qui enim totum poſſidemus, dimidium accipere nolumus; ſed iterum, atque iterum precamur, ut ſicuti veſtri eſt honoris, & officii cum clero, ut jam diximus, & populo ad monaſterium veniatis, & ipſum ſanctiſſimum corpus, ſine omni ſcrupulo illud videre deſiderantibus oſtendatis. Cumque nullum ſuæ petitioni congruum ab Epiſcopo accepiſſet reſponſum, domum maximo cum dolore reverſi, inito ſecum conſilio, & admonito prius per nuntios populo, quodam mane pulſatis omnibus Eccleſiæ ſignis, coram maxima populi multitudine Abbas cum fratribus proceſſione ordinata cum magna reverentia, & litaniarum ſupplicatione eccleſiam ingreſſi ſuper altare ipſius Beatiſſimi Proſperi miſſarum ſolemnia celebrarunt, fodienteſque arcam, quæ poſt altare circa tumulum S. Proſperi olim firmiſſimo muro conſtructa fuerat, invenerunt ſacratiſſimum mauſoleum precioſiſſimi corporis ſanctiſſimi Proſperi, quod & præ gaudio lachrymantes devotiſſime deoſculati ſunt. Iterum autem Epiſcopum adeuntes ipſum ſæpe, & ſæpius deprecati ſunt, ut ſaltem tunc, ad aperiendum inventum jam tumulum venire dignaretur. Quod cum, ut prius, facere renuiſſet, tandem poſt multos dies juſſu, &

impe-

imperio Reverendiſſimi D. Guidonis S.R.E. Presbyteri Cardinalis, & Legati Apoſtolici, cum jam nobiles quidam, & proceres civitatis cum nonnullis monachis dolore nimio ob tantam ejus obſtinationem permoti impetu facto ſacrum B. Proſperi ſarcophagum aperuiſſent, ex quo tanta vis odoris, tantaque fragrantia manaverat, ut omnium, qui aderant, naribus, pectoribuſque refectis non ſolum Baſilica, ſed omnis etiam platea odore ipſo repleretur; cum clero, & populo ad monaſterium adveniens ſuper ipſas ſacratiſſimas reliquias miſſarum ſolemnia celebravit. interque ſolemnia præfatus Reverendiſſimus Cardinalis, cæterique Epiſcopi, qui cum ipſo aderant, doctiſſimum, luculentumque ad honorem Dei, & B. Confeſſoris Proſperi gloriam ſinguli ad populum dedere ſermonem.

Peractis itaque miſſarum ſolemniis idem ipſe Præſul, & ejuſdem monaſterii Abbas, qui induſtria, & hortatu jam dicti Reverendiſſimi Cardinalis, Epiſcoporumque & Abbatum, qui cum eo erant, reconciliati inter ſe fuerant, aperuerunt cum maxima devotione, & reverentia prælibatum ſarcophagum, viſiſque ſacratis B. Proſperi reliquiis, & à præfato Reverendiſſimo Cardinali, Epiſcopis quoque, Abbatibus, & omni clero, ac populo, qui ſimul aderant, in veritate cognitis, ſumma cum exultatione, & lætitia, ac ingenti gaudio unuſquiſque laudantes Deum, ad propria remearunt.

Parvo autem poſt hæc temporis ſpatio idem Epiſcopus rogatu dicti Abbatis decrevit ad monaſterium cum clero, & populo redire, SS. Venerii monachi, & Jocundæ virginis altaria ſimiliter ſcrutaturus, eorumque corpora ſi, ut antiquorum fama vulgante percrebuerat, invenirentur, populis alacriter, ac devote oſtenſurus. Igitur cum majoris Eccleſiæ clero, ac civitatis populo reverenter ad monaſterium veniſſet, celebratis devote ſuper S. Venerii altare miſſarum myſteriis, cœpit una cum Archidiacono, & Præpoſito, aliiſque ſacerdotibus acceptis malleis cæmentum viriliter confringere, quo ipſum altare cum menſa decentiſſime glutinatum, elevataque menſa ſtatim apparuit loculus pulcherrimus, candidiſſimo marmore opertus, quo non ſine gravi labore aperto, repererunt corpus B. Venerii monachi, cui ſacratiſſimum caput accipiens præ manibus idem Epiſcopus devotiſſime deoſculatus ipſum omni populo oſtendit.

Deinde accedentes ad altare S. virginis Jocundæ, elevata deſuper menſa, invenerunt ſimili ordine compoſitum locellum, in quo ejus corpus ſanctiſſimum antiquitus decentiſſime repoſitum fuerat; elevatoque plumbeo ſigillo accipiens idem Alberus Epiſcopus ſacratiſſimæ virginis caput in manibus, ipſumque reverenter, ac devote deoſculans, oſtendit cunctis palam aſtantibus. Sicque per Dei gratiam certi facti de ſuaſpe, univerſi cum magno tripudio Deum laudantes ad propria rediere, remanentibus eiſdem Sanctorum reliquiis ſic in propatulo per quatuor circiter annos ob innumeram quotidie advenientium multitudinem ad eas viſendas, vel potius venerandas, tam ex longinquis, quam ex finitimis regionibus.

Veritus autem Abbas prædictus ne tantum theſaurum aliis recondendum ſe obeunte, quod facile accidere poterat, reſervaret, precioſiſſimas ipſas margaritas in propriis altaribus recondere decrevit. Reverendiſſimus itaque Moyſes tunc Ravennas Archiepiſcopus rogatu, ac precibus inſtantiſſimis præfati Abbatis, atque ſuaſu prædicti Alberi Epiſcopi, & Achillis Regienſis Archidiaconi una cum dicto Albero Epiſcopo Regienſi, & Lanfranco Parmenſi, ac Gregorio Adrienſi Epiſcopis conſecravit eccleſiam prædictam monaſterii S. Proſperi extra, & prope Regis mœnia; recondenſque maxima cum veneratione, & diligentia corpus prædictum ſanctiſſimi Confeſſoris Proſperi, in eodem locello, in quo repertum fuerat, ejus venerandum altare conſecravit cum ſupraſcriptis Albero Epiſcopo, Amizone dicti monaſterii Abbate, & Achille Archidiacono, multiſque monachis, & clericis, & fidelibus laicis; poſita ibi lamina plumbea, in qua ſcripta ſunt omnia eidem cognitioni congrua. Sanctiſſimi quoque Venerii monachi, & eremitæ, atque presbyteri corpus reconditum eſt cum lamina ſimiliter plumbea, ejuſque altare conſecratum à D. Gregorio venerabili Adrianenſi Epiſcopo; ſanctiſſimæ etiam virginis Jocundæ venerandum corpus collocatum eſt ſimiliter cum lamina ſcripta, ipſiuſque altare conſecratum à D. Lanfranco venerabili Parmenſi Epiſcopo.

Acta ſunt hæc omnia per Dei gratiam præſentibus ſupradictis Epiſcopis, Abbatibus, & quampluribus Archipresbyteris, & præpoſitis, diverſorumque ordinum clericis, populiſque diverſarum terrarum innumeris anno Incarn. Dom. 1148. die Calendarum Juniarum, tempore ſanctiſſ. D. Eugenii Papæ III. & Conradi Imperatoris Romani. Ut patet ex antiquiſſima chronica regiſtrata in legendario vetuſtiſſimo magno dicti monaſterii de pergamenis fol. 52.

Tertio anno autem Domini 1369. die 15. Junii cum jam anno 356. die 16. Februarii per D. Feltrinum de Gonzaga deſtructum fuiſſet præfatum monaſterium, D. Petrus de la Garata, tunc ejus monaſterii Abbas, & Abbatis Zifredini immediatus ſucceſſor, timens ne ob totalem ipſius monaſterii deſolationem, ob quam nec monachi habitare, nec divina in eo celebrari myſteria poterant, præfata Sanctorum corpora inde furtive ſubtraherentur, aut repentina violentia derobarentur, præſertim propter guerras, quæ tunc in diœceſi Regienſi, & comitatu vigebant; obtenta licentia à ſanctiſſimo Pontifice Urbano V. ut ex ipſius bulla plumbea, quæ in eodem monaſterio eſt, manifeſte apparet: volens ea transferre ad eccleſiam Prioratus S. Matthæi in civitate Regii eidem monaſterio pertinentis, ubi tam ipſe, quam monachi ſui tunc temporis morabantur, adiit Reverendiſſimum tunc Laurentium Epiſcopum Regienſem, ut juxta præfatæ Bullæ ſeriem huic translationi intereſſe dignaretur. Qui cum eis in dubium revocaſſet, an dictæ venerabiles reliquiæ eſſent in dicta monaſterii eccleſia, an in eccleſia S. Proſperi de Caſtello, idem Abbas eum rogavit, ut pro elucidanda veritate, & amovenda omni de fidelium cordibus dubietate cum illo clero, qui ſibi placeret, ad monaſterium veniens dictorum ſanctorum altaria diligentiſſime perſcrutari dignaretur, conferens una cum ſupraſcriptis antiquis monaſterii chronicis; cui idem Epiſcopus benigniſſime annuens die 15. menſis Junii, anni ſupraſcripti, ante auroram ad monaſterium veniens per portam S. Nazarii cum Archidiacono ſuo, & cum Præceptore S. Joannis Hieroſolymitani, Priore S. Jacobi, & principalibus aliis Canonicis, clericis, & diverſorum Ordinum Religioſis, ſed & diverſis dictæ civitatis nobilibus, ac civibus, celebrata prius ſuper altare Sancti Proſperi miſſa Spiritus ſancti, invocatoque Jeſu Chriſti nomine per magiſtrum Guidonem Razam, Bartholomæum Spongam, Antonium Cavacini, muratores, non ſine maximo labore cum livereis ferreis, & malleis coram cunctis prædictis, & aliis aſtantibus frangi, & aperiri fecit altare prædictum, & arcam magnam ultra communem ſtaturam in ipſo ſub una laſtra marmorea poſitam, qua aperta exivit odor ex ipſa eximius, & videns ſanctiſſimas reliquias B. Proſperi coopertas panno ſerico rubeo cum lamina plumbea, in qua ſcriptum erat.

Quarto anno ab Incarnatione D. N. Jeſu Chriſti 1148. indict. XI. die calendarum Juniarum conſecratum eſt hoc altare, & repoſitum eſt ibi corpus S. Proſperi Epiſcopi, & Confeſſoris à D. Moyſe Archiepiſcopo Ravennatenſe, & ab Epiſcopo Regienſi Albero, & ab Epiſcopo Parmenſe Lanfranco, & ab Epiſcopo Adrienſe Gregorio, & ab Amizone Abbate ejuſdem monaſterii, & multis aliis, eamque in omnibus, & per omnia cum ſupraſcripta chronica concordare reperiens, ſumma cum reverentia, & devotione unam ex prædictis S. Proſperi reliquiis accipiens ipſam oſculatus eſt, oſculandamque obtulit aſtantibus, & declarans illud eſſe verum corpus S. Proſperi, acceſſit ad altare B. Venerii, illoque ut ſupra aperto, reperit corpus ipſius cum ſimili lamina plumbea, prout in chronicis continetur in capſa marmorea: accipienſque in manibus cum reverentia, & devotione caput ipſius deoſculatus eſt, oſtendens ipſum aſtantibus, & deoſculandum offerens, & dans indulgentiam 40. dierum, tam aſtantibus tunc ibi, quam cunctis dictam eccleſiam, & altaria viſitantibus. Cumque iterum fieret ibi non parvus populi concurſus, præfatus D. Epiſcopus, & cum prædictis Do-

minis eum aſſociantibus ad propria reverſus eſt, ut patet inſtrumento publico, & authentico manu Ubaldi de Sturgidis publici Imperiali auctoritate notarii, rogato tempore ſupraſcripti Summi Pontificis Urbani V. & D. Caroli Romanorum Imperatoris anno menſe, & die conſcriptis. In quo inſtrumento deſcribuntur plurimi teſtes, tam eccleſiaſtici, quam ſeculares, & inter eos multi nobiles, & potentes viri, quod inſtrumentum habetur in dicto monaſterio.

Supradicta igitur corpora Ss. Proſperi, & Veneris inventa ut ſupra in eccleſia monaſterii ſupraſcripti, nec non S. Virginis Jocundæ portata fuerunt in civitatem Regii ad eccleſiam S. Matthæi prædictam, ubi tunc habitabant Abbas prædictus, & monachi, & per ipſum Abbatem Petrum, ac fratrem Rolandinum de Bertis Priorem clauſtralem dicti monaſterii repoſita fuerunt in altari S. Matthæi antedicti ſecreto.

Quinto, anno 1380. reædificata fuit eccleſia, & monaſterium prædictum S. Proſperi per dictum Abbatem Petrum, & anno 1388. die 19. Martii per prædictum Abbatem Petrum, & fratrem Rolandinum ſupradictum, qui tunc factus fuerat Abbas monaſterii de Canoſſa, ſeu de Canuſia accepta fuerunt dicta ſanctorum corpora præſentibus multis viris de dicta eccleſia S. Matthæi, & reportata ad dictum monaſterium S. Proſperi, eodemque anno indict. XI. die XII. Aprilis repoſitum fuit in altari majori eccleſiæ dicti monaſterii corpus prædictum Beatiſſimi Proſperi, altareque ipſum conſecratum per Reverendiſs. P. D. Joannem Attrebatenſem, atque Cæſarienſem, & alios plures Epiſcopos, præſentibus clero, & Populo Regienſi. In altari quoque S. Veneris eodem die, anno, & menſe reconditum fuit corpus S. Venerii. Et in altari S. Jucundæ corpus ejuſdem ſanctiſſimæ virginis, conſecrataque fuerunt ipſa altaria per ſupraſcriptum D. Joannem Epiſcopum Attrebatenſem, & alios Epiſcopos, & Prælatos, qui ibi fuerunt. Vacante tunc Imperio, tempore D. Urbani antedicti Papæ, & D. Ugolini de Soſſo Epiſcopi Regienſis, ac dominante Illuſt. Principe D. Galeazio de Vicecomitibus de Mediolano in civitate Regii, ac in tota fere Lombardia. Uti apparet in laminis plumbeis, quæ ſunt in dictis altaribus.

Et hæc de translatione, & exiſtentia corporis S. Proſperi in Abbatiali eccleſia S. Petri dixiſſe ſufficiat. Cæterum eo ipſo anno 1144. Lucius II. Papa ſub Apoſtolica protectione Regienſem Eccleſiam, ac Alberonem, ejuſque ſucceſſores recepiſſe refert ſequens dipl. ex archivio cathedralis exſcriptum.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Coll. cum ex iſt. in Archiv Cath. Reg. capſ. 2. n. 106.

Venerabili Fratri Alberoni Regino Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, canonice ſubſtituendis in perpetuum. Ex commiſſo nobis a Deo Apoſtolatus officio fratribus noſtris tam vicinis, quam longe poſitis, paterna nos convenit proviſione conſulere, & Eccleſiis, in quibus Domino militare noſcitur, ſuam juſtitiam conſervare, ut quemadmodum, diſponente Deo, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Ea propter venerabil. frater Albere Epiſcope tuis petitionibus clementer annuimus, & Reginam Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dinoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum rationabiliter in eis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos eidem Eccleſiæ, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis . . . . . . Canonicam S. Proſperi, capellam S. Joannis de civitate, capellam S. Jacobi, Canonicam S. Geminiani, capellam S. Stephani, & cæteras capellas ejuſdem civitatis, monaſterium S. Thomæ, monaſterium S. Raphaelis, plebem de Menotio, capellam ſancti Jacobi de inſula de Bibio, cum aliis capellis ejuſdem, plebem de Thoano, capellam Hoſpitalis de ponte de Cavola, cum ſuis poſſeſſionibus, & aliis capellis ejuſdem plebis, plebem S. Vitalis cum capellis ſuis, & omnibus ad eam jure pertinentibus, plebem de Campiola, capellam S. Venantii de Buſana, capellam de Valeſneria, capellam de Sancto Vito, cum aliis capellis ejuſdem plebis, plebem de Baiſio cum aliis ſuis capellis, plebem de caſtro Ariano cum ſuis capellis, plebem S. Eleuchadii cum ſuis capellis, plebem de Albineto cum ſuis capellis, plebem de Pojanello cum ſuis capellis, plebem de Lecolo cum ſuis capellis, plebem de Caviliano, capellam de Jano, capellam de Rezola, capellam S. Proſperi de Graxiano cum aliis capellis ejuſdem plebis, plebem de Bibiano, capellas de Bibianello, cum aliis capellis ejuſdem plebis, plebem de Mutilena, capellas de Curviaco cum aliis capellis ejuſdem plebis, plebem de Rivalta cum ſuis capellis, plebem de Foliano cum ſuis capellis, plebem de Arceto cum ſuis capellis, plebem de Banio cum ſuis capellis, plebem de Herberia cum ſuis capellis, plebem de Prato cum capella S. Martini de Rio, & aliis ſuis capellis, plebem de Bagniolo cum ſuis capellis, plebem de Campo rotundo cum capella de Corrigia, & aliis capellis, plebem de curte nova, plebem de Nuvolaria cum ſuis capellis, eccleſias de Campagniola, plebem de Fabrica cum capella de Razolo & aliis ſuis capellis, plebem S. Zenonis cum ſuis capellis, plebem S. Mariæ de Novis cum ſuis capellis, eccleſiam de Gorgatela, plebem de S. Stephano cum capella S. Poſſidonii, & aliis ſuis capellis, plebem de Quarantula cum ſuis capellis, plebem S. Martini in Spina cum ſuis capellis de Gavella, & de Manziana, plebem de Cutiano cum capella de Mulla, & aliis ſuis capellis, eccleſiam de Gonzaga, plebem de Villula cum ſuis capellis, plebem de Pigognaga cum ſuis capellis, plebem de Bondeno de Ronculis cum ſuis capellis, plebem de Bondeno Arduini cum ſuis capellis, plebem de Suzaria cum ſuis capellis, eccleſiam de Loco bello, Eccleſiam de Poleſino, eccleſiam de Zitola, plebem de Luzaria cum capella de Sacca, & aliis ſuis capellis, plebem de Guardiſtalla cum ſuis capellis, monaſterium de Marola, monaſterium de Canuſio. Præſentis quoque auctoritate decreti ſancimus, ut univerſi Regin. Epiſcopatus fines quietè deinceps omnino, & integre, tam tibi, quam tuis ſucceſſoribus conſerventur; prædeceſſoris quoque noſtri bo. mem. Urbani Papæ veſtigiis inhærentes ſancimus, ut in parochialibus eccleſiis, quas tenent monachi in tuo Epiſcopatu, veſtro aſſenſu presbyteros collocent; qui ſi idonei fuerint, a vobis animarum curam ſuſcipiant, & de pleb. quidem cura vobis rationem reddant, monachis vero, pro rebus temporalibus debitam ſubjectionem exhibeant, ſalva in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem Eccleſiæ jura ſervantibus ſit pax D. N. J. C. quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. ſubſc.

(„ Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſſ.
„ Ego Gregorius Cardinalis Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.
„ Ego Gregorius Presb. Card. S. Sixti ſſ.
„ Ego Guido Presb. Card. S. Griſogoni ſſ.
„ Ego Ymarus Tuſculanus Epiſcopus ſſ.
„ Ego Petrus Albanus Epiſcopus ſſ.
„ Ego Thomas Presb. Card. tit. Veſtinæ ſſ.
„ Ego Ubaldus tit. S. Praxedis ſubſ.
„ Ego Manfredus Presb. card. tit. S. Savinæ ſſ.
„ Ego Nicolaus Presb. card. tit. S. Cyriaci ſſ.
„ Ego Guido Diaconus cardin. Ss. Coſmæ, & Damiani ſſ.
„ Ego Rodulphus Diac. card. S. Luciæ in Setaſolis ſſ.
„ Ego Joannes Diac. card. S. Adriani ſſ.
„ Ego GR. S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus ſſ.
„ Ego Hugo Romanæ Eccleſiæ Diaconus in ſancta Lucia in Horſia ſſ.)

Datum Laterani per manus Bobonis Capellani, & ſcriptoris 4. Nonas Aprilis Indict. 7. Incarnat. Do-

min.

Digitized by Google

min.an.1144.*Pontificatus vero D.Lucii II.anno I.* A

Hunc Alberum Kalendarium Rhenanum obiiſſe notat anno 1164. Nonis Aprilis. Quod quidem cohærere non poteſt cum monumentis Cathedralis, in quibus clare legitur Adalberius, vel Alberius Alberi ſucceſſor adlectus fuiſſe Epiſcopus Regienſis anno 1147. Oportet igitur aſſerere Alberium ex hac vita migraſſe anno eodem 1147. niſi forte divinare velimus, unum tantum fuiſſe Alberium, quem & Adalbertum, & Albericum vocant, qui ante hunc annum 1147. fuerit coadjutor, vel coepiſcopus Adelmi, quo defuncto, Epiſcopalem infulam ſuſcepiſſet ſolus regendam anno 1147. (1) Habemus enim Adalberii documentum ad ſavorem cœnobii S. Proſperi, ubi dicitur, annum Domini 1150 *a*. fuiſſe Adalberii Pontificatus tertium. Imo alio in documento, quod modo dabimus, recenſentur Adelmus, & Bonus Senior ejus prædeceſſores, neque ulla mentio alicujus Alberii, vel Adalberii Epiſcoporum. Hinc credi poteſt unum, & idem fuiſſe Alberium, Adalbertum, & Albericum in duos confuſos, cum conſtet ann. 1150. tertium fuiſſe Pontificatus Adalberii, & anno 1149. Alberium ſe ſubſcribat in præcitato documento. Porro hæc ſunt illa duo documenta ex Epiſcopali archivio exſcripta. B

a 1050.

b *Adelbertus ſanctæ Regienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ac proviſor indignus.*

b Hoc documentum ad Adalbertum XLVIII. Epi. refer.

Secularibus negotiis impediti, & rabie ſævientium vallati, ea, quæ debemus, minime adimplere valemus. Itaque neceſſe eſt, ut ſervientes Deo aliqua ſubſtentatione ſubleventur, ut illorum meritis minas perſequentium evadere, & Deo libere ſervire queamus. Ac per hoc omnium S. Dei Eccleſiæ fidelium præſentium videlicet, ac futurorum noverit induſtria, D. Landulphum Abbatem noſtram adiiſſe clementiam, quatenus monaſterio S. Proſperi, ubi nunc praeſſe videtur, capellam S. Martini in caſale ſitam, & partem unam in plebe S. Mariæ de Revere, quam Dominicus presbyter ibi donavit, atque particulas duas, unam ſcilicet in S. Laurentio, alteram in S. Florentino noſtra auctoritate concedere dignaremur. Cujus precibus quam dignis, & honeſtis cum conſenſu fratrum noſtrorum nobis adquieſcientium, prædictam capellam cum omnibus ſuis pertinentiis, & jam dictas partes eidem monaſterio per hanc noſtræ inſtitutionis, ſeu conceſſionis paginam concedimus, atque elargimur in perpetuum, ea videlicet ratione, ut fratres, qui ibi ordinate vixerint, habeãt, teneant, et fruantur abſq; noſtra, noſtrorumq; ſucceſſorum contradictione, vel diminoratione; ita tamen, ut per vicarios ſuos eas ſervare faciant, & debitum honorem, ut cæteri fratres ſolito more impendant. Si quis autem hanc noſtræ inſtitutionis, ſeu conceſſionis paginam infringere tentaverit, maledictionem Dei Patris Omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti, & S. Mariæ, B. Proſperi, ſeu ſanctorum omnium incurrat, & inſuper quinque libras argenti ſe compoſiturum injuriam ſuſtinentibus agnoſcat. Quod ut verius habeatur, & firmius ab omnibus credatur, manu propria firmavimus, & noſtro clericorum cœtui obtulimus roborandum.

Actum eſt hoc anno Dom. Incar. milleſimo quinquageſimo Pontificatus vero D. Adelberti Præſulis anno 3. XII. Calendas Aprilis. Indictione 3.

Ego Adelberius Epiſcopus.
Eicardus Archipresbyter.
Bernardus Archidiac.
Arbertus Præpoſitus, & Cuſtos.
Adelbertus Presbyter.
Gotfredus Presbyter.
Sigifredus Presbyter.
Dominicus Presbyter.
Teuzo Presbyter.
Joannes magiſter Scholarum.
Adam Diaconus.
Vualbertus Diaconus.
Albericus Subdiaconus.
Ardingus Accolytus.
Eurardus Accolytus.
Sichelmus Clericus.
Radaldus Clericus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis M.C.XXXXIX. indict. 12. Tempore D. Eugenii Papæ III. & Conradi Romanorum Regis II. Regina Eccleſia ſatis religioſos, & honeſtos olim conſuevit habere Paſtores, quorum converſationem, & quorum actus libenter imitari, in quantum poſſumus, exoptamus, & ea, quæ ſibi tam in eccleſiis, quam & in literis retinuerunt, nobis retinere, & conſervare deſideramus. Inde eſt, quod nos Alberius S. Reginæ Eccleſiæ Epiſcopus litem, & controverſiam inter Albertum Archipresbyterum de Suzaria, & Albertum presbyterum eccleſiæ S. Petri de Latebenano audientes voluntatem noſtram inde exhibuimus, & eam in ſcriptis exhibere fecimus. Volumus enim atque præcipimus, ut eccleſiam S. Petri de Latebenano in ea libertate, in qua tempore Boniſenioris Regini Epiſcopi, & D. Adelmi beatæ memoriæ perſtitit, & in qua eam invenimus, in eadem, omni labe remota, ſic libera conſiſtat, atque permaneat, ut de cætero nulli ſit ſubjecta eccleſiæ, niſi Reginæ, & nobis, noſtriſque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, firmiuſque teneatur, propria manu ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro inſigniri præcipimus.

Ego Alberius Reginus Epiſcopus licet indignus ſubſc.
Ego Gandulfus Archipreſb. S. Reginæ Eccl. ſſ.
Ego Joannes Diaconus. ſſ.
Ego Archipr. S. Proſperi de Bondeno ſſ.
Ego Adam Noventis Archipresb. ſſ.
Ego Gandulfus Subdiaconus ſſ.
Ego Atto S. Reginæ Eccleſiæ Diaconus licet indignus huic notæ ex mandato Domini mei ſſ.

C Alberum (ita vocatur) relaxaſſe decimas Miliarinæ in territorio Carpenſi monialibus S. Juliæ de Brixia ordinis S. Benedicti, quas ibi poſſidebant, & curtem anno 1148. quam poſtea permutaverunt cum curte S. Dalmatii in Meldule juris monaſterii, & monachorum S. Proſperi ejuſdem Ordinis, inſinuant ſcriptæ tabulæ ejuſdem cœnobii S. Proſperi. Judicet nunc prudens lector, quid aſſerendum ſit in tanta nominum varietate, in iis monumentis exſcripta, cum etiam idem Epiſcopus alio etiam nomine Albriconi *c* enuncietur in monumento conſecrationis eccleſiæ SS. Michaelis, & Laurentii de Monte alto.

c Hic Acbriconus diverſus eſt ab Albero, ut mox dicemus.

In nomine Domini 1172. Indictione VI. Breve recordationis qualiter Albriconus Reginus Epiſcopus conſecravit eccleſiam SS. Michaelis, & Laurentii de Montealto, quando ibat pro viſitandis plebibus præſentibus Canonicis majoris Eccleſiæ, videlicet Archidiacono Jacobo, & ſacerdote Odone, & magiſtro Peregrino, & presbytero Alberto dictæ Eccleſiæ, & præſentibus vicinis ſcilicet Azone de Vallegelata, & Termone, & multis aliis, poſtea conſecrata fuit. Actum D *eſt hoc in Eccleſia S. Michaelis, & S. Laurentii de Montealto feliciter. Ego Guido notarius ſacri Palatii rogatus interfui, audivi, & vidi, & ſcripſi.*

Panciroli, & alii Regienſes ſcriptores, referunt hunc Albericum, ſive Alberum, vel Adalberum ex familia Cambiatorum vetuſta fuiſſe, ad eam dignitatem vocatum ex Præpoſito majoris Eccleſiæ.

55 ALBERICUS (2) ſucceſſit Albero 1164. interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. 1179. Magni animi Præſul fuit, quippe qui Regii fun- LVII.

(1) Hic ipſe ſe in tricas inilcit Ughellus noſter. Documentum enim ad favorem cœnobii S. Proſperi datum fuit non anno 1150. ſed 1050. ideoque referendum non ad hunc Alberium, ſed ad Adalbertum, qui tunc Præſul Reginus erat, quo etiam tempore præfatum cœnobium regebat Landulfus Abbas, cujus meminit documentum, ut ex Abbatum S. Proſperi Catalogo ſupra relato videre eſt. Propterea nil impedit, quod Alberius ad Reginam ſedem perveniſſe dicatur anno 1140. ut ex Gualterii Ravennatis Archiepiſcopi documento clare colligitur, & vixiſſe ad annum 1164. quo eum obiiſſe notat Kalendarium Rhenanum. Cæterum verum eſt Alberium ipſum vocitatum modo Adalbertum, ſed Adalberum, ut videre eſt in quodam inſtrumento concordiæ rogato de menſe Julio 1145. inter documenta Archivii Cathedralis n. 223. in quo Notarius uno loco eum vocat Adalbertum, alio vero Adalberum, & ipſe Epiſcopus ſe ſubſcribit. *Ego Alberius Epiſcopus*: ideoque unum, atque eumdem fuiſſe Alberum, Alberium, Adalbertum, Adelbertum, Adelberium, variè ſic appellatum credendum eſt, non autem Albericum, vel Albriconum, quem ab Adelberto diverſum fuiſſe infrà clariſſime evincam.

(2) Albericum hunc, ſeu alio nomine Albriconum diverſum fuiſſe ab Alberio, vel Adalberio ſupra memorato præterquamquod colligatur ex Kalendario Rhenano, quod aſſerit Alberium deceſſiſſe anno 1164. & Albericus diu poſt ſupervixerit, ex ſequenti tamen documento clare convincitur: quod in

Digitized by Google

fungeretur Prætura, inque cives regium propemodum Principatum exercere. Fato functus eſt 1187.
(,, *Albriconis ſequens ſententia habetur in Archi-*
,, *vio Cathedralis Regienſis n.448.*
,, *In Dei nomine M.C.LXXX.die 15.exuente men-*
,, *ſe Septembris Ind. 13. Nos quidem in Dei nomine*
,, *Albriconus Dei gratia Reginus Epiſcopus licet in-*
,, *dignus cognitor cauſæ, quæ vertebatur inter Petrum*
,, *Præpoſitum Reginum pro Eccleſia ſua ex una par-*
,, *te, & Albertum Falconum ex alia, quæ talis erat.*
,, *Conquerebatur jam dictus Albertus de Præpoſito,*
,, *quod injuſte ſecuerat blavam ſuam, & contra volun-*
,, *tatem ſuam traxerat eam ad Aream ſuam in Ri-*
,, *valta, quæ Blava fuerat de tenutabus Nerſorum, &*
,, *Zufaldi, & de pignoribus, quæ & ipſe Præpoſitus*
,, *abſtulerat hominibus ſupradictis Rivaltæ: Et Præ-*
,, *poſitus è converſo pro Eccleſia ſua conquerebatur*
,, *de ipſo Alberto de fructibus, quos abſtulerat Alber-*
,, *tus de terra Eccleſiæ in Gavaſſa, & de inquietatio-*
,, *ne poſſeſſionis prædictorum, & de pœna 20.librarum,*
,, *quas promiſerat, ſi non ſtaret arbitrio, quæ inter eos*
,, *fecerant Gulielmus & Conſules Regini. Viſis utrinſ-*
,, *que partis teſtibus, & rationibus hic inde diligenter*
,, *inſpectis ad reſtitutionem Blavæ, & pignorum Præ-*
,, *poſitum condemnamus; & quia Blava apud Lavora-*
,, *torem voluntate noſtra poſita fuerat, præcipimus*
,, *Præpoſito, ut eam reſtituire faciat, & ipſum Alber-*
,, *tum in petitione fructuum, & inquietationis Poſſeſſio-*
,, *nis prædictorum abſolvimus. ad præſtationem vero*
,, *pœnæ 20.librarum, quam Præpoſito promiſerat, ipſū*
,, *Albertum Præpoſito condemnamus: facultatem ta-*
,, *men Alberto concedimus, ut ſi infra 20. dies arbi-*
,, *trio, quod fecerat Gulielmotus & Conſules, ſtare*
,, *voluerit, ut in Inſtrumento continetur, à pena præ-*
,, *ſtatione ſit liberatus.*
,, *Actum Regii in præſentia Præpoſiti de Caſtro Aria-*
,, *no ſacerdotis veritatis & perpetuo Magiſtri*
,, *Burgondionis, Alberti Bonizonis, Pariſii Roma-*
,, *ni, Rolandi Caritatis, Jeronimi Zoboli, Albri-*
,, *conis Guizoli, Guidotti de Marcheſis, Aicardi*
,, *Imolenſis, Guidonis Moriſcoli, & aliorum Cle-*
,, *ricorum, & Laicorum.*
,, *Ego Aimericus Notarius ſacri Palatii rogatus in-*
,, *terſui, & hoc præcepto Epiſcopi d. ſcripſi, com-*
,, *plevi, ac dedi.*

LVIII 56. PETRUS ad eandem ſedem promotus eſt 1187. poſtremam diem obiit 1212.[a] Hujus extat memoria in quodam declarationis documento ad favorem monaſterii S.Proſperi, ubi fit mentio Ugonis, & Jacobi de Seſſo, aliorumque Regienſium Canonicorum anno 1208. in hunc modum.

a Ex App. tom.3.

In Dei *nomine.*

Anno ejus 1208. die 2. menſis Decembris, *Indict. 11. In præſentia, & teſtimonio magiſtri Matthæi clerici S. Petri, D.Cazzoli Archipresbyteri de Luzaria, Henrici de Luzaria, Benedicti notarii, Araldi Marchiſii, & aliorum, qui teſtes rogati ſunt. In concordia fuit D. Petrus Reginus Epiſcopus, & Rodulfus Reginus Archidiaconus, & Albertus Præpoſitus Reginus, & alii Canonici, ſcilicet Petrus Præpoſitus S.Proſperi, Ugo, & Jacobus de Sezzo, & magiſter Martinus, quod ſi Dominus Abbas Proſper pro ſe, & clericis ſuis ſolveret illam partem dationis, ſeu collecta, quæ fiebat pro communi, & quæ erat impoſita monaſterio, & eccleſiis ſuis, quod ipſi nolebant, quando propter hoc deberet fieri aliquod præjudicium monaſterio, nec eccleſiis ſuis, nec volebant aliquam conſuetudinem, vel aliquod jus propter hoc acquirere in monaſterio, vel in eccleſiis ſuis, ſed in omnibus honor Eccleſiæ Romanæ, & monaſterii S.Proſperi, & ejus privilegia nova, & vetera ſint ſalva, ac ſi non dediſſent, & per tale datum, vel concordiam, in qua fuit* Dominus *Epiſcopus cum Canonicis ſupradictis ab una parte, & Dominus Abbas ab alia, non ſtat præjudicium aliquod juri monaſterii, nec juri Epiſcopi, & Eccleſiæ Reginæ, ſed jus utriuſque partis ſit ſalvum.*

Actum Regii in camera Epiſcopi feliciter.

Ego Americus not. ſac. Palatii. Aver. not. filius rogatus interſui, & hac ſcripſi.

(,, Hujus Petri memoria in Archivio ejuſdem
,, Cathedralis Regienſis habetur anno 1184. quo
,, confirmat bona ſpectantia ad Archipresbyte-
,, rum Majoris Eccleſiæ. Ecce documentum, quod
,, tamen vel in anno, vel Indictione aſſignandam
,, oportet mendoſum eſſe: cum anno 1184. curre-
,, ret Indictio ſecunda: putarem datum anno 1190.
,, Indictione VIII.
,, *In nomine D.N.J. Chriſti anno ejuſdem MCL* Ex Arch. Cath. Reg. capl. a. n. 117.
,, *XXXIIII. die Mercurii ultimo exeunte menſe Ma-*
,, *dii Ind. VIII. Petrus Dei gratia S. Reginæ Eccleſiæ*
,, *Epiſcopus, ac proviſor indignus. Si dignis noſtrorum*
,, *fidelium petitionibus præbuerimus aſſenſum, devotio-*
,, *ris fidelitatis eos affore minime dubitamus. Unde om-*
,, *nibus S. Dei Eccleſiæ, univerſiſque fidelibus præſen-*
,, *tibus, & futuris notum fore volumus quendam noſtræ*
,, *Eccleſiæ Canonicum, & Archipresbyterum ejuſdem*
,, *Eccleſiæ nomine Bonfilium noſtram ſupplex petendo*
,, *adiiſſe paternitatem, quatenus ei antiquum beneficium,*
,, *quod habuerant Archipresbyteri à noſtris prædeceſ-*
,, *ſoribus, confirmaremus, & novum largiremur. Unde*
,, *tua tibi Archipresbyter ſervitia conſiderantes Ple-*
,, *bem de Cereto cum Capella ſua de Monticello, & ec-*
,, *cleſiam S.Petri de Civitate Regii cum omni Jure ſuo,*
,, *& omnibus pertinentiis, & manſum de Cadregnano*
,, *in Curte Albeneri, qui detinetur per Artiolum &*
,, *Martinum & conſortes eorum, & medium manſum*
,, *in Maſenzatico, qui detinetur per Oldeurandos, &*
,, *Finellum, & Manſum unum in Civitate in Plebe*
,, *Quarantulæ, qui detinetur per Rudolfinum, & ejus*
,, *conſortes; & Manſum de Brolo, qui eſt in inſula Lu-*
,, *zariæ, qui detinetur per filios Gandulfi de Bella &*
,, *eorum conſortes; & Manſum unum alium in eadem*
,, *inſula, qui eſt in Villa, quæ dicitur Villa Giberti Ra-*
,, *taldi per Saldinos, & per Tulios, quæ omnia cogno-*
,, *vimus anteceſſores tuos detinuiſſe, noſtra largitate*
,, *concedimus, largimur, & confirmamus tibi, & tuis*
,, *ſucceſſoribus in perpetuum. Inſuper donando addi-*
,, *mus tibi, & tuis ſucceſſoribus in perpetuum decimam,*
,, *quam habemus in Curte Rivi juxta Campaniolam,*
,, *quæ colligitur per Ciriolum, ut habeas in perpetuum*
,, *tu Archipresbyter Bonfilius, & tui ſucceſſores, &*
,, *fruaris cum omnibus acceſſionibus, & ingreſſibus, &*
,, *redditibus eorum, & earum . . . . ſine omni*
,, *noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum contradictione, vel*
,, *moleſtatione, & facias quidquid tibi opportunum fue-*
,, *rit. Si quis autem hanc noſtræ conceſſionis, largitio-*
,, *nis, confirmationis paginam infringere temptaverit,*
,, *maledictionem D. Patri omnipotentis & filii, & Spi-*
,, *ritus ſancti habeat. Et ut hoc verius habeatur, & fir-*
,, *mius ab omnibus ſucceſſoribus noſtris credatur, pro-*
,, *pria manu noſtra firmavimus, & hoc per Janellum*
,, *filium quondam Aunerii notarium noſtrum tabellio-*
,, *nem fieri juſſimus.*
,, *Actum Regii in capella S. Andreæ feliciter. Teſtes*
,, *rogati interfuerunt Donnus Rodulfus Reginæ Ec-*
,, *cleſiæ Canonicus, Albertus Cambiator.*
,, *Ego Petrus Reginus Epiſcopus ſſ.*
,, *Ego Janellus ſacri Imperii notarius rogatus inter-*
,, *ſui, & hæc omnia ſcripſi, complevi, & dedi.*
,, Anno vero 1191. judex compromiſſarius com
,, poſuit lites inter Canonicos S. Mariæ Majoris,
,, & Canonicos S. Proſperi ſequenti ſententia.
In nomine Dom. Ego Petrus Reginus Epiſ. licet indi-
,, *gnus, cognitor diſcordiæ, quæ vertebatur inter Præ-* Ex Arch. Cath. Reg. n.1 1.
,, *poſitum Ugonem S. Mariæ Majoris pro ſe, & ſua Ec-*
,, *cleſia, & ſuis fratribus ex una parte, & Gerardum*
Præ-

Archivio Cathedralis Regienſe n.1123. aſſervatur hujus tenoris. *In nomine Domini. Anno ab Incarn. D.N.I.C. 1193. die Dominico de menſe Martii Ind. XI Breve recordationis qualiter in præſentia Severoli, & Gibertini, & Baldelli Archipresbyter Girardus Eccleſiæ plebis s. Eleucadii, & Presbyter Vivertus dederunt poteſtatem Giberto Reginæ Canonico, & Rolandino Canonico s. Petri de Campagnola, qui erant præſentes, & Randolfino de Caspierto, ut jurarent coram Archidiacono Bononienſe ſuper animabus eorum, quod Epiſcopus Adelbertus Reginus conſecravit dictam Eccleſiam s. Eleucadii præſentibus Reginis Canonicis, videlicet ſacerdote Odone, Albricono Canonico, & Præpoſito, qui poſtea fuit Epiſcopus, & Presbytero Alexandro; nec poſtea fuit conſecrata ab aliquo, & in anno illo currebat 1160. Ind. 8. Ego Lazarus Notarius s. Palatii rogatus interfui, audivi, exſcripſi, & dictam milleſimum vidi, & legi.* En Albriconus, dum anno 1160. Adelbertus conſecrabat Eccleſiam S. Eleucadii, ipſe interfuit ut Canonicus Regienſis cum ſuo Epiſcopo.

Digitized by Google

Præpoſitum S. Proſperi pro ſe, & ſua Eccleſia, & ſuis fratribus ex alia, quæ talis erat. Dicebat namque Præpoſitus Ugo, quod erat in poſſeſſione tertiæ partis integræ canelarum poſitarum circa cadavera, & in poſſeſſione miſſarum majorum pro Defunctis, ad quas invitantur in Eccleſiis Civitatis, & Epiſcopatus, & in omnibus oblationibus earum miſſarum majorum, & in poſſeſſione oblationes integra in Eccleſiis Civitatis, & Epiſcopatus, conſecrationum Eccleſiarum. Præpoſitus quoque Girardus S. Proſperi dicebat ſe, & Eccleſiam ſuam eſſe in poſſeſſione canelarum pro tertia parte, ideſt in reſpectu illius partis, quam Canonici dicunt ſe habere hoc modo; ut ſi Canonici Majoris Eccleſiæ habent iv. illi de S. Proſpero ij. & ſi Canonici majoris Eccleſiæ habent vi. illi de S. Proſpero iij. & hoc de reliquis de canelis, quæ remanent per illam partem, quam Canonici dicunt ſe habere; de oblationibus quoque miſſarum majorum Defunctorum dicit Præpoſitus S. Proſperi ſe, & ſuam Eccleſiam eſſe in poſſeſſione tertiæ partis, hoc id eſt de oblatione conſecrationum Eccleſiarum in Civitate, & Epiſcopatu, excepto de oblatione, & canelis in Eccl. majori, & in Eccleſia S. Proſperi, quæ ſunt, vel erunt circa cadavera, de quibus nunc non judico, quia non eſt commiſſum in me. Viſis teſtibus, & confeſſionibus utriuſque partis, & inſtrumentis ab utraque parte prolatis, præcipio Præpoſitum S. Proſperi, ipſumque condemno, ne impediat Præpoſitum Ugonem, ſive ſuam Eccleſiam S. Mariæ in tertia parte integre canelarum, quæ ſunt, vel erunt circa cadavera defunctorum, ad quæ invitantur, & ipſi quoque Præpoſito S. Mariæ ipſumque condemno, ne Præpoſitum S. Proſperi, ſive Eccleſiam ſuam impediat in reliquis canelis, quo minus tertiam partem habeat in reſpectu illius partis, quā dicit Præpoſitus Ugo ſe habere, ſicuti ſuperius dictum eſt. Præpoſito quoque S. Proſperi præcipio, ipſumque condemno, ne Præpoſitum Ugonem majoris Eccleſiæ, ſive ſuam Eccleſiam impediat in miſſis majoribus defunctorum, & oblationum earum, ad quas invitantur in Civitate, & Epiſcopatu. De poſſeſſione vero oblationum conſecrandarum Eccleſiarum in civitate, & Epiſcopatu, præcipio, ne alter alterum in ſua poſſeſſione impediat, & ita ut poſſidet, poſſideat, judico, ſalvo jure in omnibus ſupradictis proprietatis, vel quaſi utrique parti, & reſervato ſi quid &c.

Data Regii in Palatio Epiſcopali die Sabbati in die S. Laurentii intrante menſe Auguſti coram Guizolo de Albricono, & Filiis Guidotino, & Albricono, Guidone de Regio, Ariberto de Guicis, Enrico Rataldi, Luca de S. Germano, Roclerio de Como, & multis aliis 1191. Ind. ix.

Ego Janellus Sac. Imp. Not. huic ſententiæ interfui, & dicti D. Epiſcopi parabola hoc ſcripſi, complevi, & dedi.

Hoc eodem anno ad favorem Eccleſiæ S. Mariȩ Regienſis dedit Henricus VI. ſequens Privileg.

Ex Arch. Cath. Reg. Capſ. 7. n. 1131.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Henricus VI. Divina favente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Apud Regem Regum nobis ſummopere ſperamus proficere, ſi Eccleſiis Dei, & earum perſonis jura ſua conſervamus illibata. Inde eſt, quod præclaræ felicis memoriæ Patris noſtri Friderici Romanorum Imperatoris Divi Auguſti veſtigia ſequentes Eccleſiam B. Mariæ apud Regium cum univerſis poſſeſſionibus ſuis, rebus, & perſonis in noſtræ majeſtatis defenſionem recepimus, eique Imperiali auctoritate confirmamus omnes Cortes & Plebes, omneſque res, & proprietates in eodem Regienſi Comitatu, ſeu Parmenſi, Mutinenſi, atque Bononienſi, Veronenſi, ac Papienſi comitatibus jacentes per præcepta anteceſſorum noſtrorum Imperatorum Karoli, Ludovici, Lamberti, Berengarii, aliorumque Imperatorum, Regum, ſeu quorumcumque hominum per aliquas inſcriptiones, & teſtamenta eidem Eccleſiæ legitime aſſignatas; videlicet omnem diſtrictum, Teloneum, Terraticum, ſtraticum, omnemque publicam functionem tam infra eandem Regienſem Civitatem, quam extra in circuitu per quatuor milliariorum ſpatia: Nec non etiam Curtem Maſſenzatica, Curtem, quæ Nove dicitur cum plebe, Curtem de S. Stephano cum plebe, Curtem Mercoriatica, Caſtellum * de Favorice cum plebe, Inſulam de Suzzaria cum plebe & ſuis pertinentiis, plebem de Luciaria, plebem de Vvardaſtalla, plebem de Pigunaca, plebem de Revero, Curtem S. Martini de Spino cum piſcariis & Paludibus, plebem de Carpo, plebem de Herbaria, Cardignacula cum Capella, plebem de Prato cum Caſtello, Curtem de Campo Rotundo cum plebe, plebem de Bannio cum Curte, Caſtellum de Arceto cum ſuis pertinentiis, Curtem de Milituno cum plebe, Curtem de S. Salvatore, plebem de S. Eleucadio, plebem de Catellerano cum Curte, Capellam de Rodilia cum ſuis pertinentiis, plebem de Tuano, plebem S. Vitalis de Verabulo, Curtem de Menocio cum plebe, Capellam de Velonio, plebem de Biſmanto, Villas etiam Lamma Fraularia, & Naſſeto & nivum Diluvii, montem inſuper qui Ronolo dicitur, Corticellam, quæ Belledi dicitur, Precarias, quæ ſunt in Pidiliano, cum Eccleſia S. Proſperi, plebem de Lezolo, plebes de Pullianello & Bibiano ac Cavilliano. Curtem de Albinea cum plebe, Caſtellum de Querfola, Curtem de Runcoſiſuli cum Silva, plebem de Modelena, Curtem de Maroro, Terram, quæ eſt in Ferraria, & in Cugumario, & in Vico Variano, & in Caſtello Comaclo intus & deforis cum ſalinis, terras cum olivis & vineis in Garda, Terra in Civitate Papia tabulas LII. & extra, Pratum de Vaccile, aliaſque Curtes & plebes cum omnibus terris, Capellis, vineis, pratis, ſilvis, venationibas, aquis, rivis, piſcationibus, molendinis, Paludibus, rupibus, Alpibus, montibus & vallibus, & planitiebus, ſervis & ancillis, Aldis & Aldiabus, & omni familia utriuſque ſexus, & omni integritate prædictarum Curtium & plebium una cum Capella de ſeſſo cum ſilva & ejus omnibus pertinentiis, cum lacu etiam, qui Vico dicitur, cum loco inſuper, qui Caldevaſe nominatur, omnibuſque rebus mobilibus & immobilibus in prænominatis locis pertinentibus, ut prælibata Eccleſia prædicta omnia loca cum omnibus in integrum eorum pertinentiis habeat, teneat, & in æternum firmiter poſſideat, omnium hominum contradictione remota. Præterea confirmamus eidem Regienſi Eccleſiæ Curtem unam in Comitatu, & Epiſcopatu Regino, quæ dicitur Curtis Nova, quam nuper obtinuit de Abbate de Placentia S. Sixti, & Curticellam quandam, quæ Cella dicitur, ſitam in Epiſcopatu Regino inter Regium & Parmam. Concedimus inſuper eidem Eccleſiæ, ejuſque, qui pro tempore fuerint, Vicariis, ut noſtra Imperiali fulti auctoritate, habeant poteſtatem Caſtella, munitiones, libellaria à deceſſoribus Epiſcopis injuſte, & inordinate facta frangere, & Deo placite omnia ordinare. Addimus denique huic noſtræ ſanctioni, ut nulla præſcriptio 30. vel 40. annorum, vel etiam centum annorum tempus Eccleſiæ ſupradictæ, vel alicui actioni ipſi Eccleſiæ competenti noceat. Hæc omnia ſupradicta Regienſi Eccleſiæ confirmamus, ſalva per omnia Imperiali juſtitia. Si quis autem temerarius violator, quod minime credimus, hoc noſtrum præceptum infringere temptaverit, & res præfatæ Eccleſiæ invadere, aut intromittere ſine licentia ejus Epiſcoporū abhinc in antea præſumpſerit, cognoſcat ſe compoſiturum auri cocti libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem eidem nominatæ Regienſi Eccleſiæ, ac ejus Vicariis.

Hujus rei teſtes ſunt Vvilhelmus Aſtenſis Epiſcopus, Otto Friſingenſis Epiſcopus. Bernardus Parmenſis Epiſcopus. Ardicio Mutinenſis Epiſcopus. Bonifacius Novarienſis Epiſcopus. Verardus Bononienſis Epiſcopus. Verardus Belluenſis Epiſcopus. Patriarcha Aquilejæ. Godefridus Conradus Dux de Rotebem. Boniſacius marchio montis Ferrati. Comes Rabodo de Ortember. Robertus de Durne. Henricus Teſta mariſcalcus. Henricus Camerarius de Luca &c. & alii quamplures.

* De Fabrice.

Sign-

A

Sign. D. Henrici Sexti Romanorum Regis Invictiſſimi.



„ *Ego Droherius Imperialis Aulæ Cancellarius vice D. Philippi III. Archiepiſcopi & totius Italiæ Archicancellarii recognovi.*

„ *Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. 1191. Ind. 9. Regnante D. Henrico VI. Romanorum Rege glorioſiſſimo anno Regni ejus XXII.*

„ *Datum Bononiæ per manum Magiſtri Henrici Imperialis aulæ Prothonotarii III. Id. Februarii feliciter. Amen.*

LIX. a Ad hunc ſcripſit Honorius III. ut ex cap. ſe nobis. De Clericis peregrinis. * Ex App. tom. 5.

B

57. NICOLAUS Maltraverſus a eadem Regienſi dignitate fulſit 1213. Innocentius III. Pontifex ſcribit ad Epiſcopum Cremonenſem ſedis Apoſtolicæ Legatum, ut Regienſem adhortaretur electum Pontificem ad reformationem Vicentinæ Eccleſiæ, Ep. 15. ann. 16. Pont. 6. Idus Aprilis. Mortuus eſt Nicolaus 1244. * Nicolaus iſte Maltraverſus nobili familia Vicentina natus, ex Patavino Canonico evaſit Epiſcopus Regienſis, vir egregiis virtutibus ornatus, variis muneribus pro Chriſtiana republica, prove Regienſi populo obitis, apud omnes inclaruit. Charus fuit Federico II. Imp. apud quem pro pace inter ipſum Pontificemque maximum ſancienda non ſemel Orator, ampliſſimum pro ſua Regienſi Eccleſia privilegium obtinuit, quod adhuc extat in epiſcopii tabulario, hiſce conceptum verbis.

Ex Archiv. Cath. Reg. capſ. 7. n. 1110.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

C

Federicus II. divina favente gratia Romanorum Imperator Auguſtus, & Rex Siciliæ. Tunc Imperatoriæ dignitatis thronus extollitur, ac illuſtribus laudum titulis decoratur, cum ad Eccleſias Dei principalis dirigitur clementer intuitus, & quod eiſdem Eccleſiis miſericorditer erogatur, ne vetuſtate ſcripturæ depereant, de innata clementia innovat, & confirmat. Inde eſt, quod univerſis fidelibus noſtris, tam modernis, quam poſteris volumus eſſe notum: Quod Nicolaus ven. Epiſcopus Regienſis fidelis noſter duo antiqua, & authentica privilegia; unum videlicet Ugonis, & Lotharii, & aliud Othonis Imperatoris Divorum Auguſtorum prædeceſſorum noſtrum per nuntium proprium noſtræ curiæ præſentavit, in quibus continebatur, qualiter dicti Principes prædeceſſores noſtri confirmaverant, ac plene corroboraverant S. Reginæ Eccleſiæ in honorem S. Dei Genitricis, ſemperque Virg. Mariæ conſtructæ, Sanctique Proſperi Confeſſoris, omnem terram ipſius comitatus, & publicam functionem cum teloneo, & ſtradatico, & muris in circuitu, & foſſato, & alveum aquæ à quatuor milliariis intrinſecus ſurſum, & deorſum. Omnes quoque curtes, plebes, Abbatias, & monaſteria, & capellas. Præſentavit etiam Epiſcopus ſupradictus celſitudini noſtræ per præfatum nuntium ſuum alia duo authentica privilegia a claræ memoriæ Friderico avo noſtro, & Henrico patre noſtro Imper. Divis Auguſtis ſupradictæ Eccleſiæ Regien. indulta, in quibus continebatur, qualiter ipſi avus, & pater noſter Eccleſiam ipſam cum univerſis poſſeſſionibus ſuis, rebus, & perſonis ſub ſuæ majeſtatis defenſione receperant, eique Imperiali auctoritate confirmaverant omnes curtes, & plebes, omneſque res, & proprietates in eodem Regienſi comitatu, ſeu Parmenſi, Mutinenſi, atque Bonon. Veronenſi, ac Papienſi comitatibus jacentes, per præcepta anteceſſorum Imperatorum Caroli, Ludovici, Lamberti, Berengarii, aliorumque Imperatorum, & Regum, ſeu quorumcunque hominum per aliquas infraſcriptiones, & teſtamenta eidem Eccleſiæ legitime aſſignatas, videl. omne diſtrictum, teloneum, terraticum, ſtradaticum, omnemque publicam functionem tam infra eandem civitatem Regienſem, quam extra in circuitu per quatuor milliarorum ſpatia; necnon & curtem Mazenzaticam, curtemque, quæ nova dicitur, cum plebe, curtem de S. Stephano cum plebe, & curticella quadam, quæ cella dicitur, ſitam in Epatum Regien. inter Regium, & Parmam; conceſſerant quoque eidem Eccleſiæ per eadem privilegia ejus Vicariis, qui pro tempore fuerint, ut eorum Imperiali auctoritate fulti habeant poteſtatem caſtella, munitiones, portus, molendina, & quicquid eis juſtum viſum fuerit ſuper prædicta loca, & aquas conſtruere de certa precaria communitatis, libellaria à ſucceſſoribus Epiſcopis injuſte, & inordinate facta frangere, & Deo placite omnia ordinare. Addiderunt denique prædictæ ſanctioni eorum, ut nulla præſcriptio 30. vel 40. annorum, vel etiam tempus centum annorum Eccleſiæ ſupradictæ, vel alicui actioni ipſi Eccleſiæ competenti noceat. Et idem Regienſis Epiſcopus celſitudini noſtræ humiliter ſupplicavit, ut ea omnia, quæ ſuperius continentur, ipſi Regienſi Eccleſiæ confirmare noſtra ſerenitas dignaretur. Nos itaque præfati Epiſcopi ſupplicationibus benignius inclinati, inhærentes quoque veſtigiis prædeceſſorum avi, & patris noſtri fidelium Auguſtorum, eundem Epiſcopum, & ipſam Regien. Eccleſiam in omnibus bonis ſuis ſub Imperii noſtri protectione, ac defenſione recipimus, omnia, quæ continentur ſuperius, ſicut ea ſupraſcripta authentica privilegia plenius continebantur, eidem Epiſcopo, & Eccleſiæ ſupradictæ in perpetuum confirmantes, ſalva per omnia Imperiali juſtitia. Si quis autem temerarius violator hoc noſtræ confirmationis præceptum infringere temptaverit, & res præfatæ eccleſiæ invadere, aut intromittere ſine licentia Epiſcoporum ipſius ab hinc in antea præſumpſerit, cognoſcat ſe compoſiturum auri puri libras mille, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem eidem Regien. eccleſiæ, ac ejus Vicariis. Ad hujus noſtræ confirmationis memoriam, & robur perpetuo valiturum præſens privilegium fieri, & majeſtatis noſtræ ſigillo præcipimus communiri.

Hujus rei teſtes ſunt Bernardus Panormitanus, & Nicolaus Tarraconenſis Archiepiſcopi, Gerardus Tridentinus, & Corradus Tergeſtinus Epiſcopi, Joannes Abbas Caſamarii. Vvilielmus March. Monteſferrati, Raynaldus Dux Spoleti, & plures alii.

Signum Domini † Federici II. Dei gratia invictiſſimi Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ.

Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. 1224. menſe Martii, XII. Indict. Imperante D. noſtro Federico II. Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ. Anno Romani Imperii ejus 4. Regni vero Siciliæ 26. feliciter. Amen.

Datum Cathaniæ anno, menſe, & indict. præſcriptis.

Anno 1226. Nicolaus, ut erat infracti animi vir, & ad ardua natus ab Honorio III. Pontif. Max. Apoſtolicus legatus miſſus in Orientem, ut illuc contra Sarracenos bellantibus Chriſti fidelibus opem afferret. Diu eam provinciam ſuſtinuit eximie, quem vlrum generis, & morum nobilitate conſpicuum deprædicat idem Honorius, ſuis in literis ad univerſos Orientis Prælatos, quas non pigebit referre.

D

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, & aliis eccleſiarum Prælatis, & clericis univerſis per Regnum Theſſalonicæ, ac per Achajam conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ven. frater noſter Nicolaus Reginus Epiſcopus vir generis, & morum nobilitate conſpicuus, quem ad partes veſtras pro communi utilitate terræ ſanctæ, ſicut res tunc poſtulare maxime videbatur, officio legationis ſibi commiſſo tranſmiſimus, adhuc ibi de ſpeciali mandato noſtro, qui ſic expedire credimus, moram trahat. Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eundem ſicut Apoſtolicæ Sedis Legatum recipientes, honorifice, ac honeſte tractantes, ſalubribus monitis, ac mandatis ejuſdem intendatis, & obediatis humiliter, ac devote. Alioquin ſententiam, quam rationabiliter tulerit in rebelles, præcipimus uſque ad ſatisfactionem condignam firmiter obſervari.

Dat.

Dat. Lateran. 6. Id. Julii, Pontific. noſtri anno X.

Ante hæc tempora ſub Innocentio III. Mantuanos inſulæ, & pagi Suzariæ occupatores Regienſium expulit armis. Fuerunt enim Mantuani ab Innocentio diris innodati, cum Mutinenſibus, Ferrarienſibus, ac Cremonenſibus in occupatione earum rerum Eccleſiæ Regienſi obnoxiarum perſeverarent, aſſerentes eam inſulam ad Mantuanum Epiſcopatum ſpectare, vigore cujuſdam privilegii à Friderico Imp. anno 1165. Graſſedonio Epiſcopo Mantuano elargiti. Procurante igitur Nicolao Epiſcopo in ordinem redacti Mantuani, ac vi armorum reſtitutus eſt in vetuſta poſſeſſione Regienſis Epiſcopatus, quam olim Carolus Magnus eidem attribuerat.

Sub Gregorio IX. inter Mutinenſes, & Bononienſes mediator fuit, ut pax inter eos firmaretur. Hanc illi provinciam demandavit Gregorius, ſcriptis ad eum literis, in hunc tenorem.

Conſiderantes, quam multa ex bello, quod inter Bononenſes, ac Mutinenſes geritur, præter ſtrages corporum, diſpendia fortunarum, & pericula animarum, alia præterea immineant detrimenta, his Apoſtolicis literis tibi præcipimus, ut utramque civitatem adeas, eamque monitis, ac precibus ad pacem, aut certe longas inducias pacis eas adducas; qui vero tua præcepta reſpuerint, in eorum civitatem interdictum, in prætores, ac conſilium ſacram deteſtationem, omni appellatione remota, intendas. Peruſia 3. Idus Octobris, pontificatus noſtri anno 3.

His mandatis ſuſceptis Nicolaus, inducias inter eoſdem Bononienſes, ac Mutinenſes indixit, aliaque ex pontificia auctoritate mandavit ſervanda ſequenti edicto, eo ipſo tempore, anno ſcilicet 1229. dato.

Ego Nicolaus Epiſcopus Regienſis ex mandato D. Gregorii Pontificis ad pacem, aut longas inducias inter Bononienſes, & Mutinenſes componendas delegatus, receptis à prætoribus, & conſiliis utriuſque civitatis ſolemnibus ſacramentis de induciis inter ſe ſervandis, & captivis reſtituendis, ex formula compromiſſi dico, præcipio, arbitror, & judico ab hodierno die uſque ad Kal. Januarias primas, & a Kal. Januariis primis uſque ad octo annos expletos, ipſi inducias inter ſe ſervent, ita ut nec inter ſe detrimentis ullis afficiant, & tutos tranſitus præbeant. Legantur etiam ab utraque parte boni, qui lites, ſi qua inciderint, judicent. caſtrum nullum novum intra tempus induciarum juxta fines per duo millia paſſum conſtruatur; exules in finibus verſari non permittantur, neque adjuventur, qui arma alteri horum intulerint, ſi bellum in finibus erit. Mutinenſes, Parmenſes, & Cremonenſes, qui contra Bononienſes ſteterunt proſcriptorum numero à Bononienſibus eximantur, itemque Bononienſes à Mutinenſibus; Mutinenſes aquam Scultemna, quam in agrum Bononienſium detorſerunt, coerceant uſque ad Kalen. Ian. proximas, & per ipſum induciarum tempus ſuo manere flumine ſinant. Qui vero non obtemperaverint, pontificia auctoritate à piorum communione ſuſpendo. Actum ſupra limen ædis S. Ægidii ad Mutiam præſentibus fratre Gualla legato Pontificis in Lombardia, Raymundo Abbate Nonantulano, Tancredo Archidiacono Bononienſi, Benedicto Abbate S. Petri Mutinæ, Hugone Lupo prætore Cremonæ, & Cavalcabove Parmæ, ac Parmenſium, Cremonenſiumque legatis 6. Kalen. in Generali Conſilio Aliprandus prætor nomine ipſius Conſilii inducias ſe ſervaturum promiſit: poſtridie vero eodem Conſilio per campanam à prætore advocato idem præcepit omnibus de conſilio, qui ſacramentum procuratori communis Bononiæ detinendis induciis dixerant, ſecederent in partem Occidentalem palatii, & facta ſeceſſione, qui erant in parte Orientali eodem, quo prætor, ſponſionis ſacramento ſe obligarunt.

Reduxit poſt hæc Nicolaus Cathedralis Eccleſiæ Canonicos ad ſexdecim, interfuitque fundationi Eccleſiæ S. Dominici, ubi primum lapidem poſuit cum Alberto Archipreſbytero, ut inſcriptio, quæ adhuc extat, proloquitur.

D. O. M.
Nicolaus Maltraverſius Vicentinus,
Regii Epiſcopus, una cum Alberto
Archipreſbytero primum poſuere lapidem
in fundo Eccleſiæ S. Dominici
anno MCCXXXIII.



58. **GUILLELMUS** Folianus civis Regienſis, ad patriæ ſedem ſubvectus eſt ab Innocentio IV. ut legitur in Vaticano Regeſto, Epiſt. 451.* Hic à Gibellinis civitate expulſus, poſt aliquot annos, rebus compoſitis, ad Eccleſiam ſuam revocatus, applaudente populo urbem ingreſſus eſt; adhuc electus numerum clericorum in plebe Suzariæ ſancivit hoc ordine perpetuo ſervando. LX.

* Ex App. tom. 5.

Guillelmus divina miſeratione Reginus electus dilectis in Chriſto Archipreſbytero, & Capitulo plebis de Suzaria ſalutem in Domino. Eccleſiarum utilitati, & ſacri divini nominis cultui expedire probatur, & à juris tramite non diſcordat, pro modo facultatum perſonarum numerum moderari, ne ab altaris obſequio, de quo vivere competenter non poſſunt, ſe ſubducat ſuperflua multitudo. Ea propter veſtris ſupplicationibus inclinati quartum decimum clericorum numerum . . . . Archipreſbytero computato, quem in pleb, & capellis penſatis capellarum, & plebis facultatibus communiter ſtatuiſtis confirmamus. Statuentes ut ſeptem ex iis cum Archipreſbytero ſint ſacerdotes, & loco ipſorum nullus recipiatur, niſi ſit paratus eccleſiæ in ſacerdotio deſervire. Et cedentibus clericis, qui nunc in eccleſia ſunt, vel etiam decedentibus nullus eligatur ibidem, vel etiam recipiatur, donec perveneritis ad numerum prætaxatum, auctoritate noſtra in his ſemper ſalva: nulli ergo ſubditorum noſtrũm hanc paginam noſtræ conceſſionis, ſeu confirmationis liceat infringere, vel ei auſu temerario contraire, alioquin indignationem B. Mariæ Virginis, & B. Proſperi Confeſſoris, nec non & SS. Martyrum Griſanti, & Dariæ ſe noverit incurſurum, & noſtram. In cujus facti evidentiam pleniorem præſens ſcriptum fieri juſſimus, & ſigilli noſtri munimine roborari.

Dat. Mantuæ 1250. Ind. 8. die 4. intrante Martio.

Hic in Inſubriæ potentibus Præſulibus numeratur, Princeps Imperialis, atque Epiſcopus, unde poſtea ejus ſucceſſores Regienſium Principum titulum deſumpſere. Satis imperioſe Regienſem Eccleſiam annos omnino 30. adminiſtravit. Poſtremam diem obivit 1283. ſepultuſque eſt in cathedrali, ubi grata, memorq; poſteritas hoc illi ſequens erexit elogium.

Guillelmo Foliano, Patritio Regienſi, hujus Eccleſiæ Epiſcopo, ac Principi, ornatiſſimo viro, qui cum luſtris ſex peractis ſediſſet, vita functus eſt anno M.CC.LXXXIII. Veteri ejus arca in Baſilica reparatione demolita, ut grati animi propenſiorem in familiam, & potiſſimum Annibalem, & Baldinum Comites Querciolæ, & hujus Eccleſiæ Archidiaconos teſtaretur hoc monumentum pie repondendum curavit Raphael Folianus preſbyter anno M. D.C.XII.

Porro comitatum Querciolæ, de quo fit mentio in Cœnotaphio, Guidoni de Monte de Foliano in feudum idem Guillelmus Regienſis electus conceſſit, quod ratum firmumque habuiſſe Innocentium IV. hæ docent literæ, quas legimus in Vaticano Regeſto Epiſt. 173. an. 9. ejuſdem Pontificis. Sic enim ſe habent.

In-

Digitized by Google

A *Innocentius, &c. Guidoni de monte de Foliano Reginæ diœceſis. Petitionibus devotorum nonnumquam ſedes Apoſtolica condeſcendit, & liberalis favoris benevolentiam impertitur. Cum igitur ſicut nobis exponere curaviſti, dilecto filio electo Regino noſtris olim dediſſemus litteris in mandatis, ut ſibi, ſuiſque fratribus, & hæredibus caſtrum de Querzola Reginæ diœceſis, quod per Reginen. fautores quondam F. olim Rom. Imperatoris dirutum fuerat, & vaſtatum, pro cujus reparatione ac defenſione damna gravia ſubjeras, & expenſas in feudum concederet, ac vos illis faceret pacifica poſſeſſione gaudere, idem electus G. de Foliano fratri ſuo, & hæredum veſtrorum nomine in feudum caſtrum conceſſit prædictum, ac de ipſo illum inveſtiens recepit ab eo fidelitatis ſolitæ fundamentum, prout in inſtrumento publico ſuper hoc confecto plenius dicitur contineri. Quare nos humiliter ſupplicaſti, ut conceſſionem, & inveſtituram hujuſmodi confirmare de benignitate ſolita curaremus. Nos itaque tuiſque precibus inclinati, quod ab eodem electo ſuper hoc factum eſt, gratum, B & ratum habentes, ac id auctoritate Apoſtolica confirmantes, ſupplemus defectum de noſtra plenitudine poteſtatis, ſi quis in hujuſmodi conceſſione & inveſtitura quoad ſolemnitatem juris fuit, aut etiam ex eo, quod capituli Eccleſiæ Regien. non intervenerit, ad hoc nec fuit requiſitus aſſenſus. Nulli ergo &c. noſtræ ſuppletionis, & confirmationis &c.*

Datum Perusii 6. Id. Aprilis anno IX.

LXI. 59. Fr. GUILLELMUS de Bobio Ordinis Minorum, poſt octo annorum interregnum diſcordantibus electoribus, qui Franciſcum Folianum Regienſem, & Theodoſium de Fliſco Cadurcenſem Canonicos poſtulaverant, a Pontifice electus Epiſcopus eſt hujus Eccleſiæ anno 1290. 10. Kal. Julii ex Reg. Vatic. Epiſt. 210. fol. 34. ann. 3. Nicolai IV. Deceſſit 1301. ſtatimque capitulum Fr. Joannem de Moloſellis Ord. Minorum elegit; ſed hunc Bonifacius VIII. confirmare renuit, & Matthæum Vicecomitem Canonicum Mediolanenſem deſignavit Epiſcopum, qui electioni noluit conſentire; ſequentem C tandem elegit, ut in Regeſt. Vat. Ep. 1407. f. 188. anno 8.

LXII. 60 HENRICUS Catalorcius *a* canonicus Cremonenſis eidem Eccleſiæ præfuit 1301. 2. Kal. Maii. * Obiit vero Henricus anno 1312. ſepultus in crypta ſub confeſſione Cathedralis cum hoc epitaph.

a Vide Ariſium in Cremona litterata. p. 137. Alandoſ. * Ex App. tom. 5.

Henrico de Caſalortiis Patritio Cremonenſi,
Doctori Epiſcopo Regii, & Principi, qui
obiit anno Salutis MCCCXII.

LXIII 61. VIDO Abaiſius Regienſis eandem dignitatem eſt aſſecutus 1313. ex lib. oblig. Hunc nonnulli ſcriptores cum altero Abaiſio confundunt. * Hic ille eſt Guido Abayſius ex condominis caſtri Abayſii in montibus Regienſibus ſiti, charus Ateſtinis Principibus, cujus opera translatus fuit ex hac ad Eccleſiam Ariminenſem, deinde ad Ferrarienſem. Excitavit hic duo ſacella in honorem Cathedræ Principis Apoſtolorum, alterum in Regienſi Cathedrali, quod ad decorem ſuæ familiæ dotavit, alterum in Baſilica Abbatiali S. Georgii Ord. S. Be- D nedicti, in quo humari voluit, ut narrat Acciarius. De quo etiam chronic. M.S. quæ in Collegio Societatis Jeſu Mutinæ aſſervatur. Abayſia prænobilis hæc familia gerit inſignia bipartitum ſcutum, ubi in ſuperiori parte aurea, tres globi atri coloris, in inferiori tres alii globi aurei in atro campo ſpectantur.

* Ex App. tom. 5.

LXIV 62. PETRUM electum fuiſſe reperio 1318. 12. die menſis Aprilis in lib. Proviſ. Prælatorum.

LXV. 63 * VIDO Robertus, hujus nominis II. Tripolitanus, nobilis Regienſis ex dominis oppidi S. Martini Ducatus Regienſis, quod oppidum adhuc de Robertis inſcribitur (fortaſſe ex Tripoli Regium divertentes genitores Vidonis, Tripolitani nomen cum avita Robertorum gente retinuere) adlectus fuit ſuæ patriæ Epiſcopus anno 1330. & is longe diverſus eſt à primo Guidone de Abayſiis poſtea Epiſcopo Ferrarienſi. De Guidone Roberto extat memoria in tugurio, ſeu crypta Cathedralis Ec- A cleſiæ Regienſis in marmore his verbis.

* Ex App. tom. 5.

D. O. M.
Tugurium Cathedralis olim
Libero Patri ſacrum
ſub titulo Aſſumptionis B. Mariæ Virg.
prope Epiſcopatum
magno ſumptu erectum, ac conſecratum fuit
die xviii. Novembris anno MCCCXXXIII.
Tempore Joannis Regis Boemiæ
& Guidi ſecundi de Robertis
Epiſcopi Regienſis.

Robertorum gentilitia ſtemmata ſunt ea, quæ in Ugone LXXXVII. Epiſcopo Patavino retulimus in V. tomo.

64 ROTLANDUS de Scarampis, Canonicus Laudunenſis, I.V. Doctor, ac Benedicti XII. Capellanus, in locum Vidonis Epiſcopus Regienſis LXVI. ab eodem electus anno 1336. 6. Id. Maji, in Epiſt. 71. p p. ann. 2. Reg. Vatic. in quo alia extat Epiſtola ejuſdem Pontificis, nobilibus viris Ludovico de B Gonzaga, & Guidoni Philippino, Feltrinoque ejus capitaneis civitatis Mantuæ, quibus commendat Rotlandus a ſe electum Epiſcopum, hortaturque eos, ut ab aſſiſtentia, favore, & auxilio Thomaſini de Foliano Præpoſiti Eccleſiæ S. Quirini de Corrigio in Eccleſia Regina intruſi deſiſtant. Is enim anno 1332. Guidone ad Ferrarienſem Eccleſiam translato, a Bertrando Epiſcopo Card. Oſtienſi Legato, factus hujus Eccleſiæ adminiſtrator, de facto in eandem ſe intruſit, unde excommunicatus, & a civitate expulſus, miſere interiit. Porro Epiſtola Benedicti eſt in hunc, qui ſequitur, modum ex eodem Regeſt. Vaticano deſumpta p p. anno 3. Epiſt. 6.

Dilectis filiis de Thoano, & de Moncilena, ac de Prato
Regien. diœceſ. Plebium Archipresbyteris
ſalutem, &c.

Efficiens malorum cupiditas ſui prodiga, proprieque ſalutis oblita ſic relaxat ad illicita manus ſuas, ut oporteat per ſollicitudinem præſidentis ipſius nequitiam reprimi, & teneri vires ejus, ut quos divinus timor a ma- C *lo non revocat, adhibita ſuperioris correctio, & cenſuræ debita diſciplina compeſcat. Sane dudum dilectum filium Rolandum electum Regien. Regin. Eccleſiæ vacanti, in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committentes. Verum Thomaſinus de Foliano Præpoſitus Eccleſiæ S. Quirini de Corrigia Regien. diœc. eo prætextu, quod venerab. frater noſter Bertrandus Epiſcopus Oſtien. olim, dum in partibus Lombardiæ legationis officio fungeretur, adminiſtrationem ſpiritualium, & temporalium ejuſdem Eccleſiæ ſimiliter tunc vacantis, & in dictis partibus exiſtentis, ſibi duxerat committendam, poſt promotionem, & præfectionem hujuſmodi per nos factas de perſona dicti Rolandi Eccleſiæ memoratæ non curans advertero, quantum famæ diſpendium animæque periculum importet, & ſecum ferat juris detentio alieni, & maxime occupatio, & violenta detentio Eccleſiæ cathedralis, Epiſcopatum Regien. ejuſque poſſeſſionem, gubernationem, & adminiſtrationem jurium, & per-* D *tinentiarum ejuſdem, ac poſſeſſionem caſtrorum, villarum, domorum, terrarum, & poſſeſſionum & aliorum bonorum, & ſpecialiter caſtri, & Palatii de Albineja, & caſtri de Novis, & caſtri de Maſſanicis Regi. diœc. & omnium aliorũ, quæ tenebat, & adminiſtrabat tẽpore promotionis, & præfectionis prædictæ ſuper dimiſſione ipſorum requiſitis legitime non dimiſit, ſed incumbit eiſdem, & adminiſtrationem prædictam præſumpſit, & adhuc præſumit damnabiliter exercere, eundem electum detinendo Epiſcopatus, caſtris, villis, domibus, terris, & poſſeſſionibus ſupradictis nequiter ſpoliatum. Nos igitur hujuſmodi præſumptionis exceſſum non ſolum in divinæ majeſtatis injuriam, ſed in noſtram, & ſedis ejuſdem contumeliam, & contemptum proculdubio redundantem noſcentes, & ſalva conſcientia nequeuntes conniventibus oculis pertranſire, ac propterea ex officio, prout teneremur ex debito, intendentes ſuper his opportunum remedium adhibero, diſcretioni veſtræ in virtute S. obedientiæ per Apoſtoli-*

ca

Digitized by Google

cæſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios, eundem Thomaſinum ſub excõmunicationis, & privationis omnium ſingulorum beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum, & inhabilitatis ad qualibet alia beneficia Eccleſiaſtica obtinendi, pœnis, quas eum incurrere volumus ipſo facto, niſi infraſcriptis noſtris monitionibus, & mandatis paruerit, cum affectu ex parte noſtra monere, ſibique injungere, & pracipere ſtudeatis, ut infra quindecim dies, quos ei pro peremptorio termino voluimus aſſignari poſt monitiones, & pracepta hujuſmodi, vel poſt eorum notitiam, ſi forte propter ſuam, vel ſuorum tyrannidem præſentiam ejus adhibere, vel ſibi perſonaliter monitiones, & pracepta hujuſmodi facere nequeatis, adminiſtrationem, & Epiſcopatum, caſtra, villas, domos, terras, & poſſeſſiones prædicta omnino dimittat, dictoque electo, ſeu procuratori ſuo infra dictum terminum prædicta omnia reſtituat, & in pace dimittat, nullam ſuper eis deinceps per ſe, vel per alium, ſeu alios turbationem, vel moleſtiam illaturus, ac nihilominus poteſtatem, Conſilium, & Commune civitatis Regien. & Nicolaum de Foliano patruum, Guidonem Recii, & Gilbertum milites, Guillelmum, & Joannem de Foliano domicellos fratres dicti Thomaſini, & quoslibet alios fautores, auxiliatores ipſius, nec non univerſos, & ſingulos clericos, & laicos civitatis, & diœceſis Regien. ac feudatarios, vaſſallos, & emphytheotas, ac cenſuarios, & debitores Epiſcopatus ejuſdem, ex parte noſtra ſimiliter moneatis, & ſub excommunicationis, & privationis feudorum, & aliorum bonorum, qua a Roman. ſeu eadem Regien. vel aliis quibuſcunque Eccleſiis obtinent, ac interdicti, in civitatem prædictam pœnis, quas eos incurrere volumus ipſo facto, niſi mandatis noſtris efficaciter paruerint, in hac parte diſtrictius injungatis eiſdem, quia Poteſtas, Conſilium, Commune, milites, domicelli, fautores, auxiliatores, & valitores prædicti, ab omni auxilio, & favore, ipſi Thomaſino in præmiſſa præſumptione perſiſtenti, impendendo publice, vel occulte, directe vel indirecte omnino ſtudeant abſtinere; ipſique clerici, laici, feudatarii, vaſſalli, Emphytheotæ, cenſuarii, & debitores de cætero eidem Thomaſino, vel aliis, aut aliis quibuſcumque quovis quæſito colore, vel cauſa, propter quam dicto electo, vel ejus procuratori de fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus Epiſcopatus prædicti non debeant in aliquo reſpondere, ſed ipſi electo, vel procuratori ipſius de prædicto plene reſpondeant, ut tenentur. Ad publicationem pœnarum, & ſententiarum hujuſmodi contra inobedientes quoslibet, ſi expedierit, auctoritate noſtra in locis, in quibus expedire videritis, prout eorum contumacia, & juſtitia exegerit, proceſſuri, ac facientes de proceſſibus veſtris, quos ſuper his per vos haberi contigerit fieri, publica inſtrumenta, illa nobis poſtmodum quamprimum commode poteritis, tranſmiſſuri.

Dat. *Avenion. id. Maji anno* 3.

Cæterum Rotlandus cum annos tres hanc rexiſſet Eccleſiam, factus eſt Conſtantinopolitanus Patriarcha anno 1339.

LX VII. 65. BARTHOLOMÆUS Hipporegienſis, hujus Eccleſiæ Archidiaconus, creatus Epiſcopus 1339. 2. Non. Octob. ex Reg. Vatic. Epiſt. 719. anno 5. vitam finivit circa an. Domini 1362.

LX VIII. 66. LAURENTIUS Pinotus de S. Laurentio Regienſis, ad patriæ Epiſcopalem ſedem aſcendit anno 1363. 9. Idus Martii. Deceſſit poſt aliquot annos ſuæ adminiſtrationis, tumulatus in cathedrali anno 1379. ubi hæc brevis memoria legitur.

Laurentio Pinoto de S. Laurentio Patritio
Epiſcopo Regii & Principi anno M. CCC.
LXXIX. menſe Junii vita functo C. P. C.

LXIX 67. Fr. SERAPHINUS Tavaccius de Trio, electus Regienſis Epiſcopus 1379. Præfuit annos 8. tranſlatuſque eſt ad Eccleſiam S. Juſti in Sardinia anno 1287.

LXX 68. UGOLINUS Seſſius, Regienſis, Hugo vocatur in lib. Obl. Seraphino ſuffectus eſt 1387. Deceſſit 1395. ex lib. Proviſ. Prælatorum. * Fuit Ugolinus ex ea antiqua, & nobili Seſſiorum gente Regienſi, nunc Rolli, & caſtri Baldi Comitum, & Marchio-

* Ex App. tom. 5.

A num ſacri Imperii, alias Dominorum provinciæ Fugnani, & vallis S. Peregrini, ad hanc dignitatem evectus nondum quinto luſtro ætatis ſuæ expleto, vita, ac morum innocentia, cæteriſque præclarus virtutibus. Plura & eximia ad profectum ſuæ Eccleſiæ egit, pluraque bona ab aliis occupata recepit. Cellam jam per nobiles de Caſſolis occupatam directo ſui Epiſcopii dominio recuperavit, quæ adhuc Turris Epiſcopi dicitur. Secundo ſui Epiſcopatus anno poſt conſecrationem altarium Eccleſiæ S. Proſperi recondita ſunt corpora ejuſdem Divi tutelaris, & aliorum Sanctorum, de qua re extat hujuſmodi monumentum.

MCCCLXXXVIII. Ind. 2. die 12. menſis Aprilis vacante Imperio, tempore ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. Urbani divina providentia Papæ VI. tempore Reverendi in Chriſto Patris D. D. Ugolini de Seſſo Dei gratia Epiſcopi Regini, & tempore R. P. Petri de Gazata Dei gratia Abbatis monaſterii S. Proſperi inferioris Regii, & dominante Illuſt. Principe D. Galeazo de Vicecomitibus de Mediolano in Regio, ac tota B *Lombardia, conſecratum eſt altare per R. in Chriſto Patrem, & D. D. Joannem Dei gratiam Archiepiſcopum Antibarenſem, atque Cæſarien. ac alios plures Epiſcopos præſentibus clero, & populo Regino, & reconditum eſt corpus S. Proſperi Epiſcopi, & confeſſoris, ac doctoris eximii, & in altare S. Venerii eo die, anno, & menſe reconditum eſt corpus ejuſdem S. Venerii, & in altare S. Jocundæ corpus ejuſdem, & altaria conſecrata.* Obiiſſe Ugolinum Antuerpiæ in Belgio ſcribunt Regienſes hiſtorici eo ipſo anno 1395. Qua vero occaſione illuc divertiſſet, non exprimunt. Hujus familiæ inſignia habes in Gerardum Seſſium Mediolanenſem Archiepiſcopum, ac S. R. E. Epiſcopum Albanenſem Cardinalem tom. 4.

69. THEOBALDUS Seſſius, S. Benedicti Monachus, patriæ adlectus Epiſc. eſt 1395. 3. die Aprilis, ex lib. Obl. Vixit uſq; ad an. 1439. * Fuiſſe Theobaldum Ugolini fratrem germanum ſuſpicantur nonnulli. Is ex monacho S. Proſperi inferioris, ac C Priore S. Matthæi Regii ejuſdem Ordinis ſumma omnium gratulatione ad hanc dignitatem acceſſit, & inter reliqua pia ab ipſo patrata opera, ex ſuis bonis egenorum ſacerdotum excitavit conſortium, ut vocant. Ad ejus tumulum in Cathedrali hæc poſt ejus obitum excitata ſunt carmina. LXXI

* Ex App. tom. 5.

Seſſa ſtirps tumba jacet Theobaldus.
Marmoreumque habeo mortuus hunc tumulum,
At quondam vivus teneris electus ab annis
Hujus Regina præſul eram Patriæ.

Eidem deinde poſteri nobile marmoreum tumulum una cum effigie, & inſigniis eo in loco ſubſtruxerunt, ac ſequenti inſcriptione exornarunt.


D. O. M.
Comit. Theobaldo Seſſio Regien. Epiſcopo,
Qui inculpabili vita poſt Ugolinum Seſſium
XXXXV. annis in Epiſcopatu vixit, Electi
à Conſortii ſocietate, cujus proprio ære fun-
dator fuit, Gratitudinis tanti viri memores
D *hoc pro demolita Arca poſuerunt monumen-*
tum, Anno à Virg. partu M.D.C. XXXIX.
ab ejus obitu XXXX. luſtris.



70. JACOBUS ANTONIUS a Turre, in Mu- LX XII.

tinen-

tinenſibus Alpibus natus, ob egregias animi dotes Eugenio IV. Pontifici in paucis charus, ab eodem Pontifice Regienſis adlectus Epiſcopus eſt 1439. anno vero 1444. ab eodem translatus eſt ad Mutinenſem Eccleſiam, indeque tranſiit ad Parmenſem anno 1463. ubi e vita diſceſſit 1475. Claudius Robertus in ſuæ Chriſtianæ Galliæ appendice, in catalogo Carmelitarum Generalium, narrat Joannem Facium Avenionenſem illius Ordinis Generalem 23. Regii Lepidi in Inſubria fuiſſe Epiſcopum an. 1443 retulitque acta Conſiſtorialia Eugenii IV. Pontificis; ſed alioquin vir doctus toto cœlo aberrat. Eadem enim die, qua Jacobus Antonius ad Mutinenſem Eccleſiam translatus eſt, quod accidit, ut ſupra diximus anno 1444. 14. Kal. Novemb. Baptiſta Pallavicinus ejuſdem Eccleſiæ eſt declaratus Epiſcopus. Oportebit igitur dicere Joannem hunc Carmelitarum Generalem, alterius Regii fuiſſe Epiſcopum, quando hæc Regienſis Inſubriæ ſedes ſimul, & ſemel non valebat capere duos. Sed ſolvunt hanc difficultatem eadem acta conſiſtoralia, quæ ad annum 1450. 17. Kal. Aprilis referunt Joannem Carmelitarum Generalem electum fuiſſe Epiſcopum Regienſem in Gallia ſub Aquenſi Archiepiſc. defuncto Roberto.



LX XIII. a De eo Marceccius in Bibl. Mar. p. 1. pag. 183. & Bordonus in Theſauro Eccl. Parm. p. 190. Mandoſ.

71. BAPTISTA Pallavicinus *a*, Parmenſis, ex Archidiac. Taurinenſi, Jacobo Antonio ſucceſſit anno 1444. 14. Kal. Novembris. Quam ille Eccleſiam tum genere, tum moribus nobilis, ſumma cum laude prudentiæ, pietatiſque adminiſtravit. Mortuus eſt 1466. ſepultuſq; in cathedrali cum hoc Epitaph.

Hic Baptiſta jaces Regii digniſſime Præſul
Marchio, quem genuit Pallavicina domus
Floruit è quibus vis ingentibus illa triumphis,
Laude tamen proavos ſe ſuperaſſe ferunt.
Rarus in Orbe fuit, qui te vel carmine poſſet
Vincere, vel calamo ſe æquiparare tuo.
Sedis Apoſtolicæ meruiſti clarus honores,
At tua nunc virtus clarior aſtra colit.
Ann. M.CCC.LXVI. XII. Maji.

(,, Defuncto Pallavicino Canonici Cathedralis
,, Regienſis die ultimo Maii elegerunt Bartholo-
,, mæum de Coccapanis in Epiſcopum, ut patet ex
,, ſequenti inſtrumento.
Ex Arch. Cath. Reg. Capſ 7. n. 1181. ,, *In Chriſti nomine Amen. Anno Circumciſionis*
,, *ejuſdem* 1466. *Ind.* 14. *die ultimo Maii.*
,, *Convocatis, & congregatis in unum infraſcriptis*
,, *Venerandis DD. Canonicis Eccleſiæ Reginæ de*
,, *mandato, & commiſſione infraſcripti D. Prioris*
,, DD. *Canonicorum & ſono Campanellæ præmiſſo, ut*
,, *moris eſt, pro nonnullis negotiis, & utilitatibus tam*
,, *dictæ Eccleſiæ, quam Capituli ejuſdem, & maxime*
,, *pro infraſcripta proviſione, ſive electione facienda*
,, *de novo paſtore eligendo ad ipſam Eccleſiam ſupe-*
,, *rioribus diebus ſuo orbatam, ſcilicet per mortem*
,, *Reverend. q. D. Baptiſtæ Pallavicini, olim Epiſco-*
,, *pi dictæ Eccleſiæ, qui de menſe præſenti vitam cum*
,, *morte mutavit, in qua quidem convocatione, &*
,, *congregatione interfuerunt infraſcripti, videlicet D.*
,, *Gabriel della Foſſa Prior infraſcriptorum* DD.
,, *Canonicorum, D. Marcus de Sole, D. Jacobus de*
,, *Malviſiis, D. Chriſtophorus de Ancinis, D. Jaco-*
,, *bus della Foſſa tam ſuo proprio nomine, quam etiam*
,, *ut procurator & procuratorio nomine D. Chriſtopho-*
,, *ri de Portiolo etiam Canon. cum infraſcriptis, &*
,, *ſupraſcriptis habens ab eodem pleniſſimum manda-*
,, *tum ad omnia infraſcripta rogatum per infraſcriptũ*
,, *Michaelem Angelum de Prampolinis notarium*
,, *Regienſem, qui in præſentia dd. & infraſcriptorum*
,, DD. *Canonicorum & mei Notarii infraſc. dixit, &*
,, *atteſtatus fuit, ſe de ipſo mandato fuiſſe, & eſſe ro-*
,, *gatum ex eo, quia ipſe* D. *Chriſtophorus eſt infirmi-*
,, *tate detentus, ita & taliter, ut dictæ Congregationi*
,, *intereſſe ſine ejus maxima incommoditate non vale-*
,, *ret, D. Joannes de Borzano, D. Gryſantus de An-*
,, *cinis, & D. Joannes de la Fontana, omnes Canoni-*
,, *ci præbendati in dicta Eccleſia, & vocem habentes*
,, *in Capitulo dictorum* DD. *Canonicorum, & totum*
,, *Capitulum ad præſens repræſentantes, in contuma-*
,, *ciam* D. *Gaſparis de Taculis nunc abſentis, & Ca-*
,, *nonici dictæ Eccleſiæ citati ad intereſſentiam ad do-*
,, *mum ſuæ habitationis per* D. *Antonium de Sponez-*
,, *no Campanarium, & Nuncium conſuetum dictorum*
,, DD. *Canonicorum, & Capituli prædicti, prout ipſis*
,, DD. *Canonicis, & mihi Notario infraſcr. retulit*
,, *ipſe idem* D. *Antonius, volentes, ut decet, ſecun-*
,, *dum formam Juris, & prout tenentur, in quantum*
,, *in eis eſt, providere de uno novo Paſtore, & ad no-*
,, *vam electionem novi Paſtoris pervenire, & ſuper*
,, *hoc inter ſe ſe ſic congregati conferentes de ipſa col-*
,, *latione, & proviſione facienda, ut decet, & in ipſo*
,, *colloquio, ſive ipſa collatione cum haberent ſimul*
,, *colloquium de Rever. ac eximio Juris utriuſque Do-*
,, *ctore* D. *Bartholomæo de Coccapanis de Carpo etiã*
,, *Canonico dictæ Eccleſiæ, nunc moram trahente in*
,, *Curia Romana, omnes unanimiter, & nemine ipſo-*
,, *rum diſcrepante poſtpoſitis electionibus, quæ fieri ſo-*
,, *lent per Compromiſſum, ſive per ſcrutinium, inſpi-*
,, *rati inſpiratione divina, & invocato prius ſubſidio*
,, *Divino cantando dicentes: Veni ſancte Spiritus &c.*
,, *elegerunt poſt dictam invocationem divinam præfa-*
,, *tum D. Bartholomæum in Epiſcopum, & per Pa-*
,, *ſtorem dictæ Eccleſiæ & totius Cleri Diœceſis ejuſ-*
,, *dem, decernentes ipſam electionem intimari debe-*
,, *re ſummo & Sanct. Pontifici, cujus diſpoſitioni, &*
,, *voluntati ſe ſe ſemper ſubjiciunt, ut eam approbare*
,, *ſive improbare debeat, prout ſuæ ſanctitati videbi-*
,, *tur, & placuerit, & cujus protectioni ſe ſummi-*
,, *tentes ſemper ſe committunt.*
,, *Acta & geſta fuerunt omnia prædicta in Sacriſtia*
,, *Eccleſiæ prædictæ, in qua ſolent, & conſueta ſunt*
,, *fieri ſimiles congregationes præſentibus D. Mi-*
,, *chaele de Biſmantua Juriſperito, & Cauſidico*
,, *Regino, Nicolao de Trentis, D. Polidoro de*
,, *Caſtellis Presbytero Regino, & Thoma della*
,, *Foſſa, omnibus Civibus Regienſis teſtibus notis,*
,, *& vocatis, & rogatis ad prædicta.*
,, *Ego Amadeus f. ſpectab. Antonii Mariæ de Za-*
,, *cbagnis, Civis Regii, publicus Imperiali aucto-*
,, *ritate notarius, ſupraſcriptum inſtrumentum te-*
,, *noris ſupraſcripti rogatum, & ſcriptum per q. D.*
,, *Paulum Gaſparem de Pictoribus olim civem, &*
,, *notarium rogatum, ex ipſius D. Pauli Gaſparis*
,, *notarii ſcripturis & originalibus fideliter ſum-*
,, *pſi, & extraxi, & exemplavi, & in hanc publi-*
,, *cam formam redegi, nihil addens mutans vel*
,, *minuens, factaque auſcultatione de præſenti*
,, *cum dicto Originali utrumque concordare inve-*
,, *ni. In quorum fidem hic me ſubſcripſi, & mei ta-*
,, *bellionatus ſignum conſuetum appoſui, quod per-*
,, *cepi ex auctoritate Patrum, Prioris, & Conſu-*
,, *lum Almi Collegii notariorum Civitatis Regii,*
,, *mihi attributa, & reg. per Jo. Baptiſtã Biſium*
,, *notar. Regii, & Vice maſſarium dicti Collegii.*
,, *Iſta tamen electio ſuum ſortita non fuit effectum,*
,, *quia præoccupata ab electione ſequentis à Ponti-*
,, *fice facta juxta preces Ser. Ducis Borſi.*

72 ANTONIUS Trombetta Ferrarienſis *a*, Regienſis adlectus Epiſcopus 1466. Ferrariæ deceſſit 1476. ſepultuſque eſt in Cathedrali ante principem aram, ubi adhuc ejus effigies ſpectatur; epita- LX XIV. a De eo Libanorius

In Ferrar. aurea par. 1. pag. ea. Mardeſ.

taphium autem ita cum vetuſtate ingredientium greſſus exederunt, ut ne verbum quidem eruere potuerim ad poſteritatis memoriam. Dum autem Trombettæ juſta perſolverentur, Ludovicus Corbinus ſuo ævo inſignis orator, atque Poeta defuncti meritas laudes luculenter retexit. Hujus tempore, hoc eſt, anno ſui præſulatus primo, Monaſterium Canonicorum Regularium Lateranenſium in hac civitate ſub invocatione B. Mariæ gratiarum habuit exordium, Philippo Zobolo Regienſi S. Proſperi Abbate commendatario, mox Epiſcopo Comaclenſi ædificatore, accedente aſſenſu Pauli Papæ II. cujus diploma retulit in ſua tripartita hiſt. Gabr. Pennotus lib. 3. cap. 30.




LXXV. 73 BONIFACIUS Arlottus nobilis Regienſis, ſuo ſeculo ob ſingularem doctrinam longe clariſſimus, Epiſcopalem patriæ honorem eſt aſſecutus 1478. cumque illum annos 30. proſpera optimi Paſtoris fama adminiſtraſſet, liquit hanc vitam mortalem anno 1508. ſepultuſque eſt in Cathedrali, in affabre facto ſepulchro cum ejus ſtatua, ac gentilitiis ſtemmatibus, quæ Lunam continent, e qua tria Lilia effloreſcunt, cum hoc epitaphio.


Bonifacio Arlotto Theologo, & Philoſopho eminentiſſimo, Regienſique Patritio, ac Epiſcopo, & Principi meritiſſimo, Marcus frater, & Ventura nepos pientiſſimi poſ. publico luctu deceſſit anno M. D. VIII. Ætat. ann. LXXXVI. *Epiſcopavit ann.* XXX. *feliciter, cui ſucceſſit Joannes Lucas Pontremulenſis.*

* Ex App. tom. 5.

* Ajunt Regienſes ſcriptores hunc Epiſcopum non Bonifacium, ſed Bonfranciſcum nominatum fuiſſe, de cujus electione, hæc referunt. *Hic cum accederet ad Sixtum IV. Pontificem poſtulaturus in Epiſcopum Regienſem quendam Aulicum nomine Ducis Ferrariæ, cujus erat Orator, ad primum occurſum Pontificis inopinato ſalutatus Epiſcopus, expaveſcens ſuæ famæ periculum, cui enixe ſtudebat, iterum atque iterum Pontificem pro Aulico deprecatus, animadvertens incaſſum pro poſtulato deprecaturum, ſilentio aſſentit, non diſſentiente ab ejus electione ipſomet Duce Ferrariæ, cui per Pontificem innotuit electionem eveniſſe Bonfranciſci illibata fide.*



LXXVI. 74 JOANNES Lucas a Puteo, Pontremolenſis, natus in Aquano Caſtello Liguſticæ ditionis, juriſconſultus celebris, cum Bonifacio acceſſiſſet Adiutor cum futura ſpe ſucceſſionis 1503. 8. die m. Martii, defuncto Bonifacio demum ſucceſſit 1508: ſed brevis Pontifex fuit: deceſſit enim 1510. non ſine mœrore Julii, qui eum ad dignitatem promoverat. Illius honorifice meminit Leander Albertus in ſua Italiæ deſcriptione; Actaque Conſiſtorialia.



75 UGONEM ex Comitibus Rangoniis Mutinenſem Julius II. deinde Regienſem creavit Epiſcopum, anno 1510. die 18. menſis Octobris. Præſul fuit in publicis expediendis negotiis ſingulari fama prudentiæ, ac dexteritatis. Itaque Urbem ipſam adminiſtravit; Parmæ, Placentiæque Prolegati munere eſt egregie functus: tum ad Carolum V. in Hiſpania ex miſſu Pauli III. idem munus obivit; ſub quo è vivis exemptus eſt anno 1540. ſepultuſque eſt in Cathedrali in ſacello ab ipſo conſtructo, ubi in pulcherrimo marmoreo depoſito, hoc epitaphium legitur. LXXVII.

Ugoni Rangonio Mut. qui Regii Lepidi Pontif. Urbis rector, Parmæ ac Placentiæ Prolegatus, & in Germaniam ad ejus provinciæ Principem, in Hiſpaniam vero ad Carolum V. Imper. Legatus a Paulo III. Pontif. Max. miſſus egregium doctrinæ, pietatis, Juſtitiæ, atque prudentiæ ſpecimen dedit Hercul. Rang. fratri Benem. fier. cur.

* Ad augendum Divorum cultum Ugo lipſana tutelarium SS. Chryſanti, & Dariæ ex antiquo eorum tumulo, in decentius præparatum adſtante univerſo populo ſolemniter repoſuit anno 1522. de qua translatione extat ejuſdem Ugonis Epiſcopi ſequens documentum eo tempore conditum, in quo habetur, quo tempore, quave occaſione hæc Sanctorum pignora Regium tranſlata ſint. * Ex App. tom. 5.

In nomine Chriſti, Amen.

Anno Circumciſionis ejuſdem 1522. *Indict.* 10. *die vero Dominica ultima menſis Novembris, & die feſto S. Andreæ Apoſtoli, Pontificatus Ss. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Adriani Divina providentia Papæ VI. anno 1. Cum alias de anno D.N.J.C. ab ejus Circumciſione* 914. *& die 1. menſis Decembris per Beatiſs. in Chriſto Patrem, & olim B. memoriæ D. Gotardum olim Epiſcopum, & Principem ex civitate Papiæ ex parte, & in hac alma civitate Regii tranſlata fuerint cum magno honore corpora, & ſanctæ reliquiæ plurimorum Martyrum Divorum Gryſanti, & Dariæ, & repoſita fuerunt in Cathedrali Eccleſia Regii in altare deſubtus, & cui Beatiſs. D. Gotardo tunc Epiſcopo dicta corpora, & reliquiæ hujuſmodi fuerunt tunc data, & ſibi reſignata. Et prout latius de prædictis omnibus, & aliis conſtat evidenter* . . . . . . *in quodam libro antiquiſſimo in cartis hedinis, & literis antiquis ſcripto, exiſtente in Archivio Dominorum Canonicorum Capituli prædictæ Cathedralis Eccleſiæ Regii. Et ſit verum, quod à dicto tempore, & citra, quod dicta corpora, & reliquiæ hujuſmodi fuerint in dicto altari repoſita, & collocata, fuerint unquam ab aliquo viſa, nec dictum altare, nec arca in ipſo altare exiſtens fuerit apertum, & ſeu aperta. Hinc*

noſter Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & D. Hugo Comes de Rangonibus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Regii, & Princeps modernus, necnon, & Reverendi Domini Canonici prædictæ Cathedralis Eccleſiæ Regii deſiderantes aperiri facere dictum altare, & arcam hujuſmodi ad finem, ut poſſint extrahi nonnullæ reliquiæ prædictorum Sanctorum ad perpetuam memoriam, & ad honorem prædictorum Sanctorum, & hujus Eccleſiæ, & civitatis Regii. Ideo ad hunc finem, & effectum prædictus Reverendiſs. D. D. Hugo Epiſcopus Regii, & Princeps modernus veſtibus Pontificalibus, & miſſa ſolemniter celebrata ad dictum altare prædictum Sanctorum, & cui miſſæ interfuerant ibi Reverendi D. Vicarius, & Canonici prædictæ Eccleſiæ, & alii per plures ſacerdotes, & alii ſeculares prout infra per ordinem erunt deſcripti, & annotati.

A

Illuſtris D. D. Franciſcus Guicciardinus Florentinus Regii, Parmæ, & Mutinæ civitatibus pro prædicto ſanctiſſimo D. D. Papa Adriano Gubernator digniſſimus.

Illuſtris D. Hercules Eſtenſis.

D. Bernardinus Higonus S. N. D. Vicarius Generalis Epiſcopatus. B

D. Hieronymus de Arlotiis Decretorum doctor, & Canonicorum Prior.

D. Petrus Bonus Calcaneus Archidiac.

D. Bernardinus Bojardus Archipresbyter.

D. Jo. Angelus de Meliis.

D. Ludovicus della Foſſa.

D. Jo. Andreas de Caſtellis.

D. Vincentius della Foſſa.

D. Vincentius de Bojardis.

D. Petrus Martyr.

D. Philippus della Foſſa.

D. Jo. Baptiſta de Rodelia.

Manſionarii.

D. Vincentius de Soncinis.

D. Antonius de Bertochiis.

D. Jo. Baptiſta de Meſſoribus.

Rogati fuere.

D. Albertus Pancirolus. C

D. Petrus Tamaronus.

D. Thomas Cambiator.

D. Jo. Baptiſta Malvitius:

D. Petronius Pariſettus.

D. Jo. Baptiſta Martellus. a

a Mutilum videtur documentum.



LXX VIII 76. MARCELLUS Cardinalis Cervinus Politianus, non Picenus, ut quidam recentiorum mendoſe ſcribit in Bullario nuper Romæ typis excuſo, cum eſſet Epiſcopus Neocaſtrenſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1540. die 23. menſis Septembris. Quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1544. cum ex eo ad Eugubinum tranſiſſet Epiſcopatum, ac ſummus Pontifex fuiſſet renunciatus anno 1555. in qua dignitate ſuprema haud ſuſtinuit novum nomen ſibi imponi, quippe qui ex conſueto nomine intelligere vellet mortales, tam in Pontificatu ſe moderate acturum, quam in privata fortuna ſe facilem, beneficumque omnibus præbuiſſet. Cæterum brevis, hoc eſt 26. dierum Pontifex fuit; ſic ut Virgilianum vaticinium in illum videatur poſſe quadrare. D

Oſtendent terris hunc tantum fata, nec ultra
Eſſe ſinent.

LXX IX. 77. GEORGIUS Andreaſius Mantuanus, Mediolani ſenator, tum ducibus, tum Carolo V. unice charus, cum primum Cæſaris legatus ad VII. Clementem, ab eodem Pontifice Cluſino Epiſcopatu fuiſſet exornatus, a Paulo deinde III. ad Regienſem Eccleſiam fuit translatus 1544. die 7. menſis Aprilis. Mantuæ deceſſit plenus dierum, ac meritorum 1549. ſepultuſque eſt apud Carmelitas in nobili ſepulchro marmoreo cum ſuis gentilitiis ſtemmatibus anſerem continentibus cum ſubjecto epitaphio.


D. O. M.

G. Andreaſius ducalis, & Caſ. in Mediolanenſi ſtatu Senator, & apud ſummos Pontifices Clem. VII. & Paulum III. Orator, demum Cluſinus Epiſcopus & Comes, apud Venetos legati munere functus, poſtea dum Regienſis Epiſcopus, & Princeps jam longis fatigationibus feſſus eundem clerum quiete regeret, ab improviſa morte octogeſimo ſecundo anno quaſi completo, magna & Patriæ & cleri ſui jactura, naturæ conceſſit. Et ne tantorum laborum memoria ab edaci tempore penitus aboleretur, Marſilius & Sylvius Andreaſii ex fratre nepotes, & hæredes, hoc ſub lapide cineres reponendos curarunt ann. ſal. MDLI. natus eſt die ultima Jan. M. CCCC. LXVII. obiit vero XXII. Januarii. M. D. XLIX.

78. JO. BAPTISTA Groſſus Mantuanus, cum Georgio avunculo jam octuagenario coadjutor datus fuiſſet 4. die menſis Decembris 1545., eidem defuncto ſucceſſit 1549. Tridentino Concilio interfuit, deceſſitque 1569.* Sepultus in crypta Cathedralis Eccleſiæ, ac brevi in marmore inſcriptione ad tumulum poſita LXX X.

* Ex App. tom. 3.

Joanni Baptiſtæ Groſſo Regii Epiſcopo, & Principi quinto Calend. Aprilis vita functo dicatum.



79. Fr. EUSTACHIUS Locatellus b, filius Fabritii, Bononienſis, Ordinis Prædicatorum Procurator, Vicariuſque generalis ſui ordinis, cum demum Pio V. ſanctiſſimo Pontifici fuiſſet à confeſſionibus, ab eodem Regienſi Epiſcopatu exornatus eſt 1569. die 20. menſis Aprilis. Pie prudenterque ſibi creditam rexit Eccleſiam. Scripſit de incarnatione Domini, de Deipara Virgine tractatum, in Trinitatem comment: & in Magiſtrum Sententiarum, aliaque ſui ingenii monumenta reliquit. De quo Hieronymus Ghillinus in ſuo Theatro virorum illuſtrium. Deceſſit 1575. ſepultuſque Regii eſt, in Eccleſia S. Dominici, ante principem aram in pavimento, ubi in rubro marmore ejus gentilitia ſtemmata ſpectantur, continentia tres Montes cum totidem Stellis, ſequentique epitaphio. LXX XI

b Hujus meminere Altamura in bibl. Dom. p. [illegible] Ghillinus in Theatro vol. 1. p. [illegible] Mandig.

Fr. Euſtachio Locatello civi Bonon. viro integerrimo, atque omnium ſcientiarum cognitione cumulatiſſimo, deinde Pio V. piæ memoriæ Pont. Max. a ſacris confeſſionibus, ac poſtremo Epiſcopo, & Principi Regienſi Vincentius Referena. Apoſt. Jo. Baptiſta, & Auguſt. ejus fratres mæſtiſſ. poſ. vixit ann.


Digitized by Google

LVII. menſ. vii. die iij. Obiit anno M. D. LXXV. prid. Non. Octob. A



LXX XII. 80. FRANCISCUS Martellius Regienſis, a Gregorio XIII. Epiſcopus Regienſis dictus eſt 1575. B
die 18. menſis Octobris. Deſiit eſſe in vivis 1578. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum ſequenti epitaph.

Franciſco Martello Patritio Regienſi I. V. Conſulto peritiſſimo Romæ, Venetiis, Ferrariæque honoribus ampliſſimis perfuncto, ac demum a Gregorio XIII. Pont. Max. in Regienſi Epiſcopatu præfe. Antonius, Alex. & Jo. Baptiſta fratris filii PP. vixit an. LXX. Obiit anno M.D.LXXVIII.



C

LXX XIII. 81 BENEDICTUS Manzolius Mutinenſis ad hanc eandem ſedem promotus eſt 1578. 9. Aprilis. Sedit an. ſeptem, deinde anno 1585. morte occubuit Tiburi, ubi jacet in templo S. Mariæ Majoris Ordin. Minorum diſtrictioris obſervantiæ, in cujus ſepulchro Epitaphium illud inſcriptum eſt.


D. O. M.

Benedicto Manzolio nobili Mutinen. ſummo Philoſopho, ac Theologo, politioribus literis maxime Græcis ornatiſs. rerum agendarum Conſiliorumque capiendorum peritiſſimo, qui cum a ſecretis ampliſſimi Card. Aloyſ. Eſten. per xx. ann. fuiſſet, graviſſimaque & in Italia, & in Gallia prudentiſſime confeciſſet, a Greg. XIII. Pont. Max. Epiſcopus Regienſis creatus eſt; qui vero majora inde ſperare poſſet, in medio bonorum curſu magno bonorum omnium dolore mortem obiit m. Auguſti M.D.LXXXV. ann. agens LV. Vincentius heres fratri germano benem. mœſtiſs. P. C. M.D.LXXXVII.

D

Prodiit ex hac eadem gente alter Epiſcopus Antonius Manzolius Gravinæ, qui defunctus jacet in S. Sylveſtro in Campo Martio Romæ. Cæterum cum hæc Manzolia Mutinenſis gens eadem gentilitia ſtemmata cum Florentina quondam illuſtri gente ejuſdem nominis uſurpet, non inſulſe conjectant prudentes unam ex altera prodiiſſe. Inſigne utriuſque familiæ Taurus eſt erectus, hoc tamen diſcrimine, ut Florentina olim aureum Taurum in rubra parma ferebat, Regienſis vero Taurum habet, cujus ſuperne medietas aurea eſt in campo rubeo, inferior vero pars rubea in campo aureo. Et Florentiæ quidem Manzolii ſemper illuſtres fuere, itaut inter cæteros viros, & doctos, & graves Lucam numerent S. R. E. Cardinalem, & Epiſcopum Feſulanum. Hoc tempore Florentiæ hæc familia extincta eſt: faxit Deus, ut Mutinenſis perennet, ut ejus gentis uno avulſo ramo, non deficiat alter.

82. JULIUS Maſetus Mutinenſis, Benedicto ſucceſſit 1585. die 7. menſis Octobris. Septem annos LXX XIV.
Mutinenſem Eccleſiam adminiſtravit. Deceſſit 1592. ſepultuſque eſt in Cathedrali.




83. CLAUDIUS ex comitibus Rangoniis Mutinenſis, Regii creatus eſt Antiſtes anno 1595. die 26. LXX XV.
menſis Decembris. Præſul utique ſuorum majorum virtutibus par, ideoque apud omnes ſummæ exiſtimationis. * Sub Clemente VIII. ad Regem Poloniæ Apoſtolicus Nuncius miſſus, eo in munere tanta ſe geſſit prudentia, ac deſteritate, quod illibatum ſanctæ ſedis obſequium ſervaverit, & Regis benevolentiam pene ad exceſſum meruerit. Hujus rei teſtimonium eſt, non ſolum ab illo iterum, atq; iterum in S. R. E. Cardinalem expoſtulatus, verum etiam acceptis Divi Hyacinthi Chriſti confeſſoris lipſanis, quibus ipſe (argenteo ſimulacro occluſis) Regienſem Cathedralem exornavit.

* Ex App. tom. 5.

Deceſſit Regii 1621. 4. Non. Septembris. Sepultuſque eſt apud cathedralem in Sacello Epiſcopi Ugonis ſui propioris affinis, ubi legitur hæc ſequens inſcriptio pennicillo exſcripta.

Comes Claudius Rangonus Mutinen. Epiſcopus Regii & Princeps, cujus oſſa in proximo ſacello requieſcunt, obiit IV. Non. Septemb. anno Dom. M. DC. XXI.



84. ALEXANDER Cardinalis Eſtenſis, frater LXX. XVI.
Cæſaris Mutinæ, ac Regii ducis, magnique Alphonſi Ferrariæ poſtremi ducis nepos, nobiliſſima indole præditus, favore patrui omnes nobiliores Italiæ academias, diſciplinarum avidus percurrit; tanta vero felicitate ac facilitate literas, juraque hauſit, ut omnium acclamatione ab omni aſſentatione ſemota lauream doctoralem Patavii retulerit. Ita autem leges callebat, ut tamen cum earum cognitione, exquiſitam, ſuam namque eloquentiam vellet conjunctam.

Digitized by Google

Quamobrem Clemens VIII. poſt exceſſum Alphonſi poſtremi Ferrariæ ducis, Alexandrum vocavit ad purpuram, Hippolytorum, atque Aloyſiorum renovaturus immortalem memoriam. Quatuor Comitiis interfuit, cum novi creandi Pontifices eſſent, tanta omnium exiſtimatione, ut vix majoribus illis Cardinalibus Ateſtinis cedere videretur. Cumque Gregorius XV. Bononienſis, cujus electioni Alexander fuerat ſuffragatus, aſcendiſſet ad ſedem, ab eo Regienſis Epiſcopus adlectus eſt an. 1621. die 18. menſis Octobris. Aetas Alexandri jam tum cœperat in ſenium vergere, quamobrem, relicta Urbe, ad Eccleſiam ſibi creditam iter inſtituit. Ibi ſanctiſſimas leges ſcripſit, clerum correxit, virginum Deo votarum pudori cuſtodiæque proſpexit. Hæc illum agentem, mortuo Gregorio XV. comitia iterum Romam revocarunt. Ibi cum difficillimo æſtivo tempore Urbanum VIII. Cardinales Pontificem renunciaſſent, ex illa conclavis mora plerique ſeniorum redditi publico inciderunt in morbum. Rome aliquandiu ſubſtitit Alexander, mox Tiburem conceſſit, ſalubri illo aere reſarturus conclavis incommoda, ſed ut vere Martialis dixit lib. 6.


Cum mors venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.

Ibi ergo cum cœpiſſet gravi morbo tentari, Romam ſe deferri mandavit, ubi Sacramentis munitus, ſupremæ horæ non immemor, ſanctæ diſceſſit, cum eſſet diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in via lata, Tiburemque relatus, ſepultus eſt in Eccleſia S. Franciſci prope patruum Aloyſium Cardinalem. Horruere plerique bonorum ad fatum clariſſimi Principis: præcipue autem is mœror Ateſtinos ſereniſſimos Mutinæ invaſit, qui inconſolabilis poſſet videri. Ad quem levandum defuncti laudes luculenta oratione complexus eſt bo. mem. Nicolaus Baccetius eruditiſſimus Abbas, cum Mutinæ eloquentiæ præceptis nobilem juventutem inſtitueret. Meminit etiam Alexandri Andreas Victorellus, qui in ſuis ad Ciaconium notis ejuſdem ſplendidum elogium poſteritati reliquit.

LXXVII 85. * PAULUS ex Comitibus Coccapanis ex Archipresbytero inſignis Eccleſiæ Carpenſis, ad hanc dignitatem promotus anno 1625. die 17. Martii. Opportunis, commodiſque ædificiis in urbe Regii, pulchroque diverſorio in ſuburbiis ad ſui, ſuorumque ſucceſſorum otium Epiſcopium auxit. Interfuit fundationi novæ Baſilicæ SS. Georgii, & Ignatii Societatis Jeſu, & inſignis Oratorii S. Mariæ de Carmelo, necnon ædificii Scalæ ſanctæ, in iiſque debito cultu primos impoſuit lapides. Obiit anno 1649 a.

* Ex App. tom. 5.

a Obiit die 26. Junii 1650. ſepultus in Cathedrali.



LXXVIII 86. RAYNALDUS Card. Eſtenſis Alphonſi Ducis Mutinæ filius, Regienſem adminiſtrandam ſuſcepit Eccleſiam ab Innocentio X. Pont. Max. anno 1651. Princeps piiſſimus, eccleſiaſticæ diſciplinæ cultor indefeſſus, cujus exaggeratas virtutes, animique candorem, & eximiam in Deum pietatem enarrabunt poſteri ad cæterorum Antiſtitum exemplar, cui Neſtoreos precamur annos, ut ſint Regienſi Eccleſiæ, populoque ſalutis, & commodi.

A D D I T I O.

(,, *Reliquias SS. Chryſanti, & Dariæ in nobilius*
,, *marmoreum ſepulchrum ſolemniter tranſtulit die 2.*
,, *Decembris. 1651. Epiſcopale Palatium generoſa*
,, *ampliavit munificentia. Tandem abdicavit menſe*
,, *Januario anni 1661. reſervata ſibi penſione ſcutorum*
,, *2000. nec non habitatione in Domo Epiſcopali.*

,, HIERONYMUS *ex Comitibus de Codebo-* LXXIX
,, *viis, Mutinenſis, ortus die 13. Auguſti 1594. ex Co-*
,, *mite Andrea Codebovio, & Polixena de Selvaticis,*
,, *Carpenſis antea Archipresbyter, mox U. S. Refe-*
,, *rendarius, demum multis guberniis prudenter exactis*
,, *in ditione Eccleſiaſtica an. 1644. declaratur Epiſco-*
,, *pus M. Alti ab Innocentio X. Quam Eccleſiam cum*
,, *per XVI. annos laudabiliter rexiſſet, Raynaldo ſuc-*
,, *ceſſor datus eſt ab Alexandro VII. anno 1661. die*
,, *24. Januarii. Sed multis fatigatus laboribus dum*
,, *Diœceſis viſitationibus aſperis incumberet, morbo*
,, *contracto deceſſit die 3. Octobris ejuſdem anni: ſepul-*
,, *tus per modum depoſiti in Eccleſia Capuccinorum.*

,, JO: AUGUSTINUS *Marlianus* b, *Patritius* XC
,, *Januenſis, Hieronymi Juriſconſulti filius, Stephani*
,, *Duratii Clerici Cameræ Apoſtolicæ, mox Cardina-*
,, *lis, & Januenſis Archiepiſcopi Auditor primum, de-*
,, *inde Vicarius Generalis, ad inſtantiam ejuſdem Du-*
,, *ratii ab Innocentio X. die 15. Maji an. 1645. deſigna-*
,, *tus fuit Epiſcopus Marianenſis & Accienſis in Cor-*
,, *ſica; & deinde, cum jam antea præfatam ſedem re-*
,, *nunciaſſet, ab Alexandro VII. creatus fuit Epiſco-*
,, *pus Regienſis die 27. Februarii 1662. Diœceſim lu-*
,, *ſtravit, bis Synodum habuit, Cathedralem multis*
,, *argenteis donariis ditavit. Tandem plenus dierum,*
,, *utpote prope nonagenarius, obiit die 4. Junii 1674. ſe-*
,, *pultuſque eſt in Cathedrali in ſepulchro ab eo elegan-*
,, *ter erecto in Capella SS. Crucifixi.*

b De eo Michael Juſtinianus, & Oldoinus inter ſcriptores Ligures. Mand.

,, AUGUSTUS *ex comitibus de Bellincinis, Mu-* XCI
,, *tinenſis, Presbyter annorum 43. J. U. D., cum an-*
,, *tea fuiſſet Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Mantua-*
,, *næ, deinde Archipresbyter Carpenſis, demum ad E-*
,, *piſcopatum Regienſem evectus eſt Menſe Novem-*
,, *bri 1674. Seminarium ad alendos juxta normam*
,, *Sacri Concilii Tridentini Clericos exſtruendum cu-*
,, *ravit: domum ad Miſſionariorum commodum para-*
,, *vit: Patres S. Franciſci de Paula, ſicuti etiam Car-*
,, *melitanos* Diſcalceatos *in urbem ſuſcepit: Synodum*
,, *an. 1697. habuit. Anno denique 1700. die 20. Julii*
,, *animam deo reddidit meritis onuſtus, & omnium Re-*
,, *gienſium lachrymis deſideratus.*

,, OCTAVIUS *Piccinardi* c *inter Patritios Cre-* XCII
,, *monenſes præclariſſimus, vix expleto ætatis ſuæ an.*
,, *18. Canonicus Theologus Cathedralis Cremonenſis*
,, *creatus, ac vacante ſede Vicarius Generalis a Capi-*
,, *tulo conſtitutus, mox die 14. Martii an. 1701. Re-*
,, *gienſis Epiſcopus dicitur. Qui ſuſcepta dignitatis*
,, *Epiſcopalis provincia oves ſuas divini verbi pabulo*
,, *non ſemel per ſe ipſum paſcere curavit, homilias iden-*
,, *tidem inter Miſſarum ſolemnia graviter effundens.*
,, *Invadentibus urbem turmis Gallicis intrepidus ad*
,, *Portas civitatis accurens a* Duce *Albergato toti ci-*
,, *vitati, ac præſertim Monialibus ſecuritatem impe-*
,, *petravit: atque toto eo tempore, quo Galli Regium*
,, *occuparunt, civium neceſſitatibus adeo conſuluit, ut*
,, *ipſum non in ſpiritualibus tantum, verum etiam in*
,, *temporalibus Patrem & agnoſcerent, & palam appel-*
,, *larent. In tuenda vero Eccleſiaſtica libertate adeo*
,, *ſe imperterritum oſtendit, ut ſe omnia mala æquo ani-*
,, *mo perpeſſurum minitanti reſponderet, potiusquam*
,, *quod illi vel minimum videretur officere, approba-*
,, *ret. Ædificia ad menſam Epiſcopalem ſpectantia tum*
,, *in urbe, tum ruri vel reſtauravit, vel ampliavit,*
,, *vel etiam funditus magnis impenſis erexit. Semina-*
,, *rium adauxit. Anno 1712. ſacra miſſione in urbem*
,, *invecta non ſolum ſacris concionibus, & catechiſmis*
,, *ſēper interfuit, verū etiā in publicis ſupplicationibus,*
,, *fune ad collum ſibi alligato, nudatis pedibus eo præ-*
,, *luxit exemplo, ut hæreticum ad fidem converterit.*
,, *In elargiendis eleemoſynis ſemper profuſus, & puel-*
,, *lis potiſſimum periclitantibus, quibus erexit in urbe*
,, *cœnobium, in quo, donec nuberent, ſervarentur. Vi-*
,, *vit adhuc piiſſimus Pontifex.*)

c De eo Ariſius in Cremona litterata p. 119. Mand.

Digitized by Google

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA QUARTA,
Sive Flaminia, aut Romandiola, ubi de Metropoli Ravennati, Deque ejuſdem Suffraganeis abunde tractatur.

ROMANDIOLA, ſive Flami- A
nia in ea Italiæ parte contine-
tur, quam Galliam Ciſalpinam,
ſive Togatam antiqui dixerunt,
eaque pars Flaminiæ, quæ lon-
giſſimo terræ tractu cum Æmi-
lia conjungitur. Sumit exordium
à flumine Foglia, quod etiam
vocatur Piſaurum, uſque ad Panarum. Alii etiam
ejuſdem confinia proferunt uſque ad Placentiam, cu-
jus definiunt latitudinem ab Apennino, uſque ad
Adriaticum mare, ita ut Hetruriæ contermina, pa-
ludes concludat Veronenſes, & Patavinas uſque ad
Padi fauces, quas Fornaces appellant. Nos modo
hanc Provinciam coarctavimus in eam partem,
quam priſci dixere Flaminiam, quam plures aſſe-
runt ad flumen Santernum ſpectare. Hæc cum Ro-
manis ubique, & ſemper fideliſſima fuiſſet, Galliæ
Ciſalpinæ, Flaminiæque nomen amiſit, Romandio-
læ acquiſivit, ut ea ratione innueretur, tamquam
alteram Romam, Romanis olim certiſſimo præſidio B
fuiſſe. Quamobrem cum Juſtinianus Imperator in
Italia Exarchatum inſtituiſſet, qui eo ſummo magi-
ſtratu pro tempore nobilitabatur, Ravennæ juſſit fi-
gere ſedem. Ea enim civitas cum impenſius Roma-
no ſtuderet Imperio, cum aliis Flaminiæ civitati-
bus contra Barbaros, Romanoque nomini infeſtos
ſtrenue ſtrinxit arma, donec Exarchorum exole-
ſcente potentia, ideoque ab ipſis deſertæ, coactæ
ſunt Barbarorum accipere jugum: quorum tamen ex-
cuſſere ſervitutem, cum Pipinus Rex Gallorum va-
lidiſſimo in Italiam deportato exercitu, Regem
Longobardorum Aſtulphum fregiſſet, coegiſſetque
in Romanum Pontificem verum dominum Exar-
chatus præcipuas refundere civitates, devictumque
deinde Deſiderium Italiæ Regem Magnus Caro-
lus filius deportandum in Gallias curaſſet. Hic cum
Romæ deinceps Rom. accepiſſet inſigne Imperii,
meminiſſetque, quibus ſecum auxiliis contra Barba-
ros Flaminia depugnaſſet, pro Gallia Ciſalpina Fla-
miniaque honoris ergo ſtatuit Romandiolam appel-
landam. Ejus caput Ravenna eſt, unde hodie pro
Pontifice Romano Legatus ſubditis ſcribit leges.
Miræ autem ubertatis ea Provincia eſt, ſive ad
uſum, ſive ad vitæ jucunditatem, fœtaque viris,
tum pace, tum bello clariſſimis; ſic ut Tacitus eam
appellet florentiſſimum Italiæ luſum: Cicero au-
tem Italiæ florem, Romani Imperii præſidium, ſi-
ve dignitatis ornamentum. Nullus antiquorum
ſcriptorum eſt, qui illius non meminerit. Nos mo-
do de hujuſmodi Provincia prolixiorem non inſti-
tuemus ſermonem. Sed tantum de Ravennate Me-
tropoli, ejuſdemque Suffraganeis. Conſulant, qui
de ea ampliora requirunt, Livium, Plinium, Pto-
lomæum, Strabonem, Leandrum Albertum, Paulum
Merulam, ac Cluverium in Coſmographia.

RAVENNÆ METROPOLIS,

Cujus Suffraganei ſunt

Epiſcopatus

- Hadrienſis.
- Ariminenſis.
- Bertinorienſis.
- Cervienſis, ſeu Ficodenſis.
- Cæſenatenſis.
- Comaclenſis.
- Faventinenſis.
- Ferrarienſis.
- Imolenſis, ſeu Fori Cornelii.
- Foro Livienſis.
- Foro Popilii.
- Sarſinatenſis.



INTER antiquiores Italiæ Civitates numeratur Ravenna, cum narrant ante Trojanum excidium fuiſſe ædificatam, ad litus Adriaci maris in paluda humo. De ejus exordio variant ſcriptorum ſententiæ. Alii enim volunt poſt ducentos vigintiquinque annos à Noetico Diluvio ſuiſſe conſtructam, à ſeptem ducibus, ſeptem aliarum civitatum auctoribus, cum illac prope Padum, ac mare tranſirent, atque ab eiſdem à navibus Navennam ſuiſſe appellatam, quibus illo fuerant adducti, deinde prima littera mutata in R vulgo applaudente facile in Ravennam tranſiiſſe. Contendunt alii à pronepotibus Noe ſuam duxiſſe originem, duo millia, ac quatuor centum annos ante Chiſtianam conditam ſalutem. Nec deſunt, qui dicant à Nembrotti filio fuiſſe ædificatam, atque à navibus Navennam, Pentapolimque ſuiſſe appellatam. Sunt etiam qui dicant à Pentapoli Trojano primum ſumpſiſſe exordium. Strabo autem, quem plures ſequuntur, relictis ſabulis, incertiſque conjecturis, Teſſanos Ravennæ auctores faciunt, qui poſtea Sabinorum jugum ſuſceperunt; qui cum deinde ſuperborum Hetruſcorum potentiam ſufferre non poſſent, Umbros auxiliarios advocarunt, eiſdemque partem civitatis attribuerunt. Quamobrem olim inter Umbriæ civitates numerabatur, deſcribiturque à Ptolomæo in Gallis Boiis. Plinius illam Sabinorum coloniam fecit in lacunoſis aquis olim conſtructam. Auguſtus eidem circumdedit muros, ſive Tiberius, ut legitur in quadam inſcriptione ad Portam auream, protulitque ejuſdem fines Valerianus Imperator: Alaricus Longobardorum Rex illam exornavit; Theodoricus reddidit magnificentiorem, cum ibidem per triginta, & octo regni ſui annos regiam fixiſſet ſedem. Ingentia enim ibi ſubſtruxit Palatia, ſumptuoſaſque fundavit Eccleſias, ut Blondus eſt auctor. Municipium Romanorum fuit, eiſdem fideliſſime ſubjecta. Ex eo, ita fortuna belli ſerente, Odarico Erulorum Regi ſe dedidit, quem cum Theodoricus Oſtrogothorum Princeps ſuperaſſet, Oſtrogothis, eorundemque Regibus ſeptuaginta duorum annorum ſervivit ſervitutem; quos cum iterum Narſetes Eunuchus Juſtiniani ſacratiſſimi Imperat. ductator egregius, ſudiſſet, expuliſſetque, Ravennæ ſupremum inſtituit magiſtratum, cujus munere ſungebantur Exar-

A chi, quos illuc Orientales Imperatores mittebant,
quorum primus Longinus fuit. Quod quidem mu-
nus uſque ad tempora Leonis III. Imperatoris
perduravit: invaſitque deinde Ravennam, ejuſ-
demque Exarchatum Aſtulphus Rex Longobardo-
rum, qui illam, compellente Pipino Rege Gallo-
rum victore, Pontifici Romano reſtituit, cœpitque
illa civitas ex cenſura Pontificia à Ravennate Ar-
chiepiſcopo adminiſtrari. Cæterum cum iterum A-
ſtulphus, Deſideriuſque Ravennæ arripuiſſent
Imperium, non prius ad Eccleſiaſticam rediit ditio-
nem, quam Carolus Magnus iterum Longobardos
fregiſſet, adduxiſſetque in ſervitutem. Exoleſcen-
tibus autem, tum Pontificia, tum Imperatoria po-
teſtate, Ravenna ſicut & cæteræ Flaminiæ civi-
tates ſe in libertatem aſſeruit: cui paulo poſt Petrus
Traverſaria frænum injecit, ſtuduitque nihilomi-
nus Pontifici Romano contra Fridericum II. Impe-
ratorem. Poſt hunc Bononienſes in ea regnarunt,
atque ſecundum hos Polentani, Traverſariis acer-
B rimi hoſtes. Cujus dominatum per centum quadra-
ginta annos tenuerunt, cum tyranni primum Ra-
vennatem rem in ſe traxiſſent, poſtea Romanæ Ec-
cleſiæ fuiſſent declarati Vicarii. Cum Octavio hæc
nobiliſſima gens funerata eſt 1441. Extinctiſque Ve-
neti ſucceſſere, qui illam civilibus diſcordiis penè
exciſam, munificentiſſime reſtaurarunt. In ea di-
xere jus uſque ad an. 1509. rediit ex eo ad Eccleſiam,
uſque ad an. 1527. deinde etiam ad Venetos, qui de-
mum illam Eccleſiæ reſtituerunt 1530. Cujus hodie
juriſdictionis eſt, unde legatus, Præſidenſque Fla-
miniæ pro Pontifice Romano toti Provinciæ jura,
legeſque ſcribit, tamquam e Metropoli capiteque
totius Flaminiæ. Valuit non modo hæc civitas ſpi-
rituali Principatu, ſed etiam temporaria, civilique
juriſdictione. Perantiqua enim illius Eccleſiæ Ar-
chiepiſcopalis dignitas eſt; ejuſdemque Præſulum
tanta olim potentia fuit, ut cum Pontificibus Ro-
manis de dignitate, deque opibus decertare aude-
rent. Fama tenet accepiſſe Chriſtiana ſacra à S. A-
C pollinare, uno è ſeptuaginta duobus Chriſti diſci-
pulis, qui à S. Petro illuc miſſus, poſt Evangelii
prædicationem in tota Flaminia Provincia, Ra-
vennatem Eccleſiam proprio ſanguine conſecravit
anno 74. noſtræ ſalutis, poſt cujus exceſſum diutino
tempore columba è cœlo delapſa illius Eccleſiæ præ-
ſules divinitus declarabat, donec Ravennatibus ro-
boratis in fide, deſiit illa index electionis è cœlo ve-
nire, devolutumque eſt jus eligendi ad Clerum, po-
pulumque Ravennatem. Vix ſatis mirantur corda-
ti, quod alteri Eccleſiæ vix unquam contigit, Ra-
vennatem Eccleſiam à S. Apollinare Præſulum ſuo-
rum interrupte continuaſſe ſeriem uſque in præſens.
Teſtantur autem inſignem Ravennatium pietatem
perpulchra, opulentaque Templa, quæ non mo-
do Ravennæ ſpectantur, ſed in toto etiam ipſius
territorio. Cujus Metropolis * S. Reſurrectioni
conſecrata à Græca voce dicta ἁγία ἀνάστασις, ideſt
S. Reſurrectionis, admirandæ ſtructuræ eſt, cum
illam perpulchræ columnæ ſulcire videantur ad æ-
D ternitatem. Rotundum Templum S. Vitalis omni-
no viſendum eſt; Eccleſiam, templumque SS. Ger-
vaſii, & Protaſii Galla Placidia Regina fundavit,
perduxitque ad faſtigium, ubi ſepulta cum filiis con-
quieſcit. SS. Andreæ, & Joannis Evangeliſtæ tem-
pla perpulchra ſunt, nec minoris elegantiæ eſt illud,
quod Theodoricus Oſtrogothorum Rex S. Apolli-
nari munificentiſſime conſecravit. Plura alia tem-
pla, tum Ravennatis Eccleſiæ antiquitatem, tum
majeſtatem prodere videntur. Ex ea plures prodie-
runt ſancti, virique docti, qui non modo patriam,
ſed univerſam etiam Dei Eccleſiam illuminarunt.
Protulit enim, ut interim antiquiores taceam, S.
Romualdum, qui collapſam in Italia Eremiti-
cam diſciplinam reſtituit, Petrumque Damiani
ſanctimonia præcipuum, inque omni genere litte-
ratum ornatiſſimum. Genuit etiam Joannem XVII.
civem, & ſenatorem Ravennatem, qui ad Apo-
ſtolicam ſedem aſcendit, alioſque viros & doctos,

* In Append. c. 9.

A & graves. Olim Archiepiſcopo Ravennati, præ-
ter ſupradictos ſuffraganeos, ſubjecti fuerunt, Bo-
nonienſis, Mutinenſis, Regienſis, Parmenſis, ac
Placentinus, qui deinde ſub Gregorio XIII. Bono-
nienſi in Metropolim noviter erectæ juſſi ſunt ſuf-
fragari. Narrat Azorius Archiepiſcopum Raven-
natem eo potentiæ aliquando fuiſſe provectum, ut
Romani Pontificis imperio ſe ſubducere conatus ſit
p. 2. Inſt. Moral. lib. 4. cap. 16. præter prædictos
ſcriptores etiam meminerunt Ravennæ, Martial.
Sidonius Apollinaris, Cicero, Cæſar, Mela, Ta-
citus, Suetonius, Appianus, Alexandrinus Dio-
nyſius, Halicarnaſſeus, Vegetius, Silius, Zoſi-
mus, Procopius, Stephanus Epitomator, Paulus
diaconus, Agathias, Blondus, Leander, Sigo-
nius, Cluverius, aliique quamplures. Hauriet
autem Lector de Ravenna pleniorem cognitionem,
ſi conſulat diligentius Hieronymum Rubeum in
ſua Ravennati Hiſtoria, unde hanc ſeriem Archie-
piſcoporum ex fide depromſimus, addita tamen
B temporum correctione, aliave, ubi à ſcriptoribus
contigiſset inverti.

A D D I T I O.

(„ *Eccleſia cathedralis Ravennas antiquiſſima eſt,*
„ *ut pote quam vel fundarit, vel inſtauraverit S. Ur-*
„ *ſus ejus Archiepiſcopus circa initia ſeculi quinti à*
„ *reparata ſalute, unde adhuc Urſiana appellatur.*
„ *Ei inſerviunt duæ præcipuæ dignitates Archidiaco-*
„ *nus, & Præpoſitus, Pontificiis ornamentis induti, 19.*
„ *Canonici, quos inter duo ſeniores Archipresbyteri,*
„ *& Primicerii titulo gaudent, atque omnes hi Pii*
„ *V. privilegio Rochetto, & Cappa violacea utuntur,*
„ *16. Manſionarii almutiis decorati, 40. Seminarii*
„ *alumni, & conventus Parochorum, qui diebus fe-*
„ *rialibus poſt Canonicos divina in ea perſolvunt offi-*
„ *cia. Adeſt præterea Cimiliarca, ſeu Theſaura-*
„ *rius, vel cuſtos Eccleſiaſticæ ſupellectilis, duo Sa-*
„ *criſtæ, aliique inferiores Clerici. Hujus Cathedra-*
„ *lis Canonici Cardinalium nomenclatione, quæ paſ-*
„ *ſim in veteribus documentis occurrit, olim inſignie-*
C „ *bantur; è quorum numero Canonicus in Diaconatus*
„ *ordine conſtitutus ſolebat antiquitus Romæ reſide-*
„ *re, atque adeſſe Pontifici celebranti, cui honorifi-*
„ *centiorem locum aſſignaſſe teſtatur D. Gregorius*
„ *Magnus in Epiſtolis.* Recordare, *inquiens*, in
„ miſſarum Romanarum ſolemnibus, ubi Raven-
„ nas diaconus ſtabat, & require, ubi hodie ſtet,
„ & cognoſces, quia Eccleſiam Ravennatem ho-
„ norare deſidero. *Eccleſiæ verò Parochiales, quæ*
„ *Ravennati populo ſacra miniſtrant, ſunt 21. Religio-*
„ *ſorum cœnobia 14. inter quæ eminent inſignes Ab-*
„ *batiæ S. Mariæ in Portu Canonicorum Regularium*
„ *Lateranenſium, S. Romualdi Monachorum Ca-*
„ *maldulenſium, S. Vitalis monachorum Caſinen-*
„ *ſium, & S. Jo: Evangeliſtæ Canonicorum Regula-*
„ *rium S. Salvatoris; Monialium ſepta quinque præ-*
„ *ter monaſterium mulierum, quæ ad meliorem fru-*
„ *gem convertuntur, & piam domum Ss. Trinitatis,*
„ *in qua puellæ parentibus orbatæ cuſtodiuntur. His*
„ *autem accedunt teſtes pietatis Ravennenſium civiũ*
D „ *aliæ quadraginta Eccleſiæ, quarum quatuor ſunt*
„ *commendæ, duo beneficia, ut vocantur, ſimplicia,*
„ *duodecim à totidem coluntur confraternitatibus, re-*
„ *liquæ ſive Capellæ, ſive oratoria ad alendam popu-*
„ *li religionem patent. Pro expoſitis vero, infirmis,*
„ *atque peregrinis proſtat nobile, atque dives hoſpita-*
„ *le: & præter Clericorum Seminarium aliud extat*
„ *Collegium Maronitarum, immediate Pontifici ſub-*
„ *jectum. Palatium autem Archiepiſcopale pul-*
„ *chrum ſatis, atque magnificum Cathedrali adhæ-*
„ *ret: & licet ea hodie non ſit Ravennatis Archipræ-*
„ *ſulis amplitudo, atque potentia, quæ retroactis jam*
„ *ſeculis altiſſimum dignitatis apicem attigiſſe viſus*
„ *eſt, adhuc tamen Principis titulo decoratur, exer-*
„ *cetque merum mixtumque Imperium in 26. ſive ca-*
„ *ſtra, ſeu terras: percepitque 10000. Scuta Roma-*
„ *næ monetæ è menſæ ſuæ redditibus, qui in libris Ca-*
„ *meræ taxantur ad flor. 4000. Cæterum ſi de anti-*
„ *tiquo, & præſenti Ravennenſis Eccleſiæ ſtatu plura*

„ *cogno-*

„ *cognoſcere cupiat lector, Hieronymi Fabri ejus Ec-*
„ *cleſiæ Canonici vernacula lingua exaratum opus, cui*
„ *titulus*: Memorie ſagre di Ravenna, *an.* 1614.
„ *Venetiis editum pervolvat neceſſe eſt*.)

I. 1. S. APOLLINARIS Antiochenus, unus è ſeptuaginta duobus Chriſti Diſcipulis, à beato Petro Apoſtolo primus Ravennas Epiſcopus ordinatus eſt circa annum noſtræ ſalutis 44. ſecundum vero Baronium 46. atque in totam provinciam Flaminiam ad prædicandum Evangelium directus, ſub Veſpaſiano Imperatore proprio ſanguine ſibi creditam decoravit Eccleſiam die 23. menſis Julii, anno à condita Chriſtiana ſalute 74 (1). non procul à Ravenna ad Claſſim, ubi ſepulchrum venerantur fideles. Hujus ſancti vitam perſcripſit Mombritius tom. 1. erutam ex antiquo M.S. retulitque Surius Carthuſianus, Petrus in Catalogo lib. 6. c. 128. Petrus Chryſologus in ſermone quem de ipſo contexuit, Petrus Damiani, Venantiuſque Fortunatus.

Rurſus Apollinaris pretioſi limina lambe.

De ſepulchro vero ejuſdem, ac juramento illic præſtari ſolito agit S. Gregorius in Regeſt. lib. 5. c. 33. de quo etiam Beda, Uſvardus, Ado, Martyr. Romanum, & alii.

II. 2. S. ADERITIUS natione Græcus, S. Apollinaris alumnus, divinitus poſt exceſſum magiſtri adlectus eſt Epiſcopus Ravennas. Siquidem cum clericalis Senatus, fuſa oratione, vellet expedire ſuffragia, illumque collocare in ſedem, quem eligendum Spiritus Sanctus oſtenderet, ſubito illapſa divina columba Aderitii capiti inſedit, decretoque cœleſti ad ſuffragandum parati illico ſubſcripſere, Aderitiumque ad Archiepiſcopalem cathedram ſubvexere circa annum 75. Hic in enuntiando verbum Dei ingentibus exantlatis laboribus, Ravennæ gentilitatem propemodum jugulavit, cumque ad annum noſtræ ſalutis centeſimum perveniſſet, evolavit ad ſuperos, atque apud Claſſem ſepultus fuit, ubi haud multo poſt S. Probo Templum ædificarunt. Hujus meminit Martyrol. Rom. Ferrariuſque in catalogo SS. Ital.

III. 3. S. ELEOCADIUS *a* natione Græcus, quem ex philoſopho S. Apollinaris ad veram Chriſtianam philoſophiam convertit, miraculo etiam ipſe columbæ ad Ravennatem ſedem aſcendit, anno noſtræ ſalutis centeſimo. Hic ut philoſophicis præceptionibus egregie imbutus erat, doctiſſime ſcripſit de Chriſti conceptione, ejuſque nativitate, ac morte, ut narrat Petrus Damian. Annis 12. Ravennatem rexit Eccleſiam, requievitque in Domino anno 112. 16. Kal. Martii, ſepultuſque eſt extra Claſſem, ubi poſtea Templum erexerunt, ejuſdemque nomini conſecrarunt. Ejus deinde ſacrum corpus Aſtulphus Rex Longobard. tranſtulit Paviam (2). De eo Mart. Ro.

a Seu Eleucadius.

IV. 4. S. MARTIANUS, ex indice columbæ cœlitus delapſæ, Eleocadio ſucceſſit circa annum 112. Quam ille Eccleſiam rexit uſque ad annum 127. Plenus enim meritis ivit ad ſuperos 11. Kal. Junii, ſepultuſque eſt apud ſuum anteceſſorem, de quo Mart. Rom. hac die. Narrant nonnulli (3), hunc Martianum Terdonæ palmam Martyrii ſuſcepiſſe, quo ut fidei Chriſtianæ fines proferret, ſeſe contulerat, indeque ejus ſacrum corpus ejus diſcipulos tranſtuliſſe Ravennam, in quibus ſanctum Calocerum numerant ſuum ſucceſſorem.

5. S. Calocerus *b* natione Græcus (4), S. Apollinaris alumnus ſingularis ſanctimoniæ vir, eximiæque virtutis, divinitus accepta columba, Ravennæ Archiepiſcopus renunciatus eſt. Quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 132. cumque ſuæ ætatis centeſimum annum expleſſet, cumulatiſſimus meritis evolavit ad ſuperos 3. Kal. Februarii, ſepultuſque eſt apud S. Aderitium ſuum anteceſſorem. De eo Martyrologium Romanum. V.

b Vide Acta SS. ad diem 11. Febr. item Bacchinium in Agnellum hic, ubi confutat fabulam de ejus profectu in Hiſpaniam cum D. Jacobo.

6. S. PROCLUS genere Syrus, cœleſti indicante columba, VI. Archiepiſcopus Ravennæ adlectus eſt an. 132. annos omnino 10. Ravennatem adminiſtravit Eccleſiam, clauſitque diem poſtremam Kal. Decemb. ſepultuſque eſt prope ſuum anteceſſorē. De eo Baron. in notis ad Mart. Rom. hac ipſa die. VI.

7. S. PROBUS *c* ad Cœleſtis columbæ inditium, Ravennatem evaſit ad ſedem anno 142. Coruſcans miraculis vita exceſſit, 4. Id. Novembris anno 171. ſepultuſque eſt in templo, quod ipſe in Claſſe ædificaverat. Hujus ſacrum deinde corpus translatum eſt in Templum Urſianum à Petro Archiep. Hujus meminit Petrus in Catalogo lib. 10. cap. 45. ac Mart. Rom. hac ipſa die. VII.

c De ejus converſione in Hiſpaniis per D. Paulum commentum elidi-tur à Bacchinio in Agnellum hic.

8. S. DATUS, divinitus applaudente columba, Ravennæ Archiepiſcopus creatus eſt an. 175. Novemb. Decem annos hanc rexit Eccleſiam, claruſq; miraculis requievit in Domino anno 185. 5. Non. Junii, ſepultuſque eſt in templo S. Probi; ad templum deinde Urſianum tranſlatum à Petro Archiepiſcopo Ravennate. De eo Mart. Rom. hac ipſa die, Ferrar. & alii. VIII.

9. S. LIBERIUS, tum Græce, tum Latine cultiſſimus, inſigniſque philoſophus, prodente columba, Dato ſucceſſit anno 185. In qua dignitate ſuperſtes fuit ann. 21. Populumque Ravennatem perſecutionibus impiorum fractum mirifice ſuſtentavit, ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Probi anno 206. Hic Liberius alter ab illo eſt, de quo Romanum Martyrologium loquitur, Baroniuſque in notis die 30. m. Decemb. IX.

10. S. AGAPITUS *d* decimus Archiepiſcopus eſt ad ſignum columbæ electus anno 206. Hujus Epiſcopi temporibus, aliquot templa ex largitate piorum Ravennæ ſuſtulere muros, ut S. Theodori, ut S. Mariæ in Coſmedin. E vita diſceſſit Agapitus anno 232. 18. Kal. Aprilis, ſepultuſque eſt apud S. Probum cum ſuis anteceſſoribus. X

d De eo Acta Sa. Martii t. 2. p. 426.

11. S. MARCELLINUS adlectus eſt, cœlitus approbante columba 232. Studio religionis quoad vixit, præcipuus fuit, illuſtriſque miraculis, clauſitq; diem XI.

(1) Agnellus in Pontificali S. Apollinarem aſſerit vixiſſe Ravennatem Epiſcopum an. 28. menſes 1. dies IV. Opinioni verò mortem Apollinaris an. 74. figenti nullatenus ſuffragatur Agnellus, qui tradit Apollinarem cum Petro Apoſtolo Romam veniſſe, & poſt *plurimum tempus* ordinatum Epiſcopum, & Ravennam miſſum. Petrus Romam venerit an. 41. ſi Apollinaris obierit an. 74. miſſus fuerit oportet eſt anno 2. Pontificatus Petri. Id autem non conſentit Agnello, qui poſt *plurimum tempus* à Petri adventu Romam miſſum dicit. Diuturniorem certè Apollinaris ſedem illud innuit à laudato Agnello relatum, *quod pro nimia dierum plenitudine curvus* incederet martyrio proximus. Cum autem ex ſeverioribus tabulis Veſpaſianum ſciamus mortuum anno Chriſti vulgari 79. martyrium Apollinaris ultra illum annum differre nefas, uti facit Rubeus, putoque rectius ſtatui D. Apollinaris obitum circa annum mortis Veſpaſiani, qui tamen cum defunctus fuerit ex Svetonio 8. Kal. Julii, mors Apollinaris non potuit præceſſiſſe niſi anno præcedente. Qua Chronologiæ ratione admiſſa, initium Pontificatus Apollinaris retrocedendo affigetur, ſervata die, qua natale ejuſdem in omnibus, & antiquiſſimis Martyrologiis ſignatur 23. Julii, anno vulgaris æræ 50. die verò 19 Junii. *Bacchinius*.

(2) Hæc ex Rubeo referunt etiam Bollandus, & Henſchenius ad diem 14. Februarii: inde modeſtè ex Rubeo quærunt, qui ſint, qui ſentiant ſacrum Eleucadii corpus ab Aſtulpho rege tranſlatum, qui regnavit ſæculo VIII. temporibus Pipini, & Caroli. Ego ſane ex D. Petri Damiani, ac in primis ex Agnelli ſilentio de ea re quam maxime dubito. Qui enim fieri potuit, ut qui abſque hæſitatione (quod alias contigerit) ſcripſit Eleucadium ſepultum extra muros Claſſis, ubi uſque ad ſua tempora ad laudem ſui nominis ejus Eccleſia ædificata fuerit, quæ etiam Petri Damiani ævo extabat, nil addiderit de tranſlatione ejuſdem Ticinum? Quæ ſi tribuatur Aiſtulpho, creſcunt argumenti vires; etenim incredibile mihi eſt Agnellum rem tacuiſſe ſuis ferè temporibus actam. Præter hæc ut dubitem de hujus tranſlatione, facit inconſtantia, qua rem tantam tradunt diverſi Auctores: quorum duos teſtes, ut ajunt, contеſtea idem tradentes non habemus. Unum monumentum, quod Rubeus affert multis ex capitibus laborat: primo enim *ex libro quodam illud ſumpſiſſe ſe dicit, ubi de reliquiis Divorum, quæ ibidem locatæ ſunt, fit mentio*: & nil præterea quod libri antiquitatem, & authentiam commendet; quinimo Rubeus ipſe de monumenti hujuſmodi fide dubitans, deprehenditur, ubi ab ejuſdem aſſerto recedit, affirmans ab Aiſtulpho factum illud, quod à documento Conſtantino tribuitur. At libellum illum ſcriptoribus rerum Ticinenſium ignotum recentioris ædituì cujuſdam fuiſſe oſtendunt, quæ ibidem leguntur de lectionibus veteris, & novi teſtamenti diſpoſitis, ſi Deo placet, à S. Eleucadio pro matutini officii precibus, quales ejus tempore recitabantur; conſtat enim certas hujuſmodi lectiones non fuiſſe diſpoſitas niſi poſt ſeculum ſaltem undecimum, cum antea pro ſuperioris in choro nutu legerentur. Nec officii, ut vocant, diſpoſitio una fuit *per totam Eccleſiam*, quod tradit libri ejus Auctor, niſi recentioribus ſeculis. Quinam vero *triumphus ille glorioſus, quem tunc* ideſt an. 1.5. obtinuiſſe dicitur Conſtantinus *contra Gallicos imperium non verentes*, ex cujus occaſione S. Michaelis templum Ticini extruxerit? Nullum novimus bellum contra Gallos Conſtantini tempore peractum. Nutat itaque aſſertæ tranſlationis hiſtoria, quouſque legitima monumenta proferantur, licet alterius Sancti ejuſdem nominis Corpus Ticini ſervari libenter credam. *Bacchinius*.

(3) Alius fuit S. Marcianus Epiſcopus Dertonenſis à Ravennati. Hic apud ſuos, ille Dertonæ jacet. Dertonenſis martyr, Ravennas confeſſor fuit. Vide Acta Sanctorum Maii tom. 5. pag. 127. ubi de S. Marciano Ravennate.

(4) Bollandus, & Henſchenius ad diem 11. Febr. ſubdubitant, an Calocerus Græcus fuerit, quod ab aliis ſolius nominis argumento affirmatur. Ex Pontificali Agnelliano manifeſtum fit id ſibi perſuaſiſſe etiam Veteres, quare Agnellus ipſe in vita S. Petri ait: *à tempore B. Apollinaris uſque cum iſto viro Prædeceſſores ſui Syriæ fuerunt.* Syriæ nomine Orientis partes intelligit. Aſſertioni hujuſmodi tamen plurium Antiſtitum, qui Petrum præceſſere, nomina mere latina videntur obſtare, quod in Calocero non officit. *Bacchinius*.

Digitized by Google

diem poſtremam 233 (1). 3. Non. Octobris, ſepultuſque eſt apud S. Probum. Hujus Epiſcopi temporibus, Fuſca nobiliſſima virgo, ejuſdemque Maura nutrix palmam ſumpſere martyrii, cujus hodie corpora in Torcellana Cathedrali quieſcunt. Conſule Mart. Rom. quod illius cum laude meminit.

12. AGAPITUS hujus nominis II. ex ſolito miraculo columbæ Archiepiſcopus Ravennæ adlectus eſt. (2) Romano Concilio interfuit ſub Julio Papa an. 337. De quo vide Baron. in notis ad Mart. Rom.

XII. 13. S. SEVERUS *a* decimus tertius Archiepiſcopus eſt, qui ex indicio cœleſtis columbæ ad ejus civitatis ſedem pervenit. Hic cum Eccleſiam contra ſordidus opifex perpurgaret lanam, accepiſſetque clericalem ſenatum in novi Antiſtitis electionem urnam verſare, ſtatim illum inceſſit cupido videndi, quis ille tam dignus ex miraculo haberetur columbæ, qui tanto oneri pares diligentiæ humeros admoveret. Jam ille reliquerat lanam, jam ſordido involutus palliolo verſus Eccleſiam greſſus expediebat, cum Vincentia uxor properantem admonuit ſatius illi eſſe, ſi ad lanificium ſedens in eam diem ſibi, ſuiſque victum pararet, quam ex curioſitate ceſſando majorem, quam hactenus pateretur, tenuitati ſuæ egeſtatem inferret. Cum tamen ille pergeret ex divino inſtinctu, vade, inquit illa, hodie te Archiepiſcopum Ravennatem fortaſſe renunciabunt. Igitur cum Severus paupere, ſordidoque cultu Eccleſiam introiiſſet, in angulum ſe conjecit numen exoraturus, ut Ravennati populo optimum deſtinaret Paſtorem. Vix eam orationem tacita mente effuderat, cum ecce tibi columba feneſtræ inſedit, paululumque morata, verſus Severum deliteſcentem in angulo volatum explicuit, illiuſque aures circumvolando vellicare velle videbatur. Abigebat ille accedentem, redibat, inſtabatque illa, donec ex populi clerique admonitu finit illam moliri, quod efficere velle videbatur. Igitur cum Severi auri aliquandiu roſtrum inſeruiſſet, inde ſtatim evolavit in cœlum. Enimvero tunc obſtupuit populus, intellexitque numini cordi eſſe, ut laniſer ille Ravennati collocaretur in ſede, ſtatimque ſordido cultu exutum, ſacroque Pallio indutum, ſubvexerunt vel reluctantem ad thronum. Ille in virum alterum ſtatim mutatus, ſpirituque ſancto edoctus, ſuggeſtum aſcendit, tantaque facundia ad populum concionatus eſt, ut plane appareret de cœlo eſſe, quod tam adamuſſim præceptorum Dei eloqueretur. Inter alia populo Ravennati prædixit, ne deinceps in creandis Præſulibus cœleſtis columbæ ſignum præſtolarentur. Cæterum dum Severus Ravennati ſederet in throno, gentilium rabies acerbiſſime deſævit in populum. Quare Felicianus, ac Victor, pauloque poſt Valentinus, Novalis, Agricola, & alii Ravennæ coronam promeruerunt martyrii. Erat forma, & exemplar gregi Severus, illum-

a De quo Bollandus t. 1. Januarii pag. 20.

A que omnes, ut plane erat, venerabantur ut ſanctum; Interfuit autem Sardicenſi Concilio anno 347. ubi oſtendit ſibi à Domino infuſam fuiſſe doctrinam Paulo poſt quam à Concilio reverſus fuerat, diem clauſit poſtremum Kal. Februarii 348 (3). ſepultuſque eſt in Claſſe prope Vincentiam uxorem, ac filiam, ubi poſtea Petrus Archiepiſcopus Ravennæ Templum erexit Severi nomini conſecratum, cum monaſterio, quod olim Monachi Ciſtercienſes incoluerunt: poſteaque coacti ſunt illud deſerere ob Commendatariorum ingluviem: quæ vix monachis relicta menſa, omnes illius monaſterii propemodum opes in ſe trahebat uſque ad templi, monaſteriique miſerandum excidium. De tranſlatione Reliquiarum S. Severi, deque Vincentia uxore, filiaque ſcribit Sigebertus in Chronic. an. 824. de tempore vero electionis Severi, deque ſucceſſione, ſcribit Baron. in not. ad Martyr. Roman. ubi liquide oſtendit Rubeum in ſua Ravennati hiſtoria errare, qui lib. 2. contendit Severum fuiſſe electum anno 283. Cum B conſtet Sardicenſi Concilio illum interfuiſſe anno 347. Reperiturque Agapitus anteceſſor ejuſdem, Romano Concilio ſubſcriptus, ſub Iulio Pontifice Maximo anno 337. mendaciumque eſt aſſerere plures Severos, Marcellinoſque Archiepiſcopos Ravennates fuiſſe. Si vero unus Severus fuit in his temporibus, oportet illum non Marcellino, ſed Agapito ſecundo ſucceſſiſſe, non anno 283. ut Rubeus ſcribit, ſed circa annum 338. Ejus vitam Mombritius ſcripſit tom. 2. S. Petr. Damiani in Sermone, Beda, aliiq; plures meminerunt Severi.

14. AGAPITUS *b* hujus nominis III. Severo ſucceſſit, deſiitque in hoc columbæ fieri miraculum, anno 348. In qua dignitate annum integrum ſuperſtes fuit.

b Hic gratis aſſeritur.

15. LIBERIUS creatus eſt anno 349 (4). ſedit annos tres, deceſſitque pridie id. Quintiles; ſepultuſque eſt apud Eccleſiam SS. Petri, & Pauli. XIII.

16. PROBUS illi ſuffectus eſt, anno 351. Quam ille Eccleſiam pie ſancteque rexit ad annos 10. Mortuus vero eſt pridie Non. Martii; ſepultuſque eſt prope Liberium ſuum anteceſſorem. XIV.

C 17. FLORENTIUS admirabilis cum doctrinæ, tum eloquentiæ, ad Ravennatem ſedem ſubvectus eſt anno 361. Quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 374. Quo ipſo anno deceſſit 16. Kal. Decemb. cui lachrymæ egenorum largius ſuſæ pependerunt, cum Pater præcipuus habebatur; ſepultuſque eſt apud SS. Petrum, & Paulum, cui tumulo hæc verba inciſa leguntur. (5) XV.

LIBERIUS
FLORENTIUS.

18. LIBERIUS hujus nominis III. electus eſt anno 374. Quem alii Liverium appellant, atque interdum Oliverium. Quatuor omnino annos in ea dignita- XVI.

(1) At diutius multò in Epiſcopatu vixiſſe S. Marcellinum teſtatur Agnellus, ubi de eo narrat: *tranſactaque plurima* (ſive plurium) *annorum curricula ſpatii, Pontificatum amiſit, & vitam.* Cæterum advertat lector enarratis huc uſque Ravennatibus Epiſcopis gratis affixum eſſe tempus, quo quiſque in ea cathedra ſedit. Nullum enim, ut vides, affertur teſtimonium, quo Epiſcoporum, qui Severum præceſſere, tempus probabilibus limitibus ſtatuatur. Neque Agnellus in ſuo Pontificali annos, quibus ſingulorum Epiſcopatus duravit, decernere auſus eſt. Illud ſane conſtat, 267. annorum ſpatium, quod ab anno 78. quo diximus S. Apollinarem deceſſiſſe, ad 346. quo S. Severum Ravennatem Cathedram conſcendiſſe mox oſtendemus, occupatum fuiſſe à decem intermediis Epiſcopis, itaut hic Marcellinus ad an. 346. pervenerit: cum nullum alium per ea tempora Ravennatem Epiſcopum proferant antiqua monumenta, & hi ad dictum tempus implendum ſatis, ſuperque ſufficiant.

(2) Acta hujus Concilii eruditis hactenus impoſuerunt, qui, cum in iis Agapiti Ravennatis Epiſcopi mentionem fieri viderent, ut eum in hac ſerie apte locarent, varias, eaſque omnes ſerie, quam profert Agnellus, quamque exhibent Urſianæ Baſilicæ muſiva antiqua monumenta, adverſas excogitarunt ſententias. Rubeus ſiquidem in ſua Raven. hiſt. alterum poſt Severum Agapitum comminiſcitur. Baronius tum in Martyrol. tum in Annal. ante Severum tenet immediate ſediſſe Agapitum; Bollandus, & ſocii in Actis Ss. Februarii, & Martii Marcellinum inter Agapitum, & Severum quidem locant, at vellent ante tempora Agapiti, & Marcellini Severum alterum ſediſſe, illum videlicet, quem uti martyrem Eccleſia Ravennas veneratur, qui alteri item Marcellino antiquiori ſucceſſerit; Ughellus denique cæteris longius aberrans ex uno tres, ut vides, ſtatuit Agapitos. Verum, ut antea diximus, Juliani Concilii Acta tantis Auctoribus impoſuerunt, qui eorum fidem ſecuti nihil de eorum veritate dubitarunt. Quidquid enim ſit de ea Synodo, quam celebratam fuiſſe negare nolim, Acta tamen, quæ ejus eſſe dicuntur, ſuppoſititia eſſe, ac fide prorſus indigna omnino evincit *Bacchinius in Agnellum diſſert.* 1. Nam & collegium Conſulum, quibus ſignata ſunt hæc Acta, *Feliciano* videlicet & *Maximiano Coſſ.* nullibi in tota Faſtorum ſerie exiſtentium, & Indictio VI. non cohærens cum anno Imperii Conſtantii, & Conſtantis Auguſtorum IV. tum horrida ſenſuum, ſtylique barbaries, denique cæterorum, qui ibi nominantur, Epiſcoporum vel ignotæ ſedes, vel à reliqua antiquitate ignorata exiſtentia, eorumdem Actorum falſitatem aperte demonſtrant. Farraginem ea eſſe hinc inde collectam ab eodem, qui binas Julio Epiſtolas affinxit, Iſidoro quidam dicunt apud *Labbeum* in marginali nota adſcripta eidem in collectione Concil. t. 2. p. 529. & *Pagius* in Critica ad an. 337. Paragr. 8. hæc ſcribit: *Synodus Romana ſub Julio Papa aliud non eſt, quam farrago ab Iſidoro Mercatore collecta ex Tripartita, aliiſque, et in formam Concilii redacta. Certe nulla ejus in libello Synodico mentio.* Quæ cum ita ſint, nulla nos cogit neceſſitas hic Agapitos multiplicandi, vel aliter pervertendi Ravennatum Præſulum ſeriem, qualis Urſiano muſivo exprimitur, & in Agnelliano Pontificali perhibetur, cuique conſtanter inhærendum eſt, quamdiu potiora nulla ſuppetunt monumenta, ex quibus in ea vitium aliquod irrepſiſſe oſtendatur. *Bacchinius.*

(3) Hic Rubeum ſecutus fallitur Ughellus. Nam conſtat S. Severum adfuiſſe funeri S. Geminiani Mutinenſis Epiſcopi, ut hiſtoriam ex majorum traditione diſerte tradit Agnellus in ſuo Pontificali, atque ex eo, qui S. Geminiani vitam complexit relatam à Bollando in Actis Ss. Februarii tom. 1. pag. 79. & ſeqq. S. Geminianus autem vivebat adhuc tempore Siricii Papæ, qui anno 385. ad Pontificatum evectus eſt. Unde ajunt Bollandiani recte conjectaſſe Harmum definientem circa an. Chriſti 390. deceſſiſſe Severum. Hunc autem creatum Epiſcopum deducunt, ut habetur in altera ex ejus vitis, quam exhibent, Conſtantio IV. & Conſtante III. Coſſ. ſive anno Chriſti 346. *Bacchinius.*

(4) Temporum rationem quatuor ſequentium Epiſcoporum minime conſtare non eſt cur ulteriori ſermone probemus, qui S. Severi initia, & ſedis finem expendimus. Unde ſequitur poſt id temporis quatuor ſequentes Epiſcopos ſediſſe. Quanto autem tempore ſederint incertum eſt, nec legitimis documentis probari poteſt. Illud argumento rite eſſe queat longiori ſediſſe Liberium III. quod Liberii II. Probi, ac Florentii nil fere habuerit memoriæ mandandum Agnellus. Quæ enim Rubeus de ſanctorum reliquiis à Damaſo Rom. Pontif. petitis narrat, nullo modo probantur, cum Romæ effoſſis Cœmeteriis habuerit Damaſus ſacratum reliquiarum copiam, qua & pietatem exerceret, & ſacræ poeſi indulgeret. *Bacchinius.*

(5) Litteræ tumulo Florentii inſcriptæ *Liberius Florentius* indicant eodem ſepulcro duos tumulatos Epiſcopos. Fortaſſe mutila eſt hæc Epigraphe. *Bacchinius.*

Digitized by Google

gnitate explevit, fatoque functus eſt anno 378. Kal. Januarii, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Apollinaris, quæ ejus temporibus fuerat ædificata.

XVII. 19. S. URSUS Liberio ſucceſſit anno 378. Hic natione Siculus erat, è nobiliſſima gente, cujus patrimonium diu Eccleſia Ravennas poſſedit, ædificavitque famoſum, viſendumque Ravennæ Templum, quod de nomine Epiſcopi Urſianum vocarunt, illudque conſecravit Id. Aprilis, anno 384 (1). Præcipuo religionis ſtudio Ravennatem rexit Eccleſiam per multos annos, deceſſitque anno 398. ipſo die Reſurrectionis Dominicæ, ſepultuſque eſt in Eccleſia ab ipſo conſtructa. De eo agit Ferrarius in catalog. ſanct. Ital.

XVIII (" PETRUS (2) *Urſo ſucceſſit. Græcus natione " fuit, vel Syrus, tenui corpore, procera ſtatura, macilentus effigie, prolixam habens barbam. Fundamenta Petriani templi jecit. Obiit autem pridie Kal. Auguſti eo anno, quo Valentinianus Auguſtus eſt renunciatus, anno videlicet 425. atque tumulum accepit in ſua Petriana Eccleſia. Illius effigiem in pariete Eccleſiæ B. Joannis Evangeliſtæ fieri juſſit, & teſſellis ornari Galla Placidia.* Ex Agnello Bacchinius.)

XIX. (" NEON (*de quo Ughellus infra n. 23.*) *Petro ſufficitur eodem, ut puto, anno 425. qui tamdiu vixit, quamdiu Valentiniano, & Galla Placidia juvantibus Petrianam Eccleſiam perficere, fontes Urſianæ Eccleſiæ ornare, ejuſdem cameras muſivo opere decorare, Domum quinque Dagubitarum conſtruere, & reliqua ad effectum perducere, quæ Agnellus narrat, potuerit. Quare exiſtimo illum circa annum 430. obiiſſe " 3. Idus Februarii.* Bacchinius.)

XX. 20. EXUPERANTIUS ad hanc ſedem pervenit anno 398 (3). E vivis exemptus eſt anno 418. 3. Kal. Junii, ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Agnetis ante principem aram ſub porphyritica tabula.

XXI. 21. S. JOANNES, hujus nominis primus electus eſt vigeſimus primus Archiepiſcopus anno 418. (4) Hic cum ſæpius Angelum ſibi apparentem vidiſſet, cognomine, qui vidit Angelum, vulgo appellabatur. Id enim illi ad Eccleſiam S. Agnetis ſacrificanti frequenter acciderat. Cæterum Joannes Eccleſiaſticam libertatem acerrime defendit, charuſque fuit Honorio, Theodoſio, ac Valentiniano Imperat. à quo Pallio donatus fuit, id eſt cultu quodam Imperiali, quo Cæſares cum per civitatem ambularent, uti ad pompam ſolebant, voluitque hanc prærogativam ad ſucceſſores transferre, eidemque Archiepiſcopo duodecim ſubjecit Epiſcopos, ut refert Blondus, Sabellicus, ac Rubeus, qui de hac

A re gratioſum diploma (Baronio, aliiſque cordatis viris valde ſuſpectum a) ex Archivio Urſiano deprompſit in hunc modum.

In nomine D. Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Fl. Valentinianus fidelis Jeſu Chriſti major Imperator Auguſtus, Joanni viro ſanctiſſimo Archiepiſcopo Ravennatis civitatis. Si Redemptoris noſtri plena pietate clementia dignos ſuæ majeſtatis honorificos ſacerdotes, & chriſmatum dono clarificat, quanto magis nos, qui ab ejus pietate regalia ſupragubernanda ſuſcepimus cultum religionis, & reverentia honorificentius debemus impendere, eiſque maxime, qui virtutum experimento. Deo cognoſcimus propinquantes, ut inde illis etiam præſtet augumentum, unde eos probabiliter Dei clementiam . . . ſalute impetrare confidimus, ac proinde Imperiali auctoritate ſancimus ſanctitatem tuam, & ſanctam tuam Ravennatem Eccleſiam, atque univerſas poſtea Deo . . . . . . Præſules Archieratica dignitate erecta, Metropolitæ decore ſublimandam, ſeu Archiepiſcopali faſtigio .

B *. . . . . præponendum, conſtituimus ſub ſacroſanctæ ejus Eccleſiæ ditione ordinationem totius Æmiliæ noſtræ provinciæ civitatum omnium Deo amabilium Epiſcoporum creationes, id eſt Sarſenæ, Caſenæ, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiæ, Forum Cornelii, Bononiæ, Mutinæ, Parmæ, Placentiæ, Brixilli, Vicohabentiæ, Hadriæ, omniumque monaſteriorum, ſub ejus diſpoſitione rejacentium, & in iis ſervientium monachorum. Conferentes ei ob decorem Apoſtolicæ dignitatis, honorem Pallii, & omnem Pontificalis decoris uſum, ſicut cæteri ſub noſtra Chriſtianiſſima poteſtate ſæpe degentes, fruuntur Metropolitæ: condecet enim nos ad honorem ſacerdotis efficaciter proper . . . . & maxime ubi ſerenitatis noſtræ præſulget præſentia, quatenus ſecuritate ſuffulta ſanctitas tua, ſanctaque tua in perpetuum Eccleſia cum meritis virtutum honoris etiam noſtræ ſerenitatis dono, & in poſterum fulgeat.*

Dat. 4. Id. Jan. Rav.

C Arbitror autem ex hujuſmodi Imperiali gratioſo diplomate, Ravennates Præſules, vel Archiepiſcoporum acquiſiviſſe cognomen, vel inde ſenſim auctos potentia, contra Romanos Pontifices extuliſſe contradictionis vexillum. Hic tamen admonitum lectorem volo, cum Pallium ab Imperatoribus profectum ſuperius nominavi, non me illud intellexiſſe, quo cæteri minorum gentium Epiſcopi à Romano Pontifice ſolent inſigniri; ſed indumentum [5] illud Imperatorium paulo ſupra à nobis commemoratum. Cæterum Joannes cum per 14. ann. ſancte

a Multis certè modis, iiſque ineptiſſimis interpolatum eſſe nemo dubitaverit. Bolland. t. 2. Mai. p. 154.

(1) Verum neque anno 384. neque 398. incidit Paſcha in diem 13. Aprilis: nam an. 398. Paſcha die 29. Martii celebratum fuit; anno verò 384. die 24. ejuſdem Martii. Poſt annum verò 390. circa quem obiiſſe S. Severum diximus, cum nullo ex annis Paſchatis componi poteſt dies 13. Aprilis, qui numerantur ab 396. uſque ad 469. Sicut autem Urſi mors differri nequit uſque ad hunc annum, ita contingere non potuit prìori: licet enim breviſſime ſediſſe diceremus Liberium III. adhuc breve nimis Urſi tempus fuiſſet, nec ſufficiens inſigni templo conſtruendo, dedicandoque. Quo igitur omnia ſibi rite conſtent, neque cogamur Acta s. Severi, ſanctique Geminiani invertere, cum videam anno 412. Paſchatis feſtum inſidiſſe in diem 14. Aprilis, dicendum eo anno deceſſiſſe Urſum Epiſcopum, die videlicet 13. quo Paſchale feſtum incipiebat, & ſub ejuſdem noctis initium, in qua s. Reſurrectionis myſteria celebrabantur. Paſchalis namque dies, ſive Reſurrectionis incipiebat Eccleſiaſtico more ſabbati Sancti hora tertia, qua benedictio fontis, & initiatio Competentium fiebat cum cæteris, quæ ita protrahebantur, ut nocte demum ſubſequente cerei benedictio, & miſſarum ſolemnia fierent. Quod ſi conſtaret Eccleſiæ Urſianæ dedicationem factam die 13. Aprilis, ſicuti conſtat eamdem s. Reſurrectionis die celebratam ex Agnello, haberemus argumentum, quo fere ad annum regrederemur Pontificatus Urſiani proximum primo. Paſcha enim eodem die 14. Aprilis celebratum eſt an. 407. quare Liberii III. ſedem ad an. 405. finiiſſe intelligentes, Urſumque circa ea tempora electum, Eccleſia Urſiana non modo finiri, ſed & cœpiſſe ædificari potuiſſet, & demum dedicari eodem feſto Paſchatis, ac eodem die Eccleſiaſtico recurrente, quo tandem Urſus ex hac vita migravit. Atque ita tunc temporis inſigne templum ædificatum habebimus, quo Honorius Imperator Ravennæ aſſiduè degens, opus ipſum Imperiali munificentia promovere potuit; id enim probabilius exiſtimo, quam quod ſine teſte aſſeritur, Urſum videlicet ex opulentiſſimo Siculo patrimonio templum hujuſmodi ædificaſſe. Solemnis enim Auguſtorum mos Eccleſiarum urbis ornandi, ditandique, ubi degebant, cum alia etiam rationum momenta ſuadeant, ut Honorium potius credam & Siculos redditus Urſianæ Eccleſiæ legaſſe, & ſumptus ipſos erogaſſe, quibus templum inſigne conderetur, & dedicaretur. Neque eſt, ut quidquam nos remoretur, nota adſcripta an. 26., quibus in Epiſcopatu vixiſſe dicitur in Agnello, cum ex jam dictis manifeſto appareat ſpatium temporis hujuſmodi s. Urſi ſedi minime poſſe tribui. Sphalma igitur deſcriptoris illud eſſe conſequens eſt. *Bacchinius.*

(2) Petrum hunc contra Rubeum, & Rubeum ſecutos admittere me cogit ſeries Agnelliana, cui quantum licuerit, inſiſtandum reor, ex eo quod illam ab Agnello ex dypticis petitam credam. Neque veriſimile eſt Agnellum deceptum fuiſſe retrotrahendo ad initia ferme quinti ſeculi Petrum, qui Symmachi tempore floruit, cum manifeſtè ea narrentur de Petro antiquiori, quæ nec Chryſologo, nec juniori illi competere poſſunt. *Ex Syriæ* partibus hunc veniſſe cum cæteris ſuis Prædeceſſoribus apertè tradit Noſter, quod falsò diceretur vel de Petro Chryſologo, quem Italum fuiſſe nullus dubitavit, vel de Petro poſteriori, qui aliquos Prædeceſſores Italos habuit. Barba etiam prolixior argumentum ſuggerit, quo alterum ab altero diſtinguamus; inde enim Petrum per ea tempora floruiſſe apparet, quibus maximè Ravennas Eccleſia græcizare viſa eſt, cum ſcilicet reſidentibus ibidem Auguſtis, ad Græcæ Eccleſiæ mores in plurimis ſe componebant Eccleſiaſtici. Exciſo autem Occidentali imperio, Gothiſque rerum, Ravennæque potitis, barbam raſiſſe Epiſcopos Ravennates argumento eſſe poteſt antiquiſſima s. Eccleſii effigies, quæ ex veteri Ravennæ muſivo habetur. Adde, quod, cum Agnellus Petri effigiem, quam Galla Placidia fieri juſſit, exactè deſcribat, veriſimile non eſt decipi potuiſſe, nec diſtinxiſſe inter Petri prioris, & Petri Chryſologi effigiem: nam illam ad Petrum III. pertinere non potuiſſe, barba ipſa clamat, & ratio temporis loquitur; nec enim Gallæ Placidiæ juſſu potuit Petri III. effigies fieri. Illud autem omnino me coegit, ut priorem hunc Petrum agnoſcerem, quod alias argumenta deſint (ſi meram traditionem excipias) quibus Petrum III. inter ſanctos cultum probemus; Petri autem prioris ſanctitatem uſque à Gallæ Placidiæ ætate ex hoc Agnelli loco cognoſcimus. Petrus itaque Epiſcopus, quem Eccleſia Ravennas ut ſanctum colit, non tertius, ſed prior hic eſt. *Bacchinius.*

(3) Exuperantius circa an. 417. electus eſt, cujus acta obſcura efficiunt, ut credam brevi ſediſſe. Hujus tempore dicit Agnellus trucidatum Ravennæ Felicem Patricium: quod factum tradit Marcellinus Theodoſio XIII. & Valentiniano III. Coſs. quod evincit an. 430. Exuperantium ſediſſe. At nullo modo protrahi poteſt ejus ſedes uſque ad an. 43 . quo Eudoxia Valentiniani uxor Ravennam venit, ut tradit Agnellus, nam jam antea eam ſedem occupabat Joannes ejus ſucceſſor. Cenſeo igitur 4. Kal. Junii anni 432. obiiſſe Exuperantium. *Bacchinius.*

(4) Agnellus in ſuo Pontificali acta hujus Joannis cum actis alterius Joannis, qui Petro Chryſologo ſucceſſit, promiſcuè confundit: atque Joanni Angelopti adſcribit tempus Epiſcopatus annorum 16. menſium 10. dierum 18. cum tamen, ſi numerum, quæ de eo memorat, ratio habenda foret, oporteret Joannem ipſum pluſquam 70. annis in Epiſcopatu ſediſſe. Porro facili negotio ea, quæ ad Angeloptem ſpectant, diſcernuntur, ac ea fere ſunt, quæ Valentiniano adſcribuntur, & nonnulla ex his, quæ Gallæ Placidiæ Auguſtæ. Hic ſacellum Divis Stephano, Gervaſio, & Prothaſio dicavit, à fundamento conſtructum Theodoſio XV. & Valentiniano IV. Coſs. anno videlicet 435. Hinc potuit iſte Joannes ſucceſſiſſe Exuperantio circa an. 432. & obiiſſe poſtremo Sixti anno 440. *Bacchinius.*

(5) Mihi magis conſentire videtur, quæ ſcribit Baronius in 5. Annal. tomo ad an. 431. n. 91. expreſsè affirmans fictitium eſſe monumentum Valentiniani. In eo ſiquidem non de Paludamento Imperialis dignitatis, ſed propriè de Pallio ſacro Pontificali ſermo eſt: idque indicant illa verba: *Conferen-*

Digitized by Google

ſanctè rexiſſet, fato functus eſt, Non. Junii anno 432. ſepultuſque eſt apud S. Agnetem, ubi ſæpius eum Angelus cuſtos conſolabatur.

XXII. 22. S. PETRUS CHRYSOLOGUS *a* a Sixto III. electus eſt Archiepiſcopus anno 432 (1). Etenim cum Ravennates alterum ſibi in Pontificem delegiſſent, direxiſſentque Romam cum oratoribus, ut Pontifex ejus electionem ratam haberet, in quibus erat Cornelius Imolenſis Epiſcopus, qui Petrum Chryſologum diaconum ſuum ſecum adduxerat, antequam Pontificem coram alloqueretur, à ſanctis Petro, atque Apollinari Pontifex præmonitus eſt, cum ſe eidem ſpectandos præbuiſſent, ut Ravennatium electionem irritam haberet; eligeret vero adoleſcentem, quem oſtendebant per viſum. Poſtridie Pontifex cum rejeciſſet electum, coramque ſe Ravennates juſſiſſet venire, juvenemque ſibi oſtenſum oculis circumlatis fruſtra requireret, Imolenſem Epiſcopum cum ſuo comitatu prævocavit ad Aulam, inque ſuos aſſeclas cum proſpexiſſent, Petrum Chryſologum agnovit ſibi per viſum oblatum, ſtatimque illum ex divino admonitu Archiepiſcopum Ravennatem renunciavit, narrata prius divina revelatione, quæ ad ejuſmodi electionem ipſum impulerat. Erat Petrus ætate juvenis, ſed conſilio canus, quem Imolenſis Cornelius nobilibus excoluerat diſciplinis, ordinaratque diaconum. Ravennates ut ſibi divinitus datum lætanter excepere, Valentinianoque, & Gallæ Placidiæ Imperatoribus unice charus fuit. Decem & ſeptem annos Ravennatem adminiſtravit Eccleſiam, cujus planè aurea, doctiſſimaque ſcripta cum pari ſanctimonia vitæ ſeculum illud illuſtrarunt. Erat enim Chryſologo ſuccincta, ubique floribus nitens, graviſque ſententiis eloquentia, ita ut cuique dictioni ſuum videretur ineſſe Imperium. Catholicam veritatem indefeſſo ſtudio propugnavit, ut docta illa, eleganſque Epiſtola ad Eutychetem Hæreticum ſcripta plane demonſtrat. Evolavit ad ſuperos Petrus die 2. m. Decemb. 449. in Foro Cornelii, ubi aliquibus expediendis negotiis operam dabat: atque à ſuis civibus in Cathedrali ſepultus eſt, ante altare S. Caſſiani, ut ipſe à ſe condito teſtamento mandaverat. Cæterum Petri Chryſologi temporibus, Ravennæ poſtremam diem clauſit S. Germanus Epiſcopus Antiſiodorenſis, de quo Ercius in vita S. Germani ita cecinit lib. 6.

Principis Eccleſiæ, meritoque ac nomine pollens
Petrus, Apoſtolica dicta ſervabat in urbe
Fortem gregem, vir praecelſo ſplendoris aviti
Stemmate conſpicuus, multa & probitate coruſcans.

De eo Bellarminus de Script. Eccleſiaſticis. Trith. Poſſevinus, Sixt. Senenſis, Petrus Damiani in ſermone de S. Barbatiano, Baron. in Annal. & notis ad Mart. Rom.

a Hanc ex Epiſcopis Ravennatibus plurimi Archiepiſcopi dignitate auctā eſſe dicunt Bollandiani tom. 2. Maii p. 154. ex ejuſd. Chryſologi ſerm. 175. de Chryſologi ſcriptis videas Dupinium in Bibl. Eccleſ.

23. NEON *b* Petro Chryſologo ſucceſſit anno 450. Ad hunc literas dedit (2) Leo III. Pontifex Max. Ædificavit autem Neon Templum S. Petri Majoris, ut vocant, Neptuni falſo numine deturbato de Aris. Item prope Urſianam Eccleſiam parvum Templum D. Joanni Baptiſtæ conſecratum

b Hic referendus eſt ad numerum marg. XIX.

ſubſtruxit, quod ad Fontem placuit appellare, quod in eo ſacro Baptiſmatis fonte tingerentur infantes. Quod ipſum cum impenſius exornaret, hæc ibidem carmina inſcribenda curavit.

Cede vetus nomen, novitati cede vetuſtas,
Pulchrius ecce nitet renovati gloria fontis.
Magnanimus hunc namque Neon, ſummuſque ſacerdos
Excoluit c pulchro componens omnia cultu.

c Al. Exſolvit.

Deceſſit autem Neon ſui Epiſcopatus anno 3. IV. Id. Februarii, ſepultuſque eſt apud D. Petri Templum, quod ipſe olim ædificaverat, in cujus olim principe, prælataque fornice cum Neonis effigie hæc inſcripta verba legebantur.

DOMINUS
NEON SENESCAT
NOBIS

XXIII 24. JOANNES *d* hujus nominis II. adlectus *e* eſt anno 453 *e*. Hunc Simplicius Pontifex ſcriptis litteris *f* reprehendit vecordiæ, quod contra Pontificium placitum, Gregorium quemdam elegiſſet in Præſulem Mutinæ, minaturque ſe illi Metropolitani poteſtatem adempturum. Is quippe Joannes jam ante à Leone III. Pontifice Romano obtinuerat, ut Valentiniani Imperatoris privilegio ſibi uti liceret, quod Ravennati Archiepiſcopo faciebat poteſtatem, ſuos ſuffraganeos creandi, ac conſecrandi; quam ille poteſtatem cum per id tempus uſurparet, commoverat iram Simplicii. Litterarum autem Simplicii hujuſmodi exordium erat: *Si quis eſt intuitus*; Eruiturque obtenta confirmatio à III. Leone, ex Bulla quadam Magni Gregorii. Cæterum iſte Joannes ſanctimonia vitæ fuit præclarus, Ravennatemque Eccleſiam ſupra unum quadraginta ipſos annos adminiſtravit, cum atrociſſima tempora Ravennatem rem miſerabiliter divexarent. Fato functus eſt 494 *g*. eo ipſo tempore, quo Theodoricus Italiæ Rex Ravennæ arripuit principatum. Narrant hunc Joannem Attilæ Regi, Italiæ deſolatori, intrepido animo iviſſe obviam, cum jam propius Romæ, Ravennæque, ut cæteris Italiæ civitatibus minitaretur excidium, itaque barbarum precibus deliniiſſe, ut contentus Ravennates dejeciſſe portas, illaſque præbuiſſe militibus conculcandas, civitatem ipſam deinde intactam reliquerit.

d De hoc Bollandus tom. 2. Jan. pag. 727. Confunditus ab Agnello cū Joanne Angeloptе.
e Circa an. 450. Bacchinius.
f Vide Decretum 2. p. Cauſ. 25 q. 2. c. 21.
g Circa An. 466. Bacchin.

XXIV 25. PETRUS Junior Joanni ſucceſſit ann. 494 *h*. Hic interfuit Conciliis ſub Symmacho Papa Romæ celebratis; cumque in Claſſe inſigne D. Petro conſecrandum Templum commoliri cœpiſſet, è vivis exemptus eſt anno 503. pridie Kalen. Sext. ſepultuſque eſt apud ſupra commemoratum templum ab eo conſtructum, vel ſicut aliis placet apud S. Jacobum ad fontes, ubi poſt aliquot annos ejus corpus cœleſtibus fragrans odoribus, incorruptumque in teſtimonium ſuæ ſanctitatis repererunt. („ *In ea Romana Synodo habita in Baſilica Seſſoriana in cauſa Symmachi Papæ judex præcipuus una cum S. Laurentio Mediolanenſi Antiſtite eſt delectus. Vide Baron. ad an. 502.*)

h Circa an. 496. Bacch.

XXV. 26. AURELIANUS effectus eſt anno 503. undecim annos eam ſedem obtinuit, deceſſitque anno 514.

---

tes ei ob honorem Apoſtolicæ dignitatis honorem Pallii, et omnem Pontificalis decoris uſum, ſicut cæteri fruuntur Metropolitæ. Nam neque ullus umquam Metropolita Pallio Imperiali uſus legitur, neque Imperiale pallium ad omnem uſum Pontificalis decoris, qui nonniſi officii Paſtoralis plenitudo, quidquam conferre viſum eſt. Argumenta vero hujus Diplomatis falſitatem indicantia qui cupit noſſe, legat Baronium loco citato.

(1) Pro Epiſcopatus Chryſologi initiis in ea ſententia perſevero, ut vel anno 440. qui Sixti III. poſtremus fuit, vel præcedenti 439. ordinatum credam. Annus ejuſdem emortualis nec ante 448. collocari, nec poſt 451. differri poteſt. Nam & Attila Ravennam properante an. 452. Joannes ſedebat Epiſcopus, nec fortaſſis is ejus ſedis annus prior erat, ſed præcedenti 451. cœperat, & Chryſologus curavit funus s. Germani, quem ex ejuſdem Actis certa demonſtratione elicuit Card. Noriſius obiiſſe an. 448. die 31. Julii. Porrò cum ad Kal. Junias anni 448. Eutyches in Italia bene audiret, ex litteris Leonis ad ipſum eadem die datis, non potuit eo anno à Petro Eutychetì Epiſtola, quæ extat, conſcribi. Scripta enim eſt, cum Eutyches in Italia malè audiebat, ut ex ejuſdem Epiſtolæ tenore conſtat, ac proinde conſcribi non potuit ante an. 449. Unde cenſeo Chryſologum anno 450. vel ad ſummum 451. obiiſſe. *Bacchinius.*

(2) Hanc Leonis Epiſtolam titulus ſcriptam præfert Leoni Ravennati Epiſcopo. Baronius, & cæteri Baronium ſecuti mendum ineſſe in Epiſcopi nomine arbitrantes Leonis loco legendum eſſe Neoni cenſuere. Hinc occaſio data Neonem loco movendi, & Chryſologo ſucceſſorem dandi contra Agnelli fidem. Quidni legendum ſit Joanni, qui exſcriptorum vitio in Leonem mutatus ſit? Quidni Ravennii Epiſcopi Arelatenſis nomen corruptum ibi cubet, ad quem alias Epiſtolas à Leone Pontifice datas per ea tempora novimus, quibus Gallias miſerè ab Attila vaſtatas tradunt ſcriptores. Certe Queſnellius in editione operum s. Leonis mendoſam eſſe Conſulis in præfata Epiſtola notam exiſtimat, quidquid in contrarium regerat Pagius diſſert. Hypat. p. 3. c. 5. n. 6. & ſeqq. cum enim cæteræ omnes Leonis Epiſtolæ an. 451. Martiano, & Adelphio Coſſ. Adelphium tantum exprimant pro more ſcribentis, qui cum alterum ex Conſulibus nominat, Occidentalem Orientali omiſſo eligit, hæc Orientalem Occidentali neglecto adnotat. Præterea adſcribendi Conſulis modus diverſus eſt à Leonis more, qui ſolet non *Conſulatu*, ut ibi, ſed *Conſule*, vel *Conſulibus* ſcribere. Demum Epiſtola ſcripta eſt ex occaſione redeuntium à Barbarorum captivitate, de baptiſmo quorum dubitabatur, cum tamen eo anno nondum Barbari circa Æmiliæ, Flaminiæve regiones occaſionem quæſtioni dediſſent. Quæ quidem quæſtio referri nequit ad extorres illos, qui ob Generici perſecutionem ſolum vertere coacti ſunt, quandoquidem illi non redibant à Barbaris, ut ſupponit quæſtio. Inde ſi cum Queſnellio *Majoranum* pro *Martiano* ſcribendum contendamus, manifeſto apparet anno 458. ſcriptam Epiſtolam Joanne Ravennæ ſedente: atque ex ea nullum eſſe poſt Chryſologum Neoni locum. Verum quidquid ſit de hujus Epiſtolæ emendandæ ratione, illud conſtare arbitror, mendoſam Epiſtolam medium eſſe inſufficiens, quo Neonis Ravennæ Epiſcopi tempus ſtabiliatur, & antiquitatis auctoritas eludatur. *Bacchinius.*

Digitized by Google

514(1). 7. Kal. Junii; ſepulturam accepit apud ſanctos Apoſtolos prope Neonem anteceſſorem.

XXVI *a* 514. 27. ECCLESIUS è nobiliſſima Præfectorum familia Ravennate, Aureliano ſuffectus eſt anno *a* 514 (2). conjunxitque nobilitatem generis cum ſanctimonia vitæ, cujus prudentia, conſiliiſque in trepidis magniſque negotiis Theodoricus Rex uti erat ſolitus. Illum quippe ad Juſtinianum Imperatorem Conſtantinopolim legavit. Viginti & octo *b* annos in ea dignitate ſuperſtes fuit, cunctis ejus præſulis deprædicantibus ſapientiam; requievitque 6. Kal. Septemb. *c* ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Vitalis ante principem Aram Ss. Nazarii, & Celſi. Eccleſiam S. Mariæ Majoris in ædibus paternis conſtruxit, in cujus fornice ejuſdem ex moſaico opere olim viſebatur imago, ad cujus pedes hæc carmina legebantur.

b Decem.

c Circa Julii menſ. anni 534.

Virginis Aula micat, Chriſtum quæ cepit ab aſtris,
Nuntius è Cœlis Angelus ante fuit.
Myſterium! verbi genitrix, & virgo perennis,
Auctoriſque ſui facta parens Domini.
Vera Magi, claudi, cæci, mors, vita fatentur.
Culmina ſacra Deo dedicat Eccleſius.

Hanc Eccleſiam quibuſdam ſacerdotibus communitatem vitæ ſervantibus attribuit, quibus unus, idemq; convictus erat, quos cum Eccleſia, ſacrarioque variis, divitibuſque donariis auxit. Urſiano Templo patenam auream dono dedit, pondere 5. librarum, inſuper aliquot urnas aureas pretioſis ex Indico ſolo lapillis affabre conſperſas, candelabraque argentea numero omnino duodecim; erexitque etiam argenteum altare ducentarum librarum, pluraque alia aliis Eccleſiis munificenter attribuit.

XXVII. 28. URSICINUS patria Ravennas demortui locum accepit ann. 542 *d*. Tres annos in ea ſede explevit, ſepultuſque eſt apud Eccleſiam SS. Nazarii, & Celſi.

d Anno 534. circa Auguſtū.

XXVIII. 29. VICTOR adlectus eſt anno 545 *e*. Hic divino cultui ſtuduit quam qui maxime, perque annum, quo Ravennatem Eccleſiam adminiſtravit, diverſas pluresque Eccleſias exornavit, ac non temnendum auri, argentique pondus impendit, ut ſacræ vaſorum ſupellectili ſacerdotibus litantibus ſubſervituræ ſufficerent. Obiit diem poſtremam 15. Kal. Martii anno 546. ſepultuſque eſt in Eccleſia Ss. Nazarii, & Celſi prope ſuum anteceſſorem.

e Die 4. Martii anni 540.

XXIX 30. S. MAXIMIANUS Polæ natus, clericalem vitam profeſſus, ordinatuſque diaconus cum continentiſſimæ vitæ eſſet, terramque aratro proſcinderet, ut naſciturum ſemen reciperet, incidit in vas quoddam auro refertum, horruitque ad oblatas forte ibi divitias. Cæterum diu multumque hærenti divinus inſtinctus ſuggeſſit, quod in eo fortuito caſu tandem agendum foret. Igitur Maximianus ſtaturoſum arreptum bovem, exenteratumque nuper invento auro opplevit, exque caprinis pellibus prægrandibus confectis quaſi calceorum ſoleis, ejuſdem auri maximam copiam inſuit: quod vero reliquum erat, religione perſuſus, Juſtiniano detulit Imperatori. Qui cum de Maximiano quæreret, quantam nam partem inventi theſauri ſibi repoſuiſſet, retulit Maximianus: Teſtor Deum, o Cæſar, nullam aliam niſi quam venter hauſit, & ſoleæ. Suſpicatus Cæſar, veteris hominem probitatis, aliquid in victum, calceoſq; ut uſus vitæ poſtulat, impendiſſe, admiratus eſt hominis probitatem, & fidem, quam qua tandem ratione compenſare poſſet, cœpit ſerio cogitare. Interea Ravenna Conſtantinopolim legati advenerant, exceſſum Ravennatis Præſulis nunciaturi, ſimulque poſtulaturi Pallium (3), quo noviter eligendus de more nobilitaretur. Cæſar præclaram occaſionem nactus Maximianum pro verbis exornandi, Vigilium Papam, qui tunc in Bithynia exul agebat, exorat, ut Maximianum ad Ravennatem ſedem eveheret. Igitur Juſtiniani favore inauguratus eſt, oneratuſque ab eo muneribus, Ravennam proficiſcitur: ſed Ravennatibus hominis novitatem, delatique honoris cauſam adverſantibus, noviter electus ad D. Euſebii Templum extra muros exitum divinæ voluntatis præſtolaturus divertit. Ibi cum vitæ ſumma moderatione, tolerantiaque latæ repulſæ, civium aliquando tandem miſericordiam exciviſſet, ab eis pro Archiepiſcopo exceptus eſt. Hujus Archiepiſcopi temporibus S. Vitalis permagnificum templum abſolverunt, Maximianuſque ſolemni ritu pompæ conſecravit. Prope Polam patriam ſuam Templum D. Mariæ ſacrum ædificavit, quam Formoſam voluit appellari. Plures ſanctorum reliquias à Juſtiniano Imperatore dicitur impetraſſe, inque iis S. Andreæ Apoſtoli Barbam, quam in Eccleſia ejus nomini conſecrata collocandam curavit. Templum S. Apollinaris in Claſſe ſui anteceſſoris conſecravit, honorificentiorique loco corpora S. Probi, aliorumque ſanctorum Epiſcoporum Ravennatium excepit. Fuit vir longe doctiſſimus, cujus præclara monumenta vel temporis vetuſtas exedit, vel plagiariorum violentiæ manus rapuerunt, ut teſtatur Andreas Agnellus. Duodecim omnino annos Ravennatem gubernavit Eccleſiam, Dominoque vocante, ivit ad ſuperos anno 553 *f*. oct. Kal. Maji, ſepultuſque eſt apud S. Andream, quem deinde pia credulitas fidelium retulit inter ſanctos. *f* Vel 552. Hic idem inchoatum quondam à S. Petro Chryſologo Canonicorum domicilium abſolvendum curavit, depictiſque aliquot ſuorum anteceſſorum imaginibus, hiſque carminibus ſubjectis, aliquot illorum continuatæ ſucceſſionis nobis eripuit errorem.

Hic Petrus junior Chriſti præcepta ſecutus,
Ut g decuit, ſacris moribus extitit. h
Hic i *quoque fundavit mirandis molibus arcem,*
Nominis ipſe ſui hac monumenta dedit.

g al. Docuit. *h* Habibuit. *i* Hanc.

Hu-

(1) Cum Eccleſius Aureliani ſucceſſor anonis circa initia anni 514. ordinatus fuerit Epiſcopus, ut mox dicemus, ad annum 523. circiter vixiſſe Aurelianum fatendum eſt. Tempus verò obitus Petri junioris, & initium ſedis Aureliani incerta ſunt. Illud tamen conſtat Aurelianum undecim annorum Epiſcopum nequaquam fuiſſe: cum Anonymus hiſtoriæ Cæſareæ ſcriptor, quem poſt Marcellini libros edidit Valeſius, de Petro agat, ut qui tunc Epiſcopus erat, cum Eutharicus anni 519 Conſul magiſtratum gereret, vel geſſiſſet. *Bollandiani in Actis Ss. Maii t. 6. p. 703.*

(2) Ex AGNELLI Epiſcopi Epitaphio, quod affertur etiam ab Ughello infra n. 31. hujus Eccleſiæ, & ſequentium Antiſtitum tempus, quo quiſque ad ſedem evaſerit, vel obierit, deducere in promptu eſt. Siquidem Agnellus ibi dicitur obiiſſe Kal. Auguſti Indictione XIV. hoc eſt anno 566. quo dicta Indictio currebat: retrocedendo igitur per annos 13. menſ. 2. dies 8. quibus, ut conſtat ex Agnelli Pontificali, vixit in ſede, invenietur annus, quo ſedere cœpit 553. die videlicet 22. Junii Dominica. Eodem autem anno obierit MAXIMIANUS, ex Codice Monialium S. Andreæ à Rubeo laudato, 8. Kal. Martii Codicis auctoritas diem certum reddit, at de anno ſilet. Crediderim obiiſſe anno precedenti 552. Cyclo ſolis I. Lunæ II. Lit. Dom. G. F. duo ob argumenta. Primum eſt, quod Vigilio Pontifice per ea tempora Conſtantinopoli ob trium Capitulorum quæſtionem varie vexato, & Imperatore invito, diuturniori tempore opus fuit, quo novus Epiſcopus ordinaretur. Alterum eſt, quod cum videam IX. Kal. Martii in Martyrologio Maximiani obitum ſignatum, ex anni Biſſextilis Februario evenille credo, ut dies una excreſceret apud Martyrologiorum Scriptores, & pro VIII. Kal. IX. Martii ſignatus ſit dies Maximiani emortualis. Qui cum in Pontificatu vixerit, ut tradit item Agnelli Pontificale, an. 5. menſ. 6. dies. 8. neceſſe eſt Cathedram conſcendiſſe an. 546. pridie Idus Octobris. Quod optime reſpondet his, quæ narrat Agnellus, nempe Maximianum ordinatum fuiſſe à Vigilio apud Patras Indictione X. quinquies P. C. Baſilii Octobri menſe. Nam anno præfato 546. Cyclo ſolis XXIII. lit. Dom. G ipſa die ordinationis ejus quartadecima occurrit. Eodem autem anno obierat VICTOR XV. Kal. Martii. Is vero cum dicitur ſediſſe an. VI. menſ. XI. dies XI. indicatus conſecratus an. 539. die IV. Martii. At dies IV. Martii eo anno erat feria VI. inepta videlicet Epiſcoporum ordinationibus. Conſequitur itaque in numeris allatis Sphalma irrepſiſſe, & vel diem deeſſe, & pro II. ſcribendum XII. vel & diem deeſſe, & annum abundare, ſcribendumque illum ſediſſe an. V. menſ. XI. diebus XII. ac ordinatum die IV. Martii an. 540. Biſſextili, currente Cyclo ſolis XVII. lit. Dom. A. G. ipſa videlicet die Dominica. De URSICINI, qui Victorem præceſſit, ætate illud tantum habemus, ſediſſe videlicet an. 3. menſ. 6. diebus IX. & ſedere cœpiſſe antequam Athalaricus obiret, quod accidit an. 534. 6. Nonas Octobris. Ordinatus itaque fuerit paucis diebus ante Athalarici mortem poſtremis Septembris diebus: deſiit in vivis eſſe an. 538. circa Aprilem. Longum ſane plurium menſium saltem ſpatium interceſſiſſe nemo diffitebitur, qui animadvertat Apoſtolicæ ſedis vices, quas paſſa eſt eodem anno 538. quo & Urſicinus mortuus eſt, & Silverius ſummus Pontifex deturbatus, intruſo per Beliſarium Vigilio. Obiens itaque anno prædicto 534. ECCLESIUS cum ſederit ex Agnello in Pontificali annis X. menſ. V. diebus V. conſequitur circa initia anni 524. eundem ordinatum fuiſſe; quare anno ſubſequenti 525. cum Joanne Pontifice Romano, aliiſque Epiſcopis, potuit Conſtantinopolim pergere. *Bacchinius.*

(3) Henſchenius in notis ad cap. 5. Vitæ S. Maximiani ex Rubeo deſumptæ, hæc habet: *ſolum id voluit fortaſſis, aut debuit ſcriptor dicere, quia Ravenna ſedes erat Exarcharum, quos terræ Italiæ præficiebat Imperator, huic nunciatam eſſe mortem Epiſcopi, ſi quid juris fortè ad nominandum ſucceſſorem arrogare is ſibi ſolebat, uti etiam in Romani Pontificis confirmationem arrogaſſe oſtendit Baron. ad an. 554. n. 1. & 2.* & circa Pallii ab Imperatore dati qualitatem, & uſum pro Epiſcopis Ravennatibus citat Baronium diſputantem contra apocryphum Valentiniani privilegium. Circa hæc ab Henſchenio adnotata illud primo obſervandum puto nil in electione Epiſcopi Ravennatis ſibi Juſtinianum arrogare potuiſſe Vigilii Pontificis temporibus Exarcharum cauſa, cum Præfectura hujuſmodi in Italia nondum tunc eſſet, nec eſſe cœperit ante Longobardorum ætatem, cum jam Juſtinianus diem obierat. Vigilium verò Pontificem pro ſuo jure Pallium iis, quos decebat, conceſſiſſe certum eſt, at ex Juſtiniani conſenſu. Extant, quæ id probare videntur, ejuſdem Pontificis Epiſtolæ ad Auxentium, & Aurelianum Arelatenſes Epiſcopos. *Bacchinius.*

Digitized by Google

Hujus poſt obitum Aurelianus geſſit honores,
Poſt hunc Antiſtes extitit Eccleſius.
Hinc fuit Urſicinus, ſequitur poſt ordine Victor,
Temporibus junior Maximianus adeſt.
Is Polenſis erat Chriſti levita profundus,
Lege Dei, miſerans, & pietate bonus.
Quem Deus ipſe virum decoravit culmine ſacro,
Eccleſiæque ſuæ Pontificem ſtatuit.
Ipſe autem factis propriis ſe a non meruiſſe
Culmen Apoſtolicum, ſed pietate Dei.

a ckit.

Cave autem credas, lector, hunc illum eſſe Maximianum, qui hæreſi infectus Pontificis Pelagii contortum vibratumque ſtylum excepit. Ille enim, de quo ſupra memoravimus, Archiepiſcopus Ravennas erat, hic vero Iſtriæ, qui Aquilejæ poſitus cum aliquot aliis Epiſcopis ſchiſmaticis conatus eſt Conſtantinopolitano Concilio pondus abrogare, ut notat Rubeus in Hiſtoria Ravennati, aſſeritque Baronius.

XXX.

b De hoc vide Voſſium de hiſt. Lat. & Oudin. de ſcrip. Eccl. Mendoſ.

c Anno 558. die 22. Junii. Vide fragmentum Epiſtolæ Pelagii Papæ ad hunc Agnellum in Baluz. Miſcell. t. 5. p. 464.

31. AGNELLUS *b* poſt elatam uxorem, Eccleſiaſticam vitam excoluit, atque ab Eccleſio Archiepiſcopo diaconus eſt ordinatus, præfectuſque Eccleſiæ S. Agathæ, Maximianoque defuncto, ex communi conſenſu ſuffectus anno 558 *c*. Hunc Narſites maxime dilexit, omneſque fortunas Gothorum, quæ intra civitatis muros erant, illi attribuit. Expurgavit omnia templa, in quibus vel litaverant, vel ſuos cœtus agitaverant Arriani temporibus Theodorici Regis. Prægrandem Crucem argenteam obtulit Deo, quæ hactenus in Urſiano templo aſſervatur. Sancto Gregorio ædificavit, conſecravitque Templum, in eademque Urſiana Eccleſia marmoreum ſuggeſtum ad conciones habendas ſuſpendit. Cum demum nil omiſiſſet, quod ad pium, ſanctumque Paſtorem videretur ſpectare, evolavit ad cœlos an. 566. Kalen. Auguſti, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Agathæ; ejuſdemque ſepulchro hæc, quæ ſequuntur, carmina affixa fuere, ut retulit Agnellus in ejus vita, quam diligenter perſcripſit.

Pontificis requiem cœleſti munere geſta
Agnellus virtute Dei non perdidit illam,
Qui optatam meruit lucis cognoſcere pacem,
Corporis ipſe ſui Templum ſervavit, ut eſſet
Juſtus; cum ſanctis Chriſto mediante reſurget.
Sic quoque pro meritis gaudet, qui talia geſſit.
Hic requieſcit in pace Agnellus Epiſcopus,
qui ſedit
ann. XIII. menſ. I. dies VIII.
vixit ann. LXXXIV d.
Depoſitus eſt ſub die Kalen. Auguſti
Indict. xiiij.

d Al. LXXXIII.

XXXI

e Huic uſum pallii conceſſit Joannes III. Extat Joannis Epiſtolæ fragmentum apud Baluz. Miſcel. t. 5. p. 464.

32. PETRUS ſenior Agnello ſucceſſit *e*, Romæque inauguratus eſt à Pontifice an. 568. 13 (1). Kal. Octobris Indict. II. vir rariſſimi probitatis exempli, tum ætate, tum ſapientia canus. Cæterum ejus inauguratio memorabilis fuit; eodem enim ipſo anno Longobardi Italiam occuparunt, primuſque Longinus ex miſſu Juſtiniani Imperatoris in Italia Exarchatum exercuit, Alboino Regi Longobardorum pares vires oppoſiturus. Cum autem ſedem fixiſſet Ravennæ, inde factum eſt, ut Ravennas Exarchatus appellaretur. In ea igitur vel converſione, vel perturbatione rerum Petrus ſeptem annos Ravennatem Eccleſiam adminiſtravit, reparavitque, ac exornavit templum S. Severi; deinde exceſſit è vivis (2), ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Probi.

XXXII.

33. JOANNES Romanus Petro ſucceſſit, cum ad id faſtigii ſubvectus fuiſſet anno 575. in quo ipſo

A anno Eccleſiam S. Severi inchoatam abſolvit, conſecravitque, ut quædam olim carmina in fornice ejuſdem Eccleſiæ affixa liquido prodebant. (3)

Multorum lucens divino fabrica cultu
Eſſe ſacerdotum ſe manifeſtat opus.
Cœperat egregius hoc Petrus condere paſtor,
In quo neſcit eum mors retinere virum.
Sed quæ tecta ſenex necdum perfecta reliquit,
Romæ vir natus hocce peregit opus,
Succeſſor prudens Petri, paſtorque Joannes,
Qui quod ineſt tanto tulit honore decus.
Ipſe pater populi veniens Romanus ab urbe,
Digna ſuis meritis hæc monimenta dedit.
Hæc eſt priſca domus ſancto renovata Severo,
Cujus honore Deo pſalluntur cantica vero.
Quingentis domini ſub denis ſepties annis,
Amplius bis quinque, bone lector, in ordine junge.
Imperium retinente ſecundo Juſtiniano
Annis undenis regnando vivus in orbe,
Virginis à partu, quæ peperit abſque reatu.

B Joannes in illud Templum ejuſdem ſancti tranſtulit corpus, cum prius in Eccleſia S. Ruffilli requieſceret. Narrant nonnulli hunc Joannem primum fuiſſe repertum, qui contra Romanam Eccleſiam ſuperbiæ extulerit ſignum, tametſi ex S. Gregorii Epiſtolis eruatur oppoſitum. Si quidem in illis laudat fidem, ſtudiumque pietatis Joannis, Severumque Aquilejenſem Patriarcham condemnat proterviæ. Quid? quod ipſe Joannes reſcribit Gregorio, multa ſe pertuliſſe, cum Eccleſiaſticam libertatem defenderet. Ex Gregorio Pontifice hic Joannes aliquando quæſivit, an qui ſemel ordinibus ſacris initiatus erat iterum poſſet initiari. Retulit in Pontifice negantiam ex exemplo illius, qui ſemel Baptiſmatis fonte luſtratus, haud iterum poſſet tamquam perpetuum effectum conſecutus, illius ſacramenti luſtralibus undis tingi. Cæterum, cum hic idem Joannes non modo cum litaret, ſed etiam cum publice ſupplicaret *f*, pallio adornatus procedere erat ſolitus,

f Vid. ex Decreto diſtinc. 100 c. 6. De Joanne idem Decretum 2. p. cauſa 12 q. 5 c. 3. & cauſa 16 q. 1. c. 3. Item cauſa 18. q. 2. c. 16 Plures ad hunc Jo: Epiſtolas dedit Gregorius magnus, ut lib. 1. Epiſt. 35. l. 2. ep. 28. 38. 32. 54. l. 4. ep. 1 21. 20. 82. 23. l. 5. ep. 1

C caſtigatus à Gregorio, admonituſque ſemel, & iterum fruſtra, contumax eam denique tulit cenſuram, ut ni deſiſteret, etiam Pallio in ſacrificiis interdiceretur. Quibus minis cum reſipuiſſet, uberiorem quam antea apud Gregorium non modo dicitur gratiam collegiſſe, ſed etiam obtinuiſſe corpora SS. martyrum Nortaſii, Criſpini, Felicis, atque Hemilii, quæ aucta etiam Reliquiis SS. Marci, Marcelli, & Feliculæ, Joannes honorificentius collocanda curavit in Baſilica Claſſiana in pulcherrimo ſacello. Quod quidem plenum pietatis opus juvit Smaragdus Exarchus Ravennæ, ut ſupra ex teſſellato Portam hæc carmina produnt.

Inclyta præfulgent ſanctorum lumine Templa,
Marci, Marcelli, Feliculæque ſimul.
Pontifices hos Roma cepit, hæc martyr habetur:
Horum Gregorius dat Papa Reliquias;
Quas petit Antiſtes meritis, animoque Joannes
Parvula pro ſummis reddere dona parat.
Oraculum ſtatuit tanta virtute repletus,
Cujus ab auſpiciis gratia, & g extat opus.

g al. Conſtat.

D *Qui bis ſepteno ſacri diadematis anno,*
Tractatu vigili, quo regit Eccleſiam:
Hanc quoque regentem verendi culminis Arcem
Fixit, & eventum traxit ad arbitrium.
Miranda ſubito ſuſpendens arte cacumen
Inflexum reparat parte ab utroque latus.
Additur his meritis felix Smaragdus in ævum,

(1) XVII. Kalendas Octobris, ut ſcribit Agnellus in ſuo Pontificali. Et reverà dies 15. Octobris anni 568. incidit in Sabbatum; itaut ad Veſperam ejus ſabbati ordinatus ſit Petrus; jam enim invaluiſſe crediderim morem, de quo vetus Ordo Romanus à Mabillonio editus de Gradibus Romanæ Eccleſiæ, ut Epiſcopi *nocturno tempore benedicerentur*: nocte videlicet Dominicam diem præcedente, ſervata traditione; de qua Leo magnus: ut *Sabbati veſperè, quod ſucceſſit in prima Sabbati, vel ipſo Dominico die* ordinationes fierent. *Bacchinius.*

(2) Obiit Petrus XVI. Kal. Septembris, ut ait Agnellus, anni 575. ut ex ſequenti Joanne patet. Ut autem ſubſiſtat, quod ait idem Agnellus Petrum ſediſſe annis 8. menſ. 11. diebus XIX. electio ab ordinatione diſtinguenda eſt: ita ut electus ſit anno 567. die 28. Maii, ordinatus anno 568 die 15 Septemb. mortuus die 16. Auguſti an. 575. Cur verò ab electione ad ordinationem 16. fere menſium mora interfluxerit, ex eo cauſa petenda eſt, quod tunc temporis facta electione mittebatur de ea re Conſtantinopolim nuncius, & expectanda erat Principis juſſio: ex quo non modo hujus, ſed & præcedentium interpontificiorum mora longior eſt, quam in ſubſequentibus. Etenim conſtituta mox Exarcharum Ravennæ conſiſtentium ſede non ab Conſtantinopoli expectandus erat Imperatoris conſenſus, ſed ab ipſo Exarcha præſtabatur. *Bacchinius.*

(3) Placet hic illud animadvertere non unam inſcriptionem hanc eſſe, ſed in uno lapide duas, quarum ſecunda recentior admodum prioſi eſt. Id evincit Leonini nonnihil in ea reſonans, modus numerandi à partu Virginis, & ſtribiligo inſperſa, qua, ut verſus ſibi conſtet, Juſtinus inter cætera Juſtinianus dicitur. His tamen non obſtantibus, quæ ad chronologiam pertinent, cuncta invicem congruere arbitror: etenim invictis rationibus demonſtravit Pagius diſſert. Hypat. par. 3. n. 1. & ſeqq. Juſtini imperantis initia ad Novembris finientis dies anni 575. ſpectare. *Bacchinius.*

Digitized by Google

Cujus in his titulis participantur opes.

Deceſſit autem Joannes Archiepiſcopus 3. Id. Januarii anno 595 (1). cum per aerem infauſtum crimen perdius, & pernox traxiſſet cometes, ſepultuſque eſt in S. Apollinaris Claſſiana Eccleſia, ante altare SS. Marci, Marcelli, ac Feliculæ. Doluit obitum Joannis Gregorius in ea Epiſtola, quam ad Caſtorium Notarium ſcripſit.

XX XIII.

a Al. *Marinianus* ut ex Epiſt. Gregor. à Gratiano relata Decr. 2. p. cauſa 8. q. 1. c. 9. qui iniungit expurgationem excipere Maximi Salonitani Epiſcopi. Eidem ſcribit Gregorius Cauſa 16. q. 1. c. 37. & cauſa 18. q. 2. c. 17 & diſtinct. 15. c. 11. *Reſcriptum*

34. MARINIANUS a nepos defuncti Joannis Romanus, monachus S. Benedicti, vir exaggeratarum virtutum, vel invitus ad Ravennatem ſedem à Gregorio Papa ſubvectus eſt anno 595. Donatus ſi quidem Archidiaconus, quem Exarchus Ravennæ commendaverat, Joanneſque ſacerdos, ex inſcientia Pſalmorum, cum abiiſſent repulſi, in Marinianum monachum populus vertit favorem, cujus Pontifex electionem promovit, hominemque gratanter conſecravit. Hic Synodo Romanæ primus ſubſcripſit, accepitque à Pontifice ea conditione Pallium, ut quater in anno foris Eccleſiam, in publicis ſupplicationibus illo uteretur, ſemper autem dum iret litatum, ut olim Joanni anteceſſori præceperat. Rata etiam habuit ea omnia, quæ Cæſares Ravennati Eccleſiæ aliquando donaſſent, hoc ſequenti diplomate; quod quia in ſua hiſt. Rubeus nō adfert, dignūque eſt quod legatur, hic exſcribendum curavimus.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectiſſimo Mariniano Ravennati Archiepiſcopo confratri, filioque cariſſimo, & per eum in ſanctam Ravennatem Eccleſiam, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Cum omnis Eccleſia ſanctorum ab ipſo Domino, & beato Petro, & à ſancta Romana Eccleſia, quam Deo auctore regendam ſuſcepimus, duxerit principium, dignum eſt, ut à ſucceſſoribus Petri, cui à Domino dictum eſt: Confirma fratres tuos; interius conformationis, & exterius meliorationis, inde recipiat ſemper augmentum religionis, unde ſumpſit exordium. Quapropter cognoſcat devota fidelitas omnium populorum, tam præſentium, quam futurorum, quod dilectiſſimi filii noſtri ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ, Mariniani venerabilis Archiepiſcopi petitionibus, nec non piiſſimorum dominorum noſtrorum Mauritii, & filiorum ejus juſſionibus annuentes confirmamus omnia præcepta, quæ à piiſſimis Imperatoribus Valentiniano, Theodoſio, Arcadio, & Honorio, nec non Juſtiniano, Tiberio, & domino noſtro Mauritio piiſſimo Cæſare ſemper Auguſto, eidem ſanctæ Ravennati Eccleſiæ ſunt facta, & omnia, quæ per eadem præcepta eidem Eccleſiæ ſunt attributa, & omnia privilegia, quæ à ſanctis prædeceſſoribus noſtris Innocento, Innocentio, & ſanctiſſimo Leone, & glorioſiſſimo Gelaſio, Feliciſſimo, & Agapito, & Spiritus ſancti fervore repleto beatiſſimo Pelagio ob amorem ſummi omnipotentis Dei, ſanctique Apollinaris Pontificis, & martyris reverentiam eidem Eccleſiæ, tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum ſunt data, & honores, & poſſeſſiones omnes, quæ per eadem præcepta, & privilegia vidimus collocata, & confirmata, idque maxime tuæ dilectionis cauſa confirmantes, & corroborantes, quod in privilegio ſanctiſſ. Leonis I. hujus Apoſtolicæ ſedis Pontificis, te aperiente, & monſtrante reperimus. Confirmationem conſtitutionum piiſſimorum Imper. ſub ſacroſancta Ravennatis Eccleſiæ ditione continentem, ita confirmamus Epiſcopatum totius Aemiliæ Provinciæ civitatum omnium Deo amabilium Epiſcoporum creationes, & conſecrationes idest Saſſinatis, Cæſenatis, Foripopuli, Forilivii, Faventiæ, Fori Cornelii, Bononiæ, Mutinæ, Regii, Parmæ, Placentiæ, Brixilli, Vicohabentiæ, Hadrienſis, Comaclenſis, Ficodenſis, nec non & omnia monaſteria, tam monachorum, quamque monacharum ſub ejus ditione degentium, atque ſub monaſtica Domino militantium norma. Conferentes tibi, tuiſque ſucceſſoribus honorem Pallii in perpetuum, ſeu om-

A *nem Pontificalem decoris uſum, ſicut in Epiſtola tibi tranſmiſſa, concedendo confirmavimus, muniendo etiam ſanctam Ravennatem Eccleſiam, te, tuoſque ſucceſſores in perpetuum roboramus permanſuras omnes collationes, atque conſcriptiones quorumlibet hominum in eadem Eccleſia factas, vel faciendas, ſive donationes Chriſtianorum fidelium, vel quæ pii, ac religioſi homines hactenus per Eulogia ſuorum teſtamentorum, vel per quemlibet modum, vel titulum in eadem ſancta Ravennate antiquitus dimiſerunt Eccleſia, vel in futurum ſunt pro redemptione animarum ſuarum, tempore collaturi. Sanciendo etiam confirmamus ſanctæ Ravennati Eccleſiæ, ſicut primæ inter cæteras ſanctæ hujus Romanæ Eccleſiæ filiæ, ſecundum conſtitutiones Longobardorum Regum, & aliorum piiſſimorum Romanorum Imperatorum, ut ſi quiſquam Epiſcoporum, ex conſecratione Ravennatum Pontificum totius Aemiliæ deceſſerit, nullus Dux, Marchio, comes, aut aliquis miniſter publicus aliquam ibi prædationem, aut contrarietatem faciat, ſed liceat Archiepiſcopis ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ, ad ipſum Epiſcopatum, & ad ipſam*
B *Eccleſiam ſecundum antiquam conſuetudinem pro deſcriptione facienda, atque electione miſſum tranſmittere, & ipſum electum ex more inveſtire, & libere, atque ſolemniter conſecrare. Sed & iſtud cenſendo tuæ dilectioni, chariſſime frater, & fili, ob perverſitatem futuræ gentis, & Eccleſiarum Dei deſolationem, quam appropiare, & fere in liminibus eſſe videmus, confirmamus, & ſub divini judicii obteſtatione præcipimus, ut nulli unquam ſucceſſorum meorum liceat ad ipſum Epiſcopatum pro deſcriptione facienda, ſive electione, aut aliquid contra conſuetudinem exigendo ſuum legatum tranſmittere, aut per miniſtrum publicum, vel per quamlibet perſonam ipſam Eccleſiam occupare, aut ibi Epiſcopum indebite conſecrare, aut ibi aliquid abſque Ravennatis Eccleſiæ Pontificis conſenſu ordinare; Quia abominabile, & nefandiſſimum, & omni fraude digniſſimum, atque pleniſſimum ſemel conceſſum revocari denuo. Confirmamus interea, & corroboramus omnes conſtitutiones in eadem Eccleſia à piiſſimis Imperatoribus factas, & ita decernimus ab omnibus obſer-*
C *vandas, ſicut præcepta hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tradita, ſcilicet de civitatibus, caſtellis, villis, vicis, vicolis, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, ſalicetis, fundis, caſalibus, & de omnibus publicis, ac privatis ſibi conceſſis. De colonis vero ſuper terram ejuſdem Eccleſiæ habitantibus, & de eorum angariis, redditibus, placitis, ſive diſtrictionibus, ſicut in præceptis, & privilegiis vidimus, & legimus. De familiaribus vero, ac famulis & de centum annorum præſcriptionibus rerum habeat ipſa Eccleſia ſancta Ravennas, & omnia monaſteria ejus, ſicut hæc antiqua Roma. Hæc omnia, & alia multa, quæ ſancta Ravennas Eccleſia continet, præcepta, & privilegia confirmamus, & confirmata corroboramus. Si quis vero, quod non credimus, aliquid de Ravennatis Eccleſiæ ditione ex his ſupraſcriptis ſubtrahere tentaverit, vel in aliquo contra hoc noſtrum privilegium moleſtare, diminuere temerario auſu præſumpſerit, ſciat ſe ex parte Dei omnipotentis, & ſanctorum tercentum decem, & octo Patrum, necnon &*
D *noſtræ mediocritatis auctoritate, & ſanctæ ſynodi Romanæ præſenti indictione congregatæ anathematis vinculis innodatum, & cum Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti æternis ſuppliciis deputatum. Qui vero obſervator extiterit, benedictionem à Deo Patre, & Domino noſtro Jeſu Chriſto, & Spiritu ſancto Paraclito, in perpetuum conſequatur. Bene valete.*

Dat. Nono Kalen. Aprilis, Romæ per manus Joannis Levitæ, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarii.

Quam autem Marinianus Pontifici charus fuerit, ex ipſius Epiſtolis erui poteſt, in quibus monitis, & precibus ejuſdem ſanitati quam qui maxime videtur cavere. Mortuus eſt Marinianus 606. 10. Kal. No-

(1) Dicitur ab Agnello vixiſſe Joannes in Epiſcopatu an. 16. menſ. 1. dies 39. Verum certo certius conſtat Joannem obiiſſe Indictione XIII. hoc eſt anno 595. in cujus Februario datas habemus Epiſtolas Magni Gregorii 64. Joanni Epiſcopo Squillatino, & 65. Clero, Ordini, & Plebi conſiſtentibus Ravennæ, ex quibus patet de recenti Joannis deceſſu. Ex Agnello verò habemus ejus obitus diem, undecimam videlicet Januarii. Unde patet annos ſedis Joannis ab Agnello attributos ab Exſcriptoribus fuiſſe corruptos. Anni enim non XVI. ſed XIX. numerantur a 575. ad Januarium 595. Retentis itaque diebus 19. & menſe uno, aſſumptiſque annis 19. retrocedendo ab emortuali Joannis die XI Januarii anni 595. eoque non computata, devenitur ad diem 23. Novembris anni prædicti 575. qua die facta fuerit Joannis ordinatio, quæ incidit in Sabbatum Cyclo ſolis XXIV. lit. Dom. F. *Bacchinius*.

Digitized by Google

Novemb. ſepultuſque eſt extra Claſſianos muros in Porticu S. Apollinaris, cum undecim annis ſediſſet, ac menſem unum (1) cujus ſepulchro hoc epitaphium affixere. A

Sanctificis ſemper monitis memorande ſacerdos
Hoc poſitus tumulo Mariniane jaces,
Corpore defunctus: tamen eſt tua fama ſuperſtes,
Artus obit terris, lux tua facta tenet.
Mœnibus his veniens Romana Antiſtes ab urbe
Tutaſti precibus ſanctæ Ravennatium
Cuncta ſalutifero diſponens tempore ſæcla
Te pius in populo, Chriſto regente, dedit.
Quod tamen his templis meruiſti ſumere buſta,
Te placuiſſe Deo tanta ſepulchra probant.
Utque vices Chriſti geſſiſti rite ſacerdos;
Ipſius inque locis ſit tibi ſancta quies.

XXXIV. 35. JOANNES ejus nominis IV. Claſſianus, Mariniano ſucceſſit anno 606. Hic divinum cultum promovit, omnibuſque charus fuit ob ſactimoniam vitæ. Ter Claſſim reſtauravit à Sarracenis *a* dirutum, plenuſque meritis deceſſit è vita anno 630. ſepultuſque eſt ad Porticum S. Apollinaris. Nonnulli ſcripſere (2), duos hoc tempore extitiſſe Joannes, alterumque alteri ſucceſſiſſe. Sequor ego libenter opinionem Rubei, qui aſſerit unum fuiſſe, qui Ravennatem Eccleſiam gubernavit ab anno 606. uſque ad annum 630.

a At Sarraceni eo tempore nondum Ravennæ litora attigerant.

XXXV. („ JOANNES *V. à ſuperiori diſtinctus ſediſſe* „ *dicitur ab Agnello annis* 18. *menſ.* 6. *diebus* 8. *Quare circa Julium defunctus credi poteſt anni* 629. *vel* „ 630. Bacchinius.)

XXXVI. 36 BONUS Archiepiſcopus Ravennatium adlectus eſt ann. 630. exceſſit autem 648. Kal. Septemb. *b* ſepultuſque eſt apud Claſſem in Templo D. Apollinaris.

b VII. Kal. Septemb. an. 642. ex infra dicendis.

XXXVII. 37. MAURUS ex œconomo Ravennatis Eccleſiæ, Archiepiſcopus ejuſdem adlectus eſt an. 648 *c.* Hic ex ſuperbia (3) potentiaque contra Romanum Pontificem nefarie rebellavit, contumaxque fuiſſe dicitur quoad vixit. Etenim cum Vitellianus Pontifex, ad dicendam cauſam illum Romam vocaſſet, C Pontificium contempſit Imperium, viciſſimque per ſummam temeritatem, Romanum Pontificem ad ſuum citavit tribunal judicandum. Quin moriens tantum abſuit, ut contumaciam ejuraret, ut etiam clero ſuo mandaverit ſeceſſionem à Papa. Quamobrem Adeodatus Pontifex omnem Mauri memoriam in Anniverſariis inferiis cenſuit, mandavitque abolendam. Itaque Maurus contumax, & ſuperbus miſere vitam finivit, nactuſque ſuæ contumaciæ par porphyriticum ſepulchrum eſt apud S. Apollinarem. Adeo divitiæ inflant, adeo potentia mortales tranſverſos agit, ut plerumque ſe perdere malint, quam aliorum juſtæ potentiæ ſubjecti videri.

c 642. Menſ. Septembri. Vixit ex Agnello in Pontificatu an. 28 menſ X. diebus 18. Obiit circa Julium an 671. Bacchinius.

38. REPARATUS Archiepiſcopus Ravennas electus eſt anno 671 *d.* conſecratuſque apud Eccleſiam S. Petri à tribus Ravennatis ſedis Suffraganeis. Hic ubi primum ad hanc dignitatem aſcendit, tametſi ſenex, ideoque imbecillæ valetudinis, ſtatim Conſtantinopolim conceſſit, impetravitque à Conſtantio Imperatore Arriano, ut ſibi liceret Romanorum Pontificum jugum excutere, tametſi poſtea ea temeritate damnata, ad Romani Pontificis arbitrium redire conatus eſt. Exceſſit autem è vivis an. 677. 3. Kalen. Sextiles, ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Apollinaris, cum ſediſſet annos omnino 5. m. 8 *e.* dic 26. XXXVIII

d 671. 4. Octob.

e Menſ. IX

39. THEODOSIUS *f* conſecratus eſt apud Templum Ss. Apoſtolorum à ſuis ſuffraganeis anno 677. Hic ille Theodoſius eſt, qui Romæ ſub Agathone Papa, Romano Concilio interfuit, illudque ſubſcripſit, ſaſſuſque eſt Ravennatem Eccleſiam B Romanæ eſſe, ac fore ſubjectam. Cæterum inde apud Ravennatem clerum tanta invidia deflagravit, ut poſtea in porticu S. Apollinaris non tam ſepelierint, quam per contemptum defoderint, illum in Annal. appellantes hominem nequiſſimum, plenumque fraudis, ac doli, devoratorem cleri. Adeo malis placent vitia, odere virtutes, ac pietatem. XXXIX.

f Al. Theodorus, De quo vide Ciacconii noviſ. edit. p. 466. t. 2. ca p. 471.

40. DAMIANUS Dalmata, à Sergio Pontifice adlectus eſt Ravennatium Archiepiſcopus anno 685 (4). menſeque Martio ab eodem Pontifice conſecratus. A puero ſui Ravennati Eccleſiæ illum obtulerant, qui è Dalmatia illuc confeſſuri advenerant: cujus Eccleſiæ Damianus, creſcente cum doctrina ætate, omnes honoris, dignitatiſque gradus obtinuit, factuſque Præſul, ſumma animi tranquillitate, prudentiaque geſſit honores, adeo ut ſuis ad Deum precibus creditus ſit mortuum reſuſcitaſſe ad vitam. Conſtat illum ſolidas noctes in effundendis precibus exegiſſe, ad cujus exemplum obſtinatus Hebræus ejuravit duritiem, aperuitque pectus Evangelii luci. Cumque ad multos annos Ravennatem Eccleſiam adminiſtraſſet, evolavit ad Dominum anno 707. 3. Id. Martii, ſepultuſque eſt apud S. Apollinarem Claſſenſem, cum ſediſſet annos ſexdecim, m. duos, die 16. XL.

41. FELIX *g* Ravennatium Archiepiſcopus creatus eſt anno 707 (5). Romæque conſecratus. Cæterum fidei parum memor, quam in conſecratione fuerat profeſſus, reverſus Ravennam, cives compulit, ut Cæſaris jugum excuterent, clerum vero, ut contra Romanum Pontificem rebellaret. Cumque Theodorus Exarchus potenti ſuccinctus exerci- XLI.

g De eo plura Ciacconius edit. noviſ. t. 1. p. 499.

(1) Si Marinianus ſedit XI. annis, ac menſ. 1. obiitque 10. Kal. Novemb. anni 606. ejus conſecratio caderet in diem 23. Septemb. feria VI. Cyclo Solis currente XXIV. lit. Dom. C. tribus fere menſibus poſt Synodum Romanam, cui V. die menſis Julii Marinianus quomodo ſubſcribere potuiſſet? Præterea extant m. Gregorii Epiſtolæ l. 4. 89. Andreæ ſcholaſtico, & 98. Mariniano ipſi, quæ cum datæ ſint Indict. XIII. probant nullo modo ejus conſecrationem ad Septembrem transferri potuiſſe, quo Indictio XIV. cœpit. Igitur malè ſupputavit Rubeus, atque ex eo Ughellus. Agnellus verò in ſuo Pontificali videtur Mariniani obitum conſignare eodem anno, quo Magni Gregorii obitus accidit: narrata enim hujus morte immediate ſubdit; *igitur, ut diximus, mortuus eſt hic Beatus die X. Kal. Novembris.* Nil in præcedentibus de Mariniani obitu dixerat: itaque to *ut diximus* idem ſignificat, ac anno, *quo diximus.* Magni Gregorii mortem conſignat anno ſecundo Phocæ Imper. Indict. VIII. anno ſcilicet 605. Verum ſi ſecundus Phocæ annus currebat, cum D. Gregorius obiit, & ſi obiit die 12. Martii, Indictio non VIII. ſed VII. decurrebat. Marinianus quidem obierit Indict. VIII. fluente jam à præcedente Septembri eodem anno 604. ſecundo adhuc durante Phocæ anno, nec finiendo niſi 25. proximi Novembris; obierit inquam die 23. Octobris, quod tradit Agnellus. Poſtremæ Magni Gregorii literæ ad Marinianum ſputo ſanguinis laborantem datæ ſunt Ind. VII. Paucis itaque menſibus ſuperſtitem Gregorio fuiſſe, & Indictione VIII. mortuum rationi conſentaneum. Sederit itaque annis novem, & menſibus fere quatuor: cum à die emortuali Joannis ad Mariniani conſecrationem aliquod non modicum tempus fluxiſſe electio his variata demonſtret. *Bacchinius.*

(2) Agnellus unum ab altero Joanne diſtinguit, & utriuſque ſedis tempus certis annis, menſibus, & diebus definit: incredibile verò eſt id ex arbitrio factum hic à Scriptore, qui aliàs tempora hujuſmodi ſilet. Prioris itaque Joannis ſedes duraſſe dicitur annis 5. menſ. 10 diebus 18. Is autem cum ordinari non potuerit niſi circa initia anni 605. cum Marinianum obiiſſe ſtatuerimus die 23. Octobris præcedentis anni 604. mortuus itaque fuerit circa Septembrem anni 610. *Bacchinius.*

(3) Anno 649. quo, ut verior calculus ex Oldoino docet, habita eſt Synodus Romana à S. Martino Papa, adhuc obſequentiſſimum fuiſſe Romanæ ſedi Maurum Ravennatem conſtat, cum illi Concilio præſto fuerit per Maurum Epiſcopum Cæſenatem.

(4) Initia Damiani expreſsè conſignat Ughellus an. 685. & licet ex Anaſtaſio didicerit eumdem à Sergio Pont. conſecratum, non vidit id haud potuiſſe fieri an. 685. quo ſecundum Baronium Romæ ſedebat Joannes V. vel ex Papebrochio Benedictus II. Nec aptius ejuſdem Damiani obitum conſignat an. 707. cum dicat ſediſſe an. 16. menſ. 2. dies 16. Si enim, neglectis menſibus, & diebus, ſubtrahantur anni 16. ab an. 707. regrediemur ad an. 691. non ad 685. inter quem, & annum 707. intercurrunt anni 22. *Bacchinius.*

(5) Ex Anaſtaſio habemus FELICEM conſecratum fuiſſe à Conſtantino ſummo Pontif. qui nonniſi anno 708. electus fuit die 4. vel 9. menſis Martii. Unde non potuit Felix conſecrari ante prædictum annum. Cum vero Agnellus in ſuo Pontif. dicat ſediſſe Felicem an. 8. menſ. 7. diebus 19. & obiiſſe die 25. Septemb. fiet ordinationem ejuſdem cum 25. Novemb. collatam incidiſſe in 6. diem Aprilis: Quæ cum inepta fuerit ordinationibus Epiſcoporum an. 708. efficitur pro diebus XIX. ſcribendum XXI. & ordinationem ejuſdem retrahendam ad diem 4. Aprilis an. 708. indeque fiet Felicem obiiſſe an. 716. die 25. Novemb. Felicis autem ſedentis, & occumbentis ætate adinventa lux clarior affulget, ut præcedentia prodeant. Agnellus DAMIANUM ait ſediſſe an. 16. m. 2. dies 16. mortuumque 3. Id. Majas, vel potius Martias, ut benè ſentit Rubeus. Itaque die 12. Martii anni 708. Damianus deceſſit, qui ante an. 16. m. 2. & dies 26. ordinatus fuerat, die 27. Decembris an. 691. cum tamen eo anno curreret Cycl. Sol. 28. lit. Dom A. feſtique Natalis dies eſſent tum Sabbati, tum Dominicæ dies, puto & hic errorem in dierum numero irrepſiſſe, & pro diebus XVI. dies XIX reponi debere, quare ordinationem ad 24. retrahendam. THEODORUS Damiani Prædeceſſor obierat initio anni, die videlicet 18. Januarii completis in Epiſcopatu an. 13. m. 3. d. 20. ut Agnellus tradit: unde ejus ordinatio retrocedendo per annos, menſes, dieſque adnotatos recidet ad diem 29. Septemb. an. 677. Verum cum eo anno Cycl. Solis eſſet 14. lit. Dom. D. numero dierum addendi ſunt duo dies, ſcribendumque pro XX XXII. & ordinatio ad diem 27. ſpectabit. REPARATUS itaque obierat 1. Kal. Aug ejuſdem anni, cum Epiſcopatum tenuiſſet an. 5. m. 9. additque Rubeus, dies 26. ab exſcriptore noſtri Codicis Agnelliani omiſſos. Ordinatus itaque fuerat 4. Octob. Sabbato anni 671. MAURI dies emortualis non habetur. Spectato tamen eorum temporum ſtatu, quo juxta obtenta ab Imperatore per Maurum præcepta, Imperatoris ipſius nutu Pallium induere debebat novus Epiſcopus, trium ſaltem menſium ſpatium interceſſiſſe reor inter Mauri mortem, & Reparati ſchiſmaticam ordinationem, quibus Conſtantinopolim miſſum arbitror, qui Pallium expetaret, & rediiſſe. Arbitror itaque circa Julium Maurum obiiſſe eodem illo anno 671. ex eo etiam quod inquirendo ex calculis Agnelli traditis ordinationis ejus tempus, ſubtractiſque annis 28. m. 10. d. 18. quibus ſedit ab annis 671. devenimus ad menſem Septemb. an. 642. excludimuſque à Mauri ætate diem 25. Auguſti, quam Boni prædeceſſoris emortualem Agnellus conſignat. Hinc autem conficitur BONUM ab an. 630. ad Auguſtum 641. ſedem tenuiſſe. *Bacchinius.*

Digitized by Google

tu Felicem caput ſeditionis cepiſſet, oppreſſiſſetque Ravennam, auctorem ſeditionis cum aliis ad Juſtinianum Cæſarem Coſtantinopolim amandavit; quem cum candenti ære exoculaſſet, relegavit deinde in Pontum, ubi Felix infelix ſine oculis temeritatem ſuam poſſet lugere. Pertulit Felix exilium ad ſex annos, deinde miſeria magiſtra cum ſibi redditus ejuraſſet errorem, ad ſedem, de qua fuerat devolutus, moderatiſſimus rediit anno 715. in eaque deinceps adeo ſancte, pieque vixit, ut claruerit miraculis. Eccleſiam ſuam variis donariis auxit. Scripſit antequam ei oculorum lumen adimeretur, commentarium in Matthæum: verum quia cæcitate laborans, illud vel abſolvere, vel expolire non potuit, fato propior, comburendum mandavit. Aureos ſermones S. Petri Chryſologi in unum volumen coegit. Eloquentiæ plauſibilis fuit, magnoque ſtudio pietatis concionabatur ad populum. Cumque ſanctimoniæ in vita clariſſima ſigna edidiſſet, obdormivit in Domino 7. Kal. Decemb. 717. ſepultuſque apud Eccleſiam S. Apollinaris, prope Altare S. Feliculæ, ubi hæc ipſa verba leguntur.

HIC TUMULUS CLAUSUM
SERVAT CORPUS
DOMINI FELICIS SANCTISSIMI
AC TER BEATISSIMI
ARCHIEPISCOPI.

XLII. *a* VI.

42. JOANNES ejus nominis [1] V*a*. Felici ſucceſſit anno 718. Hic plura dono dedit monachis, ac monaſterio S. Apollinaris de Claſſe. E vivis exemplus eſt anno 748 (2). ſepultuſque eſt apud S. Apollinarem de Claſſe.

XLIII *b* Circa an. 752.

43. SERGIUS è nobiliſſima gente, Joanni ſuffectus eſt anno 748*b*. qui non modo ſacris ordinibus non erat initiatus, ſed etiam Euphemiam nobiliſſimam fœminam habebat in matrimonio, quam deinde Sergius ad id faſtigii electus in clauſtro clauſam diaconiſſam ordinavit. Tametſi autem Sergius ſanctiſſimis moribus erat, ab invidis tamen diuturnam perſecutionem dicitur pertuliſſe. Siquidem accuſatus, quod uxoratus eſſet, Romam conceſſit, ante Pontificem cauſam dicturus, atque in Pontificatu Pauli I. litibus implicatus, miſerrimam vitam traduxit. Sed cum deinde Pontifex exceſſiſſet è vivis, Ravennati Eccleſiæ reſtitutus protulit ſanctimoniæ ſingularis rariſſima exempla. Narrat Rubeus, Sergium poſt ſuum reditum, ad S. Mariam in Coſmedim ea affluentia lachrymarum numini egiſſe gratias, ut illis indelebiliter propemodum maduerit pavimentum. Fato functus eſt ann. 770. 8. Kal. Septemb. ſepultuſque eſt apud S. Apollinarem in Claſſe. Templum S. Nicolao à ſe conſtructum conſecravit ex voto; cum de ſuo reditu apud judicem lis adhuc penderet. Partem item adiecit Eccleſiæ S. Apollinaris.

XLIV

44. LEO à Stephano Pontifice Romano Ravennatium Archiepiſcopus adlectus eſt anno 770. cum Michaelem quendam, qui ſedem illam Simoniacè occupaverat, prius deturbaſſet de throno. Nec modo Leoni Ravennatis Præſulatus detulit honorem, ſed illum etiam pro ſancta Romana ſede Ravennæ juſſit Exarchatum exercere. Cæterum Leo ſuperbia elatus contra Romanam ſedem Exarchatum

A ipſum ſuæ ſubiicere poteſtati conatus eſt. Quem Adriano I. Papa, hominem fraudulentæ fidei, Tyrannum, ſuperbum, ac Romanæ Eccleſiæ, ſibi, & B. Petro rebellem vocat in epiſtolis ad Carolum Francorum Regem. Deceſſit autem Leo ann. 777. 16. Kal. Martii.

45. JOANNES VI*c*. Junior appellatus, ad Ravennatem ſedem pervenit anno 777. Templum Urſianum exornavit, ac S. Apollinaris altare auro, argentoque dicavit, pluraque pretioſa Eccleſiæ ſibi creditæ dono dedit. Septimo ſui Pontificatus anno exceſſit è vivis *d*, ſepultuſque eſt ad S. Apollinarem in Claſſe. XLV. *c* VII. *d* Sedit an. 7. m. 1. d. 3.

46. GRATIOSUS ex Archidiacono, Archiepiſcopus ejuſdem Eccleſiæ adlectus eſt, anno 784. vir innocentis, ac ſimpliciſſimi ingenii. Carolum Magnum Ravennæ excepit, à quo pluribus privilegiis, & gratiis exornatus eſt. Claruit Gratioſus prophetiæ ſpiritu, cumque hanc Eccleſiam ad quatuor annos rexiſſet, fato functus eſt anno 788*e*. 7. Kal. Martii, ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Apollinaris in Claſſe, ubi adhuc hæc verba leguntur. XLVI. *e* Circa an. 794. Bacch.

B

Hic tumulus clauſum ſervat corpus D. Gratioſi Sanctiſs. ac ter Beatiſſimi Archiepiſcopi.

47. JOANNES (3) Septimus electus eſt an. 788. Deceſſit anno 809.

48*f*. VALERIANUS hujus nominis I. ſede Ravennati nobilitatus eſt *g*. Templumque S. Georgii, & Euſebii quondam ab Arrianis conſtructum demolitus eſt, ex ejuſdemque ruinis pulcherrimam ædificavit Eccleſiam, cui Valerianæ de ſuo nomine cognomen fecit. E vivis exemptus eſt id. Martii, an. 812*h*. ſepultuſque eſt apud Eccleſiam S. Apollinaris in Claſſe. XLVII *f* Al. Valerius. *g* Circa an. 794. *h* Circa an. 809.

49. MARTINUS ei ſuffectus eſt an. 812. (4) Hic ille Martinus eſt, qui Archidiaconus adhuc, ex miſſu Gratioſi Archiepiſcopi, per inacceſſibiles Alpes Carolum Magnum in Italiam deduxit. Huic Ludovicus Pius Imperator, tabulam argenteam, in qua lineata Roma erat, transmiſit, quam Carolus Magnus pater Ravennati Eccleſiæ ex teſtamento legaverat. Diem poſtremam Martinus obiit 4. Id. Septemb. anno 817. XLVIII.

C

50. PERTINAX, ſive Petronatius, ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus creatus eſt anno 817. Hic à ſua electione inſecuto anno, à Paſchali I. Pontifice, privilegium obtinuit, quo omnia gratioſa diplomata confirmabantur quæcumque olim Ravennati Eccleſiæ fuerant indulta. Tabulæ confirmationis hæc ſunt. XLIX

PASCHALIS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Reverendiſſimo ſanctiſſimo fratri Petronacio Archiepiſcopo ſanctæ Ravennatenſis Eccleſiæ, & per te in eadem Eccleſia in perpetuum. Cum piæ deſiderii voluntates, & laudandæ devotionis intentio Apoſtolicis ſit ſemper ſtudiis adjuvanda, cura eſt ſollicitudinis adhibenda, ut ea, quæ legaliter geruntur, & æquitati perſonæ conveniunt, nulla valeat refragatione perturbari, ſed inrefragabile de eo . . . . & permanere, & ob hoc Apoſtolicis promulgatis ſanctionibus

D

propria, quæ rationis . . . . . ſuppetunt, fas exigit poſſidenda confirmari. Legitur quoniam quidem

(1) Joannis hujus liberalitatem commendantes publicas tabulas marmori inciſas affert Rubeus, in quibus dicitur: *Joannes almus Pontifex Junior in nomine quintus*. Unde Rubeus. *Hinc illud eſt*, inquit, *quod dicebamus Joannes illos duos, qui ſibi nullo medio ſucceſſere, ſcribente Agnello, et qui eum ſecuti ſunt, poſterioribus, unum fuiſſe quartum hoc nomine; hunc verò quintum*. Argumentum Rubeo peremptorium viſum, minimè tamen eſt. Eadem, quæ Agnello per ea tempora, quibus monumentum illud poſitum eſt, Ravennatum ſententia erat, unum videlicet ejuſdem ſedis Joannem, & Angeloptis cognomine decoratum, & qui Attilæ Italiam invadenti occurrit, ac Theodorico rerum potito convixerit. Ipſis proinde diſtinguebantur Joannes illi duo, qui Mariniano ſucceſſere; aliàs hic non quintus, ſed quartus fuiſſet. Hic itaque Joannes ejus nominis VI. eſt, licet quintus dictus ſit. *Bacchinius*.

(2) Conjecturæ loco eſſe poſſit Joannem ad Aiſtulphi ætatem perveniſſe, quod Agnellus in ſuo Pontificali relata Sergii ordinatione Romæ peracta, ſtatim adjiciat: *Hæc autem Civitas vexabatur à Longobardis, et Veneticis*: quandoquidem motus Longobardorum in Ravennates nulli ſub Rachi, qui poſt breve Ildeprandi regnum Luitprando ſucceſſit. Aiſtulphus quidem non irrito conatu Ravennam vexavit, imo vi cepit ſtatim ac Rachi Monachum induente rex factus eſt. Ex Codice Farfenſis monaſterii habetur Aiſtulphi regis confirmatio Bonorum, & privilegiorum ejuſdem Monaſterii. *Data Ravennæ in Palatio, quarto die menſis Julii, anno feliciſſimi Regni noſtri III. per Ind. IV.* Hæc currebat Julio anni 751. Ante Julium itaque ejus anni Aiſtulphus Ravennam occupaverat, & ante Julium anni 749. regnare cœperat. Atque hæc etiam ſi, quod Ughellus ait, Joannes anno 748 obiiſſet, efficerent Rachi adhuc regnante Sergium ordinatum: cum autem certum ſit Rachim Zacharia ſummo Pontifice Monachum effectum, conſequeretur Sergium etiam ab eodem Zacharia ordinatum, quæ de re ſunt, ob quæ vehementer dubito. In Agnelli enim Pontificali habetur: quod, cum obiiceret Romanus Pontifex Sergio irritam ordinationem, quod contra Canones uxoratus ad Epiſcopatum tranſiiſſet, Joannes excepit. *Poſtquam talia de me ſenſiſti, cur me conſecraſti!* Quæ cum acta ſint non ſub Paulo I. ut perperam Ughellus, ſed ſub ejus anteceſſore Stephano III. ab hoc inde deducitur conſecratus Sergius: quod eveniſſe puto circa an. 752. cum jam Aiſtulphus Ravennam occupaverat. *Bacchinius*.

(3) In Vita Leonis in Agnelli Pontificali dicitur, quod Martinus ſub Leone Diaconus, quique Epiſcopo jubente venienti Carolo iter monſtravit, ab hoc quartus Ravennæ Epiſcopus ſederit. Poſt Leonem Joannes ſedit, poſt Joannem Gratioſus, inde Valerius, denique Martinus I. Nullus itaque Joannes inter Gratioſum, & Valerium admitti poteſt. Agnellus certè, qui Martino ſedante vivebat, nullum medium Pontificem cognovit, nullum ipſe agnoſco. *Bacchinius*.

(4) Ante annum 811. conſecratum eſſe Martinum ex eo deducitur, quod in ejus vita narrat Agnellus: *Mortuus eſt iſtius temporibus Pipinus Longobardorum rex*. Pipinus autem paulo poſt quam bellum cum Venetis confecerat, quod ad an. 810. refertur, diem obiit. *Bacchinius*.

Digitized by Google

dem fraterna ſanctitas tua direxit nobis per Sergium religioſum diaconum ſancta tua Ravennatis Eccleſie . . . . eundem Adriani, quod Papa prædeceſſoris noſtri, in quo confirmabis privilegia Leonis, quod Imperatoris facta ab Epiphanio, quod religioſo notario, & ſcrinario, & Apocriſario Ravennatis Eccleſia qui diſertus ad bona memoriæ Damiano Archiepiſcopo . . . . . . tus confirmata ſacra eſſent præcedentes formulas ab pio Leone Imper. tam divæ memoriæ priſci Juſtiniani, quam quæ cæteris piiſſimis Imperatoribus privilegia ſanctæ veſtræ Eccleſiæ prælargita, in quibus, & aliis piis capitulis, & ut ſine ſacrilegio . . . . vel feretis rapinæ ejus fines prælargita ſunt, & promulgationes, poſtulabit quoque tua almitas eadem, per noſtros Apoſtolicos apices firmitatem accipere, unde annuentes præparacius, ſancimus, & confirmamus omnia quæcunque ſunt privilegia edita in ſancta veſtra Ravennatis Eccleſia tam prædeceſſorum noſtrorum Pontificum, ſcilicet ſanctæ recordationis Hadriani, & Leonis ſui prædeceſſorum noſtrorum quamque Imper. vel dona regum, aut a Chriſtianis hominibus perdonationibus, vel venditionibus, ſeu teſtamentis oblata juxta ordinem generaliter, & ſpecialiter omnium ſancta tua Eccleſiæ largitatem corroborationis firmitatem in perpetuum habere præcepimus, & confirmamus, ut nullum locum, aut jus ſubjacentem ſub dictione ſanctæ tuæ Eccleſiæ pro quolibet adinventionis argumento potentia quoquo modo judicari ſuffultum civili, aut militari præcinat uſurpari vel ſub trahere aut violare v . . . . . innovatione ædificationis inducere. Sed ſi quis . . . aut cadentem templum renovare, aut ædificare temptaverit non habere licentiam ante hoc egere, niſi prius per ſolitam benedictionem paterna ſanctitati veſtræ ſanctæ, & venerabilis coram ibi figatur neq . . ex alio Epiſcopatu ditione, aut civitatis ibidem venientes, & commorantes Deo amabiles clericos præſumere in ſubjacentibus nobis Eccleſiis ſine perceptionem noſtram ſacerdotalem agere miniſterium, magis autem, & omnes advenarum religioſiſſimos clericos mites venerationes veſtram ſanctitatem obaudire, ac definire, & nec ſecundum divinarum legum, & ſacratiſſimarum regularum tenore effectum in eis inferre. Monaſterio vero ſancti primi martyris Stephani, qui ſic nominatis fundamenta, & ſe jacet juxta palatium, & omnibus idem pertinentibus religioſis monachis omnia veneranda oracula, vel monaſteria, & cæteros venerandos locos ſub parochia exiſtentes ſanctitatis veſtræ ſub ditione, & poteſtate ſanctitati veſtræ ſubjaceant, & per te ſancta tua Eccleſia. Et quæcumque ſunt eis privilegiis in integro obſervandis ſuper his, nec nullum moleſtia aut angarias, aut gravamina, aut excubias quilibet inferre parti ſanctæ tuæ Eccleſia, nec non colonias, aut pa . . . res ſubjacentes parti ſanctæ veſtræ Eccleſia, a quolibet omnium ad militandum ſubtrahere, ſed ſi militatis fuerint eos diſiungi, & diſmilitari jubemus noſtræ venerandæ reddituros parti, ut ſi quis talia temerantes præverſere temptaverit, de his quæ a nobis pie ſancita ſunt, & juſte a nobis petiſtis, ut per præſentem noſtram Apoſtolicam continetur formula, non ſolum nihil prævaleat, ſed etiam pro tale matricem audaciam, & omnia ſuarum facultatum amiſſione puniantur, nec non & animarum adverſiones periculo minime declinare poterint ſufficientibus omnibus in conceſſione ſola hujus Apoſtolicæ noſtræ exarationis. Si quis vero contra hoc noſtrum Apoſtolicum præceptum . . . egerit componat auri boni libras quinque, inſuper & anathematis vinculis ſit innodatus, & perpetuæ condemnationi ſummiſſus: quod præceptum confirmationis a nobis factum reſcribendum præcepimus Timotheo notario, & ſcrinario ſedis noſtræ in menſe Julio indictione 12. Bene valete. Guidus Julius per manum regi . . . . . Biblio . . . S. Apoſtolica Imp. Auguſtinus Hiludovici . . bondo.

Hæ litteræ extant in Ravennati Bibliotheca (teſte Rubeo) in arboris cortice *a*: cui eſt longitudo duorum cubitorum, unius latitudo; exaratæ charactere Longobardo, omnium, quæ ibidem ſunt, tabularum (multæ autem ſunt) pulcherrimo, lineis inter ſe duobus tranſverſis digitis diſtantibus; pluribuſque exeſæ ſunt locis. Sunt hæ datæ litteræ anno 819. Adhuc pertinax Ravennate ſedebat in throno, cum Archiepiſcopus Moguntinus illuc adveniens, inde ſecum abſtulit corpus S. Severi, Vincentiæ uxoris, ac Innocentiæ filiæ, eaque in Eccleſia Herfordenſi honorificentius collocanda curavit. Vitam liquit Pertinax anno 835. 6. Id. Martii. Dum viveret, Concilio Romano interfuit ſub Eugenio II. Pontif.

Italia Sacra Tom. II.

[*a* Verius in charta Ægyptiaca.]

[L. *b* GEORGIUS.]

51. GREGORIUS *b* Ravennatem ſedem aſſecutus eſt ſub Gregorio IV. Pontifice, à quo poſtea ipſe defecit. Etenim cum ob diviſionem Imperii filii Ludovici Pii Impetatoris inter ſe graviſſime diſſiderent, armaque jam in perniciem Chriſtiani nominis exornarent, Gregorius Pontifex Gregorium Ravennatem legavit, ut utrique parti pacificator interveniret. At ille immemor officii ſui, Eccleſiæ ſibi creditæ direpto theſauro, tercentiſque ſelectis mortalium deſcriptis, non pacem facturus, ſed publicam quietem interturbaturus, ad Lotharii partes contra Ludovicum, & Carolum fratres armatus acceſſit; cumque ventum eſſet ad arma, Lothariuſque fractus fugiſſet, Ravennas Archiepiſcopus, amiſſis ſuis, vix ſibi fuga conſuluit. Cæterum cautior inde factus, poſitis armis, togaque Epiſcopali indutus, componendæ concordiæ omnes nervos contendit. Quam cum ſtabili fœdere conjunxiſſet, Ludovico Lotharii filio adhæſit; cumque illo in Italiam rediit: ejuſdemque favore Ravennatem ſedem iterum eſt aſſecutus, civibus indignantibus deſertorem, theſaurorum expilatorem, proditoremque ejus Eccleſiæ privilegiorum, iterum in ea ſede fuiſſe collocatum. Itaque cum odio pœnè omnium exceſſit è vita, caruitque apud S. Apollinarem honore ſepulchri, cum ejuſdem etiam nomen per ſummam deſpicientiam publicis eraſiſſent è tabulis.

[LI.]

52. DEUSDEDIT, qui etiam eſt Deodaldus, Gregorio ſuffectus eſt, anno 846. vir probatiſſimis moribus decem annos Ravennatem rexit Eccleſiam. Deceſſitque anno 856 (1).

[LII. *c* Cites an. 851. Huic Nicolaus I prohibuit conſecrationem Epiſcoporũ Æmiliæ, ni prius accederet electio Cleri, & populi. Ex diſtinc. 63. c. 13. Decr.]

53. JOANNES ejus nominis VIII. ad eandem ſedem pervenit ann. 856 *c*. Homo ſui ſæculi mortalium arrogantiſſimus, qui cum tyrannice adminiſtraret Ravennatem Eccleſiam, Comprovincialibus cæteris epiſcopis factus intolerabilis, eiſdem deferentibus, Pontificium Tribunal ſub Nicolao I. ſenſit infeſtum. Cujus judicium cum ſemel, & iterum contempſiſſet ſubire, ex ejuſdem cenſura ſpoliatus eſt dignitate. Fugit ille Ticinum ad Ludovicum Imperatorem, ab ipſoque ad Pontificem obtinuit favorabiles literas, ut reo liceret coram Concilio ſuam cauſam tueri. Itaque in Laterano anno 861. menſe Novembri datus reo Senatus eſt, factaque poteſtas omnibus accuſandi, accuſatoque ſe defendendi. Cæterum cum multitudine teſtium, ac flagitiorum perſpicuitate propemodum obrueretur, teloque Religionis ictum omnes adverſarentur, antequam cauſa caderet, precibus, demiſſioneque impetrare conatus eſt, quod haudquaquam juſtitia potuiſſet. Igitur cum Romani Pontificis judicium fuiſſet veneratus, ejuraſſetque proterviam, veniam, ſedemque à Pontifice impetravit, iis tamen adjectis conditionibus, quæ elato animo rebellandi occaſionem viderentur detrahere. Has recitat Brocchardus, & Anaſtaſius Bibliothecarius. Fato functus eſt Joannes an. 879. Ad hunc conſtat ſcripſiſſe Joannem Papam VIII. Epiſt. 48. & 57.

(„ *Verum quoniam Concilii ſupramemorati acta,*
„ *quæ in appendice ad ſuum Agnellum Ravennatem*
„ *ex Cathedrali Mutinenſis inſigni tabulario primus*

 edi-

(1) Ante annum 853. Deodatum obiiſſe colligitur ex Synodo Romana, habita à Leone IV. In qua depoſitus fuit Anaſtaſius Presb. Card. tit. s. Marcelli. Illi enim Concilio interfuit, atque ſubſcripſit *Paulus Diaconus vicem agens ſamuli Archiepiſcopi Ravennatis*, ut habetur in noviſſima Harduini Conciliorum editione t. 5. p. 78. Unde patet anno 853. non Deodatum, ſed ejus ſucceſſorem Joannem Ravennate in Cathedra ſediſſe. Deodatum vero non Ravennenſem, ſed Faventinum Pontificem fuiſſe affirmat Tonducius in hiſt. Favent. pag. 119. In re tamen dubia ab Auctore non diſcedimus.

Digitized by Google

,, edidit eruditiſſimus Abbas D. Benedictus Bacchi-
,, nius, doctiſſimis Harduinum, dum poſtremam Conci-
,, liorum editionem adornaret, latuerunt, illiſque in-
,, terfuiſſe reperiuntur complures Epiſcopi, quos Ughel-
,, lus noſter vel omnino ignoravit, vel à Rubeo dece-
,, ptus alienis perperam affixit temporibus, ea hic ad-
,, nectere neceſſarium duxi, ut & præclariſſimi monu-
,, menti frequentior habeatur copia, & eorum, quæ in-
,, de in Ughello corrigemus, firmiſſimum pateat teſti-
,, monium. Exemplar hoc eſt, ſeu ſummarium, ut præ-
,, fatur laudatus Bacchinius, eorum, quæ pro Epiſcopo-
,, rum Ravennati Metropoli ſubditorum indemnitate
,, in Concilio illo acta fuerant contra Joannem Raven-
,, natem Epiſcopum. Plura hujus apographa ex Conci-
,, lii præſcripto facta hinc videre licet, quorum ſingu-
,, la ſingulis Epiſcopis miſſa ſunt, ut decretorum memo-
,, ria ad poſteros tranſmitteretur. Ea verò ſunt, quæ
,, ſequuntur.

,, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.
,, Pontificatus Domini Nicholai ſummi Pontificis, &
,, univerſalis Papæ anno IIII. Imperii piiſſimi Augu-
,, ſti Ludovici anno XI., die octavo decimo menſe No-
,, vembris. Ind. X. Capitula, quæ in ſancto Concilio
,, à Beatiſſimo Domino Nicholao Papa Romæ collecto
,, ſtatuta, atque canonice firmata ſunt contra Johan-
,, nem Ravennatem Archiepiſcopum.

,, Caput primum. Epiſcopos per Æmiliam non conſe-
,, cres, niſi poſt electionem Cleri, & Populi.

,, Caput ſecundum. Eoſdem quoties ad Apoſtolicam
,, ſedem venire voluerint, nequaquam prohibeas. Sed
,, & nullam dationem contra canonicam auctoritatem
,, ab eis exigas.

,, Caput tertium. Prædia, quæ Præceptis dirruptis à
,, jure Sancti Petri ad jus S. Apollinaris tranſtuliſti,
,, & per Emphyteoſim, vel Libellum ex ſingulis homi
,, nibus contuliſti, diligenter exquire, & inventis ipſis
,, Emphyteoſim, vel Libellum dirrumpe, & ad jura
,, S. Petri cujus fuerunt reſtitue, & talem ultra facere
,, nunquam præſumas.

,, Sollicitudinem omnium Eccleſiarum Dei circum-
,, ferentes convenit Nos univerſorum neceſſitatibus
,, conſulere, & omnibus vulneribus ſalubria conferre
,, remedia; Dominicarum quippe ovium Paſtores ſu-
,, mus. Sed tantò nobis præ cæteris ſpecialiter præſens
,, cura major incumbit, quantò vicem illius gerimus,
,, cui divino oraculo ipſæ oves ſpecialiter commendan-
,, tur, cui & præcipiens ait: & tu aliquando conver-
,, ſus confirma Fratres tuos. Et ideo ſanctitas veſtra
,, (vobis Epiſcopis in Æmilia commorantibus] à Jo-
,, hanne Archiepiſcopo Ravennate multis impulſioni-
,, bus queritur agitari. Debemus manum Apoſtolatus
,, noſtri vobis quantocius porrigere, & quia vos ex il-
,, lis Fratribus eſtis, quos Sanctus Petrus converſus
,, eſt confirmare, neceſſe eſt, ut à tantis ejus impulſio-
,, nibus veſtram fraternitatem eruentes, in petra, quam
,, ipſe confeſſus eſt, ne ulterius . . . .
,, ... valeatis, ſtatuamus. Conſtat autem San-
,, ctitatem veſtram, unà cum Fratribus, & Coepiſco-
,, pis Æmiliæ Regionis Pontificio noſtro lamentabiles
,, querelas flebili voce coram Synodo, quam Romæ ce-
,, lebravimus expoſuiſſe, cui cum numeroſo, Campaniæ
,, videlicet, Tuſciæ, & Pentapoleos, & aliarum Regio-
,, num ſanctiſſimorum Epiſcoporum cœtu, & ipſum Jo-
,, hannem Archiepiſcopum interfuiſſe dignoſcitur. Op-
,, preſſio verò injuriarum, quibus à præfato Archiepiſ-
,, copo vos querebamini affectos, prima fuit, quam per-
,, hibuiſtis, eundem Johannem Archiepiſcopum Ra-
,, vennatem per binos annos ſemel Epiſcopia veſtra
,, circuere, & tandiu per ſingula reſidere, quouſque
,, ipſa paupertas, quæ ad utilitatem Epiſcopii, & ſu-
,, ſtentationem Clericorum, & pauperum, & guberna-
,, tionem familiarum, ac ſuſceptionem peregrinorum,
,, atque reſtaurationem Baſilicarum, vel Epiſcopii, hinc
,, inde ſeparatur, cum ſuis hominibus illam conſumat,
,, & non antea inde recedere, quam ab Epiſcopo loci il-
,, lius ad Archiepiſcopum, & familiares ejus, quæ non
,, debentur, dona non modica tribuantur. Inſuper om-
,, ni anno, quod in toto Mundo minime invenitur, co-
,, lonicio more, berbices, & oblatas, vinum, & pullos,

A ,, & ova Archiepiſcopo, & ad ſuum Archipresbyterum
,, ſimiliter, & ad Archidiaconum, & ad Vicedomi-
,, num, & ad Arcarium, & ad majorem cubiculi, &
,, ad Cartularium, & ad Scriniarium, & ad Defen-
,, ſores, & ad Cubicularium, & ad Majorem domus
,, tribus pro omnibus his ſupradictis omne annualiter
,, ſine intermiſſione ad unumquemque ſupradictum red-
,, ditum, ſicut tributarii facere. Plebes quoque veſtras,
,, & Titulos, ac Curtes, atque Monaſteria Epiſcopii
,, veſtri pertinentia ad gubernationem veſtram, alie-
,, nare & ſibi ſubjicere, & delere. Aliud autem non
,, minori querimonia aſſerciſtis, vos compelli ab eo E-
,, piſcopia veſtra deſerere, & more Populorum, Ra-
,, vennæ per ſingulos menſes alternis, vel mutatis vici-
,, bus miniſtrare, & infantuli Parochiæ veſtræ illis
,, diebus ſine chriſmate obire. Clericos præterea quoſ-
,, cumque novatur alicujus utilitatis exiſtere, pro ſuo
,, libitu aſſeveraſtis ad veſtram ſubjectionem, & diſci-
,, plinā, eum eſſe ſubtrahere ſolitum. Nec minùs magno
,, clamore firmaſtis, quod idem Archiepiſcopus vos
B ,, non dimittat, quoties ad Limina Apoſtolorum am-
,, plectenda, vel ad Sedem venire vultis. Quas nimi-
,, rum querulas voces, & inauditas aſſertiones Reve-
,, rendiſſimi Epiſcopi, qui in eodem reſidebant ſancto
,, Concilio audientes, omnes pariter clamaverunt, hæc
,, præter Canones fieri, & ut in perpetuum prohibuiſ-
,, ſemus Præſulatum noſtrum ſupplices poſtulare. Qua-
,, propter tam pernicioſa gravamina, & tam mala con-
,, ſuetudo in Eccleſia Dei tyrannice cum pullulaſſet,
,, dolentes maxime cum contra omnes ſanctorum Pa-
,, trum regulas, & contra omnem Eccleſiarum Dei
,, morem in ſola Ravennate Metropoli à præſumptori-
,, bus ſint temere uſurpata, ne aliis Metropolitanis
,, Epiſcopis talia præſumendi occaſio remaneret, &
,, Eccleſiæ Dei tali inficerentur exemplo; ſtatuimus
,, unà cum omni ſancto Concilio hoc vobis, & veſtris
,, Succeſſoribus, imo à veſtris Sanctis Eccleſiis peni-
,, tus reſecandum. Unde coram eodem Reverendo
,, Concilio, ipſi Johanni Archiepiſcopo, & omnibus
,, ſuis Succeſſoribus interdiximus, & de unaquaque
C ,, præſumptione pronuntiatis Capitulis, promulgatiſ-
,, que ſententiis, Apoſtolica auctoritate præcipimus, vi-
,, delicet ut tale quid ulteriùs nequaquam nec ipſe, nec
,, ejus Succeſſores agere præſumant, quæ ſcilicet Capi-
,, tula apud nos retinentes, exemplaria eorum vobis
,, profuturis temporibus retinenda mandavimus. Sed
,, quoniam Fraternitas veſtra Apoſtolatum noſtrum
,, pro futuræ cautela, & propter omnimodam ſecuri-
,, tatem ſuam Præceptum auctoritatis noſtræ vobis
,, ſpecialiter, veſtriſque Succeſſoribus Epiſcopis in per-
,, petuum mittendum obnixe popoſcit; inclinati preci-
,, bus veſtris per hujus Præcepti ſeriem præcipimus ex-
,, preſſe, jubemus, atque omni interdictione prohibe-
,, mus, ut nullus ammodo, & deinceps Archiepiſco-
,, pus Ravennæ ad veſtra Epiſcopia ſine voluntate ve-
,, ſtra accedere temptet, vel aliquam pecuniam à vo-
,, bis exigere, vel res Eccleſiæ veſtræ, aut Monaſteria
,, veſtra, ſive Plebes, aut Titulos, ſive prædia, per
,, quodvis ingenium diripere audeat, neque vocare Ra-
,, vennam præter tempora à Patribus diffinita, quibus
D ,, Concilia Epiſcoporum bis in anno celebranda ſanxe-
,, runt, vos ullo modo præſumant. Hoc præ cæteris ſup-
,, primendum, ut illud quod trigeſimale dicunt, Ra-
,, vennæ ullo modo vos facere, aut cogere audeant. Ita-
,, que nec dationem aliquam Archiepiſcopis Ravenna-
,, tibus ſit licentia à vobis, veſtriſque Succeſſoribus
,, Epiſcopis ammodo, & deinceps, ideſt in perpetuum
,, exquirendi, nec non & vobis licentiam tribuimus,
,, ut quoties pro Beatorum Apoſtolorum amore, vel pro
,, viſitatione Apoſtolicæ Sedis Præſulum more Deceſ-
,, ſorum veſtrorum Romam occurrere vultis, nullum
,, impedimentum vobis Archiepiſcopus Ravennæ, nec
,, palam, nec occulte facere præſumat, ſed Deo comite
,, vobis occurrere liceat. Sed & hoc decernimus, ac
,, diffinimus, ut cum ſtatutis temporibus Archiepiſco-
,, pus Ravennas vos ad Concilia convocaverit, nullo
,, modo vos diutiùs retinendi licentiam habeat, ita ut
,, ultra XV. dies pro gravi neceſſitate Ravennæ nullo
,, modo remoremini. Secundum ſaluberrimum S. Leo-

,, nis

,, nis Papæ decretum nec licentiam habeat Clericos
,, Matricis Eccleſiæ veſtræ, vel Diœceſeos abſque ve-
,, ſtra voluntate à veſtra diſciplina, & ſubjectione
,, ſubtrahere. Sed neque Eccleſias, neque Plebes, ne-
,, que Titulos, nec Monaſteria Epiſcopio veſtro perti-
,, nentia à veſtro regimine, & ditione, ac ordinatio-
,, ne, eis licitum ſit auferre. Siquidem vobis, veſtriſ-
,, que Succeſſoribus Epiſcopis manere decernimus, tam
,, quidem Clericos, quàm omnia Eccleſiæ veſtræ re-
,, gendi, fruendi, ac ordinandi licentiam. Archie-
,, piſcopo verò Ravennati nullam volumus habere ſuper
,, vos valitudinem, vel facultatem, præter quam ſa-
,, cri Canones præcipiunt. Sane ſi in aliquo tempore qui-
,, libet Ravennas Archiepiſcopus prænotata gravami-
,, na ſuper vos renovare, vel reducere temptans per
,, longa jam tempora, hæc vos ſolviſſe affirmare cona-
,, tus fuerit, & tale jus in vos habuiſſe Ravennatem
,, Archiepiſcopum ante multa tempora probare niſus
,, extiterit, nulla talis aſſertio vires obtineat, nec poſ-
,, ſit longitudo temporis ſuffragari, quòd conſtet præter
,, Juſtitiæ regulam pernicioſe diu fuiſſe præſumptum;
,, præcipue cum ſacri Canones doceant non minus ma-
,, lam conſuetudinem, quàm pernicioſam corruptelam
,, eſſe vitandam. Proinde decernimus, ut nihil exibea-
,, tis Archiepiſcopo Ravennati, qui per ſingula tem-
,, pora fuerit, niſi quod Canones ſancti præcipiunt, quod-
,, que cæteri Epiſcopi per Liguriam, & Venetiam, at-
,, que Iſtriam ſuis Metropolitanis exhibere probantur.
,, Archiepiſcopum autem Ravennatem nihil à vobis
,, exigere debere cenſemus, nec in vos aliquod jus exer-
,, cere diffinimus, niſi ut ſuperiùs libavimus. Si quis
,, autem Archiepiſcopus Ravennas ammodo, & dein-
,, ceps contra noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis Præceptũ,
,, vel contra hujus Decreti tenorem in toto, vel in par-
,, te venire temptaverit, & vobis, veſtriſque Succeſ-
,, ſoribus Epiſcopis ſuperiùs prohibita injunxerit, vel
,, tulerit, vobiſque aliquid de præſignatis oneribus im-
,, poſuerit, & non in omnibus hujus paginæ textui obe-
,, dierit, ſit ſententia Dei omnipotentis, Beatique
,, Petri, & Pauli Apoſtolorum Principum, & Apo-
,, ſtolicæ auctoritate anathematis innodatus vinculis,
,, & tanquam contumax ſacrorum Canonum, & Apo-
,, licarum violator Inſtitutionum, ab omni Sacerdo-
,, tali alienus in perpetuum exiſtat officio. Hæc verò,
,, quæ ſuperiùs ſcripta continentur, in perpetuum con-
,, firmamus, ac roboramus, ſalvo duntaxat honore,
,, & ſubjectione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, atque do-
,, cibili reverentia, & congruo Pontificum Apoſtolicæ
,, Sedis obſequio.
,, Cujus Præcepti tenori ſcripto per manus Leonis
,, Scriniarii Indictione ſubſcripſit Decima.
,, Nomina autem Epiſcoporum, qui huic Sancto Con-
,, cilio interfuerunt, conſenſerunt, & ſubſcripſerunt
,, hi ſunt, videlicet.
,, Ildebrandus Verulinus.
,, Johannes Velitri.
,, Petrus Gabo.
,, Magiſtrus Porti.
,, Arſenius Ortano.
,, Petronacius Albano.
,, Liutprandus Cluſinus.
,, Petrus Aretinus.
,, Geremias Sabroni.
,, Ragio Niaraſis.
,, Ropertus Nocerinus.
,, Arigiſus Fulinatus.
,, Johannes Forchoninus.
,, Leodriſius Marſicanus.
,, Colo Reatinus.
,, Arnulphus Bellue.
,, Oſipus Peſtorenſis.
,, Anſelmus Camortinus.
,, Lanſtrienſis Petroſinus.
,, Dominicus Eugubinus.
,, Juſtinus Gallicanus.
,, Silianus de Humana.
,, Articarius Sinogallia.
,, Johannes Faneſtrienſis.
,, Raguel Penſaurienſis.
,, Johannes Ficoclenſis.
,, Dominicus a Calliſinus. — a Galleſianus.
,, Johannes Falaritanus.
,, Martinus Narnienſis.
,, Leo Amerinus.
,, Aldericus Tibertinus. b — b Tudertinus.
,, Dominicus Centuncuſenſis.
,, Andreas Nepeſinus.
,, Paulus Corninus.
,, Otto Roſſelanus.
,, Stephanus Montefeletranus.
,, Leo Sylvæ Candidæ.
,, Sergius Balnearicius.
,, Landulphus Capuanus.
,, Petrus Spolitinus.
,, Donatus Feſulanus.
,, Petrus Florentinus.
,, Johannes Tuſcanenſis.
,, Raſtaldus Suanenſis.
,, Bonifacius Bilarinus.
,, Martinus Priverinus.
,, Johannes Subtrinus.
,, Sergius c Abinenſis.
,, Leo Gajetanus.
,, Leo Tiburtinus.
,, Petrus d Urbianus.
,, Johannes Terracinus.
,, Petrus Ferentinatus.
,, Johannes Ariminenſis.
,, Johannes Signinus.
,, Georgius Trajectanus.
,, Rodericus Caſtello felicitatis.
,, Lepardus Ancona.
,, Dominicus Trive. — c Sabinenſis.
,, Neo e Aratinus.
,, Conſtantinus Ferrarienſis.
,, Apollinaris Bobienſis.
,, Romanus Faventia. — d Urbinas.
,, Petrus Imolenſis.
,, Leopertus f Aſorienſis.
,, Florus Cæſenatis.
,, Johannes Forumpopulienſis.
,, Apollinaris Livienſis.
,, Leo Orbertano.
,, Aldualdus Balneregienſis.
,, Paulus Subdiac. Rom. — e Leo Alatrinus.
,, Petrus Presbyter Viceagens Rom. Eccleſiæ.
,, Johannes Archidiaconus Romæ.
,, Adrianus Presbyter Rom.
,, Leo Presbyter Rom.
,, Romanus Presb. Rom. — f Fortè Adrienſis
,, Petrus Presbyter Rom.
,, Lunicius Diaconus Rom.
,, Johannes Diaconus Rom.
,, David Subdiaconus Rom.
,, Benedictus Subdiaconus Rom.
,, Salomon Subdiaconus Rom.
,, Benedictus Subdiaconus Rom.
,, Martinus Subdiac. Rom.
,, Donatus Subdiac. Rom.
,, Georgius Subdiac. Rom.
,, Petrus Subdiac. Rom.
,, Romanus Subdiac. Rom.
,, Leoninus Subdiac. Rom.
,, Stephanus Subdiac. Rom.
,, Elia Olacionarius Rom.
,, Joſeph Primiſcrinius Romanus.

54. ROMANUS Hetruſcus è Calcinaria ſupra Heræ flumine ignobili pago, Ravennas Archiepiſcopus creatus eſt an. 879. Deceſſit anno 889. (,, Plu- LIII.
,, res extant Joannis VIII. ad hunc Romanum ſcriptæ
,, Epiſtolæ, quem, cum Romanæ Eccleſiæ auſus fuiſ-
,, ſet adverſari, à conferendis ſacris ordinibus ſuſ-
,, pendit, & mox ad Concilium accedere renuentem
,, excommunicavit. At in gratiam Apoſtolicæ ſedis
,, rediſſe Romanum conſtat, quod illi poſtea ſcripſerit
,, Stephanus VI. ut electionem curaret novi Epiſcopi
,, Imolenſis faciendam per Clerum & Populum, ut ex
,, decr. 1. diſtinct. 63. c. 12. Faber.)

55. DO-

Digitized by Google

LIV. 55. DOMINICUS Ublatella Romano ſucceſſit an. 889. Huic ſcripſit Stephanus Pontifex. Pluraque refecit, exornavitque in Urſiano Templo: diem vero poſtremum obiit 898.

LV. 56. JOANNES IX. e nobiliſſima Traverſariorum gente, ad patriam Archiepiſcopalem ſedem ſubvectus eſt anno 898(1). Concilium celebravit Ravennæ, fatoque functus eſt 904.

LVI. 57. PETRUS, electus eſt, anno 904(2). annum fere integrum ſedit.

LVII. 58. JOANNES X. Epiſcopus antea Bononienſis, Archiepiſcopus Ravennas electus eſt ann. 904. a Hic Marotiæ filius fuit, ac Sergii Pontificis, ex adulterio natus. Scribit autem Luitprandus Ticinenſis, qua ratione ad hanc dignitatem pervenerit; ad Pontificium autem culmen aſcendiſſe auxilio, favoreque Theodoræ nobilis ſcorti per id tempus Romæ Principis, qui illum deperierat, ſub nomine Joannis X. narrat Baronius ad hunc annum.

a 912.

LVIII 59. CONSTANTINUS Archiepiſcopus ejuſdem civitatis renunciatus eſt anno 913. („ *Anno* „ *919. aliquot bona in Ravennati territorio conceſſiſſe* „ *in Emphyteuſim teſtatur* Faber.)

LIX. 60. PETRUS Bononienſis[3] Conſtantino ſucceſſit an. 923. Hic nobilem ſynodum Ravennæ celebravit an. 954. cui omnes diœceſani interfuerunt, nobileſque quamplurimi Epiſcopi. E S. Probi Eccleſia prope mare in Urſianum Templum tranſtulit corpora Ss. Aderiti, Caloceri, Probi, Proculi, Dati, Liberii, Agapiti, ac Marcellini, majuſque altare conſecravit in honorem horum ſuorum anteceſſorum 3. Non. Martii ann. 970. Alteram ſynodum celebravit Ferrariæ, ac poſt conſultiſſimam Ravennatis Eccleſiæ adminiſtrationem, Archiepiſcopali munere libens volenſque abivit, ut vitæ privatæ tranquilliori uſu perfrueretur. Narrat hoc Petrus Damiani Cardinalis in Epiſtola ad Nicolaum II. de dimittendo Epiſcopatu.

LX. 61. HONESTUS Monachus, & Abbas Claſſenſis ex Ordine S. Benedicti Archiepiſcopus Ravennatium creatus eſt anno 971 Duo Concilia celebravit, alterum prope Marzaliam Mutinenſis territorii, Ravennæ alterum. Dum ea dignitate Honeſtus fulgeret, glorioſus Patriarcha Romualdus, qui poſtea Camaldulenſem Ordinem fundavit, collapſamque in Italia Eremiticam diſciplinam reſtituit, apud Claſſem monachum induit. Deceſſit autem Honeſtus, cum ad duodecim annos Ravennatem Eccleſiam ſumma cum prudentiæ laude adminiſtraſſet 983.

LXI. 62. JOANNES hujus nominis XI. Papienſis, renunciatus eſt Archiepiſcopus Ravennæ anno 983. ſtatimque a Pontifice in Germaniam miſſus, ut Othonem III. Imperatorem adhuc puerum Imperiali tiara inſigniret. Omnium privilegiorum Ravennati Eccleſiæ a Romanis Pontificibus olim conceſſorum, a Gregorio V. Pont. ratificationem obtinuit anno 996 *b*. Eodem anno Gregorius idem Pontifex Feretranum Epiſcopatum Ravennati Eccleſiæ ſubjecit, quod de Placentino antea fecerat. Extant de hac re Pontificiæ literæ ad Joannem Archiepiſcopum in M. S. libro Vaticani Archivii cum aliis vetuſtiſſimis documentis à Dominico Raynaldo Bibliothecæ cuſtode ex antiquiſſimis exemplaribus

b An. 997. ut conſtat ex ind. X.

A Ravennatenſis Eccleſiæ tranſumptis; tenor vero literarum Gregorii eſt hujuſmodi.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto filio Joanni ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ Archiepiſcopo venerando, tuiſque ſucceſſoribus Archiepiſcopis in perpetuum. Divinæ remunerationis præmia, & bonæ actionis noſtræ labores ab æterna manu optatè fructificari ſperantes, dignum duximus omni divinæ ſervitutis obſequio, hilari mente, impendere famulatum maxime in reſtaurandis Eccleſiis, quas ab anteceſſoribus noſtris ad divini uſum ſervitiis dicatas conſpeximus. Quapropter conſiderantes etiam univerſas hereſes in ſancta Catholica Eccleſia miſerabiliter ortas, dignas reſecari; ſanctæ Ravennati Eccleſiæ, tibi Joanni, ejuſdem Eccleſiæ venerando Archipræſuli, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum paterno amore ſubvenimus, Placentinam Eccleſiam injuſtè tibi à meo anteceſſore ablatam, ac contra canones, ſub nomine Archiepiſcopatus locatam, tibi, tuiſque ſucceſſoribus reſutantes in perpetuum. Inſuper etiam quia noſtro Apoſtolatui poſtulaſtis, quatenus pro omnipotentis Dei amo-
B *re, mercedeque animæ noſtræ, nec non & pro ſtatu Regni domini invictiſſimi Tertii Othonis Imperatoris Auguſti, Epiſcopatum Monteferetranum, cum omni integritate ſua, ex noſtro dono, ſub jure ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ donando, & Epiſcopum conſecrandi amodo in antea cui volueritis, tibi, tuiſque ſucceſſoribus noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis privilegio muniremus in perpetuum. Propterea tuis flexi precibus ad honorem ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ, & ſtabilitatem ejuſdem venerandi loci, ipſum jam fatum venerabilem Epiſcopatum Monteferetranum cum omni integritate ſua, ſcilicet Eccleſiis, capellis, caſis, caſalibus, curtibus, manſis, colonis, abbatiis, cellis, fundis, ſeu terris, vineis, pratis, paſcuis, etiam familiis utriuſque ſexus, & cum omnibus ad jus notati Epiſcopii legaliter pertinentibus ſalvum, & in cunctis quietum conſiſtere ſub jure ſanctæ Ravennat. ſedis, tuitione, ſine cujuslibet quacumque contradictione, ita ſcilicet*
C *confirmantes decernimus, ut Epiſcopus, qui in eodem Epiſcopio pro tempore fuerit à te, vel a tuis ſucceſſoribus ordinatus, ſine omni contradictione ſubjectionem impendat, & ut alii ſuffraganei in omnibus ſecundum Eccleſiæ tuæ profectum obediant. Inſuper namque ſub divini judicii obteſtatione interminantes jubemus, atque præcipimus, ut nullus Imperator, vel Rex, dux, aut marchio de præfata conſecratione, in aliquo te, tuoſque ſucceſſores, lædere præſumat, ſed a præſenti decima indictione in antea uſque in perpetuum, quemcumque eligere volueritis per noſtram conceſſionem Eccleſiaſtico more in præfato Epiſcopatu Epiſcopum conſecrare debeatis, remota omnium hominum contradictione. Statuentes Apoſtolica cenſura ſub divini judicii obteſtatione, & anathematis interdictu, ut ſi quicunque homo, cujuslibet poteſtatis exiſtens, præſumpſerit auſu temerario contra hoc Apoſtolicæ confirmationis privilegium agere, aut à jure ſanctæ Ravennat. Eccleſiæ præfatum Epiſcopatum, donum, & conſecrationem ſubripere tentaverit, niſi reſipuerit, & his monitis*
D *noſtris adquieverit, auctoritate Dei, & noſtra, non ſolum anathematis vinculis innodetur, ſed a Regno Dei alienus exiſtat; qui autem verus cuſtos, & obſervator extiterit, benedictionis gratiam a Domino conſequi*

(1) Hoc anno aſſerit Rubeus in hiſt. Raven. l. 5. Joannem hunc inſtituiſſe in Inſula Ravennatis agri, cui Palatiolo nomen eſt, regularem Monachorum conventum, eique præter alia ipſam Palatiolam inſulam conceſſiſſe. Donationis conſtitutionem, quam citat Rubeus, refert Margharinus in Bullario Caſinenſi tom. 2. illique ſubſcribunt octo Joannis ſuffraganei, videlicet *Apollinaris Saſſinas*, *Conſtantinus Ferrarienſis*, *Romanus Faventinus*, *Cyprianus Comaclenſis*, *Petrus Cornelienſis*, *Florius Caſenas*, *Joannes Popilienſis*, & *Apollinaris Livienſis*. Rubeum temere ſecuti ſunt quotquot poſt eum ſeu Ravennæ, ſeu cæterarum urbium, quorum Præſules præfatæ donationi dicuntur aſſenſi, hiſtoriam conſcripſere, quique ejuſdem S. Mariæ in Palatiolo cœnobii originem enarrarunt, quos inter doctiſſimus Annalium Benedictinorum conditor Mabilio ad annum 898. Verum mox relata Synodi Lateranenſis acta, ut adhuc viris eruditis imponatur, non ſinunt. Siquidem ex illis conſtat omnes illos Epiſcopos (excepto Comaclenſi, qui in ea Synodo nequaquam ſedit) vixiſſe anno 861. quo dicta Synodus habita eſt, & cujus actis ſubſcripſere. Proinde, cum iidem Epiſcopi & ſynodum Lateranenſem an. 861. & Joannis Conſtitutionem an. 898. nequeant ſua ſubſcriptione firmaſſe, tum quia tamdiu in Epiſcopatu omnes vixiſſe minimè cenſendi ſint, tum quia inter illud temporis ſpatium, quod ab an. 861. ad an. 898. intercurrit, alii reperiantur, qui ſedes illas occuparint, Epiſcopi, dicendum Conſtitutionem illam vel nititiā eſſe, vel ad alia tempora referendam. Et multa quidem ſunt, quæ de illius ſoliditate ſcrupulum poſſint injicere: Diſplicet enim perpetua fere allocutio cum B. Virgine, & quam maxime ubi dicit eidem: in Templo, *in quo ſacratiſſima tua Patrocinia ſunt recondita*: & clarius paulo infra; *tuaque Eccleſiæ, in qua Sancta tua reliquia humata eſſe videntur*. Minus etiam placet *Monachos Regulares* vocari. Padus etiam, & Rhenus pro limitibus aſſignantur fundi donati; & ſicut de primo non ambigo, ita de altero flumine vehementer dubito, an unquam circa eam partem fluxerit. Tandem nullæ in ea notæ Chronologicæ viſuntur contra morem profecto illius ætatis. Quod ſi ad hanc Conſtitutionem convellendam hæ rationum momenta minimè ſufficiant, unde nam quæſo hauſit Rubeus, quod ea data ſit à Joanne IX. anno 898? Ego profectò, cum illi videam conſenſiſſe ſeptem Epiſcopos, quos anno 861. vixiſſe indubiam mihi fidem faciunt Lateranenſis ſynodi acta, de quorum ſinceritate nulla mihi videtur poſſe oriri ſuſpicio, eam arbitror potiori jure tribuendam eſſe Joanni VIII, (qui etiam IX. ab aliquibus dicitur) illi eidem, contra quem Lateranenſis Synodus acta relata promulgavit, & ad ejus tempora inter annos 861. & 869. referendam.

(2) Si annum ferè integrum ſolummodo ſedit Petrus, nonniſi anno 911. ad Ravennatenſe ſolium acceſſiſſe dicendum eſt, cum Joannes anno 912. illi ſubrogatus fuerit à Landone Papa, ut etiam adnotavimus in Bononienſibus.

(3) E ſede Bononienſi ad Ravennatem tranſlatum hunc Petrum ait Ughellus in Bononienſibus anno 927.

Digitized by Google

ſequi mereatur. Scriptum per manus Petri Regionarii notarii, & ſcrinarii S. R. E. in menſe Julio indictione ſupradicta decima. Benevalete.

Datum Non. Jul. per manus Joannis Epiſcopi S. Albanenſis Eccleſiæ, & Bibliothecarii S. Apoſtol. ſedis.

Joannes vero Archiepiſcopus cum hoc eodem an. ad 14. Kalen. Maii multa conceſſiſſet Petro Dei nutu ex genere conſulis, idque coram Faroaldo judice, & Petro filio Petri Judicis, ipſique Hermenfredus Abbas Galleratenſis deſignatus obſequium Ravennæ, fidemque ſacramento ſolemni juraſſet, brevi deceſſit, ſeu ut nonnullis placet, ad alium Epiſcopatum aſſumptus eſt. Sunt qui ſcribunt in Taurinos, ad Montem Capraſium ſe abdidiſſe, ibidemque D. Michaelis ædem ab Hugone Marino Aluerno, Montis Bucerii Regulo, ſub Sylveſtri II. Pontificatu excitatam ædificiis ornaſſe. Ita Rubeus lib. 5.

LXII. 63. GERBERTUS Gallus monachus Floriacenſis, ex Ordine D. Benedicti, Archiepiſcopus antea Rhemenſis, ad Ravennatem Eccleſiam tranſlatus eſt anno 997 a. a Gregorio V. Pontifice Maximo: donatur Pallio, aliiſque privilegiis inſignitur hiſce literis, quæ extant in M. S. s. Vaticani Archivii, è vetuſtiſſimis exemplaribus tranſumptæ. Tenor eſt talis.

a An. 998. ut patet ex indict. XI.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei. Gerberto ſanctæ Ravennat. Eccleſiæ Archiepiſcopo, ac noſtro ſpirituali filio, & per te in eamdem Eccleſiam, cunctiſque ſucceſſoribus tuis Archiepiſcopis in perpetuum. Quoniam Apoſtolicæ ſedis benevolentia, & antiquæ conſuetudinis zelo provocati fraternitatem tuam Eccleſiæ Ravennati præfecimus, inſignia præſulum ejuſdem Eccleſiæ dignum duximus tibi conferenda cum uſu Pallii, quo uti debes certis temporibus, certiſque modis, ſicut anteceſſores tuos uſos fuiſſe cognoſcis, hoc te nihilominus admonentes, ut ſicut à nobis hujus decoris uſum, ac ſacerdotalis officii honorem accepiſſe te gaudes, ita etiam morum, atque actuum probitate ſuſceptum in Chriſto ſacerdotium adornare contendas. Sic enim alterno eris decore conſpicuus, ſi cum habitu corporis, mentis quoque bona concordant; ut foris compoſitus, intus autem directus, Deo cum Propheta vere dicere poſſis: Provideo Deo in conſpectu meo ſemper, ut ſit à dexteris mihi, ne unquam commovear. Ut autem charitatis in nobis fundatæ dulcedinem recognoſcas, ex gratuita largitate noſtra poſt mortem Adeleidæ Imperatricis Auguſtæ, donamus tibi, tuæque Eccleſiæ diſtrictum Ravennatis urbis, ripam integram, monetam, teloneum, mercatum, muros, & omnes portas civitatis. Si vero alia privilegia aliquibus facta apparuerint ſanctæ Eccleſiæ obnoxia, & huic noſtro privilegio contraria, auctoritate Dei, & S. Petri ad nihilum reddenda illa diiudicamus; & hoc quod facimus, ſtabilimus, & intactum permanendum jubemus. Donamus tibi, tuæque Eccleſiæ ſanctæ Comaclenſem comitatum poſt mortem Adeleidæ Imperatricis Auguſtæ, ut tu, tuaque ſancta Eccleſia, tuique ſucceſſores illum cum omnibus, & inibi pertinentibus libere teneant, & ordinent in perpetuum, quod benefactum eſt, ut bene reſervemus, & in melius corroboremus, privilegium, quod tuo prædeceſſori Joanni cum Monteferetrana, & Cervien. Eccleſiis, & cum omnibus, quæ ſibi largiti ſumus ex noſtra benivolentia, tibi, tuæque ſanctæ Ravennati Eccleſiæ, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, & incorruptæ ſemper eſſe decernimus idest monaſterium S. Thomæ Apoſtoli, & S. Euphemiæ martyris, cum omni integritate eorum, & cum omnibus poſſeſſionibus, & rebus eorum cultis, & incultis, tam in civitate Arimini poſitis, quam extra, ſcilicet in comitatibus Piſaurien. Arimin. & Monte Feretrano collatis. Quæ omnia per centum jam curricula annorum veſtra Eccleſia, & veſtri anteceſſores tenuerunt, & vos Dei gratia tenetis quiete; ideſt caſtellum quod vocatur Ligabizzi, cum omni pertinentia ſua, & curte de S. Hermete, cum prædicta Eccleſia, & cum caſalibus, & appendiciis ſuis; ſcilicet & caſtellum, quod vocatur Galliola, cum omni pertinentia ſua; nec non & caſtrum, quod vocatur Grandariolo, cum omnibus rebus, & poſſeſſio-

A *nibus ſuis; & caſtellum, quod vocatur Montecorlino, cum omni integritate ſua; nec non & integrum caſtellum, quod vocatur Crucis, cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ſuis. Et ut paternitas bonitatis noſtræ filiationem tuæ devotionis ſummo affectu, & affluenter in Chriſto enutriat, auctoritate Dei omnipotentis, & S. Petri Principis Apoſtolorum, hoc noſtro privilegio, præceptum de Regienſi Epiſcopatu, cum omnibus ſibi adiacentiis à venerabili Othone Auguſto tibi, tuæque Eccleſiæ, tuiſque ſucceſſoribus attributum confirmamus, ſtabilimus, & inconvulſum permanendum præcipimus, ut teneas, defendas, regas, & ad Dei honorem tam tui ſucceſſores libere ordinetis. Confirmamus etiam tibi, tuæque Eccleſiæ in perpetuum donamus Caſenam cum omnibus ſibi pertinentibus; & per poteſtatem Apoſtolicam jubemus, ut de ſubtus ſtrata uſque ad mare nullus audeat diſtrictum, aut venationem ullam exercere, niſi cui tu, aut tui ſucceſſores juſſerint; ſed abſque omnium hominum inquietudine ad honorem, & utilitatem tuam, poteſtative omnia ibi facias,* B *atque præcipias. Omnia etiam privilegia jam pridem à prædeceſſoribus noſtris tuæ Eccleſiæ collata, omniaque præcepta aut a Regibus, aut Imperatoribus pro Dei reſpectu attributa, hoc noſtro privilegio in voluntate Dei, & auctoritate S. Petri confirmamus, corroboramus, & in æternum valere volumus, & præcipimus. Si quis igitur contra hæc, quæ per hoc noſtrum privilegium pie, & firmiter diſpoſita ſunt, temerario auſu ire temptaverit, ſciat ſe auctoritate Petri Principis Apoſtolorum, cujus immerito vicem agimus, anathematis jaculo innodatum, & cum diabolo, & Iuda traditore æterni ſupplicii incendio concremandum, ſicque irremediabiliter involvendum, ne unquam à nexibus anathematis ſit abſolutus. At vero qui obſervator in omnibus extiterit, cuſtodiens hujus noſtri Apoſtolici conſtituti auctoritatem, ad cultum Dei noſtri reſpicientis, benedictionis gratiam a miſericordiſſimo Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps efficiatur.*

Scriptum per manum Petri Notarii, & ſcriniarii C *S. Romanæ Eccleſiæ in menſe Aprilis, & indict. XI.*

BENE VALETE

Datum 4. Kal. Maji per manum Epiſcopi S. Albanenſis Eccleſiæ, & Bibliothecarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis anno Pontificatus D. Gregoris ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli anno II. Imperante D. Othone III. a Deo coronato magno, & pacifico Imperatore anno II. in m. & Ind. XI.

Ego Raimbertus Chriſti miſericordia Ravennatis Tabellio, atque Notarius S. Ravennatis Eccleſiæ ſcripſi hoc exemplum.

Anno vero 999. ſummus Pontifex eſt renunclatus ſub nomine Sylveſtri II. unde de eo verſus.

Tranſis ab R. Gerbertus ad R. fit
Papa regens R.

De quo Baronius, Bzoviuſque, qui nuper ejus vitam edidit, cæterique ejus ævi ſcriptores. Primo Archiepiſcopatus anno ſynodum celebravit Gerbertus in Eccleſia S. Anaſtaſii, cujus acta ex M.S. codice Vatic. Bibliothecæ hæc ſunt.

D *Perpetuo regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto. Tempore pii Cæſaris Othonis III. in anno II. Imperii ejus, XI. indictione ſub imagine Salvatoris infra valvas majoris Eccleſiæ Ravennatenſis, Gerbertus ejuſdem Eccleſiæ Præſul reſidens cum pluribus Epiſcopis, & Presbyteris Eccleſiæ memoratæ, adſtantibus diaconibus, & cuncto clero dixit: In ſancta ac Ravennate Eccleſia, cui divina diſpenſatio præeſſe me voluit, dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis orta, ut ſubdiaconus Corpus Domini, quod formatum appellant, tempore conſecrationis Epiſcoporum, ipſis vendant Epiſcopis, & chriſma vendant Archipresbyteris annualiter Parochiæ veſtræ. In quibus apparet venditio Filii Dei, & venditio Spiritus ſancti. Quæ de re præſenti decreto conſtituo, ut in hac ſede, & in his omnibus, quæ ad nos pertinent, ulterius minus fiat. Quod omnes ſtatuentes laudarunt, & dixit. Si quis autem contra hoc decretum auſus fuerit attentare, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Amen. Statuimus etiam, ut annualiter in feſto S. Vi-*

talis

Digitized by Google

talis omnes Archipresbyteri ad nos pertinentes, pro reſpectu ſedis, ſubdiaconis noſtris annualem cenſum perſolvant ſolidos duos; & quicunque conceſſerit cenſualiter, ſentiat ultionem, arbitrio primorum hujus Eccleſiæ. Et ab omnibus eſt laudatum. Et quamvis etiam antiquitus ſit ſtatutum, ut nemo Epiſcoporum alterius clericum, ſine co mandante literis recipiat, aut Eccleſiam a in alterius diœceſi, vel per acceptam, ſive promiſſam pecuniam. Sed neque illum b, quem probabilem ad officium non inveniat, aut immatura ætas, vel crimen excludit. Nec illum, quem inſcitia coerceat, vel leges infamia damnent, aut debilitas, vel immunitio membrorum cohibeat, ſeu quem abjecta officia, vel miniſteria deformia notant, vel quem turpis lucri cupiditas abjicit, vel contra leges prohibitio; neque ullum eorum, quos neophytos dicunt, Bigamos, curiales, vel laicos, vel eorum, qui in canonibus, & legibus cohibentur. Unde competere non ambigimus, ut præſenti concilio priſcorum patrum ſanctiones firmantes teneamus, ut nemo noſtram Eccleſiam, vel c aliquande oratorium in alterius diœceſi dedicare attentet ſine permiſſu, & conſenſu Epiſcopi, ad quem pertinet ipſa diœceſis; neque alterius diœceſentes, vel parochianos recipere, aut promovere, ſeu retinere præſumat ſine canonicis Epiſtolis, quos Nicana Synodus apud Bithyniam congregata ſancivit, Latino more vocitari formatas, & ut nullus ſacris permittat ordinibus, niſi quem ætas, vita, doctrina, mores, auctoritas canonica commendat atque legalis. Ut autem hæc ſanctio per omnia firmior teneat, & ut hoc indignis non concedatur, ſub anathematis obligatione noſmetipſos conſtringimus, & ſucceſſores noſtros Epiſcopos, qui contra hæc decreta præſumpſerint. Et ſi quis ſacri ordinis de ſepultura mortuorum aliquid acceperit, niſi forte quæ ſponte ab amicis, vel propinquis mortuorum Eccleſiæ fuerint collata, hac maledictione teneantur obnoxii. Et laudaverunt omnes pariter acclamantes placere ſibi, ac dicentes clamaverunt: Fiat, fiat. Promulgata ſunt hæc anno 997. Incarnationis Dominica die Kalendar. Majarum Indict. 11. ſub clementiſſimo Imperio memorati Principis Othonis, ſiquidem III. & ſubſcribentes confirmaverunt Epiſcopi, qui intererant, & presbyteri Cardinales Eccleſiæ Ravenn.

a Forte deeſt dedicet.
b Forte deeſt promoveat.
c Forte aliquod.
d Hoc eſt Gerbertus Archiep. Ravennas.

d *G. A. R.*
Ubertus Livienſis.
Albardus Sarſinas.
Joannes Bononienſis.
Raimbaldus Cornelienſis.
Hildeprandus Faventinus.
Georgius Comaclenſis.
Georgius Caſenas.
Leo Ficoclenſis.
Teupertus Pupilienſis.
Chriſtophorus, & Guinizo, Nuncii S. Parmen. Eccl.
Joannes, & Joannes, & Vannius presbyteri.
Anaſtaſius, & Deusdedit, Paulus, & Leo (1).

LXIII 64. HERMUTUS, ſive Neomutus, ſive Neo, qui etiam Leo eſt, Gerberto ſuffectus eſt anno 999. Quam ille Eccleſiam rexit uſque ad 1001. in quo ipſo anno, cum ſuam imbecillitatem introſpexiſſet, quamque parum proficeret, Archiepiſcopali munere ſe exſolvit, ut refert Petr. Damiani ad Nicolaum II., cum ipſe etiam Epiſcopatui ſe ſubducere conatus fuiſſet. Ac poſt quatuor annos vita functus eſt 12. Kal. Decemb. ut narrat Chronicon Nonantulanum per id tempus in membranis ſcriptum. In alio antiquo codice membraneo M. S. ejuſdem Cœnobii Leonis hujus Archi epiſcopi Ravennatis item extat Epiſtola ad Eremitas. Quæ quia hujus Præſulis ſingulare pietatis ſtudium prodit, hic exſcribendam curavimus.

Incipit admonitio Leonis Ravennatis Archiepiſcopi ad Durantem monachum, vel ad cæteros, qui cum eo ſunt, Eremitas.

Cum heſterno die mihi conſilium peteres; ego in itinere poſitus, ut noſti, tibi reſpondere non valui. Nunc A *autem pauca de plurimis tuæ charitati mandari curavi: obſecro te tamen, perpende diligenter quod dico. Cur ſeculum dimiſiſti? & iſtam arctam, & anguſtam vitam arripuiſti, & Abbatem ſuper te eligiſti, ut non ſuo, ſed alieno arbitrio vivendo imitares Dominum tuum dicendo; non veni voluntatem meam facere, ſed ejus qui miſit me, niſi ut eum imitando partem cum eo & cum ſanctis ejus habere in æternis gaudiis merearis. Cur modo illa oblitus es, & in eis, quæ ei promiſiſti, uſque in finem perdurare non procuras? Cur non audis Apoſtolum Joannem clamantem; tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam? Conſidera quod primus homo non ſervando obedientiam perdidit nos, ſecundus Deus, & homo per obedientiam redemit nos. Quare vis eam dimittere, cum nullum bonum extra eam nec fuit, nec erit, nec eſſe poterit in æternum? longum eſt ſi omnes ſanctos novi, & veteris teſtamenti replicare voluero, quomodo per obedientiam ſalvati ſunt. Sufficiat tibi ut ſcias, & certus ſcis, quod nullus ſine ipſa ſalvetur, nec poterit aliquando, maxime cum hæc coram Deo, & ſan-* B *ctis ejus te eſſe ſervaturum ſpoponderas. Nam ut noſtis in Baptiſmo tria promittimus, abrenunciare diabolo, & pompis ejus, & operibus illius in monachatu promittimus ſtabilitatem, & converſionem morum, & obedientiam primo non per nos, ſed per interpoſitam perſonam facimus, & in quantum ætas promittit, reluctamus, contemnimus ne ad id perveniamus, poſtea tamen diligimus, & in ea uſque ad mortem perſeveramus. In iſta ſecunda promiſſione, non vi, ſed integro ſenſu, & meditando, amando, & legendo coram Deo, & omnibus ſanctis promittimus, ſcribimus, & Deo ſponte offerimus. Perpende obſecro, quid dicere Domino poſſimus, ſi quid per alios in pueritia non ſponte promittimus, ſponte corrumpimus, præſertim cum beatus Benedictus terribiliter arguat, quod ſi quis aliter fecerit, à Deo ſe damnandum ſciat, quem irridet. Non dicit judicandum, ſed damnandum, quia facilius poterat de prima promiſſione, quam per alios facit, ſe excuſare, quam de ſecunda. Et quoniam plurimi non intelligentes ſano ſenſu Regulam S. Benedicti, nec cognoſcentes virtutem ver-* C *borum, quæ in ea ſcripta ſunt, putant melius facere, ſi eam dimittant, & poſtea nec illam, nec aliam tenent, & vacua remanent, & ſine fructu apud Dominum inveniuntur. Adverte tamen quis aliquando potuit facere, quoniam ibi dicit, ut ubicumque ambulat, aut ſtat, aut ſedet monachus, in terram deflexis aſpectibus reum ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimet, jam tremendo judicio præſentari ſciat, & omnes cogitationes ſupervenientes Abbati ſuo non celet, & uſque ad interrogationem non loquatur. Taceam de aliis ſententiis, quæ omnes plenæ ſunt myſteriis; ſed iſtas tres conſidera, quis aliquando facere, & adimplere potuit. Confundantur ſtulti, ſileant, reprehendant ſe, qui putant majora facere, cum iſta, ut credo, nullus adimplebit, niſi ipſe beatus, aut quis ſimilis Benedicto fuit. Unde B. Gregorius poſtquam de ejus virtutibus locutus eſt, admirans de ejus regula, ait inter reliquas virtutes, quibus B. Benedictus claruit in mundo, ſcripſit monachorum Regulam diſcretione præcipua, ſermoneque luculentam, ut ſi ejus vitam, vel mores imitari aliquis voluerit, in ejus conſti-* D *tutionis regula invenire poterit, quia ita docuit qualiter vixit. Certe quamvis parva tibi videatur Benedicti Regula, non parva B. Gregorio apparebat, quia tantis præconiis laudavit, & ſcimus, quia poſt cum omnibus ſignis, virtutibuſque univerſis ſpiritu prophetiæ cum ſe illuſtratum agnoſceret, ab eodem Spiritu ſancto edoctus cum ſe de hac luce revelante Deo ſciebat eſſe tranſiturum, ad petitionem diſcipuli ſui Mauri hanc Regulam ſuis beatis manibus deſcribens, eique tradidit, ut perfecte ſciret, qualiter ſe, ſuoſque diſcipulos imbuerit: admonitionem in Prologo ipſius Regulæ ita incipit ſingulariter quaſi ad illum. Auſculta, o fili, præcepta magiſtri, & inclina aurem tuam, & admonitionem pii Patris libenter excipe, & efficaciter comple. Poſt hæc ſpecialiter ad omnes converſus adjecit, & quæ ſequuntur.*

Nam

(1) Huic Synodo interfuiſſe Othonem Imp. ait Rubeus hiſt. l. V. ſed ex his actis falſi convincitur. Quam vero refert Riveſius in hiſtoria Concil. Synodum Ravennæ hoc ipſo anno habitam Gerberto Præſide, in qua Hugonem Abbatem Farfenſem, inique, & Simoniace ingreſſum, pœnitentiam egiſſe ait, & Arnulfo Mediolanenſi Papatum oblatum, nullum ejus apparet hoc anno veſtigium: at neque tunc Arnulfus ullus erat Mediolanenſis Archiepiſcopus, cui Papatus inferretur. *Coſſartius in Concil. Coll.*

Nam tantæ diſcretionis eſt, ut nullus ita infirmus eſt,
qui ex ea non poſſit habere, quod ſibi ſufficiat, nullus ſa-
nus, nec fortis; qui non ſibi habeat, quod laboret diebus
vitæ ſuæ. Et hoc eſt ſummum bonum, quod in arbitrio
Abbatis poſuit. Unde monachus ſecurus poſſit eſſe, ſi ſe
ſub imperio Abbatis ponat, & adjecit facientibus hæc
vitam æternam: Et iterum illa merces & a Domino
compenſabitur, quam nec oculus vidit, nec auris audi-
vit, nec in cor hominis aſcendit. Audiſti laborem, con-
ſidera repromiſſionem; ſufficiat tibi chariſſime: ſi ul-
tra vadis, errabis: audi ſcripturam; hac via ambulate,
neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram convertas, vi-
riliter inhærendo, comple iſta in monaſterio: purifica
te prius ibi ab omnibus vitiis, conculca ſuperbiam, inter-
fice vanamgloriam, abſcinde iram, projice triſtitiam,
eradica avaritiam, occide luxuriam, conculca ventris
ingluviem; firmiter humilitas, charitas, patientia, lon-
ganimitas, manſuetudo, obedientia, caſtitas, continen-
tia, tolerantia, cum ſpe certa, & firma ſed fortaſſe men-
ſura, tentabat quod nunc carnales vos Dominus ſalva-
re non poſſet, & valde contrarium; & aliquem de præ-
dicta cogitare, vel dicere, ſi Abel cum odio Caim ſan-
ctus effectus eſt, & Noe inter tot millia malos audivit
à Domino, te ſolum inveni juſtum coram me, & Abra-
ham de Hur Chaldeorum electus apparuit, & Loth de
Sodomis abſtrahetur, juſtus inventus eſt, teſtante Apo-
ſtolo; juſtum Loth oppreſſum a nefandorum injuriis,
converſatione, & aſpectu; juſtus erat apud eos habi-
tans, qui ſe die in diem animam juſtam iniquis operibus
cruciabant: perpende; Loth inter malos laudatur, in
monte reprobatur, qualis fuit in Sodoma Apoſtolus lau-
dat, qualis in monte, omnes vituperant. Continentiam
quam habuit inter Sodomitas Angelica viſio, & loqu-
tio demonſtrat. Inceſtum quod fecit in monte, propheta
non tacuit, cum ejus filiis uſque ad ſeptimam generatio-
nem, ne intrarent in Eccleſiam Dei, prohibuit. Nam ſi
facta Patrum veteris teſtamenti non tibi placuerint,
placeant ſaltem Patres novi teſtamenti. Certe Nero
Imperator ſceleratiſſimus omnium Imperatorum fuit,
tamen Petrus uſque ad ultimum vitæ ſuæ in ea civitate
qua manebat, perduravit, & nihil ei impietas nocuit,
immo profuit. Sic crudelitas Decli D. Laurentio; per-
tinacia Diocletiani Sebaſtiano, & aliorum ſanctorum
multorum malitia inimicorum non obfuit, ſed profuit.
Sed ne mihi objicias, quia illi Pagani martyres eos fe-
cerunt, iſti Chriſtiani nos non ita perſequuntur. Unde
quæſo verte oculos tuos ad Libertinum, quanta poſt mor-
tem Honorati magiſtri ſui a ſuo peſſimo Abbate oppreſ-
ſus eſt, attamen non fugit, neque deceſſit, ſed eum por-
tando in patientia ſua in monaſterio perduravit. Quid
de Nonnoſo Præpoſito, cujus laudes B. Gregorius in
Dialogorum libro manifeſtat. Quis trium patrum vir-
tutes eſſet imitatus, tamen ſub aſperrimo patre dege-
bant; & ut ſcias quid boni inter malos creſcunt, roſas
inter ſpinas creſcere ſcimus, triticum inter ariſtas, oleum
inter murtas, & Dominus zizaniam ſeparare à tritico
prohibet, ſed ait; ſinite utramque creſcere uſque ad meſ-
ſem, & in temporo meſſis dicam meſſoribus, colligite
primum zizaniam, & alligate faſciculos ad comburen-
dum, triticum autem congregate in horreum meum.
Hæc eſt ſpes electorum, qui malos non fugiendo, ſed pa-
tiendo tolerant. Vis quærere juſtos, vade in Cœlum, ibi
ſolum invenies juſtos; in hoc ſæculo peccatores cum im-
piis ſemper inventi fuerunt, & ſunt, & maxima pars eſt
iniquorum, quam electorum, quoniam ſemper plus pa-
leæ, quam frumenta fuerunt, tamen frumenta inter ea
remanſerunt, paleæ foras projecta ſunt. Tu ſi frumen-
tum te eſſe cognoſcis, ita cum palea uſque quo venia . .

. . . .

. . . .

& iterum beatis eritis cum maledixerint vobis homi-
nes & perſecuti vos fuerint. Noli diſcedere, neque aufu-
gere de carcere Domini; & quid aliud eſt monaſteriũ,
niſi carcer? unde non licet monacho nec paſſu pedum
ſine licentia exire; quantum alius ei dat, manducat,
quantum alius dat, veſtitur; quantum alius permittit,
dormit; etiam nec loqui valet, niſi quantum ei permit-
titur, nec ſuam voluntatem in aliquo propriam audet fa-
cere. Noli chariſſime negligere de iſto carcere, immo ca-

A mino, in quo ſicut tres pueri Dominum videre poteris.
Nam ſi iſta, ut diximus jam, cum perfecte compleſti, &
ad majora te vis extendere, ut Apoſtolus dicit; quæ re-
tro ſunt obliviſcens, ad ea quæ priora ſunt extendens
mentem. Adhibere conſilium Abbatis, & fratrum, &
cum eorum conſilio, & licentia, immo obedientia, & eo-
rum orationibus incipe, & cum charitate, & pace perfi-
ce, ut ſi corpus ſeparaveris ab eis, mente tamen, & amore
cum eis perſeveres, quatenus; & juxta promiſſionem
tuam ſtabilitatem teneas, & vagando diſcurrere videa-
ris. Sic & in converſione morum tuorum, ut diximus,
extirpata ſuperbia, humilitatem in te fundatam, &
omnibus vitiis in te mortificatis, & virtutibus adorna-
tus, moribus tuis pravis abjectis, & bonis moribus in-
ſtructus, non tuo arbitrio, ſed alieno conſilio, & licen-
tia illam viam aggrediaris, ut tuæ profeſionis executor
effectus ad æternam patriam pertingere merearis. Quo-
niam valde cavendum eſt qui promittit B. Benedicti
Regulam, & poſtea ſuperbiendo contemnit, ne iram
ejus incurrat, & unde gratiam Dei habere poterat, per
B eam in illius iram deveniat. Certe ſi puer, qui ſine
ejus licentia de monaſterio ad Patris domum eſt rever-
ſus, poſt mortem illius nec corpus ejus terra recipiebat,
ſed abominando eum de ſepulchro foris projiciebat, quo-
uſque Benedicti gratiam non habuit, quod valde caven-
dum eſſe ſcitote, & ſanctimoniales quibus non jubendo,
ſed quaſi initiando mandavit dicens: Si non corrigitis
linguam veſtram, excommunico vos, & mortuæ, & ſe-
pultæ; nec ſalutaris hoſtia, quæ pro eis offerebatur, eis
proderat, ſed oberat, quoniam quando ſuæ puellæ pro eis
oblationem presbytero offerebant, & à diacono clama-
tum erat; ut qui non communicaret, locum daret, vi-
ſum erat, quod de ſepulchris exiſſent, & inter excom-
municatos partem habebant, niſi poſtquam ille beatus
manu ſua oblationem dans, quam pro eis Domino of-
ferre deberent, & ſic a Deo receptæ amplius de ſepul-
chris non ſunt viſa foras exire. Pave, & cave chu-
riſſime, & diligenter obſerva, ne ſine Benedicti li-
centia vadas, & ejus iram incurras, quia ſi adhuc po-
ſitus in terra, in Cœlo ligabat, & ſolvebat, multo
C magis cum Domino in Cœlo poſitus, majora, & fortio-
ra facere poterit. Quapropter ab ejus præceptis noli di-
ſcedere, non te ſeducat diabolus, ut majora facias,
quia dico tibi, & veraciter dico, ſi nudus pedibus in-
cedas, & parva tunica veſtiaris, æquariſque pauperi-
bus etiam in ſylva jejunando, per nares te in ligno ſuſ-
pendas, ſimilis Benedicto non eris. Nec illa tria capi-
tula, quæ ediximus, implebis, quoniam ipſe beatus
in Regula ita ſcripſit. Officina, ubi hæc operantur,
clauſtra eſt monaſterii, & ſtabilitas in congregatione.
Tene iſtum, ſi vis participare cum Benedicto. Dimit-
to Apocryphorum dicta, quæ ab Eccleſiaſticis viris
non ſolum imitando, verum etiam legendo prohibita
ſunt. Si ſic divus Auguſtinus præcipuus doctor, & Cæ-
leſtinus Pontifex eam vituperaverant, ut canonibus
inter Apocrypha ea deputarent, nunc nullus ſano ſen-
ſu, nec legere, nec ſequi abſque ſuæ animæ periculo po-
terit. Tu vero chariſſime noli ſequi reprobatum, ſed
imitare regulam electam ab electo divo Benedicto, edi-
tam a ſancto, pioque ſpiritu ſancto dictatam, & à præ-
D claro doctore, & Pontifice ſummo amatam, laudatam,
& a perfectis viris imitatam, quæ ſectatores ſuos ad
Cœlorum Regnum perducit. Interea de vobis audivi,
quod ſilere non debeo, quoniam nuper converſum ut a
monaſterio recedat, & vobiſcum veniat, ſeducitis,
imo recipitis, cujus figura in veteri teſtamento demon-
ſtratur, cum præceptum ſit, ut qui formidoloſus eſſet,
& timidus, & non eſſet fortis, non exiret cum fratri-
bus ad pugnandum, & hoc exemplum beatiſſimus Eu-
thymius in ſancto Saba tenuit, quia quamvis jam a Deo
eum electum agnoſceret, ut etiam inter ignem de Cliba-
no illæſus exiret, & nec in veſtimentis, vel in ca-
pillis aliquam uſtionem haberet, poſt iſta, & alia per-
fectionis opera, quæ in prædicto S. Saba cognoverat,
multis precibus ab eo conſtrictus, ut eum ad Eremum
ſecum adduceret, reſpondit magnus Dei Euthymius,
ait illi: Oportet te fili inter fratres adhuc laborando
mores tuos componere, non ad pugnandum in deſerto
recedere, & ſub duobus Abbatibus eum in monaſterio

pro-

Digitized by Google

probandum reliquit, & poſt diutinam probationem eum ſecum tulit, & poſtea iterum ad fratres conſortando, & regendo eum mandavit, quod Domino adjuvante complevit. Hæc pauca chariſſime veſtræ charitati mandare curavi, ut hac mediantes, ſicut miles Chriſti contra tentamenta dæmonum viriliter accingaris, quatenus tuam profeſſionem adimplens, & illos ea imbuentes, ad æternam patriam pervenire merearis, ut vivas, & regnes in ſæcula.

LXIV 65 FRIDERICUS ex ceſſione Hermuti in Epiſcopatum ſucceſſit 1001. Is primo ſui Pontificatus anno cum Othone III. Cæſare, qui tunc Ravennæ erat, Cœnobium D. Mariæ in Pomposa, quod ad eam diem Ravennatis Eccleſiæ Archiepiſcopi poſſederant, permutavit, ab eo contra accipiens quicquid ad juriſdictionem ſpectaret omnis terræ S. Apollinaris, omniumque Epiſcopatuum, ac comitatuum, de quibus in Ravennati Eccleſia tabulas, ac monumenta extare affirmat, Pompoſianum autem cœnobium Otho omni Archiepiſcoporum Ravennatum ditione, ac poteſtate exemit, voluitque Regio tantum Imperio ſubjectum. In iis literis Otho ſervum ſe Apoſtolorum appellat, tenor vero earum ita in præcitato M.S. libro habetur.

Hoc diploma exploditur ut fictitium à Fontanino; defenditur vero à Muratorio in ſcripturis in cauſa Comacleſi.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho III. ſervus Apoſtolorum. Omnium fidelium Chriſtianorum, tam præſentium, quam futurorum noverit univerſitas, quod nos à D. Federico S. Ravennatis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Monaſterio S. Mariæ de Pompoſa per per concambium accipientes, e contra donavimus S. Ravennati Eccleſiæ omnia placita, & diſtrictus & bannum de omni terra s. Apollinaris, & de omnibus Epiſcopatibus, ſive comitatibus, de quibus præcepta habentur in S. Ravennate Eccleſia, unde Abbatia s. Mariæ de Pompoſa ab omni ſubjectione Archiepiſcoporum, ſive aliorum excutimus, ut Regalis ſit, nulli dominantium perſonarum ſubjecta, ſintque monachi ejus ab omnibus ſecularis ſervitii infeſtatione ſecuri; qui de ſuis, qualem voluerint, Abbatem eligant ab Epiſcopo Comaclenſi conſecrandum. Qui ſi ſibi pro pecunia, vel pro aliqua humana poteſtate moleſtus extiterit, veniat ad Archiepiſcopum ſuum Ravennatem ab eo benedicendus; & ſi hoc in iſto, quod in priore invenerit, ad qualemcumque Epiſcopum deſideret, cauſa conſecrationis properet. Si quis hoc præceptum fregerit, componat centum libras auri cocti, medietatem cameræ noſtræ, medietatem prælibato monaſterio. Sed ut verius credatur, hanc paginam manu propria roboratam ſigillari juſſimus.

Sign. D. Otho-  *nis Cæſaris invictiſſimi.*

Hippolytus b *Cancellarius vice Petri Epiſcopi recogn.*

b Heribertus.

Data 10. Kal. Decembr. anno Dom. Incarnat. 1001. *ind. 15. anno III. Othonis regnan. 26. Imperii 6.*

Actum Ravennæ feliciter Amen.

Fridericus vero in Ravennatenſi Eccleſia ſedit ann. duos, exceſſitque è vivis. Poſt cujus exceſſum Ravennæ Eccleſia undecim annorum interregnum paſſa eſt. Tametſi autem per id tempus Aldebertus quidam malis artibus involaſſet in ſedem. Quia tamen violenter intruſus judicatus eſt, ille, qui proxime ſequitur, Ravennatem ſedem obtinuit.

LXV. 66 ARNOLDUS c ubi ex placito Pontificio anno 1014. Ravennatem ſedem aſcendit, coacta ſynodo, quæcumque Aldebertus intruſus ſanxiſſet, irrita debere cenſeri declaravit. Hujus ſynodi acta recenſet ex antiquo codice Joann. Petrus Ferrettus Epiſcopus Lavellinus in ſuo variarum collectionum libro, qui in Bibliotheca Vaticana aſſervatur.

c Seù Arnaldus.

Perpetualiter Domino noſtro Jeſu Chriſto regnante quartodecimo anno poſt milleſimum divinitus mortalitatis aſſumptæ, ſub Imperio clementiſſimi Auguſti domini Henrici in tertio anno pridie Kalend. Majarum. Congregata eſt venerabilis ſynodus in Eccleſia Ravennate, cui vocabulum eſt S. Reſurrectionis, infra portas majores ſub imagine Salvatoris, præſidente in ea ſanctiſſ. ac venerabili Arnoldo Archiepiſcopo ſedis ejuſdem, ſimulque cum eo celeberrimo atque in Chriſto fideliſſimo Segefredo Placentino Epiſcopo, aliiſque patribus pluribus Æmiliæ, Flaminiæ, atque Pentapolis Provinciarum, cum multis aliis diverſarum Eccleſ. Dei. Relatum eſt in ſynodo, quod in viduitate Eccleſiæ Ravennatis, quæ pro peccatis noſtris undecim annis vidua manſit, hoc eſt à morte Præſulis Friderici uſque ad ordinationem s. Patris Arnoldi multa mala, crimina, vitia, atque peccata hac in provincia ſunt exercita. Qua de re contra canonum conſtitutiones, ſanctorum decreta Pontificum, contra etiam ſtatuta noſtrorum Præſulum Gerberti, & Frederici, multæ malæ illicitæ ordinationes, atque promotiones ſacrorum ordinum, & dedicationes Eccleſiarum, monaſteriorum, Plebium, & capellarum, atque invaſiones ordinum per alteros, quibus minime competebat, inventæ ſunt extitiſſe; unde ſtatutum eſt, ut omnes tales ordinationes ſuſpenderentur a myſteriis uſque ad diſcuſſionem certiſſimam. Altera autem die ſynodi ſtatuere placuit, ut omnes Eccleſias, vel caſas, quas invaſor Adelbertus conſecrare præſumpſit, ab omni divino officio immunes eſſe conſtarent, & ipſa benedictio omnino haberetur perpetuo irrita in omni paroch.a Ravennatis Exarchatus. Placuit etiam tertia die ſynodi, ut ſicut in decretis ſanctorum Patrum cautum eſt, & Romanæ legis conſtitutionibus ſtatutum, ut omnes res Petri clerici interfecti, quæ per bona Eccleſiarum, quas à ſancta Ravennati Eccleſia obtinuit, ſibique nullo modo conquiſivit, Eccleſiæ poteſtati ſubjaceant. Statutum eſt etiam, & ſub anathematis vinculo noſmetipſos conſtringimus, ſi ullus noſtrorum Epiſcoporum ad Ravennatem diœceſim pertinentium, deinceps chriſma vendiderit, aut commendationes animarum, aut ſepulturas mortuorum, aut horum omnium, quæ interdicta ſunt a ſanctis Patribus, & noviter a nobis, nec d ipſis damnata temporibus religioſorum Præſulum Gerberti, atque Frederici, & tam per ſuos quam per vos ſubjectos. Item ſtatuimus, ut nullus Archipresbyter benedictionem ſuper populum det, non confirmationem chriſmatis faciat, neque illud conficiat, & ſi alter fecerit, communione privetur.

d Forte necnon.

Vitam finivit Arnaldus anno 1019. 15. Kal. Dec.

67. HERIBERTUS ſuffectus eſt 1019. deceſſit vero 1027. LXVI (" *Anno 1026. donavit Abbati S. " Mariæ foris Portam Faventiæ Eccleſiam S. Ma- " riæ, & Georgii, ut patet ex documento relato à " Tonduccio in hiſt. Favent. p. 151.*)

68. GEBEARDUM Heribertus excepit anno LXVII. 1027. Qui ubi primum Ravennatem dignitatem aſſecutus eſt, Eccleſiæ ſibi creditæ cœpit jura diligentius perſcrutari, pluresque juriſdictiones, quæ ex incuria ſuorum anteceſſorum interciderant, recuperavit. Privilegiis a Conrado Cæſare ornatus eſt, ab eoque obtinuit Faventinum territorium. Ad ipſum Petrus Damiani ſcribit Ep. 2. lib. 3. vita functus eſt anno 1044. 14. Kalen. Martii, ſepultuſque eſt in monaſterio Pompoſæ, quod pluribus bonis, fortuniſque vivens auxerat, ditaveratque privilegiis. Ejus ſepulchro, quæ ſequuntur, carmina affixere.

Pontificis magni corpus jacet hic Gebeardi,
Per quem ſancta domus crevit, & iſte locus.
Plurima donavit, quæ tali lege legavit,
Quæ patitur Judas, raptor ut ipſe luat.
Chriſto funde preces, ſibi, lector, dic miſerere.
Obiit anno Domini MXLIV

69. HUMPHRIDUS, vel Arnulphus, Hen- LXVIII. rici Imperatoris frater, natione Germanus, Abbas III. S. Joannis Evangel. ex Ordine D. Benedicti. Cum Henricus Cæſar V Vidigerum Ravennatis ſedis invaſorem ejeciſſet, ab eodem Imperatore Eccleſiam illam obtinuit anno 1046. riteque conſecratus, non modo Præſul divino cultui præfuit, ſed in tota Italia etiam vicariam operam præſtitit Imperatoris. Eo ipſo anno quo Humphridus Ravennas Archiepiſcopus renunciatus eſt, Clemens II. Pontif. Romæ Concilium habuit, in quo pro Archiepiſcopo Ravennati legem tulit, ut ei locus in Conciliis

juxta

juxta Pontificem dexter , Cæſare abſente , tribueretur , præſente ſiniſter. Nam cum de loco ſæpius inter Patriarcham Aquilejenſem , & Ravennatem Archiepiſcopum , interque Mediolanenſem Archipræſulem , & eoſdem , qui eorum eſſent , atque ubi eſſet in Concilio , & juxta Pontificem Maximum conſtituendus , diſſenſio non parva interceſſiſſet , omnibus dexterum ſibi locum vindicantibus , Clemens de Concilii ſententia rem compoſuit ad favorem Ravennatis Archiepiſcopi . Ne vero deinde hæc res apud poſteros controverſiam faceret , Pontificiis omnia literis conſignarunt , manu Joannis ſcriniarii , & notarii ſacri Pontificii Palatii , quæ litteræ adhuc in D. Vitalis Bibliotheca aſſervari refert Rubeus lib. 6. Nos vero earundem fidele tranſumptum ex quodam exemplo vetuſtioris characteris à Dominico Raynaldo Vaticanæ Bibliothecæ cuſtode ſumptum perlegimus in lib. Vaticani Archivii ſequentis tenoris.

CLEMENS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis perpetuam in Chriſto ſalutem. Quod propulſis ab Apoſtolica ſede his, qui in ovile ſacratiſſimum Apoſtolorum Principi Petro à Chriſto Domino commendatum non ingreſſi fuere per oſtium, ſed aliunde ſurrepſere utpote fures , & latrones, proſpicientes ſuis commodis potius quam gregis humilitati, non eſt noſtris meritis adſcribendum , ſed divinæ benignitati , qui elegit ea , quæ non ſunt , tamquam ſint , ut ea , quæ ſunt , evacuentur. De multis autem quæ in ipſo noſtri Pontificatus primordio acta ſunt in ſynodo, quam & pro communi utilitate maturavimus, & circa Nonas Januarias celebrantes unum propitiante domino nobis conceſſum eſt illic determinare , quod multoties ventilatum a retro Pontificibus prædeceſſoribus noſtris , aut vix , aut nullo fine ſopitum eſt ; illud videlicet in ſynodo ſedendi jurgium , quod emerſerat inter Ravennatem , & Mediolanenſem Archiepiſcopos , unde & in ipſa noſtra ſynodo Aquilejenſis Patriarcha muſſitabat . Quiſquis enim ſibi juxta nos dextri lateris locum vendicabat , & cui jure deberetur, nobis incertum erat. Contigit autem prima die ſynodi non intereſſe Mediolanenſem Archiepiſcopum à primordio , ſed jam die inclinato cum Patriarcha à dexteris noſtris ſederet , interpoſita tamen ſella chariſſimi filii noſtri Imp. Henrici , qui jam jam advenire putabatur ; quia eo loci erat electus quoque Raven. Eccleſiæ a ſiniſtris ut ſederet . Quo Mediolanenſe Archiepiſcopo in medium veniente , dexterum quia locum petierat, hinc acclamatum eſt ab electo Raven . ſibi deberi illum ; ſimili modo à Patriarcha Aquilejenſi , & ita unius rei altercatio inter ſeſe orta eſt. Placuit autem univerſæ ſynodo trium partium diſſenſionem coram differri. Statimque prolatus quidam catalogus nominum eorum Archiepiſcoporum , qui interfuerant ſynodo Symmachi Papæ, ubi præſcriptus erat Mediolanenſis Archiepiſcopus , quo contra oſtenſum eſt privilegium Ravennatis Eccleſiæ continens , qualiter illa inſcriptio nominum non aliquo jure , non aliqua plenitudine , ſed potius gratia humilitatis evenerit , quod ſcilicet Archiepiſcopus Ravenn. permiſerit præſcribi ſibi illo tantummodo caſu Archiepiſcopum Mediolanenſem , & ne propterea quivis error impoſterum gigneretur , placuiſſe Papæ Joanni ſucceſſori illius Symmachi ipſum privilegium fieri , hoc autem propterea ut quis videretur eſſe major , quamvis non dextra Papæ Romani ſemper jure deberetur Archiepiſcopo Ravennati ; addendum tamen ei eſſe ſoli Imperatori , ſi præſens adeſſet , & ſic ad ſiniſtram eum tranſmigrare debere . Quibus duorum altercatorum oſtenſis , cæteri quoque altercatoris , ideſt Patriarchæ , oſtenſum eſt privilegium à Joanne XIX. Papa actum ſimiliter de ſeſſione ad dexteram partem . His auditis univerſa ſynodus interrogata eſt . Primo autem omnium Romani Epiſcopi , clerusque Romanus , quibus auctoritas eſt major , & ipſa res nota erat ; deinde retribuimus. Cumque ex ordine Joannes Epiſcopus Portuenſis , & Petrus diaconus noſtræ Apoſtolicæ ſedis Cancellarius privilegium Ravennatis Eccleſiæ vice ſua univerſa partes laudarent , Poppo quoque Brixienſis Epiſcopus hoc idem fecit , ejuſque vocem tota ſynodus eſt conſecuta ; quo igitur in unum placitum vox omnium conveniens , noſter quoque aſſenſus pari ratione accommodatus eſt . Ut vero quod actum, eſt omnibus innoteſcat , placuit noſtris Apoſtolicis litteris annotari , & tam præſentibus , quam futuris intimari , ut tanto firmius valeat , quanto conſtat de noſtro ore audiri . Verum ne poſt hac iterum vel Archiepiſcopo Mediolanenſi , vel Patriarcha Aquilejenſi de ſeſſione dextri lateris noſtri liceat excitare quamlibet controverſiam, interdicimus noſtra Apoſtolica Auctoritate hoc eis de cætero licere . Quod ſi forte fuerit præſumptum , pro temeratione interdicti noſtri , non modo Bannum Sancti Petri noſtræ ſedi perſolvat , verum noſtræ quoque excommunicationis , & anathematis laqueos incurrat . Sedem etiam Ravenn. Archiepiſcopi jubemus ſemper eſſe à dextris noſtris , noſtrorumque ſucceſſorum ſecundum antiquæ conſtitutionis auctoritatem , niſi forte Imperator affuerit , & tunc etiam ipſum ſiniſtrum locum tenere per hanc noſtræ auctoritatis firmamentis firmitate huic noſtræ narrationi ſubjectam. Scripta per manum Joannis ſcriniarii , & notarii ſacri noſtri Palatii . Bene valete .

Humphridus vero in exordio Leonis IX. Pontificatus cum Romana Eccleſia lites exercuit. Quamobrem in Vercellenſi Concilio juſſus eſt Pontificali munere abſtinere ; tametſi paulo poſt Cæſaris favore ſuæ dignitati ſit reſtitutus. Nec diu ea reſtituti honoris felicitate lætatus eſt ; deceſſit enim non ſine veneni ſuſpicione an. 1051. 9. Kal. Septembris. De eo Ditmarus lib. 6.


70. Jo: HENRICUS , ex Cancellario Henrici Cæſaris, factus eſt Archiepiſcopus Ravennatium LXIX
an. 1051. inauguratuſque fuit à Leone IX. an. 1063. Henricus Cæſar Ravennati Eccleſiæ , quæ, ut ipſe in ſuis litteris inquit , vocatur Agia Anaſtaſis , & Henrico ejuſdem Archiepiſcopo , ſuiſque ſucceſſoribus, bona , & jura quotquot erant , confirmavit ſequenti diplomate ex eodem ſupra relato M. S. libro Vaticani Archivii deſumpto .

In nomine ſanctæ , & individuæ Trinitatis .

Henricus divina favente clementia Rex . Si locis divino cultui mancipatis regali juvamine proficimus , divina remuneratione id nobis recompenſandum vere ſcimus . Cunctis ergo Deo , nobiſque nunc , & impoſterum militantibus pateat, nos pro noſtra anima futura recompenſatione , & interventu fidelium noſtrorum Annonis Colonienſis Archiepiſcopi, exterorumque Epiſcoporum, Ducum , Marchionum , atque Comitum confirmaſſe , & penitus jure perpetuo corroboraſſe S. Ravennati Eccleſiæ , cui vocabulum eſt Agia Anaſtaſis , & D. Henrico ejuſdem Eccleſiæ venerabili Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſoribus omnes res mobiles , & immobiles , ſeu & quæcunque ab anteceſſoribus noſtris Regibus , & Imperatoribus , nec non Romanæ ſedis Apoſtolicis prædicta Ravennati Eccleſia , ſuiſque Præſulibus præceptali inſtitutione , ſeu confirmatione ſunt corroborata . Siquidem Epiſcopatus , monaſteria , Eccleſias , civitates , caſtella, famulos, & familias, comitatum etiam Pereeranum cum Epiſcopatu ſuo , & monaſt. S. Salvatoris in ipſo comitatu poſito , comitatum Ceſenatem, cum Caſtro vetere, & novo, & tribus , ac omnibus ſibi pertinentibus , comitatum Ficoclenſem cum Epiſcopatu ſuo , & ripa , Epiſcopatum Regienſem cum dono , & conſecratione , ſicut Otho noſter anteceſſor Imp. ſtabili manu conſtituit, ſimulque comitatum Decimanum , comitatum Traverſaria , comitatum Imolenſe , comitatum Comaclenſem cum ripa , & piſcariis ſuis , comitatum Ferrariæ cum ripa, & piſcariis ſuis , nec non diſtrictum Ravennatenſem cum portis , & ripa, & portubus publicaliis, & omnibus teloneis , & moneta publica , quam hinc in antea fieri præcepimus, ſub poteſtate prædicta Eccleſiæ, ejuſque Præſulum. Concedimus etiam omnem poteſtatem in omnibus intra & extra civitatem Ravennatem , ſicut noſtri anteceſſores Reges & Imperatores antea conſtituerunt; Maſſam quoque, quæ vocatur Fiſcalia, cum Cornu Cervino , Monaſterium S. Mariæ in Pompoſa cum omnibus rebus , & pertinentiis ſuis , Portum Volanæ integriter cum piſcariis ſuis, & omni litore maris, & portu-

Digitized by Google

bus, uſque ad portum Cervia, & uſque ad fluvium . . entarii; ſimulque donamus juxta . . . noſtrorum anteceſſorum Imperatorum Abbatiam S. Mariæ portam . . . cum domet & . . Abbatum, & cum omnibus pertinentiis ſuis inter Padum, & Adicem fluvios ſitis in territorio Adrienſi, & Ferrarienſi, & ubicunque ſint, vel inventa fuerint ejuſdem Abbatiæ proprietates; præterea confirmamus monaſterium S. Nicolai in Caligara cum omni diſtrictu, & placito ſuo, caſtellis, & curtibus & pertinentiis ſuis, monaſterium S. Thomæ Apoſtoli, & S. Euphemiæ infra . . . . Arimini cum omnibus pertinentiis ſuis, ſeu omnes res, quas diaconus Petrus filius Martini ducis Ravennaten. Eccleſiæ contulit, & omnia, quæ Eigelrada tenuit comitiſſa à mari Adriatico uſque Alpes, à fluvio Rheni uſque Potentiam, ſicut maximus Otho Imp. in placito per legem inveſtivit Petrum Ravennatem Archiepiſcopum, ſuamque Eccleſiam: itemque omnia, quæ Lambertus comes cum uxore vel filiis haberet à mari uſque ad Alpes, & à Rheno uſque Foliam, ſicut præceſſor noſter tertius Otho Cæſar ſæpe dictæ pro eorum culpis donavit Eccleſiæ; nominatim vero comitatus Bobii, Forlivii, & Foripopulii cum civitatibus, & diſtrictibus, & omnibus ejuſdem pertinentibus. Hæc omnia confirmamus, ſtabilique gradu comprobamus, & ipſi Eccleſiæ omnia, quæ antiquitus, vel noviter tenuit, vel tenet, ſive & pertinent in tota Marchia Camerini, per diverſos comitatus, & terras, videlicet Auximanum, Anconitanum, Senogallienſem, & Fani, alioſque comitatus, & nominatim ea omnia, quæ prædictus D. Henricus Archiepiſcopus, ad jura ipſius Eccleſiæ revocavit, Maſſam ſcilicet Alframaram, quæ Auximana, in qua eſt caſtrum Buboldi, quod vocatur Gebreardi, caſtellum Offaniæ, & Maſſam Ruſſiam, Maſſam Merulanam, quæ de Senogallia, curtem Mentonis, Maſſam Victoriadam, & Maſſam Falana, terram Fani, caſtrum Tuderiavi, terram Popul. Hæc omnia cum omnibus rebus, poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis emiſſa noſtra præceptione Eccleſiam libere, firmiterque tenere, atque regali edicto prænominatam Eccleſiam libere firmiterq; tenere præcepimus. Si quis hujus noſtræ præceptionis violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum mille libras auri puriſſimi, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædictæ Eccleſiæ. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius obſervetur, hanc chartam inde conſcribi, manuque propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Sign. D. Henrici  *quarti Regis*

Vvicbertus Cancellarius vice Annonis Archicancellarii recognovi.

Datum 8. Kal. Julii anno Domi. Incarn. 1063. *indict.* 1. *anno coronationis D. Henrici IV.* 8. *Regni* 6.

Actum Aliſcet in Dei nomine feliciter.

Henricus vero Archiepiſcopus ſedit XVI. annos, & aliquot menſes. Deceſſitque 1070. Kal. Januarii. Hic etiam aliquamdiu in Romanam Eccleſiam contumax fuit, ideoque excommunicatus, ut ex epiſtola Alexandri II. ad Valerianum Epiſcopum perſpicue colligitur, apud Gratianum. Ad illum enim ſcripſit Pontifex, haud illi eſſe timendam cenſuram, quam in eum Henricus Archiepiſcopus tulerat, cum excommunicatus non poſſet alterum anathemate percutere.

LXX 71. GIBERTUS a, ſeu Vvibertus (,, *Corrigia* ,, *Parmenſis nobilis Imperialis aulæ Cancellarius, rogatu Auguſtæ ab Alexandro II.*) adlectus eſt anno 1070. vir ſeditioſus, inſignique ſuperbia infamis. Fovit enim impii Henrici Imperatoris partes contra Gregorium VII. Quamobrem à Gregorio in Lateranenſi Concilio honore Archiepiſcopatus expoliatus eſt, cenſuraque in eum lata a communione fidelium amovit, cum alterum in ejus locum ſubſtituendum cenſuiſſet. Haud ideo tamen Gibertus ceſſavit, quin inſolentior factus, excommunicati Henrici favore in Apoſtolicam ſedem invaſit ſub nomine Clementis III. cum interim etiam in Ravennatem Eccleſiam ad arbitrium tyrannidem exerceret. Qui tam diu contumax fuit, donec fugiens iram Paſchalis veri Pontificis, in irati numinis incidit vindictam. Siquidem in territorio Forchariæ repentino fato oppreſſus interiit, tot ſeditionum, flagitiorumq; apud inferos pœnas daturus. Vir alioquin nobilis, doctus, ſuavique eloquentia ſpectabilis, niſi hæc tanta bona in Romanæ Eccleſiæ perniciem admodum ſuperbe vertiſſet.

a de Giberto videndus Bordonus in Theſ. Eccl. Parmen. c. 6. p. 112. Mandoſ.

72. RICHARDUS (1) electus fuit an. 1080. à Gregorio VII. Cujus præter electionem, nulla alia memoria habetur: quem magnæ exiſtimationis virum vocat Baronius ad hunc annum. LXXI

73. OTHO Boccatorta, poſt exceſſum Giberti Antipapæ, in hanc ſedem ab Henrico Imperatore intruſus fuit.

74. HIEREMIAS Imperatoria ope ſubnixus, ad hanc ſedem electus eſt circa ann. 1112. Qui cum in omnibus monumentis Ravennatis Eccleſiæ ubique, & ſemper vocetur electus, multorum conjectura eſt nunquam fuiſſe conſecratum. Tempore hujus electi, monaſterio S. Severi prope Ravennam Monachi Ciſtercienſes noviter excepti ſunt. Deceſſit autem Hieremias circa annum 1117.

75. PHILIPPUM Eccleſiæ Ravennatis electum reperio in quadam ſententia nominatum, lata ante quandam Mathildem comitiſſam, quam etiam Reginam appellant, in favorem Abbatis S. Mariæ de Faventia, in cauſa Eccleſiæ S. Reparatæ anno 1118. die 4. men. Novembris. Ejus ſententiæ originarium exemplar extat adhuc in Archivio monaſterii S. Mariæ de Faventia, ubi hoc tempore Monachi Ciſtercienſes promovent divinum cultum; inde hoc, quod ſequitur, ex fide tranſumptum hic apponendum curavimus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Anno ab Incarnatione Filii Dei 1118. *tempore Henrici ſereniſſimi Imperatoris* 4. *menſis Novembris, Indictione XII. apud Plebem S. Reparatæ de Caſtrocoro. Ea, quæ juſte, rationabiliterque geſta eſſe videntur, maxime quidem de rebus Eccleſiaſticis, ne forte oblivioni tradantur, memoriæ commendare duximus. Quapropter nos quidem Burebundus clericus, & capellanus clariſſimæ dominæ Reginæ Mathildis in præſentia electi Archiepiſcopi Ravenn. Eccleſiæ Philippi, & Cancellarii Imperatoris, & Erbordi Siniſcalchi, & comitis Cavalcacomitis, & Tationis, & Martilingi, & Petri ducis, & Alberici, & aliorum illuſtrium virorum, adjuvante Domino, juſſu, & conſenſu dominæ noſtræ Reginæ Mathildis ſcripſimus, ut hoc equidem quod in præſentia noſtra, & prædictorum actum eſt, nullatenus in poſterum oblivioni tradatur. Itaque dominus Vvitto monachus, & diaconus una per conſenſum, & juſſionem D. Joannis Abbatis S. Mariæ de foris portam, & cæterorum confratrum acceſſit coram domina noſtra Mathilde Regina, & proclamavit ex eo, quod Petrus ille Livienſis electus poſt biennium tranſactum partem quartam præmiſſæ Eccleſiæ S. Reparatæ, quam ex conceſſione, & chartularia inſtitutione, ſeu corroboratione priorum Livienſium Epiſcoporum diu Eccleſia S. Mariæ de foris portam poſſederat, & obtinuerat, invaſit, & fraudulenter ſubripuit. Tunc domina Mathildis Regina in conſpectu omnium prædictorum, & aliorum virorum ſurrexit, & impoſuit bannum ſuper capita omnium, ut ſi quis deinceps ſive vir, ſive mulier prænominato monaſterio S. Mariæ partem illam Eccleſiæ S. Reparatæ uſurpare voluerit, & aliquo in tempore moleſtari, indigna-*

(1) Riccardus ex conjectura vocatur, quod in quibuſdam Gregorii litteris (Epiſt. 14. lib. 6.) capitali litera R. indicetur. *Bacchinius.*

Digitized by Google

gnationem per controverſiam prædicto Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis generaverit, ſub pœna regalium decretorum conſtituatur. Similiter autem, & ſub eadem pœna impoſitione præcepit, ut comes Boniſatius cum cæteris de caſtro Caro procurationem, & concordiam hujuſmodi de prædicta cauſa S. Mariæ haberent, nequaquam ulterius præfato monaſterio inde paterentur. Ad hæc præcepit Joanni, ut dominum VVittonem de prælibata parte Eccleſiæ inveſtiret, & omni modo in ſua vice præmiſſum monaſterium s. Mariæ ex ea re corroboraret: quod factum eſt, & ut juſſum eſt Joanni Canis ſine mora perfecit.

Poſt Hieremiam, Rubeus Gualterium immediate numerat, tamquam quem ſupramemoratus Philippus latuerat. Neque facilis conjectura fuerit, quoad is vixerit Philippus, & an potentia Cæſaris intruſus fuerit, an vero extiterit legitimus Paſtor. Aſſediſſe vero Mathildæ Reginæ in eo judicio ferendo haud leve arbitror argumentum, canonice illum fuiſſe electum [1], quando credibile non eſt, Catholicæ ſedis fœminam ſtudioſiſſimam in ſui conſortium, vitio electum, ſchiſmaticumque admittere voluiſſe. Haud tamen mea ſententia multum aberraverint, qui dicerent parum Philippum vixiſſe, cujus nullius præterea extet memoria facti.

LX XII. 76 GUALTERIUM Canonicum Regularem ſenatus Clericalis in Præſulem Ravennatem legitime adlegit, ejuſdemque electionem Pontifex Romanus Gelaſius II. ratam habuit anno 1119 [2]. Sedi Romanæ ſtuduit quam qui maxime, Gelaſioque per id tempus Pontifici, à quo ampliſſimum obtinuit privilegium, cum in ſui favorem, tum etiam ſucceſſorum, quo Ravennati Præſuli iterum ſubjiciebantur Epiſcopatus Placentinus videlicet, Parmenſis, Regienſis, ac Bononienſis, quos jam antea anteceſſores ſuperbæ tyrannidi Præſulum Ravennatium opportune ſubtraxerant. Anno 1125. ab Honorio II. Exarchatus Ravennæ Gualterio, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum iis literis confirmatur, quæ extant in ſæpe citato lib. Vatic. Arch.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Gualterio Ravennati Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis. Sacroſancta Romana Apoſtolica Eccleſia ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto caput, & cardo eſt omnium inſtituta. Non decet igitur à capite membra diſcedere, ſed eminenti rationi, & ſuperni proviſioni capitis obedire: moderatrix autem diſcretio capitis ſingulorum membrorum officioſas actiones conſiderans uniuſcujuſque jus, & ordinem, & natura conſtitutum diſtincte reſervat, & quibuſcunque nobilibus vetuſtatis ſuæ dignitatem, ſine invidia ſociali charitate cuſtodit. Hac igitur inductis ratione honorem famoſæ Ravennatis Eccleſiæ Apoſtolicæ ſedis propriæ ſpecialis filiæ ſine diminutione aliqua volumus conſervare, ideoque venerabilis frater Gualteri, quem pro Eccleſiæ ſtrenuitate doctrinæ, religionis, & morum honeſtate plena in Chriſto charitate diligimus, tuis rationabilibus poſtulationibus paternæ pietatis affectu annuimus. Per præſentis itaque privilegii paginam confirmamus Epiſcopatus videlicet Æmiliæ Provinciæ, id eſt Parmæ, Placentiæ, Regii, Mutinæ, Bononiæ, Ferrariæ, Adriæ, Comacli, Imolæ, Faventiæ, Forolivii, Foripompilii, Bobii, Ceſenæ, Ficoclæ. Præterea confirmamus vobis Exarchatum Ravennæ, qui Romanæ Eccleſiæ juris eſt, & monaſteria S. Alberti, S. Hilarii, ſeu cætera monaſteria, & poſſeſſiones ad veſtram Eccleſiam pertinentes per authentica privilegia ab anteceſſoribus noſtris, & Catholicis regibus traditas. Pompoſiani quoque monaſterii curam perſonæ religionis tuæ ſalvo Eccleſiæ noſtræ jure committimus, ut re-

A *gulari diſciplina per ſuam induſtriam reformetur. Nulli ergo omnino hominum facultas ſit noſtram Ravennatem Eccleſiam temere perturbare, aut poſſeſſiones ejus auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur tam tuis, quam clericorum, & pauperum uſibus profutura. Si qua igitur Eccleſiaſtica in futurum, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.*

Ego Honorius catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
B *Ego Bonifacius card. s. Marci ſubſc.*
Ego Gregorius Card. Ss. Apoſtolorum ſſ.
Ego Benedictus cardinalis tit. Eudoxiæ ſubſc.
Ego Anaſtaſius presb. card. tit. s. Clementis ſſ.
Ego Conradus presb. card. tt. Paſtoris ſubſ.
Ego Deſiderius presb. card. tt. s. Praxedis ſubſ.
Ego Deuſdedit card. presb. tt. s. Laurentii in Damaſo ſſ.
Ego Petrus Piſanus presbyter cardinalis s. martyris Suſannæ ſubſc.
Ego Petrus card. tt. s. Callixti ſubſc.
Ego Petrus presb. card. s. Marcelli ſubſ.
Ego Vitalis Albanenſis Epiſcopus ſubſcr.
Ego Petrus Portuenſis Epiſcopus ſubſ.
Ego Guilidinus Præneſtinus Epiſcopus ſubſc.
Ego Aegidius Tuſculanus Epiſcopus ſubſc.
Ego Comes s. Mariæ in agro diac. ſubſc.
Ego GG. diac. card. s. Mariæ in Porticu ſubſcr.
Ego Romanus diaconus card. s. Angeli ſubſcr.
Ego GG. diaconus cardinalis ſanctorum Sergii, & Bacchi, ſubſcripſi, & alii quamplures.
C *Dat. Laterani per manum Almerici an. 1125. Dominicæ Incarnationis.*

Deceſſit autem Gualterius 1144. id Februarii, cum Eccleſiam Ravennatem ſumma prudentiæ laude diu adminiſtraſſet.

(„ *Verum hic operæ pretium duxi referre ſententiam*
„ *qua anno 1141. 23. ſui Præſulatus, dum Regii mo-*
„ *raretur, Gualterius, compoſuit controverſias Ar-*
„ *chidiaconum inter, & reliquos Canonicos Majoris*
„ *Eccleſiæ Regienſis, & S. Proſperi vertentes. En*
„ *inſigne documentum ex Archivio Cathedralis Re-*
„ *gienſis deſumptum, & ab eruditiſſimo, clariſſimo-*
„ *que viro Benedicto Bacchinio mihi traditum.*
„ *In nomine s. & Individuæ Trinitatis. Sicut ad*
„ *Paſtoris curam pertinet ſupra Gregem ſibi commiſ-*
„ *ſum impigrè vigilare, & quæ ad animarum ſalutem*
„ *ſpectant, ſibi vigilanti ſtudio miniſtrare: Dum pro*
„ *pace inter Reginos Cives, & Capitaneos componen-*
D „ *da Domnus Gualterius s. Ravennatenſis Eccleſiæ*
„ *Venerabilis Archiepiſcopus Regii eſſet, & in Cano-*
„ *nica S. Mariæ Regienſis Eccleſiæ ſicut immo pro-*
„ *prius Metropolitanus reſideret: aſſidentibus ſibi*
„ *Donno Alberto ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, Joanne*
„ *quoque Ravennatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo a Car-*
„ *dinale, & Presbytero Fantulino Cardinali, atque* a Forte Archipresbytero.
„ *Andrea Presbytero Cantore, Enrico Diacono Car-*
„ *dinali, & Buniolo Subdiacono Cardinali, aſtan-*
„ *tibus etiam ejuſdem Reginæ Eccleſiæ Canonicis, &*
„ *Capellanis pluribus quoque de Archipresb. ejuſdem*
„ *Epiſcopatus coràm eo ſedentibus. Cæpit idem Ve-*

Q 2 „ ne-

(1) Hunc Canonicè electum haud leve argumentum eſſe ait, quod aſſederit Mathildæ Reginæ, quando credibile non eſt Catholicæ ſedis ſtudioſiſſimam fæminam in ſui conſortium vitio electum, ſchiſmaticumque admittere voluiſſe. Verum unde novertimus Mathildem illam Catholicæ ſedis ſtudioſiſſimam fuiſſe? Cave enim, ne tibi nominum ſimilitudo imponat. Charta enim an. 1118. data dicitur. Mathildes vero Bonifacii filia Catholicæ ſedis ſtudioſiſſima obierat anno 1115. Cum igitur & hic à Chronicæ Auctore, qui Agnelli Pontificale continuavit, ſit omiſſus, facile credo ipſum inter intruſos numerandum. Id aperte ex Gelaſii litteris Rubeo relatis ad Gualterium datis comprobatur *Barbinius*. Verum omne dubium tollit Tonducius in hiſt. Faven. pag. 178. qui refert ex Archivio Capitulari Faventino Gualterii abſolutionem à cenſuris, in quas incurrerant Canonici Faventini, eoquod Philippum, ut ibi dicitur, tyrannum, & ab Imperatore deſtinatum Eccleſiæ invaſorem ſuſcepiſſent. Mathildes verò Ughelliani documenti erat conjux Henrici Imperatoris. Sic etiam intruſus videtur VVillelmus ille Ravennas Archiepiſcopus, qui teſtis fuit donationi factæ ab Henrico IV. Imp. die 19. Julii an. 1119. ad favorem Monaſterii S. Floræ, ut videre eſt in Bullario Caſinenſi tom. 2.

(2) Extat Gelaſii Epiſtola ad Gualterium tom. 6. Concil. Hard. par. 2. col. 1942. Cæterum tum Gualterii electionem, tum Gelaſii privilegium datum die 7. Auguſti optime refert Sigonius ad an. 1118. Siquidem Gelaſius obiit menſe Januario anni 1119.

Digitized by Google

,, nerabilis Archiepiſcopus igne charitatis divinitus
,, accenſus, ut erat pio, ac decenti eloquio eruditus, ac
,, mira facūdia repletus, præfatis fratribus ſalubria cœ-
,, leſtis vitæ mōnita mirabiliter prædicare, & diver-
,, ſarum ſcripturarum varia ſecula ad morum confor-
,, mitatem, & vitæ honeſtatem, fraternæ quoque di-
,, lectionis unitatem, ac bonæ converſationis ordines,
,, convenientiam prædicando miniſtrare, ac melliflua
,, cœleſtium eloquiorum cœlitus ſpiritus ſancti rore
,, perfuſus dulciter propinare. Tunc Achilles ejuſdem
,, Eccleſiæ Archidiaconus tàm de officio, quam de
,, Beneficio Archidiaconatus coram eodem Archiepiſ-
,, po adverſum Canonicos cœpit contendere: Contra
,, quem Ogericus Archipresbyter, cum reliquis ma-
,, joris Eccleſiæ Canonicis, & Domnus Gratianus
,, cum cæteris fratribus Eccleſiæ s. Proſperi de Benefi-
,, ciis Canonicarum Præbendarum, quas Bernardus
,, quondam Archidiaconus, & Sichelmus s. Proſpe-
,, ri Præpoſitus, & poſtea Archidiaconus non pro Be-
,, neficio Archidiaconatus, ſed Præbendario modo
,, detinuerat, & de aliis inferius nominandis cœpe-
,, runt proclamare. Quorum adverſum ſe ſe tàm alle-
,, gationibus, quàm contradictionibus hinc inde dili-
,, genter auditis præfatus Archiepiſcopus, tùm divi-
,, nis, quàm humanis Legibus inſtructus hujuſmodi
,, ſententiam promulgavit. Videlicet Archidiaconum
,, de omnibus, & aliis rebus unde interveniant, &
,, Canonicos, & fratres s. Proſperi controverſabitur,
,, tacitum eſſe debet, & eoſdem fratres quietè ſine mo-
,, leſtia poſſidere. De iis vero, quæ in Privilegiis Ve-
,, nerabilium Epiſcoporum bonæ mem. Adelberti a, & ^a Adelberti
,, Sigifredi ad Beneficium Archidiaconatus decla-
,, rantur pertinere contentum eſſe. Eo tamen tenore,
,, quod ſi quando prædictus Archidiaconus aliquid ea-
,, rum rerum, quæ a prædictis Archidiaconibus ali-
,, quo titulo poſſeſſæ fuere, veris probationibus, & ar-
,, gumentis, tam inſtrumentorum, quàm etiam te-
,, ſtium, quibus fides ſit adhibenda, probare poterit,
,, ad Archidiaconatum pertinere, Fratres tàm Ca-
,, nonicæ, quàm s. Proſperi nullam ſibi exinde inquie-
,, tudinem faciant, calumnioſis contentionibus ab utra-
,, que parte remotis: præcepit etiam terras in uſum
,, Tugurii Canonicæ largitas per manus Archipresb.
,, Archidiaconi debere diſponi Terra quoque Man-
,, ſionariorum, quam idem Archidiaconus à manſio-
,, nariis emerat, Eccleſiæ s. Mariæ debere reſtitui, &
,, ſecundum tenorem largitoris per manus Archipres-
,, byteri, & Archidiaconi debere diſponi. Eo tamen
,, tenore, quod ſi poſſet probari eaſdem terras vendito-
,, rum fore, nec ad manſionariam pertinere, Archi-
,, diaconus eam debere habere: alioquin cum vendi-
,, toribus aget de evictione. Bona verò Eccleſiæ, quæ
,, nomine Feudi idem Archidiaconus dederat, revo-
,, cari, & ut omnem ſuam auctoritatem Archidiaco-
,, nus his, quibus dederat, auferre præcepit. Precium
,, vero Planetæ, annuli, & Amularum, quas Archidia-
,, conus vendiderat, Eccleſiæ reſtitui debere judica-
,, vit: quod pretium fuit ſecundum ejus confeſſionem
,, ſex libræ, & quatuordecim ſolidi, pro quorum reſti-
,, tutione quaſdam ſuas poſſeſſiones in pignore, donec
,, debitum ſolveret, dedit Epiſcopo. Capellam præte-
,, rea S. Jacobi ab Archidiacono fundata, quam ſibi
,, proprie vendicabat, quæ ut leges divinæ, & humanæ
,, cenſent, in bonis nullius eſſe, quod eſt divini Juris
,, ad Epiſcopi ſolius, & Canonicorum pro velle Epiſ-
,, copi diſpoſitionem, proprie judicavit pertinere. Præ-
,, cepit etiam, ut idem Archidiaconus pro ſuo ſpeciali
,, ſervitio præter communes ſervidores, & equos, nul-
,, lum ſervidorem, vel equum in Canonica de commu-
,, ni ad ſuum ſingulare ſervitium retineret, quod ſi
,, vellet habere, de ſuis propriis expenſis regeret. Ple-
,, bem verò Fabricæ in deliberatione Epiſcopi dimi-
,, ſit, ut pro beneplacito ſuo foret, utrum eidem Archi-
,, diacono eam concedere, vel non concedere vellet.
,, Hanc verò notitiam præfatus Archiepiſcopus ad
,, futurorum memoriam fieri præcepit, & præfato An-
,, dreæ Presbytero ſuo Cancellario ſcribendam man-
,, davit, & proprio ſigillo firmari præcepit.
,, Acta Regii per manus Andreæ Presbyteri, &

A ,, Cancellarii Anno Dom. Incar, 1141. die 2. m. Apr.
,, Indict. 4. Temporibus Domni Innocentii Papæ II. &
,, Conradi Regis Anno 3. Pontificatus Domni Gualte-
,, rii Archiepiſcopi Ravennatenſis anno XXIII.
,, Ego Gualterius Archiepiſcopus hanc notitiam con-
,, firmans, quia propria manu non potui, ſubſcribi mea
,, vice præcep.
,, Ego Robertus Archipresbyter S. Ravenatenſis Ec-
,, cleſiæ ſubſcripſi.
,, Ego Enricus Cicmaclenſis Epiſcopus mea manu
,, ſubſcripſi.
,, Ego Fantulinus Presbyter Cardinalis S. Raven-
,, natenſis Eccleſiæ ſubſcripſi.
,, Buniolus Subdiaconus Card. ſubſcripſi.
,, Ego Duizo Saxenas Epiſcopus mea manu ſubſcr.
,, Ego Benno Ceſenas Epiſcopus me ſubſcr.
,, Ego Rambertus Faventinus Epiſcopus mea manu
,, ſubſcripſi.

77. MOYSEM Vercellenſem clerus item adlegit, ratamque habuit Lucius II. Pontifex ejus electionem 1144. Erat Moyſes vir longe doctiſſimus, nulluſque fuit, qui poſt Petrum Chryſologum, ac Leocadium, præ eo ſecundiorem famam tulerit probitatis. Siquidem ſtudio pietatis incenſus Eccleſiam Ravennatem, quam pene labefactam à ſuis anteceſſoribus acceperat, in priſtinum dignitatis gradum reſtituit; centum enim auri libras expendit, ut oppignorata bona Eccleſiaſtica recuperaret. Mœrentibus cunctis Moyſes deceſſit 1154. 7. Kal. Novemb. ſepultuſque eſt in Urſiano Templo in ſepulchro marmoreo, optimi Paſtoris ad poſteritatis exemplum non interitura fama relicta. LX XIII. (B)

78. ANSELMUS antea Epiſcopus Hamelburgenſis, non ita pridem prò Friderico Imperatore ad Emanuelem Orientis Principem functus legatione, tum conciliandis nuptiis, tum contra Guillelmum Siciliæ Regem movendis armis, populo, cleroque Ravennate vocante, in ejus Eccleſiæ thronum ſubvectus eſt, an. 1154. Eodemque die, quo Fridericus ab Adriano IV. Pontifice Imperii inſignia accepit, & ipſe Archiepiſcopus inauguratus eſt, ac Pallio inſignitus. Interfuit Cremonæ conventui habito à Raynaldo Cancellario, & Othone Palatino Friderici Cæſaris legatis, ad civitatum ſacramenta de more exigenda ann. 1158. quo anno Bonifacius Lamberti comitis filius, ſuo & Corboli fratris nomine Anſelmo Archiepiſcopo dono dedit caſtri Muſtioli dimidiam partem, aliaque bona, ut habetur in documento, quod extat in citat. lib. Vatic. Archivii, hujus tenoris. LX XIV. (C)

In nomine Domini.

Anno ab Incarnatione Domini MCLVIII. D. Adriano Papa Eccleſiæ Dei præſidente, & Frederico Romanorum Imperatore regnante die ultimo menſis Junii Indict. VI. Ravenn. in Palatio S. Raven. Eccleſiæ. Quod venerabilibus locis tribuitur cauſa propria ſalutis, ad cœleſtem majeſtatem donari videtur: & idea ego quidem in Dei nomine Bonifacius filius Lamberti comitis pro me, & pro Corbolo fratre meo, & pro noſtris liberis, & heredibus do, & dono, concedo, atque confirmo tibi præſenti in Chriſti nomine D. Anſelmo (D) *Dei gratia S. Ravenn. Eccleſiæ Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus Archiepiſcopis, & in ipſam S. Rav. Eccleſiam venerabilem in perpetuum, medietatem caſtri Muſtioli integram, quam pater meus acquiſivit; aliam vero medietatem ſupradicti caſtri avus meus Albertus comes in præfatam veſtram Ravenn. Eccleſiam donavit, & medietatem integram caſtri Montis alti; aliam autem medietatem avus meus ſimiliter in ſupradictam Eccleſiam donavit, & caſtrum integrum montis . . . . & caſtrum Cailinæ integrum cum plebe ſua, cui vocabulum eſt S. Apollinaris. Inſuper quoque confirmo, & confirmare faciam nominato fratri meo donationem, quam ſupradictus avus meus comes Albertus pro ſe, & pro Mathilda comitiſſa uxore ſua avia mea in prædictam S. veſtram Ravennatenſem Eccleſiam facit, & per hanc donationem, quam modo ad præſens vobis facio, videlicet de medietate caſtri Maſſæ, & de medietate Montis S. Stephani, & de caſtro*

Ran-

Digitized by Google

Rangle cum curte ſua integra, & monte Scurtili . . . . rivus latus, & de medietate ſupradicti caſtri Montis alti, & medietate caſtri Muſtieli, nec non de caſtro Glaſolo integro, & de toto caſtro novo integro cum plebe, & capellis ſuis, & curte ſua in integro, & toto zirone ſupradicti caſtri, & cum omnibus ſibi pertinentibus. Itemque dono in prefatam ſanctam veſtram Rav. Eccleſiam pro me & fratre meo Corbulo totum hoc, quod mihi, & ipſi fratri meo pertinet ex parte Mathilda comitiſſe avia noſtra: quod autem nominatus Albertus comes avus noſter juſſione ipſius Mathilde in veſtram S. Ravenn. Eccleſiam donavit, ſcilicet de caſtro duo vadra, & Montis acuti, & caſale Agnelo atque montis Pauli, & de caſtro Vall. de archa, & de caſtro Ravaldini cum tota curte ſua integra, & totum quod mihi pertinet, & fratri meo, & patri noſtro Lamberto, & avo noſtro Alberto comiti pertinuit in civitate Livienſium, & in ſuburbiis ejudem civitatis, terris, caſtris, & vacuamentis. Verum etiam do, & dono in prefatam S. Ravennatem Eccleſiam totum caſtrum Meldula cum curte ſua in integro, hec omnia cum omnibus uſibus, & ſervitutibus eorum, & omnibus eorum actionibus cum omnibus ad predicta caſtra, & eorum curtes in integrum pertinentibus, vel aliquo modo ſubjacentibus, tam infra quam extra, ut a preſenti die aut quandocumque volueritis, liceat vobis ſupradicto domino meo Anſelmo Archiepiſcopo, veſtriſque ſucceſſoribus, in predictis omnibus rebus introire, & praeccupare tam per legitimam, & meam corporalem traditionem, quam etiam, & per iſtum preſentem fidelem noſtrum Soldaterium nomine, ut de omnibus ſupradictis rebus mea vice vos, vel veſtrum miſſum in poſſeſſione mittat conſtituta hec omnia territorio Livienſis, Populienſis, Saxenatis, Ceſenatis, Ravennatis, & Favent. Inſuper quoque do, & dono, atq; confirmo vobis ſupradicto Anſelmo Archiepiſcopo, & veſtris ſucceſſoribus, & in Sanctam veſtram Ravennaten. Eccleſiam in perpetuum omnes actiones, & rationes, ſeu defenſiones, quas ego & frater meus habemus nomine jam dicte rei, ut eas habeatis, in omnibus, & per omnia in perpetuum, & habeatis, teneatis, poſſideatis etiam ordinandi, & diſponendi more ſalario in ſupradicta Ravenn. Eccleſia in perpetuum, permanendam. De eis vero rebus, que ſunt juris ſupradicte Ravenn. Eccleſie ſicuti boni paſtores, retineatis, atque defendatis; de conducticiis autem plenam licentiam habeatis innovandi jure, unde exiſtunt. Veruntamen caſtrum Meldule medietatem omni tempore retineat Ravenn. Archiepiſcopus ad ſuas manus, quod alicui non concedat per emphyteuſim, per pactum, neque per aliquem contractum, & ſi facere voluerit, mihi, meiſque liberis faciat; de altera namque medietate ſupradicti caſtri Meldule, & curte ejus & de omnibus his rebus, que ſpecialiter mihi emphyteuſim facere debeatis, excepto de quarta parte ſupradicti caſtri novi, & de Zirone, & plebe ipſius, que omnia ad veſtras manus cum terre ipſius reſervatis, & de medietate alterius quarte partis, quam medietatem mihi per feudum concedis pro fidelitate, quam vobis, & Eccleſie facio, ideoque ad emphyteuſim debitis de omnibus ſupradictis rebus, ut dictum eſt, mihi facere, & pro redemptione anime noſtre, & parentum noſtrorum & ab hodie non liceat mihi ſupradicto Boniſacio comiti, neque fratri meo Corbulo, nec noſtris liberis, & heredibus de omnibus ſuperius nominatis rebus, ullo unquam in tempore movere queſtionem, repetitionem, nec aliquam moleſtiam generare contra vos ſupradictum Anſelmum Archiepiſcopum, neque contra veſtros ſucceſſores, & veſtram Reverendam Eccleſiam, non per nos, neque per noſtros liberos, & heredes, nec à nobis ſummiſſam, vel ſummittendam perſonam in placitum, nec extra placitum, ſed omni tempore ſecurus, & quietus exinde maneas cum tuis ſucceſſoribus in perpetuum, & ſi neceſſe fuerit, nos cum noſtris liberis ſupradictas res ab omni perſona hominum defenſare, & auctorare vobis promitto. Quod ſi omnia ſupradicta non obſervavero ego, & frater meus, vel noſtri liberi, & heredes, vel contra hec omnia ſupradicta ire, vel agere preſumpſerimus, tunc daturum, & compoſiturum me, meoſque liberos, & heredes, & fratrem meum, ſuoſque heredes eſſe promitto vobis, veſtriſque ſucceſſoribus nomine pœne auri libras decem; & pœna ſoluta, hec donatio firma permaneat. Poſtea vero ſupradictus Boniſacius comes acceſſit ad librum Evangeliorum Dei, & dixit, manum ſuam ſuper ipſum librum habentem. Ego juro quod ab hac hora in antea fidelis ero S. Ravenn. Eccleſie, & Anſelmo Archiepiſcopo ejus, & catholicis ſucceſſoribus contra omnes homines per bonam fidem ſine fraude & ſicut in hac charta donationis, & confirmationis ſcriptum eſt, vel ad ejus firmamentum ſcriptum fuerit, firmum tenebo excepta pœna, & ita firmare faciam fratri meo, & jurare faciam omnibus militibus ſupradictorum caſtrorum meorum fidelitatem vobis, & Eccleſie, & ſupradicta caſtra conſervare ad ſalvam fidelitatem Ravenn. Eccleſie, ſic Deus me adjuvet, & hec ſancta Evangelia. Quam vero paginam donationis, & conceſſionis ego Joannes Dei gratia Ravenn. tabellio, & notarius S. Raven. Eccleſie ſcripſi, poſt traditam complevi, & abſolvi.

Signum † manus ſupradicti Boniſacii comitis donatoris firmantis omnia ſupradicta.

Signum manus Alberti Archidiaconi, & Petri presbyteri Cardinalis, Petri Comitis, Petri Traverſarie Guidonis Ubertini, Petri Ducis, & Conradi Alamanni, & Bello . . . Sinibaldi, & Joannis Pauli ejus filii, & Girardi de Tibertis, Guidonis Rambaldi, Rodulfi, Joannis prete, Petri de Baldolo de Girviſa, Rodulfi Girardini, Calicarii . . . Lazarus Petri de Fantulo, Jervaſi de Lazaris, Poncii Petri de S. Joanne, Guiſcardi, Guidonis, Rignoſi timentis Dei, Soldadini Baldinetti de Glazolo . . . Gezolo Rizardi de Rambaldo teſtium ad omnia ſupradicta.

Quatuor annos conſultiſſime Ravennatem adminiſtravit Eccleſiam: deceſſitque ann. 1158. prid. Id. Sextilis. Dum Federicus Mediolanum obſidione cinxiſſet, nunquam fidem fefellit, obſecutuſque eſt Imperatori, vir utique magno, inque conſiliis expedito ingenio.

(„ *Hic anno 1156. ſui Preſulatus ſecundo, confirmavit ad favorem Martini Plebis S. Marie Archipresbyteri Scripturam Adalberti Regienſis Epiſcopi, ut patet ex ſequenti documento, quod munere doctiſſimi P. Benedicti Bacchinii proferimus.*

„ *In nomine S. & Individue Trinitatis. Anſelmus Dei gratia S. Ravennatenſis Eccleſie vocatus Archiepiſcopus, ejuſdemque Civitatis Exarchus Dilecto filio Martino Archipresbytero Pulianelli Eccleſie, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum. Ad hec nos S. Spiritus diſponente gratia in hujus Pontificatus ſedis ſervitutis promotos eſſe cognoſcimus, ut venerabilium locorum in noſtro Archiepiſcopatu conſtitutorum, nec non & Perſonarum ibidem deſervientium quieti, & utilitati ſollicitè providere, prout idem Dominus dederit, debeamus. Tuis itaque dilectiſſime fili Martine Archipresbyter juſtis poſtulationibus inclinati pro reverentia S. Dei Genetricis Marie, in cujus honore prefata Plebs conſecrata eſt, cui auctore Deo praes precibus quoque Venerabilis Fratris noſtri Alberii Regini Epiſcopi, Scripturam quam Tibi, & Eccleſie de Pulianello providendo fecerat, ſuoque ſigillo impreſſerat, confirmamus, & preſentis privilegii noſtri pagina communimus. Confirmamus itaque tibi, & predicte Plebi Capellam S. Joannis de Gipſo, Capellam S. Petri de Sedrio, Capellam S. Michaelis de Salvarano, Capellam S. Zenonis poſitam in Curte Montis Cavuli, Capellam S. Marie de Monte Calvulo, Capellam S. Veneris de Mozzatella, Eccleſiam S. Martini de Vezzano, nec non decimas, que quartam partem decimarum totius territorii Plebis dicte Plebis de Pulianello, univerſaſque poſſeſſiones, quas in preſentiarum juſtè poſſidet, vel in futurum adquiſierit, & partem, quam Enrardus Clericus in eadem Eccleſia poſſidebat, predicte Plebi reſtituimus, atque concedimus ſimiliter cum Epiſcopus Alberius, vel ſucceſſores ejus per alias Plebes Regienſis Epiſcopi collatum fuerit. Volumus, atque ſtatuimus, ut omnes Capelle ad*

,, *camdem pertinentes Plebem duas partes collata per-*
,, *ſolvant , & prædicta Plebs tertiam : Si qua vero*
,, *alia ſunt, quæ ad adminiſtrationem, vel ad jus præ.*
,, *dictæ Plebis ſpectare videantur prænominata Plebis*
,, *(ſalva tamen in omnibus , & per omnia auctoritate*
,, *Regini Epiſcopi) concedimus, ac in perpetuum con-*
,, *firmamus. Si qua ergo de cætero Eccleſiaſtica, vel*
,, *ſecularis noſtri Archiepiſcopatus Perſona hoc noſtræ*
,, *conſtitutionis Privilegium , ſciens contra id temere*
,, *venire temptaverit, Canonice commonita, ſi nō ſatiſ-*
,, *factione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque*
,, *ſui dignitate careat, reumque ſe divino Judicio exi*
,, *ſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacra-*
,, *tiſſimo Corpore, & Sanguine D.N.J.C. ſe alienum*
,, *ſciat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni*
,, *ſubjaceat. Omnibus autem eidem loco juxta ſervan-*
,, *tibus ſit Pax D.N.J.C. quatenus & hic fructus bonæ*
,, *actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præ.*
,, *mia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.*
,, *Ego Anſelmus S. Ravennatis Eccleſiæ vocatus*
,, *Archiepiſcopus, & ejuſdem Civitatis Exarchus le-*
,, *gi, & ſubſcripſi.*
,, *Ego Rodus Sancti Caſſiani Epiſcopus ſubſcripſi.*
,, *Ego Alberius Reginus Epiſcopus ſubſcripſi.*
,, *Ego Albertus S. Ravennatenſis Eccleſiæ Archid.*
,, *interfui, & ſubſcripſi.*
,, *Hoc factum eſt per manum Alberti Diaconi Car-*
,, *dinalis Ravennatenſis Eccleſiæ Anno Dominicæ*
,, *Incarnationis 1156. tempore Adriani Papæ III. &*
,, *Federici Imperatoris Romani XVI. Kal. . . . . .*
,, *. . . . . jubente Domino Anſelmo Archie-*
,, *piſcopo anno ejus Pontificatus II. in Domino feliciter.*

79. Poſt exceſſum Anſelmi, Fridericus VIDONEM Mediolanenſem, olim Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconum, in Ravennatem ſedem intruſit. Hic filius erat Vidonis Blandratæ comitis. Qui tamquam electus Ravennatem Eccleſiam ſemper adminiſtravit, cum ejuſmodi aſſumptionem ab Imperatore profectam nunquam Adrianus Pontifex approbare voluiſſet *a*. Inde odium Friderici in Romanam Eccleſiam, tot ſchiſmata, totque violentæ electiones, ac Eccleſiaſticorum ærumnæ, quæ pios uſque ad Alexandri III. tempora graviſſime exercuerunt, cum quo demum Fridericus rediit in gratiam. Vidoni vero confirmavit Fridericus ann. 1160. omnium Archiepiſcoporum Ravennatum, quæ ad eam diem habuerant, privilegia, ſequenti diplomate in eodem Vaticano libro deſcripto, in hunc modum.

a Extat Epiſtola Friderici ad Hadrianū Papam pro confirmatione Vidonis electi Raven. & reſponſio Hadriani apud Hard. Concil. t. 6 p. 2. pag. 1317.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Ratio exigit, & imperiali congruere videtur honori, ut affectuoſa, & præclara obſequia fidelium noſtrorum benemerentium de nobis præ oculis & manibus memoriter habeamus, & juxta imperialem magnificentiam dignum favorem, dignam gratiam, dignamque retributionem eis ita rependamus, ut aliorum ſtudia, & voluntates ad ſerviendum devotius Imperio alacrius excitemus. Eapropter univerſorum Imperii noſtri fidelium tam futura, quam præſens ætas cognoſcat, qualiter dilectus Princeps noſter Guido Ven. ſanctæ Ravenn. Eccleſiæ Archiepiſcopus adhuc ſub primordio novæ electionis ſuæ noſtræ majeſtatis præſentiam humiliter adierit. Et tam pro inveſtitura Ravenn. Archiepiſcopatus, quam pro confirmatione privilegiorum ſuorum pia devotione, & fideli ſtudio nobis preces porrexerit. Cujus ſedulæ petitioni nos ex conſueta Imperiali clementia benigne annuentes, auctoritate noſtra, ei & Eccleſiæ ſuæ confirmamus, & firmiſſime roboramus omnes illic pertinentes, Epiſcopatus, monaſteria, Eccleſias, civitates, & caſtella, ac omnes res, quæ unquam per chartas antiquas, privilegia, atque præcepta, ad eandem ſacroſanctam Ravenn. Eccleſiam juſte, & rationabiliter pertinuerunt. Videlicet comitatum Cæſenatum cum caſtro vetere, & novo, & juribus, ac omnibus ſibi juſte pertinentibus, cum diſtrictu, & honore, Caſtrum Riverſiani cum omnibus pertinentiis ſuis, & comitatum Ficoclenſem cum Epiſcopatu ſuo &... comitatum Bobii, comitatum Foropopilii cum diſtrictu ſuo, & caſtrum novum cum curte, & pertinentiis ſuis, & comitatum Forolivii cum diſtrictu ſuo, & civitatibus eorum, & cum omnibus ad eoſdem pertinentibus: Monaſterium S. Hilarii in Galliata cum diſtrictu, & placito ſuo, monaſterium S. Thomæ Apoſtoli, & S. Euphemiæ infra civitatem Arimin. cum omnibus pertinentiis eorum; & omnes res quas diaconus Petrus filius Martini ducis per chartulam donationis in S. Ravenn. Eccleſiam tradidit, & quaſcunque Englizata comitiſſa detinuit, ſicut Imperator Otho Petro Raven. Archiepiſcopo confirmavit. Item res, & poſſeſſiones, quas Lambertus cum uxore, & filiis ſuis habuit a Mari uſque ad Alpes, a fluvio Rheno uſque ad Foliam. Confirmamus etiam prædicto Archiepiſcopo Guidoni, & ejus Eccleſiæ, diſtrictum Ravenn. cum portis, ripis, & portubus, muris, publicariis, omnibus teloneis, moneta, & omnem poteſtatem in omnibus intra, & extra civitatem Raven. exceptis illis noſtris regalibus cum diſtrictu, quorum cuſtodiam homo, & miſſus noſter, qui in eadem civitate manere conſuevit, in feudo à nobis habere dignoſcitur, exceptis etiam illis feudis, quibus homines noſtri ab Imperio inveſtiti ſunt ex antiquo, & novo. Confirmamus quoque prædictæ Ravenn. Eccleſiæ comitatum Comaclenſem cum ripa, & piſcariis ſuis, Portum Volanæ cum piſcariis ſuis uſque ad portum Cerviæ, comitatum Traverſariæ, Comitatum Decimanum, monaſterium S. Mariæ in Pompoſa, comitatum Argentæ cum Pado, & Ripis, & paludibus, a principio comitatus Argentæ uſque Ravennam. Statuimus etiam ut omnium naves tranſeuntium per Argentam tantum ſolvant, quantum & Cremonenſium exceptis illis, quorum naves nihil debent ſolvere. Confirmamus etiam Maſſam, quæ vocatur Fiſcalia cum Corna Cervina, & quæcumque juſte poſſidet infra comitatum Ferrar. Adjicientes etiam concedimus S. Ravenn. Eccleſiæ, ut nulla præteriti temporis præſcriptio ab hac noſtræ conceſſionis die retro, eidem Eccleſiæ, vel monaſteriorum ſuorum ad Eccleſiā Ravennat. pertinentium non niſi ſpatio centum annorum conſcribantur. Cæterum prædicto Archiepiſcopo concedimus facultatem reſcindendi contractus injuſtos, & Eccleſiæ ſuæ damnoſos, ipſique Archiepiſcopo, ne juramentum calumniæ præſtet, vel aliquis pro perſona Archiepiſcopi quamdiu vixerit, remittimus. Quicumq; autem hujus noſtri præcepti violator, ſeu tranſgreſſor eſſe præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, dimidium cameræ noſtræ, & dimidium prædicto Archiepiſcopo, ſuæque Eccleſiæ. Hæc igitur omnia ſupradictæ Ravennat. Eccleſiæ auctoritate noſtra confirmamus, ſalva per omnia imperiali juſtitia: hujus confirmationis teſtes ſunt Rambertus Faventinus Epiſcopus, Albertus Reginus Epiſcopus, Albericus Landen Epiſcopus, Berardus Cardinalis Ravenn. Eccleſiæ, presbyter Rolandus, & Ruffus cantores Ravennat. Eccleſiæ, Albericus Abbas S. Vitalis, Fridericus puer dux Suevorum filius bonæ memoriæ Regis Conradi, Hermannus Marchio Veronenſis dux de Carentana, Otho comes Palatinus cum fratribus ſuis, comes Marchio, comes Albertus, Gottefredus Burgravius de Nurenberghe, comes Conradus filius comitis Rabadonis, comes Lantelmus de Enema, Marchoaldus de Gombia, Petrus dux, Petrus Traverſarius, & Conradus Ravennates Capitanei, Ugo de Pepucio Capitaneus de Galeſeſe, Raynucius de Scorzo Realis, Petrus Salvaticus, Amariſius de Ravenna, Alteſanus, Farulphus Faventinus, Salianus, & Ciſtarella, & alii plures.

Signum † domini Frederici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Ulricus ſacri Palatii Imperialis Cancellarius recognovi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1160. Indictione 8. Regnante D. Frederico Romanorum Imperatore victorioſiſſimo anno regni ejus octavo Imperii vero 5. feliciter, Amen. Datum Laudæ 16. Kal. Maji.

Vixit Vido uſque ad annum 1169. Deceſſitque 7. id. Julii, vir alioquin ſingularis ingenii, ac doctrinæ, niſi has præclaras animi dotes ab ambitione ſiviſſet corrumpi.

80. GERARDUS *a*, Alexandri III. Pontificis Maximi familiariſſimus, cujus conſtantiſſime partes difficillimis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus LXXV

a Al. Gillelmus.

ſe-

Digitized by Google

ſecutus eſt, Ravennatem ſedem obtinuit 1172. Interſuit Lateranenſi Concilio 1179. Vita functus eſt 1182.

Hiſtus nic- tus in hiſt. Placent. Campis pa. 2. pag. 13. Nauſeſ.

LXXVI.

a Ad Vvidonem extant litteræ Clementis III. c. ſignificaſti de corpore vitiatis. Itē Lucii III. c. ſopitæ de cenſibus.

81. VVIDO, qui etiam apud quoſdam Gerardus eſt, poſt exceſſum Gerardi, adlectus eſt Ravennatium Archiepiſcopus, cum prius monachus eſſet Ciſtercienſis 1182 *a*. Hic ſub Clemente III. Pontifice magno fidei ardore contra Sarracenos Cruciatam, hoc eſt, ſacrum bellum enunciavit; Florentiæ autem, ut narrat S. Antoninus, tum nobiles, tum ignobiles quamplurimos cruce ſignavit 1188. (1) cumque trans mare armatus ire cogitaſſet, Ravennæ vicarium Alexandrum Epiſcopum Forolivienſem inſtituit. Solvit itaque Venetiis Pontificis Legatus, ingentique claſſe ſuccinctus, ſimul cum Joanne Epiſcopo Faventino, ſociatiſque viribus cum Piſanis, quorum ductator erat Piſanus Archiepiſc. in Orientem pervenit, ſuoque adventu Saladini obſidione Tyrum exolvit. Cæterum cum Ptolemaidam oppugnatum profectus fuiſſet, illucque Saladinus ingentem, victoremque deportaſſet exercitum, cum concurriſſent acies, impleſſetque Vvido tum ducis, tum Legati Pontificis cumulatiſſime partes, armatus, viriliterq; depugnans cum Epiſcopo Faventino, tandem interiit anno 1190. Vir plane dignus æterna memoria, quippe cui adeo publica ſalus cordi eſſet, ut veritus non ſit pro illa ſanguinem profundere. Hujus præter S. Antoninum meminit Belluacenſis in Spec. hiſtor. qui illum Vidonem appellat, Rubeuſque qui illum Gerardum fuiſſe arbitratur, qui publicæ ſalutis cauſa in Soriam tranſmiſit.

LXXVII.

b An. 1195. interfuit teſtis Diplomatis Henrici VI. ad favorem Eccleſiæ Parmen. Vide ſupra in Parmenſibus.

82. GUILLELMUS, ſive Guillelmottus Curianus, quem etiam multi Othonem appellant, poſt exceſſum Gerardi Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1190. Deceſſit 1201 *b*. Ad quem ſequentem ſcripſit Epiſtolam Henricus VI. Imp. an. 1192. cujus tenor in ſæpecitato lib. Vatic. Arch. eſt hujuſmodi.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Dilecto Principi ſuo G . . Venerab. Patri Archiepiſcopo Ravennaten. gratiam ſuam, & omne bonum. Cum inter cæteros mundi Prælatos ſis membrum ſacri Imperii ſpeciale, honeſtatem tuam decet merito eſſe ſollicitam, & intentam ad ea, quæ noſcuntur ad promotionem negociorum Eccleſiæ, & Imperii pertinere. Specialem itaque ſuper eo de te fiduciam obtinentes ex probitate perſonæ tuæ maxime noſtris auribus inſtillata devotionem tuam requirimus attentius, & monemus, quatenus viros nobiles, qui de Arimino, Ravenna, & Faventia, ac aliis civitatibus, & caſtris Romandiolæ per Fridericum quondam Imperatorem, tunc ſuper eos regnantem, de domibus propriis ſunt ejecti, ac bonis omnibus ſpoliati, quantum ſcis, & potes, debeas conſilio, & auxilio confovere, ac eos efficaciter inducere non deſiſtas, ut ipſi unanimiter ad confuſionem ſuorum inimicorum, & recuperationem rerum ſuarum, quantum poſſunt, operam exhibeant efficacem. Quia tamen ſicut accepimus, dilectorum fidelium noſtrorum bonum auxilium eſſet eis circa hoc præ cæteris opportunum, ſcias nos eis ſuper hoc noſtras dirigere litteras ſpeciales, quas eiſdem per te, & ex parte noſtra petimus, & volumus præſentari, nec non volumus, & mandamus, ut ad ea fideliter exequenda ipſos nomine noſtro ſecundum collatam tibi à Deo prudentiam moneas efficaciter, & inducas, noſtrorum quoque actuum ſtatum, & qualiter Sueviam hoſtiliter invadamus, jam fere omnibus illius terræ nobilibus ad pedes noſtræ celſitudinis inclinatis, & quod de tuo, & aliorum Lombardorum negocio in brevi agere diſponamus, tibi quam cito per ſolemnes noſtros nuncios curabimus deſtinare.

Datum Voartis pridie Kal. Decembris Indict. X.

LXXVIII

c Litteræ Raven. Cleri caſſantes poſtulationem Card. s. Prax. & Epiſ. Imol.

83. Defuncto Guillelmo Innocentius III. ad eandem ſedem ſubvexit ALBERTUM, Ravennate nimirum clero diſcordante, cujus pars Cardinalem S. Praxedis elegerat, altera Epiſcopum Fori Cornelii enunciaverat *c*. Cæterum qui ex æſtu illo comitiali evaſit ad ſedem, Gerardi defuncti virtutibus propius acceſſerat. Etenim ipſe etiam Veneta Claſſe uſus contra Sarracenos conſilia, armaque promptus expediit. Vixit autem Albertus uſque ad annum 1207. in quo famam optimi Paſtoris, promptique ducis feliciter aſſecutus, mortalem hanc vitam liquit.

recitantur p. Decret. t. de poſt. prælc 3.

LXXIX.

84. ÆGIDIUS ad eandem ſedem promotus eſt anno 1207. Cui Innocentius III. honoris ergo tranſmiſit Pallium, ea tamen lege, ut intra unius anni ſpatium, obſecuturus Pontifici Romam proficiſceretur. Quod cum morte præventus abſolvere non potuiſſet, Pontificio Imperio exemptus evolavit ad ſuperos.

LXXX.

85. HUBALDUM Faventinum antea Epiſcopum, ſuffraganei, clerusque Ravennatem ſubvexerunt ad ſedem, cujus electionem Innocentius III. ratam habuit ann. 1208. Kalen. Iunii, ad quem idem Innocentius Pontifex paſtorales litteras direxit. C. poſt translat. de renunciatione. Ab Othone etiam Cæſare ſequenti anno, tabulas impetravit Auguſtales, quibus prærogativæ omnes, ac privilegia, ad juriſdictionem Eccleſiæ Ravenn. ſpectantia, ſingulis numeratis locis confirmabantur, & augebantur. Ampliſſimum extat diploma in præcitato lib. Vat. Arch. cujus hic eſt tenor.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho IV. divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Ratio exigit, & Imperiali congruere videtur honori, ut affectuoſa, & præclara obſequia fidelium noſtrorum benemerentium de nobis præ oculis, & manibus memoriæ habeamus, & juxta imperialem magnificentiam dignum favorem, dignam gratiam, dignamque retributionem eis ita rependamus, ut aliorum voluntates ad ſerviendum devotius Imperio alacrius excitemus. Eapropter univerſorum Imperii noſtri fidelium, tam futura quam præſens ætas cognoſcat, qualiter dilectus princeps noſter Hubaldus venerab. ſanctæ Ravenn. Eccleſiæ Archiepiſcopus noſtræ majeſtatis præſentiam humiliter adierit, & per confirmationem privilegiorum ſuorum pro devotionis fidelis ſtudio nobis preces porrexit, cujus ſedulæ petitioni nos ex conſueta Imperiali clementia benigne annuentes auctoritate noſtra, ei & Eccleſiæ ſuæ confirmamus, & firmiſſime roboramus omnes illic pertinentes Epiſcopatus, monaſteria, Eccleſias, civitates, caſtella, ac omnes res, quæ per chartas antiquas, privilegia, atque præcepta ad eandem ſacroſanctam Ravenn. Eccleſiam juſte, & rationabiliter pertinuerunt, videlicet comitatum Caſenat. cum caſtro vetere, & novo; & curtibus, ac omnibus ſibi juſte pertinentibus cum diſtrictu, & honore caſtrum Reverſani cum omnibus pertinentiis ſuis, comitatum Ficoclen. cum Epiſcopatu ſuo, & ripa, Epiſcopatum Reginen. cum domo, & conſecratione, comitatum Bobii, comitatum Forumpopilii cum diſtrictu ſuo, & caſtrum novum cum curte, & pertinentiis ſuis, & comitatum Foro livii cum diſtrictu ſuo, & civitatibus eorum, & cum omnibus ad eoſdem pertinentibus, comitatum Ferentini cum Epiſcopatu ſuo, & cum monaſterio ſancti Salvatoris in ipſo comitatu poſito, comitatum Decimanum, comitatum Traverſariæ, comitatum Imolen. comitatum Comaclen. cum ripa, & piſcariis ſuis, monaſterium S. Hilarii de Galiata cum omnibus diſtrictu, & placito ſuo caſtellis, & curtibus, & pertinentiis ſuis, monaſterium ſancti Thomæ Apoſtoli & ſanctæ Euphemiæ infra civitatem Ariminen. cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes res, quas diaconus Petrus filius Martini ducis, per chartulam donationis in ſanctam Ravenn. Eccleſiam tradidit, & quæcumque Ingelicada comitiſſa tenuit a Mari Adriano uſque ad Alpes, & a fluvio Rheni uſque potentiam, ſicut Imperator Otho Petro Ravenn. Archiepiſcopo confirmavit. Item res, & poſſeſſiones, quas Lambertus cum uxore ſua, & filiis ſuis habuit uſque ad Alpem a fluvio Rheno uſque ad Foliam. Confirmamus etiam prædicto Archiepiſco-

(1) Ad annum 1188. perveniſſe Vidonem conſtat ex donatione, qua eodem anno die 10. Auguſti Monaſterio s. Vitalis Ravēn. oblationes Eccleſiæ s. Mariæ in Vinea talliata indulget, eam ſcilicet partem oblationum vivorum & mortuorum, quæ ipſius Archiepiſcopi eſſent. Extat documentum apud Margherinum in Bullario Caſinen. tom. 2. Anno vero 1187. reperitur conſecraſſe Florentiæ Eccleſiam S. Donati de Turre: extat documentum apud Cerracchinium in tract. de Epiſc. Florent. p. 69.

Digitized by Google

piſcopo G . . . . . & ejus Eccleſia diſtrictum Ravenn. cum portis, ripis, & portubus a mare publicariis omnibus teloneis, moneta publica, quæ hinc in antea ibi fieri præcipimus ſub poteſtate ſanctæ dictæ Eccleſiæ ſuperius ejuſque præſulum, concedimus etiam omnem in omnibus intra, & extra civitatem Ravenn. exceptis illis noſtris regalibus cum diſtrictu quorum cuſtodia homo, & miſſus noſter, qui in eadem civitate manere conſuevit in feudo a nobis habere dignoſcitur, exceptis etiam illis feudis, quibus homines noſtri ab Imperio inveſtiti ſunt ex antiquo], & novo: concedimus etiam, confirmamus maſſam quæ vocatur Fiſcalia cum Cornu Cervino, monaſterium ſanctæ Mariæ in Pompoſa cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis, portum Volanæ integriter cum piſcariis ſuis, & omni litore maris, & portibus uſque ad portum Cerviæ, & uſque ad fluvium Punctaris ſimiliter donamus juxta auctoritatem noſtrorum anteceſſorum Imperatorum Abbatiam ſanctæ Mariæ in loco Vangaricie cum dono, & conſecratione Abbatum, & cum omnibus pertinentiis ſuis inter Padum, & Atiſſam fluvios ſitis, inter Adrien. & Ferrar. & ubicunque ſunt lat. inventa fuerint ejuſdem Abbatiæ proprietates, confirmamus etiam comitatum Argentæ uſque Ravennam, ſtatuimus etiam ut omnium naves tranſeuntium per Argentam tantum ſolvant quãtum Cremonen. exceptis illis, quorum naves nihil debent ſolvere, confirmamus etiam quæcunque juſte poſſidet infra comitatum Ferrar. Item confirmamus, ſtabilique gradu corroboramus ipſi Eccleſiæ omnia, quæ antiquitus tenuit vel tenet, ſive ei pertinet in tota Marchia Camerini, per diverſos comitatus, & territoria videlicet Auximan. Anconit. Senogall. & Fani, alioſq; comitatus, & nominatim Maſſam Aſtamaran. quæ vocatur Auximana, in qua eſt caſtrum Ubaldi, caſtrũ Ophaniæ, & Maſſam Ruſſiani & Maſſam Meralanam, quæ de Senogal. curtem Mononis, Maſſam Victoriadam, & Maſſam Salam terra Fani, caſtrum Tuderani territorio Populien. hæc omnia cum rebus, & poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, præmiſſa noſtra præception. atque imperiali edicto ſæpefatam Eccleſiam habere, firmiterque tenere præcipimus, adiicientes etiam concedimus ſanctæ Raven. Eccleſiæ, ut nulla præteriti temporis præſcriptio ab hac noſtra conceſſionis die retro eidem Eccleſiæ, vel Monaſteriorum ſuorum ad Eccleſiam Ravenn. pertinẽtium non niſi ſpatio centum annorum conſcribat. Cæterum prædicto Archiepiſcopo concedimus facultatem reſcindendi contractus injuſtos, & Eccleſiæ ſuæ damnoſos, ipſi Archiepiſcopo Ravenn. & ſuæ Eccleſiæ totum, & integrum comitatum Argentæ, videlicet ipſa Argenta, portum, & totam plebem de portu ſcilicet caput Sandali, Graſalum, ripa Perticum, Vergunditium, portum Veterariæ, & Sandalum, Materium quoque, Cavallum, & curtem de podio, plebem ſancti Viti cum hominibus ſuis & quicquid Eccleſia Ravenn. habet in ipſa plebe, & in Luibola, & alias capellas ipſius comitatus, & homines cum omnibus pertinentiis ſupradictorum locorum, placito videlicet, & diſtrictu, & cum omni juriſdictione, cum Pado, ripis piſcariis, paludibus, ſtratis, viis, paſcuis, ſilvis, & publicariis univerſis a principio comitatus Argentæ uſque Ravenn. ſicut ipſe Hubaldus Archiepiſcopus, vel ejus anteceſſores juſte hactenus habuerunt, & poſſederunt, non obſtante privilegio F. vel ſcripto Ferrarien. contra jus Ravenn. ab Imperiali majeſtate impetrato. Hæc itaque omnia ſupradicta in ſpecialem noſtræ protectionis recipimus, & imperiali auctoritate diſtricte præcipientes ſancimus, ut nullus Epiſcopus, marchio, dux, comes, vicecomes, nulla civitas, poteſtas, nulla denique humilis vel alta, ſecularis, vel Eccleſiaſtica perſona contra hanc confirmationem noſtram, & protectionem ſupradictum fidelem Principem noſtrum vel Eccleſiam Ravenn. in aliquo ſupradictorum aliquatenus gravare audeat, vel moleſtare. Hæc autem ad exemplum Henrici Imperatoris Ravenn. Eccleſiæ concedimus inter ea, quæ Ravenn. Eccleſiæ confirmamus, iſta præſtis nominibus exprimenda.

In Epiſcopatu Piſaurien. Caſtrum Ligabici Granarela, caſtrum Gazole, caſtrum Fanane, & Mons Catignanus.

In Epiſcopatu Ariminen. Caſtrum Montis Gemani A *caſtrum Marazani, caſtrum Montis Columbi, caſtrum Montis de Cruce, Villa Corliani, caſtrum Savignani, caſtrum Montilsani, & caſtrum Montis Novi.*

In Epiſcopatu Caſena, Caſtrum Subuccole, caſtrum Montis Rubiæ, caſtrum Saliani, caſtrum Montis Gerardi, caſtrum Sergiani, & Fanani, caſtrum Deolaguarde, caſtrum Caſalioli, & Rudilianum, caſtrum Stagnani, Villam Rocchæ, & caſtrum Rencii.

In Epiſcopatu Foropopilien. Caſtrum Bagnoli, caſtrum Molini veteris, caſtrum Quiliani, caſtrum Montis Venarii.

In Epiſcopatu Faven. Caſtrum Aurioli, caſtrum Tarbani, & Villa ſancti Potiti.

In Epiſcopatu Imolen. Villa Lucii in territorio Ravenn., Noccedola, Villa ſancti Pancratii, & ſancti Archangeli, villa Ruſſi, & Caubos & caſtrum Caſamurate. Ad hæc Imperiali clementia amore Dei, & ſalute Imperii pro remedio etiam animæ noſtræ indulgemus jam dicto Ravenn. Archiepiſcopo Principi noſtro & omnibus Raven. Eccleſiæ Suffraganeis, atque omnibus Ab- B *batibus, prælatis, & omnibus clericis atque piis locis, & univerſis Eccleſiaſticis perſonis, tam in Ravenn. quam in Archiepiſcopatu, & Romana atque Marchia ad cuſtodem pertinentibus conſtitutis, id quod conceſſum eſt a ſacris canonibus, & venerandis Principum Romanorum legibus, videlicet niſi ipſa Eccleſia, & earum immunitates per circuitum gaudeant privilegiis per ſacros canones, & venerandas Romanorum principum leges ſibi indultis, & qui in eas commiſerint, pœnas ſubeant a canonibus, & legibus præfixas; perſonæ quoque Eccleſiaſticæ plena gaudeant, atque fruantur libertate, & pace, videlicet, ut nec ad angarias, vel perangarias, vel alias operas per aliquem etiam noſtrum miſſum aliamve majorem, ſeu minorem perſonam, præterea quoad piam operam per canones, & leges ſunt deputata, nullo modo cogantur, de ſuis quoque domi cultilibus, id eſt quoque ſuis propriis laboribus, & per ſuas familias excolunt, nihil omnino præſtare compellantur, non per aliquam a nobis miſſam, vel mittendam alicui juriſdictioni perſonam præpoſitam, vel præponendam majorem* C *minoremve, non per marchionem, vel ducem, non per comitem, capitaneum, vel valvaſſorem, non per civitates, aut conſules civitatum, non per ruſticos, vel aliquem comitatum, vel ſingularitatem, ſed nec aliquam collectam, vel exactionem quocumq; nomine cenſeatur, vel hoſpitationes per aliquem vel prædictorum inviti præſtare cogantur aut homines tam in Romana quam in Marchia ſive in caſtris, ſive in villis habitent juriſdictioni ſuorum dominorum, ſive ad urbem agant, ſive conveniantur ab aliis, omnino ſubiiciantur, ſi ipſi alios conveniant ſub eorum dominis agant, ita ut actor forum rei ſemper ſequatur. Fodrum quoque alterius anni, qui unum jugum habuerit bon. xii. Lucen. tantum, qui duo juga xviii. qui vero tria, cum quibus araverit, ii ſoldi, & ſic deinceps pro ſe, & familiis ſuis ſolvat, qui vero unum ſolum bovem, cum quo aret, habuerit, ſex den. pro ſe, & familia ſua tribuat, qui manibus tantum operatur, vel alia opera exercet iv. den. pro ſe, & familia ſua perſolvat, omni alia exactione quocumque nomine cenſetur, penitus ceſſante. Hæc autem* D *omnia conceſſimus ſanctæ Ravennati Eccleſiæ, ſalvo jure Imperii, in omnibus his, quæ nunc poſſidet, & de jure debet habere, ſi quis vero hæc tam pia noſtra ſtatuta violare tentaverit, ſi marchio eſt, vel civitas, vel magnum caſtrum in x. lib. auri feriatur, medietate Cameræ noſtræ, & medietate prædicto Archiepiſcopo, & aliis prænominatis inferenda. Si vero comes fuerit, in tribus libris auri feriatur, Capitaneus autem, & Minimum caſtrum, vel communitas in duabus, Varvaſſores vero in una puniantur. Civis autem, caſtellanus, vel ruſticus quarta parte ſuorum bonorum ſimiliter feriatur. Adiicimus etiam, ut ſi quando prænominatus Archiepiſcopus, vel alii prædicti, ſeu eorum homines coram noſtris judicibus, vel eos, quos alicui juriſdictioni agant, vel conveniant, ſive cauſam amittant, ſive in ea obtineant, pro libris noſtris judicibus, & poteſtatibus non niſi 12. den. perſolvant, & infra 40. dies eorum cauſæ decidantur, niſi majores inducias propter abſentiam teſtium, vel inſtrumentorum cauſa poſtula-*

verit,

Digitized by Google

veris, & ſtatim executioni mandetur, & quod judicatum fuerit niſi appellation. ſuſpendatur firmiſſime teneat. Hac autem ad exemplum Federici Imperatoris prædeceſſoris noſtri ſanctæ Ravenn. Eccleſiæ, & ſuffraganeis concedimus, ſtatuentes, & Imperiali edicto firmiter præcipientes, ut nulla unquam perſona alta, vel humilis, Eccleſiaſtica, vel ſecularis, ſeu etiam ulla civitas, vel communitas, vel caſtrum, hanc noſtræ confirmationis ducalem paginam præſumat infringere, ſeu aliquo temeritatis auſu obviare, quicquid facere præſumpſerit, in ſuæ præſumptionis pœnam centum librarum auri puriſſimi componant, medietatem fiſco noſtro, reliquam vero medietatem injuriam paſſis perſolvendam; teſtes autem hujus rei ſunt.

Vvolfigerus Patriarcha Aquilejen. Grigellen. Nurembergen. Epiſcopus Vvalter. tt. Lucen. Epiſcopus, Aleprandus Epiſcopus Verceladus, Aleprandus Epiſcopus Vulterranus, Epiſcopus Maldinus Imolen. Epiſcopus Zilinus de Triviſio, Acho marchio Eſten. Salinguerra Ferrarien. Henricus Calendrini Mareſcalcus Imperii. Gonzolinus Dapiſer Imperii, Paſſagmiera monachus, Stenicus Imperialis aulæ judices, & alii quamplures.

Signum domini Othonis IV. Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Corradus Spirenſis Epiſcopus, Imperialis aulæ cancellarius vice domini Theodorici Colonien. Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii recognovi. Acta ſunt autem hæc anno Dominica incarn. 1209. regnante D. Othone IV. Roman. Imperatore glorioſo anno regni ejus 12. imperii vero ejus 1.

Datum apud caſtrum S. Miniatis per manus Gualterii Imperialis Prothonotarii 3. Kal. Novemb. Ind. 13

Subiit & Ubaldum cupido Sarracenos impugnandi, niſi domeſticæ curæ, civiliaque arma, egregiam illam cupidinem obruiſſent. Siquidem Petrus Traverſaria, Ubertinuſque immortalibus odiis invicem de Imperio decertabant: quos cum Ubaldus poſt adhibitam omnem operam componere non potuiſſet, rerum mortalium pertæſus, Archiepiſcopali munere ſe abdicavit, inque Porti monaſterio Lateranenſem canonicum profiteri incœpit. Ibi ejuſdem inſtituti ſodales habuit Thomam Epiſcopum Bizantinum, Petrumque Zanem clariſſimum Venetum, qui relicto ſeculo in illud idem monaſterium conceſſerunt.

LXXXI. 86 PICININUS Ubaldo ſuffectus eſt 1215. deceſſit 1217.

LXXXII. 87. Poſt hunc Ravennas clerus poſtulavit SIMONEM olim Cervienſem Epiſcopum *a*: nec abnuit Honorius III. Pontifex, tametſi invitus ad hanc ſedem acceſſerit. Ornatus & ipſe pallio fuit 1217. menſe Martio. Cæterum obtinuit Simon à Friderico II. Imperatore Bononiæ ampliſsimum privilegium, quo rata habebantur omnia illa, quæ olim Valentinianus Imperator Joanni anteceſſori ſuo indulſerat, aliique Imperatores, atque Pontifices. In quo privilegio vocat Cęſar Ravennatem Archiepiſcopum dilectum principem. Ab Honorio item III. ampliſſimam confirmationem obtinuit 1224. Deceſsit anno 1228. („ *Extant in Bullario Caſinenſi tom. 2. tres conſtitutiones hujus Simeonis ad favorem S. Mariæ Rotundæ Raven. latæ an. 1222.*)

a Cervienſes cives cum quibuſdam Clericis Ravennat. contra hunc conſpiraſſe habetur ex Decret. c. 11. de teſt. cog.

LXXXIII. 88 THEODORICUS ex Canonico, atque Præpoſito Ravennatis Eccleſiæ, a clero Archiepiſcopus dictus eſt; cujus electionem Gregorius IX. ratam habuit anno 1228. ab eoque Pontifice Gregorio eodem anno eorum omnium confirmationem impetravit, quæ Romani Pontifices, tum Cæſares Eccleſiæ Ravennatenſi dono dederant, quibus ſigillatim numeratis, alia addidit jura. Diplomatis exemplar ex eodem libro Vaticano hic apponendum curavimus.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Theodorico Ravennati Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum,

Et ſi univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis debitores ex col- A *lato nobis a Deo Apoſtolatus officio exiſtamus, illis tamen perſonis, & locis providere nos convenit diligenti ſollicitudine, ac propenſiori ſtudio charitatis, quæ ad ſedem Apoſtolicam noſcuntur ſpecialius pertinere. Quocirca venerabilis in Chriſto frater Archiepiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & nobilem, ac famoſam Ravennatem Eccleſiam, cui authore Deo, præeſſe dignoſceris, ad exemplar felicis recordationis Calliſti, Gregorii, Honorii, Gelaſii, & Honorii III. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Imperatorum, Regum, aut principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipſum, in quo præfata Eccle-* B *ſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Parmenſem, Regienſem, Bononienſem, Imolenſem, Forolivienſem, Foropopulienſem, Ceſenatem, Bononienſem, Cervienſem, Comaclenſem, & Adrienſem Epiſcopatus; monaſterium Galliatenſe, monaſterium S. Alberti ſuper Padum, monaſterium S. Apollinaris in Claſſe, monaſterium S. Severi, monaſterium S. Laurentii foris murum, monaſterium S. Mariæ Rotundæ, monaſterium S. Mammæ, monaſterium S. Apollinaris novi, monaſterium S. Joannis Evangeliſtæ, monaſterium S. Mariæ in Coſmedin, monaſterium S. Mercurialis, monaſterium S. Vitalis, monaſterium S. Andreæ, & canonicam S. Mariæ in portu, ſalva compoſitione, quæ in præſentia prædicti Honorii Papæ III. prædeceſſoris noſtri, inter bonæ memoriæ S. prædeceſſorem ſuum, ac ipſam canonicam interceſſit. Et jus, quod habes in monaſterio S. Mariæ de Urano, & in canonica S. Clementis, canonicam S. Gregorii in tabula non longe à muris urbis Ravennæ ſitam, Eccleſiam S. Bartholomæi de Muriano, plebem S. Mariæ, quæ vo-* C *catur in portu, plebem Materii, plebem S. Viti, plebem S. Venantii de Capite Canneti, plebem S. Apollinaris de comitatu Rodigii, cum capellis ſuis, monaſterium S. Petri in Maone in civitate Ariminenſi, monaſterium S. Thomæ Apoſtoli, & S. Euphemiæ virginis: In comitatu Auximanenſi, montem caſtri Ubaldi, montem Serri, & caſtrum Offaniæ: in comitatu Senegallienſi, caſtrum montis Bogdæ, & alias poſſeſſiones, quas Eccleſia ſua habet in Marchia per diverſos comitatus. In comitatu Piſaurienſi, caſtrum Gazolæ, caſtrum Lagabirsi, & caſtrum Granarolæ, cum curtibus, juriſdictione, & pertinentiis ſuis; in comitatu Ariminenſi Caſtrum montis Columbi, caſtrum montis Crucis, montem Germanum, Marazanum, villam Corliani, caſtrum Savenianum, caſtrum Montilianum, & caſtrum Montis novi, cum curtibus, & juriſdictione temporali, & aliis pertinentiis ſuis, in Epiſcopatu Ceſenaten. caſtrum Surigolæ, caſtrum montis Cuchi, caſtrum Saliani, caſtrum montis Gerardi, caſtrum Serranenſe, & Flaibani, caſtrum Dio lo guar-* D *di, caſtrum Caſalechi, & Rodiliani, & caſtrum Stamiani, villam Rotte, & caſtrum Riverſani, caſtrum de Monte, & caſtrum Ronchi, cum curtibus, juriſdictione, & pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Populonienſi caſtrum novum, caſtrum Suderanum, caſtrum Fixæ, caſtrum Balneoli, caſtrum Giuliani, caſtrum Molini veteris, & caſtrum montis Bovarii, cum curtibus, & juriſdictione, & pertinentiis ſuis: In Epiſcopatu Faventino caſtrum Aurioli, caſtrum Taibani, & villam S. Potentis: In comitatu Imolenſi, villam Lucci, cum curtibus, & juriſdictione, & pertinentiis ſuis. In territorio Ravennatenſi Rovendulam, villam s. Pancratii, villam s. Archangeli, villam Rurſi, & Caboi, caſtrum Caſæ muratæ, cum curtibus, juriſdictione, & pertinentiis ſuis, diſtrictum Ravennæ urbis, Ripam integram, monetam, Teloneum, muros, & omnes portas civitatis, & quicquid habes in Exarchatu Ravennæ; comitatum Comaclenſem cum honoribus, & pertinentiis ſuis; Comitatum Argentæ, ideſt ipſam*

Ar-

Argentam cum pado, ripis, paludibus, & piſcariis ſuis, ſtratis, viis, paſcuis, ſylvis, & publicariis univerſis, & cum integro comitatu Argentæ, videlicet, villam portus, & totum ejus plebatum, ſcilicet caput Sandalum, Giaſallum, Ripam Perſici, Virgundinum, portum Veraticæ, Sandalum, Materium, Cavallum, & curtem de Podio cum placito, diſtrictu, & omni juriſdictione a principio comitatus Argentæ uſque Ravennam: uſus quoque pallii plenitudinem pontificalis videlicet officii tuæ fraternitati Apoſtolicæ ſedis libertate largimur, quo intra Eccleſiam tuam utaris diebus inferius annotatis, videlicet in nativitate Domini, feſtivitate prothomartyris Stephani, Circumciſione Domini, Ipopanti Dominica in ramis, Cœna Domini, Sabbato ſancto, Paſcha, feria ſecunda poſt Paſcha, Aſcenſione, Pentecoſte, tribus feſtivitatibus B. Mariæ, natali B. Joannis Baptiſtæ, ſolemnitatibus omnium Apoſtolorum, Commemoratione omnium Sanctorum, dedicationibus Eccleſiarum, Anniverſariis ſuæ conſecrationis, dictæ Eccleſiæ ſuæ principalibus feſtivitatibus, conſecrationibus Epiſcoporum, & ordinationibus Clericorum. Ad hæc adjicientes arctius nihilominus, cœmeteria Eccleſiarum, & Eccleſiaſtica beneficia hæreditario jure poſſideat: quod ſi quis contra facere forte præſumpſerit, cenſura canonica compeſcatur. Præterea quod communi aſſenſu capituli tui, vel partis conſilio ſanioris in tua diœceſi pro te, vel per ſucceſſores tuos fuerit canonice inſtitutum, ratum, & firmum volumus permanere. Prohibemus inſuper, ne excommunicatos, vel interdictos tuos ad officium, vel communionem Eccleſiaſticam ſine conſcientia, aut conſenſu tuo quiſquam admittat, aut contra ſententiam tuam canonice promulgatam aliquis venire præſumat, niſi forte periculum mortis imminuerit, aut, dum præſentiam tuam habere nequierint, per alium ſecundum formam Eccleſiæ ſatisfactione præmiſſa oporteat ligatum abſolvi. Sacrorum quoque canonum auctoritatem ſequentes, ſtatuimus, ut nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus abſque tuo, vel tuorum ſucceſſorum aſſenſu conventus celebrare, cauſas etiam, vel Eccleſiaſtica negocia in Ravennati diœceſi, niſi per Romanum Pontificem, vel ejus legatum fuerit eiſdem injunctum, tractare præſumant. Illam quoque abuſivam conſuetudinem, vel potius abominabilem corruptelam, qua cives Ravennates Archiepiſcopo decedente bona mobilia Archiepiſcopatus, tamquam ad eos, jure ſucceſſionis pertineant, rapiunt, & aſportant, inhibentes electo, ne ingrediatur Archiepiſcopale palatium, niſi prius voveat ſe illorum conſuetudines obſervaturum, penitus abolemus, ſub interminatione anathematis prohibentes, ne talia de cætero attententur. Porro conſuetudinem, quam in portanda Cruce, & tintinnabulo, cum prædeceſſoribus tuis uſque ad hæc tempora ſervaſti, videlicet, ut quocumque iveritis, excepta urbe, & tribus milliariis à loco, ubi fuerit Romanorum Pontifex, crucem, & tintinnabulum, ſine contradictione qualibet de ſedis Apoſtolicæ licentia deferatis, & ſignare, ac ſignaculo benedicere ubicumque cum prædictis inſignibus fueritis, ſine præſumptionis nota poſſitis, auctoritate Apoſtolica confirmamus; ſalva tamen moderatione Concilii generalis. Libertates quoque, & rationabiles approbatas conſuetudines Eccleſiæ tuæ in civitate, vel metropoli ejus tam certa ſpiritualia, quam temporalia, ſicut eas juſte, & pacifice obtinet, confirmamus. Ad hæc diſtrictius inhibemus, ne quis terras, aut homines ipſius Eccleſiæ ubicunque conſiſtant indebitis, & inſolitis ſervitiis, vel exactionibus aggravare præſumant. Præterea, quia Eccleſia tua gravia frequenter dicitur incurriſſe diſpendia, ex eo, quod prædeceſſores tui non adhibitis teſtibus conſueverunt ſuos celebrare contractus, volentes indemnitati ejus in poſterum præcavere, diſtrictius inhibemus, ne contractus ipſos Eccleſiæ ſine adhibitione teſtium de cætero celebrentur, & ſi qui a modo aliter facti fuerint, juribus careant tamquam contra inhibitionem Apoſtolicam attentati. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum, &c. ſalva, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.
Ego Thomas tit. s. Sabinæ presb. Card. ſcripſi.
Ego Singebaldus tit. s. Laurentii in Lucina presbyt. Card. ſcripſi.
Ego Pelagius Albanus Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Raynerius s. Mariæ in Coſmedin diac. Card. ſſ.
Ego Aegidius Ss. Coſmæ, & Damiani diac. Card. ſſ.
Ego Petrus s. Georgii ad velum aureũ diac. Card. ſſ.
Ego Raynaldus s. Euſtachii diac. Card. ſubſc.
Ego Otho s. Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. ſubſc.

Datum Peruſii per manum Martini S. R. E. Vicecancellarii . . . Idus Decembris, Indictione I. Anno Incarn. Dominicæ 1228. Pontificatus vero D. Gregorii Papæ IX. anno II.

Theodoricus tranſlationi corporis S. Dominici interfuit 1243. (1) inſecutoque anno declaratus legatus ab eodem Gregorio, qui ſacrum bellum conſultius adminiſtraret. Cæterum Theodoricus à Friderico Imperatore excommunicato, Eccleſiæque adverſario aliquandiu carcerem eſt perpeſſus, ſed inde exſolutus, atque ad ſuam reverſus Eccleſiam Innocentium IV. Pontificem certiorem fecit, intentuſq; recuperandis Eccleſiaſticis bonis, infeſtandiſque Friderici fautoribus, fato functus eſt 1249. Non. Decembris, cum Forolivii moraretur; cujus corpus deinde Ravennam delatum, in Urſiano templo tumulatum eſt, eodem ſepulchro, quo ſuus anteceſſor Moyſes claudebatur. Vir ſane ingentium ſpirituum, ac pietate pleniſſimus. Hic S. Franciſci alumnos in Eccleſiam S. Mercurialis introduxit ad majorem divini Numinis obſequium.



89. PHILIPPUS Fontana *a* civis, atque Epiſcopus Ferrarienſis, electus Epiſcopus Florentinus, ad Archiepiſcopatum Ravennatem translatus eſt 1251. Vir ſuavis æque, ac gravis eloquentiæ fuit, prudentiæ autem tantæ, ut ſuo ſeculo conſultiſſimus haberetur. Itaque contra Ezzelinum Eccleſiæ hoſtem, legatus renunciatus eſt, à quo aliquando captus, & in carcerem conjectus cum Brixiano Epiſcopo, tandem grandi pecunia ſe redemit. Concilium provinciale celebravit, tanto Romanæ Eccleſiæ commodo, atque utilitate, ut adminiſter illo melior haud videretur poſſe deſiderari. Præfuit Ravennati Eccleſiæ annos omnino decem & novem. Deceſſitque omnium luctus, ac mœror futurus 1274. Sepultuſque eſt in Eccleſia Abbatiæ S. Bartholomæi prope Ferrariam in majori ſacello, marmoreo tumulo, ubi hoc legentibus proſtat epitaphium. LXXIV.

a Laudatur à Libanorio in Ferrar. aurea par. 1. p. 96. Videndus etiam Gamurrinus de famil. vol. 5. pag. 83. Manduſ.

PHI-

(1) Ex commiſſione Papæ Gregorii IX. una cum ſuis Epiſcopis ſuffraganeis Bononiæ ſolemnem fecit tranſlationem corporis s. Dominici an. 1233. (malè Ughellus ſtatuit an. 1243.) die 24. Maii feria tertia Pentecoſtes occurrente; quo tempore Capitulum Generale Bononiæ celebrabatur à trecentis, & amplius fratribus ſub Generalatu Jordanis Theutonici, qui proxime inſecutus eſt s. Dominicum. Ita ſcriptores, quos omnes ſecutus eſt Fr. Michael Archangelus Nanni l. 6. c. 11. Verum neſcio, quo ductus teſtimonio hanc tranſlationem referat in tempora Nicolai Papæ IV. S. Antoninus in 3. par. Chron. dum agit de Magiſtris Generalibus Ord. Prædicat.



HIC
CORPUS TERRÆ, COELO
ANIMAM DEDIT
ANNO DOMINI M.CC.LXXIV.



LXX XV. 90 Fr. BONIFACIUS („*Fliſcus*) è Lavagniæ Comitibus *a* („*Januenſis*), Ordinis S. Dominici, Gregorii X. Apoſtolicus Nuncius ad Philippum Regem Francorum, ab ipſo Ravennas Archiepiſcopus dictus eſt 1274. In Concilio Lugdunenſi munere legati Apoſtolici in Æmilia functus eſt, ac ſub Honorio III. ſimul cum Archiepiſcopo Montis Regalis apud Regem Gallorum eodem munere claruit; ubi cum diu moratus fuiſſet, apud Burdigalam ſuum condidit teſtamentum 1288. Id. Martii. Deceſſit 1294. Nono Kalendas Januarii, ſepultuſque eſt in templo Urſiano in ſepulchro marmoreo. Poſt exceſſum Bonifacii cum Ravennas clerus advocaſſet Senatum, elegiſſetque in Archiepiſcopum Robertum Malateſtam, abnuiſſetque Bonifacius VIII, qui Guillelmum Durandum Epiſcopum Mimaten-

a De eo Oldoinus in Athen. Liguſtico, & Razzius de viris illuſ. Ord. Præd. Mandoſ.

A ſem in ſcholaſticis diſciplinis virum clariſſimum ad Ravennatem ſedem promovere conabatur, opimiuſque ſacerdotium renuiſſet Guillelmus, poſt aliquot menſes in eum, qui proxime ſequitur, ſors cecidit electionis.



B

91. OPIZO è nobili Parmenſi S. Vitalis familia, filius Guarini, ac Margaritæ Fliſchæ Januenſis, Innocentii IV. ſororis, ſpectatæ doctrinæ, ac ſingularis prudentiæ vir, cum à patruo Parmenſis Epiſcopus renunciatus fuiſſet, à Bonifacio deinde VIII. quadraginta natus annos, ad Archiepiſcopatum Ravennatem translatus eſt anno 1295. X. Kal. Auguſti. Hanc Eccleſiam adminiſtravit annos omnino octo, ſatoque functus eſt 1303. pridie Idus Septembr. atq; apud Franciſcanos ſepulchrum accepit. LXX XVI.

92. RAYNALDUS Concoregius Mediolanenſis, Vicentinus antea Epiſcopus, Rectorque Æmiliæ provinciæ, à Ravennate Capitulo, cleroque diviſis ſtudiis, ſimul cum Leonardo Fliſco ad eandem ſedem ſubvectus eſt, atque à Benedicto XI. (æmulo excluſo) in eadem dignitate confirmatus, ac conſecratus ann. 1303. Singulari amore, pietateque hanc ille Eccleſiam gubernavit, frequentibuſque celebratis conciliis, ita jugulavit abuſus, lapſoſque eccleſiaſticos mores, ut omnem diœceſim ſuam, clerumque ad normam veterum canonum caſtigaſſe videretur. Deceſſit non ſine ſanctimoniæ fama 1321. XV. Kal. Septembris, ſepultuſque eſt in ſepulchro marmoreo in templo Urſiano, unde poſtea clariſſimis coruſcavit miraculis. Conſtat non ita pridem ejus ſacrum cadaver incorruptum fuiſſe inventum.* In Diœceſi Ravennatenſi & Adrienſi eodem die 18. Auguſti celebratur dies feſtus ejuſdem Eccleſiaſtico officio. Cujus vitam anno 1413. conſcriptam, ex veteri Archiepiſcopalis tabularii codice M. S. extractam communicavit, ſumma benevolentia nobis conjunctus vir probus, doctus, ac venerandæ antiquitatis eximiè cultus Hieronymus de Fabris Metropolitanæ Ravennatis Canonicus Theologus, quam exhibendam duximus, cum hactenus inedita ſit. LXX XVII

* Ex App. tom. 9.

D *Tractatus de vita laudabili Archipreſulis B. Raynaldi per me edita Fr. Nicolaum de Arimino Ordin. Minorum S. Theol. humilem Profeſſorem anno Dom. 1413.*

Celebris memoria B. Raynaldus felix Archipræſul Ravennatis Eccleſiæ de partibus Lombardiæ civitate Mediolani traxit originem, qui cum adhuc juvenis adoleſcens apud parentes exiſteret, illis exhortantibus jam grammaticali doctrina ſufficienter imbutus iter ad ſcholas ſcientiæ avidus ſolerti animo ſulcans, liberalium vero artium mediocriter peritus effectus eſt: cum autem huic jam præmiſſo fundamento culmen ſapientiæ jam allectus addere concupiſceret, quod non niſi purgatis mentibus plenè conceditur; vana quæque hujus ſæculi toto corde reſpuens, ſenſualitatis impetus rationis fræno compeſcens, cœlibem vitam ducere ferventer incœpit. Quam ut aptius perſeverando perficeret, Divini luminis radio tactus intrinſecus, cœli captus amore, omniſque parentum affinium carnis immemor, totum reliquit & ſæculum, & Chriſtum intra mentis ſuæ ubera ut myrrhæ faſciculum dulciter amplexus, qui eſt recta via,

clara

Digitized by Google

clara veritas, & vivens vita. Religioſus Clericus effectus eſt, in qua quidem Religione fidei ſcutum aſſumens, Chriſtique ferventer ſectando veſtigia adeo ſtringere ſtuduit nexum charitatis in Deum, ut nihil ſcire cuperet, niſi cum Apoſtolo Jeſum Chriſtum crucifixum, cujus amore, & proximum in omnibus non minus ſeipſo viſceroſius diligebat. Factus autem Chriſti verus amulator, cujus amor nunquam otioſus eſt, anhelans fructum centuplum percipere, vineam Domini Sabaoth omni cum diligentia laborare ſatagebat; vacabat enim tribus toto niſu. Primo namque divino cultui ſolers diligenter inſiſtebat, nam ſacra fideliter intuebatur, agebat reverenter, devotiſſime miniſtrabat. Tanta etiam voluptate ſua devota mentis orabat, ut divinæ contemplationis dulcedine orando in Deum videretur abſorptus.

Ad omnes equidem horas Canonicas primus accedebat, recedebat ultimus, ſollicitabat & cæteros, & in hoc ſuus potiſſimè offendebatur aſpectus; ſiquidem omiſſionis, aut negligentia, aut diſſolutionis, aut interruptionis illicitæ, aut vanitatis, aut quovis modo mentis inanis ſubtractionis ab officio, dum orationes, & pſalmodiæ perſolverentur, in aliquo perpendiſſet. Jubente autem Deo, qui ut ſervos ſuos vehementer animet ad meliora, nonnullis interdum ſpiritualium conſolationum donis de æterno cæli præmio eis præbet certitudinem, contigit ſemel ut cum Matutinum Dominicale cum cæteris Clericis devotè celebraſſet in nocte, remanſit in Eccleſia, & cum ſancta Dei verba, quæ in Chriſto orando protulerat, mentis ruminaret epilogo, viſus eſt ſibi quod unum verſum, vel unum verbum, abſque devotionis guſtu protulerit, aut ſine firmitate attentionis in Deum; verens vir Dei ne dictum Matutinum cælo non eſſet oblatum, ipſum reincœpit à capite, & iterum maxima cum devotione, ac fervore ſpiritus perſolvit. Quo perfecto, quoniam ex longo orationis protractu ibi diu ſteterat, jam enim eluceſcebat aurora, accedens ad humilem lectum, paululum obdormivit. Eoque dormiente apparuit ei in viſu Dominus in habitu Regali, paternali tamen aſpectu cum Angelorum ingenti caterva, qui propriis manibus cibum pro prandio in portiones dividens ſingulas ſingulis Clericis, qui ea nocte ſacrum Matutinum celebraverant in Eccleſia, videbatur porrigere; ſed viro Dei Raynaldo portionem exhibebat duplicem dicens. Binam habe mercedem eo quod orationem duplicem effudiſti. Expergefactus igitur homo Dei Raynaldus egit gratias Deo ex facta ſibi revelatione, cognoſcens non dubiè clementem Deum fidelem ejus orationem miſericorditer acceptaſſe, multoque ſollicitior, ac promptior factus eſt ad Divinas laudes, atque orationis ſtudium indefeſſum. Exiſtimabat enim plura divinæ mentis arcana noſſe, ſacrarumque litterarum limpidius profunda ſcrutari ſanctæ orationis, atque devotionis ſtudio, quam humano exercitio, aut doctrina humanitus acquiſita. Secundo ſolers, & indefeſſus promptitudine nimia in proximorum indigentias charitatis exercebat officia. Tertiò ſacræ Scripturæ, Sanctorumque doctrinæ otiabatur ex intimis. Et quidquid divinæ legis, aut naturalis diſciplinæ animo ſemel injecerat, tenaciter imprimebat memoriæ.

Quia non fruſtra mentalis attentionis percipiebat auditu, quod continuo devotionis ruminabat affectu. Iis itaque adeo alliciebatur ſervus Dei Raynaldus, ut nil temporalium rerum mundi ſpretor appeteret, niſi quantum & vix corpuſculi neceſſitas exigebat. Et tanta intentionis rectitudine utebatur in omnibus, ut quidquid pietatis, & juſtitiæ protendebat in effectibus, vehementius utroque operabatur affectu, ſtudens efficaciter innocentem, & ab omni labe purgatam animam Deo cuſtodire. Rigidus quoque in diſciplina jugiter ſuper ſui cuſtodiam ſtabat pervigil, curam permaximam gerens de utriuſque hominis puritate, & caſtitate ſervanda. Non enim indulgebat jejuniis, vigiliis, & cæteris corporis auſteritatibus quamplurimis, ut caſtigata carne nulla eſſet rebellio contra rationem, & animam, & in omni bello adverſus ſpiritum miles victor exiſteret. Quem non extollebat magnitudo revelationum, aut virtutis incrementum, quin immo ſe miſerrimum judicabat inter cæteros, omneſque ſibi dignitate præferebat, & loco, & actu humilem præbebat famulatum,

A *& ne corporis gravedine devota anima ſopiretur virtutis exercitium, aut pigreſceret ſpiritus; inimicus epularum, ſui compos ſobrius exiſtebat, & ſic perſeveranter curſum ſanctæ vitæ nitebatur perficere, quem acceperat. Tandem felix homo Raynaldus, cum Sacerdotii fuiſſet inſignitus charactere, ſimplicior, ac rectior, longeque virtutibus claruit inſignior, qui ſanctior factus ſe intenſiori ſpernens humilitate indigniorem ſe laudibus hominum, divinaque gratiæ muneribus exiſtimabat. Et crebro illuſus ab improbis, gaudens Domino decantabat dicens: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Quia ſuperbis reſiſtis, humilibus autem das gratiam. Itaque etiam per civitates, & terras honeſta habitus forma, vilique panno contextus ſe ad pauperum, ac debilium præbens obſequia, credens firmiter humilitatis, graduque virtutum divina, ſuper eum facta manu ſublime pandi Cælum. Erat tantus Chriſti Sacerdos, tam ſimplex, verus, & rectus, ejuſque vita tam ſine mendacio, ut quidquid lingua di-*
B *ceret, aut geſtu protenderet, auctoritati quaſi par videretur Evangelicæ. Potiſſimè autem orthodoxam Dei veritatem tam ferventer aſſerebat, totque approbabat virtutibus, quod quæ ſperamus non viſa, ſibi manifeſta judicabantur à plurimis. Quamobrem infideles provocabat, & inducebat ad fidem, & Chriſtianos debiles confirmabat in fide. Ignibus namque ſe non verebatur exponere, ut fidei Catholicæ veritatem approbaret, & tandem firmius ſperans, quæ majori fide credebat. Factus Sacerdos interiori affectu paupertatem Evangelicam pro divitiarum theſauro poſſedit, mundi contemptor, Cæli mercator effectus, attendens verbum Salvatoris, qui dicebat, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum. Præter victum, & eum valde parcum, & veſtitum humilem, nihil horum volebat, lætior indigentia, quam terrenarum affluentia rerum. Interrogatus ſemel cur tanta gauderet inopia, & ſperneret mundi quæque, reſpondit; paupertate gaudeo, ut divitiis fruar, omnia negligo, ut cuncta poſſideam; omnia enim mihi Chriſtus eſt, quem*
C *ſi adeptus fuero, ſortitus ero feliciter univerſa. Et cum regula vitæ ordo ſit, & pulchritudo ſanctitatis, Beatus hic Sacerdos nil curioſum, nil ſæculare, nil inhoneſtum, nil præter ordinem debitum in ſe patiebatur, quovis modo, ſed totus Religioſus in omnibus Sacerdotalis regulæ juxta ordinem ſanctorum Patrum erat ad plenum perfectus obſervator. Studio vero ſacrarum litterarum, & ſanctorum Patrum dogmatibus vacabat enixius, ut divinæ legis documenta, & fidei articulos eminentius poſſet & ignorantes docere proximos, & fidei impugnatores expugnare. Quo ſacræ doctrinæ valde peritus extitit. Verùm quoniam turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum, & cujus vita deſpicitur, reſtat ut etiam prædicatio contemnatur. Ideo vir Dei Raynaldus Chriſti fervens imitator, qui cœpit facere, & docere, nihil docebat alios lingua, calamo, vel doctrina, quod prius ipſe non fuiſſet expertus in vita, & qui alios facere bonos moliebatur, omnium ipſe optimus erat, tam utique ſolers animarum ſaluti, ac ſi omnes, ut in Chriſto filios quotidie peperiſſet. O vere felix Sacerdos, qui*
D *hæreditatem Domini tam immaculatam integraliter conſervavit, qui gratiſſimus Deo, mundo fuit norma, & ſpeculum omnimodæ ſanctitatis. Cumque ejus virtutes, merita, fama diffunderentur in orbe, & maxima reverentia & eximiæ reputationis exiſteret apud omnes, accidit ut tunc Archiepiſcopus Ravennatis Eccleſiæ decederet; Congregatis igitur Canonicis, cæteriſque Clericis, & populo ad electionem novi ejuſdem Sedis Archipræſulis, nullus dignior eligi ſervo Dei Raynaldo eis viſum eſt: cumque diſcrepante electorum nemine, omnique ſuadente populo, Canonici unanimiter elegerunt. Devotus vero Raynaldus, qui ſuper humilitatis virtutem ſtuduerat fundare ſe ipſum, & ut ſapiens architector fundamenta prius jacere gratia Chriſti didicerat, ſpretus apud ſe, ſibique viloſcens, ſui prælationem abhorrens, cæteris miniſtrare potius, quam ſibi ab aliis miniſtrari deſiderans, electioni præfatæ nullatenus acquievit, cui ex corde renuncians coram omnibus ne obſecrantium urgeretur, vel ſaltem*

ſeni-

infeſtaretur inſtantiis, in ſecretiori loco abſcondit ſe, diuque latuit. Nihilominus deliberatione totius Capituli, & populi exhortatione miſerunt Canonici ad Summum Pontificem pro confirmatione electionis jam factæ. Qui felicis Raynaldi vitæ ſanctæ audita fama, omnique humilitatis eximiæ, ac ſuarum multiplicium virtutum vera informatione ſuſcepta, ſtatim & libenter ipſum in Archipræſulem Ravennatis Eccleſiæ confirmavit. Sibi quoque præceptum deſtinavit in ſcriptis, injungens per obedientiam ſalutarem, & in virtute Spiritus ſancti quatenus pro animarum ſalute paſtoratus Eccleſiæ prædictæ in Chriſto laborem aſſumeret. Humilis verò Raynaldus jam repertus à Clericis, & jam patens omnibus, qui diutius latuerat, præceptum Summi Pontificis reverenter accipiens obedientiæ jugo colla tetendit, & ſedem Archiepiſcopatus aſcendens non tantum, ut præeſſet, quantum ut prodeſſet, prælationem aſſumpſit. Et quamquam omnem ambitionis gradum abjecerat, non cari pendens præſidentiam, operabatur nihilominus diligenti miniſterio, ut pius paſtor ſollicitam gerens in Domino de ovibus ſibi commiſſis ipſi omnium Paſtori Deo humilitatis merito famulari.

Prudens igitur Paſtor volens prælationis officium in Dei laudem juſtè, & optime pro viribus exequi, in ſalutem omnium, tanquam in finem optimum fixit intuitum, ad quem ut eos feliciter dirigeret, vitæ Regulam, atque morum honeſtatem in Clericis ſtuduit obſervari jugiter vigil, & ſolers ipſorum Clericorum, maximè Sacerdotum & ſui utriuſque hominis ſcilicet interioris, & exterioris cuſtodire puritatem. Erat nempè in reprehenſione delinquentium rigidus, & diſcretus, in punitione juſtus, & miſericors, in admonitione ſollicitus, in doctrina promptiſſimus, bonorum acceptor, malorum correptor, cunctiſque ſpeculum & exemplar omnimodæ ſanctitatis, adeo ut plures boni fierent ejus exemplo, quam doctrina. Si autem Clericorum quempiam reperiſſet incorrigibilem, ſtatim expellebat à conſortio, ne morbida facta pecus totum fœdaret ovile. Æmulabatur tamen in Chriſto omnes, viſceroſius affectans eos non minus ſe Chriſto Domino feliciter innodari. Et plura ſibi bonus pater dimittebat incommoda, ut in Chriſto dilecti filii commode licet ſancte viverent. Demum liberalis Præſul de bonis Domini, quorum diſpenſator erat, nimia pietate, atque teneritudine velut ad exemplar Chriſti movebatur ad pauperes, quibus erat ipſe in eleemoſynarum exhibitione largiſſimus, nulli negans ſibi poſſibile quidquam, qui petendo divinum allegabat amorem.

Subveniebat incarceratis, viſitabat infirmos, fovebat egenos, cunctiſque indigentibus ſecundum exigentiam, & pro poſſe neceſſaria miniſtrabat. Denique ſemper aut crebro dum eſſet in menſa, pauperum Chriſti memor proprium inciſorium fultum carnibus, aut piſcibus eis diſtribuendum mittebat, volens ſolo pane, quam Chriſti pauperes fame cruciari. Interdum cum per Eccleſiam incederet multis egenis, parvulis, atque provectis, qui ad eum ipſius fama pietatis convenerant eleemoſynam accepturi, ſingulos denarios ſingulis porrigebat.

Erat quidem dulcis Paſtor, cunctis affabilis, & in converſatione benignus; dum enim devoti ſubditi jucundum ejus cum maturitate chariſſimum intuebantur vultum, nimia voluptate præſentia tanti patris fruebantur in Domino. Quam ob cauſam tanta inſpecta benignitate nullus ad eum verebatur accedere pro gratia impetrationis deſperata.

In omnibus autem adeo temperatus erat, ut nec crapula, nec ira, nec amor, non turbatio aliquatenus limites tranſiret regulatæ rationis. Virilis autem erat, & conſtans, nullum terribile verens pro agenda juſtitia, atque defenſione virtutis, & circa quantumcunque difficilia conſtantiſſime perſeverans. Scientificus quippe erat, & omnis facultatis peritia pollebat clariſſime, ut ſupra dixi. Verum tamen exercitatione continua, & otio ſtudii ſollicito illuſtrante gratia Dei, ſcientiam quotidie addebat ſcientiæ, cupiens fidelium communitati proficere Chriſti amore, à quo ipſe gratis acceperat, animum vertit ad proximos, & fidelium animarum ſalutem ex corde deſiderans, ut Chriſtianus populus cœlum intenderet, Chriſti imitandi vexillum, fidem, charitatem, & ſpem, virtutes quoque morales prædicatione publica, necnon privata exhor-

A tatione hominum cordibus nitebatur imprimere, ab eiſque cuncta removere vitia. Cujus ſermo fidelis, ſimplex, devotus, & clarus eximium Eccleſiæ, Chriſti animarum fructum attulit. Eo enim converſi ſunt quidam involuti diverſorum criminum generibus, ad bene vivendum quam plurimi. Et ut à piiſſimo Deo ejus verbi approbaretur devota ſimplicitas, ſemel dum in quadam villa prædicaret juxta Padum, quæ vocatur ab incolis Foſſa putrida, & ranarum multitudo importuno gemitu viri Dei ſermonem confunderet, auditumque impediret adſtantium, confiſus in Domino præcepit ranis quod tacerent: quæ felicis viri Raynaldi tanquam Dei obtemperantes juſſui, ac ſi fuiſſent rationales creaturæ mandati capaces illico tacuerunt. Quod miraculum cernentes populi ſtupore grandi repleti ſunt. Quoniam diſcretis viris maxime perſpicacibus non minus erat hoc miraculum, quam rectificare claudum ſolo verbo, aut cæcum illuminare, & ob hoc erga beatum virum Raynaldum multo majori devotione repleti in prædicatione ipſius viri ſimplicis, & ſervi Dei fidelius, B ac devotius ſtabant attenti. Poſtremo ſtrenuus Chriſtianus miles, atque fidelis Deo Raynaldus jam morti proximus, quam revelatione divina præſcivit, ad eccleſiam Cathedralem convocavit populum, & omnium virtutum admonitione longa, & utili præmiſſa, in qua quidem multa eis futura prædixit, omnes præcipue exhortatus eſt ad mutuam charitatem, & pacem, deinde Clericos, & maximè Canonicos ſeorſum habuit, quibus primo facto doctrinali ſermone, ut debitam Clericis honeſtatem ſervarent, ſuam paternalem benedictionem exhibuit eis promittens vitam æternam, ſi ſervaturi eſſent, quæ ipſe Pater edocebat. Et poſt aliquandiu patienter toleratam ægritudinem, hujus vitæ mortalis victor conſumans agonem ſanctum ſpiritum Deo reddens, ejus felix anima tranſvolavit ad aſtra, cujus triumphum in Cœlis, & gloriam, ut benignus Deus ſæculo patefeceret, ejus ſtatim famam multiplicibus authenticis, ſignis ex fide dignis, approbatis teſtibus inſignivit, quorum aliqua hic infraſcripta ſunt.

Miraculum primum.

C Quidam honorabilis vir civis Ravennæ, atque legum Doctor egregius nomine Dominus Jacobus Benincaſa longo tractu temporis fuit gravamine podagra oppreſſus, quem ipſa podagra noviter, & acerbius ſuperveniens tam graviter moleſtabat, quod quaſi anhelare non poterat, nec à ſeſſione exurgere, & nimio vexabatur dolore. Cumque continuè intenderetur dolor, & augeretur infirmitas, longo tempore paſſus, fidei devotione, ac toto mentis affectu B. Raynaldo ſe recommendans humiliter, quod pro eo ſanctis precibus interceaeus ad Dominum, ſuæ liberationis gratiam impetraret, vovens ipſius ſancti tumulum impetrata gratia viſitare cum luminibus candelarum, & oblatione ſtatuæ cereæ, & toto tempore vitæ ſuæ diem, ſeu vigiliam ejus obitus jejunare, qui uſque ad mediam noctem in oratione perſeverans ſuppliciter, die ſequenti fuit totaliter à podagra, & à multis aliis corporis paſſionibus liberatus.

Miraculum ſecundum.

Quidam civis Ravennas Carpentarius, & murator optimus nomine Joannes Gardus, tam gravi capitis do-D lore gravabatur, quod lumen oculorum ex vehementi dolore videbatur amittere, qui magna devotione, firma ſpe, ac pleniore fiducia ſe interceſſionibus ad Dominum B. Raynaldi ſuppliciter commendavit; ſeque voto ferventer aſtringens, quod ei ſanitate præſtita ſepulchrum ſupradicti Archipræſulis cum candelis accenſis, & oblatione capitis cerei viſitaret humiliter. Quibus oratione, & voto peractis dictus Joannes liberationis gratiam meruit obtinere.

Miraculum tertium.

Quædam mulier nomine Bagnoleſa de foro Pompilio, habitatrix tamen civitatis Ravennæ, cum in pede ſiniſtro infirmitatem pateretur graviſſimam, adeo ut ſine baculo ſuſtentante ire non poſſet, & præ nimio dolore quaſi nunquam quieſcere poſſe, confidens in precibus, & ſubſidio B. Patris Raynaldi ſe ſibi pro recuperandæ ſanitatis impetranda gratia devotiſſimè commendavit, promittens ſe viſitaturam tumulum ejus, cum candelis accenſis, & oblatione pedis cerei obtenta gratia

A

fiſtulata, quæ emiſſo voto ſanitati priſtinæ repentè reſtituta eſt.

Miraculum quartum.

Quidam civis Ravennas nomine Primus, febrem tertianam patiebatur tam graviter, quod jam putabat ſibi mortis imminere periculum, confiſus in meritis, & orationibus glorioſi Raynaldi pro liberatione recommendavit ſe ſibi fideliter promittens ejus viſitare ſepulchrū cum candelis accenſis, & oblatione unius ſtatuæ cereæ. Qui ſtatim emiſſo voto liberatus fuit à febribus antedictis.

Miraculum quintum.

Quædam mulier nomine Blonda de Comitatu Ravennæ vexabatur à Dæmonio, quæ per ſuos affines ad ſepulchrum B. Raynaldi violenter ducta, cumque ibi per aliquas horas ſtetiſſet à circumſtantibus fuſa oratione pro ipſa ad dictum Sanctum, à Deo fuit pleniſſimè liberata.

Miraculum ſextum.

B

Quædam Monialis nomine Thomaſina de Lambardanis de Ravenna, erat paralytica, cujus membra omnia valde tremebant, quæ intolerabilibus diu cruciata doloribus, diffiſaque à Medicis plus de morte ſpectabat, quam de vita. Cumque ad preces S. Raynaldi recurſum haberet, vovens humiliter ſe viſitaturam ſepulchrum ejus, cum candelis accenſis, ac reverentia debita, gratia clementis Dei, & meritis felicis Archipræſulis ſupradicti ſanitati priſtinæ reſtituta eſt.

Miraculum ſeptimum.

Quidam nomine Angelus de Comitatu Forlivii, qui ſpatio quinque menſium tam graviter cruciabatur per totam perſonam podagrarum dolore, quod vociferabat quotidie, nec ſine fulcris ambulare poterat; qui B. Raynaldi humiliter implorans auxilium cum promiſſione viſitandi ſepulchrum ejus, atque afferendi candelam accenſam, ſtatim fuit divina ope liberatus.

Miraculum octavum.

C

Quidam nomine Petruccius de Comitatu Ravennæ, & uxor ejus Altemilia nomine, unicum habebant filium, cui nomen erat Bernardus, qui ſuperveniente ſibi quadam infirmitate graviſſima adeo clauſum eſt ſibi guttur, quod nec vinum, nec lac, nec aliquid aliud deglutire poterat, ob quod diffidentibus Medicis, nihil proficientibus remediis adhibitis potius cum moriturum ſperabant, quam victurum; verum tamen memores admirandæ ſanctitatis viri Dei Raynaldi, ad ipſum pro impetranda gratia a Deo pro liberatione filii plena cucurrerunt fiducia, eum deprecantes humiliter, & devotè, quatenus pro eorum filio ad Dominum intercederet, voventeſque ejus viſitare ſepulchrum cum candelis accenſis obtenta gratia. Quorum oratione perfecta, fuit puer eorum filius ab illa atrociſſima ægritudine liberatus.

Miraculum nonum.

D

Quædam mulier nomine Jacobina de civitate Ravennæ ex ingenti vexatione Dæmonum, qui eam atrociter invaſerant tam acerbe cruciabatur, fremitu, doloribus, & tremore, quod nulla ſibi aderat, loquendi, eundi, aut ſtandi facultas; vir autem ejus, & mater amicorum conſilio, aliorumque liberatorum exemplo dictam juvenem ſic vexatam adduxerunt ad tumulum Beati, ſperantes firmiter ipſam ipſius ſancti Archiepiſcopi meritis liberandam, & precibus, quorum à Deo devotione ſuſcepta ipſa mulier totaliter liberata eſt.

Miraculum decimum.

Quidam Nicolaus nomine de Alemania manu attractus ſiniſtra duobus menſibus aperiendi, aut claudendi illam manum, aut ſe juvandi cum ea poteſtatem non habuit, qui B. Raynaldo ſe devotè recommendans, meritis ejuſdem ſancti à Deo extitit liberatus.

Miraculum undecimum.

Quidam nomine Antoneolus de Bononia vulneratus graviter in gutture à quodam Ravennate, cum quo rixam habuerat, mors potius ſperabat, quam vivere; qui diffiſus, & derelictus à medicis ſe ſancto Archiepiſcopo recommendans in paucis diebus liberatus extitit.

Miraculum duodecimum.

Quædam mulier Adalatia nomine, capitis, & dentium intolerabili cruciata dolore pro liberationis ſuæ acquirenda gratia ad S. Raynaldum habuit cum devotione recurſum, quæ exaudita ſanitatem habuit meritis, & interceſſione Pontificis antedicti.


Hæc & alia quam plura miracula, quæ hic cauſa brevitatis notare non curavi fecit, Omnipotens Deus meritis, & interceſſione glorioſi Archiepiſcopi Raynaldi, quæ diffuſim, & authenticè ſcripta ſunt per manum publici Tabellionis, & approbata teſtibus fide dignis in quodam quinterno exiſtente in chartilogio Eccleſiæ Ravennatis, de quo extraxi, & ſic ad brevitatem hæc pauca deduxi, quæ hic annotata ſufficiant ad approbationem prædicti ſancti Pontificis, quibus oſtenditur indubiè quantum ipſe gratus fuerit in vita præſenti, glorioſus, & ſublimis exiſtat in Cœlo. Deo gratias, Amen.

Raynaldi meminit Ferrarius in catalogo Ital. ſanctorum, Bzovius in Annal. eccleſiaſticis, & alii. Ejus vitam ſcripſit, ediditque nuper eruditus Franciſcus Maria Turrigius. Poſt hujus beati viri exceſſum, Ravennatis ſedis fere duorum annorum interregnum fuit. Etenim cum clerus Paſtorem ſibi delegiſſet Raynaldum Polentanum Ravennatem, ejuſdem ſedis Archidiaconum, illiuſque electionem Joannes XXII. Pontifex non probaſſet, ejus Eccleſiæ adminiſtratio rediit ad capitulum, donec idem Pontifex eundem viduatæ Eccleſiæ paſtorem attribuit.

93. AYMERICUS de caſtro Lucii Gallus, Archidiaconus Turonenſis, provinciæque Æmiliæ Rector, a Joanne XXII. renunciatus eſt ann. 1322. cui Eccleſiæ præfuit annos decem, translatuſque deinde eſt ad Epiſcopatum Carnotenſem in Galliis ann. 1332. ac paulo poſt Cardinalitia purpura ſub titulo S. Martini in Montibus nobilitatus. LXXVIII

94. (1) VIDO Albaiſius Regienſis civis, & Epiſcopus antea Tripolitanus, Archiepiſcopus effectus eſt 1332. vir plane nobilis, probatiſque moribus ſpectabilis; ſed cum jam graviori ſenio premeretur, Bononiæ defunctus eſt inſecuto anno, menſe Septembri, tumulatuſque eſt apud S. Franciſcum. LXXIX

95. FRANCISCUS Michaelius nobilis Venetus ad eandem ſedem pervenit ex electione cleri, atque à Benedicto XII. ſummo Pontifice confirmatus 1334. Cujus Archiepiſcopatus præſens iniit poſſeſſionem 1335. XVIII. Kal. Septembris. Hic quamplura loca ſuæ Eccleſiæ ab aliis iniquo jure uſurpata recuperavit: anno deinde 1342. translatus eſt ad Archiepiſcopatum Cretenſem, deinde etiam Patraſſenſi nobilitatus eſt. XC




96. NICOLAUS Canalius Venetus a Bergomas Epiſcopus deſignatus, a Clemente VI. Archiepiſcopus pronunciatus eſt 1342. cui cum Nicolai præclaræ admodum probarentur virtutes, eundem etiam cum Petro Epiſcopo Aſturicenſi ad Britanniæ XCI.

a Vide ... doinum ... Cracon ... 1. p. 414.

(1) Cum Joannes XXII. intellexiſſet Archiepiſcopum Cretenſem obiiſſe, ad illam Cathedram deſtinavit Alexandrum à s. Elpidio, natione Umbrum Ord. s. Auguſtini Priorem generalem. At cum denuo acceſſiſſet Archiepiſcopum in humanis agere, eum ad inſignem inſulam Molphetenſem tunc vacantem duxit. Hoc fere omnes ſcriptores de noſtro Alexandro pertractantes non ignovere: ideoque Archiepiſcopum Ravennatem, vel Amalphitanum incongrue pronunciarunt. Solus Torelius hanc veritatem ab antiquo Reg. Romanæ Provinciæ extraxit. Aſſertio dicti Regeſti eſt: *Poſt hæc per Sr. DD. Joannem ſummum Pont. electus eſt in Archiepiſcopum Cretenſem, ſed poſt paucos dies inventum eſt, quod ſupradictus Archiepiſcopus vivebat, et per eundem s. Patrem proviſus eſt ei de Epiſcopatu Molfetano, et per paucos menſes vivens Epiſcopus diem clauſit.* Gandulphus in diſſert. hiſt. de aeo. Scrip. Auguſt. pag. 41.

Digitized by Google

niæ Regem legavit, ut inter ipſum, Regemque Gallorum poſt diutinum bellum pax demum coiret; cumque munere legationis functus rediret, Avenionique demoraretur, ad Archiepiſcopatum Patraſſenſem translatus eſt an. 1347. A



B


XCII. 97. Fr. FORTUNERIUS Vaſellius Gallus, Ordinis Minorum Generalis Magiſter, Archiepiſcopus Ravennatium adlectus eſt 1347. IX. Kal. Novembris; vir longe doctiſſimus, cujuſque doctrinæ fama totum propemodum pervaſerat orbem. Inde etiam factus eſt Patriarcha Gradenſis, Ravennatiſque Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator ann. 1355. Januenſes cum Venetis junxit. Deinde etiam purpura Senatoria ab Innocentio VI. decoratus eſt an. 1361. cumque properanter Avenionem proficiſci voluiſſet, graviſſimo morbo repente tentatus ſubſtitit Patavii, ubi menſe Septembri ejuſdem anni importuno fato oppreſſus deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Antonium, non ſine mœrore Pontificis, totiuſque aulæ Romanæ. Facunde enim, docteque multa perſcripſerat. Conſule familiarem meum VVaddingum in tom. 3. Annal. Ord. Minor. ubi de eo multa narravit.

XCIII 98. PETROCHINUS Caſaleſcus a Ferrarienſis, Monachus S. Bartholomæi extra muros ex Ordine S. Benedicti, S. Cypriani Murani Abbas effectus eſt, ubi ſumma cum laude prudentiæ onus illud ſuſtinuit. Inde Epiſcopus Torcellenſis renunciatus eſt a Clemente VI. cum per id tempus Æmiliam frænaret, mox etiam Ravennati throno nobilitatus ann. 1362. ſub Innocentio VI. à quo etiam ornatus pallio eſt, cui etiam Purpuram deſtinaverat ob egregias animi dotes, niſi importuna morte fuiſſet præreptus 1369. dum Ravennæ jam factus ſenex Eccleſiam ſuam adminiſtraret. C

a Hunc Petrocinum de Caſclechio, PatriaqueBononienſem dicit Alidoſius de Epiſ. Bonon. p. 32. Vide Libanorium in Ferr. aurea p. 18. par. 2. Manuſ.

XCIV. 99. PILEUS de Prata Forojulienſis, ex Concordia civitate, ex Comitibus Pratæ, Patavinus antea Epiſcopus, ad Archiepiſcopatum Ravennatem translatus eſt 1370. anno vero 1378. ab Urbano VI. ad purpuram vocatus eſt, ſub titulo S. Praxedis, declaratuſque legatus ad VVinceslaum Bohemiæ Regem deſignatum Imperatorem, ut omnem illam provinciam veri Pontificis contra Antipapam Clementem ſubjugaret Imperio. Conatus etiam eſt Carolum Neapolitanum Regem cum eodem Urbano jungere fœdere, tametſi incaſſum ceciderit conatus: quin cum Urbano veniſſet in ſuſpicionem parum ſinceri conſilii, ab eodem tentus, Januamque perductus, Pontificiam Pileus fefellit cuſtodiam, elapſuſque cum Galeotto Petramala Cardinali, Avenionem ad Antipapam Clementem profectus eſt, ab eoque perhumaniter acceptus, ampliſſimis Eccleſiaſticis redditibus ditatus eſt, inſignituſque titulo S. Priſcæ contra eundem Urbanum, qui illum Senatoria purpura privaverat, Ravennæque Archiepiſcopatu, legationis munere in Italia fungebatur. Militarium ſpirituum Pileus erat, cumque bellicoſum ingenium acueret indignatio, Urbano vero Pontifici plures Italiæ civitates ademit, quo demum mortuo, cum novo Pontifice Bonifacio IX. rediit in gratiam, interventu quorumdam Cardinalium, cui cum reſtituiſſet Viterbium, montem Flaconem, Narnienſemque, ac Spoletinam arces, ipſe etiam iterum aſſecutus eſt Cardinalitiam purpuram, ac Epiſcopus Tuſculanus declaratus 1391. cum legatione Piceni, Umbriæ, atque Æmiliæ. Vixit uſque ad ann. 1401. Pataviique deceſſit, ubi collegium fundaverat, cui Partenſis fecere cognomen, ſepultuſque eſt in cathedrali in pulcherrimo ſepulchro marmoreo, cum hoc epitaphio. D

Stirpe comes Pratæ, preclarus origine, multis
Dotibus inſignis, ſeclo celeberrimus, urbe
Defunctus; ſtatuit ſua ſic ſuprema voluntas.
Hac Cardinalis Pileus tumulatur in urna.



100. COSMATUS Melioratus a Sulmona, diaconus, ac Præpoſitus Valvæ, Ravennatium Præſul adlectus eſt 1387. Non. Decembris, cum Pileus ab Urbano VI. fuiſſet deturbatus è ſede, atque a Bonifacio IX. dictus presbyter Cardinalis S. Crucis in Hieruſalem, perpetuuſque Ravennæ adminiſtrator: eo autem munere functus eſt uſque ad annum 1400. cum annuente Bonifacio libens, volenſque eo abiiſſet. Bonifacio IX. defuncto ſuffectus eſt ſummus Pontifex ſub nomine Innocentii VII. cui vicariam operam præſtitit Theobaldus Epiſcopus Bertinorii. XCV.

101. JOANNES Melioratus, Coſmati nepos, filiuſque Nicolai, patruo ſucceſſit ann. 1400. XVII. Kal. Octobris; anno vero 1405. a patruo jam Pontifice purpuram Senatoriam accepit, ad titulum S. Crucis in Hieruſalem, cum perpetua adminiſtratione Ravennatis Archiepiſcopatus. Comitiis Greg. XII. Alexandri V. Joanniſque XXIII. interfuit, ſub cujus Pontificatu Bononiæ deceſſit 1410. ſepultuſque apud S. Petrum cum hujuſmodi epitap. XCVI

Joanni Meliorato Sulmonenſi Innocentii VII. Papæ Nepoti S.R.E. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem Archiepiſcopo Ravennati XVII. Kal. Novembris M.CCCC.X. E vivorum numero ſublato.



102. THOMAS Perendulus b Ferrariæ natus, è Florentina urbe oriundus, celebris Juris Conſultus, Ferrarienſis canonicus, Archiepiſcopus adlectus eſt 1411. IV. Non. Januarii à Joanne XXIII. ſummo Pontifice. Laudatiſſimus in ea dignitate vi- XCVII.

b De hoc Superbus de viris illuſ. Ferrar.

xit annos triginta ſupra quatuor. Deceſsitque Ferrariæ 1445. ſepultuſque eſt apud S. Dominicum ſupra portam ſacrarii in marmoreo ſepulchro cum epitaphio ſequenti.

p.1.pag.13. & Libanorius in Ferr.aurea p.1.pag.19 & p.3.pag.218. Mand.

Antiſtes celebris, gravis, ac fons juris obivit
Egregia de ſtirpe ſatus Perendola Thomas,
Quem domus alta tulit, qui Florentina propago
Extitit, & Præſul Ravennæ præſtitit almæ.
Italiæ ſplendor, decus, & memorabile ſedis
Defuit, & celſi non infima gloria Cleri.

XCVIII. 103 BARTHOLOMÆUS Roverella Ferrarienſis *a*, filius Joannis Rhodigini, Hadriæ antea Epiſcopus, ad Eccleſiam Ravennatem translatus eſt 1445. variæ, graveſque legationes, quas obivit feliciter, in cauſa fuerunt, cur vix præſens ſibi creditam adminiſtrarit Eccleſiam. Etenim legatione functus eſt in Sicilia, Britannia, atque Neapoli, ubi ſemper ſummæ prudentiæ expedivit conſilia. Beneventanis jus dixit tempore Pii II. à quo presbyter Cardinalis declaratus eſt ad titulum S. Clementis 1461. præfectuſque Eccleſiaſticis rebus, quas ſumma felicitate, facilitateque tractabat. Tres habuit fratres ſummæ exiſtimationis viros, Laurentium ſcilicet Epiſcopum Ferrarienſem, literis, legationibuſque longe clariſsimum, Nicolaum Generalem monachorum montis Oliveti, Floriumque equitem Hieroſolymitanum. Ferdinando Regi Neapolitano inſigne regni ſolemni ritu impoſuit. Romæ deceſsit 1476. ſepultuſque eſt in templo S. Clementis, cujus titulo fuerat Inſignitus, in pulcherrimo marmoreo ſepulchro cum ejuſmodi epit.

a Laudatur à Sanſovino de fam. illuſt. & à Libanorio loco cit. pag. 40-41. Mandoſ.

Hoc monumento clauditur, Urbi, doctis, & bonis omnibus deſideratiſſimus Bartholomæus Roverella ob ſuas animi dotes, ſingularemque fidem, & ſcientiam Eugenii IV. Pont. Max. Secretarius, & ab eodem Archiepiſcopus Ravennas, inde a Pio II. Pont. Max. tit. S. Clementis presb. Card. creatus, qui legationibus multis pace, & bello peractis, dum Sixti IV. Pont. Max. & Collegarum benevolentia, Principumque, ac Nationum plurimarum clientelis inſignis tranquillam, & conſiliis utilem ſexagenarius ætatem ageret, omni ſupellectile in familia remunerationem diſtribui juſſa. Roma obiit Anno ſalutis M. CCCC. LXXVI. VI. Non. Mart. Teſt. execut. Colliga.

XCIX 104. FILIASIUS Roverella, Bartholomæi nepos, Archiepiſcopus deſignatus, poſt mortem patrui in eam dignitatem ſucceſſit, vir notiſſimæ prudentiæ, ac nobiliorum diſciplinarum ſcientia clarus. Peruſinis, aliiſque Eccleſiaſticæ ditionis civitatibus incorrupte jus dixit; Ravennatem autem dignitatem tanta apud omnes collecta gratia ſuſtinuit, ut Cardinalem patruum videretur æquaſſe. Hanc ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1516. deinde tranquillioris vitæ percupidus, libens, volenſque eo munere ſe abdicavit X. annuente Leone. Cumque in collium Forolivianorum receſſibus ſe abdidiſſet, veræ philoſophiæ alumnus, & candidatus evolavit ad ſuperos 1526. cujus corpus deinde Ravennam delatum in medio Urſiano templo ſepulchrum accepit 9. Kal. Februarii, cum ſuperſtes fuiſſet ſupra unum octuaginta annos.



C. 105. NICOLAUS Fleſcus à Lavagnæ Comitibus, Januæ Cardinalis, hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1516. vita functus eſt Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis 1523. XVII. Kal. Januarii, de quo alibi plura narravimus.

* Nicolaus à Leone X. obtinuit confirmationem omnium privilegiorum à Pontificibus, Imperatoribus, Regibuſque Eccleſiæ Ravennatis indultorum, ac præcipue jus condendi monetas, & Hieronymus Rubeus in Ravennatenſi hiſtoria Nicolaum monetas cudiſſe commemorat. Porro Leonis diploma exſcriptum ab exemplari Eccleſiæ Ravennatenſis tabularii idem ſupra memoratus Hieronymus Fabri mihi tranſmiſit tenoris ſequentis.

* Ex Arch. Jom.

LEO EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Licet quæ per ſedem Apoſtolicam conceſſa perpetua debeant ſtabilitate gaudere, nonnunquam tamen Rom. Pont. illa approbat & innovat, ut eo firmiùs maneant inconcuſſa, quo ſæpius fuerint Apoſtolico ſtabilita præſidio, & deſuper alias providet prout in Domino proſpexerit ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod nos motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia auctoritate Apoſtolica tenore præſentium cudendi monetam, nec non quaſcunque alias etiam quantumcunque majores conceſſiones, donationes, & gratias, ac privilegia, & indulta quæcunque Eccleſiæ Ravennaten. cui dilectus filius noſter Nicolaus tit. s. Priſcæ Presbyter Card. de Fliſco ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, ejuſque Eccleſiæ Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti tam conjunctim, quam diviſim per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Imperatores, & Reges, ac Principes quoſcunque quomodolibet conceſſa, quorum omnium, necnon quarumcunque literarum, & ſcripturarum deſuper quomodolibet confectarum tenores præſentibus prò ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habemus, ipſaſque literas, & ſcripturas, & in eis contenta quæcunque etiam ſi in uſu non ſint, approbamus, & confirmamus, & de novo concedimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac ſi per quoſcunque tam ordinaria, quam delegata, ac mixta auctoritate fungentes Judices, & perſonas ubique judicari, cognoſci, atque decidi debeat, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, interpretandi, cognoſcendi, & decidendi facultate, necnon irritum, & inane quidquid ſecus à quocunque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Nec non venerab. fratribus noſtris Imolen. & Cervien. ac Ceſenaten. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, ſeu unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios auctoritate noſtra faciant præmiſſa omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari, illiſque Archiepiſcopum, & Eccleſiam prædictos pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos contra tenorem præſentium quomodolibet impediri, aut moleſtari. Contradictores quoslibet, ac rebelles per Eccleſiaſticas, & quaſcunque de quibus eis videbitur cenſuras, & pœnas, & alia juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus Fel. Rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, illa præſertim, qua cavetur, ne quis extra ſuam civitatem, vel diœceſim niſi in certis, & expreſſis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis in judicium evocetur. . . . . .
per judices à Sede prædicta deputan. extra civitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, nec alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, vel de duabus dietis in Concilio generali decreta, vel aliquibus conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quibus in dictis litteris conceſſum eſt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod moneta prædicta ſit liga per Cameram Apoſtolicam tam in urbe, quam in aliis Romanæ Eccleſiæ locis ordinata. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, reconceſſionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit


ind;

indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. A

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominicæ nicæ 1517. XIV. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno V.

CI. 106. PETRUS Accoltus Cardinalis S.Euſebii electus eſt Archiepiſcopus 1524. die 15. menſis Junii, quam ille dignitatem per duos menſes obtinuit, illamque cum Epiſcopatu Cremonenſi commutavit, quem per id tempus Benedictus nepos poſſederat. De Petro vide ſupra, quæ ſcripſimus in catalogo Epiſcoporum Anconæ in I. libro.


CII. 107. BENEDICTUS Accoltus Florentinus, origine autem Aretinus, ſuperioris Petri Cardinalis nepos, filius Michaelis, atque Lucretiæ, è nobiliſſima gente Alemannorum, Florentiæ natus eſt anno 1492. die 29. Octobris, Optimiſque diſciplinis excultus, Romanam aulam Cardinali patruo promovente, ſecutus eſt, atque ex Prothonotario Apoſtolico ſub Leone X. Epiſcopus Gaditanus renunciatus eſt, deinde etiam a VII. Clemente ad Cremonenſem Præſulatum promotus, indeque Ravennatium Archiepiſcopus adlectus 1524. die 28. menſis Auguſti, atque ab eodem Pontifice adhuc vivente patruo, presbyter Cardinalis creatus cum perpetua adminiſtratione Cremonæ, aliiſque redditibus eccleſiaſticis. Senſit autem mortuo Clemente & ipſe adverſam fortunam, ſiquidem Paulus III. qui ſucceſſerat, Pontifex in Adrianam molem illum cuſtodiendum conjecit, haud ſine priſcæ illius Benedicti exiſtimationis aliqua corruptela: inde cum evaſiſſet, Ravennam conceſſit, ubi inter literatos homines ad priſtina ſtudia rediit, quæ ægris plerumque animis præſentiſſimam medicinam facere ſolent, ut Sadoleti, Accoltique Benedicti hinc inde eruditiſſimæ tranſmiſſæ epiſtolæ abunde teſtantur. Deceſſit Benedictus Florentiæ 1549. ſepultuſque eſt apud S. Laurentium. Vir tum probitate morum, tum magnitudine animi, atque doctrina per omnia tempora clarus, ſed clarior etiam futurus, ni eas vel naturæ, vel artis dotes, una inverecundius ſe prodens incontinentia corrupiſſet. Suſtulit enim ex adulterio aliquos liberos, è quibus unus cum in caput Pii IV. Pontificis nefarie conſpiraſſet, ex cenſura judicum in furca propudioſe pependit.



CIII. 108. RAYNUTIUS Cardinalis Farneſius, nepos Pauli III. Pontificis, filius Petri Aloyſii Ducis Parmæ, frater autem Alexandri Farneſii Cardinalis Archiepiſcopatum Ravennatem obtinuit 1549. qui etiam fuit Archiepiſcopus Neapolitanus, Epiſcopus Bononienſis. Ravennatem autem adminiſtravit uſque ad annum 1563. de quo alibi vide plura.



109. JULIUS Roboreus Cardinalis Urbinas Umbriæ legatus, Epiſcopuſque Vicentiæ, ſedem Ravennatem obtinuit 1566. Hic provinciale concilium erexit, latiſque ſaluberrimis legibus, ad præſcriptum conciliorum Cleri mores compoſuit. Archiepiſcopale palatium magna ex parte inſtauravit, ac Theologicæ diſciplinæ promovendæ cenſum exhibuit. Fratres Capuccinos, Franciſcanum non ignobile germen, Ravennam introduxit. Magnitudinem animi, ac vere Principe dignam oſtentavit quam maximam, cum nobiliſſimæ quondam Ravennatis Eccleſiæ priſtinum illum ſplendorem reducere conaretur. Foroſempronii deceſſit anno 1578. 3. Non. Novembris; Ejus cadaver deinde Urbinum delatum, in S. Claræ templum tumulatum eſt. Vir ſane, quem nulla unquam ingrata mortalium funeret oblivio. CIV.



110. CHRISTOPHORUS Boncompagnus a, Boncompagni filius, nepotis Gregorii XIII. ſummi Pontif. fraterque Philippi Boncompagni, legum celebris doctor, quas diuturna mora Bononiæ, hoc eſt in patria ſua magno tum commodo, tum mortalium concurſu fuerat interpretatus, à patruo Archiepiſcopus adlectus eſt 1578. die 16. menſis Octobr. Cum laude hanc ille Eccleſiam rexit annos omnino 23. conatuſque eſt quam qui maxime Ravennatis Eccleſiæ priſtinum ſplendorem retinere, cum patruus Pontifex quatuor ab ea digniſſimos Epiſcopatus disjunxiſſet, quos novæ Metropolitanæ Bononienſi ſuffragari juſſit. Mortuus Ravennæ eſt anno 1603. die 3. menſis Octobris, ſepultuſque eſt in Metropolitana cum hoc epitaphio. CV.

a Hujus meminere Galeottus de viris illuſ. Bonon. par. 1. p. 16. & Alidoſius. Mandoſ.

D. O. M.

Chriſtophoro Boncompagno Bononien. Juris Utr. Conſult. Archiepiſcopo Ravennæ, qui cum jus civile in patriæ Gymnaſio docuiſſet, Anconæ moderator præfuit, Archiepiſcopatum, quem a Greg. XIII. Pont. Max. patruo acceperat, annos XXII. M. XI. D. VIII. preclare geſſit, Illius ædes numero auxit, & longe commodiores reddidit, templum pictura ornavit, ſacrarium inſigni ſacra veſte donavit, concilium provinciale habuit, multa religioſe inſtituit, provinciam Flaminiam annum

atque amplius Præſes cum laude rexit: In egentes pia loca perpetuo munificus. Vixit ann. LXV. M. X. D. VI. Obiit non abſque ingenti civitatis luctu An. ſal. M. DC. III. V. non. Oct. A

CVI. 111. PETRUS Aldobrandinus Florentinus, filius Petri, nepos Clementis VIII. Ravennatium Præſul à patruo adlectus eſt anno 1603. Hic antequam ſub patrui Pontificatu ad Purpuram perveniret, Advocatus conſiſtorialis fuit, Prothonotarius Apoſtolicus, Montis Adrianæ præfectus, SS. Vincentii, & Anaſtaſii Abbas ad tres Fontes, deinde roſeum Pileum aſſecutus, præfectus ſignaturæ Juſtitiæ renunciatus eſt, S. Eccleſiæ Camerarius, primus Ferrariæ legatus poſt exceſſum Ducis Alphonſi. Quem ille ducatum ne evaginato quidem gladio, nedum effuſo ſanguine, eccleſiaſticæ ditioni adjunxit. Nuptias Henrici IV. Magni Gallorum Regis, ac Mariæ Mediceæ Hetruriæ magnæ Principis tum Florentiæ, tum Lugduni benedixit anno 1600. eundemque Henricum cum Sabaudiæ Duce reconciliavit, nec multo antea inter eundem Henricum, ac B Hiſpaniarum Regem ratiſſimo nexu fœdus conjunxerat. Hic igitur renunciatus Ravennæ Archiepiſcopus, Eccleſiam ſibi creditam præſens adminiſtraturus, illò perrexit. Unde paulo poſt Comitia Leonis XI. ac Pauli V. Pontificum illum revocarunt. Cæterum cum deinde Paulum V. alioquin patrui alumnum experiretur adverſum, iterum Ravennam profectus eſt, cujus Eccleſiæ ingenti pietatis ſtudio adauxit cenſus, ſumptuoſo ſacello, pulcherrimoque exornavit, Ravennamque introduxit Clericos regulares. Itaque ubique & ſemper optimi, piique Paſtoris partes implevit, ut ejus laudes haud potuerit ſilentio involvere Baronius ipſe in ſuis Annalibus. Romæ autem trium Fontium ſacellum ad aquas Salvias à fundamentis erexit. In Carpineto vero Eccleſiam, monaſteriumque fratrum Franciſcanorum de obſervantia conſtruxit, inque monte Soraſte monachis Ciſtercienſibus ex congregatione Fulienſium antiquum quondam domicilium, elegantius reparatum præſtitit incolendum, commodiori adhibi- C to cenſu, qui numini die, noctuque inſervituris ſufficeret. S. Mariæ templum Transtyberim munificentiſſime refecit, nobili ſuperne inducto laqueario tanto principe digno, exornavitque diaconiam S. Nicolai in carcere Eratilli propemodum animus Regius, cui mira rurſus affabilitas colludebat, in difficillimis negociis infractus, ac promptus, quæ fere in Pontificatu patrui frequens viſa ſunt accidiſſe. Fato functus eſt Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis inſecuta nocte à Gregorii XV. creatione die X. menſis Februarii anno 1621. Siquidem aſtmate jam inde peſſime laborabat, contractaque ex itinere febricula, eo morbo tentatus, conſeſſorium ingreſſus eſt, egreſſuſque, ut ſupra diximus, ſtatim, & quaſi repente diſperiit. Apud S. Mariam ſupra Minervam ejus cadaver condidere prope Joannem patruum Cardinalem in perelegamti ſacello à Clemente conſtructo, ubi etiam Sylveſter nepos Cardinalis Aldobrandinus conquieſcit, laudatuſque eſt è ſuperiori loco D ab Tarquinio Angelo Gallutio Sabinenſi Jeſuita, cum ejuſdem ſolemnes inferiæ celebrarentur, ubi hoc epitaphium legebatur.

Petro Sabinenſi Epiſcopo Cardinali Aldobrandino S. R. E. Camerario, Archiepiſcopo Ravennati, magna apud Principes gratia, & auctoritate, perpetua animi æquitate, & conſtantia, domi, foriſque clariſſimo, Quartum legato, ſemper pio, liberali, magnifico Principi optimo Aldobrandina familia ſolemne funus, publicum amoris, doloriſque argumentum ſolvit iv. Kal. Junii M. DC. XXI.

Poſt obitum Petri Gregorius XV. Hippolytum Aldobrandinum ejuſdem nepotem diaconum Cardinalem creavit, & S. R. E. Camerarium, qui & ipſe die 19. menſ. Julii 1638. è vivis exemptus eſt, cumque eo Aldobrandina Clementina domus ſupremum funus accepit. Adeo rerum mortalium incertæ felicitatis ſunt; adeo fluxæ.



112 ALOYSIUS Caponius Florentinus, Ravennas Archiepiſcopus renunciatus eſt a Gregorio XV. anno 1621. die 3. menſis Martii. Parentes eximiæ nobilitatis habuit Franciſcum Caponium, & Ludovicam Machiavellam. Cum eſſet Abbas ſecularis, ac nobiliſſimæ indolis juvenis, omnibuſque virtutibus exornatus, a Leone XI. Pont. Max. Apoſtolicæ Cameræ Theſaurarius adlectus eſt, ac mox a Paulo V. Diac. Card. 1608. die 24. Novemb. ad Eccleſiam S. Agathæ, poſtea S. Angeli, Bononienſique legatione egregie functus eſt ſumma omnium benevolentia. Ravennatem Eccleſiam præſens hactenus adminiſtravit ad annum uſque 1645. quo libens volens remiſit nuntium ad favorem pronepotis, & ad aulam ſe recepit, jam prior Cardinalium presbyterorum tituli S. Laurentii in Lucina. Princeps ſane generis claritudine, tum probitate morum, tum conſultiſſimæ prudentiæ, ingeniique inſignis, plane dignus, qui quaſi extrema probitatis linea, hanc, quam hactenus commemoravimus, Ravennatium Archipræſulum ſeriem clauderet. Cujus egregias dotes, *fulgor avitus, & ingenium*, more ſuo eruditiſſime Jacobus Gaddus ſic complexus eſt in ſua poetica, CVII.

Divitiæ, ingenium, prudentia, fulgor avitus
Aſtra ſuper tollunt nomen Aloyſii.

113. LUCAS Torrigianus Florentinus, Raphaelis, & Camillæ Guidacciæ filius, Cardinalis Caponii anteceſſoris ex ſorore pronepos, Cameræ Apoſtolicæ Clericus ex avunculi ceſſione Ravennas Archiepiſcopus ab Innocentio X. Pont. Max. deligitur anno 1645. munus conſecrationis Romæ in Liberiana Baſilica ſuſcepit die 15. Octobris ejuſdem anni. Quem claritudine generis, virtutum probitate ad hunc nobiliſſimæ Eccleſiæ faſtigium evectum, non minorem tot anteceſſoribus egregiis, & purpurato avunculo futurum præſagiunt homines: hinc noſter Jacobus Gaddus ex tempore in eum luſit. CVIII.

Purpurei calcat veſtigia clara Caponis
Quem vigili prudens exprimit arte nepos.

ADDITIO.

[„ *Vigintiquatuor annos ſumma tum pietatis, tum*
„ *prudentiæ laude hanc Eccleſiam cum rexiſſet Lu-*
„ *cas Torrigianus, fato ceſſit Ravennæ die 11. De-*
„ *cembris an. 1669.*
„ PAULUTIUS *Cardinalis Alterius ex Epiſco-* CIX.
„ *po Montis Faliſci, & Cornetano tranſlatus ad hanc*
„ *ſedem eſt die 19. Maji an. 1670. quam Triennio poſt*
„ *anno videlicet 1674. dimiſit cum reſervatione om-*
„ *nium, & ſingulorum fructuum, & jurium menſæ*
„ *Archiepiſcopalis demptis tantum 1800. Scutis pro*
„ *novo Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus.*
„ FABIUS *Guiniſius, nobilis Lucenſis, I. U. D.* CX
„ *Prior Eccleſiæ Collegiatæ Lucenſis Ss. Joannis, &*
„ *Reparatæ, 45. annorum circiter, præfectus fuit*
„ *Eccleſiæ Ravennatenſi die 19. Februarii an. 1674.*
„ *Oratoris munere pro ſua Republica ſtrenue functus*
„ *erat ad præſtandam ſ. m. Clementi IX. obedientiam.*
„ *Obiit Romæ an. 1691.*
„ RAYMUNDUS *Ferretus, nobilis Anconitanus,* CXI.
„ *nus, J. U. D. atque patriæ Eccleſiæ primum Ar-*
„ *chidiaconus, & Civitatis Lauretanæ Gubernator,*
„ *mox Recanatenſis, & Lauretanus Epiſcopus de-*

„mum

,, *mum Ravennatenſi infula decoratus eſt die 9. Januarii an. 1692. Vivit adhuc optimus Præſul, cujus meritas laudes poſteri non tacebunt.)*

ADRIÆ, SIVE ADRIENSES EPISCOPI.



INtra fauces Padi fluminis in Tranſpadana Æmilia, ſive in Venetis, ut Ptolomæus ſcribit, antiqua, ac nobilis Adria civitas ad mare, quo alluebatur, quodque ab ejus nomine Adriaticum dictum eſt, quondam extulit muros, ita enim Polybius: *Adriaticum mare ab Adria Hetruſcorum colonia, quæ inter oſtia Padi condita fuit, nominatum eſt.* Narrat Trogus a Græcis olim Adriam fuiſſe ædificatam, atque a Diomede illorum duce, quem ad litus illud ſæva maris tempeſtas naufragum ejecerat, poſt excidium Trojæ. Varro, Livius, Plinius, Strabo, aliique volunt, Hetruſcorum antiquiſſimæ gentis fuiſſe coloniam ſexcentis annis ante Chriſtianam conditam ſalutem, portuque nobilem, cujus non modo meminerunt citati auctores, ſed etiam Tacitus cum pleriſque ſcriptoribus. Hujus nobiliſſimæ urbis fortuna haud diuturnam ætatem tulit, cum temporibus ipſis Strabonis, atque Catonis propemodum exciſa jaceret, ſive externa vis bellorum adhuc illam florentem oppreſſit, ſive inſalubris aer deterruit incolas, quorum hodie etiam vix ducenta domicilia, verius caſæ numerentur. Tametſi autem Epiſcopali dignitate ſtatim ornata eſt, ac fidem Chriſti complexa fuit, tamen deſide aere arcente, ex auctoritate Apoſtolica Joannis X. Pontificis ſummi ejus Præſules Rhodigii ſedem fixerunt, unde jus dicerent. Ibique nobile exurgit Palatium cum ſeminario puerorum, qui divino cultui promovendo ibidem aluntur. Illud enim oppidum jam olim ædificarat Paulus Epiſcopus Adrienſis, ut inſalubrem aerem fugientibus perfugium foret, ut Andreas Nicolius in Rhodigina Hiſtoria narrat. Cæterum Adriæ, antiquiſſimæ architecturæ cathedralis eſt, ſub invocatione S. Petri Apoſtoli, in qua una tantum Archipresbyteratus dignitas fulget, cum ſeptem canonicis, ac duodecim presbyteris, qui ibidem divinum penſum perſolvunt. Ibi etiam cura animarum exercetur, reliquiis ſanctorum deſtituitur, tametſi propiori in Eccleſia corpus B. Bellini conquieſcat: altera Eccleſia Parochialis ibi eſt, cum duobus monaſteriis, alterum Religioſorum, monialium alterum, hoſpitali, Monte Pietatis, præbendiſque caret; incolæ autem hoc tempore piſcatoriam fere exercent. Epiſcopus a ſua propemodum origine ſuffraganeus fuit, atque ſubjectus Archiepiſcopo Ravennati: ampliſſima diœceſi gaudet, cenſuſque quatuor millium ſcutatorum, tametſi in cameræ libris taxetur flor. 200. Temporarios dominos Venetos agnoſcit, & veneratur. Præſules hujus Eccleſiæ, quos expiſcari potui, ſequentes ſunt.

ADDITIO.

(,, *Verum ut nobilis hujus Eccleſiæ præſens ſtatus*
A ,, *lectoribus penitus innoteſcat, opera pretium duxi*
,, *hic exſcribere relationem, quam per procuratorem*
,, *ſacra limina viſitans nuper defunctus Adrienſis E-*
,, *piſcopus Philippus à Turre anno 1706. ſanctæ ſedi*
,, *exhibuit. Eam mihi perhumaniter communicavit*
,, *libris jam editis clariſſimus vir Camillus Sylve-*
,, *ſtrius Nobilis Rhodiginus, eidemque Epiſcopo tum*
,, *morum, tum litterarum affinitate conjunctiſſimus;*
,, *& eſt hujuſmodi.*
,, *Eccleſiæ Adrienſis, ad quam adminiſtrandam*
,, *munere Ss. D. N. Clementis XI. anno ſal. 1702.*
,, *acceſi, in ſacrorum liminum viſitatione ex San-*
,, *ctitatis ſuæ indulgentia per procuratorem explenda*
,, *rationem redditurus, Diœceſis ſitum, & fines*
,, *prius commemorare, quod maximè prima mea hæc*
,, *eſt S. Sedi exhibita relatio, non alienum eſſe duxi.*
,, *Adrienſis Diœceſis in eo Italiæ tractu poſita eſt,*
,, *quam Padus, atque Atheſis ingenti aquarum mole*
,, *complexi quandam veluti Peninſulam efformant,*
,, *Policinium Rhodigii ab urbe regionis præcipua di-*
B ,, *ctam, & læto, fertilique ſolo, rerumque omnium,*
,, *quibus carere vita non debeat, copia commendatam.*
,, *Ultra Padum quoque excurrit, & ſecundum dex-*
,, *teram fluminis ripam loca quædam, alia præterea*
,, *longe ab his diſſita, & Diœceſi Ferrarienſi penitus*
,, *inſerta, occupat. Quæcumque cis Padum jacent,*
,, *omnia præter tres pagos ditionis Ferrarienſis, Ve-*
,, *netæ Reipublicæ Imperio ſubſunt. Reliqua ultra*
,, *ipſum fluvium in eadem jura concedunt. Eam clau-*
,, *dunt Diœceſes aliæ, Patavina interfluente Atheſi,*
,, *Ferrarienſis non uno ab latere, Clodienſis demum,*
,, *qua flumen utrumque in Adriaticum mare properat.*
,, *Quandam præterea Diœceſis Ravennatenſis parti-*
,, *culam circumſepit, & undequaque ambit, quæ lo-*
,, *ca Criſpini ad Padi ripam, & S. Apollinaris à*
,, *Rhodigio tribus tantum milliaribus diſſiti continet,*
,, *ditionis hic Veneta, ille Ferrarienſis. Longitudo*
,, *Diœceſis a caſtro Adriani, ſeu à loco, qui dicitur*
,, la Meſola *ad pagum vocatum* la Canda, *ab Orien-*
,, *te in Occidentem 50. fere milliaria excurrit, lati-*
C ,, *tudo duodecim non excedit. Præter eum tractum, quē*
,, *ut dixi, Diœceſis Ferrarienſis intercludit, nume-*
,, *rat 60. hominum millia, plura verò, ſi Abbatiæ*
,, *Vangadicienſis ratio habeatur.*
,, *Adria illuſtri apud veteres fama, quibus Tuſco-*
,, *rum coloniam, & inclitam civitatem nobili portu*
,, *fuiſſe, memoriæ proditum eſt, Cathedralem habet*
,, *antiquæ ſtructuræ, peramplam tamen, titulo S. Petri*
,, *inſignitam, in qua Archipresbyter ſola poſt Ponti-*
,, *ficalem dignitas, ſeptem Canonici antiqui, quatuor*
,, *recentiores de jure Patronatus Laicorum ſtatis ho-*
,, *ris quotidie ſacra obeunt miniſteria, atque unà plu-*
,, *res alii Sacerdotes, qui Collegium conſtituunt, per-*
,, *cipiuntque redditus quoſdam ex legatis piis, diſtri-*
,, *buendos etiam inter Canonicos pro numero Miſſa-*
,, *rum à ſingulis abſoluto. Quinque ex antiquioribus*
,, *Canonicis Præbendam 30. ſcutorum moneta vix poſ-*
,, *ſident; cæteris diſſimiles ſunt proventus pro fundato-*
,, *rum voluntate. Fabrica itidem Eccleſiæ tenuiſſimos*
,, *redditus habet, ſed plura ad ejus cultum conferunt*
D ,, *ſodalitates Laicorum, quæ tres reperiuntur, Ss. Sa-*
,, *cramenti una, reliquæ B. M. Virginis.*
,, *Ædes Epiſcopales non multum laxæ, ſed ſatis ido-*
,, *neæ ſunt, ab anteceſſore meo Epiſcopo Labia compa-*
,, *ratæ, veteri domo diſtracta.*
,, *Duæ reperiuntur in hac Urbe Parochiales. Prima*
,, *in Eccleſia Cathedrali, cui à Capitulo unus ex Ca-*
,, *nonicis præficitur, altera S. Mariæ de Gumba, quæ*
,, *unita eſt Archipresbytero Cathedralis. In hac tres*
,, *ſodalitates Laicorum extant, qui Eccleſiam infor-*
,, *mem cultu, adſpectuque quotidiè inſtaurant, &*
,, *exornant.*
,, *Duo præterea ſunt Monaſteria Fratrum, ſcilicet*
,, S. *Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ, qui opere &*
,, *exemplo vineam Domini egregie excolunt, & ſa-*
,, *crarum Virginum regulam S. Auguſtini profitentium*
,, *ſub Ordinarii regimine. Tria oratoria publica in*
,, *ſuburbano, quatuor in Civitate conſtructa ſunt, quæ*
,, *inter locum tenet Eccleſia S. Nicolai de Tolentino*

,, *cum*

Digitized by Google

,, *cum ſodalitio, admodum culta, & ſatis ampla.*

,, *Secundo ab Adria lapide ad Padi fluminis ſiniſtram ripam in loco Butrigarum parvus extat Conventus Carmelitarum Congreg. Mantuanæ, in quo 4. vel 5. Fratres degunt, quorum unus exercet curam animarum.*

,, *Hinc Diœceſis procurrit in Ferrarienſem ditionẽ, ubi Parochia Papotiarum, & Villa nova ſita ſunt, & ultra Padum Corbula, & Caſtrum Adriani, vulgò* Arriano, *quæ regio Novembri præterito ſubita ejuſdem fluminis irruptione miſerè vaſtata fuit.*

,, *Egreſſis Adria milliario XV. ad Occidentem occurrit Rhodiginm, Urbus nobilis in meditullio diœceſis & Policinii poſita, quæ olim ab Epiſcopis Adrienſibus condita illos exinde uſq; ad hæc tempora ſplendidis atque amplis ædibus excipit. Seminarium quoque Clericorum in hac urbe erectum fuit, in quo XII. alumni numerarii, non tamen omnino gratuito ob tenues loci redditus, aluntur; cæteri extra numerum integram portionem ſolvunt. Præterea Inquiſitor contra hæreticam pravitatem ex familia Conventualium S. Franciſci Rhodigii hic munus ſuum exercet.*

,, *Collegiata S. Stephani Papæ & m. habet Archipresbyterum, Archidiaconum, & 10. Canonicos, quorum tres antiqui vocantur, cæteri de jurepatronatus Laicorum, prout etiam Archidiaconus, novitii ſunt inſtituti. Octo præterea numerat manſionarios, qui adhuc recentiorem originem agnoſcunt. Omnes quotidie divina officia rite peragunt. Hæc eadem Eccleſia S. Stephani eſt Parochialis, cujus cura penes eumdem Archipresbyterum reſidet. In ea reperiuntur ſodalitia SS. Sacramenti, & B. M. de Monte Carmelo. Altera Parochialis S. Juſtinæ ab uno ex prædictis Canonicis antiquioribus, cui perpetuo eſt unita, regitur. Paucis abhinc annis duo erant Canonici eidem curæ impoſiti, munia per vices obeuntes, ſed Præceſſor meus Epiſcopus Labia ad unum omnia referre conſultius duxit. Tria ſunt in Civitate Regularium Monaſteria, Prædicatorum, Minorum Conventualium S. Franciſci, & F F. Congreg. B. Petri de Piſis, præter Parthenonem Monialium ſub regula S. Auguſtini Ordinario ſubjectum. Duo in ſuburbio, Auguſtinianorum Congreg. Montis Ortoni, & Capuccinorum, ubi etiam inſigne cœnobium cum ædium ſplendore, tum Monachorum numero, & redditnum copia S. Bartholomæi Ord. S. Benedicti Congreg. Olivetanæ viſitur, cui præeſt Abbas perpetuus, inter cives Rhodiginos, qui huic inſtituto nomen dederunt, eligendus. Propè urbis muros extat quoque commenda Equitum Melitenſium in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ.*

,, *In Urbe erectum eſt Xenodochium, redditibus ſatis copioſis inſtructum, in quo exercetur hoſpitalitas tam erga infirmos, quam peregrinos. Aliud extra mœnia morbo Epidemico laborantibus eſt deſtinatum. Duo præterea ſunt loca pia, unum ſub cura Ordinarii, & Laicorum pro receptione Orphanorum, aliud pro puellis, quod à ſolis Laicis ex fundatione regitur. Præter Parochiales, & Regularium Eccleſias 7. numerantur Oratoria ſacris faciendis conſtituta; ſed longe ea poſt ſe relinquit Templum B. M. Virginis* del Soccorſo, *amplitudine, & cultu. Figura enim Octogona conſtructum, pavimentum marmore quadrato ſtratum, parietes picturis undequaque exornatos, & laqueare aureo ſuperfuſum oſtentat. Regitur à Fratribus Conventualibus, ac Duumviris à Civitate in ſingula triennia electis. Eccleſiam Collegiatam S. Stephani, de qua ſupra memini, vetere ob ſenium fatiſcente, & ruinæ obnoxia, decem abhinc annis à ſolo conſtrui cœptam, in ampliorem, & vere magnificam formam intermiſſo ſubinde Opere ob ſubſidiorum inopiam, his quidem diebus denuò fidelium cura aggreſſa eſt, ea ſpe, ut quantocius pars ejus ſaltem anterior, quæ ad officia divina peragenda ſatis eſſe poſſit, tecto inducto perficiatur. Quod ſanè ut poſſemus, eximia pietas SS. D. N. Clementis XI. effecit, collatis in hoc opus ex fructibus Abbatiæ Vangadicienſis anni decurrentis duobus ducatorum millibus.*

,, *Decimo ad Occidente milliario ſita eſt* Lendinaria, *præclarum illud quidem oppidum, ac frequens, cujus major Eccleſia S. Sophiæ dicata ab Archipresbytero regitur, Clero ſatis numeroſo inſtructa cum ſocietate SS. Sacramenti. Aliam habet Parochialem S. Blaſii ſub cura Fratrum Minorũm de Obſervantia. Eccleſia S. Mariæ maxima devotione à Fidelibus colitur, eſtque Monachorum Congreg. Olivetanæ, qui Abbati perpetuo ex Civibus ſubſunt. Extat quoque Cœnobium Min. Convent. S. Franciſci, & aliud Capuccinorum. Moniales S. Agathæ Ord. S. Benedicti cum Abbatiſſa ſub regimine Ordinarii degunt. In Oratorio ſeu Eccleſia S. Annæ quatuor ſunt erectæ Capellaniæ, ad quas Communitas oppidi idoneos Sacerdotes præſentat ab Ordinario inſtituendos. Sex alia numerantur Oratoria, Hoſpitale S. Antonii tenue & modicum, & quædam laicorum ſodalitates in prædictis Eccleſiis, ſeu Oratoriis conſtitutæ.*

,, *In ditione Ferrarienſi viſitur Caſtrum* Arriani, *quod olim Epiſcopo Adrienſi cum eſſet ſubjectum, ceſſit Ferrariæ Ducibus ex permutatione cum quibuſdam decimis, quibus adhuc fruitur menſa Epiſcopalis. In eo Parochialis Eccleſia ab Archipresbytero regitur cum congruo Sacerdotum numero, habetque tres ſodalitates Laicorum. In Cœnobio Reformatorum S. Franciſci pietas cum Fidelium fructu plurimum viget. Eccleſia S. Baſilii antiquiſſima, quam tradunt fuiſſe olim Parochialem, ſita eſt ad tertium lapidem in tumulis arenæ pridem à mari congeſtis, quod hodie pluribus ab ea milliaribus receſſit. Non longe in adverſa fluminis ripa Oratorium della* Meſola *reperitur.*

,, *In loco* Paduſellæ *degunt in parvo conventu 5. vel 6. Fratres Ord. Eremitarum S. Auguſtini.*

,, *Diœceſis Adrienſis duas habet inſignes Abbatias perpetuo commendatas. Prima eſt S. Mariã de* Vangadicia *Ord. Camaldulenſis in oppido ob id nuncupato* la Badia *cum monaſterio, & Monachis, quibus Abbas Commendatarius omnia neceſſaria ſuppeditat. Decem illi ſubiciuntur Eccleſiæ Parochiales de menſa Abbatiæ, ut aſſeritur, in quas olim Epiſcopus Adrienſis, jura ordinarii exercebat. Sed paulatim Abbas omnimodam juriſdictionem ſibi vendicavit cum denominatione* Nullius, *reclamantibus Epiſcopis. Abbatia nunc ferè à biennio vacat poſt mortem Eminentiſſimi Card. Marci Delphini, cujus propterea adminiſtrationem ſuſcepi, & adhuc exerceo, conſtituto Vicario, cæteriſque ad regimen ſpectantibus non ſine fructu expletis.*

,, *Altera Abbatia olim Ord. S. Benedicti, nunc penitus ſecularizata, ſub titulo S. Mariæ de Gavello, hodie commendata eſt Eminent. Card. Laurentio de Alteriis.*

,, *Cæterum univerſa Diœceſis 48. Eccleſias Parochiales complectitur, quarum 10. in ditione Ferrarienſi, reliquæ in dominio Veneto reperiuntur. Decem & ſeptem inter omnes de jure Patronatus Laicorum ſunt. In Parochiali S. Bellini m. & Epiſc. Patavini corpus ejuſdem Sancti, qui in loco vicino pro Eccleſia Dei manibus impiorum occubuit, aſſervatur, & maxima populorum confluentium devotione colitur. Patronus eſt totius Diœceſis.*

,, *Parochi ubique ob populi frequentiam in ſubſidium aſſumunt Capellanum, nam plures pagi rurales 1500 hominum numerum, non pauci duo etiam millia complent.*

,, *Eccleſiæ ut plurimum amplæ ſunt & capaces, nitidæ præterea & cultæ, ſacris ſupellectilibus præſertim citra Padum mirum in modum inſtructæ, quarum quædam etiam lampadas argenteas & candelabra oſtentant, itaut in viſitatione paucis in locis de Eccleſiarum ornatu, & ſacrarum rerum apparatu queri opus mihi fuerit. Quæ quidem omnia non ex redditibus certis, quibus Eccleſiæ, una vel altera excepta, carent, ſed ex piis fidelium largitionibus comparata fuerunt. Qualibet enim Eccleſia Parochialis tres, vel 4. ſodalitates habet, in quas ſocii*

„ *ſymbolam ſuam conferunt præter ea, quæ inter miſ-* A
„ *ſarum ſolemnia, & tempore meſſium colliguntur.*
„ *Plura ſunt in Diœceſi Oratoria publica ad commo-*
„ *dum Nobilium familiarum, potiſſimum ex Venetis*
„ *Patriciis, qui cum ruri agunt, ob diſtantiam ple-*
„ *rumque Parochialis miſſæ ſacrum in iis audiunt.*
„ *Quod vero mei muneris eſt &c.* Hactenus eruditiſſimus Epiſcopus ſuper ſtatu Adrienſis Eccleſiæ ſuæ: emendatiorem quoque, pinguioremque, præclariſque ubique fultam documentis, Adrienſium Præſulum ſeriem in hujus editionis decus mihi traditurus, niſi importuna mors doctiſſimum Antiſtem in ipſo conatu rapuiſſet.)

I. 1. (1) GALLIONISTUS Adrienſis Epiſcopus fuit anno 649. („ *quo interfuit Concilio Lateran.*) cujus meminit Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Ravennati lib. 4.

II. 2. LEO eandem ſedem aſſecutus eſt, 860. ex privilegio Nicolai I. Papæ. (2)

III. („ THEODINUS *Adrienſis Epiſcopus ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ravennenſis Epiſcoporum 52. qua præſente Jo: Papa VIII. poſſeſſio Flavniaci Monaſterii, & Tilimaci villa Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur anno Chriſti* „ 877.)

IV. 3. PAULUS anno 920. Hic ille eſt, qui oppidum Rhodigium ædificavit, ibique domicilium fixit, cum jam Adria ex inſalubri aere, cœloque incolas expuliſſet. Eam demigrationem ratam facit Joannes X. ſequenti privilegio.

JOANNES EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Reverendiſſ. Paulo S. Adrien. Eccleſiæ Epiſcopo. Quia petiiſti a nobis, quatenus concederemus tibi, & per te jam factæ tuæ Eccleſiæ curtem Bone uno, quæ vocatur Rhodige, & ſylvam quæ dicitur Grumpi, ſeu Piſcarium, quæ vocatur Longole, verum etiam curtem, quæ vocatur Romiliacus, quæ eſt poſita in Caneglada, atque fundum Criſpo cum omnibus eorum pertinentiis, & adjacentiis, ut liceat tibi in dicto loco Rhodige caſtrum conſtruere ad ſervandum populum ſanctæ tuæ Eccleſiæ, &c. Et inſuper concedimus ſuffragium populi permanentis a termino Rhodige uſque ad Adrienſem civitatem in reſtaurationem tuæ diruptæ Eccleſiæ, & funditus deſtructæ, ſtatuentes, ut nulli liceat a territorio Rhodige uſque &c.

V. 4. GEMERIUS Ravennas eadem ſede potitus eſt anno 953.

VI. 5. ASTULPHUS Romanus ſucceſſit an. 972. Hic omnes decimas illius territorii S. Mariæ de Govello conceſſit, pro oblatione, & illuminatione animæ ſuæ, & ſuorum prædeceſſorum anno 992. 18. Kalen. Septembris. Conſule in Ravennate hiſtoria lib. 5.

VII. 6. BENEDICTUS Bononienſis eundem Epiſcopalem geſſit honorem 1050. Hic Rhodigii Eccleſiæ cathedralis poſuit fundamentum: optimis moribus fuit vir, ideoque adeo ab Henrici II. dilectus, ut plura ab eo ampliſſima retulerit privilegia. Deceſſit 1063. De quo Cœlius Rhodiginus, Rub. Ravenn. hiſt. lib. 5.

VIII. 7. ATHO, ſive Panzo Mediolanenſis, Adrienſi in ſede fulſit 1067. Hic cathedrale templum ab anteceſſore ſuo inchoatum, tandem abſolvit. E vivis exemptus eſt 1078.

IX. 8. PETRUS *a* Fulginas Athoni ſucceſſit anno 1078. Hic in Eccleſia Rhodigina Canonicos inſtituit, illam collegialem declaravit, ejus territorii decimis Canonicis attributis, quo alerentur commodius. poſtremam diem obiit 1091.

a De eo Jacobilius in Bibl. Umbriæ. *Mandoſ.*

X. 9. JACOBUS natione Florentinus, Epiſcopus Adrienſis creatus eſt 1091. ſedit annos 13. Deceſſitque 1104. de quo Andreas Nicolius in hiſtor. Rhodigii.

XI. 10. ISAAC ad eandem dignitatem promotus eſt 1104. Deceſſit 1125.

11. GREGORIUS 1125. Fractæ Caſtelium ædificavit, deceſſitque 1134. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Martini, quam poſtea S. Bellini vocarunt, quod ejus ibi beati corpus conditum requieſceret. XII.

12. FLORIUS Veronenſis ad eandem dignitatem adlectus eſt 1134. XIII.

13. GREGORIUS 1140. interfuit conſecrationi Veronenſis Eccleſiæ, quam Peregrinus Aquilejenſis Patriarcha perfecit die 10. menſis Decembris. XIV.

14. VITALIS Mediolanenſis 1143. Hic Eccleſiam S. Petri cum monaſterio, ubi poſtea fratres Humiliati ſedem fixerunt, ædificavit. Narrat Pigna in Eſtenſi hiſtoria, hunc Epiſcopum honore Epiſcopatus ſpoliatum fuiſſe, quod Victori III. Antipapæ adhæſiſſet, qui tamen invertit tempora. Si quidem anno 1151. in quo nondum inter Alexandrum III. & Victorem ebullierat ſchiſma, non Vitalis, ſed Gregorius Adrienſi ſedebat in throno. Conſtat igitur Pignam commutaſſe nomina, ideoque tempora invertiſſe. XV.

B 15. GREGORIUS 1150. non abſuit a conſecratione Eccleſiæ ſanctæ Crucis Veronæ, a Peregrino Patriarcha Aquilejenſi facta 1. die Septembris cum aliis Epiſcopis, ut ex inſcriptione ibidem appoſita liquet. Item cum aliis Epiſcopis interfuit *b* conſecrationi Joannis monachi, & Abbatis Placentinæ Columbæ in Epiſcopum Placentinum, cum a Moyſe Ravennati Archiepiſcopo inaugurarerur in Ravennati Metropoli 5. Non. Julii, Rubeus lib. 5. („ *Anno vero 1148. Altare S. Veneris in Eccleſia S. Proſperi Regienſis conſecravit, ut patet ex hiſtoria de translatione, & exiſtentia corporis S. Proſperi in prædicta Eccleſia ab Ughello ſupra in Regienſibus* „ *relata.*) XVI.

b an. 1151

16. GABRIEL ejuſdem ſedis Antiſtes, Lateranenſi Concilio interfuit ſub Alexandro III. an. 1179. XVII.

17. PETRUS ad eandem ſedem pervenit anno 1213. Hunc apud Ubaldum Archiepiſcopum Ravennatem canonici tum ſimoniæ, tum irregularitatis accuſarunt, quod ſcilicet quadam pecuniæ ſumma ab ejus affinibus repræſentanda ſedem arripuiſſet; & quod deinde jam factus Epiſcopus Thomam ſubdiaconum vulneraſſet, nec dubitaſſet adhuc innodatus cenſura incruentam hoſtiam ad Altare litare. Cujus cauſæ judiciique exitum apud Rubeum reperire non potui. XVIII. C

18. JACOBUS deceſſit 1275. XIX.

19. PEREGRINUM Canonicum Plebaniæ Archaadis, ſenatus clericalis in Epiſcopum adlegit 1275. ejuſdemque electionem Pontifex ratam habuit. Aliquot annos Adrienſibus jus divinum dixit, deceſſitque 1280. XX.

20. Fr. OTHOLINUS Prior S. Georgii in Braida Veronenſis diœceſis Epiſcopus dictus eſt 1280. a capitulo Adrienſi, eamque electionem Bonifacius Ravenn. Archiepiſcopus approbavit, cum ex deceſſu Nicolai III. Pontificis per id tempus Romana ſedes vacaret. XXI.

21. BONIFACIUS Concilio Provinciali interfuit celebrato a Bonifacio Ravennate Archiepiſcopo in Eccleſia S. Mercurialis Forolivienſis ditionis anno 1286. apud Rubeum. Eo Præſule civitas Adriæ ab Sarracenis deſtructa eſt. ita chron. Firmanum M. S. apud clariſſimum virum Carolum Strozzam Patritium Florentinum. *Anno 1291. tempore domini Nicolai Papæ IV. die 14. menſis Maji civitas Adria fuit invaſa, occupata, & capta per Sarracenos, & eam totaliter deſtruxerunt, & ad nihilum reduxerunt civitatem ipſam.* XXII. D

22. JOANNES floruit an. 1309. XXIII.

23. SOLON (3) Brazachaſius, Patavinus, electus eſt anno 1323. cujus Epiſcopatus, Azzone tametſi prohibente Eſtenſe, poſſeſſionem iniit, ut refert Angelus Portinarius in Patavina hiſtoria. Obiit an: 1327. XXIV.

24 SU-

(1) Adriæ Epiſcopatum geſsiſſe Epaphroditum Tarracinæ Epiſcopum, & Apoſtolorum Collegam inquit Dorotheus in Synopſi ex notis Rom. Martyrologii ſub die 22. Martii.
(2) Fortaſſe hic ille Leopertus, qui Concilio Lateranenſi ab eodem Nicolao I. habito anno 861. contra Joannem Archiepiſcopum Ravennatem dicitur interfuiſſe, & corrupte legitur *Aforienſis*, mutata littera D in FO, in actis ejuſdem Concilii ſupra in Ravennenſibus relatis pag. 349.
(3) Salionem nominat inſcriptio marmorea conſecrationis Eccleſiæ S. Laurentii Urbis Patavii, cui interfuit una cum Nazareno Archiepiſcopo an. 1326. ex Ughel. in Nazarenis t. VIII. Salion item Brazachartnus dicitur à Portenario in hiſt. Patav. lib. 9. cap. 8. *Mandoſ.*

Digitized by Google

XXV. 24 SUPERANTIUS Epiſcopus Comaclenſis huc translatus anno 1327. 10. kal. Decemb. deinde anno 1329. ab Adrienſi Eccleſia, ad Cervienſem Epiſcopatum translatus eſt, de quo liber Proviſ. Prælat. & Regeſt. Vatic.

XXVI 25 Fr. BENVENUTUS, ſive Bartholomæus Borghiſinus, ex Ordine Prædicatorum ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitus eſt 1329. 13. Kalen. Novembr. Bononiæ deceſſit 1348. ſepultus eſt apud S. Dominicum, ubi etiam nunc ejus effigies levi ſcalpello inſculpta ſpectatur, quam ſemiexeſum circundat epitaphium, in quo Bartholomæus, non vero Benvenutus appellatur.

S . . . Bartholomæ . . . . . .
Ord. Fratrum Prædicatorum Epiſcopus Adrienſis, qui obiit anno Domini M. CCCXLVIII.



XXVII. 26 ALDOBRANDINUS Eſtenſis filius Raynaldi III. Epiſcopus Adrienſis creatus eſt 1348. 14. Kalend. Aprilis. Annos omnino quatuor hanc adminiſtravit Eccleſiam, atque ad Mutinenſem translatus eſt, inde Ferrarienſis Epiſcopatus onus ſubivit. De quo alibi plura.

XXVIII. 27. Fr. JOANNES Ord. Minorum Aldobrandino ſucceſſit 1352. 15. Kal. Feb. ab Innocentio VI. creatus. („ *Anno 1356. Ind. 9. die 14. Martii interfuit Rogito Domini de Petenariis de Regio Notarii,* „ *quo Fortunerius Archiepiſcopus Ravennæ dedit in* „ *feudum Alberico Malvicino Fontana nonnulla bona, apud Campium in hiſt. Placent. tom. 3. pag. 112.*)

XXIX 28 ANTONIUS Joanni ſucceſſit, ex lib. Proviſ. Prælat. obiit 1387.

XXX 29 UGO Robertius Regienſis, Epiſcopus Adriæ electus 1387. translatus ad Eccleſiam Patavinam anno 1392. 13. Kal. Aprilis. Ex eodem libro.

XXXI 30 JOANNES Anſelminus civis, atque Epiſcopus Patavinus, a Bonifacio VIII. translatus eſt ad Adrienſem Eccleſiam 1392. 13. Kalend. Aprilis. Siquidem cum Joannes cum Galeazzio Vicecomite contra Franciſcum Carraram dominum Patavii conſpiraſſet, illumque de Principatu dejeciſſent, ac non multo poſt, variante fortuna partium, Patavium recuperaſſet Carrara, coactus Joannes eſt cum ſuis aſſeclis Patavio excedere, ac proinde nobilem Patavinam Eccleſiam cum Adrienſi mutare. Bonifacio IX. Pontifici charus fuit, ſub cujus Pontificatu tum Interamnenſi Prætura, tum aliis muneribus dicitur functus fuiſſe egregie. Sub eodem Pontifice vita exceſſit 1404. illius meminit Scardeonius, ac Portinarius in Patavina hiſtoria.

XXXII. 31 JACOBUS Bertuccii de Obiziis * Lucenſis, Comaclenſis antea Epiſcopus, ad hanc ſedem translatus fuit 1404. 5. Kal. Auguſti. Hunc Alexander V. quidquid demum in cauſa fuerit, Epiſcopatus honore ſpoliavit. Fortaſſe id potuit accidiſſe, quod Gregorii XII. in Concilio Piſano exauctorati partes foverit. Concilio Conſtantienſi interſuit Italicæ nationis procurator; cumque aliquandiu a ſua abſuiſſet Eccleſia, poſt mortem tandem Maynardini illam adminiſtrandam ſuſcepit. Deceſſitque anno 1444. ut habent acta conciſtorialia. Hic ille ipſe Ja-

* Ex App. tom. 9.

A



cobus eſt, quem Betuſius nullo fundamento innixus, inter Archiepiſcopos Piſanos præponit, contenditque obiiſſe anno 1418. ſed in utroque fallitur, ut di-
B cemus in Archiepiſcopis Piſanis.

32. MAYNARDINUM ad eundem Epiſcopatum Alexander V. evexit 1409. ex libro Proviſ. Prælatorum. Breviori mora hanc Eccleſiam adminiſtravit. Oportet enim vel obiiſſe illum, vel ad alterum Epiſcopatum fuiſſe translatum: Jacobus enim de Obizziis ejus anteceſſor reperitur Conſtantienſi Concilio aſſediſſe anno 1415. XXXIII.

33. JOANNES de Obiziis patria Lucenſis Jacobi ſuperioris conſanguineus Epiſcopus Adrienſis fuit poſt Maynardinum. Romæ fato ceſſit die 10. Julii 1444. ſepultus fuit in Eccleſia S. Mariæ Tranſtyberim prope Sacellum Dominorum de Canſachiis ſub lapide marmoreo, ubi etiam nunc ejus effigies, una cum inſigniis ſpectatur cum hoc epitaphio, à nobis nunc obſervato. XXXIV.

Hic Jacet R. olim Pater D. Johannes de Opizis de Luca Epiſcopus Adrienſis, qui obiit anno Domini MCCCC.XXXXIIII. die X. Menſis Julii.

C 34. BARTHOLOMÆUS Roverella Ferrarienſis, origine autem Rhodiginus, declaratus eſt Epiſcopus 1444. Idib. Julii, cum Joanne de Opizis exceſſiſſet e vita. Annum ſedit, deinde ad Ravennatem Archiepiſcopatum translatus eſt 1445. XXXV.

35. JACOBUS de Oratoribus, juris utriuſque doctor, eandem obtinuit dignitatem 6. Kal. Septembris 1445 exceſſit autem 1446. Reperitur inter Patres Concilii Baſileenſis 1433. XXXVI.

36. BLASIUS Novellus Ferrarienſis *a*, ex canonico Regulari, Priorique S. Jacobi de Cellanolana, Lateranenſiſque Baſilicæ Pœnitentiario electus eſt 1446. 10. Kal. Februarii. Poſtremam obiit diem in monaſterio S. Lazari prope Ferrariam, ſepultuſque in templo S. Joannis Baptiſtæ in eadem civitate cum hoc epitaphio. XXXVII.

MCCCCLVII. die VIII. Auguſti ſepulchrum Reverendi Patris Blaſii de Novello Epiſcopi Adrianenſis pro ſe, ac Patribus Monaſterii.

a Landator à Superbo de Viris Illuſt. Ferrar. p. 1. pag. 60. Mandoſ.

D 37. TITUS Novellus Ferrarienſis *b*, canonicus Regularis, a Paulo II. creatus eſt 1468. Deceſſit Ferrariæ in monaſterio SS. Jacobi, & Lazari 1471. ubi in marmoreo ſepulchro cum hac inſcriptione tumulatus eſt. XXXVIII

Titus Novellus Senator . . . Conſul, Cenſor, Dictator Illuſtris Regular. Canonicus Adriæ Epiſcopus Reverendus.

b De hoc idem Libanorius pag. 61. & Superbus p. 51. Videndus tamen Roſinus in Lyceo Lateranenſi to. 2. p. 14. Mandoſ.

38. MARTINUS („ *Ex familia Libanoria ſi* „ *credimus Libanorio in Ferraria aurea p. 1. pa. 64. ubi* „ *de eo*. Mandoſ.) ad eandem ſedem promotus eſt 1472. menſ. Octob. Deceſſit 1484. XXXIX.

39. Fr. JULIUS Venetus, ex Ordine Servorum ab Innocentio VIII. dictus eſt Adrienſis Epiſcopus circa ann. 1484. De quo Archangelus Gianius Annal. Servor. Actaque Conſiſt. XL.

40 NI-

Digitized by Google



XLI. 40. NICOLAUS Maria *a* Eſtenſis Ferrarienſis, eandem ſedem obtinuit 1487. 11. Kalen. Junii. Ferrariæ deceſſit 1507. ſepultuſque in ſacra ſumma Æde. Hic nomine ducis Ferrariæ Alexandro VI. Legatus ſummum Pontificatum publico Patrum conſeſſu gratulatus eſt; ſpopondit obſequium 1492. die 26. Novemb.


a Hujus meminit Lionarius [illegible] Mandoſ.



XLII. 41. BELTRANDUM Conſtabilem Ferrarienſem *b*, Ferrarienſis Principis Legatum, Julius II. apud quem munere legationis fungebatur, primum canonicum Vaticanæ Baſilicæ adlegit ex deceſſu Bernardini Matthæi 1507. die 1. ineuntis Aprilis; 27. vero die menſis Augusti ejuſdem anni Præſulem Adrienſem declaravit. Cumque in explicandis negotiis ſecundiorem famam tuliſſet, Eſtenſium Principum fere ſemper cauſas peroravit Romæ, ubi & deceſſit 1519. ſepultuſque apud S. Mariam de Populo cum hoc epitaphio.

b Vide Libanoctium [illegible] pag. 72. Mandoſ.

Beltrando Conſtabili Raynaldi filio Epiſcopo Adrienſi, viro ſummæ gravitatis, litteraturæ, exiſtimationis, cui propter morum ſanctitatem, Eſtenſes Principes arcana Regni conſilia credidere, quique multos annos legatione induſtriè functus ſub Leon. X. Pont. Max. annos natus prope tres, & ſexaginta Orator in urbe obiit, Antonius frater cum & ipſe Orator ad Clementem VIII. veniſſet incomparabili pietate tumulum, ex humili loco in hanc ſpeciem reſtauravit.



XLIII 42. HERCULES Cardinalis Rangonius Mutinenſis, hanc eandem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1524. Deinde ad Mutinenſem Epiſcopatum translatus eſt.

43. JO: BAPTISTA Bragadinus Venetus, in eadem ſede Epiſcopus floruit 1524. die 23. m. Maji. Fato functus eſt 1528. XLIV

44. JO: DOMINICUS Cardinalis de Cupis, huic Eccleſiæ Adminiſtrator adhibitus eſt 1528. poſtrema die convoluti m. Auguſti. Ejus adminiſtratio tenuit uſque ad annum 1553. clauſitque poſtremam diem eodem anno. Conſule, quæ de eo alibi plura narravimus. XLV

45. (1) SEBASTIANUS Pighinus, e Reglo in Inſubria, Epiſcopus antea Ferentinus, Archiepiſcopus Sypontinus, a Julio III. Cardinalis creatus, ad Eccleſiam demum Adrienſem translatus eſt ann. 1553. die 11. menſis Decemb. Eodem anno vita functus eſt, ſepultuſque Romæ apud S. Mariam de Populo ante maximam Aram, ubi in marmoreo lapide hoc ſequens legitur epitaphium. XLVI

D. O. M.

Sebaſtiano Pighino de Regio Lepidi Juris conſulto xii. viro litibus adiudicandis Epiſcopo Adrienſi, Romanæ ſedis bis ad Carolum V. Auguſt. Internuntio, ſynodi Tridentinæ Præſidi S. R. E Presb. Card. ſupplicum libellorum, qui ad gratiam ſpectant cognitori ſuper omnia Urbana Tribunalia Vic. Jul. III. diſceptatori Stephanus Pighinus fratri P. M. vixit ann. LIII. menſ. II. dies V. Obiit an. MDLIII. Kal. Decembris.

46. JULIUS Cananus Ferrarienſis, Julii III. familiaris, ab ipſo electus eſt Epiſcopus 1554. die 29*a*. m. Novemb. Interfuit Tridentino Concilio, atque a Gregorio XIII. creatus eſt Cardinalis, translatuſque deinde ad Mutinenſem Eccleſiam à Gregorio XIV. 1591. In quo munere vita functus eſt. Conſule Catalog. Mutinenſ. Epiſcop. ubi plura de eo narravimus. XLVII

a 26. ex Actis.

47. Fr. LAURENTIUS Lauretus Venetus, ex Ordine Carmelitarum, inſignis Theologus in Tridentino Concilio ob inſignem, ſpectatamque doctrinam inclaruit, quamobrem a Gregorio XIV. eſt creatus Epiſcopus anno 1591. die 13*b*. m. Februarii. Septem omnino annos Adrienſem adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque Venetiis 1598. ſepulturam habuit apud ſuos Carmelitas, ubi hoc epitaphium legitur. XLVIII.

b 8. ex Actis.

Laurentius Lauretus Venetus Carmelita, Epiſcopus Adriæ, ſanctimonia, ſapientia, omni laudis excellentia præclarus, Orator, Philoſophus, Theologus ſummus, in Concilio Tridentino admirabilis apud Gregor. XIV. Pont. Max. qui eum Epiſcopum fecit, & apud omnes ſummis honoribus dignus exiſtimatus, multis bonis hoc templo, & monaſterio aucto poſt annum ætatis LXIII. Epiſcopatus VII. ſua hic oſſa ſepeliri mandavit.

Obiit Kal. Feb. M. D. LXXXXVIII.


(„ *Egregiè laudatur Lauretus a Chartario in Opere:* Athenæum Romanum, *M. S. apud me. Ubi*
„ *dicitur fuiſſe Theologorum ornamentum, ſingulare*
„ *Philoſophorum decus, vir pius, humanus, converſatione placidus, atque benignus, qui pluribus in*
„ *Collegiis docuit ſcientias, & anno 1564. dum eſſet*
„ *Regens Venetiarum, factus fuit Regens Romæ, ubi*
„ *in publico gymnaſio Sapientiæ Metaphyſicam explanaverit; inde factus fuit Provincialis Romæ: deputatus etiam fuit examinator promovendorum ad*
„ *gradus &c. Romæ etiam laudabiliter officium Procuratoris Generalis exercuit ſæpius coram Pontifice,*
„ *& Cardinalibus orando. Scripſit non ſpernenda volumina, ſcilicet.*
„ *In Magiſtrum Sententiarum lib. IV.*
„ *In totam Artem veterem, ut vocant, lib. I.*
„ *In lib. Phyſicorum Ariſtotelis l. VIII.*
„ *In ejuſdem Metaphyſicam lib. XII.*
„ *Cenſuram in Opera Tertulliani juſſu Pii V. lib. I.*
„ *Apo-*

(1) Inter Iſclanos to. 6. Virgilium Roſarium reiicit in hanc ſeriem Ughellus. Verum ipſe de eo hic non meminit, neque locus ullus Virgilio ſupereſt.

Digitized by Google

„ *Apologiam contra calumniatores pro Epiſcopo*
„ *Cremonæ, & Antonio Marinano lib. I.*
„ *In Epiſtolam ad Romanos lib. I.*
„ *In Epiſtolam ad Galatas, dum eſſet in Concilio*
„ *Tridentino, lib. I.*
„ *Tractatum de contractibus lib. I.*
„ *De Cenſuris Eccleſiaſticis. lib. I.*
„ *Orationes habitas in Concilio Tridentino lib. I.*
„ *Orationes habitas in ſacello Pontificio lib. I.*
„ *Argumenta, & conſultationes, ſive reſponſa*
„ *ad diverſa Principum quæſita. lib. I.*
„ *Scholia in Sichardum Epiſcopum Cremonen-*
„ *ſem, ac Card. Sfondratum etiam ibi Epiſco-*
„ *pum lib. I.*
„ *Sermones, & collationes Patrum uberes erudi-*
„ *tione. lib. I.*
„ *In ejus funere elegantiſſimam orationem habuit An-*
„ *tonius Riccobonus. Hieronymus Rubeus in hiſt. Ra-*
„ *ven. l. 10. ad an. 1564. perbelle Epiſcopum Laureum*
„ *laudavit.* Mandoſius.)

XLIX 48. HIERONYMUS è Comitibus (1) della Portia à Clemente VIII. eandem ſedem obtinuit 1598. die 7. menſis Auguſti, diemque poſtremum obiit 1612.



L. 49. LUDOVICUS Seregus Veronenſis natus eſt Veronæ comite Federico, & Violante ex comitibus Canoſſæ matre, eximia eruditione, & doctoratus titulo, & ſumma prudentia ac ſapientia præditus fuit ſemper. Sub Sixto V. Romanam adiit aulam, utriuſque Signaturæ Referendarius delectus à Gregorio XIV. ejus affini, Fori Cornelii Gubernator, ſub Clemente VIII. Spoleti, inde Camerini, & Umbriæ Prolegatus factus, admirabili ingenii benignitate ita præfuit ac profuit omnibus, ut Pauli V. gratiam promeruerit, & ab ipſo, ex Baſilicæ Liberianæ Vicario, ad hanc ſedem ſubvectus ſit * 1612. die 3. Septemb. Seregi fauſtam Epiſcopalem infulam albo lapillo, honoris cauſa ſequenti inſcriptione notavit vir eruditiſſimus Franciſcus Pola Veronenſis in ſuo ſingulari inſcriptionum libro, quem doctiſſimus, omniumque ſcientiarum, rerumque peritia inſignis vir Aloyſius Novarinus Clericus Regularis, nuper publici juris fecit, pro coronide opuſculorum ſuorum lib.

* Ex App. tom. 2.

Ludovice. Saregi. Natalibus. doctrina. divitiis. virtutibuſque. omni. clariore. inluſtris. inluſtris. tibi. evax. tibi. &. propter. te. genti. tuæ. patriæ. tuæ. Urbique. &. Orbi. Veneranti. voce. &. gratanti, gratulor. ſero. ſerio. gratulor. quod. aliquando. tandem. Pontifex. Adrianus. declaratus. es. meritiſſimo. major. jam. huic. proximat. aliquando. ſperant. augurantur. præſagiunt. mortales. omnes. boni. Franc. Pola. Domino. &. Patrono. Qui. mihi. fuat. maximus.

Prid. Kal. Novemb. MDC. XII.

Ludovicus vero 12. annos hanc adminiſtravit Eccleſiam, tametſi ut plurimum abſens, quippe legationibus in Ræthia, atque graviſſimis explicandis negotiis impeditus, Romæ, vel ubi opus foret, commorabatur. Itaque eo munere ſe exſoluit 1622. deceſſitque 1625. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem; ubi vita functo cum hac inſcriptione nobile monumentum erexere.

Ludovico Sarego Veronenſi Adriæ Epiſcopo, non genere magis, quam virtutum & doctrinæ luce claro, qui Romana in Aula primum utriuſque ſignaturæ Referendarius, & hujuſce Baſilicæ Vicarius, mox Epiſcopatum adeptus, diu apud Helvetios Nuncius Pontificius, in Aulam demum reverſus, ſignaturæ juſtitiæ Præfectus fuit. Quibus muneribus egregie functus omnibus etiam ordinibus ob ſuaves mores peraquè charus obiit non. Auguſti M. D. C. XXV. annum agens LXVII. Oct. Bandinus, Joan. Baptiſta Millinius, Laurentius Magalottus S. R. E. Cardinales, Vulpius Vulpianus Archiep. Theatinus Teſtamenti executores PP.

50 UBERTUS a Pappafava Paduanus Serego ſucceſſit 1622 b. die 10. menſis Maii. Hic Roberti equitis filius ex Carrara familia, quæ olim Patavii imperitabat prognatus, lucem aſpexit anno 1577 Legum ſcientia floruit, ac doctoratus laurea ornatus eſt, Abbas S. Nicolai de Sebinico, Canonicus Patavinus, Theologali præbenda donatus, demum Adriæ Epiſcopus electus, cum ipſius avunculus Seregus illi dignitati renunciaſſet. Regio ille animo, ac eximia in rebus gerendis induſtria præditus, atque adeo Germanorum Principum maximeque ducis Bavariæ gratiam collegit: effuſæ in omnes, ſed præcipue in viros induſtrios liberalitatis. Rhodigii anno 1631. ſummo ſui deſiderio relicto è vita diſceſſit. Ejus corpus in Agniæ antiquæ Carrariæ gentis oppido Patavium transferendum in majorum ſepulchro in cathedrali jacet. * Patavii in Eccleſia S. Franciſci, ac ſacello S. Didaci de eo hæc extat honoraria inſcriptio. LI.

a Ubertinus. De eo Portenarius in hiſt. Patav. p. 308. Mandoſ. b 1623. ex Actis.

* Ex Append. t. 5.

D. O. M.

Ubertino Papafava Epiſcopo Adrienſi Abbati Sebenici. Bonifacius Eques Redemptoris meſtiſs. Fratri poſuit anno ſal. MDCXXX VI. Obiit anno MDCXXXI. IX. Octobris ætatis ſuæ LII. M. v. in Civitate Rhodigii.

51 GERMANICUS Mantica Uticenſis, Famaguſtæ olim Epiſcopus, Campaniæque Gubernator, ab Urbano VIII. Pontifice Maximo creatus eſt Epiſcopus 1632. c menſ. Auguſt. * Obiit Anno 1639 LII.

c 21 Febr. ex Actis. * Ex Append. t. 9.

52 JO. Paulus Savius Venetus, Epiſcopus Feltrenſis, translatus ad Adrienſem die 19. Decemb. an. 1639. LIII.

ADDITIO.

[„ *Fato functus eſt Venetiis die 27. Octobris 1650.*
„ *Poſt ejus obitum diu Adrienſis ſedes vacavit.*
„ BONIFACIUS *Aliardus Comes Bergomenſis* LIV.
„ *C. R. Theatinus, qui tantis meritis claruit, ut*
„ *adhuc juvenis ſui Ordinis Præpoſitus Generalis eli-*
„ *gi meruerit an. 1652. Tanto Regimine clarus, operi-*
„ *bus in lucem editis celebris, ab Alexandr. VII.*
„ *Adrienſis Epiſcopus dictus eſt anno 1656. Undecim*
„ *prope annos laudabiliter hanc rexit Eccleſiam, de-*
„ *functuſque eſt anno 1667.*
„ THOMAS *Retanus, Venetus, huic oneri hu-* LV.
„ *meros ſubdidit die 25. Junii an. 1667. Ad decennium*
„ *præfuit, & anno 1677. diem ſupremum obiit.*
„ CAROLUS *Labia, Venetus Patritius, C. R.* LVI.
„ *Theatinus, Archiepiſcopus Corcyrenſis, Adriæ E-*
„ *piſcopatum ſuſcepit regendum die 14. Decembris an.*
„ *1677. Vir non religione magis, quam eruditione*
„ *conſpicuus, ut ejus elucubrationes non minus doctæ,*
„ *quam piæ luculenter teſtantur. Fato ceſſit ſapientiſ-*
„ *ſimus Præſul in Eccleſiæ ſuæ gremio menſe Novem-*
„ *bri anni 1701.*
„ PHILIPPUS *de Turre, Presbyter Nobilis Fo-* LVII.
„ *rojulienſis, Diœceſis Aquilejenſis, I.U.D. Audi-*
„ *tor*

(1) Non è Comitibus della Portia, ſed è Comitibus Purliliarum erat Concordienſis Diœceſis, in Utraque Signatura Referendarius: qui diverſa, cum vocatus eſt ad Epiſcopatum, obtinebat beneficia, & præcipuum unum 100. Scut. in ſ. m. de Palazzolis Brixien. aliud quoque ſub invocationes s. Angeli, & s. Mariæ Carm. Purliliarum de jurepatronatus Comitum Purliliarum. ex Actis.

,, *tor Eminentiſs. D. Joſephi Renati Cardinalis Impe-*
,, *rialis, & aliâs Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ Fo-*
,, *ri Julii, dum annum ætatis ſuæ 45. ageret, Adrien-*
,, *ſi decoratus eſt inſula die 6. Februarii an. 1702. Tri-*
,, *bus luſtris ſumma cum prudentia laude ſibi commiſ-*
,, *ſam adminiſtravit Eccleſiam, & dum Anteceſſo-*
,, *rum ſuorum ſeriem in hujus editionis ornamentum*
,, *adornaret, pluraque congereret, unde ſecundi hu-*
,, *jus voluminis materies undequaque poliretur, præ-*
,, *cipiti letho correptus bonorum omnium mœrore de-*
,, *ceſſit die 25. Februarii hujus anni 1717. illuſtrem*
,, *pietatis, eruditionis, ac doctrina famam relin-*
,, *quens, cum ſuis virtutibus, præclariſque ingenii*
,, *ſui monumentis, quibus Rempublicam litterariam*
,, *locupletavit, maximum inter eruditos ſibi nomen*
,, *comparaverit, majus præterea adepturus, niſi quæ*
,, *erat meditatus, intempeſtivum fatum intertur-*
,, *baſſet.*
LVIII ,, ANTONIUS *Vaira, Venetus, qui, cum in*
,, *Patavino Archilyceo primarium juris utriuſque*
,, *interpretandi munus gereret, ad Epiſcopatum Pa-*
,, *rentinum fuiſſet aſſumptus, inde ad Eccleſiam A-*
,, *drienſem regendam translatus fuit die 12. Ju-*
,, *lii 1717.*

ARIMINENSES EPISCOPI.





Ariminum antiquiſſima civitas, caput olim Senonicæ Galliæ, in litore Adriatici Maris, ubi famoſæ ſemitæ Æmiliæ cum Flaminia injungunt confinia, non procul a Rubicone amne, qui olim Italiam a Gallia diſcernebat, ſituata eſt, a flumine ejuſdem nominis Ariminum appellata, quod hodie incolæ Marechiam appellant, ut fert ſententia Pompeii Feſti, Plinii, Stephanique Epitomatoris. Alii volunt Ariminum fuiſſe appellatum, quod inſigne olim armamentum Romanorum eſſet, ubi è bello reverſi duces, Romamque petituri, arma recondere erant ſoliti. Alii ab eadem Galliæ Senonicæ Provincia, olim Ariminum dicta, teſte Livio lib. 8. decad. 3. ſic denominatum, quæ deinde Arimini Provincia tractu temporis in Pentapolim converſa eſt. Alii demum Catonis opinionem ſecuti, Anniique fabulatoris, ab Hercule Ægyptio narrant fuiſſe ædificatam, atque ab ejuſdem etymologia nominis Ariminum fuiſſe appellatam. Strabo coloniam illam fecit Umbrorum: quæ poſtea ſub coloniæ nomine in ditionem Romanorum conceſſit, ut refert Livius, atque Paterculus anno à Roma condita 485. ante exortum Chriſtum 282. conſulibus Sempronio Sapho, Appioque Claudio filio Cæci, qui eidem civitati circumdedere muros, Annibaliſque bello occupatis opportunas ſuppetias tulit. Dicta etiam eſt Auguſta colonia, quod ab Octaviano Auguſto nobilitata ponte ſit, quo fluminis Morechiæ ripam cum civitate conjunxit, pulcherrimoque arcu triumphali; Antoninus deinde Pius, illam irriguo fonte voluit madere, aliiſque nobiliſſimis ædificiis exornavit; unde liquido conſtat maxima fuiſſe illam in exiſtimatione apud antiquos Romanos. Plutarchus in Cæſare illam vocat Magnam Galliæ urbem: Zoſimus urbem Flaminiæ magnam. Procopius de bello Italico contra Gothos urbem Ariminum maxima exiſtimatione dignam propalavit. Et civium ſplendidiſſimus Ordo Ariminenſium legitur in antiquo lapide. Hanc urbem in ampliorem ſitum, longeque majorem, quam his temporibus, extitiſſe probat vetuſtas lapidum, demonſtrantque quanta fuerit dignitas, & amplitudo urbis, quæ modo reſpicitur non ſine mœrore in ſuimet quaſi compendium redactam. Diſtributa enim fuit urbs in VII. præcipuos Vicos, ut ex eiſdem inſcriptionibus præclare patet, quarum complures memorantur Vicani Vicorum VII. ex quibus III etiam in diverſis inſculpta nomina viſuntur. Unum integrum monumentum pono, quod refert in ſuo Rubicone de ſenſo eruditus Jacobus Villanus.

C. MEMMIO
C. I. AN
MARIANO
FLAM. DIVI CLAUD.
II VIR III VIR
CURATORI ÆDIUM
Q. ALIM ADARICAM
VICAN. VIC. VELAB.
PATRON OB MERIT EJUS
CUJUS DEDICAT. SINGUL
N VIII. DED.
L. D. D. D.

Hæc in lapidibus inventis prope portam S. Andreæ. Germalus vero Aventinus, & Velabrum partes erant urbis Romæ. Ad hujus igitur (ut innuit Cluverius) exemplum Ariminenſes ſuam quoque urbem in VII. partes diviſiſſe videntur. Floruit, donec majeſtas Romani Imperii; ab ejus ruina, cum aliis Italiæ civitatibus, eandem fortunam tulit, variosque dominos experta eſt; modo enim Exarchis, modo Longobardis, modo Romanis Imperatoribus paruit, cui Malateſtam Theutonem præfecerant anno 1002. unde Malateſtam nobiliſſimam gentem prodiiſſe credidere plerique, in cujus deinde ditionem ceſſere nobiliores Flaminiæ civitates, uſque ad Juliũ II. Pont. Max. Ex eo Eccleſiaſticum frænum ſubiit, quo uſa moderamine, ad priſtinam, florentemque fortunam viſa eſt rediiſſe. In omni fere memoria viros præclaros eduxit. Cæterum, nulla alia fere re magis ſpectabilis eſſe videtur, quam quod in primis civitatibus numeratur, quæ Chriſtiana ſacra avidiſſime ſuſceperunt, divinum verbum Apollinare ſanctiſſimo, & Apoſtolico viro divulgante. Ad quod ſane decus acceſſit a civibus Ariminenſibus largiſſime ſanguis effuſus, ut eadem ſemel ſuſcepta ſacra ſanctiſſime tuerentur. Quod ipſum cum Diocletiani temporibus inſigniter eveniſſet, Damaſus Papa Ariminum civitatem inter ſeptem martyrii Palmas merito numeravit. Hic Pontifex ei civitati S. Gaudentium Paſtorem attribuit, qui hoc tempore ab Ariminenſibus inter Tutelares divos numeratur; tametſi jam inde a temporibus Dionyſii I. Pontificis Præſule non caruerit; quin potuit ea dignitate etiam enituiſſe, ſimul ac Chriſtum ſecuta eſt. Conſtat in ea Ariminenſe fuiſſe celebratum Concilium, quod deinde ex Eccleſiaſtica cenſura Conciliabuli nomen invenit. Epiſcopus Ariminenſis jam inde a ſuo exordio, unam immediate Apoſtolicam ſedem agnovit; ut perſpicue videre eſt in Conciliis, præcipue autem in Lateranenſi ſub Alexandro III. ubi inter Epiſcopos Romanæ Provinciæ Jocellinus Ariminenſis Antiſtes ſe ſubſcribit, non autem inter Ravennates Suffraganeos, quod futurum erat, ſi illius Eccleſiæ tamquam ſubditus ſpectaſſet arbitrium. Uſa hoc privilegio eſt, mordicuſque retinuit, donec Clemens VIII. Ravennati Archiepiſcopo tanquam Suffraganeam illam ſubjecit; nequicquam populo, cleroque reclamantibus. Cathedralis Eccleſia antiquiſſima eſt ſub invocatione S. Columbæ; cum XII. canonicis, duabus dignitatibus ornatur, Præpoſitura ſcilicet, atque Archidiaconatu: quibus rurſus accedunt octo manſionarii, atque capellani quinq; Capitulum duo ſimplicia beneficia obtinet, menſæque capitulari quinque curati junguntur, deque duabus præbendis deſtituitur, Pœnitentiali ſcilicet, ac

Digitized by Google

Theologali. Ariminenſis Diœceſis quinque Abbatias, vigintitres Plebanias, centum ſexaginta ſupra unam Parochiales Eccleſias, quarum viginti quatuor intra civitatem ſunt, cætera ſimplicia beneficia habentur, cum 18. Xenodochiis complectitur. Sub ejuſdem Diœceſis ditionem ſexaginta oppida cadunt, quorum ſexaginta millia mortalium cenſentur. Sexdecim Religioſorum monaſteria, ſex monialium, ſexdecim laicorum confraternitates, tria Xenodochia, mons Pietatis, ſeminariumque ad alendos juvenes, cum aliis Eccleſiis, atque oratoriis Arimini ſpectantur, Ariminenſis populi pietatis clariſſima argumenta. Ejus divi Tutelares ſunt Deipara Virgo, S. Gaudentius Epiſcopus, & martyr, S. Columba, Innocentiaque virgines, & martyres, cum S. Juliano, ac Patavino Antonio. Tam cathedralis, quam cæteræ aliæ Eccleſiæ ſanctorum reliquiis nobilitatæ ſunt. Taxatur hæc Eccleſia in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 400. Hujus nobiliſſimæ civitatis originem, ſitum, hiſtoriamque deſcribunt Raphael Adimarius, Cæſarque Clementinus S. Stephani Eques, ac cives Ariminenſes. Matthæus vero Brunus ſuo tempore non tenuis famæ juriſconſultus ita olim in eundē Arimini ſitum perbelle cecinit.

Urbis Ariminea ſi quaris noſcere fines,
Hos lector verſus perlege docte meos.
Hujus prima ſuos greſſus pars ſolis ad ortum
Tendit, ubi ſedes amnis Iſaurus habet.
Solis ad occaſum Zephyro jam flante pererrat,
Altera ubi Rubicon projicit amnis aquas.
Tertia & ad nigrum, pluvialemque advenit Auſtrū,
Apenninus ubi cornua longa trahit.
Ultima ad horriferum Boream, ſeptemque triones
Pergit, ubi Adriaci fluctuat unda ſinus.
Frugibus hos inter fœcundum circuit Aequor,
Fertilis & colles undique Bacchus amat.
Muſcoſi fontes, oleaque in collibus altis,
Plenaque maturis fructibus arva patent.
Flavus in Adriacas percurrit Ariminus undas,
Pinguia vi ſecum ſemina ſape trahens.
Cernitur hac divi Pons Caſaris urbe vetuſtus,
Arcus quinque manu regia, & arte gerens.
Jam fuit & gemina hic ſtatio tutiſſima nautis,
Unica nunc feſſos ſemiperempta capit.
Alter & Apruſa hanc qui nomine dividit amnis,
Litus & ad curvum pergit ab urbe maris.
Naſcitur ex parvo prope mœnia monte frequenti
Fons gelidus curſu, clarus & urbe jacet.
Alta hic cernuntur populi, ſanctique ſenatus
Fundamenta arcus marmore ſtructa diu.
Hac via quadrato pertranſit lata lapillo,
Flaminia, & ſecum jungitur Aemilia.
Hic quoque collapſi veſtigia ſumma theatri,
Navita arenoſo littore ſpectat ovans.
Sacra quaterq; decem divorū hac templa ſuper ſunt
Viginti, ac oras poſſidet iſta duas.
Hanc circum, & duo bina decem nunc curvus arator
Rura colit, vites pampineaſque putat.
Collibus, & plano totidem nunc oppida fulcat,
Jam ſexaginta heu fertiliora nimis.

Series Præſulum, qui in Ariminenſi ſede olim floruerunt, ſequens eſt, quam ex variis monumentis non parvo noſtro labore in hunc modum digeſſimus. („ *Hujus Eccleſia fructus taxantur in libris* „ *Camera ad Flor. 400. aſcendunt tamen ad 3000. Scu-* „ *ta Moneta Romana.*)

I. 1. N. cujus nomen ignoratur, Ariminenſis Epiſcopus conſecratus a Dionyſio Pontifice, cujus meminit Clementinus lib. 2.

II. 2. STEMNIO Ariminenſis Epiſcopus inauguratus eſt circa annum 307. à Marcello I. Pontifice, qui Concilio Romano interfuit anno 313. ut narrat Baronius. Erexit autem Stemnio templum, quod poſtea S. Gregorii placuit appellare, adauxitque ſubconfeſſionem, ut vocant, quæ paulo ante Sacellum erat anguſtiſſimi ambitus. Herculis templum a Conſtantino Magno impetratum, ſub invocatione S. Co-

A lumbæ virginis, & martyris dedicavit in Cathedralem, ordinatis ſacerdotibus, qui ibi divinum opus urgerent. Cæterum S. Columbæ reliquiæ Ariminum in hunc fere modum advectæ ſunt. Senonenſes quidam mercatores, cum e Galliis ad Adriaticum Mare ſecum S. Columbæ vel pietatis, vel tutelæ gratia advectis reliquiis curſum inſtituiſſent, inque conſpectu Arimini adeo tenaciter navis hæſiſſet, ut nulla deinde vi, non ventis, non impellentibus undis potuerit dimoveri, religione perfuſi Epiſcopum loci ſupplices, pronique conſuluerunt, quid facto opus eſſet. Intellexit Antiſtes præſentiſſimum numen adeſſe, ac veluti indigitare, ubi reponendas reliquias illas mandaret: quamobrem paucorum ſacerdotum inſtituta ſupplicatione, è mari, in templum a ſe repurgatum S. Columbæ reliquias deportavit, fecitque templo de nomine ſanctæ cognomen, inque tutelares Ariminenſis populi divos annumeravit. Ejus virginis, & martyris feſtum poſtrema die menſis Decembris celebratur, quæ ſub Aurelio Imperatore
B ex Rom. Martyr. nobilem ſumpſit palmam martyrii.

3. S. GAUDENTIUS Epiſcopus, ac divus Tutelaris Arimini, catholicæ religionis defenſor, tum Arimini, tum foris quam plura templa conſtruxit. III.
(1) Vixit temporibus Conſtantii Imperatoris Arriani, ſub cujus Imperio Ariminenſe Concilium celebratum eſt anno 359. quod a Romana Eccleſia poſtea reprobatum, Conciliabuli nomine pondus amiſit. Cæterum Gaudentius cum Conciliabuli acta ſoluta jam ſynodo reſcidiſſet, Arrianamque impietatem conſtantiſſime inſectaretur, ab ejus impietatis alumnis pulſatus, lapidatuſque extra civitatem palmam accepit martyrii die 4. menſis Octobris, ut habet Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, Annalibuſque Eccleſiaſticis. Hujus ſanctiſſimi martyris corpus in templo ejus nomini conſecrato quieſcebat, ubi poſtea nobilis, opulentaque Abbatia ex Ordine D. Benedicti erecta fuit. Eo in templo plura ſanctorum lipſana honorifice aſſervari, in eoque fidelium plures ſtationes indulgentias
C ex theſauris Eccleſiæ effudiſſe ſummos Pontifices teſtatur documentum ante annum ducenteſimum juſſu Joachimi Abbatis ſcriptum, quod cum in eo nonnulli ritus Ariminenſis Eccleſiæ recenſeantur, hic exhibebo.

In nomine Domini Jeſu Chriſti. Amen. Exemplar ſive copia libelli ſtationum S. Gaudentii Eccleſia Arimini. Iſta ſunt ſtationes, & loca devotiſſima. Eccleſia, ſeu monaſterii S. Gaudentii glorioſi martyris, & Epiſcopi, atque ſingularis patroni civitatis Arimini, ubi ſunt multa ſancta corpora, & reliquia ſanctorum, qua quidem Eccleſia, & loca ſacratiſſima, etſi a cunctis fidelibus ſunt merito veneranda, & ſingulari devotione habenda, pracipue a venerabili, & devoto populo ejuſdem nobilis Ariminenſis civitatis. Sunt igitur cum pura devotione magnaque veneratione viſitanda, veneranda, protegenda, atque magnificanda, attento praſertim, quomodo idem venerabilis populus eoſdem glorioſos ſanctos, quorum ſacratiſſima corpora, atque Reliquia in pradicta Eccleſia requieſcunt, habeat in-
D *dubitanter in cœlo, coram Deo ſpeciales Oratores, patronos, & defenſores: ideoque eſt valde dignum, & juſtum, ut qui tantos, tamque magnificos meruerunt habere patronos, a quibus ſingularis patrocinii recipiunt beneficia, eis utique vice verſa majoris devotionis, ac venerationis continua impendant obſequia. Quomodo ſacratiſſima corpora, atque reliquias, ſic jugiter viſitando, eoſque devoto affectu venerando non ſolum eorundem ſanctorum gratiam, & patrocinium, ſed & multas, & magnas indulgentias a ſummis Pontificibus, ibidem copioſe conceſſas, merebuntur indubitanter obtinere, ad laudem, & honorem D.N.I.C. eorundemque ſanctorum, & ad ſalvationem animarum fidelium, eandem Eccleſiam, atque reliquias, & loca, ubi ſunt, ſeu ſtationes devote, ut præfertur viſitantium; qua quidem loca, ſeu ſtationes ſunt novem, & ſunt, qua ſequuntur.*

Pri-

(1) Spuria quædam Gaudentii Acta ſcitiſſimè refutat Baronius ad an. 359. quibus narratur, eum ordinatum fuiſſe Ariminenſem Epiſcopum a Damaſo *Papa*, qui diutius poſt Ariminenſe Concilium, cui interfuit Gaudentius, in ſede Romana fulgere cœpiſſet.

Digitized by Google

Prima igitur ſtatio, ſeu locus indulgentiarum eſt ad portam burgi S. Geneſii ante exitum portæ, quæ ducit ad S. Gaudentium, ubi eſt quædam crux marmorea antiqua, in quo loco, ſeu ſtatione propter quoddam magnum miraculum ibidem factum, Epiſcopus civitatis Ariminenſis, qui tunc temporis erat ob S. Crucis reverentiam, & tanti miraculi condignam perpetuam memoriam copioſas indulgentias, quas proculdubio obtinent omnes dictum locum viſitantes, & crucem ipſam ob reverentiam paſſionis D.N.I.C. devote adorantes, & iſta eſt prima ſtatio, ſeu locus indulgentiarum ſanctus, & devotus in eundo ad S. Gaudentium

Secunda ſtatio, ſeu locus indulgentiarum eſt in medio Campi, ſeu cœmeteriis magni, quod eſt ante Eccleſiam S. Laurentii, ubi eſt quædam crux magna lapidea, & lapis magnus junctus cum ea ad modum altaris, ubi Epiſcopus Ariminenſis noviter factus, quando primo venit accipere tenutam, & regimen ejuſdem Epiſcopatus, deponit veſtimenta ſua pariter, & calceamenta, & ſic humiliter, & devote intrat in Eccleſiam S. Gaudentii ſingularis patroni dictæ civitatis Arimini, ad adorandum, ſeu venerandum ipſius corpus ſanctiſſimum, & cætera corpora, & reliquias aliorum ſanctorum, quæ ſunt in eadem Eccleſia; quibus devote adoratis, dignoque honore veneratis redit ad prædictum locum, ubi ante ingreſſum Eccleſiæ depoſuerat veſtimentum, & calceamenta ſua, & ibi induitur, & calceatur aliis pannis, & calceamentis novis ſtatus ſuo condecentibus, tradens eidem Eccleſiæ S. Gaudentii patroni ſui indumenta illa, & calceamenta, quæ ut dictum eſt, depoſuerat, & equum ſimiliter, in quo per viam equitaverat; deinde aſſociatus a majoribus, & nobilioribus civitatis intrat civitatem, & vadit ad Epiſcopatum, ſeu Eccleſiam Cathedralem ſuam, in qua proceſſionaliter recipitur, & honorifice intromittitur, atque in ſede ſua Epiſcopali, cum Te Deum laudamus, &c. Pulſu omnium campanarum ſolemniter inthronizatur; & iſta eſt ſecunda ſtatio, ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii, ubi conceduntur indulgentiæ.

Tertia ſtatio, ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii, eſt in medio ipſius Eccleſiæ gradus, per quos aſcenditur in chorum, ubi eſt quædam crux aurea, poſita in pavimento plana. Qui quidem locus eſt circumdatus virgis ferreis groſſis elevatis a terra, & dicitur Palma martyrii, quoniam in ipſomet loco martyrizabantur, & decollabantur ſancti martyres pro fide, & nomine D.N.I.C. tempore perſecutionis Chriſtianorum, & efficiebantur ibidem ſui ſacri certaminis, velut ſtrenui, atque fideles milites Chriſti victores glorioſi, quæ quidem glorioſa victoria ſignificatur per palmam, & ideo non immerito, ſed digne, & congrue locus ipſe dicitur Septem palmæ martyrii. Unde eſt ſciendum, quod ſeptem ſunt loca in urbe univerſa, quæ vocantur Palmæ martyrii, ubi principaliter primi ſancti martyres martyrizabantur tempore perſecutionis Chriſtianorum, & pro fide Chriſti, ut dictum eſt, decollabantur. Quorum.

Primus locus, ſeu prima palma martyrii eſt Romæ.

Secunda in Hieruſalem.

Tertia in Ravenna.

Quarta in dicta Eccleſia S. Gaudentii de Arimino.

Quinta in Alexandria, ubi fuit martyrizata beata Catherina, & magna multitudo martyrum.

Sexta eſt in Francia, ubi fuit martyrizata ſanctiſſima legio ſanctorum Thebeorum martyrum, prout in ipſorum legenda habetur.

Septima eſt in Alemagna in civitate Coloniæ, ubi fuit martyrizata beata Urſula, cum tota ſua glorioſa comitiva, quæ fuerunt undecim millia virgines, quæ omnes ibidem pro fide Chriſti martyrizatæ fuerunt. Quæ quidem loca ſeptem, ſeu palmæ martyrii prædicta ſunt loca ſacratiſſima irrigata, & conſacrata innumerabilium martyrum ſanguine precioſiſſimo, quæ cum maxima devotione, & reverentia debent viſitari, & revereri, & honorari a Chriſti fidelibus, ex quibus ſeptem martyrii palmis ſanctiſſimis, ut dictum eſt ſupra, una eſt in dicta Eccleſia S. Gaudentii, & ipſa eſt quarta ſtatio, ſeu locus indulgentiarum ejuſdem Eccleſiæ S. Gaudentii.

Quarta ſtatio, ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii eſt, ſicut quis intrat Eccleſiam ipſam ad manum ſiniſtram, in quadam capella parva, quæ eſt ex oppoſito nobilis turris campanarum apud unam aliam capellam magnam, in qua quidem capella parva, quæ eſt in illo angulo, eſt unum monumentum lapideum depictum retro altaris ipſius capellæ, in quo monumento eſt corpus cujuſdam S. fœminæ, ſeu matronæ venerabilis ſororis S. Chriſtophori, & inter murum iſtius capellæ, & murum chori, ubi dicitur divinum officium, eſt quædam ſcala lapidea, & ibi eſt unum aliud monumentum lapideum, cujus pars ſubtus dictam ſcalam lapideam, & aliam, pars eſt de foris diſcooperta, quæ videtur tangere parietem dicti chori, in quo monumento eſt corpus B. Lanfranchi, ubi virtute domini noſtri Jeſu Chriſti, & meritis ejuſdem B. Lanfranchi fiunt quotidie miracula; nam rupti, ſeu crepati, aut hernioſi, ſe eidem B. Lanfranco, devote raccommendantes, ipſiuſque ſepulchrum, cum fide, & devotione viſitantes, prædictis infirmitatibus, ſeu paſſionibus ſuis certiſſime liberantur; & ipſa eſt quarta ſtatio, ſive locus indulgentiarum ipſius Eccleſiæ S. Gaudentii.

Quinta ſtatio, ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii eſt in capella S. Coronæ, quæ eſt ſuperius aſcendendo per ſupradictam ſcalam lapideam, ubi eſt monumentum B. Lanfranchi, in fine Eccleſiæ ad manum ſiniſtram altaris majoris S. Gaudentii, in qua capella eſt altare lapideum, & retro cunctum, cum eo eſt, quoddam magnum ſepulchrum lapideum, in quo eſt corpus Coronæ virginis, & corpus S. Arduini confeſſoris, qui in eodem monaſterio S. Gaudentii vixit, & ibidem ſanctificatus fuit, & in eodem ſepulchro eſt brachium S. Stephani prothomartyris; de quo ſepulchro, cum maxima devotione multi tradunt, & dant cum aqua febricitantibus, & liberantur, & ibi ſunt conceſſæ ampliſſimæ indulgentiæ, ſicut apparet per ſeptem privilegia antiqua, quæ adhuc ſunt in eodem monaſterio, & iſta eſt quinta ſtatio, ſive locus indulgentiarum prædictæ Eccleſiæ S. Gaudentii.

Sexta ſtatio, ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii eſt ad altare majus, quod eſt ſuperius in medio Eccleſiæ, in capite ipſius ante chorum, ſuper quo altari eſt quædam Ancona, ſive tabula erecta plena multis reliquiis ſanctorum, quorum nomina leguntur pro utraque parte exteriori, & retro ejuſdem altaris majoris eſt quædam ſepultura ſolemniſſima marmorea fabricata, more Romano antiquo ex perploretuis, & ſerpentis, aliiſque lapidibus pulcherrimis diverſorum colorum, in qua eſt precioſiſſimum corpus S. Gaudentii glorioſi martyris, & Epiſcopi Ariminenſis, atque patroni ſingularis ejuſdem civitatis, & in parte ſuperiori ipſius ſepulchri, ubi eſt oſtiolum ferreum, ſunt multæ precioſæ reliquiæ Ss. quaſi innumerabiles, & ibi ſunt conceſſæ multæ indulgentiæ, & iſta eſt ſexta ſtatio, ſive locus indulgentiarum ejuſdem Eccleſiæ S. Gaudentii.

Septima ſtatio, ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii eſt in capella quatuor Coronatorum, quæ eſt ſuperius in fine Eccleſiæ ad manum ſiniſtram ſupradicti altaris majoris S. Gaudentii, in qua capella eſt altare lapideum, & retro eſt quædam arca, ſeu capſa elevata, quaſi ſuper altare, & juncta cum muro ex lapide marmoreo finiſſimo, ſeu alabaſtrino ſculpta a foris certis imaginibus, & certa ſcriptura ſculpta in medio ejus, in qua ſunt duo ſacratiſſima corpora, ex quatuor coronatis Martyribus, & tria corpora Ss. Innocentium, & in hac capella ſimiliter ſunt multæ indulgentiæ, & illa eſt ſeptima ſtatio, ſive locus indulgentiarum præfatæ Eccleſiæ S. Gaudentii.

Octava ſtatio, ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii eſt in eadem Eccleſia ſubtus in alio corpore inferiori ejuſdem Eccleſiæ, quod dicitur confeſſio in capella Ss. martyrum Valentini, & Victoris, quæ eſt intrando confeſſionem jam dictam ad manum dexteram, ubi eſt altare lapideum, & juxta ipſum retro eſt ſepulchrum lapideum, in quo ſunt corpora prædictorum martyrum Valentini, & Victoris, quæ fuerunt ibidem mirabiliter reperta, cum corpore S. Gaudentii, ut recitatur in hiſtoria paſſionis ſuæ, in quodam puteo, qui eſt a manu

ſiniſtra prædicti altaris, ubi eſt lapis in terra marmoreus, per revelationem factam cuidam honeſtæ, & religioſæ fœminæ, nomine Abortinæ, quæ erat cæca a nativitate, & morabatur Ravennæ; hoc modo fertur. Quod cum jam dicta fœmina cæca eſſet Ravennæ, & quotidie cum magna devotione, & fide pro viſu, ſeu oculorum lumine habendo Deum exoraret, & cum in hac prece per multum tempus inſtitiſſet, & perſeveraſſet, fuit tandem ſibi dictum per Angelum, quomodo Deus exaudierat preces ejus, & ad hoc, ut viſum recipere mereretur, quod deberet venire in civitatem Arimini, & ire ad Eccleſiam S. Gaudentii, & dicere R. Abbati ipſius monaſterii, quomodo in prædicto loco confeſſionis in capella jam dicta erat quidam puteus coopertus lapide marmoreo, in quo jacebant corpora Ss. martyrum Gaudentii, Valentini, & Victoris, & quod voluntas Dei erat, quod inde extraherentur, & honore condigno venerarentur; addens, quod cum eadem ſanctiſſima corpora reperirentur, & a dicto puteo extraherentur, & ab ipſa devotione adorarentur, & deoſcularentur, quod incontinenti viſum recipere mereretur. His præmiſſis prædictæ ſanctæ fœminæ per Angelum, ut præfertur, dictis, ſubjunxit fœmina eidem Angelo, dicens: Tu ſcis Domine, quia non video: neque per me ipſam ad aliquem locum, niſi deducar, pergere valeo. Tunc Angelus accepit eam, & ſubito, quaſi in ictu oculi poſuit ipſam in Arimino, intra dict. Eccleſ. S. Gaudẽtii, in illo loco, ubi prædicta Ss. corpora erant, & dixit ei Angelus: Ecce filia dilecta, qui tu es nunc in Eccleſia S. Gaudentii de Arimino, & in capella, & loco, ubi pretioſa corpora SS. martyrum Gaudentii, & Valentini, & Victoris ſunt, & ubi tibi dixeram, cum eſſes Ravennæ, quod deberes venire; Nunc autem perge ad R. Abbatem hujus monaſterii, & enarra ſibi per ordinem omnia, quæ tibi evenerunt, prout facta ſunt uſque nunc. Tunc illa ſancta fœmina procidens in terram tota perfuſa lachrymis præ nimio cordis gaudio, & agens gratias Deo, & illi ſanctiſſimo Angelo, atque ſe ſibi humillime recommendans. Angelus ille ſanctiſſimus nuncius, qui divinus volavit in cœlum, illa vero ſurgens ab oratione perrexit ad R. Abbatem, & narratis ſibi omnibus, quæ ei acciderant, prout Angelus eidem præceperat, & oſtenſo ſibi puteo, ubi illa ſanctiſſima corpora jacebant. Tunc iiſdem R. Abbas adhibens plenam fidem verbis illius ſanctæ fœminæ appoſuit totam diligentiam ſuam ſuper hac re a Deo ſibi commiſſa, & ſpecialiter injuncta, & convocatis multis ſervis Dei, tam religioſis, quam clericis, atque ſecularibus honeſtis, & congregatis omnibus in dicta Eccleſia S. Gaudentii, cujus R. Abbate, & monachis ſuis iiſdem R. Abbas, inſinuavit omnibus omnia, quæ illa ſancta fœmina ſibi dixerat, & quomodo ex parte Dei ſpecialiter injunxerat, quod deberet extrahere illa ſanctiſſima corpora Ss. martyrum Gaudentii, Valentini, & Victoris, quæ erant ibi in quodam puteo indecenter ſepulta, ut inde extracta, & in loco condecenti repoſita condigno venerarentur honore, & quod iſta erat cauſa, quare eos ibidem convocaverat, atque congregaverat, ideo, quod omnes ibi aſtantes vellent cum eo pariter ad locum, ubi illa ſanctiſſima corpora jacebant, accedere, & ipſa inquirere, indeque extrahere. Tunc R. Abbas, indutus Pontificalibus, cum ſuis conſociis, & miniſtris, & omnes alii ordinati proceſſionaliter cruce prævia, ut eſt moris, perrexerant valde ſolemniter, & devote ad locum, ubi erant illa ſanctiſſima corpora, exiſtente ibidem præſente illa ſancta fœmina cæca, quæ venerat revelare ipſa oſtendente locum S. putei, & præcipiente, ut ipſum fiducialiter aperirent. Quem cum aperuiſſent, & illa ſanctiſſima corpora reperiiſſent, eaque mirabiliter, & ultra humanum modum fragrantia extraxiſſent, & illa ſancta fœmina a nativitate cæca, cum magna devotione, & fide, cum facie ſua ea humillime tetigiſſet, & incontinenti ſubito oculos, & viſum, quem nunquam habuerat, perfecte, & mirabiliter recepiſſet, omnes, qui aderant præ nimio ſtupore, & admiratione ex tanto, tamque magnifico miraculo, coram ipſis facto, quaſi extra ſe facti, & ſuper facies ſuas in terra proſtrati adoraverunt Deum ipſum laudantes, & glorificantes

A *in ſanctis martyribus ſuis Gaudentio, Valentino, & Victore; quorum ſacratiſſima corpora reperire, & habere meruerunt in ipſorum & totius civitatis præſidium.*

Tunc prædictus venerabilis pater Abbas primo, & poſtea ſucceſſive omnes alii, qui aderant præſentes cum magna reverentia, & devotione perfuſi lachrymis ex immenſo cordis gaudio acceſſerunt ad venerandum, & deoſculandum illa ſanctiſſima corpora, & mirum in modum factum eſt, ut omnes illi, qui ea tetigerunt, fuerint perfecte curati, & liberati ab omnibus infirmitatibus, doloribus, & languoribus ſuis. Deinde deduxerunt ipſa in ſacriſtiam ejuſdem Eccleſiæ, cum ingenti gaudio, magnoque honore, cantantes: Te Deum laudamus; & ibi fuerunt in quadam capſa honorifice recondita, & a cuncto populo digno honore venerata, ubi ſimiliter fuerunt multa miracula facta, & ibi ſteterunt illa ſacratiſſima corpora, per aliquod breve tempus, donec fuit factum ſepulchrum lapideum, in quo ponerentur.

Quo facto prædicta ſacratiſſima corpora Valentini,
B *& Victoris fuerunt cum maximo honore, & hymnis, & canticis ſpiritualibus ad capellam, ubi prius fuerunt reportata, & ibi apud puteum, ubi ante jacuerant, in quodam notabili ſepulchro lapideo, videlicet marmoreo mirabiliter recondita, ubi requieſcunt uſque in diem generalis judicii D. N. Jeſu Chriſti, quando veniet reddere unicuique ſecundum opera ſua, pro cujus ſacroſancto nomine confitendo præfati beatiſſimi martyres Valentinus, & Victor ſe martyrizari, & occidi permiſerunt, expectantes ab eo condignam mercedem recipere, cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

S. Gaudentius repoſitus fuit retro altaris majoris in pulcherrimo ſepulchro ſolemni, & mirifico honore: illa autem ſancta fœmina, de qua ſuperius eſt facta mentio, quandiu vixit, in ea Eccleſia in ſervitio Dei, & prædictorum ſanctorum martyrum permanſit, & in ea capella, ubi illuminari promeruit, ibidem poſt mortem ſe ſepelire juſſit, ubi multis plena, & adornata virtutibus requieſcit in Deo. Et iſta eſt octava ſtatio, ſive locus
C *indulgentiarum Eccleſiæ S. Gaudentii, ubi etiam plurimæ indulgentiæ ſunt.*

Nona ſtatio, ſeu locus indulgentiarũ S. Gaudentii eſt in prædicto loco confeſſionis, ſeu corpore Eccleſiæ inferiori introitu ad manum ſiniſtram, in quodam loco ſtricto, & anguſto, ubi eſt quædam capella parvula, & devotiſſima, ubi, ut fertur, S. Gaudentius cum aliis Chriſtianis fidelibus occulte orare conſueverat, & maxime tempore perſecutionis Chriſtianorum; quem locum multæ devotæ perſonæ conſueverunt per annum integrum quolibet die viſitare, ibique ſpecialem, & devotam orationem pro aliquo defuncto facere, & aliqui ex ipſis aſſerunt ſe vidiſſe illas perſonas defunctas in eodem loco, quem pro illis viſitarunt, & ubi pro ipſis ſpeciales, & devotas orationes Deo obtulerunt, & ſtatum ſuum eis manifeſtaverunt, & ſi poſſent liberari a pœnis, vel, aut quomodo dare ſibi dixerunt: Tum aliqui ex illis, qui dictum locum viſitarunt, ut dictum eſt, dicunt hoc ſe vidiſſe in fine anni, alii infra tres menſes, alii vero infra ſex, quod credendum eſt fieri ſecundum
D *ipſorum orationum fidem, & devotionem, vel ſecundum aliorum defunctorum, pro quibus orat, ſtatum, & neceſſitatem, alii etiam frequentantes, & continuantes dicti loci viſitationem, & devotam orationem dicunt ſe ibidem ſentire, & videre miracula, & iſta eſt nona, & ultima ſtatio, ſive locus indulgentiarum ſupradictæ Eccleſiæ S. Gaudentii.*

Sunt etiam in dicta Eccleſia S. Gaudentii præter prædicta loca, & ſtationes, nonnulla etiam devotiſſima loca, & capellæ, in quibus locis omnibus ſunt multæ indulgentiæ, eo quod ſunt intra corpus ejuſdem Eccleſiæ, cui ab antiquo fuerunt a ſummis Pontificibus ampliſſimæ, & quaſi innumerabiles indulgentiæ conceſſæ; & inter cætera loca eſt in dicta Eccleſia inferiori, quæ dicitur confeſſio, in fine ipſius apud murum, ubi eſt quædam feneſtra vitrea magna, magnum ſepulchrum lapideum, ſeu arca, in qua, ut fertur, fuit poſitus quidam ſanctus martyr, nomine Venerei, qui tempore perſecutionis Chriſtianorum pro fide D. N. J. C. fuit martyri-

Digitized by Google


zatus, & per medium ſquina ſecatus, quam arcam, ſeu ſepulchrum, qui habent dolorem ſquinæ, lumborum, aut renum, devote oſculantes, & ipſam ſquinam, lumbis, ſeu renibus, ita ut ſunt veſtiti fideliter, & devote oſculantes, vel tangentes, liberantur ab eiſdem paſſionibus, ſeu infirmitatibus ad honorem D.N.J.C. & ipſius ſanctiſſimi martyris Venerei. A

Item in eadem Eccleſia ſunt etiam aliæ quatuor capellæ devotæ, cum ſuis altaribus, in quibus etiam ſunt multæ indulgentiæ; quarum prima eſt beatiſſimæ Virginis Mariæ, & eſt ad manum ſiniſtram, cum quis intrat Eccleſiam: aliæ autem duæ ſunt ex utroque latere ſcalæ lapideæ magnæ, per quam aſcenditur ad chorum, quarum una eſt S. Joannis Evangeliſtæ, alia vero eſt S. Veneris; quarta autem eſt, quando quis intrat Eccleſiam ad manum dexteram, & iſta capella eſt B. Annæ matris beatiſſimæ Virginis Mariæ, & in altari iſtius capellæ in lapide magno, qui eſt deſuper, ſunt in locis ibi ſculptis poſitæ multæ venerandæ reliquiæ ejuſdem B. Annæ, & in ipſamet capella ſunt duæ magnæ, & pulcherrimæ columnæ marmoreæ, quibus ex parte anteriori ſuſtentatur, & in iſtis duabus columnis ſunt ſculpturæ factæ, in quibus mirabili, & occulto modo eſt poſitum de ligno S. crucis, in qua dominus noſter Jeſus Chriſtus pro ſalute mundi crucifixus fuit, cum aliis etiam reliquiis precioſis; quæ quidem capella eſt digna magna veneratione, & honore, non ſolum ratione vocabuli, ſed præſertim ratione ipſorum pretioſiſſimarum reliquiarum, quæ in ea ſunt. Præterea etiam eſt unus locus magnæ devotionis, & ſingularis in ingreſſu portæ ejuſdem Eccleſiæ S. Gaudentii in pavimento plano, ubi eſt circulus magnus ſphericus, ſive rotundus ex lapillis minutis diverſorum colorum, in quo loco, ut fertur, eſt puteus magnus, in quo eſt multitudo magna corporum Ss. martyrum, qui ibidem tempore perſecutionis Chriſtianorum fuerunt martyrizati, & occiſi pro fide, & nomine D. N. J. C. qui quidem locus uſque ad palmam martyris, quæ eſt ibi apud ipſum, ubi decollabantur, ſeu decapitabantur ſancti martyres, & per totum circuitum eſt totus perfuſus, & irrigatus roſeo, atque purpureo ipſorum ſacratiſſimorum martyrum ſanguine, & ideo dignus veneratione, & honore. B C

Item in prædicta Eccleſia apud ſupradictum altare S. Annæ eſt quoddam notabile monumentum ex pulcherrimis lapidibus marmoreis diverſorum colorum poſitum, inſertum in pariete, cum oſtio ferreo, magno afforis, & crate ferrea ab intra, in quo eſt corpus B. Gregorii Ungari Epiſcopi, quaſi totum integrum, qui quidem B. Gregorius fuit occiſus, ut inferius dicetur, non longe a civitate Arimini, a comitibus conſociis ſuis peregrinis, pergentibus Romam, pro quo Deus oſtendit quoddam magnum, & ſtupendum miraculum.

Explicit libellus iſte, in quo continentur ſtationes, & loca devotiſſima Eccleſiæ S. Gaudentii de Arimino, glorioſi martyris, & Epiſcopi, atque patroni principalis ejuſdem civitatis Arimini, ubi ſunt multa ſancta corpora, & reliquiæ ſanctorum, prout in hoc præſenti libello latius continetur. Quæ quidem Eccleſia, & loca ſanctiſſima prædicta, ut in principio hujus libelli dictum eſt, & ſi a cunctis fidelibus ſunt merito veneranda, & in ſingulari devotione habenda, præcipue tamen a venerabili, & devoto populo ejuſdem nobilis civitatis Arimin. Sunt igitur, cum magna reverentia, & ſingulari devotione viſitanda, veneranda, protegenda, atque magnificanda, attento præſertim, quod idem venerabilis populus eoſdem glorioſos ſanctos, quorum ſacratiſſima corpora, atque reliquiæ in prædicta Eccleſia requieſcunt, habeat in cœlo ſemper coram Deo principales orantes, patronos, ac defenſores: & ideo eſt valde condignum, & juſtum, ut qui ſanctos, tamque magnificos patronos habere meruerunt, a quibus continue ſingularis patrocinii majora recipiant beneficia, eis utique vice verſa majoris devotionis, & honoris aſſidua impendant obſequia; quorum ſacratiſſima corpora, atque reliquias ſic jugiter viſitando, ac venerando non ſolum eorundem ſanctorum gratiam, & patrocinium, ſed etiam multas, & magnas indulgentias a ſummis Pontificibus, ibidem conceſſas merebantur obtinere; qui quidem libellus fuit compilatus principaliter ad Dei, ac prædictorum ſanctorum honorem, & præfati venerabilis populi Ariminen. conſolationem, ut idem venerabilis, & devotus populus, per hunc libellum poſſet habere plenariam notitiam omnium, & contentorum ac tanti, tamque magnifici, & precioſi theſauri ſpiritualis, atq; cæleſtis, qui eſt in prædicta ſancta, ac venerabili Eccleſia monaſterii S. Gaudentii, & in aliis ſanctis locis ibi contentis. Quem libellum venerabilis in Chriſto pater D. Joachimus de Poſſentibus de Papia Abbas prædicti monaſterii fecit compilari, ut dictum eſt, & ſcribi per me D. Cœleſtinum monachum profeſſum ejuſdem monaſterii, anno Domini 1442. ad laudem ſummæ, & individuæ Trinitatis, cui eſt honor, & gloria, virtus, & imperium, per cuncta ſeculorum ſecula. Amen. D

Cæterum in honorem S. Gaudentii Ariminenſes priſcis temporibus nummos percuſſerunt, in quibus ejuſdem divi Tutelaris effigiem, nomenque apponi curarunt. Unum ex iis habeo apud me argenteum, quem hic incidi feci in hunc, quem vides, modum.



4 JOANNES S. Gaudentii alumnus magiſtro ſucceſſit, præceptoriſque corpus in templum ejus nomini conſecratum honorifice tranſtulit. Hic Joannes S. Sebaſtiano familiaris fuit, Gallæque Placidiæ Auguſtæ, quæ templo Gaudentiano exædificando ſubſidia tanta Principe digna munificentiſſime contulit. IV.

5 JOANNES Joanni ſucceſſit, illiuſque mentio extat circa annum 438. V.

6 JOANNES a Gelaſio Papa in Ariminenſem Præſulem inauguratus anno 498. Concilio Romano interfuit ſub Symmacho Papa ann. 500 *a*. & 501. cujus alicubi meminit Baronius. VI. *a* 499.

(„ STEPHANUS *Ariminenſis Epiſcopus adfuit „Vigilio Papæ ſententiam excommunicationis vibranti Conſtantinopoli in ejus Epiſcopum Mennam, & „Theodorum Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ. an.* 551. „ Baronius. *Subſcribit Conſtituto Vigilii apud Harduinum in noviſſ. Concil. edit. tom.* 3. *pag.* 46.) VII.

7 JOANNES, hujus nominis IV, cum deceſſiſſet 590. Gregorius Magnus anno 591. ad Eccleſiam Ariminenſem Severum quemdam Epiſcopum viſitatorem legavit, qui intereſſet electioni, ne illam ſtudia partium fortaſſe corrumperent; cumque plerique de clero in nobilem quemdam Odeatinum favorabilia contuliſſent ſuffragia, nec placuiſſet Pontifici, reſcripſit Pontifex alterum promoverent ad ſedem, ni vellent ex Pontificia cenſura parem oneri alterum experiri. VIII.

8. CASTORIUS electus eſt, & conſecratus a Gregorio Magno Pontifice 592. eodemq; anno ſub ejuſdē Pontificis favore ſacratiſſimæ Cruci oratorium dedicatum erexerunt. Cæterum Caſtorius cum multa ab Ariminenſibus pertuliſſet, incidit in ægritudinem capitis ſane gravem, ita ut ex vocatu Pontificis Ariminenſe cum Romano cœlo cogeretur mutare. Sed cum nihilominus haud deterſiſſet languorem, a Pontifice poſtulabat, ut creditæ ſibi Eccleſiæ deſtinaretur paſtor, qui præſens divinum promoveret obſequium. Sed cum Pontificis ſpes tamen ſediſſet fore, ut ex Romano cœlo convaleſceret, per Leontium Epiſcopum Urbinatem, quem illuc pro paſtore legaverat, Ariminenſi conſuluit Eccleſiæ. Interim adhuc æger Caſtorius Pontificem poſtulatis urgebat, ut ſibi ſucceſſorem deligeret, qui tandem obtinuit, ut Pontifex populo, cleroque Ariminenſi per Leonem Corſicæ Epiſcopum faceret poteſtatem deligendi ſibi Pontificem; quod ipſum evenit 595. ut ex Magni Gregorii epiſtolis facile perſpici poteſt. („ *Vide Decret.* 2. *p. cauſa* 7. *q.* 1. „ *c.* 13. *ubi res tota narratur. Eidem Caſtorio præce-* IX.

Digitized by Google

„ *pit D. Gregorius, ne ullam poteſtatem exerceret in* „ *monaſteriis Monachorum, niſi rogatus ab ipſis.* „ *Cauſa 18.q.2.c.6.*)

X. 9 AGNELLUM populus, clerusque Ariminenſis adlegit Epiſcopum, Magnus autem Gregorius conſecravit circa annum Domini 596. cui etiam idem Pontifex literas dedit 597. Conſtat autem ex literis ejuſdem ſancti Pontificis parum vixiſſe Agnellum, quando an. 599. Ariminenſis ſedes reperitur vacaſſe.

XI. 10. AGNELLUS, hujus nominis II. cujus Baron. meminit ann. 743. [„ *quo interfuit Concilio Zachariæ Papæ.*)

XII. 11. STEPHANUS floruit anno 826. interfuitque Romano Concilio ſub Eugenio II. ex Baronio.

XIII. („ JOANNES *ex hac ſede ad Lateranenſe* „ *Concilium profectus eſt, à Nicolao I. contra Joannem Ravennatem Archiepiſcopum anno 861. adunatum: cujus Concilii acta ſupra in Ravennenſibus retulimus pag.* 349. *& ſeqq.*

XV. 12. NICOLAUS ejuſdem civitatis Epiſcopus reperitur ſubſcriptus donationi Theodoſii Firmani Epiſcopi in favorem monaſterii S. Crucis an 884 (1).

XIV. 13. VVALTONUS Epiſcopus Ariminenſis, ille idem, qui anno 879. a Joanne VIII. una cum Joanne Ticinenſi Epiſcop. legatus Mediolanum miſſus eſt, ut una cum clero, ac provincialibus Epiſcopis, novi Archiepiſcopi electioni interſint, & in locum Aſperti Archiepiſcopi in Romana ſynodo privati, alium a ſe conſecrandum ſufficiant. Extat de hac re ejuſdem Joannis VIII. epiſt. n. 221. tom. 3. Concilior.

XVI. 14. JOANNES ex eadem ſede jus dixit Ariminenſibus 961. in quo ipſo anno marmoreum ſepulchrum, quo corpus S. Juliani martyris claudebatur, ad Ariminenſe litus Angeli devexerunt per undas, temploque S. Petri, quod poſtea S. Juliani priſci dixere, honorifice intulere. Hunc S. martyrem Ariminenſes pro divo Tutelari habent, ac venerantur, cujus feſtum celebratur die 22. menſis Junii, tametſi apud Baron. die 13. menſis Martii in not. ad Martyrolog. Romanum. („ *Interfuit Joannes Concilio* „ *Ravennati an. 967. celebrato.*)

XVII. 15. UBERTUS vixit anno 1005. cujus temporibus B. Arduinus Ariminenſis ivit ad ſuperos anno 1009. quem idem Epiſcopus in templum D. Gaudentii inferendum curavit. („ *At Ubertus multo* „ *ante in Ariminenſi Cathedra ſedebat: nam anno* „ *998. interfuit Romano Concilio, in quo præſente* „ *Othone III. Imperatore actum eſt de Roberti regis,* „ *qui conſanguineam duxerat, diſſolvendo conjugio.* „ *Vide Harduinum Concil. tom. 6. p. 758. ubi* Arimas „ *dicitur pro Ariminas, ſeu Ariminenſis.*)

XVIII 16. MONALDUS eodem Epiſcopali munere fulſit anno 1041. Hic teſtis reperitur ſubſcriptus cuidam inveſtituræ Abbatis, & monachorum S. Joannis Evangeliſtæ in favorem Comitis Rodulphi Ariminenſis. („ *Anno 1037. interfuit Romanæ Synodo in cauſa Andreæ Peruſini. Vide Ughellum to. 1.* „ *in Peruſinis.*)

XIX. 17. HUMBERTUS eandem ſedem obtinuit 1052. Quem honeſtiſſimum Præſulem appellat S. Petrus Damiani in lib. qui Gratiſſimus dicitur cap. 29. Meminit etiam ejuſdem Baron. tomo XI. & Jacobus Villanus amicus noſter in lib. de Epiſcopis, & monumentis S. Ariminenſis Eccleſiæ hactenus inedito ita de Uberto (quem de Belmontia familia prænobili fuiſſe aſſerit) ſcribit: *Sed de Uberto propria laus illuſtris, & celebrata bonitas. Vir iſte litterarum ſcientia præditus, & religionis zelo conſpicuus, atque nullo prorſus obſcœnæ cupiditatis inquinamento pollutus, a S. Petro Damiani iis propriis verbis commendatus: Reverendiſſimus, & honeſtiſſimus Præſul; quem in libello, cui titulum Gratiſſimus, contra ſimoniacos in teſtem interpellat; ex quo licet cognoſcere quantæ auctoritatis, & obſervantiæ in illis diebus eundem extitiſſe. An. 1059. ab Everardo comite, & Marotia Comitiſſa ejus uxore*

A *obſecratus multa, & ampla jura de proprietate Eccleſiæ Cathedralis Arimini ſub certo auri pondere firmavit diplomate, quod aſſervatur in archivio Canonicorum cum ſubſcriptione manus propriæ Epiſcopi Uberti. Nonnulli vero arbitrati ſunt, Ubertum hunc Alexandri II. Cardinalem Præneſtinum dictum eſſe, de quo multa in regeſtis Gregorii VII. ac inſuper Apoſtolicæ ſedis legatum ſub anno* 1074. *miſſum in Germaniam ad Imperatorem Henricum cum Gerardo Oſtienſi Epiſcopo, & Roberto Novocomenſi Epiſcopo, quæ omnia ad Ubertum alterum de Caminatis, nempe Ricciardelli filium, ac ipſius Uberti Epiſcopi ex Belmonte nati conſobrinum pertinent. Verum quoniam hoc nominis Uberti æquivocum ignorantia conflaverat, veritas deinde cognita diſſipabit, ac ſtemma, quod præmiſimus, ac in ſerie annorum errorem deprehendas, jam objerat Ubertus Arimini Epiſcopus, & pro ſucceſſore in Epiſcopatu advenerat Opizo, quem Antiſtitem Arimini comperimus anno 1071. idcirco ad Henricum an. 1074. miſſus eſt Ubertus Cardinalis, non Ubertus E-*
B *piſcopus.* Hactenus Villanus de duobus Ubertis de Caminatis, apud quem fides eſto.

XX. 18. OBIZZUS electus eſt 1071. cui nomen Eleemoſynarii adhæſit, vir literis cultus, ſingularique eruditione clarus, quamobrem S. Joannis Evangeliſtæ laudes perſcripſit. Hujus Bertholdus Conſtantienſis meminit ad annum 1038. narratque unum ex Epiſcopis illis fuiſſe, qui Guibertum Archiepiſcopum Ravennatem in pſeudo Pontificem initiarunt, cumque olim in concilio fuiſſe excommunicatum, tametſi cauſas non prodat. Fortaſſe Henrico Imperatori, Gregorii VII. Romanæque Eccleſiæ adverſario, Cadolaique Antipapæ fautori nefarie adhæſerat.

Eo quoque Præſule in Ariminenſi agro celebris Abbatia S. Gregorii ordinis S. Benedicti excitata eſt a S. Petro Damiani Epiſcopo Cardinali Oſtienſi anno 1069. cum Petrus Bennonis filius, vir nobilis, opibuſque præpollens prope Morcianum ad Conchę profluentem ei obtulit prædium, in quo extruen-
C dum curavit cœnobium, & copioſiſſimo dotavit patrimonio; cujus donationis tabulas, quo melius appareat, tranſcribere placitum eſt.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Ab incarnatione ejus MLXIX. & ſedis D. Alexandri Papæ anno 8. die 17. menſis Junii, Indict. . . .

Quoniam divina inſpirante miſericordia, placuit jamdudum mihi Petro bonæ memoriæ Bennonis filio, omnia, quæ mihi Dominus largiri dignatus eſt, ſibi ſoli reddere, & ad utilitatem ſervorum ſibi fideliter ſervientium, & ſervitur orum in perpetuum concedere, elegi unum, quem inter mortales magis idoneum, & commendatione ad hoc opus exiſtimare valui, cui omnia committerem, videlicet D. Petro Damiani ſanctiſſimo Anachoretæ patri noſtro. Idcirco profiteor ego præfatus Petrus conſentiente libentiſſime uxore mea Alganga, deſiderio, & mente ſincera ſervire ſemper devovi tibi prænominato eremitæ infraſcriptorum locorum diſpoſitori, & per te in monaſterio S. Gregorii, quod tu ipſe in noſtro prædio ad honorem Dei juxta flu-
D *vium Concha in loco, qui dicitur Fontana Necla, voluiſti ædificare, & Abbatibus, ac monachis illi venerabili loco ſervientibus, ac in perpetuum ſervituris. Per hanc paginam donationis dono tibi partem meam de Eccleſia, cui vocatum eſt S. Joannis Evangeliſtæ, & palatium meum donnicatum, & caſas, & curtes, atque hortos quantacunque mihi proprio jure pertinent infra totam civitatem Arimini, & in ſuburbio ipſius, ſimulque curtem meam integram ipſius civitatis poſitam in plebe S. Laurentii, qui vocatur in monte Apodiano, quam in plebe S. Joannis in Bulgaria, & in plebe S. Joannis in cella Jovis cum mea quarta parte de caſtro, & curte, qui vocatur Factani cum ſuis appendiciis, & pertinentiis, ſeu in plebe S. Viti, & S. Martini, qui vocatur Viburduclo, ſive in plebe S. Paterniani. Item concedimus caſtrum Monzanum cum curte ſua integra, & cum omnibus, quæ mihi in territorio caſtri*

(1) Anno 887. Verum in memorata Theodoſii donatione, quam refert Auctor in Firmanis, nullus reperitur Nicolaus Ariminenſis. forte omiſſus eſt ab Amanuenſe. Ratione vero temporis poſtponendus eſt Vvaltono.

Digitized by Google

ſtri Concha in plebe S. Gregorii pertinent. Necnon & curtem meam de Fagniano poſita in plebe S. Eraſmi, cum omnibus aliis, quas proprio jure infra ipſam plebem habeo, aut in plebibus S. Savini, & S. Laurentii in ſtrata. Rurſum concedo caſtrum meum, quod vocatur mons Dainus, & aliud caſtrum, quod vocatur Lappole, cum monte, qui vocatur Nurs cum curtibus ſuis. Item infra plebem S. Laudiſii, & in plebe S. Laurentii . . . . . . ſi quæ etiam largior omnia, quæ mihi pertinent infra civitatem Piſaurienſem, & in toto comitatu ipſius, curtem ſcilicet de Fageto, & Montecelo, quod olim fuit inceptum ad faciendum caſtrum a Carbone filio Moranti. Quin etiam dono meam proprietatem in præfato monaſterio de territorio Fertronſi, videlicet caſtrum meum de monte Mogantum, qui vocatur Pinna ruſſa, & monte Segizo, qui vocatur Florentino, & monte Deodato, qui vocatur Caſule, & tertiam partem de monte Cucco, & omnes pertinentias meas de montibus, qui vocantur Gemini cum curtibus, & appendicibus ſuis, & quartam partem de monte, qui vocatur Bonio, &c.

Poſt duos annos currente ſcilicet 1071. Opizoni Epiſcopo Arimini Petrus Damiani concedit, ac ſubmittit monaſterium. *Quia*, inquit Petrus Epiſcopum alloquens, *in veſtra diœceſi poſitum eſt, & quia utile, & congruum utriſque ſanctis locis futurum eſſe putavimus, & commodius, ac modeſtius veſtro patrocinio gubernari, & ſubſidio, ac defenſione credimus ſubveniri, & munificentia quaſi bonæ matris veſtræ Eccleſiæ miſericordia exaltari, quæ de re hæc omnia Deo auctore incœpimus, & ſub hac ſpe perfecimus.* Hac ſubſcriptione conceſſionem Petrus approbavit. *Ego Petrus Peccator monachus conſenſi, & ſubſcripſi.* inde ſequitur. *Ego Ungarus presbyter, monachus, atque Abbas S. Gregorii conſenſi, & ſubſcripſi*, addito duorum monachorum, & ſcribæ teſtimonio. His vero monaſterium Epiſcopus in fidem recepit. *Ego Opizo Ariminenſis Epiſcopus, &c. ſpondeo, & obligo in perpetuum de monaſterio prædicto fundato juxta Concham in prædio bon. mem. Petri Bennonis, per D. Petr. Damiani religioſum Anachoretam, & Præſulem, &c.* Cæterum hæc D. Gregorii Abbatia propemodum Commendatariorum incuria diviſa, obſoletaque religioſorum obſervantia Caroli Malateſtæ precibus, perpetuo unita fuit cœnobio S. Laurentii in Monte, Ordinis montis Oliveti, a Martino V. Pontifice Maximo, de qua re videndus Secundus Lancellottus lib. 7. Olivetanæ hiſtoriæ.

XXI. 19. OPIZUS, hujus nominis II. ex mœrore deceſſit anno 1143. ut Clementinus narrat, viderurque velle aſſerere hunc eundem cum ſuperiori eſſe. Quod ſi quis affimaret, illum etiam oporteret fateri, hunc Opizum in ea dignitate ſeptuaginta duos annos vixiſſe.

XXII. 20. RAYNERIUS Ubertius Opizo ſucceſſit 1143. Hic Eccleſiam Cathedralem conſecravit 1154. die 13. menſis Maji, Aſſiſtentibus D. Arnoldo Epiſcopo Feretrano, Uberto Sarſinatenſi, Ioanneque Præſule Placentino. Ætatem produxit uſque ad annum 1160. Vir magno animo fuit, indefeſſæque ſollicitudinis in defenſanda juriſdictione eccleſiaſtica; quamobrem a Lucio II. Pontifice poſtulavit, ut quæ cæteri Romani Pontifices aliquando Ariminenſi Eccleſiæ dilargiti fuiſſent, hæc eadem ampliſſimo quodam privilegio vellet ipſe rata habere, ut hac ſequenti bulla a Clementino ex originario exemplari eruta munificenter effecit.

LUCIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei. Vener. fratri Raynerio Ariminenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula diſponente Domino conſtituti ex injuncto nobis officio fratres noſtros Epiſcopos debemus diligere, & Eccleſiis ſibi a Deo commiſſis, ſuam juſtitiam conſervare. Prædeceſſorum ergo noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, tuis in Chriſto frat. chariſſime Rayneri Epiſcope, poſtulationibus impartimur aſſenſum, & S. Ariminenſem Eccleſiam, cui, Deo auctore, præſides S.

A *R. Eccleſiæ privilegiis munientes, ad ipſius loci ſtabilitatem, & pacem, monaſteria, plebes, Eccleſias, curtes, maſſas, ſalas, caſtella, caſalia, vineas, terras, ſylvas, paludes, prædia culta, & inculta, cum decimis, & colonis ſuis, ſervis, & ancillis, Aldionibus, & cæteris omnibus, quæ aliquorum fidelium conceſſione, ſive acquiſitione qualibet ei juſte, & legaliter pertinent, vel etiam, quæ de noſtra S. R. Eccleſia tenet, tibi, tuiſque legitimis ſucceſſoribus confirmamus, in quibus hæc propriis nominibus duximus apponenda, ſcilicet infra civitatem Ariminenſem, Eccleſias s. Michaelis Archangeli, s. Innocentiæ, s. Mariæ in Tribio, & Ss. martyrum Coſmæ, & Damiani, quæ vocatur s. Crucis, s. Agnetis, s. Geneſii, s. Euphemiæ, Eccleſiam s. Joannis Evangeliſtæ, s. Martini, s. Sylveſtri, s. Vitalis, s. Laurentii ſitam ſupra portam Gallicam, cum omnibus pertinentiis earum, extra civitatem vero monaſterium s. Petri, cum oratorio s. Mauri, Eccleſiam Ss. Andreæ, & Donati, Eccleſiam s. Joannis Baptiſtæ, quæ vocatur foris portam, cum deſtructa Eccleſia s. Stephani, quæ invicem ſibi cohæret,*
B *Eccleſiam s. Apollinaris, & monaſterium s. Gaudentii, cum oratorio s. Victoris cum omnibus earum pertinentiis, Eccleſiam Ss. Joannis, & Pauli, Eccleſiam s. Gregorii infra eandem civitatem in ſuburbio, Eccleſiam s. Mariæ Majoris, plebem s. Angeli in ſalute, plebem Ss. Joannis, & Petri, quæ vocatur in Corpedo, Eccleſias s. Mauri, s. Martini, s. Chriſtophori, s. Mariæ, & quicquid juris habetis in monaſterium s. Theoniſti infra ipſam plebem, plebem s. Pauli, & Stephani, Eccleſiam s. Proſperi, eccleſiam s. Petri, eccleſiam s. Mariæ in Cento, eccleſiam s. Mariæ in Vernano, & s. Joannis in Freliolis infra ipſam plebem ſitas, plebem s. Joannis in Galilaa, eccleſias s. Chriſtophori in Flanignano, eccleſiam s. Laurentii in caſtro Sulani, eccleſiam s. Pauli in Curte ejuſdem caſtri, eccleſiam s. Margaritæ in caſtro cum curſeto, & eccleſiam s. Andreæ, eccleſiam s. Chriſtophori in caſtro Scortigato, & s. Vicini, plebem s. Archangeli, quæ vocatur in Acerbolo, eccleſiam s. Mariæ in Camerano, & s. Joannis in Cenio, s. Andreæ in Gallia, s. Mariæ nova, s. Mariæ in Ceola, s. Bartholomæi*
C *in Tribio infra ipſam plebem ſitas, plebem Ss. Viti, & Modeſti, eccleſiam s. Juſtinæ, s. Juvenalis infra ipſam plebem, plebem s. Martini, quæ vocatur in Burdundo, ſeu Burdunchio, plebem s. Laurentii, quæ vocatur in monte Appadiano, Eccleſias s. Chriſtinæ, s. Martini, quæ vocatur in Viginti, s. Mariæ in Virgilano, s. Mariæ in Paterno, & quicquid juris habet in eccleſia s. Hermetis infra ipſam plebem ſitas, plebem s. Joannis in Bulgaria nova, eccleſiam S. Apollinaris, quæ in deſerto rejacet, eccleſiam s. Martini, quæ vocatur in Cerreto, eccleſiam s. Petri in caſtro Veraculi, & quicquid juris habet in eccleſiis s. Andreæ, s. Blaſii, & s. Viti in Gualdo infra ipſam plebem ſitas, plebem S. Joannis in Cella Jovis, & plebem s. Innocentiæ, plebem s. Laurentii in ſtrata, plebem s. Gregorii in caſtro Conce, cum oratorio s. Stephani ſito juxta ipſam plebem, S. Eraſmi, eccleſiam s. Andreæ, plebem s. Sabini, Eccleſiam s. Joannis in Paſciano, plebem Inferni, quæ vocatur s. Columbæ, eccleſiam s. Donati, & s. Martini, s. Mariæ in Uria, s. Petri, quæ vocatur Accorti, s. Petri in Laureto infra ipſam*
D *plebem, plebem s. Laurentii in Barcola, & prædicta monaſteria, & Eccleſias omnes, quæ in Ariminenſi Comitatu ſitæ ſunt, cum pertinentiis earum, tibi tuiſque ſucceſſoribus confirmamus: eidem etiam Ariminenſi Eccleſiæ roboramus portam ſancti Donati, quæ vocatur ſancti Andreæ totam in integrum medietatem de porta Gallica, quæ vocatur s. Petri, porticum totum in integrum, per quod pergitur ad mare, & porticum, unde ingreſſus eſt ad Epiſcopium, medietatem totam ex integro ritæ littoris maris, cum medietate de diſtrictu ſuo, quæ ad ripas littoris pertinet, ſive de Judæis, ſive de Chriſtianis, verum etiam & litus maris decurrens a flumicello uſque ad flumen, qui vocatur Mariscula. Ad hæc prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inſiſtentes ſicut ab eis ſancitum eſt, ita & nos manſuri in perpetuo de cætero ſancimus, ut Ariminenſis Eccleſia nulli alteri alii Metropoli, niſi tantum ſanctæ, & Apoſtolicæ Romanæ ſubjecta ſit Eccleſiæ, ipſiuſque Antiſtes tantum a Romano Pontifice omni tempore conſecretur. De ſu-*

pra-

prædictis autem rebus juris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quas præfata Ariminenſis Eccleſia poſſidet, tu, & tui ſucceſſores pro penſione triginta denariorum ſolidos annis ſingulis Lateranenſi Palatio perſolvatis. Plebem vero ſancti Paterniani cum decimis, & cæteris ſuis pertinentiis, necnon cum iis, quæ beati Petri juris ſunt in fundo Arginariæ ſub annuo cenſu viginti quatuor denariorum Lucenſium nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annualiter perſolvendo, tibi, tuiſque ſucceſſoribus committimus, & præſentis ſcripti pagina confirmamus. Decernimus ergo, &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem &c. A

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Corradus Sabinen. Epiſc.
Ego Imarus Tuſculan. Epiſc.
Ego Petrus Albanen. Epiſc.
Ego Raynerius presb. Card. tit. S. Priſcæ.
Ego Thomas presb. Card. tit. Veſtinæ.
Ego Gilbertus presb. Card. tit. S. Marci.
Ego Nicolaus presb. Card. tit. S. Ciriaci.
Ego Manfredus presb. Card. tit. S. Sabinæ.
Ego Albertus presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ. B
Ego Octavianus diac. car. tit. S. Nicolai in carc. Tull.
Ego Rodulphus diaconus Card. ſanctæ Luciæ in Septa Solis.
Ego Joannes diac. Card. S. Mariæ novæ.
Ego Gregorius diac. Card. S. Angeli.
Ego Aſtaldus diac. Card. S. Euſtachii.
Datum Laterani per manum Baronis S. R. E. Subdiac. 12. Kal. Jun. Indict. 7. Incarn. Dom. 1144. Pontificatus vero D. Lucii Papæ II. anno 1.

XXIII 21. ALBERGUS electus eſt Ariminenſis Epiſcopus 1160. Hic Eccleſiam S. Andreæ extra muros permutavit cum Abbate S. Gregorii, ea tamen conditione, ac lege, ut ibi monaſterium exædificaretur monachis ad habitandum.

XXIV 22. OBIZZUS III. ſive II. floruit anno 1177.

XXV. 23. JOCELLINUS a Lateranenſi Concilio interfuit ſub Alexandro III. anno 1179. interque Provinciæ Romanæ Epiſcopos ejus Concilii decretis ſe ſubſcripſit. („*Urbanus III. Ariminenſi Epiſcopo circa*
„ *an. 1186. per ſuas literas declarat loca ſeu qualibet* C
„ *alia in uſus pauperum & quoſcunque pios per Epiſco-*
„ *pum deputata non poſſe deinde tranſire in munda-*
„ *nos: Can. ad hæc de religioſis domibus &c. item, licet*
„ *de conjugio &c.*)

a Seù Jochelinus.

XXVI 24. RUFFINUS olim Nolanus, ac poſtea Ariminenſis Epiſcopus, vocatus ad purpuram a Clemente III. an. 1190. ad tit. S. Praxedis. Hic ſubſcriptus invenitur in bulla Clementis III. an. 1190. monaſterii Ss. omnium diœc. Baren. *Ego Ruffinus tit. S. Praxedis Card. Epiſcopus Ariminenſis.*

XXVII. 25. BONAVENTURA, ſive Ventura e pervetuſta apud Vicentinos Triſſina gente fuit ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes an. 1194. electus vocatur in Bulla Canonizationis S. Joannis Gualberti; confirmationem omnium privilegiorum Eccleſiæ olim indultorum ab Innocentio III. Pontifice obtinuit an. 1204. 6. Id. Aprilis. Hic Xenodochium S. Spiritus olim fundavit, fœduſque pacis cum Bononienſibus junxit anno 1216. Ariminenſem Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1230. Quippe grandævus factus eo D munere ſe exſolvit, viduatæque Eccleſiæ optimum attribuendum Paſtorem curavit.

XXVIII. 26. BENNO Bonaventuræ ex ſenectute cedenti ſucceſſit 1230. de quo Rubeus in Ravennate hiſtoria lib. 6. Hunc IX. Gregorius, exequendæ ſententiæ ab Innocentio III. latæ in favorem Ravennatis Archiepiſcopi, contra Faventinos, Commiſſarium, ut vocant, deſtinavit.

XXIX 27. Fr. UGOLINUS Ariminenſis, Ordinis Prædicatorum, ſuæ Patriæ Epiſcopus adlectus eſt circa annum 1232. Conſule de eo Seraphinum Razzium de viris illuſtr. Ord. Præd.

XXX. 28. ALOYSIUS ſeu Algiſius de Roſate, ejuſdem Ord. Præd. Bergomi honeſta familia natus, ſic notatum inveni in Epiſt. 370. fol. 50. Reg. Vatic. Innoc. IV. an. 8. 3. Id. Febr. Ariminenſis Epiſcopus dictus eſt an. 1250. poſt annum autem, ex quo illam Eccleſiam adminiſtraverat, ad Bergomenſem Epiſcopatum tranſlatus eſt, de quo in 4. Tom. plura fortaſſe narrabimus.

29 JACOBUS poſt Aloyſium jus divinum dixit Ariminenſibus anno 1256. de eo nil aliud in monumentis habetur. Creditur vixiſſe uſq; ad ann. 1265. XXXI

30. Fr. AMBROSIUS Florentinus b Ordin. Prædicatorum, vir inſignis litteraturæ, ac verbi Dei declamator eximius, ex Priore conventus Urbevetani ad hanc ſedem pervenit 1265. Non. Octob. juſſu Clementis IV. ut ex Reg. Vatic. Epiſt. 149. fol. 36. an. pr. habetur. Longo tempore hanc rexit Eccleſiam, ſummoque labore ſtuduit, ut cleri mores ad pietatem, ac Eccleſiaſticam diſciplinam plane redigerentur. Exceſſit Ambroſius anno 1277. ſepultus apud ſuos Dominicanos in Eccleſia S. Cathaldi. XXXII.

b De eo Fontana de Rom. Provincia p. 120. Manuſ.



31. GUIDO e pervetuſta nobilique familia de Caminate Ariminenſis, in patria ſede Ambroſio ſuffectus eſt anno 1277. vir doctrinæ, ac famæ ſingularis ad multos annos hanc rexit Eccleſiam, omniumque mœrore migravit e ſeculo menſe Martio. XXXIII.

32. Fr. LAURENTIUS de Ballachis Ariminenſis Ord. Præd. ſucceſſit Guidoni, bonaque fama boni Præſulis ex hac mortali vita diſceſſit an. 1302. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Cathaldi, ubi B. Simeon Ballachus ejus nepos ejuſdem ordinis converſus deinceps ſepulturam accepit. Extat hactenus ad tumulum Laurentii ſequens ſemiexeſa inſcriptio, in ampia marmorea tabula exarata, ubi ſtemmata Ballachæ gentis, & effigies ejuſdem Epiſcopi viſuntur. XXXIV.

Hic jacet venerabilis Pater dominus Frater
Laurentius de Ballachis Ord. Prædicatorum
Dei gratia Epiſcopus Ariminenſis, qui obiit
anno Domini MCCC. . . menſe. . . . die. . .

33. FEDERICUS de Ballachis, ſuperioris Laurentii frater germanus, ex Archipresbytero S. Michaelis Archangeli Ariminenſis, anno 1302. 3. Kal. Septemb. patruo ſucceſſit ex ſententia Bonifacii VIII. ut in Regeſt. ejuſdem Pontificis Epiſt. 187. fol. 351. an. 9. notatur. Hujus Epiſcopi temporibus Fratres Servitæ Ariminum conceſſerunt domicilio aucti, & templo D. Mariæ dicato ab eodem Federico anno 1315. die 9. Novemb. Vitam traduxit Federicus ad annum 1321. fatoque occubuit non ſine ſuorum lachrymis, cum bene demandatum ſibi munus exercuiſſet, cujus non ſemel meminit Cæſar Clementinus in hiſt. Arimin. XXXV.



34. FRANCISCUS de Sylveſtris nobilis Cingula- XXXVI

gulanus, Epiſcopus Senogallienſis, huc translatus anno 1321. 8. Kal. Junii a Joanne XXII. deinde ab eodem an. 1323. Id. Martii ad Florentinam Eccleſiam in Hetruriam iterum translatus, de quo vide infra in Epiſcopis Florentinis, ubi de eo plura.

XXXVII 35. Fr. HIERONYMUS de Fiſicis, Ariminenſis, Jacobi filius, ex Ord. ſancti Dominici, & Papæ Pœnitentiarius, ad hanc dignitatem pervenit 1323. Id. Martii, ita Joanne XXII. cenſente, ex Reg. Vatic. Sedit annos omnino 6. & ut vixerat optimus paſtor, pie ex hac mortali vita diſceſſit anno 1329. ſepultus apud ſuos Dominicanos in Eccleſia S. Cathaldi, quatuor Ariminenſium Epiſcoporum Prædicatorii Ord. nobile ſepulchrum.

XXXVIII 36. FRIDERICUS olim Epiſcopus Recanatenſis, mox Senogallienſis huc translatus anno 1329. 12. Kal. Feb. ſequenti anno obiit; jacet in Cathedrali, ex Reg. Vatic.

XXXIX. 37. VVIDO Abaiſius *a* nobilis civis & Epiſcopus Regienſis, ad hanc Ariminenſem cathedram translatus eſt a Joan. XXII. anno 1329. 5. Idus Octobris. Ad duos annos hanc rexit Eccleſiam, ac deinceps, hoc eſt an. 1332. ad Ferrarienſem aſcendit Epiſcopatum, ex Reg. Vatic. de quo vide infra in Epiſcopis Ferrarienſibus.

a De eo Alidoſius de Epiſ. Bon. p. 10. & de Juriſc. Doctoribus Bon. p. 91. Mandoſ.



XL. 38. ALIDOSIUS, de Alidoſiis Imolenſis, Archipresb. Eccleſiæ de Mazzancollo ejuſdem diœceſis, creatur Ariminenſis Epiſcopus 2. Kal. Martii an. 1332. a Joan. XXII. ex Reg. Vatic. Gotii de Battaliis Ariminenſis Presb. Card. tit. S. Priſcæ teſtamento teſtis interfuit anno 1345. cum antea an. 1340. conſenſum præbuerat, ut idem Cardinalis in cathedrali ſacellum S. Priſcæ exædificaret, ubi olim ſacro fonte lavatus fuerat; fundationem, ejuſdemque dotem ſpeciali gratia confirmavit Clemens V. his verbis.

CLEMENS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Gotio tit. S. Priſcæ, presbytero Cardinali, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quæ divini cultus augmentum, & ſalutem animarum reſpiciunt, opportunis nos convenit proſequi favoribus, eiſque, ut perpetua ſtabilitate ſubſiſtant, apoſtolicæ confirmationis adiicimus firmitatem. Sane tua petitio nobis exhibita continebat, quod tu dudum ad laudem, & honorem omnipotentis Dei, et Salvatoris D. N. J. C. & Glorioſæ Virginis Matris ejus, ſub vocabulo B. Priſcæ virginis, & martyris in Ariminen. Eccleſia qua fuiſti ſacri Baptiſmatis Fonte renatus, de licentia, & auctoritate venerabilis fratris noſtri Alidoſii Epiſcopi Arimin. quamdam ſumptibus propriis, in qua duo Capellani teneantur perpetuo deſervire, fundaſti capellam, ædificaſti pariter, & dotaſti, ac inter alia voluiſti, & etiam ordinaſti, quod ipſi duo perpetui capellani, qui ad tuam, vel hæredum, & ſucceſſorum tuorum præſentationem in dicta capella pro tempore fuerint inſtituti, teneantur, & debeant duas Miſſas quotidie celebrare pro defunctis, dicendo tres orationes, cum ſecretis, & poſt communionibus ſuis pro animabus eorundem defunctorum, certa diſtinctione, & moderatione circa celebrationem hujuſmodi ordinata; quodque ipſi capellani, una cum canonicis, & aliis ejuſdem Eccleſiæ Clericis, tam diurna, quam nocturna

A *officia, horis debitis in ipſa Eccleſia, juxta ejuſdem Eccleſiæ conſuetudinem, cantare debeant, & etiam recitare, ac inſuper voluiſti, etiam ordinaſti, quod hæredes, & ſucceſſores tui prædicti capellanos eoſdem ad dictam capellam præſentandos in ſacerdotio, vel ſaltem in ſacris ordinibus, duntaxat conſtitutos, & non alios, dummodo alia beneficia Eccleſiæ non obtineant, debeant præſentare, & quod ſi dicti capellani alia beneficia Eccleſiæ aſſequantur, eo ipſo vacet, ſeu vacent hujuſmodi capellania, ſeu capellaniæ præfata, & ipſi capellani illam, ſeu illas ſtatim dimittere teneantur, &c. omiſſa alia, &c. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, &c.*

In Dei nomine Amen.

Sciant cuncti voluntatis, & ordinationum infraſcriptarum ſeriem inſpecturi, quod nos Gotius miſeratione divina tit. S. Priſcæ, presbyter Cardinalis, tamquam fundator, ac patronus capellæ noſtræ, quam de licentia, & auctoritate Rev. in Chriſto patris D. Alidoſii, Dei gratia Epiſcopi Arimin. in Eccleſia Arimin. in qua

B *fuimus baptizati, fundavimus, & ædificavimus expenſis propriis, & pro duobus perpetuis capellanis debentibus celebrare in ipſa capella, ut infra ſequitur, dotavimus de nonnullis poſſeſſionibus, libris, calicibus, paramentis ſacerdotalibus, & aliis Eccleſiaſticis ornamentis ad laudem, & honorem omnipotentis Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, beataque Mariæ Virginis Matris ejus ſub vocabulo B. Priſcæ virginis, & martyris, cujus titulis ſanctæ recordationis D. Benedictus Papa XII. tempore Cardinalatus ſui obtinuit, & nos etiam obtinemus, & pro animabus dicti D. Benedicti, & aliorum dominorum & propinquorum, ac benefactorum noſtrorum, & juxta voluntatem, & ordinationes noſtras in dicta capella, quas per hæredes, & ſucceſſores noſtros, ac capellanos præfatos, qui ad noſtram vel hæredum, ſucceſſorum præſentationem in eadem capella fuerint pro tempore inſtituti, obſervari volumus in futurum ordinamus, & facimus infraſcripta. In primis volumus, & ordinamus, quod in dicta capella ſint ſemper duo perpetui capellani idonei, qui*

C *per nos, vel hæredes, & ſucceſſores noſtros D. Epiſcopo, qui eſt pro tempore, & capitulo Arimin. præſentari, & per ipſum Epiſcopum, & capitulum inſtitui debeant &c. omiſſa alia, &c. In cujus rei teſtimonium hoc inſtrumentum publicum noſtras ordinationes, & voluntatem continens antedictas manu magiſtri Angeli Notarii publici infraſcripti, confectum de mandato noſtro, ſigilli noſtri, quo utimur, fecimus appenſione muniri; dictæ, factæ, & ordinatæ fuerunt voluntas, & ordinationes hujuſmodi per dictum reverendum Patrem D. Gotium Cardinalem Ariminenſem in capella privata dicti D. Cardinalis, quæ eſt in hoſpitio habitationis ſuæ, mandantem mihi Angelo notario publico infraſcripto, ut de prædictis omnibus, & ſingulis voluntate, & ordinationibus, & aliis ſupradictis conficere unum, & plura, prout expediens ſibi fuerit, publica inſtrumenta. Præſentibus diſcretis viris, &c. Sub anno domini 1342. Indict. X. die 14. menſis Auguſti, Pontificatus ſanctiſſimi patris D. Clementis Papæ VI. anno I.*

D Ad parietes ejuſdem ſacelli viſuntur arma noſtri Gotii de Battaliis Cardin. & Ariminenſis & hæc inſcriptio in marmore exarata.

Anno Domini MCCC. XL. Gottius de Battaglis Virtutum utrarumque Profeſſor S. R. E. Cardinalis fecit fieri hanc capellam, & de ſuo proprio dotavit.

Avenione deceſſit Gotius anno 1345. in patriam relatus, ut ipſe teſtamento mandaverat, in Eccleſia Fratrum Minorum, in capella, quam conſtruxerat, in fratrum ſuorum ſepulcro humatus jacet, cujus teſtamentum plane dignum refert Raphael Adimarius, & Cæſar Clementinus in lib. 3. Ariminenſis hiſt. Cæterum Alidoſium Epiſcopum obiiſſe oportuit anno 1348. ſiquidem inſecuto anno reperio in Reg. Vatic. hanc Ariminenſem Eccleſiam regendam fuiſſe cōmiſſam Ugoni canonico Ebreducenſi.

39. ANDREAS ex Priore S. Pauli ad Orcum, & S. Auguſtini de Boſſano Ord. S. Auguſtini Piſanæ XLI.

diœ-

diœceſis poſt quinque annorum interregnum Alidoſio ſucceſſit 1353. 3. Kalen. Novemb. ex Reg. Vatic. Epiſt. 117. fol. 47. an. 1. Innocentii VI. Hic in Hetruria ſpoliorum collector fuit anno 1354. eoque munere functus eſt uſque ad annum 1361. ut ex ejuſdem quibuſdam litteris perſpici poteſt ad publicam rem Senenſem datis, quæ adhuc in Archivio Bicchernæ ejuſdem civitatis diligenter aſſervantur. Obiit Andreas 1363.

XLII. 40 ANGELUS, cujus patria, & familia ignoratur, eadem ſede potitus eſt 1363. mortem oppetiit 1366. ex Reg. Vatic.

XLIII 41 GERARDUS de Portali, Prior Parochialis Eccleſiæ de Miramonte Toloſanæ diœc. Angelo immediate ſucceſſit anno 1366. 8. Id. Aprilis ab Urbano V. promotus. Ita habet Reg. Vat. ejuſdem Pontificis; an. 4. Obiit 1367. nondum ſuæ præfecturæ completo anno. Cæterum Cæſar Clement. lib. 7. to. 2. hiſt. Arimin. aliique ſcriptores Epiſcopali dignitate circa hæc tempora Arimini fulſiſſe narrant Gualdum ex nobili Gualda Ariminenſi gente prognatum, tum ſanctimonia vitæ, tum doctrina virum apud pleroſque ſummæ exiſtimationis, præcipue apud Malateſtas Arimini dominos, Romanumque Pontificem, quibus in paucis erat eximie charus: qui (ut iidem narrant) ubi obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, ſaluberrimis inſtitutis clerum cœpit ad meliorem frugem traducere, in ipſo conatu vitam amiſit, optimi poſteritati relicta fama paſtoris. Fides tamen ſit penes Clementinum, alioſque. Hæc autem Gualdia nobiliſſima, & pervetuſta gens apud Ariminenſes, Vicentinoſque clariſſima fere ſemper omni virtute excultos alumnos produxit, & aluit, ut Clement. & Adimarius in Ariminenſibus, Paliarinus, Marzariuſque in Vicentinis teſtantur hiſtoriis. In iis inter cæteros egregios viros recenſentur Arimini præcipui Galeottus ſtrenui Galeotti Malateſtæ ex filia nepos, eques, & comes, J. U. D. clariſſimus, Conſiliorum ſcriptor, Almæque Urbis Senator, & in perniciosa Guelfos inter & Gibellinos factione Pontificiarum partium dux: Franciſcus ejus filius bis eodem munere Senatorio Romæ functus, quorum egregias virtutes admirati ſunt ejus ſeculi principes. Et Victorellus ad Claconium ex monumentis antiquis ejuſdem familiæ tres Quæſitores a Bonifacio VIII. in hæreticam pravitatem conſtitutos fuiſſe narrat. Magnum ſane argumentum, ex quo rectæ illibatæque fidei exiſtimatione jam inde ab aliquot ſeculis hanc familiam floruiſſe videre licet. His accedit, quod cum anno 1535. Jo. Maria de Monte Cardinalis, qui poſtea ſub nomine Iulii III. univerſalis Eccleſiæ clavum tenuit, Æmiliam legatus adminiſtraret, & publica res Arimini civibus, præcipue nobilibus Gualdis, & Tingulis inter ſe diſcordantibus, graviter perturbata eſſet, Cardinalis eo profectus, & iiſdem familiis ob pietatem, atque Apoſtolicæ ſedis reverentiam ultro voluntati Cardinalis acquieſcentibus, turbarum fluctus ſedavit, unde facili poſtea negotio civitas Ariminenſis in poteſtatem Eccleſiæ ab eodem Cardinale redacta fuit. Id cum ex aliis, tum ex Epiſtola quadam manu memorati Cardinalis exarata, quæ in Archivio Capitolino Romæ aſſervatur, excerpere licuit. Porro hæc eadem Gualdorum gens pari in Cœlites pietate præter alia aliquot bina Arimini ſacella a fundamentis erexit, quorum alterum Ss. martyrum Theodori, & Marinæ, alterum B. Joannis Guerruli ſacris, venerandiſque pignoribus ditatum eſt. At omnium virtutes ſuperavit doctrina, pietate, animique magnitudine Andreas Gualdus Vicentinus Archiepiſcopus Spalatrenſis, qui eo ſeculo vixit, quo Gualdium electum Arimineuſem fuiſſe Epiſcopum volunt citati auctores. Ille enim cum ad Archiepiſcopalem ſedem aſcendiſſet, nil ſanctius habuit, quam quod jura, immunitateſque ſuæ Eccleſiæ per ſummam anteceſſorum ignaviam deperdita ad priſtinũ ſplendorem reducerentur, obtinuitque pro hac re a Stephano Ruſſiæ, Boſſinæ, Maritimæque Rege

A ampliſſimum diploma anno 1390. die 13. Auguſti; cujus exemplar extat apud me, in quo Andreas Archipræſul egregius conſiliarius, capellanus, regiuſque familiaris appellatur. Cæterum Gualdæ familiæ Stemmata Leo eſt vermiculatus in aurea parma nobili militari Cingulo exornata, ut Romæ proſtant in Capitolina Curia, illuc ad memoriam Galeotti, & Franciſci Gualdi Urbis Senatorum in marmore, ut vides, exarata pietate Franciſci Gualdi S. Stephani Equitis ab intimo olim Cubiculo Leonis XI. Pont. Max.



B

XLIV 42 BERNARDUS de Bonavalle, Canonicus Bononienſis, Ægidii Albernotii Card. Auditor, poſt Gerardi de Portali obitum immediate huic Eccleſiæ præpoſitus eſt 1367. Id. Novemb. ut habet liber Proviſionum Prælatorum. Deceſſit, poſt quam ſediſſet an. 4. hoc eſt anno 1371.

XLV. De hoc fuſe tractant Gandolphus in diſſert. de 200. Script. Auguſt. pag. 141 & Oudin in ſupplem. de Script. Eccleſ. pa. 649. Mandoſ.

C 43 Fr. UGOLINUS Malabranca, Urbevetanus, Prior generalis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vir ſui ſeculi longe doctiſſimus, cum Patriarcha Hieroſolymitanus eſſet, Ariminenſis Antiſtes declaratus eſt anno 1371. rexitque illam Eccleſiam annos tres, tametſi abſens multoties, quippe qui a Pontificibus gravibus explicandis negotiis ſæpiſſime adhiberetur. Dum digreſſus Pariſiis Romam reverteretur, in oppido Aquæpendentis exceſſit e vivis an. 1374. cujus deinde cadaver Urbem veterem delatum in D. Auguſtini templo translatum eſt. Hujus meminit Philippus Bergomas in Chronic. Trithemius, Joſeph Pamphilus, Thomas Gratianus in Anaſtaſi Auguſtiniana, Herrera in Alphabeto Auguſt. Bzovius ad annum 1291. ſed male hoc an. obliſſe refert, adhuc forte non natus. Scripſit Trithemio teſte, *ſuper quatuor lib. ſententiarum commentaria*. Exemplo veri ſummique magni. *Quæſtiones ſuper lib. Phyſicorum lib. 8. Quæſtiones ſuper Prædicamenta, & Perihermenias lib. 2. Quodlibeta multa lib. 2. de Idiomatum differentia lib. 1. de Deo Trino, & uno. Sermones de tempore lib. 1. Sermones de ſanctis li. 1. Comment. in Boethium de Philoſophica conſolatione.* Erat


D enim, eodem Trithemio teſte, diſputator acerrimus, ac in divinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus, & ſatis eruditus, ingenio ſubtilis, moribus & vita ſpectabilis. Neque apud quemcunque diffidebat utramque contradictionis partem defendere. Subtiliſsimus in ſententiis, breviloquus, diſtinctus & formalis, in dicendo communia relinquens, ad ſingularia quædam, & propria ſe extulit. De quo Melchior Daelhemius.

Quod vetus eſt vinum præſtantius eſſe ſuevit,
Item meri flores muſtea vina procul.
Carior eſt veterum virtus, doctrinaque, mores:
(Heu ubi priſca fides! ingemere illa ſolet.)
Virtuti rectæ veteri Urbevetanus adhæſit.
Urbevetus, ſtudiis, indole, more vetus.

(„ *Spalatenſem Archiepiſcopatum adminiſtravit ab* „ *an. circiter* 1348. *ad an.* 1368. Ricceputus.)

44 LEA-

Digitized by Google



XLVI. 44 LEALIS Malateſta, Malateſtæ filius, antea Epiſcopus Piſaurenſis, ad hanc Ariminenſem ſedem translatus eſt anno 1374. Hic Leale oppidum ædificavit, ſibique creditam Eccleſiam multis adauxit acceſſionibus, & fortunis. Iam pene capularis ſenex deceſſit anno 1400. de cujus promotione in Reg. Vaticano, & ejus mortem recenſet lib. promotionum Prælatorum.

XLVII 45 BARTHOLOMÆUM Archidiaconum Beneventanum Bonifacius Papa IX. ad hanc ſedem erexit anno 1400. 10. Kalen. Octob. ſequenti vero anno a Bonifacio IX. pro ſua Ariminenſi Eccleſia privilegium obtinuit in hunc modum.

BONIFACIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei mem.

Circa quarumlibet Eccleſiarum, præſertim cathedralium & Prælatorum illis præſidentium ſtatum ſalubriter dirigendum, prout ex debito nobis miniſterii Paſtoralis incumbit, paterna ſollicitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, & iis, per quæ ipſorum jura, libertates, & privilegia valeant conſervare, favorem Apoſtolicum impertimur. Sane dudum fel. recordationis Lucius Papa II. prædeceſſor noſter volens Eccleſiam Ariminenſem ſpecialibus ſedis Apoſtolicæ privilegiis honorare, eidem Eccleſiæ quaſdam litteras, quas diligenter inſpeximus, quarum tenorem incipiunt vetuſtate conſumi, præſentibus inſeri fecimus, characteribus, ſubſcriptionibus, & ſignis omiſſis, gratioſe duxit concedendas. Qui quidem tenor ſequitur, & eſt talis, Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Raynerio Ariminenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum. *In eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula &c. ut ſupra relatum eſt. Nos itaque ejuſdem Lucii Prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, volentes perſonam venerabilis fratris noſtri Bartholomæi Epiſcopi Ariminenſ. nobis, & ſedis Apoſtolicæ devotum ob ſuorum magnitudinem meritorum favoribus proſequi gratioſis, præfatamque Ariminenſem Eccleſiam, quam paterna dilectionis brachiis inſtringimus, in ſuis juribus feliciter conſervari cupientes, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate literas præfatas ejuſdem Lucii prædeceſſoris auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innovamus, & in quantum expedit, de novo concedimus, illaſque, nec non omnia, & ſingula alia, litteras, privilegia, libertates, exemptiones, & prærogativas, & indulta, tam eidem Eccleſiæ Arimin. quam ejuſdem Bartholomæi Epiſcopi prædeceſſoribus Epiſcopis Ariminenſ. qui fuerunt pro tempore, hactenus a ſede Apoſtolica, vel alia quomodocumque, ſeu qualitercumque conceſſa, nec non jura, juriſdictiones, Eccleſias, capellas, cum cura, & ſine cura, hoſpitalia, caſtra, villas, caſalia, domos, grangias, paſcua, prata, nemora, molendina, terras, vineas, poſſeſſiones, affictus, decimas, cenſus, & redditus, ac alia bona mobilia, & immobilia, vaſſallos, & ſubditos, qui alias per eorum loca, vocabula, nomina, & cognomina, qualitates, quantitates, confines, circunſtantias, & valores haberi volumus ex certa ſcientia, præſentibus pro expreſſis, & ſufficienter ſpecificatis ad d. Ariminenſ. Eccleſiam liberalitate Romanorum Pontifi-*

A *cum, largitione Regum, vel Principum, aut pia aliorum fidelium devotione, ſeu alias quoquo modo ſpectantia, quæ dicta Eccleſia Ariminenſ. & ejuſdem Bartholomæi Epiſcopi prædeceſſor immediatus Epiſcopus Ariminenſis qualitercumque acquiſita canonice poſſederunt, & quæ idem Bartholomæus Epiſcopus, dictaque Eccleſia Ariminenſ. poſſederunt hactenus, & poſſident de præſenti, eidem Bartholomæo Epiſcopo, ac ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Ariminenſibus, qui erunt pro tempore, & præfatæ Ariminenſi Eccleſiæ auctoritate prædicta motu ſimili ex certa ſcientia tenore præſentium confirmamus in perpetuum, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; diſtrictius inhibentes quibuſcunque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, prioribus, cæteriſque Eccleſiarum, monaſteriorum, & conventuum Prælatis, clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, tam ſecularibus, quam religioſis, nec non ducibus, baronibus, comitibus, nobilibus, militibus, & laicis, communitatibus civitatum, univerſitatibus oppidorum, caſtrorum, villarum, & aliorum locorum,*
B *& aliis ſingularibus perſonis cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, hujuſmodi litteras, privilegia, libertates, exemptiones, prærogativas, indulta, jura, juriſdictiones, Eccleſias, capellas, & hoſpitalia, caſtra, villas, caſalia, domos, grangias, prata, nemora, molendina, paſcua, vineas, poſſeſſiones, affictus, decimas, cenſus, redditus, bona, vaſſallos, & ſubditos, prædicta, vel aliquod eorum quomodolibet occupatoribus ſeu detinentibus conjunctim, vel diviſim, ipſum Bartholomæum, & ſucceſſores prædictos, ſuper illis, vel eorum aliquo quomodolibet moleſtantibus, vel impedientibus, quo minus illa pacifice, & quiete poſſidere, & illis potiri, & gaudere cum omni integritate valeant, ne ipſos Bartholomæum Epiſcopum, aut Eccleſiam, vel ſucceſſores, ſuper præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum quomodolibet moleſtare, vel impedire præſumant, ac monentes eoſdem tenore præſentium ſub excommunicationis pœna, quam, ſi contrafecerint, ſingulariter incurrere volumus ipſo facto, quatenus ab occupatione,*
C *detentione, moleſtatione, & impedimentis hujuſmodi penitus, & omnino non deſiſtant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, quicquid contrarium per quoſcunque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, illis, ſeu eorum alicui qualitercunque conceſſis, quarum vigore quamquam forſitan ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo juriſdictionem habere prætendunt, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus præſentium valeat impediri quomodolibet, vel differri. Quas quidem literas, privilegia, & indulgentias generalia, vel ſpecialia, & quæcunque inde ſecuta, ex nunc auctoritate, motu, & ſcientia prædictis caſſamus, & irritamus, & nullius eſſe roboris, vel momenti, illiſque ſuper præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, perpetuum ſilentium imponimus per præſentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, conceſſionis, con-*
D *firmationis, inhibitionis, commonitionis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attentare præſumpſerit, in indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*


Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno XIII.

Sedit annos ſeptem, fatoque functus eſt 1407. ex lib. proviſ. Prælat.

46. BANDELLUS Bandellius Lucenſis, antea Tiphernas Epiſcopus, a Gregorio XII. a quo etiam poſtea Senatoriam purpuram accepit ſub titulo S. Sabinæ, ad Ariminenſem Eccleſiam translatus eſt an. 1407. die 14. menſis Maji, ex eodem proviſionum lib. Eundem Gregorium promotorem ſuum ſolemni pompa in Cathedrali excepit anno 1413. die Epiphaniæ Domini, dum ille veluti profugus apud Malateſtam amicum in tutiori loco ſe recepiſſet. Cathedralem ipſam D. Columbæ dicatam privilegiis, XLVIII.

ſum-

Digitized by Google



ſummiſque indulgentiis ditavit ſequenti diplomate, cuius exemplar placuit hic referre, cum non parum ad Eccleſiaſticam rem facere videatur; in eo enim Gregorii zelus erga univerſalem Eccleſiam, labores, periculaque multa exhibentur, quæ pro ſchiſmate tollendo paſſus eſt; tenor vero diplomatis è tabulario Ariminenſi deſumpti, eſt hujuſmodi.

GREGORIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Et ſi quælibet loca pia prompta veniunt devotione fidelium veneranda, quanto magis illa, quæ fluctuanti Petri naviculæ ſincera pietate, & ferventi charitate ſubvenire probavimus, debet veneratione digna coli, & perpetuo decorari. Sane cum eſſemus in civitate Cajetæ, ad quam de civitate Auſtriæ Aquilejen. diœceſis ſchiſmaticorum perfidia nos impulerat, invadendo hoſtiliter, & inhumaniter perſequendo, ne ordinatum per nos canonice, & in Spiritu ſancto ibi, legitime inchoatum ſanctum generale concilium pro amore, & pace univerſalis Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, ad quam puro, & ſincero corde, prout ſemper fecimus, intendebamus compleri poſſe, prout non potuit eorum nequitia adverſante, & oporteret prout oportuit propter hujuſmodi perſecutiones, & quandam peſtiferam pactionem cum tunc Rege Ladislao per iniquitatis filium Balthaſſarem Coſſam a ſuis ſacrilego auſu vocatum Joannem XXII. forſan adeoque eſſent nobis itinera clauſa, & ipſorum perfidorum laqueis tam per terram, quam per mare inſidiæ poſitæ, & paratæ, & omnia circumventa, quod nec modus diſcedendi tutus, nec locus aderat, ad quem declinare poſſemus, propter quod civitas noſtra fidelis, & filialis Ariminen. ex prompta, & inextinguibili devotione dilecti filii nobilis viri Caroli de Malateſtis, Domicelli Ariminen. pro nobis, & eadem Eccleſia in ipſa, & nonnullis aliis civitatibus, & locis noſtri vicarii, & provinciæ noſtræ Romandiolæ Rectoris, & unionis hujuſmodi fervidi zelatoris, qui Deo datus, & de noſtra juſtitia informatus, non pepercit periculis, laboribus, & expenſis, ſpretis oblationibus quibuſcumque, & comminationibus imperio, & ſicut altiſſimo placuit, qui noluit fidem Petri deficere, pro qua etiam exoravit, ſupervenerunt ex inſperato, & contra ſolitum morem illis diebus, videlicet circa finem menſis Octobris, duæ naves mercatorum Venetorum, una ab Oriente, altera ab Occidente ibidem mirabiliter concurrentes, ſuper quibus cum timore tamquam hoſtibus circumdatis, exceptis dilectis filiis Cajetanis, qui erga nos tunc, & ſemper ſe fideliſſimi habuerunt, die ultimo dicti menſis nobis ſuper inde receſſu pro peremptorio termino, aſſignato a dicto Rege, aſcendimus, & ſicut ille voluit, qui nos creavit, inter piratas, & perfidos quærentes animam noſtram, maria ambo incolumes tranſivimus, & ad partes devenimus Sclavoniæ, mutatis tamen fuſtis, cum altera navium prædictarum illuc nos conducere non valebat, & tandem in quinque barcunculis nos, & venerabiles fratres noſtri S.R.E. Cardinales, qui tunc tres numero nobiſcum erant, mare ipſum tranſivimus per diem naturalem, mirifice ipſo Duce, qui aquis imperat, atque ventis, in omnium ſtuporem, ad portum Ceſenaticum applicantes, de quo ſequenti die diſceſſimus ſociati a præfato filio noſtro Carolo, & facta pernoctatione in Bellaere, altera die occurrentibus nobis dilectis filiis clero, & populo Ariminenſi proceſſionaliter, & devote civitatem ipſam noſtram Ariminenſem intravimus in vigilia ſiquidem nativitatis Dominicæ, ut ſicut eo tempore lux ſuæ claritatis infulſit, ita ſponſæ ſuæ ne malevolorum faucibus abſorberetur, indulſit. Ut igitur iſta tam ſtupenda, & cunctorum miranda oculis in timorem Dei cunctis temporibus memorentur, ipſaque noſtra civitas Arimini in ſua Cathedrali Eccleſia ipſi Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, & ſub vocabulo S. Columbæ conſtructa ſingulis annis commemoratione hujuſmodi gratuletur, & congruis honoribus frequentetur, eoque libentius Chriſti fideles confluant ad eandem, quo ſe ſenſerint dono cœleſtis gratiæ eſſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, de civitate, comitatu, & territorio Ariminen. oriundis, vel alias incolis, qui a primis veſperis vigiliæ, uſque ad ſecundas veſperas feſti diei Epiphaniæ D.N.J.C. qua quidem die poſt dictum noſtrum adventum, ibi miſſam primam celebravimus, Eccleſiam ipſam devote viſitaverint, annuatim plenam remiſſionem omnium peccatorum ſuorum concedimus per præſentes. Nec per hoc intendimus aliis quibuſcumque indulgentiis, & gratiis, quas hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis quovis modo, & quacumque auctoritate indultis eidem Eccleſiæ aliqualiter derogare. Nulli ergo, &c. ſiquis autem, &c.

Datum Arimini 8. Kal. April. Pontific. noſtri an. 1.

Bandellus vero defunctus eſt an. 1417. poſtquam Martinus V. Columna Apoſtolicum conſecutus eſt thronum in Conſtantienſi concilio, de quo vide ſupra in 1. Tomo in Epiſcopis Typhernatibus.



47 Fr. HIERONYMUS, Leonardi filius, Ariminenſis, vel ex Regio Lepidi, ut narrat Clemen- XLIX
tinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vir doctiſſimus, ad Ariminenſem hanc ſedem ſubvectus eſt, Martino V. jubente an. 1418. 4. Id. Januarii. Quo Præſule Monachi Olivetani in urbem fuerunt introducti anno 1420. & Canonici Regulares: ipſe vero Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum anno 1433. conſecravit, quam Nicolaus nobilis vir de Caminate exædificaverat. Vivere deſiit anno 1435. die 27. Septembris, ſepultus in Eccleſia S. Ioannis Evangeliſtæ, quam S. Auguſtini vocant, ubi in marmorea tabula jacentis Epiſcopi ſpectatur imago, Epiſcopalibus indumentis exornati, cum paſtorali manibuſque junctis in modum crucis; ad caput vero hinc inde ejus cernuntur gentilitia ſtemmata, tria ſcilicet aſtra in ſuperiori parte leniter diſpoſita, in inferiori vero parma arboris truncus cum nonnullis ramunculis, foliiſque diſpoſitus, ut vides, ſupra vero caput jacentis hæc pauca leguntur verba.

Obiit MCCCCXXXV. die xxvii. menſis Sept.

Ad pedes vero fere exeſum attritumque prætereuntium pedibus ſpectatur epitaphium, quod ſequitur.

. . . micans rutilante . . . .
Humanum vivens, gratus majoris in omnes
Gratior in populo . . hic . . Ariminenſium
Prudentia retinens . . . . . .
Evolat ad ſuperos . . . .

48 ANTONIUS Corarius Epiſcopus Cardina-
lis Oſtienſis Ariminenſem Eccleſiam ſibi commen- L

datam accepit 1435. die 14. menſis Octobris, ac poſt paucos dies illam cum Cervienſi mutavit.

LI. 49 CHRISTOPHORUS a S. Marcello Vicentinus, paulo ante Cervienſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1435. prima die ineuntis menſis Decembris, præfuitque Ariminenſibus annos novem ſumma cum prudentiæ laude. Concilio Florentino interfuit, deinde ad Senenſem Eccleſiam eſt translatus 1444.



LII. 50. BARTHOLOMÆUS Malateſta ad eandem ſedem ſubvectus eſt 1445. prid. Non. Junii, ejuſque Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 18. menſis Auguſti ejuſdem anni, effundente ſe populo ad ſpectaculum præ lætitia. Primum lapidem exordientis fundamenti Eccleſiæ S. Franciſci ſolemni ritu jactavit poſtrema die abeuntis Octobris 1446. Abſolutum eſt templum magnificentiſſimo cultu a Sigiſmundo Malateſta Bartholomæi gentili, architectonica arte, & induſtria a Leone Alberto elaboratum, ut principis templi loco eſſet, cum vetus Cathedra-

A le Fanum evertere in animum induxiſſet, quod excitandæ arci, quam meditabatur condere, imminerer; Cum tamen poſtea perpendiſſet attentius, quantum piaculum, diſpendiumque foret, Eccleſiam priſcæ vetuſtatis nobilem exſcindere, ſuſceptum conſilium proſcripſit, ſparſitque in vulgus, ad pietatis laudem captandam, ſe motum religione, votove nuncupato D. Franciſco templum condidiſſe, cujus opera plura a Deo beneficia elicuiſſet, quamvis effuſus in vitia, libidinibuſque contaminatiſſimus eſſet. In templi fronte ſub periſtylio hæc verba exarari juſſit.

SIGISMUNDUS PANDULPHUS MALATESTA PAN. F. V FECIT ANNO GRATIÆ M. CCCC. L.

Voto feciſſe indicavit littera V. in ea appoſita inſcriptione, & in nummis, quos ea occaſione conflari ex auro, argento, æreq; juſſit, ipſius effigies in parte altera inſculpta cernitur adjectis in orbem literis.

B SIGISMUNDUS PANDULPHUS MALATESTA PANF.

Ex adverſa vero, templi imago expreſsa litteris circumpoſitis.

PRÆCLARUM ARIMINI TEMPLUM ANNO GRATIÆ V. F. M. CCCC. L.

quæ nuncupatum votum legentium oculis proponunt clariſſime, cum perſpicuum, exploratumque ſit, apud antiquioris monumenti peritos literam V. non aliud hoc in loco, quam *Votum* ſonare. Nummum hujuſmodi ex ære Corinthiaco in Franciſci Gualdi Equitis Ariminenſis Muſæolo inſpexi, cui ſimillimum inſculpi fecimus, ad principis hujus conſecrandam memoriam, qui regio cultu hoc nobiliſſimum templum Cathedralis loco, ni ſententiam revocaſſet, futurum condiderat, nec ille ſolum pietatis inſtinctu tantum opus ſuſceperat, quamvis editi voti ſpecie, ac fuco conſilium ſubornarit, promulgaritque.



Exceſſit Sigiſmundus ex hac mortali vita die nona Octobris anno 1468. conditumque eſt ejus corpus in hac Eccleſia; non in ſuperbo illo, atque magnifico tumulo ab ipſo excitato, ſed in altero non tanto artis lenocinio è ſaxo elaborato ad dexteram templum ingredientium partem, incluſum eſt, atque epitaphii loco hoc diſtichon inciſum.

Sum Sigiſmundus Malateſta e ſanguine gentis
Pandulphus genitor, patria Flaminia eſt.
Vitam obiit vij. Idus Octobris ætatis ſuæ
LI. men. iij. D. xx. M. CCCC. LXVIII.
Sigiſmundus Pandulphus Malateſta
Pandulphi filius
ingentibus meritis probitatis,
fortitudiniſque
illuſtri generi ſuo majoribus,
poſteriſque.

Sigiſmundi vitam, reſque geſtas ſcripſit Cæſar Clementinus in hiſt. Ariminen. At Bartholomæus Epiſcopus Sigiſmundo in paucis charus, nomine ejuſdem Nicolao V. noviter electo ſummum Pontificatum gratulaturus profectus eſt Romam. Arimini exceſſit jam ſenior 1448. die 5. menſis Junii, ſepultuſque eſt apud montis Olivetanos.

D



51 JACOBUS Vannuccius Cortonenſis, Apoſtolicæ Cameræ Clericus Malateſtæ ſucceſſit 1448. 18. Kal. Julii, annoque inſecuto ad Peruſinam Eccleſiam translatus eſt. LIII.

52 LUDOVICUS de Graſſis, nobilis Bononienſis, è canonico fuit electus Epiſcopus 1449. die 5. menſ. Novemb. per paucos menſes ſuperſtes fuit, tumulumque in Cathedrali accepit, ubi hæc habetur memoria. (1) LIV.

(1) Appellatur Ludovicus de Gerſis ab Alidoſio de Epiſc. Bonon. pag. 14 qui pariter affirmat fratri defuncto anno 1452. ſucceſſiſſe in Ariminenſi Epiſcopatu Joannem, hujuſque legi in Cathedrali Ariminenſi hanc memoriam. *Joan. Garſis Epiſcopus Ariminen.* MCCCCLII. De Ludovico tractat Carthurius in ſyllabo Advoc. Conſiſt. pag. 32. *Mandoſ.*

Ludovicus de Graſſis Canonicus Bononienſis, & Epiſcopus Ariminenſis MCCCCL.

LV. 53 ÆGIDIUS Carpenſis, Archipresbyter Bononienſis, eandem ſedem obtinuit ex deceſſu Ludovici de Graſſis 1450. Kalendis Junii. Hic a Nicolao V. promotore ſuo, ſuæ Eccleſiæ jurium ſpeciali privilegio confirmationem ſuſcepit anno 1452. iis conceptis verbis.

NICOLAUS EPISCOPUS Servus ſervor. Dei. Ad futuram rei memor.

Sedis Apoſtolicæ gratioſa benignitas piis quorumlibet præſertim Cathedralibus Eccleſiis præſidentium perſonarum votis libenter annuit, & illis, quæ ab ea pro Eccleſiarum hujuſmodi jurium, libertatum, ac privilegiorum conſervatione proceſſiſſe comperit, uberioris interdum Apoſtolici muniminis adminiculum adiicit, ut ea firmius illibata perſiſtant, quo frequentiori ſuo fuerint pro tempore ſtabilita. Dudum ſiquidem Bonifacius IX. in ſua obedientia nuncupatus, Bartholomæo tunc Epiſcopo Ariminenſi literas conceſſit tenoris ſequentis. Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. *Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris noſtri Ægidii Epiſcopi Ariminen. petitio continebat, ipſe Epiſcopus prædictas Bonifacii, & in illis inſertas Lucii II. prædeceſſoris noſtri literas, ac omnia, & ſingula conceſſiones, inhibitiones, indulta, exemptiones, libertates, & cætera in ſingulis literis prædictis contenta, ipſiuſque Eccleſiæ conſtitutiones pro eorum ſubſiſtentia firmari, noſtro munimine roborari, & alias ſuper iis ſtatui, & indemnitati præfatæ Eccleſiæ opportune provideri ſummopere deſideret. Nos d. Ægidii Epiſcopi in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam Bonifacii, quam in illis Lucii prædeceſſoris inſertas literas prædictas, necnon conceſſiones, inhibitiones, indulta, exemptiones, libertates, ac omnia alia, & ſingula in ſingulis literis præfatis contenta, ipſiuſque Eccleſiæ conſtitutiones auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, necnon illa etiam, ſi ipſis, vel alicui ipſorum per non uſum, vel alias ex quavis cauſa derogatum, ſeu contra ipſa, vel aliquod ipſorum præſcriptũ quomodolibet eſſet, in ſuos priſtinos vim, & vigorem reſtituentes pariter, & reponentes, ac de novo harum ſerie concedentes Bonifacii, & in eis Lucii inſertas literas prædictas, cum inhibitionis, monitionis, voluntatis, & aliis in eis contentis clauſulis pleno firmitatis robore in perpetuum ſubſiſtere debere decernimus, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Cupientes autem, ut præſentes noſtræ literæ votivum ſortiantur effectum, venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Florentino, ac Piſaurien. & Spoletanen. Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præmiſſa, ubi, quando & quoties expedire viderint, auctoritate noſtra ſolemniter publicantes, præfatiſque Ægidio Epiſcopo, & Eccleſiæ, ac ſucceſſoribus in conſervandis, & manutenendis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, prærogativis, indultis, literis, juribus, juriſdictionibus, monaſteriis, eccleſiis, capellis, hoſpitalibus, caſtris, villis, caſalibus, domibus, grangiis, pratis, nemoribus, molendinis, paſcuis, terris, vineis, poſſeſſionibus, affictibus, decimis, cenſibus, redditibus, bonis, vaſallis, laboratoribus, & ſubditis ipſius Eccleſiæ Ariminen. opportuni favoris præſidio aſſiſtentes, non permittant, dd. Ægidio Epiſcopo, aut Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus ſuper præmiſſis in aliquo per ſuperius expreſſos, aut quoſcunque alios injuriam, moleſtiam, vel offenſam irrogari, aut ipſos impediri, ſeu alias quomodolibet moleſtari. Et nihilominus illos ex prædictis, quos excommunicationis ſententiam incurriſſe eis conſtiterit, tandiu dominicis, aliiſque feſtivis diebus in Eccleſiis, tam conventualibus, quam parochialibus, dum ibi major populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatos publice nuncient, & ab aliis nunciari faciant, necnon ab omnibus arctius evitari, donec ſic excommunicati, ſpiritum aſſumentes conſilii ſanioris a nobis, vel ſede prædicta a ſententia excommunicationis hujuſmodi abſolutionis beneficium, & reconciliationis gratiam meruerint obtinere. Præterea per ipſos, vel aliquem, ſeu aliquos eorum ſuper iis habendis ſervatis proceſſibus eos quoties expedierit aggravare procurent. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne quis extra ſuam civitatem, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices a ſede prædicta deputati extra civitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſeu alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in concilio generali, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ad judicium evocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, & reſtitutionis, repoſitionis, conceſſiones, conſtitutionis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ab BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominicæ 1452. XVII. Kal. Januarii, Pontific. noſtri an. VI.

Superſtes fuit uſque ad annum 1472. deceſſitque cum ſumma prudentiæ laude adminiſtraſſet Eccleſiam. Conſule de eo acta conſiſtorialia.

54 BARTHOLOMÆUS de Coccapanis a, Carpenſis, a Sixto IV. ad hanc ſedem promotus eſt 1472. 4. Non. Maii. Sub eodem Pontifice vicelegatus rexit patrimonium S. Petri, ut ex ejuſdem literis ad publicam rẽ Senenſem perſpici poteſt. Dat. ſub die 20. m. Maii 1481. Protulit ætatẽ uſq; ad ann. 1485. LVI.

a De hoc conſule Gamurrinum de famil. vol. 5. p. 350 Mand.


55 JOANNES de Roſano, ſive Roſa, paulo ante Epiſcopus Helenopolitanus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1485. die 16. menſis Septembris. Vixit uſque ad annum 1488. de quo acta conſiſtorialia, Hic undecim hoſpitalia ſimul junxit, illudque, quod Miſericordiæ appellant, noviter erexit. Obiit ann. 1488. die 25. menſis Auguſti. LVII.

56 JACOBUS Paſſarellus Ariminenſis, prius Imolenſis Epiſcopus, ad ſuæ patriæ ſedem translatus eſt ab Innocentio VIII. 1488. 17. Septembris. Sixto IV. Pontifici familiaris fuit, dum purpuram geſtaret, a quo Imolenſem ſedem impetravit, multaque eodem Pontifice jubente Eccleſiaſtica negocia conſulte promovit. Innocentio deinde VIII. cum Jacobi virtutes innotuiſſent, ad Ariminenſem illum Epiſcopatum promovit, atque ad Britanniæ Regem de rebus graviſſimis legavit; ubi cum apud illum Regem plurimam gratiam collegiſſet, ab eodem promeruit Britannicis regiis ſtemmatibus inſigniri, in cujus rei memoriam hoc diſtichon voluit ſupra ſepulchrum extare. LVIII

Eſt Roſa, ſunt Pardi, ſunt lilia munera Regis
Britanni, meruit hæc mea magna fides:

Cæterum eodem tempore, quo Jacobus ad Ariminenſem Epiſcopatum translatus eſt, Cæſenæ civitatis etiam eſt declaratus adminiſtrator, quo munere ita incorrupte perfunctus eſt, ut ejus civitatis meruerit civilitatem. Indefeſſus, acerrimuſque jurium ſuæ Eccleſiæ fuiſſe dicitur defenſor, de qua re Raynaldus Urſinus Archiepiſcopus Florentinus, VI. Alexandro mandante, prolixum compilavit proceſſum. Deceſſit hic Præſul in optimis numerandus 1496. menſ. Auguſto. Ad hunc literas dedit Platonicus Ficinus, illumque Jacobum Rondanum appellat lib. 12. epiſt. erudititiſſimum virum, de quo etiam acta conſiſtorialia, & Clement. in hiſtor. Ariminenſi par. 2. lib. 10.

Digitized by Google




LIX. 57 OLIVERIUS Caraffa Cardinalis Neapolitanus, hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1496. die 4. menſis Septembris, eidemque deinde Eccleſiæ remiſit nuncium 1497. in ſavorem Vincentii nepotis, quo deinde ad Archiepiſcopatum Neapolitanum tranſlato, ad Cardinalem Ariminenſis rediit adminiſtratio uſque ad annum 1511. quo ipſo anno è vita diſceſſit.

LX. 58 VINCENTIUS Caraffa Neapolitanus, die 13. menſis Septembris anno 1497. hunc obtinuit Epiſcopatum, eidemque ſeptem omnino annos præſuit, donec ad Neapolitanum Archiepiſcopatum transſerretur anno 1504. poſtrema die ſe convolventis Martii.



LXI. 59 SIMON Bonadies Romanus, è regione Pontis, Canonicus S. Petri in Vaticano, quem ad id muneris Sixtus IV. vocaverat 1479. ex deceſſu Joannis Cæſarini, cum antea eſſet Imolenſis Epiſcopus, ac Bononienſis vicelegatus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1511. die 10. menſis Februarii. Lateranenſi Concilio interfuit ſub Leone X. Deceſſitque 1518. 4. Idus Januarii. Ejus anniverſarium habetur hac die in Eccleſia SS. Celſi, & Juliani de Urbe, in qua olim canonicus fuerat, cui reliquit pro reparatione fabricæ ſcuta ducenta.



LXII. 60 FABRITIUS Urſinus, ex Anguillariæ

A Comitibus, frater germanus Rentii Ceritis, famoſi ductoris, Ariminenſis Epiſcopus electus eſt 1518. die 29. m. Januarii: è vita diſceſſit 1529.

LXIII 61. FRANCIOTTUS Cardinalis Urſinus, hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam die 30. menſis * Aprilis 1529. eoque munere ſe exſolvit 7. die Aprilis ejuſdem anni.

* Ex App. tom. 2.

LXIV 62 ANTONIUS MARIA Cardinalis de Monte, ejuſdem Eccleſiæ adminiſtrator effectus eſt 7. die Aprilis 1529. illamque deinde commutavit cum Eccleſia Cajacenſi die 25. m. Martii a ejuſdem anni.

a 14. Maii.


LXV. 63 ASCANIUS Pariſanius Tolentinus, Epiſcopus Cajacenſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt die 25. menſis b Martii 1529. A Paulo vero III. creatus eſt Cardinalis ad titulum S. Pudentianæ 1539. Huic apud omnes cognomen Cardinalis Ariminenſis inhæſit; legationem Umbriæ, Peruſiæque obtinuit cum Epiſcopatu Morano, Julio nepote coadiutore adſcito, qui Ariminenſem Eccleſiam patrui nomine adminiſtraret. Secundo legatus ſuit ad Cæſarem

B ſimul cum S. Crucis Cardinali: inde reverſus, Campanienſi legatione ab eodem Pontifice tertio nobilitatus eſt, quippe qui conſultiſſima procuratione eccleſiaſtica negotia expediret. Romæ deceſſit 1549. prid. Non. Aprilis, ſepultuſque eſt apud S. Marcellum, ubi ſuppreſſa omni inſcriptione conquieſcit.

b 14. Maii.

LXVI 64 JULIUS Pariſanus, ſuperioris Cardinalis Aſcanii nepos, ætate minor, apud omnes exiſtimatione major, quam credi poteſt, electus ſuit Epiſcopus coadiutor, cum futura, poſt patrui exceſſum, ſucceſſionis ſpe, ſicut evenit. Cum optimi paſtoris laude multos annos Ariminenſem Eccleſiam adminiſtravit, deceſſitque 1574. menſe Martio, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

C



LX VII. 65. JO. BAPTISTA Caſtellius Bononienſis, a Gregorio XIII. ad eandem ſedem aſſumptus eſt die 24. menſis Martii 1574. qui menſe Majo obtenti Epiſcopatus ſolemni ritu iniit poſſeſſionem. S. Juliani templum conſecravit 1578. inſecutoque anno Parmenſis diœceſis Viſitator Apoſtolicus fuit adſcitus, Nunciuſque apud Regem Gallorum eſt deſtinatus anno 1580. ubi turbulentiſſimis Gallicæ reipublicæ

D temporibus, tanta cum dignitate eam ſuſtinuit legationem, ut omni laude major per ea tempora videri potuerit. Pariſiis deceſſit die 22. menſis Auguſti 1583. De ipſo in Ariminenſi Cathedrali ſequens memoria extat.

D. O. M.

R. in Chriſto Patr. D. Jo. Baptiſta Caſtellius Epiſcopus Ariminenſis, Doctrina Chriſtiana Reſtaurator, & Conſervator acerrimus, congregationem in hoc templo generalem ſingulis diebus Dominicis fieri ordinavit anno Domini M.D.LXXIX. migravit optimus Paſtor ad Deum die xxij. Auguſt. dum ſedis Apoſtolicæ Nuncius apud Chriſtianiſſ. Gallorum Regem degebat M. D. LXXIII.

Societas Doctrinæ.

Ibidem.

Joannes Baptiſta Caſtellius Bononien. Epiſcopus Ariminenſis, Ecc. hujus ſacris, &

precioſis rebus a ſe aucta, & in formam hanc reſtituta elegantiorem. Aureos etiam C.T. L.G. ut VI. Kal. Sept. perpetuo ſuo funere anniverſaria juſta ſolvantur. Obiit Pariſiis S. ſedis Apoſtolicæ Nuncius M.D. LXXXIII.

LX VIII. *a Vincentii mentionem, ejuſque inſigne gentilitium habes apud Galeottum de viris illuſ. Bonon. p. 1. pag. 47. Toſaninus dicitur ab Alidoſio. Mendoſ.*

66. VINCENTIUS *a* Tophaninus, filius Joannis, ex Metropolitanæ canonico, Ariminenſis Epiſcopus effectus eſt anno 1583. die 28. menſis Novembris. Solemni ritu ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 24. menſis Aprilis inſecuti anni, cum Bononiæ primum fuiſſet inauguratus ab ejus urbis adminiſtratore. Deceſſit 1591. die 13. menſis Februarii, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

LXIX.

67. JULIUS CÆSAR Salicinius Bononienſis, per ea tempora juriſprudentia clarus, ejuſdemque facultatis Bononiæ publicus profeſſor ad hanc dignitatem pervenit 1591. die 5. menſis Aprilis, ſolemnique pompa die 22. menſis Junii Ariminum ingreſſus eſt. Ariminenſibus præfuit religionis, pietatiſque ſtudio ſingulari, defunctuſque eſt anno 1606. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum infra ſubjecto epitaphio.

D. O. M.

Julio Cæſ. Salicinio Bonon. qui in patria almo Gymn. Interp. LL. ſcientia mire claruit, in urbe orb. arbitr. Capitol. collat. ſanctæque inquiſit. Conſultor, ac Judex, juſtitia, & integritate emicuit, in Arimin. Eccl. Epiſcopus, ubi Cler. reg. induxit, pietate, & religione floruit, in Aemilia Proleg. prud. ſplenduit, in Hiſpania nunc deſſ. opt. de ſe ſpem dedit, ubique omnia titulis æque, ac cælo digna edidit. Obiit anno ſal. M. DC. VI. ætatis LXV. V. id. Octob.

LXX *b Laudatur in libro, cui titulus Memorie degli Academici Gelati di Bologna p. 59. Mendoſ.*

68. BERLINGERIUS Gypſius *b* Bononienſis nobilibus parentibus natus eſt, Julio ſcilicet, & Valeria Segnia an. 1564. Berlingerium patruum habuit XIII. Gregorii Pontificis conſobrinum. Florenti adhuc ætate Civile jus Bononiæ profeſſus eſt plaudentibus ſcholis; deinde cum eccleſiaſticam vitam profiteri inſtituiſſet, omnes ejus vitæ digniores gradus eſt aſſecutus. Primum enim Reatino Epiſcopo vicariam operam præſtitit, tum & Archiepiſcopo Beneventano. Retulit deinde illum Clemens VIII. inter utriuſque ſignaturæ Referendarios 1594. anno vero 1599. apud Romæ Vicarium locumtenentis civilis munere functus eſt. Eodem anno Viceſgerentis partes cumulatiſſime geſſit, adnumeratus inter Præſules Apoſtolicæ viſitationis, ac reformationis; Epiſcoporum inde examinator evaſit, ac ſecretarius ſacræ congregationis Epiſcoporum, ac Regularium, annoque 1606. Epiſcopus Ariminenſis. Cujus Præſulatum ſolemni pompa accepit die 16. inſecuti anni, in quo ipſo anno apud Venetos Nuncii Apoſtolici partes explevit undecim annorum mora, Paulo V. Pontifice mittente, ſub quo Pontifice Romam revocatus, Romæ Gubernator declaratus eſt anno 1618. idemque munus conſulte exercuit ſub Gregorio XV. cujus aulæ Magiſter erat; cumque Gregorio Urbanus VIII. fuiſſet ſuffectus, ſignaturæque Juſtitiæ fuiſſet declaratus Præfectus, Ducatum Urbini in ea converſione rerum, etiam ſapientiſſime frænavit. Inde de Eccleſia Romana optime meritus in publico, plenoque Conciſtorio roſeum Pileum ab Urbano VIII. accepit 1627. die 19. menſis Januarii, receptuſque in omnium congregationum ſenatibus, ita publicis gravibuſque deſtinabatur negotiis, ut coactus ſit Ariminenſi Eccleſiæ remittere nuncium, ne ex ſua diuturna abſentia acciperet detrimentum. Fato functus eſt Romæ 1629. ſepultus in Eccleſia de Victoria ad Thermas Diocletiani, ubi hoc legitur cœnotaphium.

Beringario Gypſio Bononienſi S.R.E. tit. S. Auguſtini Presbyt. Card. qui ſub Clemente VIII. Pont. Max. Urbis Vicarii Viceſgerens, Congregationi ſuper Epiſcopis, & Regularibus a ſecretis, ac Reformator Apoſtolicus, ſub Paulo V. Ariminenſium Epiſcopus, apud Rempublicam Venetam Nuncius, itemque Urbis Gubernator, & mox ſub Gregorio XV. ejuſdemque poſtea domui Pontificiæ præpoſitus, tum & Urbani VIII. ſub quo adminiſtrata ſubinde Urbini ditione ab eo in Cardinalium Senatu adſcriptus, inter majores quæſtiones contra hæreſes cooptatus, ac ſignaturæ Juſtitiæ, & Congregationi pro Eccleſiaſtica immunitate Præfectus, probata, ut muneribus diu, ac noviter ſedi Apoſtolicæ opera, gratos pro ea, vel in ſumma ſenectute labores matura morte concluſit VIII. Id. Aprilis anno Domini M. DC. XXXIX. ætatis LXXV. menſ. V. dies XIII. Carolus, & Beringarius Gypſii hæredes patruo opt. max. mer. verbis teſtamento propoſitis monum. poſuere.

LXXI *c De eo Lancellottus in hiſt. Olivetana l. 1. pa. 104. Mendoſ. d Per ceſſionem Berlingerii, tefert. varia ſibi nomine, titulo, & denominatione Epiſcopi Ariminenſis.*

69. D. CYPRIANUS Pavonus *c*, Ariminenſis, monachus, & Abbas montis Oliveti, ad hunc ipſum Epiſcopatum aſſumptus eſt 1619. die 29. menſis Novembris *d*. E vivis exemptus 1627. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Aſpice hoſpes, ac ſuſpice ſex viros, non tam ſanguine quam probit. germ. Cypriano Arim. Epiſc. Petro Pauli V. & Greg. XV. Præfec. cubic. Jo. Ant. Can. S. Petri in Urbe, Julio Equiti S. Jacobi Pauli V. vigil. Rect. ac demum Card. Burgheſii Præfect. a ſecretis, Hieronymo primo nato pauperum patri Franc. Lud. Card. Ludoviſii a ſecret. præfec. ingentis animi, virt. ac morum ſuavitate ſpectabili. Anna Maria, & Alexander de Pavonis patribus, & patruis PP. hos lapides perpetui amoris teſtes anno Domini MDCXXXV.



LX XII. *e Iſte quo videndus Erythræus Epiſt. ad Tyrrhen. tom. poſ. Epiſt. 41. Mendoſ.*

70. ANGELUS Cæſius *e* Romanus U.S. Refer. ad Ariminenſem ſedem promotus eſt 1627. die 18. menſis Julii, ſub Urbano VIII. variis præfecturis in Eccleſiaſtica ditione exornatus, ab Innocentio X. ad Venetam rempub. Nuncius miſſus: adhuc ſuperſtes eſt, virtutum exemplar, ac dignus plane qui promoveatur ad majora. At pene mente exciderat, quod eo ſedente Præſule ad Catholicæ hujus diœceſis percelebrem Vicum, ubi olim S. Gaudentius Ariminenſis Epiſcopus, cum aliis paucis orthodoxis Præſulibus, ſeorſim ab Arrianis ad ſynodum Ariminen. convocatis, convenit, deditque occaſionem cum illis, ut Vicus deinceps Catholica appellaretur, Bernardinus Card. Spada, præclarum Eccleſiæ, litterarumque Sidus, ad tantæ rei ſervandam memoriam, ſumma pietate titulum marmoreum erexit cum hac inſcriptione, quam me legiſſe memini, dum illac peregrinationis gratia diverterem, in hunc, qui ſequitur, modum.

Anno reparatæ Salutis CCC. LIX. Liberio Pont. Max. Conſtantio Imp. cum Hæreticorum fraudibus ingemiſcens orbis terrarum ſe Arrianum eſſe miratus eſt, ex quadringentis Epiſcopis ad Synodum Ariminenſem convocatis perpauci Orthodoxi in hunc locum ventitantes, ut ſeorſim ab Arrianis ſacra

face-

Digitized by Google

facerent , & Catholica communione Catholicos impertirent , occaſionem præbuerunt , ut Vicus ipſe Catholica nuncuparetur , cujus nominis rationem , ac totius rei geſtæ memoriam Cæſar Cardinalis Baronius Annalibus Eccleſiaſticis inſeruit . Bernardinus Cardinalis Spada ad peregrinantium pietatem erudiendam, amoremque ſuum erga patriam provinciam teſtandum hoc poſito marmore indicavit Anno Domini M.DC.XXXVII.

* Ex App. num. 4. * Obit Angelus Venetiis anno 1646. („ *menſe* „ *Septembri .)*

LXIII. 71 FEDERICUS Cardinalis Sfortia factus eſt Epiſcopus Ariminenſis die 19. Novembris 1646. ab Innocentio X. Pont. Max. à quo pauló ante purpuram ſuceperat . („ *At nondum exacto decennio 1656.* „ *menſe Junio renunciavit .)*

LXIV. * Ex App. num. 5. 72. * THOMAS ex Comitibus Carpineis Ulderici Cardinalis germanus frater , Clericus Regularis Theatinus , per dimiſſionem Card. Sfortiæ electus eſt Ariminenſis Epiſcopus die 26. Junii 1656. Obiit nondum tranſacto anno ab accepta dignitate .

A D D I T I O.

(„ *Thomas Carpineus , natus in Terra de Schavolino Feretranæ diœceſis, non inferioris notæ Theologus , poſt obitas Ordinis ſui plures Præpoſituras , dum eſſet Conſultor , & Præſidens Capituli generalis creatus fuit Ariminenſis Epiſcopus die 26. Junii 1656. Obiit in Reſidentia menſe Septembri an. 1657*

LXV. „ MARCUS *Gallio , nobilis Mediolanenſis , I. V. D. & in utraque ſignatura Referendarius , ex duodecim votantibus Prothonotarius Apoſtolicus de numero Participantium , Secretarius jam Congregationis Rituum , deinde Aſculi , Peruſiæ , Anconæ , & tandem Provinciæ Marchiæ Gubernator , tandem 38. annorum præficitur Eccleſiæ Ariminenſi die 13. Junii 1659. Obiit Romæ anno circiter 1684.*


LXXVI. „ DOMINICUS a *Maria S. R. E. Diaconus Cardinalis Curſius hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam die 7. Julii anno 1687. qui decennio vix exacto obiit Arimini menſe Novemb. an. 1697.*

a De quo agitur in Notitiis Letter. Illuſ. Acad. Floren p. 1 pag. 165. Mandoſ.

LXXVII. „ JOANNES *Antonius* b , *nunc S. R. E. Presbyter Card. Devia ex Archiepiſcopo Thebarum poſt Colonienſem , & Poloniæ legationes egregie peractas , dum apud Imperatorem eodem Nuncii Apoſtolici munere fungeretur , translatus fuit ad Epiſcopatum Ariminenſem cum retentione tituli Archiepiſcopi die 10. Martii 1698. Exinde creatus S. R. E. Cardinalis tit. S. Calliſti die 18. Maji 1712. Eccleſiam ſibi commiſſam vigilantiſſime gubernat .)*

b De eo Cotta in Muſeo Novarien. p. 17. Mandoſ.

CÆSENATENSES EPISCOPI.



MEdia omnino Aemiliæ via ad collis radices prope fluvium Sepin Cæſena civitas ſita eſt , inter Faventiam , & Ariminum collocata , quam in Galliam Togatam rejicit Ptolomæus , Plinius vero inter octavæ regionis numerat civitates : recentiorum vero plerique Romandiolæ Provinciæ attribuunt . Dicta Cæſena exiſtimant aliqui , vel quod exiguo amne cæſa , ideſt diviſa ſit , ut Darius Tibertus civis , & Poeta Cæſenas .

A *Urbs Cæſena mihi patria eſt, quam dividit unda*
Caſis , & a patrio flumine nomen habet .

Vel quod ejuſdem ager duobus fluminibus dividatur . Strabo inter illius provinciæ nobiles civitates enumerat , fuitque tamen appellata , tametſi cauſa lateat, Flavia Curva Papia, ut in vita S. Mauri ipſius Epiſcopi enarratur . Latet etiam ſcriptores Cæſenæ auctor, tempuſque, quo muros extendit, & fines, tametſi Scipio Claramontius nobilis patriæ ſcriptor , a Senonibus Gallis ſub Rege Brenno ædificatam, Senamque dictam referat ſuis in commentariis; inde poſt civile bellum inter Marium Syllamque a victoribus diruta , Cæſam Senenſem deinceps nuncupatam , mox reſtitutam ſub conſulatu Lepidi , & Munatii Planci. Tantum conſtat, ſi ulla Procopio fides , antiquiſſimam illam fuiſſe , ac celebrem . Eandem fortunam tulit cum aliis Flaminiæ civitatibus, ſtuduitque Populo Romano , citra corruptæ fidei labem . In maxima autem perturbatione rerum modo externos , ac barbaros , modo proprios cives in ſævos, truceſque verſos tyrannos experta eſt . In quibus , ſed mitiores , Ordelafi , ac Malateſtæ fuerunt, quorum poſtremus Novellus Malateſta , literarum , & eruditionis appetentiſſimus mirabiliter Cæſenam exornavit, apud S. Franciſcum celebri illa , ac plane viſenda manuſcriptorum Bibliotheca fundata . Sævior videbatur futurus , ſi fatum celerius abfuiſſet , Cæſar Borgia , cujus Alexander VI. Cæſenam juſſit ſubire jugum ; quo ad libertatem Italiæ opportune extincto, rediit illa ad Eccleſiaſticas faſces , ſub quibus modo optimis conſtituta legibus tranquille quieſcit. Civitas pulchra eſt, fœtaque populo, ac civibus exornata illuſtribus . Intra murorum circuitum ad mortalium multa millia alit , abundatque fertile ſolum ad uſum , jucunditatemque incredibili copia rerum, vino autem Cæſenatico præcipue a Plinio tantopere laudato . Haud minus elegans , quam firma Arx adhuc in ea ſpectatur , quam Federicus II. Imp. conſtruxiſſe narratur . Vel S. Timotheo Pauli Apoſtoli diſcipulo , aut S. Apollinare , vel ejus diſcipulis prædicantibus , Chriſtiana ſacra ſuſcepit, ſtatimque ab ejus fidei profeſſione dignitate Epiſcopali Philemone primo Præſule nobilitata eſt . Ravennati poſtea Eccleſiæ ſubjecta , & Suffraganea declarata . Ejus vetuſtiſſimam primam Cathedralem in Garampeo colle , ſive in Murata D. Joanni dicatam , S. Eleutherius Papa conſecravit an. 192. teſte Manzonio . Novam cathedralem Urbani VI. temporibus excitatam S. Joan. Baptiſtæ ſacram , ornatiſſimam habet , quam dignitates duæ , Præpoſitura ſcilicet, atque Archidiaconatus cum quindecim canonicis , præbendæque Theologalis , & Pœnitentialis cum quindecim beneficiatis , quatuorque manſionariis , ſpectabilem reddunt. In ea honorifice requieſcit corpus S. Mauri ejus civitatis Epiſcopi , & protectoris, pes alter S. Alexii , manuſque altera S. Gregorii magni , aliæque inſignes reliquiæ . Ad præſcriptum Tridentini Concilii ſeminarium alit , intraque Cæſenates muros quatuordecim religioſorum viſuntur monaſteria , ſeptem ſanctimonialium , aliquot laicorum confraternitates, quinque Xenodochia , aliaque pia loca , & oratoria . Anguſtiorem diœceſim cenſus amplior ſuperat , duo namq. millia , & trecenta ſcutata annuus cenſus exæquat , taxatur vero in libris Apoſtolicæ Cameræ 230. Floren. Cæſenatem Hiſtoriam erudite nuper ſcripſit Scipio Claramontius ; luculentam vero Chronologiam non minori eruditione in lucem emiſit amicus noſter Bernardinus Manzonius nobilis Cæſenas Ord. Minorum Conventualium, Piſarum olim , mox Senarum S. Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem Generalis Quæſitor. Ejuſdem civitatis Præſulum ſeries ſequens eſt , quam tum ex citatis auctoribus, tum ex diverſis monumentis , ſcripturiſque excerpſimus :

1. S. PHILEMON Aſiaticus Pauli Apoſtoli diſcipulus, ad quem idem Romæ ſcribit Epiſtolam , I.
ordinatus primus Cæſenæ Epiſcopus anno ſalutis 92. poſt S. Timothei diſceſſum, ut antiqua hujus Eccleſiæ monumenta tradunt . Philemonis nobile pro

fide Chriſti certamen una cum Apperia Coloſſis in Phrygia ſub Nerone meminit martyrologium Romanum 22. Decemb.

II. 2. ISIDORUS Græcus natione anno 109. quem martyrio coronatum aſſerit auctor Chronologiæ in appendice an. 150.

III. 3. IGNATIUS Salaminus, anno 232. Clavum Cæſenatenſis Eccleſiæ tenuit. Hic Oraculum Jovis Horcii deſtruxit, cujus Fanum erat in monte ſacro, nunc S. Mariæ Benedictinorum Monachorum cœnobium, & aliud Minervæ, quod in Grampeo colle eminebat.

IV. 4. (1) P. forte Petrus Epiſcopus Cæſenæ notatur in tabulis ejuſdem Eccleſiæ anno 326.

V. 5. NATALIS Romanus anno 334. apud auctorem Cæſenatenſis Chronologiæ, quem aſſerit Marci Papæ Legatum fuiſſe, ad quem, quave occaſione, ipſe reticet.

VI. 6. CONCORDIUS Tarviſinus 350. ex tabul.

VII. 7. GREGORIUS Ticinenſis ſedit anno 361.

VIII. 8 IGNATIUS civis, & Epiſcopus Cæſenas ſufficitur an. 403.

IX. 9 VERANUS ſub Hilario Papa floruit.

X. 10 FLAVIANUS a patria Cluſinus eligitur anno 465. deceſſitque 499. Manzonus noſter in ſua Chronologia eruditi Abbatis Roſini teſtimonio poſt Flavianum inter Cæſenatenſes Epiſcopos Concordium recenſet, qui an. 502. ſub Symmacho Papa Romanæ ſynodo interſuit. Sed Concordius, qui eæ ſynodo ſubſcripſit, Miſenatis in Campania Epiſcopus fuit, non Cæſenæ, ut in vetuſtiſſimis M.S. codicibus habetur, præcipue in celebri codice hædino Nonantulani Cœnobii ante octingentos annos conſcripto, ubi Concordius Miſenatis Epiſcopus legitur.

a De eo Ugurgerius in Pompis Senen. p. 1. pag. 164. ubi Senenſem fuiſſe aſſerit. Mandoſ.

XI. 11. IGNATIUS hujus nominis III. vixit temporibus Vigilii Papæ anno 539.

XII. 12 S. SEVERUS Alemannus natione, electus divinitus eſt Cæſenatium Præſul anno 565. Cum enim deceſſiſſet Epiſcopus loci, habereturque ſcrutinium in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ, quæ tunc temporis cathedralis exiſtebat, quis ſcilicet viduatæ Eccleſiæ Cæſenati præficeretur, repente cœlitus delapſa columba, capiti Severi Ravennatis diaconi, quaſi index inhæſit, illum ſcilicet dignum eſſe, qui Cæſenatibus daretur Epiſcopus. Acclamante igitur populo ad divinum indicium, Severus ſubvectus eſt ad ſedem, illamque prudentiſſime atque ſanctiſſime adminiſtravit. Obdormivit in Domino anno 571. die 6. Julii, habeturque inter divos ejus urbis tutelares, cui olim Cæſenatenſis Eccleſia hujuſmodi perantiquam ad matutinas laudes canebat Antiphonam. *O proles Alemanniæ, ſanctitatis ſpeculum, Urbis Cæſenaticæ nobile depoſitum, intercede pro nobis, qui te elegit.* Ejus reliquiæ translatæ ad Eccleſiam ſuo nomini dedicatam an. 1602. Severi autem meminit Rubeus in hiſt, Ravenn. lib. 3. diſcrepat tamen de loco electionis, deque patria Severi; Ravennæ in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ habitam refert, ipſumque Severum Ravennatem facit. Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ, ubi electio Severi ſecuta eſt, tunc Cæſenæ Cathedralis erat, quæ nunc quoque ſupereſt in Murata, ſic eam civitatis partem a primis temporibus vocant, teſte Claramontio. Sunt etiam, qui ſcribunt, Severum Cæſenatem fuiſſe, ſed revera tum allata vetuſta Antiphona, tum ipſius Severi geſta repugnant, quæ hic ad majorem fidem inſerenda judicavimus, ut extant apud cathedralem M.S.

Sanctorum geſta Præſulum, quæ divina gratia partim communi omnium locutione ad memoriam laudabiliter reducuntur, partim divinæ ſcripturæ libellis ſcripta eſſe videntur, non immerito matris Eccleſiæ patres annua reducta ſolemnitate ad communem totius populi auditum ſacræ ſcripturæ eloquiis recitare decreverunt: ſunt enim, ſicut teſtatur divina ſcriptura, lucerna ſuper candelabrum poſita, quæ ſuæ lucis fulgore cunctis do-

A *mum Dei ingredientibus, ne offendant, lumen præbet, unde eorum vita, & cuncta miracula in ſacris eorundem ſolemnitatibus non ſine cauſa continue recitantur, ut videlicet eorum ſancta vitæ teſtimonio informati, & melliflua prædicationis paterno verbere caſtigati de virtute in virtutem ambulando, Deum eorum in Syon (ſicut ipſi) videamus. Ex his vero extitit unus beatæ memoriæ S. Severus Epiſcopus, qui Dei cooperante miſericordia Cæſenati Eccleſiæ præſidens, populum ſibi commiſſum diu noctuque ſanctis orationibus Deo commendans, adhuc in carne degens, ſaluberrimis monitis quotidie excolens, eum a vitiis purgans, virtutibus, quibus Chriſto placeret, præſtanter replere ſtudebat, poſt ſanctam etiam mortem ſuam eundem Cæſenatem populum ſaluberrima miraculorum multorum prædicatione informans, & docens Deo (ut juſtum eſt) inceſſanter reddidit amabilem. Nunc ergo ad ea, quæ de S. Severo Epiſcopo, vel vetuſtate narrante audivimus, vel quorundam apicibus ſcripta eſſe cognovimus, Deo donante, provectum tranſitum facia-*
B *mus. Tempore itaque, quo Pelagius Papa Rom. Eccleſ. cathedram digne teneret, & regeret apud nos Ravenn. Eccl. dignitate Agnellus Archiep. gubernabat, Romani vero Imperii ſceptrum Juſtinus minor, qui Juſtiniano ſucceſſit, in Græcia univerſaliter retinebat, ſub quo etiam Marcus Patritius Romæ exiſtens curam Italiæ religioſe habebat; ſub horum ergo juſti regiminis moderatione contigit quędam miræ ſanctitatis puerum nomine Severum ad S. Cæſenatenſis Eccleſiæ gremium Dei gratia deſtinatum veniſſe, quæ alio tunc vocabatur nomine Flavia curva Papia, qui prout erat puerilis ingenii, & columbinæ ſimplicitatis in eadem Eccleſia diu noctuque exiſtens Domino ſe continuis jejuniis, & orationibus, prout poterat, commendabat. Cum jam tantæ eſſet ætatis, qui literas diſcere poſſet, ſicut Dei diu diſpoſuerat gratia, ejuſdem Eccleſiæ inhæſit patrono, a quo litterarum divinarum ſcientia perfecte imbutus, ſicut etiam juſtum erat, ſortitur in clerum, & de gradu in gradum, ſicut matris Eccleſiæ mos ad diaconatus officium ordinatur. Poſt vero non longo tranſa-*
C *cto temporis ſpatio prædictus Antiſtes, qui eum ſanctitatis amore, quaſi proprium filium gubernabat, ſicut Domino placitum fuit, naturæ concedens ſanctam animam Deo reddens vita privatur. Exequiis ergo more Pontificum digne compoſitis, quia indignum eſt, & ratione carens Eccleſiam ſuo diu privari Paſtore, convenit univerſus clerus, & populus communi deſiderio, & voto eligendi ſibi Paſtorem ad Eccleſiam B. Evangeliſtæ Joannis, quæ tunc caput Epiſcopii erat, inter quos aderat B. Levita Severus una cum clero, & populo obnoxiis precibus exorans, & poſtulans, ut ſibi dignum Deus provideat Antiſtitem. Orantibus autem univerſis, & ſupplici voce ac mente Deum communiter poſcentibus, mira res, ſtupore digna, miraculis plena cernentibus, qui aderant, cunctis. Ecce per feneſtram Eccleſiæ advenit Columba, nive candidior, cœlitus miſſa, per Eccleſiam volitans, diuque circumiens tandem ſuper caput B. requievit Severi. Quo tanto viſo miraculo Populus ſtupens, & gaudens altiſonis vocibus una clamare cœpit, Benedictus*
D *Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ; per columbam enim deſignavit nobis dignum Antiſtitem, qui nos verbo prædicationis ſuæ vere redimet de manibus inimici. Canonizatus ergo ex more Pontificum D. Severus populo unanimiter gaudente, & tandem divina donante gratia & Populi voto catholice conſecratus, non ut piger Paſtor, ſed ut ſervus vere fidelis commiſſi gregis cauſam fideliter cœpit habere: amans etenim ſibi commiſſas oves ſanctæ prædicationis verbo inceſſanter exhortans Deo, cujus erant, ut aſſiduus Paſtor innocuas conſervare ſtudebat, ne lupus inſidians de Chriſti ovili ſaltem detraheret unam; vigiliis etiam & orationibus pernoctando ſe ipſum Deo commendans, pauperum habens ut pater curam, humilitatis, & charitatis exemplum cunctis proponebat. Sed quia veritate teſtante, urbs ſupra montem poſita non poteſt abſcondi, nec lucerna accenditur, ut ſub modio conclu-*

(1) Optatus in lib, 1. de Schiſmate Donatiſtarum ait Romano Concilio ſub Melchiade an. 313. interfuiſſe Florianum à Sinna, ſeù Cinna. Ita in Mſs. Balduinus in Comment. rerum Eccleſiaſt. emendavit CESENA: Dupinius in notis ad præfatum Optati locum Æſina, vel Pinna legi poſſe obſervat. Cuinam vero ex his ſedibus addicendus ſit Florianus, videant eruditi.

Digitized by Google

A *cludatur , jam qualiter Deus B. Severum Epiſcopum poſt ſuſcepta conſecrationis gratiam primo hominibus manifeſtare voluit vertendo dicamus. Quodam igitur tempore cum peccatis populi exigentibus tanta eſſet aeris ſiccitas , ut nec ros ad terram areſcentibus herbis cadere cognoſceretur, per quos terra multa pulvere ſpem ſegetum , & novalium omnium negare videbatur , cucurrit univerſus populus virorum atque mulierum , cum parvulis atque puellis ad præfatam Eccleſiam D. Severi clamans , atque dicens : Deus propitius eſto miſeris nobis peccatoribus , & terræ aridæ imbrem tuæ miſericordiæ nobis miſeris infunde: & hoc dicentes clamabant: Sancte Severe ſerve Dei adjuva nos. Tunc B. Severus Epiſcopus his commotus precibus , miſeria eorum compatiens , lachrymas fundit , & ſanctas in Cœlum elevans manus hanc ad Dominum orationem edidit dicẽs : Omnipotens Deus rerum omnium creator, qui ſolus omnia noſcis, & omnia contines, qui in prima Eccleſia tua Hieruſalem Salomoni dilecto tuo dixiſti , hæc eſt domus , quam elegi mihi in ſempiternum . Hæc eſt domus , cum clauſero Cœlum propter peccata hominum ; ut non*

B *pluat , ad quam confugient homines , & rogabunt me , ego miſertus aperiam Cœlum , ut pluat , & ſubveniam eis . Tu ergo Pater ſancte , qui idem es ſemper , & immutabilis, ne deſpicias peccata , & ſcelera noſtra , quæ multa ſunt , ſed reſpice ad ſolam miſericordiam tuam , qua ſuſtines nos , & terræ nimium ſitienti aquæ fluenta cœlitus funde, ut populus, qui in nimia ſiccitate, & aeris calore laborat, ſciat te Patrem miſericordiæ, & pietatis eſſe, & glorificet nomen tuum & glorioſum in ſecula ſeculorum . Cumque omnes qui aderant , una voce dixiſſent, Amen. Res valde ſtupenda , cum eſſet nimia Cœli ſerenitas , ſubito nubes undique venientes , ventorumque inglomeratæ ad unum tantam aquarum denſitatem dederunt , ut terra irrigata rivulis ſatiata fuiſſet , & herba , quæ prius quaſi emortua videbantur , penitus reviviſcerent . Quo tanto viſo miraculo populi , qui aderant, cuncti laudantes, & benedicentes Deum, & B. Severum ſervum ejus læte alacres remearunt. Angelus autem Domini B. Severo oranti apparuit dicens : famule Dei Severe vigilanter ora , quoniam venies ad eum ,*

C *quem mente , & puro corde dilexiſti. Angelicæ viſionis monitus oraculo ad Eccleſiam univerſos convocavit, ac verbum ſalutis initians , ſuaque quod dies inſtabat extrema , cunctis reſeravit . Multitudo populorum , qui convenerant , hæc audientes lamentabantur eum, indicibili cum ululatu deſcendentes afflicti , ſeque amplius conſolari diffidebant . Cum autem appropinquaret hora , ut de corpore migraret ſpiritus ejus, B. Severus devoti Cleri in medio jugiter Deum obnixius orabat, tanto odore circa eum, quæ aderant , populorum turbæ , ſacrique cleri in templo ſancto Dei repleti ſunt, ut omnium aromatum vinceret ſuavitatem . Quis poterit tot ſigna , quæ aperte Dominus fecit, beate Pontifex, digne laudare? Tu languidum a medicis recuſatum de cicatricibus liberaſti. Mulierem Dæmoniaco plenam ſpiritu liberam ad propria reſtituiſti .*

Ex hymno ad Veſperas

Adhuc Spoleto vehitur
Salutis deſiderio
Languens, qui ſanus repetit
D *ad propria cum gaudio.*
De partibus Apuliæ
profectus eſt hydropicus,
& liberatus rediit
ab omni morbo protinus .

XIII. 13. FLORUS ſucceſſit Severo 571.

XIV. 14. NATALIS II. poſt Florum ſedit in Cæſenati cathedra 590. Hic Fortunatum præfecit in Abbatem monaſterii SS. Laurentii , & Zenonis , quod in Cæſenati caſtro conditum erat ut S. Greg. ſcribit Epiſt. p. lib. 12. Regeſt. ad Marianum Ravennatem Archiepiſcopum .

XV. 15 CONCORDIUS II. Natali ſucceſſor exceſſit circa ann. 614. de quo S. Greg. ad

A eundem Marianum ſcribit .

16. MAURUS I. hujus nominis, poſt Concordium Cæſenati Eccleſiæ præficitur ex Abbate SS. Joannis , & Stephani Claſſenſis. Romanæ ſynodo ſub Martino Papa interfuit pro Mauro Archiepiſcopo Ravennati anno 649. cujus meminit Baronius tom. 8. Annal. tamen cum alio Mauro civitatis protectore confundit , *a* qui vixit an. 934. ut dicemus infra . Memoratur in Reg. Greg. in Epiſt. ad Joan. Ravennæ ſubdiaconum , cui commiſerat , ut diligenter cognoſceret , an Maurus tunc Monachus , aptus videretur ad Abbatiale munus exercendum ; quem ſi talem reperiret , a Mariano Archiepiſcopo curaret , ut Claſſenſi Cœnobio , Claudio Abbati præmortuo, ſufficeretur . Ex Abbate deinceps Maurus Cæſenatis Eccleſiæ Epiſcopus evaſit longo poſt tempore ; quam ſanctiſſime adminiſtravit , defunctuſque eſt in ſenectute bona . XVI

a It etiam peccat Oldoinus in Ciaconii additione ad Martinum t. 1.

17 FLORUS II. Cæſenatium Præſul ſub Agathone Papa Romano Concilio non abſuit an. 679. *b* XVII.

b Seu 680.

B 18. CONSTANTINUS ſedit anno. 690. XVIII

19. CANDIDUS ann. 702. de quo in monumentis S. Mariæ de Monte extat memoria . XIX.

20. MARCELLUS 709. apud Chronologiæ Auctorem . XX.

21. CLAUDIUS 742. apud eundem ex Antonio Caſaro in fragmentis Cæſenatis hiſtor. XXI.

22 MANCIUS , *c* quem vixiſſe an. 780. refert chronologia , cujus omnino , ut idem habet , cum nomine ipſo intercidiſſet memoria, niſi in ſacro Minorum Cæſenæ archivio adhuc extaret antiquiſſimi ſigilli impreſſio B. Severum civitatis protectorem repreſentans cum his verbis circumcirca expreſſis . XXXI.

c De eo Vide num. Imper. XXXI.

Sigillum Mancii Epiſcopi Ceſenæ .

23. JOANNES I. Lucenſis patria an. 804. XXII

24. ROMANUS floruit 826. ſeditque inter patres Romani Concilii ſub Eugenio II. XXIII

25. FLORUS , hoc nomine tertius , vixit anno 898. (1) Narrat Colennucius in Neapolitana hiſtoria hunc Florum Neapolitanum fuiſſe è nobili gen- XXIV

C te Capaccia , quod mirum videtur. Rubeus item lib. 5. hunc Epiſcopum non involuit ſilentio .

(„ PETRUS *Ceſenas Epiſcopus ſubſcripſit Epi-* XXV.
„ *ſtola Concilii Ravennenſis, qua præſente Joanne Papa*
„ *VIII. poſſeſſio Flaviniaci monaſterii , & Tiliniaci*
„ *villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ*
„ *confirmatur anno 877.*)

26. S. MAURUS Romanus , *d* Ordinis S. Benedicti monachus , nepoſque Joannis IX. Papæ , Epiſcopus adlectus eſt an. 934. claruitque miraculis , & Chriſtianis virtutibus fuit illuſtris. Requievit in Domino an. 946. die 21. Novembris Conditur in Eccleſia S. Mariæ de Monte prope Cæſenam , ubi hæc legitur inſcriptio . XXVI

d De hoc Bollandus, ſed nihil definiens circa ejus ætatem . Januar. t. 2 p. 331. Confunditur vero cum ſuperiori a Baronio in Annal. & Ferrario .

Hic manet Antiſtes tumulatus marmore ſanctus
Fulgidus , inſignis , mirandus , nomine Maurus

Anno 1340. Cæſenam ſolemniter translatum in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ ſacrum ejus corpus, Franciſco Ordelaſo curante: inde anno 1411. ſecundo ad Eccleſiam Cathedralem relatum eſt, tanquam

D divi Tutelaris pignus . Ejus vitam ſcripſit S. Petrus Damianus, cujus meminit martyrologium Romanum die 20. Januarii ſecundæ translationis. Rub. Ferrarius , Claramontius , & alii .

27. CONSTANTIUS Mauri nepos, & ſucceſſor ann. 946. Ejus meminit S. Petrus Damianus in vita S. Mauri, iis verbis , *Quidam autem antiquus admodum ſenex , & corpore marceſcente , jam tremulus , noſtris nuper temporibus extitit , qui ſe hujus B. Mauri nepotem , Conſtantium videlicet nomine , Epiſcopum Ceſenatis Eccleſiæ teſtabatur .* De quo etiam in tabulis ejuſdem Eccleſiæ . XXVII.

28. GONFREDUS Conventui aſſedit celebrato Ravennæ anno 954. de quo Rub. lib. 5. XXVIII.

29. DODO , Cæſenas Epiſcopus præſens fuit Mar- XXIX

(1) Anno 861. interfuit Lateranenſi Concilio à Nicolao I. contra Joannem Ravennatem Archiepiſcopum habito, ut videre eſt ſupra in Ravennatibus. Reperitur etiam ſubſcriptus conſtitutioni Joannis Ravennatis Archiepiſcopi ad favorem Eccleſiæ , & Cœnobii S. Mariæ in Palatiolo : quam conſtitutionem cum ad annum 898. referant quotquot ejus meminere , ad Joannem ſcilicet IX. Ravennatem Archiepiſcopum , ego ad Joannem VIII. circa hæc tempora reducendam duxi ſupra in Ravennatibus .

Digitized by Google

Marzaliano conventu ab Honeſto Ravennati Ar- A
chiepiſcopo celebrato anno 973.(1) ad lites dirimendas
inter Bononienſem, & Parmenſem Epiſcopos.

XXX 30. SERGIUS Monachus ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus
Concilio Ravennatenſi interfuit anno 997.
Kal. Maji Indict. 11. imperante Othone, ex codice
Vatic. (2) m.ſ.num.5834.

XXXI („ MANNATIUS *Epiſcopus Sanctæ Ceſinatis*
„ *Eccleſiæ teſtis interfuit donationis ab Eriberto Ra*
„ *vennate Archiep.factæ Abbati S.Mariæ* foris Por-
„ tam *Faventiæ anno* 1026. Refertur documentum
„ a Tonduzio in hiſt. Favent. pag. 151. qui etiam
„ putat hunc Mannatium eſſe Mancium illum,
„ quem ad an.780. cum Cæſenatibus Chronologis
„ gratis refert Ughellus.

XX XII. 31. JOANNES II. Cæſenas Monachus S.Benedicti,
patriæ Epiſcopus fuit ann. 1042. Huic S.Petrus
Damianus inſcripſit opuſculum de parentelæ
gradibus. Hic Cæſenatem Clerum ad regulariter,
& communem vitam degendam, conſilio Gebeardi
Archiepiſcopi Ravennatis coegit. Extat in Archi- B
vio Canonicorum vetuſtum diploma, quod mihi ex
originali deprompt um tranſmiſit, una cum aliis ſequentibus
monumentis noſter Bernardinus Manzonius,
tenoris ſequentis.

In nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Anno Deo propitio Pontificatus D. N. Benedicti ſumm. Pontif. & univerſalis Papæ in Apoſtolica ſanctiſſima B.Petri Apoſtoli Domini ſede anno X. die 2. menſis Junii, Indict. X. & anno ab incarn. Domini MXLII. poſt obitum Conradi Imperatoris, Ceſenæ. Diverſa licet in ſe membra retineat Eccleſia mater univerſalis, unita tamen eſt, & ratione fidei, & operatione virtutis. Nam ſecundum Apoſtoli ſententiam in uno corpore diverſa ſunt membra, omnia autem non eundem actum habent; & in Eccleſia diverſi ſunt ordines, &c. ſed ad unum caput, quod Chriſtus eſt, generaliter referuntur. Conſtat Eccleſiam, &c. Aliter tamen in Eccleſia monachi, aliter clerici converſantur, &c. Et ideo ego Joannes divini reſpectus operatione Epiſcopus Ceſenas, Clericorum noſtri Epiſcopatus vitam in melius reformare, Domino inſpirante, volentes, &c. cum conſilio Gebeardi ſenioris, & magiſtri noſtri Ravennatis ſedis Archiepiſcopi, aliorumque confratrum noſtrorum tam Epiſcoporum, quam etiam religioſorum Abbatum, aliquantos ſacerdotes, necnon & diaconos, ceteroſque Eccleſiaſtici ſtatus in unum collegimus, qui ad honorem Domini, & S. Jo. Baptiſtæ communiter in uno loco conveniant, ubi communiter veſcantur, & dormiant, & ad ſerviendum Domino ſine intermiſſione conſiſtant; & ut ſolummodo divino cultui mancipentur, a populari converſatione removeantur; nam ſicut ait Apoſtolus, qui militat Domino, non implicet ſe negociis ſecularibus, &c. ideo cum conſilio noſtrorum tam majorum, quam minorum, totiuſque populi noſtri, &c. Ego prædictus Joannes Epiſcopus Ceſenas trado, & ordino, & in perpetuum diſpono vobis Joannes Archipresbyter, Petre presbyter, Joannes presbyter, & per vos, veſtris fratribus, & ſucceſſoribus in perpetuum, qui canonico more ad ſerviendum noſtræ Eccleſiæ ſunt permanſuri, ideſt plebem unam integram cum omnibus ſibi pertinentibus, cui vocabulum eſt S.Victoris in Valle, &c. monaſterium unum integrum, cui vocabulum eſt SS.Laurentii, & Zenonis, &c. & ut cat. Debeatis etiam orare aſſidue pro mea, & meorum anteceſſorum, & ſucceſſorum anima, & non licebit nobis, & noſtris ſucceſſoribus hæc omnia, quæ largiti ſumus, per ullum modum abſtrahere, vel minuere, &c. quod ſi quis ſuprad. ordinationis, & diſpenſationis ſtatum temerarie, &c. D

Ego Gebeardus, Dei gratia, Archiepiſcopus.

Ego Joannes, gratia Dei Epiſcopus Ceſenatenſis Eccleſiæ ſic diſpoſui, ſic decrevi, & in perpetuum valere precepi.

Ego Bernardus quondam Ottardi judicis not. in hac decreti pagina teſtis rogatus.

Ego Griſo in hac decreti pag teſtis rog.

Ego donnus Gebizo huic decreto interfui.

Joannes ſcriptor.

32. DESIDERIUS Cæſenas Benedictini Ordinis XX
monachus, Joannis ſucceſſor 1057. Hic eſt ille XIII.
Cæſenas Epiſcopus, cui Gerardus comes Bertinorii
ex teſtamento ſuam mulam legavit an. 1062. apud
Rubeum.

33. IL. forſitan Ildeprandus Cæſenæ Epiſcopus, XX
cujus meminit Leo Oſtienſis in chronic. ad an. 1065. XIV.

34. GEBIZO *a* monachus, & Abbas SS. Ale- XX
xii, & Bonifacii in monte Aventino, Ord. S. Be- XV.
nedicti, cum eccleſiarum omnium ſimul cum Marco
S.Sabæ Abbate Viſitator fuiſſet adſcitus an. 1075.
inſequenti anno miſſus eſt legatus a Gregorio VII.
cum Fulcoino Foroſemproniano Epiſcopo in Dalmatiam;
in Baſilica Salonica divo Apoſtolo Petro
conſecrata, populo adſtante, atque ſpectante ex
auctor. Apoſt. inveſtivit, coronavitq; in regem Illyricorum,
& Dalmaticorum illorum Ducem Demetrium,
ipſeque Gebizonis medio ſanctæ Apoſtolicæ
ſedi præſtitit obſequium, ut narrat Baronius tom.
11. Gebizo deinde ab eodem Gregorio Epiſc. Cæſenas
adlectus eſt ann. 1083. pauloque poſt presb. Card.
creatur.

a De eo Lucius de Regno Dalmatiæ, Oldoinus in Ciac. t. 1 col. 849. Bollandus t. 3. Febr. p. 118.

35. UGO Gebizoni ſucceſſit. Is anno 1106. ca- XX
nonicorum capitulo Cathedralis Eccleſiæ aliquas ca- XVI.
pellas, Eccleſiaſque conceſſit, ut in documento originali
in archivio canonicorum legitur. Diploma dirigitur
Laurentio Archipresbytero, Leoni presbytero,
Ceconveillo diacono, Raynerio ſubdiacono,
ceteriſque eccleſiaſtici ſtatus congregatis ad ſerviendum
Deo, & D.Jo.Baptiſtæ in Eccleſia Cæſenatenſi.

36. BENNO reperitur ſubſcriptus cuidam bullæ XXX
Eccleſiæ Piſanæ indultæ ab Honorio II. Papa anno VII.
1126. ut ſupra retulimus. [„ *Anno vero* 1141. *ſub-*
„ *ſcripſit ſententiæ, qua Gualterius Ravennas Ar-*
„ *chiepiſcopus compoſuit controverſias inter Canonicos.*
„ *Eccleſiæ majoris, & S. Proſperi Reginos. Vide in*
C „ *Ravennatibus.*)

37. ODDO hujus nominis I. Bennoni ſucceſſit in XXX
eadẽ ſede, cuius adhuc extat in canonicorũ tabulario VIII
conceſſionis documentum datum Sergio presbytero,
& priori Eccleſiæ Cæſenatenſis, Andreæ, & Ugono
presbyteris, Joanni, Almerico, & Joanni de
Galeata diaconibus, Henrico, & Martino ſubdiaconibus
anno 1155. die 19. Maji in clauſtro canonicæ
Cæſenæ, de quo etiam Rub. ad ann. 1151.

38. LEONARDUS, quem Monachum Ordi- XXX
nis Ciſtercienſis fuiſſe refert auctor ſæpe citatæ IX.
chronologiæ, Oddoni ſufficitur. Hic anno 1175. in
eccleſia S Joannis Baptiſtæ, Latoni ejuſdem Eccleſiæ
Præpoſito, ejuſque fratribus, nonnullas conceſſit
Eccleſias, & communitates, ut latius patebit ex
ſequentibus, cujus originale extat in eodem canonicorum
archivio, his verbis conceptum.

In nomine Domini.

Anno ejuſdem Incarnationis 1175. temporibus Fredericiglorioſiſſimi Imperatoris, & ſanctiſſimi Alexandri ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ, die 7. menſis Novembris Ind 8. in eccleſia S. Joannis Baptiſtæ. Diverſa licet in ſe membra retineat Eccleſia mater univerſalis, unica tamen eſt, & ratione fidei, & operatione virtutis. Nam ſecundum Apoſtoli ſententiam in uno corpore diverſa ſunt membra; omnia autem in eundem actum habentia, & in Eccleſia diverſi ſunt ordines, ita quoque morum diverſæ ſunt cogitationes. Sed quod ad unum caput, quod Chriſtus eſt, generaliter contrahuntur, & referuntur, conſtat Eccleſiam unum corpus eſſe, & in omnibus individuam propoſito credulitatis, & dividuam officio converſationis: & ideo ego D. Leonardus S. Ceſenatis Eccleſiæ Epiſcopus tibi D. Latoni ejuſdem eccleſiæ venerabili Prepoſito, tuiſque fratribus, videlicet presbytero Domi-

(1) Et multo antè anno ſcilicet 967. interfuit Concilio Ravennati, atque Joannis XIII. Papæ diplomati, in eodem Concilio dato, quo Heroldum Salisburgenſem Archiepiſcopum deponit, & excommunicat, Fridericum verò ejus loco Archiepiſcopum creat, ſubſcripſit his verbis: *Rundo Sancta Ceſinate Eccleſiæ Epiſcopus.* apud Hard. Concil. tom. 6. p. 652.

(2) Hoc Concilium edidit in ſua noviſſima Concil. editione Harduinus tom. 6. pag. 754. ubi hic noſter Epiſcopus non *Sergius*, *ſed Georgius* dicitur.

Digitized by Google

minico, presbytero Bonfilio, presbytero Gerardo, & magiſtro Viviano diacono, & per vos, veſtriſque fratribus, ſeu ſucceſſoribus, qui canonico more adſerviendum noſtra Eccleſia congregati ſunt permanſuri in perpetuum, trado, & confirmo vobis per hujus noſtri privilegii paginam, quicquid ad præſens videmini habere, & retinere, vel in futuro acquirere teſtatione, ſeu donatione, id eſt plebem integram S. Victoris, qui vocatur in Valle cum titulis, & capellis, nec non oblationibus, & decimationibus, & aqua ſancta, & vixtionibus vivorum, & mortuorum, cum terris, vineis, arbuſtis, arboribus, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Inſuper largimur vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum, alias decimationes, & primitias, & teſtationes, & aquam ſanctam totius vicariatus, qui incipitur a capite pontis Sapis, & quantum undique extenditur, in quibus teſtationibus mihi, meiſque ſucceſſoribus præſidentes boni eſſe, & beatis vos, veſtriſque ſucceſſores. Concedimus quoque vobis fundum unum integrum cum quadraginta, quem vos domnicatum habeatis, & ex parte colonicatum. Concedimus vobis alium fundum integrum, qui dicitur Caſaruina, cum omnibus ſibi partibus, ab uno latere fundus, qui dicitur Sanduanus, ab alio latere fundus, qui dicitur Caſa Firmani, & zatina, a tertio latere fundus, qui dicitur Donicilius, a quarto latere fundus, qui dicitur Ranzanus, & quidquid habetis, & detinetis in Caſale, & in aquarola, & in compada, & in caſſiſia, & in ſoriva, & in campo longo, & in caſa mazo, & in cluſa. Item concedo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus campum unum domnicatum, & molendinum unum in rivo ceſcula, cum ponzata, quam Joannes Falcon vobis dedit, & cum omnibus ſibi pertinentibus, & cum duobus hortis, unum ab una parte, & alium ab alia parte ceſcula. Item largior vobis, veſtriſque fratribus, & ſucceſſoribus eccleſiam S. Martini prope pontem fluminis, & eccleſiam S. Luciæ, & eccleſiam S. Joannis Evangeliſtæ, cum omnibus ſibi pertinentibus, & eccleſiam S. Severi, S. Geminiani cum omnibus ſibi pertinentibus, utraque ſunt poſita in fundo Noceto. Item concedo vobis eccleſiam S. Laurentii, & Zenonis in fundo Calanco cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum omnibus rebus, quæ prædictæ eccleſiæ in eodem fundo pertinet, videlicet, in campum domnicatum, quæ & colonicata, & fundum unum integrum, qui dicitur monte, & alium fundum integrum, qui dicitur Aſſiſano, poſitum in plebe S. Victoris in Valle, & medietatem de fundo integro, qui dicitur Caſaſummola in plebe S. Petri in Ciſſino, & tres canterios terræ in fundo Fontanellæ. Largior quoque vobis eccleſiam S. Stephani in fundo Pozolo cum omnibus ſibi pertinentibus, & eccleſiam S. Petri in Strata, in fundo, qui dicitur Turrida, cum vinea, domnicata, & cum omnibus ſuis poſſeſſionibus poſitis in prædicto fundo, & unam clauſuram in campo Batantorio, & campum unum domnicatum in campo Caubi, & cum aliis omnibus poſſeſſionibus vobis pertinentibus, & quæ habetis, & detinetis in campilano, & Solberaria, & in ſezano, necnon eccleſiam S. Vitalis, cum omnibus ſibi pertinentibus in fundo Sotantula, cum campo domnicato, quem Gadda in eodem fundo reliquit vobis, & quicquid habetis, & detinetis in petola, & in pinpiolo, & in auriolo, & quod Popi quondam detinuerunt in polberaria. Inſuper quoque largimur vobis eccleſiam S. Ægidii in fundo Caſtagetola, cum omnibus ſibi pertinentibus, & campum unum domnicatum, quem vobis dedit Ildeprandus Deinaſcaro in eodem fundo, & quod detinetis in Radiclada, & unam vineam domnicatam, quam habetis in . . . & eccleſiam S. Bartholomæi, cum omnibus ſibi pertinentibus in fundo . . . & quod detinebat Joannes Bonus in fundo in ducentula, vel alibi, & quod detinuit Ugo de Pipucia, cum fratribus ſuis in Bazano, vel ſi in aliis conſiſtit, & quod detinuit Martinus de Nicola in eodem fundo Banzano, & quod detinetis in Serlumbatola, & vineam domnicatã, quam vobis reliquit Bruſabarra in eodem fundo, & quod detinet veſtro nomine Rambambelli in eodem fundo, & quicquid habetis in Lugagano, & in Sarturano, & in Villa ruſtica, & in Cuſuliano, & in Ulmita.

A *Item largior vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, eccleſiam S. Benedicti in fundo Viſano cum omnibus ſibi pertinentibus, & quod detinetis, vel alii per vos detinent in Caſaroſaria, & in ponte, & quod detinetis in monte Albano, & in Molazaula in curte S. Zachariæ, & quod detinetis infratta, quod vobis obvenit Amario Joannis Deuneſto, & quod detinet Petrus Maſcinus cum ſuis conſortibus, & quod detinet etiam noſtro nomine Frillus in progeta, vel alibi. Et quod Marotta uxor quondam Rodulphi Ingonis vobis pro anima ſua dedit in loco, qui dicitur Vigo, & Lea clericus cum ſuis conſortibus, & filiis Ingoli, & Arardus de Zemma cum ſuis conſortibus habet, & tenet in loco, qui dicitur Ruffus, & quod in eodem loco Piron Deachetta cum ſuis conſortibus habet, & detinet, & quinquaginta tornaturas terræ in Androna, quas veſtro nomine detinet Jacobus Fantole, & Carboncellus, & Rodelindi cum eorum conſortibus, concedo vobis pratum veſtrum domnicatum in regione S. Peregrini, & quod detinet veſtro nomine, Joannes*
B *de Picivaga in curte S. Theodori, & duodecim tornaturas terræ in Gabanella, quas in prædicta canonica pro anima ſua Ildeprandus Proregaldus dedit, & quod idem Ildeprandus ſimiliter vobis dedit in Gateſino majore, & in monte, & viginti tornaturas in maritima, quas vobis dedit Mazotus, & unum canterium terræ, quod vobis Marota Petri de Bulgaro dedit in colore, & quod detinuit Andreas Tebaldus nomine quondam Gerardi Falconarii in fundo Tuliani, vel alibi, & duas petias terræ, quas veſtro nomine detinet Thebaldus, & quod ipſemet per vos laboravit in fundo . . . . Et quod Minardus, & nepos ejus veſtro nomine detinet in campo Artizzo, & quod in eodem loco retinuit Marſuccius cum parentibus ſuis, & ſex tornaturas terræ, quas dedit vobis Petrus Rigonis in callore, & ſunt domnicatæ, & Gratianus Celenda veſtro jure detinuit cum ſuis conſortibus in fundis diverſis, implebat. Ponte, & quod habuit, & detinuit Garganellus jure Petri de Richiza, & ipſe, & uxor ejus dedit in prædicta canonica in fundo . . .*
C *& unam vineam domnicatam, quam Gerardus Mazulini vobis dedit in Vontola. Et quod Micolus Pirondi, & cercolli veſtro jure detinuerunt in eodem fundo, vel loco, & quod veſtro jure detinuit Dominicus Segalare, & filii Rodulphi Ingonis in Sandalo, & Martinus Caputcottus habuit, & detinuit veſtro jure in fundo herboſe, & quod Clarei detinuerunt jure, quadam Bruſabarre in fundo quarantule, vel alibi, vel quod Guinacus Maynardus habuit, & detinuit veſtro jure in Cagniano: & unam petiam vineæ, quam Alegrettus presbyteri Andreæ habuit veſtro jure in vinea ſua de Cagniano, & quod filii Gerardi Stevoli, & Fuſculus piſcivindulus habet veſtro nomine in fundo, & quod Petrus Adrianus habuit nomine veſtro in canonice in fundo flumine mortuo, vel alibi, quod Joannes de Blinco detinuit veſtro nomine in Barbalbio, & quod Sconzo, & Salicus detinuerit, & veſtro nomine in virtrebuo. Item concedo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus medietatem de fundo uno integro, quod dicitur Vigo malo, & Ugolinus Almerici pro anima ſua*
D *dedit in prædicta canonica in Roſolito, ſcilicet vineam domnicatam, & campum, & quod heredes Dominici de Gerardo veſtro nomine in eodem fundo retinent, & quod Petrus de Boniſella veſtro nomine detinet in Canuccio, & omne hoc, quod Marota Petri de Bulgaro vobis dedit in eodem loco, & Emelda Berarda veſtro jure detinuit in flumine mortuo, & in Ficlina. Item confirmo vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus ſex uncias terræ in fundo Barciliano in territorio Saxenati in plebe s. Mariæ Majoris, & medietatem, qui vocatur Morſiano cũ capella ſuper ſe poſita, & medietatem de fundo uno integro, qui vocatur Marignani in plebe s. Joannis in Compoda. Et concedo vobis unam manſionem, quam veſtro jure retinent heredes quondã Petri Buccamucii in burgo Caſenæ & quod veſtro jure detinuit Roſetus Jocolini in fundo Troa, & manſionem caligariorum cum cure eorum, & quod eorum jure retinuit Tedelgardus, & quod filii Ardoli de Burgolo, & filii Alberti Brilli, & Petrus Guittoni, & filii Petri Belluncii cum*

eorum

eorum conſortibus habuerunt, & tennerunt in burgo Caſenæ, & quod Pelochinus habet, & tenet in burgo Caſenæ a ſemita uſque ad Caſeulam, & manſionem in vinea taliata, quam jure filiorum Bertoldi detinuit peccatore, a duobus lateribus via percurrentes, a tertio latere fili Boſtuldi, a quarto latere Petrus Biſage, & quod Petrus de Lavalle in prædicta canonica dedit in quibuſcumque locis, vel fundis, & quod Ugo Faber donavit, & dedit in prædicta canonica, in plebe S. Petri in Ciſtino, & quod veſtro jure detinet Rodulphus Binelli in fundo, qui vocatur Montala, vel alibi. Largior inſuper vobis, veſtriſque ſucceſſoribus per me, & per noſtros ſucceſſores in perpetuum poteſtatem, ſi ullo in tempore, in veſtro vicariatu, in civitate, vel extra Eccleſiam facere volueritis, ut omni occaſione remota illam ædificetis, & promitto vobis, veſtriſque ſucceſſoribus per me, & per meos ſucceſſores auxilium, & adiutorium impendere. Et ſi mihi, vel meis ſucceſſoribus extra veſtrum vicariatum in meo Epiſcopatu Eccleſiam ædificare placuerit, vos & veſtri ſucceſſores auxilium, & adiutorium nobis impendatis. Et iterum confirmo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum quicquid in veſtris cartulis, vel inſtrumentis legitur, vel in futuro donatione, vel teſtatione acquiſieritis, ut ſine omni datione poſſideatis. Et hæc omnia habeatis, teneatis, poſſideatis cum veſtris fratribus, & ſucceſſoribus in perpetuum ordinandi, & diſponendi, quæ omnia poſita ſunt in territorio Caſenæ, & territorio Ravennæ, & territorio Arimin. in plebe S. Petri in Compoda, & S. Angeli in Salute, & S. Joannis in Ruffio, & S. Mariæ in Bulgare, & S. Martini in Robicone, & S. Thomæ Apoſtoli, & S. Mariæ montis Leutadis, & S. Victoris, & S. Mauri, & S. Petri in Ciſtino, & S. Mariæ in Ronta, & S. Petri in Creto, & S. Agathæ. Sed quia in Eccleſia noſtri Epiſcopatus divina celebrare officia ſine intermiſſione debeatis, id eſt Matutina, & Veſpertina, & Miſſarum officia, & cætera, quæ in Eccleſia pro vivis, & defunctis ſunt agenda. Debeatis & orare aſſidue pro mea, meorumque ſucceſſorum anima, canentes iſtos tres pſalmos: Miſerere mei Deus, Deus miſereatur noſtri, & Deus in adiutorium meum intende. Pro defunctis vero iſtos: Miſerere mei Deus, Vicem meam, Laudate Dominum in ſanctis ejus, & jam dictos pſalmos cum oratione Deo ſolvatis. Et inde anniverſarii noſtri, anteceſſorum, ſucceſſorumque noſtrorum integrum officium Mortuorum cum Miſſa celebrare debeatis. Et non liceat nobis, noſtriſque ſucceſſoribus hæc omnia, quæ largiti ſumus, per ullum modum abſtrahere, vel minuere, donec vos, ſicut ſuperius diximus, veſtrique ſucceſſores in hac noſtra Eccleſia Deo fueritis ſervituri. Quod ſi quis hujus noſtræ ordinationis, & diſpoſitionis ſtatutum temere præſumpſerit, ſive nos, ſive noſtri ſucceſſores trecentorum decem & octo patrum anathemate percuſſi, trium librarum auri vobis, veſtriſque ſucceſſoribus donetur. Solutaque pœna hoc noſtræ diſpoſitionis decretum maneat irrefragabiliter in perpetuum. Quod vero inſtrumentum privilegii.

Ego Petrus Turrienſis Caſenas Tabellio mandato ſupradicti Epiſcopi manu mea ſcripſi, & abſolvi.

Ego Leonardus Epiſcopus in hoc privilegio a me facto ſubſcripſi.

Ego Ugo bonus teſtis rogatus ſubſcripſ.

Ego presb. Andreas teſtis rogatus ſubſcripſ.

Ego Gaciolus judex his omnibus interfui, & teſtis rogatus ſubſcripſ.

Interfuit Leonardus Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. anno 1179. de eo Rubeus ad ann. 1182. pauloque poſt è vivis exceſſit. Porro eo ſedente Alexander III. canonicis Cæſenatenſibus conceſſit ſequens diploma, quod extat in eorum archivio.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Canonicis Caſenatis Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequi, & complere. Ea propter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu privilegia, quæ vobis Caſenatenſes Epiſcopi rationabiliter indulſiſſe noſcuntur, & rata manere ſancimus, ſtatuentes, ut nulli hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, &c. ſi quis: &c.

Dat. Laterani 3 Kal. Junii.

39 LETO ex Præpoſito Cæſenatenſis Eccleſiæ in demortui Leonardi loco præficitur circa an. 1186, eo enim ipſo anno Ugoni Præpoſito Cathedralis, cæteriſque clericis liberaliter confirmavit omnia ea, quæ a Leonardo anteceſſore in ſupra relato documento deſcripta ſunt. Donationis diploma datum in dormitorio canonicorum Cæſenatis Eccleſiæ die 13. Martii Indictione IV. aſſervatur in archivio eorumdem canonicorum, cui ſubſcriptus videtur idem Epiſc. hiſce verbis. XL.

Ego Leto Epiſcopus ſupraſcriptæ conceſſioni, & confirmationi a me lata ſubſcripſi.

Teſtes interfuere, presbyter Paganus Ugolinus, Villicus Epiſcopi, Capitellus, Brunettus ſacriſtanus, Andreas nepos Epiſcopi. Converſus Cæſenæ Tabellio ſcripſit, complevit, & abſolvit. Obiit Leto circa annum 1207.

40. ODDO II. Letoni immediate ſucceſſit 1207. Hic Letonis privilegium canonicis confirmavit, ampliavitque an. 1208. de eo Rub. lib. 6. Vixit uſque ad annum 1223. & eo amplius. Pontifex Honorius III. illum judicem delegavit verrentis per id tempus cauſæ inter Abbatem S. Mariæ Faventiæ, Epiſcopumque Forolivienſem, ut vidimus in antiquis monumentis ejuſdem Abbatiæ. XLI.

41 MANZINUS, cujus meminit Rubeus ann. 1234. Hic ann. 1258. conceſſit Fratri Alberto de Faventia poteſtatem ædificandi monaſterium Fratribus Minoribus in Civitate Cæſenæ in Contrata Trave in poſſeſſione dicti Epiſcopatus cenſuali, quam confirmavit Alexander IV. Dat. Later. 3. Id. Feb. Pontif. pr. Manzinus vero anteceſſorum ſuorum donationes Canonicis ſuæ Eccleſiæ dilargitas & ipſe firmavit ann. 1233. die 16. Maii. Deceſſit anno 1258. XLII.

42 MICHAEL electus eodem an. 1258. quo Manzinus deceſſerat. Hic ſtatim ſequenti anno in Canonicos ſuos liberalis, & minificus fuit: quippe qui eorum capitulo in perpetuum confirmavit omnia bona, & jura, quæ Leonardus, aliique Epiſcopi ſui anteceſſores eidem conceſſerant. Documentum originale vidimus, quod eiſdem omnino verbis conſtat cum illo, quod ſupra retulimus a Leonardo conceſſum: tantum ad calcem conceſſionis addidit, quæ ſequuntur, verba: *Item largior, & concedo, & confirmo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum tres charitativas comeſtiones, quas habere conſueviſtis in anno, ſcilicet in Nativitate Domini, in Paſchate Reſurrectionis, & in feſto B. Joannis Baptiſtæ*: ſtatimque ſequitur ſubſcriptio notarii in hunc modum. *Ego Leonardus Timidei Zichæ notarius prædictis omnibus præſens fui, & mandato D. Epiſcopi ſupradicti, quæ ſupraſcripſi, & publicavi*, nulla alia inſcriptio, neque Epiſcopi, nec aliorum ibidem proſtat legentibus. Donationis vero initium ſic ſe habet: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Anno Domini 1259. Indict. 2. die 14. intrante Madio Caſenæ in domo Epiſcopatus, præſentibus presbytero Petro de Loneleto Bononienſis diœceſis, fratre Bartholomæo Capellano D. Epiſcopi, fratre Bene, Leoncello, & Ferrarino ſervientibus D. Epiſcopi ad hæc teſtibus vocatis. Ego Michael Epiſcopus S. Eccleſiæ Caſenatis vobis dominis Ugolino, Bartholino, Michelino presbytero, Jacobo, Erro, & Ugolinuccio canonicis ejuſdem Eccleſiæ recipientibus vobis, veſtriſque confratribus, atque ſucceſſoribus ad ſerviendum veſtræ Eccleſiæ canonicæ congregatis, & congregandis in perpetuum concedo, & trado, & confirmo per hujus privilegii paginam, quicquid &c.* XLIII

43. Fr. FRANCISCUS Ordin. Prædic. ad hanc Eccleſiam aſſumptus legitur apud Jo. Michaelem Pium de viris illuſt. Ord. Præd. & apud Auctorem XLIV

Digitized by Google

ſæpe citatæ chronologiæ an. 1263. ſed cum nulla in Regeſt. Vaticanis, aliiſque monumentis mentio habeatur, fides apud ipſos eſto (1)

XLV 44 HONERARDUS a de Saxonia Cæſenæ Epiſcopus anno 1270. Hic ab adverſariis pertuliſſe indigna, aſperaque narratur, animo tameu magno, infractoque, ut ſacri belli claſſicum inſonuiſſet, ſuccinctus armis, cum inſigni cruceſignatorum ala in Orientem pugnaturus ſit generoſe profectus anno 1272. Nulla unquam illum externa vis, nullum diſcrimen a juſto, decoroque divellere potuit. Eccleſiam ſibi creditam ubique, & ſemper ſtrenue defenſavit. Obiit an. 1274. De quo etiam Rub. lib. 6. noſtraque monumenta.

a Al. Henerardus.

XLVI. 45. AYMERICUS electus reperitur, anno 1274. in diplomate conceſſionis, quod Canonicis cathedralis ſtatim poſt ſuam aſſumptionem ad ſedem liberaliter conceſſit, quod eſt hujuſmodi tenoris ab originali eorundem canonicorum Archivio.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen.

Ego Aymericus electus Ceſenas licet immeritus vobis dominis Ugolino nunc Camerario, Michelino, Erro, Alberico, presb. Jacobo Guidoni, & Leonardo canonicis Eccleſiæ Ceſenatenſis recipientibus pro vobis veſtriſque ſucceſſoribus nomine canonicæ Ceſenaten. in perpetuum me meoſque ſucceſſores nomine Epiſcopatus largior, do, & trado, atque concedo, & perpetualiter tranſacto plebem S. Mauri diœceſ. Ceſenat. cum titulis, & capellis ſuis, & decimationibus omnibus, & cum recepto frumenti, annonæ, carnium, & pullorum, & quocumque alio cenſu, ſeu redditu, conſuetis etiam debitis dicto Epiſcopatui a Plebe prædicta. Et inſuper omne dominium, omnemque juriſdictionem, uſum, ſeu conſuetudinem, quæ dicto Epiſcopatui competunt, ſeu pertinent, ſeu pertinere, vel competere videntur, vel poſſunt in plebe eadem, & capellis ipſius, & in rectoribus, & clericis earundem, ut libere, ac pleno jure poſſitis vos, & veſtri ſucceſſores nomine canonicæ Ceſenat. dictam Plebem, ejuſque capellas, earumque rectores, & clericos inſtituere, & deſtituere, viſitare, corrigere, ſuſpendere, interdicere, excommunicare, deponere, privare, & abſolvere, ac in eis plenam juriſdictionem in omnibus exercere tam in cauſis civilibus, quam etiam in criminalibus, ſicut ego cum meis ſucceſſoribus nomine Epiſcopatus facere poſſem tam de conſuetudine, quam de jure, & cætera generaliter, & ſpecialiter exercere, quæ ad jus, & juriſdictionem Epiſcopalem in dicta Plebe, ac ejus capellis, & rectoribus, & clericis earum pertinere noſcuntur, ſalva, & reſervata mihi meiſque ſucceſſoribus nomine Epiſcopatus quarta vaccæ, quam dicta plebs annuatim ſolvit, & ſolvere tenetur Epiſcopatui prædicto, ſalvo etiam quod rectores ac clerici dictarum Plebis, & capellarum poſſint ad me, & meos ſucceſſores appellare, quando ipſos indebite gravaretis, in cauſis prædictis. Inſuper largior, do, trado, atque concedo, & perpetualiter tranſacto per me, meoſque ſucceſſores nomine Epiſcopatus vobis recipientibus pro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus nomine canonicæ prædictæ in perpetuum canonicam portionem teſtamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum de jure ſpectantium mihi, meiſque ſucceſſoribus ab hac hora in antea in perpetuum per totum plebatum dictæ plebis S. Mauri, & etiam per totum plebatum S. Victoris in valle, ut libere quicquid ad me meoſque ſucceſſores ratione canonicæ portionis, ideſt quarta teſtamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum pertinebit amodo, vel pertinere videbitur in perpetuum, per totum plebatum utrumque percipere, ac exigere, & habere pacifice valeatis cum veſtris ſucceſſoribus nomine canonicæ Ceſenat. & tam heredes, quam commiſſarios, & alias quaſcunque perſonas, a quibus dicta canonica portio ſolvi debebit, cenſura Eccleſiaſtica ad ſolutionem præſtandam compeſcere, movendo, excommunicando, interdicendo, præcipiendo, & abſolvendo, ſicut ego cum meis ſucceſſoribus facere poſſem, tam de conſuetudine quam de jure. Præterea per me, meoſque ſucceſſores vobis recipientibus pro vobis veſtriſque ſucceſſoribus nomine dictæ canonicæ Ceſenat. in perpetuum largior, do, & concedo, atque trado, & perpetualiter tranſacto totum cathedraticum [illegible] omne id, quod ratione cathedratici mihi, meiſque ſucceſſoribus de jure pertinet, vel pertinere poteſt amodo in dictis plebibus S. Mauri, & S. Victoris, & capellis plebatuum ipſarum, & in omnibus, & ſingulis capellis civitatis, & totius Vicariatus Ceſenæ, atque rectoribus earundem, ut libere, ipſum cathedraticum, videlicet duos ſolidos Raven. pro una quaque ipſarum plebium, & capellarum annuatim exigere, & recipere, & habere cum veſtris ſucceſſoribus in perpetuum nomine dictæ canonicæ valeatis. Remitto quoque, ac largior, do, trado, & concedo, & perpetualiter refuto, & tranſacto vobis recipientibus pro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus nomine canonicæ prædictæ per me, meoſque ſucceſſores in perpetuum canonicam portionem, quæ mihi, meiſque ſucceſſoribus competit, & in poſterum competere videbitur in omnibus, & ſingulis legatis, quæ per teſtamentum, vel quamlibet aliam ultimam voluntatem relicta ſunt, ſeu etiam relinquentur deinceps in perpetuum canonicæ ſeu Eccleſiæ Ceſenaten. prædictæ per totam civitatem, ac diœceſ. Ceſenat. ut abſque moleſtia, & contradictione mei, & meorum ſucceſſorum licite, & libere exigere, recipere, & habere nomine veſtræ canonicæ ſeu Eccleſiæ prædictæ valeatis integraliter quicquid in pecunia, vel aliis rebus mobilibus, aut immobilibus relictum eſt, aut relinquetur amodo ab aliquo, vel aliquibus per dictam civitatem, & diœceſim totam vobis, vel veſtriſque ſucceſſoribus, ſeu canonicæ prælibatæ. Hæc quidem vobis facio amore Dei, & pro remedio, & ſalute animæ meæ, & animarum prædeceſſorum meorum, ut cum eiſdem ſim particeps miſſarum & orationum, & aliorum divinorum, quæ in veſtra Eccleſia celebrantur, & celebrabuntur in poſterum tam pro vivis, quam pro defunctis, & vos cum veſtris ſucceſſoribus, mihi, meiſque ſucceſſoribus ſitis in noſtris honoribus, & juriſdictionibus rationabiliter defenſores, favorabiles, & etiam gratioſi, & teneamini cum veſtris ſucceſſoribus devote facere anniverſarium meum ſuis temporibus in Eccleſia Ceſenatenſi. Quæ omnia, & ſingula per me, meoſque ſucceſſores vobis recipientibus pro vobis veſtriſque ſucceſſoribus nomine canonicæ ſeu Eccleſiæ veſtræ promitto per ſtipulationem rata, & firma perpetuo habere, atque tenere, & in nullo contravenire, aut contrafacere aliqua occaſione, ſub pœna viginti, & quinque unciarum auri optimi, & pœna ſoluta, vel non, nihilominus hæc omnia, & ſingula firma permaneant, & ſerventur.

Acta ſunt hæc anno Domini 1274. Indict. 2. die 3. exeunte Septembr. Ceſenæ in domo Epiſcopali, præſentibus presbytero Riccobene capellano D. electi, presbytero Benvenuto rectore Eccleſiæ S. Anaſtaſii & Bene canonico Plebis Bulgariæ, ad hæc teſtibus convocatis.

Ego Leonardus Timidei Zicha Notarius prædictis interfui, & mandato dictorum domini electi, & canonicorum ut ſupra ſcripſi, &c.

Anno 1290. die Dominicæ Paſſionis interfuit Aymericus conſecrationi Eccleſiæ S. Franciſci de Cæſena, quam Bonifacius Archiepiſcopus Ravennas habuit, nec abfuit ſynodo celebratæ Forilivii in Eccleſia S. Mercurialis ab eodem Archiepiſcopo an. 1286. ut notat Cherubinus Ghirarduccius li. 8. Hiſt. Bononienſis. Valedixit huic mortali ſeculo Aymericus anno 1291.

46 LEONARDUS de Cæſena ex canonico Cathedralis Eccleſiæ, defuncto Aymerico, a capitulo poſtulatur in Epiſcopum; qui ob ejus ſingulares dotes, quibus præditus erat, a Nicolao IV Pont. Max. confirmationem accepit eodem anno 1291. 15. Kal. Junii Pontif. 4. ita in Regeſt. Vaticano Epiſt. 303. fol. 60. Hunc Leonidam vocat Rubeus lib. 6. ſuæ Ravenn. hiſt. anſamque errandi dedit nonnullis, ut ab hoc Leonardo, alius diverſus ejuſdem nominis Cæſenas Epiſcopus aſſeratur, qui Leonidæ ſucceſſerit, iterumque cum idem alterius Leonardi meminerit anno 1309. tertium Leonardum inter Cæſenatium Antiſtites addiderunt, cum revera tantum unus XLVII.

unus

(1) Altamura in Bibliotheca Dominicana erranter aſſerit hunc Franciſcum interfuiſſe Concilio Lugdunenſi II. tunc enim in Cæſenati Cathedra ſedebat ſequens Honerardus, vel ſaltem Aymericus.

unus fuerit Leonardus, qui ab anno 1291. uſque ad 1312. Cæſenatem Eccleſiam adminiſtraverit, exceſſeritque eodem anno 17. Kal. Junii, ut clare legentibus patet in Vaticano Regeſto. Joannes Novellerius ſcriptum reliquit ſuis in commentariis Oddonem quendam Burgundum Benedicti Papæ XI. a ſecretis ab eodem Epiſcopum Cæſenatem adlectum fuiſſe an. 1303. quo fundamento, quave auctoritate id aſſerat, ipſe dicat. Cæterum ut diximus ex Vatic. Regeſto nullus alius in Cæſenati Eccleſia ſedit ab anno 1291. ad 1312. niſi ſolus unus, idemque Leonardus, qui diœceſanam ſynodum 6. Idus Octob. anno 1309. in Epiſcopium civitatis convocavit, ut Claramontius narrat lib. 11.



XLVIII. 47. JOANNES Ariminenſis, Amboni filius, ex pervetuſta, & nobili gente de Caminate, quæ hodie, ut Clementinus in Ariminen. hiſt. ſcriptum reliquit, una & eadem eſt cum Riccardella, & Belmontia familiis apud Ariminen. quippe quæ ab ipſo Caminatenſium ſanguine proſeminatæ ferantur, ex Præpoſito Ariminenſi, Cæſenas Epiſcopus adlectus eſt anno 1313. XIII. Kalendas Aprilis a Vuillelmo Bulgaro, atque Chriſtophoro Abbate S. Laurentii, quibus Clericalis ſenatus jus eligendi detulerat, gratanterque a populo exceptus eodem die ſibi delati Epiſcopatus iniit poſſeſſionem. Inter alia monumenta, quæ in archivio canonicorum aſſervatur, illud celebre habetur, quod Joannes confecit anno 1315. ad favorem canonicorum, quo omnium prædeceſſorum ſuorum conceſſiones iiſdem confirmavit; in eo plures etiam Epiſcopi Cæſenates recenſentur, quorum memoria invidioſa vetuſtas deleverat. Exemplar ab originali deſumptum eſt hujuſmodi.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen.

Nos Joannes, Dei gratia, Epiſcopus Cæſenatenſis, prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, & confidentes, quod iidem prædeceſſores pro animabus ſuis, ſuorumque prædeceſſorum, & ſucceſſorum multas favorabiles largitiones, donationes, exemptiones, indulgentias, conceſſiones, & privilegia dominis præpoſitis, canonicis, & capitulo noſtræ majoris Cæſenatenſis Eccleſiæ contulerunt, prout in inſtrumentis ſeu litteris propriis inde confectis vidimus contineri, & ſpecialiter inſtrumento ſcripto manu Leonardi Timidei, notaris ſub anno Domini 1259. Indictione 2. die 14. intrante Majo, in quo continentur conceſſio, traditio, & confirmatio prædictis præpoſito, & capitulo facta per bon. mem. venerabilem patrem D. Michaelem quondam Epiſcopum Cæſenatenſem, de quibuſdam Eccleſiis, terris, & rebus aliis, quas tunc habebant, & tenebant, & quas in futurum acquirerent, & nominatim de plebe integra s. Victoris, qui vocatur in Valle, cum titulis, & capellis, obligationibus, decimationibus, aquam ſanctam, & unctionibus vivorum, & mortuorum, cum terris, vineis, arbuſtis, arboribus, & cum omnibus ſibi pertinentibus; item de eccleſia S. Marini prope pontem fluminis, & de aliis quibuſdam Eccleſiis, locis, & rebus, juriſdictionibus, & juribus in prædicto teſtamento, ſeu privilegio plenius comprehenſis. Et in inſtrumento ſcripto manu dicti Leonardi ſub anno Domini 1274. Ind. 2. die 3. exeunte Septembri, in quo continentur largitiones, donationes, traditiones, atque conceſſiones perpetualiter factæ eiſdem præpoſito, & capitulo per bonæ memoriæ vener. patrem D. Aymericum tunc Cæſenæ electum de plebe S. Mauri Cæſenatenſis diœceſis, cum titulis, & capellis ſuis, decimationibus omnibus, & cum recepto frumenti, annonæ, carnium, & pullorum, & quocumque alio redditu, conſuetis etiam debitis dicto Epiſcopatui a plebe prædicta, & inſuper de omni dominio, omnique juriſdictione, uſu, ſeu conſuetudine, qui dicto Epiſcopatui competebat, ſeu pertinebat, vel competere, aut pertinere viderentur, vel poterant in plebe eadem, & capellis ipſius, & in rectoribus, & clericis earumdem, & de pleno jure inſtituendi, deſtituendi, viſitandi, corrigendi, ſuſpendendi, interdicendi, excommunicandi, deponendi, privandi, & abſolvendi, & in eis plenam juriſdictionem in omnibus exercendi tam in civilibus, quam etiam in criminalibus, & cætera generaliter, & ſpecialiter exercendi, quod ad jus, & juriſdictionem Epiſcopalem in dicta plebe, & capellis, rectoribus, & clericis earum pertinebat, & de canonica portione teſtamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum, quæ ad ipſos Epiſcopum, & Epiſcopatum de jure ſpectabant, per totum plebatum dictæ plebis S. Victoris in Valle, & etiam per totum plebatum S. Mauri, & de quibuſdam aliis juriſdictionibus, juribus, & rebus in eodem inſtrumento plenius comprehenſis, & generaliter in multis aliis privilegiis, & inſtrumentis ſuper præmiſſis, & aliis inde confectis, etiam ab antiquo, quibus continentur multæ largitiones, donationes, conceſſiones, exemptiones, & indulgentiæ dudum factæ per multos prædeceſſores noſtros, de quibus appareat, & nobis fuerunt exhibita, & oſtenſa publica, & autentica inſtrumenta non vitiata, non cancellata, neque abolita in aliquam partem ſui. Et maxime inſtrumentum conceſſionis factæ dictis dominis præpoſito, & capitulo per venerabilem patrem bonæ memoriæ D: Joannem, divini reſpectus operatione Epiſcopum Cæſenatem ſub anno Domini 1042. Indict. X. die 2. Junii ſcriptum manu Joannis notarii. Et inſtrumentum conceſſionis factæ eiſdem dominis præpoſito, & capitulo per bonæ memoriæ venerabilem patrem D. Ugum, divini reſpectus operatione Epiſcopum Cæſenatenſem ſub anno Domini 1106. per Bonfilium notarium. Item inſtrumentum conceſſionis factæ prædictis dominis præpoſito, & capitulo per bonæ memoriæ D. Oddonem ſanctæ Cæſenatenſis Eccleſiæ Epiſcopum ſub anno Domini 1155. die 19. menſis Madii Ind. III. ſcriptũ manu Ioannis Tabellionis. Item inſtrumentum conceſſionis factæ eiſdem dominis præpoſito, & capitulo per bonæ memoriæ D. Leonardum S. Cæſenatenſis Eccleſiæ Epiſcopũ ſub anno Dom. 1175. die 7. menſis Novembris Indict. VIII. ſcriptum manu Petri Turrienſis Cæſen. Tabellionis. Item aliud inſtrumentum traditionis, confirmationis, conceſſionis factæ præfatis dominis præpoſito, & capitulo per bonæ memoriæ D. Leonem s. Cæſenatis Eccleſiæ Epiſcopum, & ſub anno Domini 1188. die 13. menſis Martii Indictione IV. ſcriptum manu Converſi Tabellionis. Item aliud inſtrumentum confirmationis, renovationis, tranſlationis, & perpetualis tranſactionis factæ præmiſſo capitulo per bon. mem. D. Oddonem s. Cæſenatenſis Eccleſiæ Epiſcopum, ſub anno Domini 1208. die ultimo menſis Julii, Indict. XI. per manum Ugolonis Cæſenæ tabellionis ſcriptum. Item inſtrumentum traditionis, & confirmationis, atque conceſſionis factæ prædictis præpoſito, & capitulo per bon. mem D. Manzinum s. Cæſenaten. Eccleſiæ Epiſcopum ſub anno Domini 1233. die 16. intrante Majo, Indict. VI, ſcriptum manu Albiici Trenaroli notarii. Quæ omnia, & ſingula, & in eis contenta, ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, confirmamus, & etiam innovamus. Et inſuper per nos, noſtroſque ſucceſſores in perpetuum vobis dominis Bulgaro præpoſito, Riali Raynaldo, Albertino Michaelis, & Henrico canonicis Eccleſiæ Cæſen. pro vobis, & capitulo dictæ Eccleſiæ pro veſtris ſucceſſoribus in perpetuum recipientibus, volentes diſcedere a litibus, & controverſiis, quas vobis cum infraſcriptis occaſionibus, vel aliis hujuſmodi tranſactionis nomine, ſive cauſa pro bono pacis, & quietis vobiſcum habendo de novo damus, tra-

dimus,

dimus, ei concedimus prædictas plebes, Eccleſias, capellas, oratoria, hoſpitalia infraſcripta, videlicet, hoſpitale S. Mariæ de Charitate, quod dicitur magiſtri Ugolini, hoſpitale S. Mariæ de Valviridi, quod dicitur juxta mont. hoſpitale S. Bartoli, & Antonii de campo Bouma, & hoſpitale ſororis S. Margaritæ, & hoſpitale S. Joannis Evangeliſtæ de plebatu S. Victoris, alia loca pia in prædictis plebatibus, civitate, & burgis, & in toto vicariatu civitatis Cæſenæ conſtituta, etiam in poſterum, conſtruenda. Confirmamuſque, concedimus, & plenam, & integram juriſdictionem Epiſcopalem, quæ noſtris prædeceſſoribus, & Epiſcopatu præfato, ſeu nobis in prædictis locis eorum quolibet competit, ſeu hactenus competebat, omnemque legem diœceſan. & juriſdictionis cum poteſtate, & auctoritate, rectores, & clericos in eiſdem plebibus, & Eccleſiis, & capellis, atque locis inſtituendi, deſtituendi, viſitandi, corrigendi, ſuſpendendi, interdicendi, excommunicandi, deponendi, privandi, & abſolvendi, ac in eis plenam juriſdictionem in omnibus exercendi tam in cauſis civilibus, quam etiam in criminalibus, ſicuti noſtri prædeceſſores nomine Epiſcopatus facere potuerunt tam de conſuetudine, quam de jure. Et cætera generaliter, & ſpecialiter exercendi, quæ ad jus, & juriſdictionem Epiſcopalem in dictis plebibus, eccleſiis, capellis, & locis, & rectoribus, & clericis eorum, ſeu earum quomodolibet pertinebat. Salva, & reſervata nobis, noſtriſque ſucceſſoribus nomine Epiſcopatus una quarta Vaccæ, quam dicta pleb. S. Mauri annuatim ſolvit, & ſolvere tenetur prædictis, ſalvo etiam, quod rectores, & clerici dictarum plebium, eccleſiarum, capellarum, atque locorum poſſint ad nos, noſtroſque ſucceſſores appellare, quandocunque in cauſis prædictis per vos indebite gravarentur. Inſuper donamus, tradimus, atque concedimus, & perpetualiter tranſactamus per nos, noſtroſque ſucceſſores nomine Epiſcopatus vobis recipientibus pro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus nomine canonicæ prædictæ in perpetuum canonicam portionem teſtamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum de jure ſpectantem nobis, & noſtris ſucceſſoribus ab hac hora in antea in perpetuum per totum plebatum S. Victoris in Valle, atque totum plebatum S. Mauri ultra fluvium Sapis, ut libere ipſam quartam portionem canonicam deinceps in perpetuum per prædictos plebatus, ut dictum eſt, percipere, & exigere, & habere pacifice valeatis vos, & veſtri ſucceſſores nomine Canonicæ Cæſenæ. Et tam . . . quam commiſſ. & alias quaſcumque prædictas, de quibus dicta canonica portio ſolvi debebit cenſura eccleſiaſtica ad ſolutionem procurandam compeſcere monendo, excommunicando, interdicendo, præcipiendo, & abſolvendo, ſicut nos cum noſtris ſucceſſoribus facere poſſemus tam de conſuetudine, quam de jure. Præterea vobis, ut dictum eſt, remittimus, damus, tradimus, & perpetualiter tranſactamus, atque refutamus recipientibus pro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus nomine Canonicæ prædictæ per nos, noſtroſque ſucceſſores in perpetuum canonicam portionem, quæ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus competit, & in poſterum competere videbitur in omnibus, & ſingulis legatis, quæ per teſtamentum, vel quamlibet aliam ultimam voluntatem relicta ſunt, ſeu etiam relinquentur deinceps vobis præpoſito, vel canonicis, s. nominatim ipſis, veſtriſque ſucceſſoribus, aut per aliquem veſtrum veſtrorumque ſucceſſorum eidem canonicæ, vel Eccleſiæ Cæſenaten. ut præmiſſis autem omnibus hac tantummodo exceptamus, & reſervamus veſtro conſenſu pro nobis, & Epiſcopatu noſtro, noſtriſque ſucceſſoribus ab honore Pontificalis officii videlicet, Cathedraticum debitum, & conſuetum annuum, s. duos ſoldos uſualis monetæ pro unaquaque plebe, & eccleſia prædictorum locorum, & etiam canonicam portionem, id eſt quartam omnium teſtamentorum, aliarumque ultimarum voluntatum, quæ fient in poſterum per cives, & incolas, ſeu habitatores civitatis, burgorumque Cæſenæ citra prædictum fluvium Sapis, & per omnes ſingulas prædictas habitare hactenus conſuetas in caſtro Reverſan. vel ejus curia, & etiam per aliquem parochianum alicujus eccleſiæ, ſeu monaſterii conſtitutorum citra fluvium Sapis in civitate, burgis, ſeu ſuburgis, cap. ita quod Cathedraticum, & prædictam canonicam portionem nos, noſtrique ſucceſſores abſque contradictione veſtra, ſeu moleſtia, veſtrorumque ſucceſſorum libere percipere valeamus. Nihil aliud omnino nobis, & Epiſcopatui, noſtriſque ſucceſſoribus in præmiſſis per nos, noſtroſque ſucceſſores, datis, traditis, & conceſſis vobis, veſtroque capitulo quomodolibet reſervantes. Teneamur quoque nos, noſtrique in perpetuum ſucceſſores prædictarum eccleſiarum, oratoriorum, & piorum locorum ad veſtram, veſtrorumque ſucceſſorum petitionem, & voluntatem ſine difficultate clericos ordinare, eiſque ordines conferre, & cætera, quæ ſunt ordinis Epiſcop. libere vob. veſtriſq; clericis, & eccleſ. ac rectoribus hoſpitalium exhibere, & concedere, atque favorabiliter impertiri, ſecundum conſuetudinem hactenus obſervatam juxta canonica inſtituta. Hæc quidem vobis facimus tam ex cauſa tranſactionis pro bono pacis, & quietis vobiſcum habendo ſuper litibus, & diſcordiis, quas nos vobiſcum dictis de cauſis habebamus, & in futurum veriſimiliter habere poſſemus, quam etiam amore Dei pro remedio, & ſalute animæ noſtræ, animarum prædeceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum, & ut cum eiſdem ſimus participes miſſarũ, orationum, & aliorum divinorũ, quæ in noſtra Eccleſia celebrantur, & celebrabuntur in poſterum, tã pro vivis, quã pro defunctis: Et vos cum veſtris ſucceſſoribus nobis, noſtriſq; ſucceſſoribus ſitis in noſtris honoribus, & juriſdictionibus rationabiliter defẽſores, favorabiles, & gratioſi, & teneamini cum veſtris ſucceſſoribus devote facere anniverſarium noſtrum in Eccleſia Cæſenaten. Quæomnia, & ſingula per nos, noſtroſque ſucceſſores vobis recipientibus pro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus nomine canonicæ, ſeu Eccleſiæ veſtræ promittimus per ſtipulationem rata, firma, perpetua habere, atque tenere, & in nullo contravenire, aut contra facere aliqua occaſione ſub pœna centum unciarum auri optimi, qua etiam pœna ſoluta, vel non, hæc omnia, & ſingula firma permaneant, & ſervantur.

Ad cujus rei perpetuum robur, & teſtimonium de his mandamus per manum Petri de Aquarola, & Guccii notarii, noſtrorum, & Guidonis de Moleone notario fieri publicum inſtrumentum.

Acta ſunt hæc Cæſenæ in palatio Epiſcopali præſent.
Domino Jacobo præpoſito Foropon.
D. Donato priore ordinis Vincareti.
Fr. Andrea de dicto ordine.
D. Bartolino Carnevale judice.
Magiſtro Joanne de Forolivio notario.
Ser Petro Saba de Ferraria.
Presbytero Avanzato capellano D. Epiſcopi.
Joanne de Pane notario, & Clenito Michaelis notario, aliiſque pluribus convocatis ad hæc teſtibus, & rogatis ſub anno Dom. 1315. die 5. menſ. Martii.

Defunctus eſt Joannes anno 1321. die 21. Auguſti, & ſepultus eſt in Cathedrali, de quo Rub. lib 6. ejuſdemque meminit Cæſar Clementinus in ſua Ariminenſi hiſtoria.

48 GERARDUS ex canonico Urgellenſi electus eſt Epiſcopus an. 1323. Idib. Martii. Urbem ſolemni ritu ingreſſus eſt die 16. Auguſti ejuſdem anni. Sequenti vero ad Eccleſiam Cervienſem tranſlatus eſt. Ex Reg. Vatic. ann. 8. Ioan. Papæ XXII. XLIX

49 THOMAS de Murro, Joannis Cardinalis de Murro nepos, ex Priori ſæcularis Eccleſiæ S. Mariæ de Solis Bituricenſis diœceſis, Apoſtolicuſque Capellanus, eligitur Cæſenæ Epiſcopus 17. Kal. Auguſti 1324. Præfuit annos 2. & ad Eccleſiam Anconitanam tranſtulit illum Pontifex idem Joannes XXII. an. 1326. 16. Kal. Julii ex eodem Vat. Reg. L.

50 Fr. AMBROSIUS Ord. Erem. S. Auguſtini inſignis Theol. eadem ſede inſignitur 7. Kal. Iulii 1326 obiit vero an. 1333. ut habetur in eodem Regeſt. Vatic. Memini me legiſſe apud Auguſtinum Crudelem in libro, quem edidit de viris illuſtr. Venetis, Franciſcum quendam Brevium Venetum Iuris conſultum celebrem, Romanæ Rotæ auditorem, qui Patavii, alibique juris prudentiam publice profeſſus fuerat, Epiſcopum Cæſenatem adlectum fuiſ- LI.

ſe an. 1330. Verum cum in Regeſtis Vaticanis in demortui Ambroſii locum ad Cæſenatem Eccleſiam promotum legerim Joannem Baptiſtam Accajolum an. 1333. illum ex albo Cæſenatium Præſulum diſpunximus. (1)



LII. 51 JO. BAPTISTA Acciajolus, Laurentii, & Matthiæ Caſtaldæ filius nobilis Florentinus, germanus frater Angeli Epiſcopi Florentini, decretorum doctor, Cæſenæ adlectus eſt Epiſcopus defuncto Ambroſio anno 1333. 3. Kal. Novemb. ex Reg. Vatic. Vicariam operam præſtitit, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus Bertrando Bononienſi Epiſcopo an. 1335. ætatem produxit uſque ad ann. 1342. De quo etiam loquitur Matthæus Palmerius.



LIII. 52 Fr. BERNARDINUS a de Martellinis, nobilis Florentinus, Lippi filius, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Theologiæ, ac Philoſophiæ ſcientia claruit, ſacriſque literis egregie inſtructus hujus Eccleſiæ Epiſcopus factus anno 1342. 15. Kal. Auguſti. Ex Reg. Vatic. Epiſt. 39. Clementis 6. obiit 1348. ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini Cæſenæ, ubi olim hæc inſcriptio exiſtebat.

a De eo Claramontius in hiſt. Cæſen. p. 176. Mandoſ.

M.CCC.XXXVIII. Die XXVIII. Julii. Obiit Venerabilis in Chriſto P. Dominus Fr. Bernardus de Martellinis de Florentia Ord. Frat. Eremitarum D. Auguſtini hic eſt intro tumulatus . . . . . Spiritus autem . . . . . .

LIV. 53 Fr. GUILLELMUS Mirollus Bononienſis Ord. Minorum, Piceni Inquiſitor, ad hanc Eccleſiam evocatur a Clemente VI. anno 1348. 5. Non. Octob. per obitum Bernardi notatur in Reg. Vatic. Obiit vero 1358. Quo Præſule Innocentius VI. jura & immunitates Cæſenatis capituli in hunc modum confirmavit.

Innocentius Papa Sextus, &c.

Dilectis filiis capitulo Eccleſiæ Caſen. ſalut. & Apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobilis petitur, quod juſtum eſt &c. Eapropter dilecti in domino filii veſtris A *juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Roman. Pontificibus ſive per privilegia, ſive alias indulgentias, vobis, & Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a regibus, & principibus, ac aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, & eidem Eccleſiæ indultas, ſicut eas juſte, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos, eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.*

Dat. Avenion. 2. Id. Aprilis Pontific. noſtri an. 1.

54 Fr. VITALIS de Cæſena ejuſdem Ord. Minorum ſucceſſit Guillelmo anno 1358. Idib. Aprilis ex Reg. Apoſtol. Vitam liquit anno 1363. In ædibus S. officii Piſarum hæc de eo legitur inſcriptio nuper a Manzonio poſita. LV.

Fr. Vitali de Caſena Epiſcopo Caſenat. ex Ord. Min. Convent. S. Franc. aſſumpto Inquiſitori prius in Tuſcia, deinde in Flaminia contra hæreticam pravit. acerrimo, hoc mnemoſynon in Patriam, Ord. & Convent. devotione poſuit menſe julii anno M. D.C. XXXVI. Fr. Bernardinus Manzonius Caſenas Generalis Provinciæ hujus Piſanæ Apoſtolicus Inquiſitor a ſancta ſede Apoſtolica delegatus. B

55. BENCIVENNUS Bononienſis, Cæſenas Epiſcopus fuit, vicariuſque Americi Cati Epiſcopi Bononienſis eodem anno 1363. quo ad hanc ſedem aſcendit. Obiit 1368. de quo Nicolaus Paſqualinus Alidoſius in lib. de illuſtr. Viris Bonon. LVI.

56. LUCIUS de Callio canonicus Paduanus electus 1368. Id. Decemb. ſucceſſit Bencivenno ex Reg. Vat. collector ſpoliorum fuit in Hetruria, degenſque Florentiæ anno 1370. Cervienſem Epiſcopum conſecravit Bernardum Guaſconum nobilem Florentinum, juſſu Urbani V. Anno vero 1373. die 2. menſis Novembris ſimul cum Septimiano Abbate Ord. Ciſtercienſis Gregorii XI. Pontificis ſententia; Monachis Montis Oliveti poſſeſſionem nobilis Abbatiæ S. Miniatis extra, & prope muros Florentinos tradidit. Eccleſiæ Piſanæ Viſitator deputatur ab eodem Gregorio anno 1372. ad quam inviſendam die 10. Martii ejuſdem anni acceſſit. Mox anno 1374. ad Eccleſiam Volaterranam in Hetruria translatus eſt. Tradunt aliqui Lucio Callienſi translato in Cæſenatenſi ſede ſucceſſiſſe quemdam Lucium alium Romanum e gente Sabella, ſed nulla de Sabello, alio ve Lucio, neque in Vatic. Regeſto, neque in libris obligat, & Proviſ. Prælat. aliiſve Romanis monumentis mentionem reperi, ideoque jure merito haud inter Cæſenates Epiſcopos Sabellum numeramus. LVII. C

57 JACOBUS Epiſcopus Cæſenas, primus qui occurrat poſt Lucii Callienſis translationem, de quo mentio an. 1379. die 8. Octob. in Authentico exemplari Apoſtolicarum litterarum Urbani VI. quod extat in Archivio Fratrum Minorum Cæſenæ, ut narrat Chronologiæ Cæſenatenſis auctor in notula ab ipſo nobis tranſmiſſa ſequentis tenoris. *In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejuſdem 1379. Indictione 2. die 8. Octob hoc exemplum coram venerabili viro D. Laurentio majoris Eccleſiæ Caſenæ præpoſito, Reverendiſſimi Patris D. Jacobi Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopi Caſenatis in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario Generali a me not. infraſcripto, &c.* Hæc notula vitiata videtur in Chronologia, gratiſque additum nomen illud *Fratris Ordiniſque Servorum*, neque Aloyſium reperimus anteceſſiſſe Jacobo in Romanis monumentis. Cæterum Urbanus VI. an. 1378. novam cathedralem Cæſenatenſem ædificandi facultatem conceſſit ſequenti diplomate, quod extat in canonicorum Archivio in hunc qui ſequitur, modum. LVIII. D

URBANUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Bertinorien. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium &c.

Ex

(1) Certum eſt erraſſe omnes, qui Franciſcum Brevium Cæſenatenſem Epiſcopum dixerunt, namque Brevius non fuit Cæſenatenſis, ſed Cenetenſis Epiſcopus. Error irrepſit nominis affinitate. Cenetenſem vero Brevium dicit etiam Mantua in vitis recentiorum juriſconſultorum p. 38. Portinarius in hiſt. Patav. p. 229. & alii. Mandoſ.

Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum fi- A
liorum Præpoſiti, & capituli, ac civium, & commu
nis civitatis noſtræ Caſenaten. petitio continebat, quod
cum Eccleſia cathedralis ipſius civitatis, eo quod poſi-
ta ſit & incluſa in Cittadella, ſeu Fortalitio, alias vul-
gariter Murata nuncupato in parte civitatis ejuſdem
per tuitionem, & ſalvationem ſtatus Eccleſiæ Romanæ
conſtitutæ, difficulter adiri queat, & in loco alio neceſ-
ſario ſit reponenda, ſitque in civitate ipſa quædam Ec-
cleſia Parochialis crucis marmoris appellata, ad col-
lationem ſeu præſentationem dilectorum filiorum capi-
tuli ſupradicti pertinens, ubi Eccleſia ipſa cathedralis
decenter conſtitui, & erigi poterit commode. Pro par-
te eorundem Præpoſiti, & capituli, ac civium, & com-
munis fuit nobis humiliter ſupplicatum ut ædificandi,
& erigendi in loco ejuſdem Eccleſiæ Parochialis no-
vam Eccleſiam cathedralem in honorem, & ſub vo-
cabulo S. Joannis Baptiſtæ, ſicut antiqua Eccleſia erat,
licentiā de benignitate Apoſtolica concedere dignare-
mur. Nos igitur cum de præmiſſis non habeamus noti-
tiam, fraternitati tuæ præſentium tenore mandamus, B
quatenus ad noſtram civitatem Caſenaten. perſonaliter
te conferas, & de præmiſſis inquiras, & ſi inveneris ita
eſſe, dictis Præpoſito, & capitulo, civibus, ac commu-
ni, ut cedente, vel decedente dilecto filio noſtro, ſu-
pradictæ parochialis Eccleſiæ, qui nunc eſt, conſtruendi,
& erigendi in eodem loco Eccleſiam Cathedralem hu-
juſmodi in honorem, & ſub vocabulo S. Joannis Bapti-
ſtæ, providens quod ipſa Eccleſia antiqua, quæ in for-
talitio prædicta civitatis ad uſus profanes non rediga-
tur, ſed præficiatur aliquis presbyter, qui eam regat,
& officia, & divina celebret in eadem auctoritate A-
poſtolica licentiam poſtulatam: Quodque Eccleſia no-
va ædificata, & conſtructa fuerit, ac perſonæ degentes
in ea omnibus immunitatibus, libertatibus, indulgen-
tiis, & donationibus, ac privilegiis, quibus antiqua
Eccleſia gaudere ſolebat, gauderent eadem auctoritate
concedas, conſtitutionibus Apoſtolicis non obſtantibus
quibuſcunque.

Dat. Tibure 4. Non. Aug. Pontificatus noſtri anno 1.

LIX. 58. Fr. AVERARDUS Brixienſis Ord. Præd. inter C
Epiſcopos Cæſenates reponitur anno 1283. ab au-
ctore Chronol. ex Seraphino Razzio lib. de Viris
Illuſt. Ord. Præd. de quo acta Romana altum tenue-
re ſilentium.

LX 59. JACOBUS Epiſcopus Cæſenas, de quo
mentio habetur in quodam documento apud Patres
Eremitanos S. Auguſtini Cæſenæ, ut refert notula
auctoris Chronologiæ, quam nobis in authentica
forma, e patria Romam tranſmiſit, his verbis con-
ſcriptam ab originali: *In nomine Domini Amen.*
Anno a nativitate ejuſdem 1391. indict. 13. tempore
ſanctiſſimi in Chriſto Patris D. D. Bonifacii Papæ IX.
die 13. Aprilis Venerab. vir Dom. Sanctes Archipre-
sbyter plebis S. Mauri, Reverendique in Chriſto Pa-
tris D. D. Jacobi Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epi-
ſcopi Caſenatenſis vicarius Generalis &c. Eodem vi-
tio laborat hæc eadem notula in Chronologia relata,
dum gratis addita videntur illa verba Fr. Jacobi Car-
melitæ, quo alia, de qua in primo Jacobo diximus.
Cæterum ſatis dubito Jacobum hunc eundem eſſe D
cum alio ſuperiori, cum de Averardo nulla certa
memoria exiſtat apud cordatos ſcriptores, quod Cæ-
ſenatenſem ſedem tenuerit hoc præciſo anno 1383.
inter Jacobum primum, & hunc, quem ſecundum
vocant. Potuit certe Averardus, hanc obtinuiſſe
Eccleſiam, ſed alio quidem tempore, niſi forte a
Pſeudo Pontifice Clemente VII. vel ejus ſucceſſore
Benedicto XIII. contra Jacobum in eandem Cæſe-
nat. cathedram intruſus fuerit; quod etiam repugnat,
cum in Actis illorum Pſeudo Pontificum, & in li-
bris proviſionum, & obligationum eorundem nul-
la de Averardo extet memoria. Jacobus vero, de
quo modo agitur, an ille ſit, qui de familia Boſ-
chetta a nonnullis aſſeritur, prorſus ignoro.

LXI. 60. JOANNES ejuſdem ſedis Antiſtes floruit
1394. cujus extat certa memoria in pr. lib. de diverſis
formis Bonifacii IX. fol. 109.

LXII. 61 IACOBUS de Saladinis nobilis civis, &
canonicus Aſculanus, cum ad eandem dignitatem
perveniſſet, videreturque ſibi Antipapæ Benedicto
hæſiſſe, ita reſipuit, ut petierit ea, quam ſuſpica
batur contraxiſſe, cenſura ritu Eccleſiaſtico enoda-
ri, quod Bonifacio IX. mandante cumulate obtinuit
an. 1398. ut habetur in lib. 4. de diverſis formis ejuſ-
dem Pontificis fol. 20. ſuum ultimum condidit teſta-
mentum in patria an. 1401. in quo pariter multa pia
legata tum Eccleſiæ ſuæ Cæſenatenſi, tum Aſcula-
næ, univerſales inſtituit hæredes genitricem ſuam,
nepoteſque ſuos, præcepitque, ut Aſculi in Eccle-
ſia S. Franciſci in ſepulchro Nicolutii patris ſui,
ejus, corpus conderetur, dum ex hac vita mi-
grare contingeret. Deceſſit tandem anno 1405.
ibidem tumulatus, ubi genitoris brevis hæc in-
ſcriptio legitur.

Sepulchrum Nicolucii Jacobucii
Saladini.

62 Fr. GREGORIUS Maleſardus Cæſenas LXIII
Ord. Præd. ab Innocentio VII. patriæ ſedi admotus
B eſt anno 1405. 4. Nonas Decembris ex pr. lib. Pro-
viſ. Prælat. Novam cathedralem ſubſtruxit, gen-
temque Feltreſcam cum Malateſta invicem adver-
ſantes, rato fœdere junxit; vitam finivit an. 1419.

63. Fr. VICTOR Ariminenſis ex Ordin. Ere- LXIV
mitarum S. Auguſtini Gregorio ſuffectus eſt a Mar
tino V. anno 1419. 4. Kalen. Julii. Obiit diem po
ſtremum 1425. de quo in prædictis libris.

64. SEBASTIANUS cathedralis Præpoſitus LXV
ad Cæſenatem dignitatem aſſumptus eſt anno 1425.
Id. Decemb Paucos menſes ſedit, deceſſitque ex
eod. lib.

65. PAULUS Ferrantes e Meldula Martini V. LXVI
Datarius ab eodem Pontifice Cæſenas Epiſcopus
adlectus eſt 1426. die 27. Febr. Deceſſit 1431. ex eo-
dem lib. Poſt cujus obitum Fr. AUGUSTINUS a LX VII.
de Favaronibus Romanus ex Ordine S. Auguſtini
Eremitarum, olim ſui Ordin. Generalis, inſigniſque
Theologus Archiepiſcopus Nazarenus, factus eſt
ab Eugenio IV. hujus Eccleſiæ perpetuus admini-
C ſtrator anno 1431. Idib. Junii En diploma,

a De quo Gandulfus de 200 Scripp. Auguſt. & Mandoſius in Bibl. Rom. Cent. 1.

EUGENIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Capit. Eccleſiæ Caſenat. ſalutem, &
Apoſtolicam benedictionem. Cum Eccleſiarum om
nium ſollicitudo &c. Dudum ſiquidem in noſtris Apo-
ſtolatus primordiis intelleximus, quod Eccleſia veſtra,
cui quondam Paulus Epiſcopus Caſenaten. dum vive-
ret, præſidebat, per obitum ipſius Pauli, qui extra Ro
manam curiam diem clauſit extremum, vacaverat, &
vacat nunc; Nos cupientes eidem Eccleſiæ veſtræ utilem,
& idoneam perſonam. &c. proviſionem ipſius Eccleſiæ,
ordinationi, & diſpenſationi noſtræ duximus ea vice
ſpecialiter reſervandam, &c. ac ad dictam Eccleſiam
veſtram ne longæ vacationis detrimenta ſubiret, pater-
nis, & ſollicitis ſtudiis noſtræ conſiderationis intuitum
dirigentes, attendentes quod dilectus filius Auguſtinus
de Roma electus Nazaren. adminiſtrator in ſpirituali-
bus, & temporalibus Eccleſiæ prædictæ per ſedem Apo-
ſtolicam deputamus, &c. de fratrum noſtrorum conſilio
D *ejuſdem adminiſtrationem per eum quoad vixerit gu-*
bernandam auctoritate Apoſt. &c. prout veri Epiſcopi
Caſenaten. qui fuerunt pro tempore, &c. Quocirca, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domini-
ca 1431. Idibus Junii. Pontificatus noſtri anno 1.

Hanc Eccleſiam adminiſtravit Auguſtinus ad an-
num uſque 1435. ceſſitque commendæ eodem anno,
ut Acta indicant conſiſtorialia. Deceſſitque Romæ
ex hac vita multis illuſtribus, & glorioſis ſuæ ſan-
ctitatis indiciis anno 1443. ut refert Joſeph Pamphi-
lus Chronic. Eremit. S. Auguſtin. Scripſit, ediditque
opera multa, quæ ab eodem recenſentur, cujus cor-
pus in quadam capſa reconditum in templo S. Augu-
ſtini venerabiliter cuſtoditur. Auctor vero Alpha-
beti Auguſtiniani hunc Prati in Tuſcia obiiſſe nar-
rat, ibidem apud ſuos ſepultum. Quis vero ex ipſis
divinaverit, judicent alii.

Digitized by Google



LXVIII. 66. **ANTONIUS** Malateſta, filius comitis Philippi de Ghiaggiolo Foroſempronienſis Præpoſitus, cum extuliſſet uxorem, vitamque clericalem profiteretur, ab Eugenio IV. Cæſenas Epiſcopus declaratus eſt 1435. Non. Decemb. Hanc Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ multos annos adminiſtravit, interfuitque Florentino Concilio 1439. requievit in domino 1463. ſepultus in cathedrali ſupra principem portam cum hoc epitaphio.

Non procul hinc celſas conſtruxit Antonius ædes,
Et templi Antiſtes plurima dona dedit.
Hic jacet; æthereas conſcendit ſpiritus arces:
Semproniique forum patria terra fuit.

LXIX. 67. **DOMINICUS** Camiſatus Reatinus, patriæque antea Præſul, Sixtique IV. Referend. Cæſenatem etiam ſedem obtinuit, deceſſitque an. 1475.

LXX. 68. **JOANNES** Ventorellus, Amerinus, Cæſenas Epiſcopus, ejuſdemque civitatis gubernator nomine S. Sedis Apoſtol. anno 1475. Romæ deceſſit 1486. ibidemque ſepulchrum accepit. ex Act. Conſi.



LXXI. 69. **PETRUS** Mentius Vicentinus Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor hujus Eccleſiæ declaratus Epiſcopus eſt 1486. 5. Idus Maji. Quem ſecundo deinde anno Innocentius VIII. Pontifex ad Ferdinandum Neapolitanum Regem legavit nuncium, plurimiſque aliis graviſſimis Eccleſiæ negotiis explicandis eſt feliciter uſus. Romæ mortalitatem exuit 1504. ſepultuſque eſt in Ara Cœli, cui conjunctiſſima ſoror marmoreum ſepulchrum erexit, addita ejuſdem ſtatua, ac gentilitiis ſtemmatibus, quæ ex una parte continent Leonem rectum, alteram ſcuti partem quatuor albæ regulæ, & quatuor nigræ deſecant, cum ſequenti epitaphio.

D. O. M.

Petro de Vicentia Pontif. Caſenat. Cameræ Apoſtolicæ Auditori, judicum doctiſſ. & integerr. cujus cum divina, atque eximia virtus, quæ nullas ſibi inimicitias pro publica ſalute vitavit, diu oppreſſa emicuiſſet, bonis omnibus, atque univerſæ civitati indigenis eripitur. Vixit ann. L. m. vij. d. XI. Margarita ſoror infeliciſſ. poſ. M. D. IV.

LXXII. 70. **FATIUS** Sanctorius Viterbienſis, novus homo, ac peroboſcuri generis, literis, eruditioneque

A ſplendidiorem ſibi paravit fortunam, cum Julio Cardinali Roboreo, qui poſtea Apoſtolicam evectus ad ſedem II. Julius fuit, Pædagogi operam præſtitiſſet. Is enim Pontifex factus, Fatii magiſterium munificentiſſime remuneravit. Primum enim illum Cæſenatem Epiſcopum dixit 1504. die 22. menſis Julii, mox Apoſtolicæ Cameræ Clericum, ampliſſimiſque redditibus auctum, tum & Romana purpura ad titulum S. Sabinæ cohoneſtavit. Deceſſit Romæ ex animi mœrore, cum ſuſpicaretur (ut degeneres animi ſemper timere coguntur iis, quæ haud ſe meruiſſe intelligunt) ampliorem illam apud Julium gratiam amiſiſſe, 1510. die 22. menſis Martii, ſepultuſque eſt apud S. Petrum cum hac brevi, nudaq; inſcriptione.

DEPOSITUM FATII SANCTORII
CARDINALIS S. SABINÆ.

71. **CHRISTOPHORUS** a de Spiritibus Viterbienſis, hujus Eccleſiæ electus Epiſcopus eſt 1510. die 15. menſis Februarii. Multos annos Cæſenatem adminiſtravit Eccleſiam, factuſque ſenior, Joannem Baptiſtam nepotem, cum futura ſpe ſucceſſionis excepit. LXXIII.

a De eo de Angelis in deſcrip. Baſilicæ S. M. Majoris p. 46. cujus fuit Canonicus. Mendoſ.

B 72. **JO: BAPTISTA** de Spiritibus Viterbienſis, patrui coadjutor adſcitus anno 1545. die 20b. menſis Novembris defuncto Patruo ſuffectus eſt, qui poſt decem annos eo munere ſe exolvit. („ *Hic Jo: Baptiſta Chriſtophori ex fratre nepos, Viterbienſis Eccleſiæ Archipresbyter, ex utroque parente nobili genere natus, vigeſimum ætatis ſuæ annum agens patrui coadjutor adſcitus eſt conceſſa ei Eccleſia in adminiſtrationem, donec ad ætatem 27. annorum perveniret, & deinde in titulum, ſi Chriſtophorus patruus ante dictam nepotis ætatem 27. annorum decedere contigiſſet.*] LXXIV.

b 27. Novemb. ex Actis.

C



73. **ODOARDUS** Gualandus nobilis Piſanus, Pauli IV. familiaris, Cæſenatem ſedem obtinuit 1557c. eam Eccleſiam conſultiſſime adminiſtravit ſupra unum annum triginta, illamque demum reſignavit. Romæ inde defunctus eſt an. 1597. 17. Martii. Scripſit de civili facultate lib. 16. LXXV.

c Die 9 Decemb. per ceſſionem Jo. Baptiſtæ.

74. **CAMILLUS** Gualandus Piſanus, Odoardi nepos, ad eandem dignitatem aſſumptus eſt 1588. die 30. menſis Martii. Deceſſit 1609. In patria jacet in Eccleſia S. Sepulchri. LXXVI.

D 75. **MICHAEL ANGELUS** Tontus, in Epiſcopatum illum ſucceſſit 1609. die 23d. menſis Februarii. Tontus Arimini natus eſt honeſtis parentibus, tametſi origine Piſtorienſis eſſet. Urgente, adhortanteque parente, ad ſummam propemodum legis peritiam pervenit. Interea cum juriſprudentiæ attentius operam daret Bononiæ, inde importunum fatum parentis Michaelem Angelum demum revocavit, ubi domeſticis rebus compoſitis, Romam clientium cauſas peroraturus ſe contulit. Ergo poſt acceptam lauream ſingularis exiſtimationis doctor evaſit. Cumque Horatio Burgheſio, Cameræ Apoſtolicæ Auditori, Camilloque item Burgheſio, qui fratri in idem munus ſucceſſerat, unice charus evaſiſſet, totius Burgheſiæ domus curatoris munere perfungebatur. Interea Camillus Senatoria purpura ab VIII. Clemente nobilitatus eſt, indeque non multo poſt ad Pontificatum aſcendit, cœpitque fortuna LXXVII.

d 23. Martii ex Actis.

Tonti

A Tonti proferre fines, auſpice, duceque fortuna Bur-
gheſiani Imperii. Primum enim Cardinalis nepotis
Auditor generalis effectus eſt, cum prius canonica-
tu S. Joannis in Laterano illum ornaſſet Pontifex,
mox etiam cum publicis explicandis negociis fidem,
diligentiamque præſtitiſſet ſingularem, Nazaret Ar-
chiepiſcopus declaratus eſt 1608. die 5. menſis De-
cembris, dieque 24. ejuſdem anni Datarius, Cardi-
naliſque S. Bartholomæi in Inſula. Eidem deinde
Cæſenatem attribuit Eccleſiam anno 1609. 22. Fe-
bruarii Paulus V. Quam ille donariis variis, reli-
quiiſque ſanctorum locupletavit. Inde reverſus ad
Aulam, nullus ſenatus, nulla congregatio Romæ
erat, quam ſuo conſilio, prudentiaque non comple-
ret. Eccleſiam, templumque ſui tituli exornavit ex
parte. Cæterum quodammodo fatigata fortuna viſa
eſt deſeruiſſe Tontum; gratia enim erga illum Pon-
tificis ſenſim refrixerat, ſua, an aliena culpa incer-
tum. Conſtat illum, aula deſerta, ad ſibi creditam
Eccleſiam rediiſſe, ibique tanquam voluntarium
B exegiſſe exilium. Comitiis ubi Gregorius XV aſcen-
dit ad ſedem, interfuit, a novoque Pontifice inter
Cardinales Conſultæ adnumeratus eſt, cum ad titu-
lum S. Petri ad Vincula perveniſſet. Romæ deceſsit
1622. menſe Aprili, conditoque teſtamento, colle-
gium in proprio palatio erectum, hæredem inſtituit,
tutoribus Auditoribus Romanæ Rotæ, curatoribus
Scholæ Piæ alumnis. In patria templum S. Euphe-
miæ incendio deformatum, reparavit. Cathedralem
pretioſa ſupellectili, variiſque donariis munificen-
ter adauxit. Cenſum inſtituit alendis tribus juveni-
bus, a capitulo clericali nominandis, ut legum peri-
tiæ poſſent ſtudere. Memori autem, gratoque animo
adeo fuit in Paulum V. ſuum benefactorem, ut ad ex-
piationem illius animæ in ſacra Lauretana æde quo-
tidianum ſacrum inſtituerit peragendum. Ejus ca-
daver in templo Jeſu Servatori dicato tumulatum
fuit ante D. Ignatii altare, ubi hoc ſequens epita-
phium legitur.

D. O. M.

C *Michaeli Angelo Tonto Ariminenſi a Pau-*
lo V. Pont. Max. prudentiam, fidemque
viri ſæpius experto, primum Dataria Præ-
fecto, poſtea Archiepiſcopo Nazareno, po-
ſtremo S. R. E. Cardinali creato, atque ad
intima queque adhibito, quo tempore poſt
conſtantiam cum florentis Principis gratiam
ſingularem modeſtiam habuit, unde in ad-
verſa quoque fortuna conſtantiam exerceret
dignus, qui non niſi refloreſcente gratia diem
obiret Anno Domini M. DC. XXII. ætatis
ſuæ LVI. Antonius Tonius Avunculo, &
Collegium Nazarenum ab illo inſtitutum,
& ſacra Romana Rota Auditorum patroci-
nio commendatum, Patrumque pauperum
matris Dei diſciplina traditum, parenti o-
ptimo poſuere anno Domini M.DC.XXXVII.

D



LXX VIII 76 FRANCISCUS Cardinalis Sacratus Ferra-
rienſis, Archiepiſcopus Damaſcenus, ad Cæſena-
tenſem Eccleſiam translatus eſt 1622. die 15. menſis
Junii. Hic paulo ante creatus fuerat Cardinalis,
cum Datarius eſſet, Auditor ſacræ Rotæ, ac utriuſ-
que Signaturæ Referendarius. Poſt comitia, in
quibus Urbanus VIII. ſummus Pont. fuerat renun-
ciatus, exceſſit è vivis an. 1623. 6. die menſis Se-
ptembris, ſepultuſque eſt in templo S. Mariæ
de Anima.



77 LAURENTIUS Campegius Bononienſis, LXX IX.
ſacræ Congregationis Epiſcoporum, ac regularium
ſecretarius, hujus Cæſenatis Eccleſiæ Epiſcopus
adlectus eſt 1623. die 18. menſis Decemb. anno vero
1629. ad Eccleſiam Senogallienſem translatus eſt.
78 PETRUS Bonaventura, nobilibus ortus LXX X.
parentibus, in Gattajæ caſtello Urbinatis jurisdi-
ctionis, ex Archidiacono Urbinate, Cæſenæ Epi- a Die 12 Martii.
ſcopus adlectus eſt 1629. a * Fato functus eſt an. 1654 * Ex App. tom. 2.
79 FLAMINIUS Marcellinus Romanus fami- LXX XI.
lia nobili, & egregia virtute præditus hanc ſedem
obtinuit ab Alexandro XII. Pont. Max. die 21. A-
prilis 1655. in primo Conſiſtorio ejuſdem Pontificis.
Vivit, & optimi Paſtoris famam implet.

ADDITIO.

(,, *Duo & viginti penè annos eleganter hanc admini-*
,, *ſtravit Eccleſiam, fatoque ceſſit Macerata die 14*
C ,, *Martii 1677. in peculiari condito tumulo ſepultus in*
,, *choro Cathedralis.*
,, JACOBUS *Elephantuccius Nobilis Ravennas,* LXX XII.
,, *J. U. D. & in utraque Signatura Referendarius,*
,, *cum antea fuiſſet Auditor Generalis Nunciaturæ*
,, *Poloniæ, deinde Hiſpaniarum, exin Commiſſarius*
,, *R. C. A. Gubernator Æſii, & Tuderti, tandem*
,, *Epiſcopus Cæſenatenſis creatus eſt die 30. Auguſti*
,, *an. 1677. At cum Padi aquas ruptis aggeribus Fer-*
,, *rariæ minitantes coercere opus eſſet, ab Innocentio*
,, *XI. illuc tranſmiſſus, operibuſque generalis Præfe-*
,, *ctus aſſignatus, dum aſsidua inſiſteret cura, limo-*
,, *ſiſque commearet in paludibus, inſalubri aere per-*
,, *cuſſus paulo poſt obiit die 29. Novemb. an. 1679.*
,, *Tumulatus eſt Ravennæ in Conventu PP. Minorum*
,, *Conventualium.*
,, VINCENTIUS *Maria Card. Urſinus, Ordi-* LXX XIII.
,, *nis Prædicatorum, ex Archiepiſcopatu Sypontino*
,, *ad inſulam Cæſenatenſem translatus eſt die 22. Ja-*
,, *nuarii an. 1680. Clerum ex integro reformavit: ipſe-*
D ,, *met choro interveniens ſacras introduxit pſalmo-*
,, *dias oriente ſole recitandas, & ſic horas Canonicas,*
,, *& divina quæque officia per integram diem perſol-*
,, *venda: Cathedralem ferè totam renovavit, & ad*
,, *herilem formam redegit. Pro Eccleſiaſtica obſer-*
,, *vantia diſciplinæ nonnulla promulgavit edicta. At*
,, *cum per ſex annos Cæſenaten. Eccleſiæ præfuiſset,*
,, *ad Beneventanam translatus eſt, quam etiamnum*
,, *ſanctiſsimè regit.*
,, JOANNES *Caſimirus Card. Denoff. tit. s. Jo. an-* LXX XIV.
,, *te Portam Latinam, Polonus, Cæſenæ Epiſcopus*
,, *electus eſt ab Innocentio XI. die 10. Decembris an.*
,, *1686. Optimis præfulſit moribus; ſumma doctrina,*
,, *ac paſtorali pietate emicanter illuxit; adeo pau-*
,, *perum amans, ut in illos omnes redditus licet opi-*
,, *mos liberaliter profunderet. Celebravit Synodum*
,, *Diœceſanam, editam Cæſenæ an. 1693. Præfuit de-*
,, *cennio, inde Romam progreſsus onus dimiſit menſe*
,, *Majo an. 1697.*

LXXXV. „ JOANNES *ex Comitibus Fontana*, *Nobilis*, „ *Florentinus ex Mutiliano Diœceſ. Faventina*, *J.* „ *U. D. Gubernator Imolæ*, *Poteſtas Tridenti*, *Præ-* „ *fectus Cubiculi Em. Card. Barbadici*, *Vicarius ge-* „ *neralis*, *ac Præpoſitus Ariminen*, *& tandem Vica-* „ *rius generalis Card. Denoff huic in Epiſcopatu Cæ-* „ *ſenæ ſucceſſit die* 3. *Junii* 1697. *qui cum optimi Præ-* „ *ſulis partes luculenter impleſset*, *ad cœlos evolavit* „ *die* 2. *menſis Martii anni* 1716. *Duas Diœceſanas* „ *ſynodos celebravit*, *alteram menſe Novembri* 1708 „ *quæ impreſſa fuit Cæſenæ*, *alteram menſe Ma-* „ *jo* 1713.

LXXXVI. MARCUS *Battaglini*, *Nobilis Ariminenſis*, „ *cum Nucerinam Eccleſiam* 25. *annos paſtorali pie-* „ *tate rexiſset*, *ad Cæſenatem translatus eſt die* 8. „ *Junii* 1716. *Vir editis elucubrationibus inſignis*, *at* „ *in deum*, *atque in gregem ſuum charitate illuſtrior*: „ *qui dum hæc ſcribimus*, *ſenio confectus deceſſit an.* „ 1717. *menſe Octobri*.)

CERVIENSES, SIVE FICODENSES EPISCOPI. *



* Cervienſis urbis ſtemmata hæc ſunt, quæ contulit nobis Franciſcus Caſtagnaccius nobilis Æſinus I.V.D. Almæ Urbis Gubernatoris in Criminalibus primus Locumtenens, eruditus, antiquarumque rerum peritiſſimus. Ex Append. t. 2.

MEMORIAM antiquiorem, quæ apud ſcriptores extat, Cerviæ civitatis, Rubeus in hiſtoria Ravennati nobis exhibuit, erutam è Ravennatis Eccleſiæ monumentis, cujus aliquando ut ſuffraganea arbitrium venerata eſt. Eam priſci Phycodem dixerunt, quod demum nomen tranſivit in Cerviam, ex quodam miraculo, quod S. Baſſiano, qui poſtea Laudenſis Epiſcopus fuit, ibi eveniſſe narratur. Tametſi contendat Pyrrhus Ligorius in epiſtola ad Carrarium ante Baſſiani adventum Cerviam fuiſſe appellatam, prolata quadam inſcriptione, in qua ejus nominis mentio extat, quam Romæ inter Fori Trajani ruinas repertam teſtatur; ſic autem habet.

IMP. CÆS. NERVÆ
TRAJANO. DACICO GER-
MANICO. PARTHICO
PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII.
IMP. VII. COS. VI P.P. OPTIMO
PRINCIPI.
RAVENNATI. CÆRE-
VIANI. CÆSENNATI
CUR. VIAR. TRA . . .
FAM. . . . . .
D. D.

Quæ tamen apud quoſdam cordatos haud firmiorem fidem invenit. Conſtat ergo nullos antiquiores ſcriptores hujus meminiſſe civitatis. In Flaminia ſita eſt, ſpectatque ad Gallos Bojos, ut vult Leander Albertus. Inſalubri utitur aere ob circumſtagnantes paludes prope mare. Itaque mortales, qui ibi degunt, paulo plus quam duo millia cenſentur, ac mercatores plerumque ſalis, unde Romanis Pontificibus magni, uberioreſque proventus exiſtunt. Etenim Romanæ ſedi ſubjecta eſt, Ravennatiſque ſedis ſuffraganea. Cathedralem habet Deiparæ Virgini conſecratam, mediocris magnitudinis, ac pulchritudinis. Ejus princeps dignitas Præpoſitura eſt, unicum religioſorum monaſterium ibi ſpectatur, tres laicorum confraternitates, xenodochium, ac mons Pietatis. Seminarium extat in caſtello Maſſæ Fiſcaliæ. Deſidem, inſalubremque aerem amplior cenſus Epiſcopatus, qui tria millia ſcutatorum excedit, compenſare cenſetur. Ejus redditus taxa in libris Cameræ centum florenorum aureorum habetur. Divum Tutelarem veneratur S. Geruntium ejus civitatis Epiſcopum; unde conjectura eſſe poteſt jam olim ornatam fuiſſe Epiſcopali dignitate, fidemque Chriſtianam fuiſſe amplexam, dum aliis circumadjectis civitatibus Evangelii lumen illuxit. Cervienſium Præſulum hanc ſeriem damus, quam ex diverſis monumentis ex fide eruimus.

1 S. GERUNTIUS *a* Epiſcopus Ficodenſis, (1) Romanæ ſynodo interfuit ſub Symmacho Pontifice anno 501. inque Callienſi territorio palmam accepit martyrii 504. Ejus feſtum celebratur die 9. menſis Maji. De eo martyrolog. Roman. Rub. lib. 3. Ferrariuſque in catalog. ſanctorum Italiæ. I.

a Seu Gerontius.

2. BONUS floruit anno 650. ex Rubeo. („ *Anno* 649. *interfuit Concilio Lateranenſi apud Hard.* „ *Conc. t.* 3. *p.* 929. *ubi ſubſcribitur Bonus Ficuclenſis.*) II.

3. ADRIANUS anno 853. apud Baronium. III.

4. JOANNES Ficodenſis Epiſcopus *b*, a Nicolao I. Pontifice cum Rodoaldo Portuenſi Epiſcopo in Galliam legatus eſt, ad cognoſcendam Lotharii cauſam, qui cum pellice nefarium contraxerat matrimonium. Videndus Anaſtaſius Bibliothecarius, atque Baronius. („ *Anno* 861. *interfuit Concilio La-* „ *teranenſi ab eodem Nicolao contra Joannem Ar-* „ *chiepiſcopum Ravennatem habito*, *cujus Concilii* „ *Acta retulimus ſupra in Ravennatibus*.) IV.

b De eo in corp. juris c. 11. q. 3. c. 4.

5. * STEPHANUS Epiſcopus Ficodenſis ſubſcripſit literis Joannis XIII. Papæ in Synodo Ravennatenſi datis anno 967. („ *Item literis ejuſdem* „ *Joannis anno* 969. *in Concil. Rom. datis*, *quibus Be-* „ *neventanus Archiepiſcopatus inſtituitur. Vide Ughel-* „ *lus in Beneventanis*.) V.

* Ex Append. t. 5.

6. LEO ejuſdem Eccleſiæ Præſul floruit anno 997. interfuitque Ravennati Concilio, Gerberto Archiepiſcopo ſedente, atque ejus concilii decretis ſe ſubſcripſit ſic: *Leo Epiſcopus Ficodenſis*, *quæ nunc Cervia vocatur*. Ejuſdem etiam mentio extat apud Rub. lib. 5. ad annum 1017. VI.

7. LUCIDUS Epiſcopus Ficodenſis. Hujus meminit Petrus Damiani in epiſt. ad Nicolaum II. Quippe qui moriens præclarum ſane exemplum ediderit, quam moderate ſe geſſiſſet in vita. Supremo enim fato propior, ad portam cujuſdam monaſterii Benedictinæ temperationis ſe deportari juſſit, ubi Epiſcopali dignitate commutata cum monachali ſanctiſſime vitam finivit. VII.

8. Eandem ſedem obtinuit BONUS, hoc nomine II. anno 1069. apud Rubeum lib. 5. forte ille Cervienſis Epiſcopus, qui an. 1083. una cum Bononienſi, & Vicentino Epiſcopis Guibertum in Pſeudopontificem Clementem initiavit apud Baronium ex Bibliothecario. VIII.

9. PETRUS ejuſdem Eccleſiæ Pontifex anno 1151. interfuit conſecrationi Joannis Abbatis monaſterii S. Columbæ in Epiſcopum Placentinum, quam Ravennæ perfecit Archiepiſcopus Moyſes. Rubeus lib. 5. IX.

10. * ALBERTUS Epiſcopus Cervienſis, vixit anno 1166. quo ſe ſubſcripſit in quodam documento, ubi ſe Ficodenſem Epiſcopum appellat; eodem modo in alio documento Ficodenſis Præſul appellatur anno X.

* Ex Append. t. 2.

(1) Ficoclenſis, ſeu Ficuclenſis dicitur in eo Rom. Concilio, atque ita legi debet: cum Cervia prius Ficuclas diceretur. Anaſtaſius enim Bibliothecarius in Vita Theodori Papæ, 12. *milliario à civitate Ravennate* ponit *locum qui dicitur Ficuclas*. Idem locus in vita s. Baſſiani ſcribitur *Phycolis*. Cæterum ſi Gerontius Callienſis Patronus fuit Ficuclenſis ille Epiſcopus, qui dictæ ſynodo Rom. interfuit, vehementer ſuſpicor, non tam fidei cauſa occiſum eſſe (nec enim Gothi, qui tunc Italiam obtinebant, quamvis Arriani eſſent; moleſtiæ quicquam ea cauſa facessebant Catholicis) quam à latrocinantium prædonum manu invaſum, ſpoliatum, ac cæſum fuiſſe; & martyrem dici eodem modo, quo ſolebant olim quotquot violenta morte defuncti, coluntur ut ſancti. *Papebrochius in Actis ss. Maii tom.* 2. *p.* 401. ubi plura de Gerontio.

Digitized by Google

anno 1173. ita notatum inveni in deſcriptione Cervienſis urbis manuſcript. bibliothecæ Barberinæ.

XI. 11. **HUGO** hujus Eccleſiæ Præſul Alberto ſucceſſit anno 1174. apud eandem, cui ſucceſſit Theobaldus.

XII. 12. **THEOBALDUS** ejuſdem ſedis Antiſtes 1187. ab Urbano III. ampliſſimam confirmationem retulit omnium gratiarum, quæ jam olim Ficodenſi Eccleſiæ indultæ fuerant, ut refert Rub. lib. 5.

XIII. 13. **ALBERTUS**, floruit anno 1200. apud Rub. lib. 6.

XIV. 14. **SIMON** Ficodenſem adminiſtrabat Eccleſiam anno 1209. anno vero 1217. translatus eſt ab Honorio III. ad Archiepiſcopatum Ravennatenſem, de quo ibi.

XV. 15. **RUSTICUS**, in hac ſede florebat 1223. de quo idem Rub. lib. 6.

XVI. 16. **JOANNES** Urſarola, civis, & Epiſcopus Cervienſis, eam ſedem obtinuit 1232. Hic conatus eſt Ravennatium tyrannidem, Ravennatiſque Archiepiſcopi jugum excutere. Cæterum cum Ravennates Cervienſem civitatem cepiſſent, id incommodi intulere devictæ, ut ſecum ea omnia monimenta auferrent, quibus Urſarola ſemel arreptæ libertatis poterat jura defendere. De illa injuria ad Romanum Pontificem provocavit Joannes, a quo Præneſtinum Epiſcopum, Othonemque diaconum Cardinalem Auditores obtinuit; qui cum diligenter cauſam excuſſiſſent, pro Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus favorabilem tulere ſententiam, quam Gregorius IX. ſequenti diplomate confirmavit. Extat monumentum in regeſt. ejuſdem fol. 28. epiſt. 115.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Joanni Epiſcopo Cervienſi, &c. ea quæ judicio, &c. uſque communiri, &c.

Sane cum inter te ex parte una, & poteſtatem, & commune Ravennatem ex altera, ſuper Eccleſiæ tuæ privilegiis, & inſtrumentis, quæ per violentiam ab eis illatam amiſſa dicebas, Sale ipſius Eccleſiæ deferendo per diſtrictum eorum relaxandis bannis, & ſtatutis in tuum, & Eccleſiæ tuæ præjudicium, & gravamen editis ab eiſdem, & quibuſdam aliis articulis coram dilectis filiis noſtris Præneſtina Eccleſia, & O. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. tunc in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legatis quæſtio verteretur, demum cum lite ſuper iis conteſtata dictus electus a nobis legationis officium in Ungariam ſuſcepiſſet, & idem Card. ad noſtram præſentiam remeaſſet, nos tamen ſibi, & M. prædictorum ſyndico in noſtra præſentia conſtitutis, eundem Cardinalem ſuper iis deputavimus auditorem, qui viſis, & auditis utrinſque rationibus, habitoque conſilio ſapientum, de mandato noſtro, pro te, & Eccleſia Cervienſi, ſicut in publico inſtrumento inde confecto plenius continetur, diffinitivam ſententiam promulgavit: Quam nos ratam habentes, tuis ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c. uſque communimus. Tenorem autem ipſius inſtrumenti præſentibus duximus inſerendum, qui talis eſt. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno incarnationis ejuſdem 1233. Indict. 6. die martis, 10. die intrante Majo, in præſentia infraſcriptorum teſtium venerab. pater D. Otho S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis a ſummo Papa datus auditor ven. patri Epiſcopo Cervienſi, & Marcoaldo ſyndico, & procuratori cõmunis Ravennatenſis in negocio, quod vertebatur inter ipſos, tulit ſententiam in hunc modum. Cum olim in partibus Lombardiæ una cum domino Præneſtin. legationis officio fungeremur, Ravennam pro quibuſdam arduis negociis accedentes civitatem ipſam invenimus poſitam auctor. Apoſtol. eccleſiaſtico interdicto, & tam poteſtatem, quam conſilium excommunicationum ſententiis innodatos pro venerabili patre Cervienſi, quibus cives Ravennates dicebantur graves, & multiplices injurias erogaſſe, pluribuſque modis damna intuliſſe plurima, & inferre. Nos autem tam indemnitati Epiſcopi, & Eccleſiæ ſupradictæ, quam ſaluti præfatorum civium proſpe[...] cupientes, prout noſtrum officium expoſcebat, utramque partem ad concordiam monuimus diligenter. A *Qui tandem de omnibus controverſiis, & cauſis, pro quibus dicti poteſtas, & conſilium erant excommunicationum vinculis innodati, & civitas ſuppoſita interdicto noſtro ſe arbitrio dicto, & ordinationi totaliter, & plenarie commiſerunt, dictus videlicet Epiſcopus nomine ſuo, & Eccleſiæ Cervienſis, & ipſi Ravennat. per ſyndicum ad hoc ſpecialiter deputatum. Demum præfatus Epiſcopus propoſuit coram nobis, quod cives Ravennatenſes divino timore poſtpoſito, & amore Cerviam accedentes, in Eccleſiam ſuam hoſtiliter irruerunt, privilegia, inſtrumenta, & alia bona ſua ibidem inventa indenequiter aſportantes. Item, quod impediebant eum ſalem ſuum, in quo redditus Eccleſiæ ſuæ pro magna parte conſiſtit, per diſtrictum ſuum portare quo vellet, fecerunt præterea ſtatuta, & banna, quo nullus Salem portaret extra civitatem Cerviæ, abſque illorum licentia, & conſenſu in ſuum, & Eccleſiæ ſuæ grave præjudicium, & gravamen, alias ſibi, & Eccleſiæ ſuæ injurioſi non modicum exiſtentes.* B *Licet autem ſyndicus præfati Communis negaret dictam violentiam de mandato communis fuiſſe commiſſam, factam tamen a Ravennatibus recognovit, & ad ſatisfactionem faciendam pro ipſa ſe noſtræ ſuppoſuit voluntati, aſſerens dictum commune ſatisfeciſſe, nihilominus jam in parte. De aliis vero quæſtionibus jure ordinario reſpondere voluit coram nobis. Nos ergo acceptis pignoribus, & in parte fidejuſſoria cautione pro ſatisfactione damnorum Epiſcopo facienda, de conſenſu ejuſdem, excommunicationis, & interdicti ſententias a judicibus, qui eas tulerant, procuravimus relaxari, ab omnibus excommunicatis receptis de parendo mandatis Eccleſiæ juramentis. Demum pro reſtauratione damnorum, quæ prædictus Epiſcopus ſe paſſum fuiſſe in prædicta violentia fidem fecit, exceptis privilegiis, & inſtrumentis, quorum omiſſionis damnum trium millium librarum idem Epiſcopus faciebat quingentas libras reſtitui fecimus Epiſcopo ſæpedicto. De privilegiis, & inſtrumentis propter eorum magnam exiſtimationem ſperantes ea poſſe inveniri, & reſtitui,* C *in exiſtimationis ſatisfactionem injungere differentes, ſicque ventum eſt ad negotium principale, in quo libellus ab Epiſcopo Ravennatibus eſt oblatus, & ab eorum ſyndicis litem conteſtando reſponſum, factæque ſunt poſitiones, & teſtes hinc inde producti. Libelli autem tenorem, & litis conteſtationis inſerendum duximus, qui eſt talis. Joannes de Roſa, & Henglebaldus ſyndici communis Ravennatis litem conteſtando reſponderunt libello ſibi porrecto a venerab. patre Epiſcopo Cervienſi, dictum commune non teneri in aliquo articulorum, qui exprimuntur in dicto libello, cujus tenor talis eſt: A vobis dominis Jacobo Præneſtino electo, & Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diaconis Cardinalibus, Apoſtolicæ ſedis legatis, petit Joannes Cervienſis canonicus procurator, ſive actor D. Joannis Epiſcopi Cervienſis, nomine ipſius Epiſcopi, & Epiſcopatus, ut compellatis poteſtatem, & commune Ravennat. quod prædictum Epiſcopum ſalem ſuum, quem de juribus, & redditibus ſui Epiſcopatus percipit, unicuique per diſtrictum eorum libere deferre permittant,* D *& quod non per ſe nec per alios impediant, quominus libere, & abſque ulla difficultate ſalem prædictum per ſuum diſtrictum portare poſſit. Item petit, quod bannum, ſive ſtatuta, quod, vel quæ fecerunt in præjudicium, & gravamen Epiſcopi, & Epiſcopatus Cervienſis, debeant relaxare, ſcilicet quibus ſtatuerunt, quod nec aliquis Cervienſis, nec etiam aliquis alius extrahat ſalem de Cervia per terram, vel per aquam ſine ipſorum licentia ſpeciali, debeant relaxare, nec de cætero faciant; & ut compellatis commune, & homines de Ravenna deſiſtere de cætero ab omni injuria, & moleſtatione Epiſcopi, & Eccleſiæ Cervienſis. Item petit commune, & homines de Ravenna compelli ſecuritatem præſtare, ne Epiſcopum, clericos, ſive laicos Cervienſis Eccleſiæ in perſonis, vel rebus offendant, ſed ipſos ſecuros reddant, & faciant pro poſſe ſuo in perſonis, & rebus ubique, tam in diſtrictu ſuo, quam alibi, ſalvo jure, &c. Dumque præfatus dominus Præneſtinus, & nos intenderemus finem imponere negocio memorato,*

acci-

Digitized by Google

*accidit eum a ſede Apoſtolica legatum in Ungariam de-
ſtinari, ſicque fuimus a noſtro propoſito impediti.
Verum ne obtentu noſtri Cervienſis Eccleſia enormem
incurreret læſionem, ſi cauſa remaneret taliter indeci-
ſa, cum dicti Ravennates eſſent ex facto noſtro a ſen-
tentiarum excommunicationis, & interdicti laqueis
expediti, partibus injunximus, ut in termino, qui in
noſtris literis ſuper hoc editis eſt expreſſus, ſe per ſuffi-
cientes reſponſales Apoſtolico conſpectui præſentarent,
quod juſtum foret in toto negotio recepturi. Nobis quan-
do ad curiam redeuntibus, & præfato Epiſcopo, &
Mantaldo ſyndico, & procuratore communis Raven-
natis conſtitutis ibidem dominus Papa nos eis audito-
rem conceſſit ad totum negotium terminandum. Coram
nobis denique negocio inſtaurato, ſyndicus Ravennas
teſtes Epiſcopi voluit reprobare, ſed eo deficiente ad
rubricas faciendas de utriuſque partis atteſtationibus
eſt proceſſum. Tandem ſuper toto negotio eſt multipli-
citer allegatum. Dicebat namq; ſyndicus Ravennas nos
de privilegiis, & inſtrumentis non poſſe rationem arbi-
trii, nec legationis, neq; delegationis, aliquid diffinire,
cum ſuper eis in partibus Lombardiæ, neq; hic fuiſſet, mo-
re judiciorum per libellum videlicet, & litis conteſta-
tionẽ proceſſum; dicebat præterea, quod in primo libelli
articulo, erat commune Ravennate penitus abſolvendũ,
cum de jure communi nemini liceat per terram alterius,
in qua ſibi ſervitus non debetur, invito Domino per-
tranſire, quod per jura oſtendere nitebatur. Idem in
ſecundo debere fieri aſſerebat, cum Ravennates in ci-
vitate Cerviæ juriſdictionem habeant manifeſte. Qua-
re in ea poſſunt banna, & ſtatuta ponere, prout volunt,
ad quod probandum privilegia Principum, & ſummo-
rum Pontificum, nec non inſtrumenta etiam compoſi-
tionum inter ipſos, & Archiepiſcopum Ravennatem,
item inter ipſos, & commune Cerviæ initarum pluri-
ma oſtendebat. Quare tam in iis, quam in aliis arti-
culis in libello ſubiectis, petebat inſtanter abſolvi ſyn-
dicus memoratus; è contra vero ipſum debere in omni-
bus condemnari aſſerebat Epiſcopus ſæpefatus, & in
primis in exiſtimatione privilegiorum, & inſtrumen-
torum cum vis coram nobis ibi fuerit patefacta, & no-
torium fuerit violentiam ſibi factam, idque ſyndicus
communis recognoverit, & ſatisfacere inceperit coram
nobis, unde ibi non fuit alia cognitio, vel ordo judicia-
rius requirendus. Ad primum libelli articulum pro ſe
multa jura inducere conabatur, quibus aſtruitur ma-
nifeſte nemini debere ire per vias publicas interdici,
cum a jure ne prohibeatur, ſit potius interdictum. Ad
ſecundum dicebat, quod etiam ſi juriſdictionem habe-
ret in Cervia commune prædictum, quod minime fa-
tebatur, non tamen licebat eis ſtatuere, vel bannum
ibi ponere in ejus præjudicium, & gravamen, ad quem
proprietas Cerviæ pertinebat, & qui de quolibet onere
ſalis, quod tamen ferebatur, percipere quiddam cer-
tum de jure poterat, & debebat, quod ex rubricis ſuis
dicebat liquido apparere. Unde tam in iis, quam in
aliis petitis petebat dictum ſyndicum, & commune ſi-
bi cum expenſis propter hoc factis ſententialiter con-
demnari. Nos autem viſis, & intellectis actis totius
negotii, diligenter habito multorum conſilio ſapientum,
& nihilominus ſuper dubiis domini Papæ, ac fratrum
certificati reſponſo de mandato ejuſdem domini conde-
mnamus præfatum Mantaldum ſyndicum communis
Ravennatis nomine ipſius communis, ipſumque com-
mune, ut ſolvat dicto Epiſcopo, & Eccleſiæ Cervi-
enſi pro privilegiis, & inſtrumentis perditis per vio-
lentiam ſupradictam, mille libras Ravennat. cum tan-
ti damnum amiſſionis æſtimaverit idem Epiſcopus, &
firmaverit proprio juramento. Item condemnamus
prædictum ſyndicum, & dictum commune per ipſum,
& prædictum Epiſcopum ſalem ſuum, quem de juribus,
& redditibus ſui Epiſcopatus percipit, undecumque per
diſtrictum eorum libere deferre permittant, & quod
non per ſe, nec per alios impediant, quo minus libere,
& abſque ulla difficultate ſalem prædictum per ſuum di-
ſtrictum poſſit portare, quo velit: per diſtrictum
autem intelligimus civili modo, ſcilicet per vias
publicas, & meatus, per terram videlicet, & per
aquam. Item condemnamus eoſdem, ut bannum, ſive*

A *ſtatuta, quod, vel quæ fecerant in præiudicium, &
gravamen Epiſcopi, & Epiſcopatus Cervienſis intole-
rabilem læſionem, ſcilicet, quibus ſtatuerint, quod nec
aliquis Cervienſis, nec etiam aliquis alius extrahat ſa-
lem de Cervia per terram, vel per aquam ſine ipſorum
licentia ſpeciali, debeant relaxare, & attentare ſimi-
lia de cetero non præſumant, cum ſit aperte probatum
dicta ſtatuta, vel banna vergere in Epiſcopi, & Ec-
cleſiæ Cervienſis non modicum detrimentum. Super
aliis vero petitis, quæ ad officium pertinent, provide-
bitur Domino concedente.*

*Actum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem, in
camera dicti domini Othonis Cardinalis. teſtes*
Dominus Epiſcopus Peruſinus.
D. Epiſcopus Auximanus.
D. Gregorius de Alaſio, &
Magiſter Petrus de Supino Clerici ipſius D. Car. &
D. Ilainus de Aroſio, &
D. Scillerius de Auximano judices, & multi alii.

Ego Vuillelmus de Mercorengo ſacri Palatii notari-
B *us præſens fui, & de mandato ſæpedicti domini Car-
dinalis hanc ſententiam ſcrip. & in publicam formam
redegi. Nullus ergo noſtræ confirmationis, &c. ſiquis
autem, &c. Datum Laterani 14. Kal. Junii ann. 7.*

Exceſſit Joannes ſub Innocentio IV. a quo pro ſe,
ſuiſque ſucceſſoribus ampliſſimum privilegium re-
cepit, quod ſpectatur in ejuſdem Pontificis regeſto
fol. 145. epiſtola 224. anno II. Tenor eſt talis.

*INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.*

*Ven. fratri Joanni Cervienſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſ-
ſoribus canonice inſtituendis in perpetuum.*

*In Apoſtolicæ ſedis ſpecula, licet immeriti diſpo-
nente Domino conſtituti, fratres noſtros Epiſcopos tam
propinquos, quam longe poſitos fraterna tenemur chari-
tate diligere, & Eccleſiarum eorum regimini commiſſa-
rum procurare ſpiritualiter, & temporaliter incremen-
tum, ac ipſas contra malignorum incurſus, Apoſtolicæ
protectionis præſidio communire. Ea propter venerabilis
in Chriſto frater Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus cle-*
C *menter annuimus, & Cervienſem Eccleſiam, cui,
auctore Deo, praeeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & no-
ſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privile-
gio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſio-
nes, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum
juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione
Pontificum, largitione Regum, vel Principum, ob-
latione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domi-
no poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, &
illibata permaneant, concedendo ſpecialiter Eccleſiæ
prædictæ ea, quæ inferius propriis duximus vocabulis
exprimenda. Locum videlicet, qui vulgo vocatur Pa-
dule cum ſalinis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ve-
nationibus, & piſcationibus ſuis, qui protenditur a rivo,
qui vocatur Piſatellus, uſque ad miliarium album, &
a decimano uſque in mari. Tenimentum, quod fuit ple-
bis S. Thomæ cum portu, & aliis ſuis pertinentiis; te-
nimentum, quod fuit plebis S. Peregrini cum decimis,
& aliis pertinentiis ſuis; eccleſiam S. Gervaſii cum
pertinentiis ſuis; ripam de Terra firma cum teloneo ſuo*
D *& omnibus aliis pertinentiis ſuis; ripam de mari cum
ipſo littore, & teloneo ſuo, & omnibus aliis pertinen-
tiis ſuis, portum cum teloneo ſuo, & aliis ſuis pertinen-
tiis, plebem S. Vitalis, quæ vocatur Fiſcalia cum ca-
pellis, decimis, teſtamentis, & aliis pertinentiis
ſuis, quæ protenditur ab aggere de Corlungo, & foſſa
piſcaria, & rivo de Rodaldo percurrente ad medium
donorum, ab alio latere medium Virgena, a tertio la-
tere Elia percurrente ad medium lacum Sem. & a
quarto latere Padus, decem manſos terræ, quas Eccle-
ſia tua poſſidet in Maſſa Fiſcaliæ poſitos in rivo majori,
in loco, qui dicitur Canalis mortuus, & in aliis congruis
locis, in prædicto rivo, eccleſiam S. Mariæ in Pado ve-
teri cum pertinentiis ſuis. In territorio Ariminenſi ca-
ſtrum Caſtellionis cum tota curte ſua, & pertinentiis
ſuis, & fundũ Vaſignani, in territ. Caſen. quicquid hære-
des Cãdeli de Runco habent in fundo Fabrica, & in Me-
[illegible], & in Arbuciano, & in Mãtale, qui dicit. in Laurẽ-
tio, & duos integros fundos, Cecilam, & Aſigna-*

nam,

nam, quos detinet ab Eccleſia tua, monaſterium S. Mariæ montis Mauri, in territorio Cornelienſi, & comitatu Imolenſi, caſtrum unum integrum, quod vocatur Plantalduli, & aliud caſtrum, quod vocatur Belvedere, & aliud, quod vocatur ſaxum Gattarium cum omnibus pertinentiis ſuis, in territorio Fanenſi, & Piſaurienſi, caſtrum, quod vocatur Monteſanus cum diſtrictu, & curte ſua, & omnibus ſuis pertinentiis, & duos manſos terræ inter Martaſanum, & ripam altam, quod detinent heredes Ugolini Guidotti, & unum manſum in Lupara, quem detinent heredes Petri Sophiæ, & filii Petri. Et unum manſum in caſula, quem detinent heredes Guidaccii, & Rogeris, & unum manſum in Balſano, quem detinent heredes Brancaleonis, eccleſiam S. Andreæ in Foſſa putrida in civitate Ravennati cum omni jure, & pertinentiis ſuis, eccleſiam S. Nicolai cum omni jure ſuo, & hoſpitale cum omnibus ſuis pertinentiis, & monaſterium S. Martini cum omni jure ſuo. Ripis autem de terra, de mari, & Portubalcum, vel aliquam collectam contra conſuetudinem antiquam imponi auctoritate Apoſtolica prohibemus. Statuimus quoque ut infra tuam diœceſim abſque aſſenſu tuo, vel ſucceſſorum tuorum nullus eccleſiam, vel oratorium de novo conſtruere aliqua occaſione præſumat, ſalvis tamen privilegiis Romanorum Pontificum. Obeunte vero te nunc ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem canonici ejuſdem eccleſiæ communi conſenſu, vel canonicorum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit præfatam Eccleſiam temere perturbare, &c. uſque profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Ravennatis Archiepiſcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, &c. ſubjaceat ultioni, &c. cunctis autem, &c.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſ. Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Otho Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus ſſ.
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Vuillelmus Sabinenſis Epiſcopus ſſ.
Ego P. tit. S. Marcelli presb. cardinalis. ſſ.
Ego Vuillelmus Baſilicæ Apoſt. XII. presb. card. ſſ.
Ego Fr. Joannes tit. S. Laurentii in Lucina presb. card. ſſ.
Ego Fr. Ugo tit. S. Sabinæ presb. cardinalis ſſ.
Ego Aegidius Ss. Coſmæ, & Damiani diac. card. ſſ.
Ego Goffridus tituli S. Adriani diac. cardinalis ſſ.
Ego Octavianus tit. S. Mariæ in Via lata diac. car. ſſ.
Ego Petrus tit. S. Georgii ad vellum Aureum diac. cardinalis ſſ.
Ego Joannes tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ſſ.
Ego Vuillelmus tit. S. Euſtachii diac. cardinalis ſſ.
Datum Lugduni per manum magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii, Kalend. Februarii, Indict. II. Incarn. Dom. anno 1244. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ IV. an. II.

XVII 17. JACOBUS Alexandri IV. Sacellanus, a capitulo electus anno 1254. electioni libere ceſſit in manibus ejuſdem Pontificis.

XVIII 18. UBALDUS ejuſdem Pontificis a ſacrificiis, ab ipſo Epiſcopus creatus anno 1256. extat in regeſto Vaticano epiſt. 384. fol. 50. Pontif. iij. Data Viterbii, 5. Kalend. Julii Capitulo Cervienſi, in qua Ubaldum a ſe electum eidem commendat.

XIX 19. THOMAS Epiſcopus Bituntinus, huc tranſlatus anno 1266. 5. Idus Junii, a Clemente IV. poſt duorum annorum ſpatium, quo paſtore caruerat, regeſt. Vatican. epiſt. 69. fol. 76.

XX. 20. Fr. THEODORICUS Burgundionus Lucenſis, ex Ordine Prædicatorum, vir longe doctiſſimus, ad Cervienſem ſedem pervenit 1270a. quam ille Eccleſiam pie, ſancteque rexit plures annos. Bononiæ deceſſit 1298. ſepultuſque eſt apud S. Dominicum prope majus altare cum hoc epitaphio.

Sepulchrum venerabilis patris
fratris Theodorici de Luca
Epiſcopi Cervienſis,
ord. Fratr. Prædicat.

Et paulo infra.

Hanc Capellam fecit fieri
frater Theodoricus de Borgognonibus de Luca
ord. Prædic.
Epiſcopus Cervienſis,
qui habens in ætate ſua LXXXXIII. annos,
in Epiſcopatu vero . . . .
Obiit anno Domini
M. CC. LXXXXVIII.
in vigilia Nativitatis Domini
orate pro eo.

21. MATTHÆUS Cervienſibus jus divinum XXI.
dixit 1307. apud Rubeum. „ *Interfuit Concilio Ravennati anno 1310. apud eumdem Rubeum.*

22. VVIDO Gennarius civis, canonicuſque XXII.
Ravennas, electus fuit Epiſcopus Cervienſis anno 1317. XVII. Kal. Auguſti, qui incredibili civium ſuorum lætitia in Eccleſia Urſiana inauguratus fuit a Petro Epiſcopo Comaclenſi. De quo idem Rubeus.

23. FRANCISCUS obiit anno 1324.

24 GERARDUS, eadem ſede nobilitatus eſt XVIII
anno 1324. XVII. Kal. Auguſti, tranſlatus ab Ec- XXIV
cleſia Cæſenatenſi a Joann. XXII. ut in regeſt. Vatic. ann. 8. Defunctus eſt anno 1329.

25 SUPERANTIUS Lambertucius b de Cin- XXV.
gulo, cum Adriæ Epiſcopus eſſet, ad hanc Cervienſem Eccleſiam tranſlatus eſt 1329. V. Idus Octobris ex eodem regeſto. Deceſſit 1342. Hic in Cingulana patria eccleſiam S. Hieronymi fundavit, & dotavit, ut inſcriptio, quæ ibidem proſtat legentibus habet, quæ eſt hujuſmodi.

Anno Domini M. CCC. XXXVI. de menſe Septembris in feſto ſancti Hieronymi, quod fuit ultima die ejuſdem menſis, Reverendiſſimus Pater Dominus Superantius quondam Jacobi Lambertucii de Cingulo decretorum doctor, Epiſcopus Cervienſis propriis manibus fundavit, & de propriis bonis dotavit hanc Eccleſiam, & Mattheolus ejus heres eam fecit compleri poſt mortem dicti domini Epiſcopi. Fideles ergo cuncti rogantur, ut Deum pro ipſis rogare dignentur.

26. Fr. GUADAGNIUS de Maiolis, ex Ord. XXVI
Minor. electus Epiſcopus Cervienſis 1342. 6. Kal. Junii ex regeſt. Vatic.

27. JOANNES de Placentinis de Parma in Cer- XXVII.
vienſi throno ſedebat 1364. die 27. menſis Aprilis, ex lib. proviſionum Prælatorum. Tranſlatus ad Eccleſiam Patavinam anno 1370. X. kal. Februarii.



28. Fr. BERNARDUS de Guaſconis Florenti- XXVIII.
nus, Ordinis Minorum, & Epiſcopus Concordienſis, electus Epiſcopus Cervienſis 1370. 3. Kalendas Aprilis. Hic a S. Andrea Corſino in Florentina Cathedrali inauguratus fuit die 27. menſis Maii ejuſdem anni, aſſiſtentibus juſſu Pontificis, Lucio Epiſcopo Cæſenate, ac Præſule Chalcedonenſi. Hujus conſecrationis publicum adhuc extat inſtrumentum Florentiæ in reformationum archivio. Obiit poſt ann. 1377.

29 JOANNES Viventius Florentinus Epiſco- XXIX
pus

a Electum à Capitulo an. 1271. itque confirmatum à Gregorio X. ait Altamura in Bibl. Dominic.

b De eo Aviſcenna in memoriis Cingulanis p. 139 Mandoſ.

pus Piſtorienſis, ad hanc ſedem translatus defuncto A
Bernardo, Bononiæ exceſſit ann. 1382. die 29. Aug.



XXX 30 VVILLELMUS Alidoſius Imolenſis, Archipresbyter S. Mariæ de Saluſtia, ejuſdem civitatis diœceſis, Urbano VI. ita conſentiente, Cervienſem evaſit ad ſedem 1383. ac paulo poſt ad Eccleſiam ſuæ patriæ translatus. B


XXXI 31 JOANNES Vvillelmo ſucceſſit; deceſſitque 1390.

XX XII. 32. PINUS Epiſcopus Paphenſis, poſt Joannem, hujus Eccleſiæ commendatarius fuit 1394. 5. Idus Martii ad eandẽ Eccleſ. translatus eſt. Deceſſit 1402

XX XIII. 33 PAULUM Præpoſitum Ariminenſem, Bonifacius IX. Cervienſem evexit ad ſedem 1402. VIII Idus Martii. Adhuc ſchiſmate durante, turbulentiſſimis temporibus Paulus hanc rexit Eccleſiam, ſiquidem Gregorio XII. cum faveret impenſius a Joanne XXIII. honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt anno 1413. eidem Mainardinus Guellerminus Ferrarienſis ſuffectus. Duravit hæc Eccleſia in partes diviſa uſque ad Conſtantienſe Concilium, thronumque Martini V. Quo tempore, Mainardinus ſemel adeptam Eccleſiam in Pontificis manibus reſignavit, C redditusque Paulo priſtinus honor eſt, qui uſque ad annum 1431. pacifice admodum illam rexit Eccleſiam, ipſoque eodem anno è vita diſceſſit.

XX XIV. 34. CHRISTOPHORUS de S. Marcello Vicentinus, Eugenii IV. Referendarius, intimuſque familiaris, Cervienſi ſede potitus eſt 1431. VI. Nonas Maji. Sedit annos quatuor, translatuſque eſt ad Eccleſiam Ariminenſem, ac deinceps ad Senenſem. Hic cum Bartholomæo Archiepiſcopo Spalatrenſi Eugenii IV. Pontificis legatus fuit ad Baſileenſe concilium 1433.

XX XV. 35. ANTONIUS Cardinalis Corarius Epiſcopus Oſtienſis, hanc Eccleſiam commendatarius ſuſcepit regendam 1435. cui paulo poſt nuncium remiſit.



D

XX XVI. 36. PETRUS Barbus Venetus, Eugenii IV. Pontificis nepos, ad Cervienſem ſedem promotus eſt (1), declaratuſque Cardinalis, eo munere ſe abdicavit circa annum 1448. Hic ille Petrus eſt, quem Apoſtolicam evectum ad ſedem Paulum II. dixere,

37. ISIDORUS Græcus, Cardinalis Rutenus Cervienſem Eccleſiam commendatarius ſuſcepit regendam, eoque munere ſe abdicavit anno 1456. XX XVII

38. Fr. FRANCISCUS Portius Ariminenſis, ex Ordine Prædicatorum, a Calliſto III ad Cervienſem ſedem promotus eſt 1456. die XV. menſis Martji. XXX VIII.



39. ACHILLES Mareſcottus a, filius Galeatii nobilis Bononienſis, Patriæ Archidiaconus, hanc ſedem obtinuit 1474. Id. Junii. Haud mediocri laude prudentiæ undecim annos hanc rexit Eccleſiam. Bononiæ deceſſit anno 1485. die 21. menſis Novembris. Sepultuſque eſt apud S. Dominicum prope majorem portam, in marmoreo nobiliſſimo ſepulchro, ubi ſequens legitur epitaphium. XX XIX.


a De eo Alidoſius de Epiſc. Bonon. p. V. Mandf.

Felſina patritium Mariſcottæ prolis Achillem,
Cervia Pontificem flet, mortis Roma triumphum.
Clarus Eques, Patriaque decus, ſplendorque ſenatus
Galeas excelſo pater abdidit oſſa ſepulchro.
Vix. An. XI.

40. Fr. THOMAS Cataneus Bergomas, ex Ordine Prædicatorum, cum Parentinus electus Epiſcopus eſſet, nondum inauguratus, ad Cervienſem Eccleſiam translatus eſt 1486. die 12. menſis Decembris. Sub Julio II. Lateran. Concilio interfuit. Deceſſit autem anno 1515. vir ſummæ exiſtimationis, ac doctrina celebris, exemploque, ac pietate in Deum incomparabili. Quamobrem de eo ſcite Achilles Mucius in ſuo Bergomenſi theatro part. 6. XL.

Cervia Cataneo clara eſt Antiſtite Thoma,
Neſtoreum cujus fluxit ab ore melos.

41. PETRUS de Fliſco Genuenſis, Romæ Gubernator ad hanc ſedem aſſumptus eſt 1515. Lateranenſi Concilio interfuit ſub X. Leone, decima dum ſeſſio agitaretur. XLI.



42. PAULUS Cardinalis Cæſius cum Eccleſiam hanc ſuſcepiſſet adminiſtrandam, eandem poſtea cum regreſſu renunciavit 1528. XLII.

43. OCTAVIUS Cæſius Romanus, Cervienſis Epiſcopus adlectus eſt 1528. die 23. menſis Martii. Deceſſit circa annum 1534. Illiuſque Eccleſiæ adminiſtratio ad Paulum rediit, qui ſibi regreſſum reſervaverat; ac poſt paucos die eadem conditione, XLIII

44 IOAN-

(1) In ſerie Cardinalium Conclavis ex obitu Eugenii IV. de an. 1447. vocatur electus Cervienſis. Vide Ciaconium Oldoini. tom. 2. pag 951.

XLIV 44. JOANNES ANDREAS Cæſius eandem ſedem obtinuit 1534. die 23. m. Novemb. intraque paucos dies è vita diſceſſit.

XLV 45. SCIPIO deinde Sanctacrucius, nobilis Romanus, Pauli ex ſorore nepos, ac Friderici Cardinalis Cæſii, ad Cervienſem ſedem fuit aſſumptus 1545. Vir probitate vitæ, atque doctrina ſpectatiſſimus, ſupra unum triginta omnino annos illam adminiſtravit Eccleſiam, factuſque ſenior renunciavit 1576. ac poſt ſex annos, quibus tranquilliſſime vixit, ac ſuperſtes fuit, e vivis exemptus eſt 1582.

XLVI 46. OCTAVIUS Sanctacrucius Romanus eadem ſede nobilitatus eſt 1576. die 18 menſis Julii; ſedit annos 6.



XLVII. 47 LAVRENTIUS Campegius a, Sanctacrucio ſufficitur 1582. fato functus eſt 1585. die 6. menſis Novemb.

a De eo Carthariu in Syllabo Adv. p. 179 Mendoſ.

XLVIII. 48 DECIUS Azzolinus Firmanus, Sixti V. dum adhuc Cardinalis erat, ſecretarius, ab eodem Pontifice S. Petri Canonicus renunciatus eſt; die vero 12. menſis Novembris 1585. Cervienſis Epiſcopus, ac paulo poſt Cardinalis, ac demum Archipresbyter S. Mariæ majoris. Sed dum Azzolino indulgentius aſpiraſſet fortuna, im portuno ſublatus fato deceſſit 1587. Non. Octobris, ſepultoque apud S. Mariam Majorem, nobilem tumulum erexerunt, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Decio Azzolino Firmano, S. R. E. Cardinali, & hujuſce Baſilice Archipresb. Sixto V. Pont. Max. cui a ſecretis erat, ob perſpectam fidem, & in rebus agendis prudentiam ad Cardinalatum aſſumpto, & poſt xxi. menſes extincto, ætatis ſuæ anno xxxviii. MDLXXXVII. P. D. M. Pii, gratique animi ſui monumentum benemeriti poſuere.

Ibidem aliud legitur honorarium cœnotaphium ſub ejus marmorea imagine.

D. O M.


Decio Azzolino Firmano S. R. E. Cardinali, qui fidem, & integritatem ſuam Sixto V. Pont. Max. in Cardinalatu primum, deinde in Pontificatu ita prębuit, ut anni ſpatio ad ſummas dignitates merito ejus ſit evectus, majus in diem probitatis ſuæ daturus ſpecimen, niſi immatura morte prӕreptus in medio vitæ curſu defeciſſet. Vixit annos xxxviii. M. III. die viiii. Obiit anno M. D. LXXXVII. Joann. Baptiſta Cardinalis Caſtruccius memor amico optimo poſuit.

XLIX 49. ANNIBAL de Paulis Sixti V. magiſter Aulæ Azzolino ſucceſſit 1587. die 12. menſ. Octobris, cum S. Petri canonicus eſſet 1571.

L. 50. ALPHONSUS Vicecomes Mediolanenſis, a Gregorio XIV. ſuo affine Cervienſis Epiſcopus renunciatus eſt 1591. die 8. m. Feb. factuſque a Clemente VIII. purpuratus ſenator, ad Spoletanam Eccleſiam ab eodem translatus eſt 1601. De quo ibi.

LI. 51. BONIFACIUS Bevilaqua Ferrarienſis, Clementis VIII. Cardinalis, a quo etiam Cervienſem obtinuit Eccleſiam anno 1601. die 10. menſis

A Septembris. Parentes habuit Antonium comitem Macartravæ, Iſabellamque Turcam, filiam marchionis Ariarii, cujus ortus incidit in 1571. juris prudentiæ operam dedit, retulitque lauream Patavii. Archidiaconatus munere functus Ferrariæ eſt. Deinde cubicularius fuit Gregorii XIII. ac utriuſque ſignaturæ Referendarius ſub Clemente VIII. pluriumque civitatum adminiſtrator Eccleſiaſticæ ditionis; qui dum egregia cum laude prudentiæ Camerini jus diceret, Patriarcha Conſtantinopolitanus renunciatus eſt; anno vero 1599. die 17. m. Martii, ſenatoriam purpuram ab eodem Clemente accepit ad titulum S. Anaſtaſiæ. In Umbria legatione functus eſt, atque Peruſiæ, Præfecturaque ſacræ conſultæ in omnibus congregationibus, quas Romæ ſummi Pontifices promovendis, expediendiſque negotiis aliquando erexerunt, graviſſime ſententiam dixit. Gregorio deinde XV. fuit unice charus, abeoque Tornani ducis titulo ornatus eſt. Supremam diem obiit Romæ Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus 1627. die 6. m. Aprilis, anno 57. ætatis ſuæ, ſepultuſque eſt apud S. Andream de Valle. B



C 52. JO. FRANCISCUS e Comitibus Guidis a Balneo, utriuſque ſignaturæ Referendarius, Patracenſis Archiepiſcopus, olim etiam Vicelegatus Avenionenſis, ab Urbano VIII. Nuncius in Flandriam miſſus eſt, inde in Galliam ad Ludovicum XIII. mox etiam Cervienſis Epiſcopus declaratus 1627. die 17. menſis Maii; poſtremo ab eodem Pontifice Senatoria purpura cohoneſtatur 1629. translatuſque exinde eſt ad Eccleſiam Reatinam 1635. Porro in Eccleſia S. Alexii, ubi cum obiiſſet anno 1641. humatus fuerat, ad tanti viri decus, memoriamque ſervandam nobilem marmoreum tumulum extruxit Marchio Nicolaus ejus germanus frater, olim armorum ducatus ferariæ Præfectus, nunc apud Chriſtianiſſimum Regem Apoſtolicus Nuncius, ubi hæc inſcriptio. LII.

JO. FRANC. EX COMITIBUS
GUIDIS A BALNEO
S. R. E. PRESB. CARD.
TIT. S. ALEXII
D QUI OBIIT ANNO M. DC. XXXXI.
DIE XXV. JULII.
ÆTATIS SUÆ ANNO
LXIII.

Optimi Principis jacturam Joannes Baptiſta Cuccinus Epiſcopus Anglorenſis, nunc Imolenſis, prolixe elegantiſſima Epiſtola proſecutus eſt. Elogium præter multos alios eleganti ſtylo more ſuo perſtrinxit Jacobus Philippus Tomaſinus Epiſcopus Æmoniæ in elogiorum litteris, & ſapientia illuſtrium virorum lib. Sed viri optimi manes ſua muſa honeſtavit amicus noſter Gabriel Naudeus.

Flebilibus mea Muſa modis laxare querelas
Nunc decet, & triſtes pergere ad exequias;
Aulica nam pulſat noſtros pia turba Penates,
Et ſatagit Domino ſolvere Juſta ſuo.
Tota domus pullo veſtitur mæſta colore,
Nec viget in nobis, qui fuit ante, nitor.
Uda ſed inviſæ figentes lumina terræ,

Pul-

Digitized by Google

Pulſanteſque novo ſidera cum gemitu,
Luce quaterdena poſtquam ſolatia vitæ,
Quæ fuerant noſtra maxima Parca tulit,
Priſca ſimul petimus Romæ tutoris Alexi,
Molliter acclivo templa locata jugo.
Frigida nam pario ſub marmore condita ſervant,
Æternum flendi membra beata viri.
Scilicet exigua, Franciſce, recumbis in urna,
Europa in tota qui tumulandus eras.
Quippe tibi fragilem licuit dum carpere vitam,
Et facili nevit ſtamina Parca manu,
Auſonios proceres, & magna mentis Iberos,
Flectere quo velles, non labor ullus erat.
Judicioque tuo ſtatuebant fidere gentes,
Quæ rapidi cingunt cornua Danubii,
Quin Dominis rerum Gallis, tua maxima virtus
Tam placuit, charus quam fuit oris honos.
Denique quem Tyrius tecum veſtiret amictus,
Martigenæ nullum ſic coluere viri.
Et nunc quod patria meliori redditus, inter
Degis odoratum fronde virente nemus,
Teſtantur lachrymæ paſſim, gemituſque bonorum,
Atque in Romulea publicus Urbe dolor;
Quod forma, & niveo morum, vitaque tenore,
Par Superis, ſi fas dicere, ſolus eras.
Sed meritis laus parva tuis, nec reddita vitæ
Omnibus impenſæ, præmia juſta forent,
Sola tuo cineri ſi vino, & thure litaret,
Nomine facta tuo clarior Heſperia.
Publica nam ſolitus tractare negotia Princeps,
Qui fueras divum deliciæ, atque hominum,
Te miram ob probitatem, efferri totius orbis
Singultu, & lachrymis ad tumulum decuit,
Sic caput obſcura cum ſol caligine texit
Aurea nec ſolita Cynthia luce micat,
Attoniti mærent populi, quod ſplendida Cœli
Subducta è noſtris ſidera ſint oculis.
Sic ubi demeſſi violenta falce Hyacinthi,
Cernunturque Roſæ, pulcher Adoni, tuæ.
Diſplicet auricoma per ruſtica tecta Juventa,
Sit peregrina licet, ſeu magis indigena.
Hinc quoque te mœſto cum dat Libitina ſepulchro,
Gentibus innumeris cauſa doloris adeſt.
Diſcolor exuſti nam quà jacet accola Cœli,
Quaque jacet nimio terra peruſta gelu:
Tu populis ſolamen eras, queis multa dediſti,
Principibuſque viris provida conſilia.
Ac velut in dubiis quæſitum mittere Phœbi
Limina mos fuerat, fatidicaſque colos;
Abdita ſic proceres ſacrato è pectore fata,
Dum ſibi proſpiciunt, elicuere tuo.
Denique tot regum ſemper verſatus in aula,
Et comes arcanis additus eximiis,
Regnorum hinc poteras moderari fræna, viroſque
Conſpicuos blandis pellicere illecebris.
At tibi divino tepefactum pectus amore,
Cum foret hoc ipſo, tu quoque magnus eras.
Tradita nam fuerant tibi, quæ nutantia longo,
Templa ſitu, fœdis aut male tuta locis.
Nunc ſpecioſa novo ſub fornice culta reſurgunt,
Exemplo, & gaudent Præſulis ore, tuo.
Unde ſuis merito ſcribunt tua nomina Faſtis,
Certatimque ferunt munera ad inferias.
Nos vero adſtricti longo tibi tempore Servi,
Qui tulimus vitæ gaudia blanda tuæ.
Nunc lachrymas oculis, nunc triſtes pectore queſtus,
Oſculaque, & tumulo nunc bona verba damus.
Atque utinam comites tibi nos Fortuna dediſſet,
Nam ſine te luctu perpetuo fruimur.
Nulla mali requies ſine te, ſolatia nulla,
Nullaque te exſtincto ſurgit amica dies.
Sed modo quæ templi eſt facies, quæ pulla columna,
Vela ferunt, medio quæ pyra juncta choro eſt.
Oſſaque cum tædis, depictaque mortis imago,
Mœſtaque ferali carmina dicta ſono.
Illa tui cum ſe referet præſentia, noſtris
Se quoque tunc referent obvia luminibus.
At tu quando aliud ſupereſt nihil, accipe vota,
Quæ tibi ſincero fundimus obſequio.

A *Accipe funeream quam ſolvimus ordine Pompam,*
Et cineri triſtes quas damus inferias.
Tu decus omne tuis fueras, tua gloria nobis,
Servit, & a magno nomine nomen erit,
Tu faciles Tyrio nutus conjungere ſucco,
Et lepidos poteras cum gravitate ſales.
Denique quam vivus vitam, Franciſce, dediſti,
Hanc quoque vis nobis poſt tua fata dari.
Scilicet his meritis mecum, vir magne, legaris,
Convenit, & titulis creſcat ut iſte tuis.
Quod licet ignifero jam nunc potiaris Olympo,
Sunt tamen ad reditum cuncta parata tibi.
Pulchra domus, Famuli fidi, precioſa ſupellex,
Stemmatis atque tui gloria certa Nepos.

53. FRANCISCUS MARIA Merlinus, Forolivienſis, Cardinali de Balneo ſucceſſit anno 1635. die 2. menſis Septembris, Obiit an. 1644. menſe Novemb. LIII.

A D D I T I O.

(,, *Tumulatus in Cathedrali, ubi adhuc vivens ſe-*
B ,, *pulchrum ſibi parari juſſerat cum hoc Epitaphio.*
,, Franciſcus Maria Merlinus, Forolivien-
,, ſis, Epiſcopus Cervienſis, memoriam
,, mortis ſibi primum, poſteris mox ſalu-
,, tarem quotidie inſtantis tumulo præve-
,, niens affixit anno Dom. MDCXLI.

,, Quotidie  Morimur.

,, Mortalis regimen vitæ meditatio mortis;
,, Hanc utinam teneas pectore, voce, manu.
,, Erudiere ſatis, muſa hoſpes, talia noſtri
,, Si ſapis, & cineres dant documenta tibi.

,, POMPONIUS *Spretus, Nobilis Ravennas, J.*
,, *U. D. & Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ Raven-*
,, *natis, cum fuiſſet Vicarius Generalis in Epiſcopatu*
C ,, *Ferrarienſi, ab Innocentio X I. ad Eccleſiam Cer-*
,, *vienſem Epiſcopus adlectus fuit die 8. Januarii 1646*
,, *qui ſumma morum probitate gregi ſuo exemplar præ-*
,, *fulſit. Diœceſanam Synodum convocavit, edidit q;*
,, *ſuaque Eccleſiæ privilegia adauxit in juribus Em-*
,, *phyteuticis. Animam Deo reddidit Ravennæ an.*
,, *1652. Et in Eccleſia S. Vitalis Caſinenſium tumula-*
,, *tus eſt ſepulchrali lapide ſic eloquente.* LIV.

D. O. M.

,, Pomponio Spreto ex Ravennæ Eccleſiæ
,, Canonicis ad Cervienſem Epiſcopatum
,, aſſumpto, viro genere, ac geſtis clariſ-
,, ſimo, ubique ſervata virtutis indole inſi-
,, gni, humile hoc monumentum, altiore
,, animo exoranti, Boniſacius Cataphra-
,, ctorum Dux, & Fr. Valerius Hieroſoly-
,, mit. Commendatarius deplorato fratri
,, mæſtiſsimi poſuere. Vixit an. 58. M. XI.
,, D. XXVI Sedit annos prope VII. Obiit
,, XVII. Kal. Decemb. An. MDCLII.

D ,, FRANCISCUS *Gherius a de Sociis, Nobilis* LV.
,, *Peruſinus J. U. D. & in Romana Curia Agens plu-*
,, *rium S. R. E. Cardinalium, & Principum extero-*
,, *rum, jam Vicarius generalis Nucerinus, Judex*
,, *Baſilicæ S. Mariæ Majoris, & Auditor Card.*
,, *Bentivoli, præfectus Eccleſiæ Cervienſi eſt die 30.*
,, *Majs an. 1655. Sexennio gregem ſuum aluerat*
,, *bonus paſtor, cum vergente in finem anno 1661. fa-*
,, *to correptus eſt; tumulumque accepit in proprio Epi-*
,, *ſcoporum oſſuario in Presbyterio.*

a De ea Oldoinus in Athen. Auguſt. Mon. loſ.

,, ANSELMUS *Dandinus, Nobilis Caſenaten-* LVI.
,, *ſis, J. U. D. cum nonnullas ditionis Eccleſiaſticæ*
,, *urbes Valentanum nempè, Ciſternam, Ferentinum,*
,, *aliaque Oppida prudenter gubernaſſet, Gherio ſuc-*
,, *ceſſor datus eſt die 26. Junii 1662. cum annum ætatis*
,, *ſuæ 37. ageret. Sed brevis Pontifex fuit; ſiquidem*
,, *deceſſit initio anni 1664.*

,, HIERONYMUS *Sanctolini, Nobilis de Ter-* LVII.
,, *ra S. Sophiæ nullius Diœceſis Provinciæ Ravenna-*

,, ten-

Digitized by Google

„ *tenſis, J.U.D. & Vicarius Generalis Abbatiæ S.*
„ *Hilarii dictæ Terræ, nec non Abbas Commenda-*
„ *tarius Monaſterii S. Dominici Ord. S. Benedicti*
„ *Britonorien. Diœceſis, hanc Eccleſiam ſuſcepit re-*
„ *gendam die 15. Junii an. 1665. cum eſſet ætatis anno-*
„ *rum 70. Parum ſupervixit, nam ineunte anno 1667*
„ *defunctus eſt Maſſæ Fiſcaleæ, ubi ejus corpus recon-*
„ *ditum fuit in monumento à magnifica communitate*
„ *extructo in Eccleſia S. Petri.*

LVIII „ JO: *Franciſcus Riccamontius, Ordinis S. Bene-*
„ *dicti Monachus, Philoſophiæ, ac S. Theologiæ Le-*
„ *ctor, Abbas Monaſterii S. Mariæ novæ urbis, &*
„ *S. Congregationis Indicis Conſultor, poſt plura Or-*
„ *dinis ſui munia egregio obita, Epiſcopus Cervienſis*
„ *electus eſt die 9. Aprilis 1668. Diœceſanam Syno-*
„ *dum bis celebravit: ſolemniterque primum lapidem*
„ *jacuit in fundamenta Cervienſis urbis ad litus ma-*
„ *ris noviter ædificandæ quod opus deinde indefeſſe*
„ *perurſit, propriiſque ſumptibus Palatii Epiſcopalis*
„ *partem erexit. In nova Cathedrali ad altare S.*
„ *Franciſcæ Romanæ ejus pietate editum fundavit per-*
„ *petuam Capellaniam. Obiit Ravennæ die 17. Apri-*
„ *lis an. 1707. ejuſque cadaver Cerviam translatum*
„ *in Cathedrali tumulatum eſt penes altare S. Franci-*
„ *ſcæ Romanæ.*

LIX. „ CAMILLUS *Spreti, Nobilis Ravennas, J.U.*
„ *D. S. Conſiſtorialis Aulæ Advocatus, & aliàs*
„ *Archigymnaſii Sapientiæ Romanæ Rector, promo-*
„ *tus ad Epiſcopatum Cervienſem eſt die 15. Aprilis*
„ *an. 1709. Ætatis ſuæ 51.).*

COMACLENSES EPISCOPI.



LAcunoſis in locis ad Adriaticum Mare inter duos Padi Fluminis ramos, Comaclium, ſive Cimaculum a marinis undis ex Græca derivatione appellatum olim, ſatis humiliter exurgit. De ejus origine nil ſatis certi videtur poſſe adferri, tametſi velit Rubeus in 1. lib. Ravennatis hiſtoriæ ab antiquis Pelaſgis fuiſſe conſtructum. Qui tamen de ſuo cerebro potuit protuliſſe quod dicit, cum apud nullos antiquiorum ſcriptorum ejus civitatis mentio reperiatur. Cæterum antiqua traditio eſt, iiſdem temporibus fuiſſe ſubmerſam, quibus haud abſimilis caſus Adriam afflixiſſe narratur; amplamque, ac ſatis opibus florentem Venetos poſtea excidiſſe an. 932. quod contra ipſos Alberto filio Berengarii Regis Italiæ ſuppetias tuliſſet; ut ſuis in hiſt. Blondus enarrat. In Ciſpadanæ Galliæ civitatibus numeratur, ac ducibus Ateſtinis diutiſſime paruit, qui in eam jam olim deformatam plurima contulere ornamenta: hoc tempore Eccleſiaſticos faſces veneratur. Infrequens fere civibus eſt, incolæque magna ex parte piſcatu vitam tolerant, unde ex ſalito piſce, recentique magnos proventus capiunt, refunduntque in Eccleſiaſticum fiſcum. Non ſatis ampla eſt, inque marina aqua in longum magis procurrit. Dignitate fulget Epiſcopali, ſuffragaturque Archiepiſcopo Ravennati. Cathedralis medriocris magnitudinis eſt, ſanctumque Caſsianum divum invocat Tutelarem; ornataque decenter, una Archipresbyteratus

Italia Sacra Tomo II.

A dignitate gaudet, qui animarum curam exercet, ibique canonici quatuor cum octo minorum gentium ſacerdotibus divinum penſum perſolvunt. Haud ſatis commodo domicilio utitur Epiſcopus. Duo in extremitatibus ipſius civitatis monaſteria viſuntur, alterum Capuccinorum, alterum Diſcalceatorum * S. Auguſtini temperationis, quatuor laicorum confraternitates, ac mons Pietatis. Per centum millia paſſum excurrit diœceſis, parum tamen frequens, cum haud pluſquam novem contineat oppida. Epiſcopatus cenſus mille ſupra centum ſcutata exæquat, taxaturque in lib. cameræ centum florenis aureis. Præſules, qui in ea ſede floruerunt, ſequentes ſunt, quos vix reliqua ejus Epiſcopatus monumenta nobis ſubminiſtrarunt.

* Ex App. tom. 9.

A. D. D. I T I O.

(„ *Comacli mentionem nullus licet ex veteribus*
„ *ſcriptoribus faciat, antiquiſſimam tamen urbem eſ-*
„ *ſe innumera in dies ferme vetuſtiſſima vel è terris*
„ *eruta, vel ex aquis monumenta demonſtrant eviden-*
B „ *tiſſime. Pontifici parere cœpit an. 1589. poſt mortem*
„ *Alphonſi Ferrariæ Ducis, quo tempore & totus Fer-*
„ *rarienſis Ducatus eidem Pontifici parere cœpit. In-*
„ *frequentia civium male notatur ad Ughello, ſiqui-*
„ *dem eorum numerus, qui in ea degunt, ad ſex ferè*
„ *millia aſcendit: atque hi non omnes piſcatu vitam*
„ *tolerant: ſiquidem complures nobiles familiæ in ea*
„ *reperiuntur, complures literis præſtantes viri, om-*
„ *neſque ad communem uſum neceſſariæ artes: adeout*
„ *Urbs ſit ſatis nobilis tum populi numero, tum ambi-*
„ *tus extenſione, cum ad tria circiter milliaria excur-*
„ *rat, tum opum affluentia, tum optimarum litterarum*
„ *ſtudio. In ea veteri Cathedrali à fundamentis diru-*
„ *ta recens tum amplitudine, tum ſtructura ſpectabi-*
„ *lis erecta eſt, in qua divina perſolvunt officia qua-*
„ *tuordecim Canonici Capitulares, qui magna ex par-*
„ *te diverſarum Familiarum ſunt Patronatus, qua-*
„ *tuor Canonici Menſionarii, quos Cantores vocant,*
„ *& centum ferme alii Sacerdotes præter Clericos mi-*
„ *norum ordinum complures. Archipresbytero (quæ*
C „ *ſola inter Canonicos dignitas eſt) incumbit anima-*
„ *rum cura, quam tamen per ſe tantum non exercet,*
„ *ſed etiam per tres Curatos Capellanos, quos ſub ſe*
„ *habet. Epiſcopalem autem domum à fundamentis*
„ *noviſſimè refecit, & ampliavit Julius Cæſar Borea,*
„ *adeout ſatis nobile, & commodum nunc pro Epiſco-*
„ *po exurgat domicilium.* Zappata.)

1. PACATIUS anno 500. ſub Symmacho Papa. („ *Pacatianus dicitur in Conc. Romano anni 502.*) I.

2. VINCENTIUS vivebat anno 702. ſub Felice Epiſcopo Ravennate cathedralem S. Caſſiano martyri conſecratam ædificavit, primuſque Epiſcopus fuit hujus noviter conſtructæ Eccleſiæ, tametſi non primus Comaclii, ſiquidem ante Pacatium, de Epiſcopo Comaclenſi habetur mentio in Epiſtola magni Gregorii, quam ad Marianum Archiepiſcopum Ravennatem ſcripſit. In antiquo hujus Eccleſiæ lapide ſacræ Turri affixo hæc inſcriptio legitur, quam nos dum anno 1632. Comaclii eſſemus, ex fide deſcripſimus, & hic apponendam curavimus. II.

D * TEM. DN. FELI. TR. B.
ARCP. SCE. ECC. RAV.
F. VINCENTIUS
RIMU. EP. C. ECC. SCI. CASSIANI
CI. CUM PRIM. ÆDIFIC. P.
IND. VI. FELICIT.

* Ex App. tom. 9.

3. VITALIS floruit an. 827. interfuitque Mantuano Concilio in cauſa Pauli Patriarchæ Aquilejenſis contra Gradenſem, ex Hipp. Doneſmundo p. p. hiſt. Mant. III.

4. CYPRIANUS Comaclenſibus jus divinum dicebat anno 898 (1) apud Rubeum. IV.

(„ STEPHANUS *inter vivos degebat an. 879.* V.
„ *Eidem curam Comaclenſis Ducatus commiſerat, &*
„ *Berengario Carniorum Duci commendaverat, ut*
„ *eum armis confirmaret, ne timore perculſus minus*
„ *valide Comaclenſem populum Romano Pontifici re-*

X bellem

(1) Hoc anno ſubſcripſit Cyprianus Conſtitutioni Joannis Archiepiſcopi Ravennatis ad favorem cœnobii S. Mariæ de Palatiolo apud Rubeum: quam tamen conſtitutionem datam paulo poſt an. 861. ſupra conjicimus in Ravennatibus: ideoque multò ante ſedisſe hic Cyprianus cenſendus eſt.

" bellem reprimeret, Joannes VIII. Papa, ut ex ejuſ-
" dem Joannis Epiſt. quæ eſt n. 167. certiſſimè deduci-
" tur, eidem Berengario Ind. XII. conſcripta, quam
" videre eſt in Concil. editione Labbeana. Zappata.)
VI. (" BERNARDUS, quantum ex hiſtoria Co-
" macli mſ. Baptiſtæ Gaſparini J. U. D. eruditiſſimi,
" & equitis Aureati Comaclenſis, qui ad dimidium
" anteacti ſeptimi ſalutis ſæculi florebat, deſumitur,
" vivebat an. 962. quo anno inſigne ab Othone Impera
" tore Privilegium ſibi, ſuæque Eccleſiæ, obtinuiſſe
" refert, quod ipſe Auctor perlegiſſe demonſtrat, pe-
" nes quem ſit fides. In eo innuit multa bona ad Coma-
" clenſem Epiſcopatum ſpectantia recenſeri, & con-
" firmari. Zappata.)

VII. 5. GEORGIUS ejuſdem ſedis Antiſtes Ravennati concilio interfuit an. 997. ſub Gerberto Archiepiſcopo. * Idem Georgius ante annum 29. ſubſcripſit literis Joannis XIII. Papæ anno 967. niſi alius ſit Gregorius diverſus ab illo, quem vixiſſe habent 997.

* Ex App. tom. 3.

VIII 6. JOANNES Epiſcopus Comaclenſis. De hoc Petrus Damianus narrat Epiſt. 16. lib. quinto furtim pauperi cuidam viduæ abſtuliſſe ſuem, ut immodicæ gulæ ſuæ pareret. Comedit igitur, hilariterque epulatus eſt; ſed ſtatim divinum numen injuriam ulturum apparuit. Etenim in gutture peſſimo ulcere percuſſus, numquam deinceps, niſi difficulter, ſævoque mordente dolore in ſtomachum cibos tranſmiſit. Cumque nulla medica ope, pejus in dies ulceri ſævienti poſſet fieri medicina, Epiſcopali onere depoſito, confugit ad clauſtrum. Ibi monachus factus divinam iram, quoad vixit, patienter, cumque gratiarum actione ſuſtinuit, rariſſimum poſteritati relicturus exemplum, ubique, & ſemper immodicam gulam numini diſplicere, tum vero maxime cum ligurit cibos cum tenuiorum injuria. Non longius abfuit hic Epiſcopus a Petri Damiani temporibus, hoc eſt 1050.

IX. 7. ADELBERTUS, anno 1086. ex Rubeo.

X. 8. HENRICUS vixit 1151. (1) Hic interfuit conſecrationi Joannis Epiſcopi Placentini, ex Ordine Ciſterciensi ad id dignitatis aſſumpti ſub Moyſe Archiepiſcopo Ravennati ex eod. Rub.

XI. 9. JOANNES deceſſit anno 1205. ſepultuſque eſt in templo D. Jacobi Cellæ Volanæ in nemoribus. Hanc Eccleſiam hodie vetuſtas delevit.

XII 10. DONATUS Joanni ſucceſſit an. 1206. Diutiſſime vixit. Anno 1226. cum Accurſio Priore S. Jacobi de Cella Volana acceptilationem tranſegit, pro anima Joannis, ejuſdemque aliorum anteceſſorum, ibi ſepultorum. Templum illud olim Canonicorum Regularium fuit, ubi nobiliſſimum ſpectabatur cœnobium, cujus his noſtris temporibus ne leve quidem veſtigium reliquum eſt, ex mon. illius Eccleſiæ.

XIII 11. N. . . . Epiſcopus Comaclenſis. Hic Eccleſiam S. Mariæ ad Pulidam Bononienſis ditionis conſecravit 1243. ut Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus narrat.

XIV. 12. BOTIUS * ſive Bone, vel Bonus, in eadem ſede vixit an. 1253. ex Rub. lib. 6.

* Ex Append. t. 9.

XV. 13. MICHAEL autem 1270. apud eundem Rubeum.

XVI (" HONORATUS Epiſcopus Comaclenſis crea-
" tus eſt anno 1283. menſe Martio ex ſacra Camaldu-
" lenſi Religione, prout ex Archiv. Camaldulen. Re-
" giſt. 11. 81. deprehendiſſe quondam nobis ſignificavit,
" cum olim Ravennæ in ſuo celeberrimo Claſſenſi Cœ-
" nobio benigniter accepti, per integram fermè hebdo-
" madam una cum eruditiſſimo Dionyſio Andrea San-
" caſſano protophyſico noſtro præſtantiſſimo pernocta-
" remus, doctiſſimus æque, ac candidiſſimus Vir D.
" Petrus Cannetus Abbas Camaldulenſis digniſſi-
" mus, cui hæc ſit merito tributa laus. Zappata.)

XVII 14. Fr. PETRUS * Mancinellus Ferrarienſis,

* Ex App. tom. 9.

A ex Ordine Prædicatorum, Epiſcopus Comaclenſis adlectus eſt 1304. Vidonem in Epiſcopum Cervienſem conſecravit an. 1317. deceſſit autem 1327. (2)

15. SUPERANTIUS Præpoſitus Eccleſiæ Ferrarienſis ſucceſſit Petro electus a Joan. XXII. anno 1328. 13. Kal. Martii: ſequenti vero anno 1329. translatus eſt ad Eccleſiam Adrienſem: ita habet Reg. Vatic. XVII

16. Fr. FRANCISCUS de Boatheriis Bononienſis, Laurentii filius, ex Ordine Prædicatorum ad eandem ſedem promotus eſt an. 1329. 7. Kal. Aprilis ex Regeſto. Deceſſit Bononiæ 1333. ſepultuſque eſt apud S. Dominicum, ubi adhuc ejus ſpectatur effigies leviter inſculpta cum gentilitiis ſtemmatibus, & ſequenti inſcriptione. XIX

Sepul. R. P. F. Franciſci Dei gratia Epiſcopi
Comaclenſis in domo illorum de Boatheriis,
qui obiit an. M.CCC.XXXIII. Ind. 1. die
xxij. Martii, cujus anima requieſcat
in pace Amen.

B 17. Fr. BARTHOLOMÆUS Bononienſis ex Ordin. Prædicatorum, Signinus antea Epiſcop. ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1333. 3. Kal. Aug. Deceſſit autem 1348. ex Reg. Vatic. apud Waddingum. De eo conſule Rubeum libro 6. Nicolaumque Paſchalinum Alidoſium de Vir. Illuſtr. Bononien. XX.

18. Fr. PACIUS ex Ordine Minorum ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes adlectus eſt anno 1348. 6. Id. Decembris; paucos poſt menſes, dum ad ſibi creditam proficiſceretur Eccleſiam, deceſsit. Ex lib. Proviſionum Prælatorum, & ex Reg. Vat. Ep. 247. fol. 119. ann. 7. Clementis VI. XXI.

19. Fr. REMIGIUS Ordinis Eremitarum S. Auguſtini electus, Pacio ſucceſsit 1349. die autem 10. kal. Julii ex Reg. Vatic. Ep. 10. fol. 46. ann. 8. Clemen. VI. XXII.

20. Fr. GVILLELMUS Gallus è Vaſconia, ex Ordine Minorum eadem ſede nobilitatus eſt 1358. duodecim annos ſedit 1370. ad Senenſem deinceps Eccleſiam translatus eſt, ex eod. lib. XXIII

C 21. THEOBALDUS eundem thronum aſſecutus eſt 1370. XXIV

22. BLASIUM Clemens VII. Antipapa evexit ad thronum Comaclenſem 1382. XXV



D 23. Fr. SIMON Salterellus Florentinus, ex Ordine Prædicatorum, olim ſacri Palatii (3) Magiſter, ad Comaclenſem Eccleſiam promotus eſt circa ann. 1385. in quo memoratur in lib. obl. 9. Martii, atque inde ad Tergeſtinam Eccleſiam translatus 1396. 2. Id. Aprilis. Hic pronepos fuit Simonis Archiepiſcopi Piſani. XXVI

24. PETRUS Bonus Abbas monaſterii S. Bartholomæi extra muros Ferrariæ ex Ordine S. Benedicti electus eſt Epiſcopus Comaclenſis 1396. 2. Id. Aprilis Fato functus eſt 1402. ex l. Prov. Prælat. (4) XXVII.

25. JACOBUS Bertucii de Obiziis * Lucenſis Eccleſiæ Senenſis Præpoſitus, Petro Bono ſucceſsit 1402. XXVIII.

* Ex Append. t. 9.

(1) Henricus iſte ſedebat jam in Comaclenſi Cathedra anno 1141. quo ſubſcripſit ſententiæ compoſitionis à Gualterio Ravennate Archiepiſcopo factæ inter Canonicos Majoris Eccleſiæ, & s. Proſperi Regienſes. Vide documentum ſupra in Ravennatibus.

(2) In Adrienſibus teſtatus Auctor Superantium è ſede Comaclenſi ad Adrienſem translatum anno 1327. 10. Kal. Decem. anno vero 1329. ad Cervienſem. Fortaſsè utrobique errat Ughellus: ſiquidem anno 1327. 10. Kal. Decemb. Superantius electus fuerit Comaclenſis Epiſcopus: anno 1328. 13. Kal. Martii Adrienſis: & anno 1329. Cervienſis. Vaticana Regeſta rem claram facient.

(3) Perperam dicitur ab Ughello ſacri Palatii Magiſter hic Salterellus, quem Lectorem Theologiæ in ſacro Palatio dicere debuiſſet. Fontana in Theat. Domin.

(4) Fr. Onuphrius Steccutus, ſive de Viſdominis, Ord. Eremitarum s. Auguſtini, ex Epiſcopo Florentino ad hanc ignobiliorem ſedem fuit transla-

Digitized by Google

1402.2. Non. Januarii, ac poſt duos annos ad Adrienſem Eccleſiam translatus eſt. (1.) A

XXIX 26 JOANNES de Strata Imolenſis, ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1404. 3. Id. Novembris. Fuitque deinde Epiſcopus Forolivienſis.



XXX 27 Fr. ALBERTUS Benedicti de Bonchriſtianis Florentinus, ex Ordine Servorum paulo ante Forolivienſis Epiſcopus electus eſt a Joanne XXIII. anno 1413. per aliquot annos cum Joanne Strata, ad eandem dignitatem a Gregorio XII. aſſumpto gravem litem de obtenta dignitate exercuit, agitavitque; ſed ſublato denique ſchiſmate, inque Conſtantienſi Concilio Martino V. electo, ab eodem Albertus ad Comaclenſem Eccleſiam translatus eſt, an. 1418. 5. Kal. Maji. Strata vero Forolivienſis Epiſcopus eſt declaratus. Superſtes fuit Albertus uſque ad ann. 1332. poſtremamque diem obivit apud Comaclum. Fuit vir doctiſſimus, in primiſque ſui ſeculi oratoribus connumeratus.

XXXI 28 (2) MAYNARDINUS de Contrariis Ferrarienſis, ejuſdem Eccleſiæ adſcitus adminiſtrator, in eandem ſedem ſucceſſit 1432. 11. Kalen. Decemb. Templum S. Mariæ de Aula Regia reſtauravit 1449.

C



XX XII. 29 FRANCISCUS de Folianis Regienſis Ca-

Italia Sacra Tom. II.

nonicus, Præpoſituſque Mutinenſis, atque Commendatarius S. Petri de Sale, Maynardino ſucceſſit 1460. die 28. m. Julii. De quo acta Conſiſt.

30 (3) PHILIPPUS Zobolus Regienſis, S. Proſperi Abbas Commendatarius, ad eandem dignitatem pervenit 1471. e vivis exemptus eſt * 1497 Regii in patria, ſepultuſque eſt in æde S. Nicolai cum hoc epitaphio. XX XIII.

* Ex App. tom. 5.

Philippo Zobulo Franciſci filio, qui ob clariſſimas virtutes à Sixto IV. Pont. Max. Comacli Epiſcopus inſtitutus ille ſe digniſſimum Pontificatu ſemper praſtitit, nam templa aliquot D:O. M. Diviſque nonnulla inſtauravit, inopes liberalitate, cives munificentia juvit, familiam quoque ſuam, ab ipſa Pannonia deductam illuſtravit, unde ſempiternam ſui nobis memoriam reliquit. Hoc poſteri cum effigie ſepul. poſ. Vixit anno XVC. deceſſit MCDXCVII.

B (" *Anno* 1480. *in favorem Monachorum Caſinenſium ceſſit Commendæ ſuæ S. Proſperi, ut dicitur in " Bulla Sixti IV. unionis dicti Monaſterii relata in " Bullario Caſinen. tom. 2. Conſt.* 357. *Memoratur " item Philippus in Bulla Alexandri VI. confirmatoria ejuſdem unionis data an.* 1501. *in eodem Bullario Conſt.* 395.



31. MALADUSIUS *a* Eſtenſis Comaclenſi ſedi præpoſitus eſt anno 1497. die 23. menſis Junii; ac poſt novem annos ſuæ adminiſtrationis ad Julii II. nutum munus illud renunciavit. XX XIV.

a De eo Libanorius in Ferr. aur. p. 1. fol. 68. *Mandoſ.*

32. (4) THOMAS Turchius Ferrarienſis, eandem ſedem aſſecutus eſt anno 1506. die 14. menſis Octobris, ex ceſſione Eſtenſis. Fato functus eſt 1514. (" *cum prius die* 4. *Maji X. Seſſioni Lateranenſis " Concilii interfuiſſet.*) XX XV.

33. GHILLINUS *b* de Ghillinis nobilis Alexandrinus, Jo. Jacobi gentilis, qui apud Joannem Galeatium, & Ludovicum Vicecomites Inſubrum XX XVI.

b De eo Superbus de viris illuſ. Ferr. p. 3. pag. 15. & Libanorius in Ferr. aur. p. 1. pa. 73. qui etiam pa. 71 de Turchio tractat. *Mandoſ.*

 du-

tur an. 1400. à Bonifacio IX. ſeu quod Florentinis civibus impensè faveret, civilibuſque negotiis magis quam pro Epiſcopo videretur, vacaret, ſive quod aliquid aliud ſuberat, quod Pontificis iram merito commoveret. Ex libro tamen Proviſionum ipſius Bonifacii perſpicue erui poſſe videtur Florentia nunquam exceſſiſſe Onuphrium, quippe qui impetrarit à Pontifice potius ſine Eccleſia vitam privatam ducere, quam ignobiliorem ſedem concendere. *Ughellus in Florentinis*.

(1) Hunc Jacobum, ut Epiſcopum Comaclenſem Concilio Piſano interfuiſſe reperio anno 1409. apud Hard. Concil. tom. 7. pag. 103.

(1) FRANCISCUS de Bononia ex Ord. Prædicatorum inter Epiſcopos Comaclenſes an. 1410. ſub Pontif. Martino V. connumeratur ab Alidoſio in Epiſc. Bonon. fol 53. Neſcio tamen an erraverit Ughellus noſter eum prætereundo, an Alidoſius ex uno forte Franciſco de Bononia, quem etiam hic Ughellum ſub n. 16. repoſuiſſe videmus an. 1319. & ipſe etiam Alidoſius ſupra memoraverat fol. nempe 29 binos faciendo. Certum utique eſt poſſe ſuſpicari nominis, & Religionis identitatem errori occaſionem dare potuiſſe. Attamen varietas, & diſtantia temporum, quibus uterque vitam ducebat, centum nempe annorum, validum mihi ſuggerit argumentum ad hoc, ut & iſtum Franciſcum de Bononia, de quo nunc agimus, diverſum ab alio non improbabiliter credam. Scio Ughellum noſtrum hic Albertum Bonchriſtianum ab an. 1418. ad an. uſque 1432. in hoc Epiſcopatu ſuperſtitem fuiſſe teſtari, eodemque anno 1432. Maynardinum Contrarium illi ſucceſſiſſe. Quod an ſit, nec ne, difficile eſt decidere. Certum tamen eſt Gaſparinum in mſ. Comaclen. hiſt. p. 42. Maynardum an. tantummodo 1416. electum eſſe Antiſtitem Comaclenſem aſſerere. Sit tamen eruditis viris de hac re deciſionem pronunciare, quibus æquo animo me ſubiicio. *Zappata*. Ego tamen in eam inclino ſententiam, ut cum hujus Franciſci nulla alia reperiatur mentio, quam quæ fit ab Alidoſio, cujus fides in multis vacillat, quique potuerit centum annorum errore facile decipi, neque ejus meminerit Ughellus, qui Alidoſii opus probe perlegerat, neque Fontana, qui in Theatro Dominicano ejus inſtituti Epiſcopos diligentiſſime recenſet, unus ſit, & idem, ac ille, de quo ſupra loquitur Ughellus.

(3) Matthias in Comaclenſi throno reponitur an. 1478. à Gaſparino in Comaclen. mſ. hiſt. p. 41. Unde tamen hujus Epiſcopi nomen eruerit, non refert. Eſſe tamen poteſt, quod vir patriæ ſuæ antiquitatum ſtudioſiſſimus vel ab aliqua vetuſta deduxerit ſcriptura, vel ex marmore, vel aliquo alio documento. Scimus enim, quod multa deperdita ſint iſtius urbis monumenta, quæ prætteritis proximis annis reperiebantur. Multa quoque Epiſcoporum noſtrorum nomina in antiquis veteris Cathedralis marmoribus legebantur, quæ novato templo deperdita ſunt. Narrat enim mihi illuſtris. Eques Dionyſius Zaratinus concivis, & Amicus meus, vir jam ſeptuagenarius multa in dicto vetuſto Templo ſtetiſſe Epiſcoporum ſepulchra mitris, & Caracteribus variis inſcripta, quorum lapides ad meam uſque infantiam extra novi templi oſtia perſeveraverint omnibus abjecti, tandem vero vel contriti, vel diſperſi, adeout nullus amplius ex illis reperiatur. Quod eo fortius mihi dolet, quo meis temporibus proxima, imo coæva fuerit hæc jactura, ut tamen mihi per ingratam ætatem à ſecunda etiam morte tanta antiquitatis monumenta licuit vindicare, quod noſter Ferrus per incuriam in ſua futili Comaclenſi hiſtoria facere prætermiſit. *Zappata*.

(4) Franciſcus Monicellius Ferrarienſis ex Ord. D. Dominici an. 1508. declaratus fuit Epiſcopus Comaclenſis juxta ea, quæ ſcribit in Apparatu ſac. Auguſtinus Superbus p. 1. fol. 17. & itidem Guarinus in ſuo compend. f. 92. Dubitat tamen Libanorius in Ferrar. aurea par. 1 fol. 73. Num erraverint Auctores ſupradicti, cum expreſſe Ughellus noſter hic aſſerat an. 1506. ex ceſſione Maladuſii ad ipſius urbis Epiſcopatum perveniſſe Thomam Turchium, & vitam ad an. 1514. protraxiſſe, maxime cum æquivocum agnominis alterius Monicellii itidem Ferrarien. ex Ord. itidem Dominicano, qui ut ſupra Auctor noſter hic dixit, an. 1506 vita fruebatur, errori anſam præbuiſſe potuerit, judicium eruditis relinquatur. Gaſparinus tamen in ſua hiſt. mſ. Comacl. p. 41. hunc quoque Franciſcum inter Comaclenſes Epiſcopos nihil hæſitans reponit: imo reflexivè inquit, ſic poſt bis centum annorum ſpatium renovatam in hac ſancta Comaclenſi Eccleſia per dictum Franciſcum Monacelliæ familiæ memoriam. Cæterum prætereire non volumus, quod Auctores omnes, qui de hoc Franciſco verbum faciunt, eum diſertiſſimum oratorem, ac Theologum inſignem fuiſſe deprædicant. *Zappata*.


Digitized by Google

duces, magna valuit auctoritate, eorumque a ſecretis, & conſiliis fuit. Is ab adoleſcentia Camilli Ghillini Jo. Jacobi filii, eruditiſſimi viri virtutes æmulatus in omni ſcientiarum genere, humanarumque rerum experientia excultus, vir magnus evaſit. In Aula primum Hippolyti I. Cardinalis Eſtenſis, mox apud Ateſtinos Principes diu moratus, eorum gratia ad Comaclenſem thronum promotus eſt anno 1514. 1. die ineuntis Septembris; eodemque anno Lateranenſi Concilio interfuit, Mediolanenſis, poſt Ferrarienſis Eccl. Hippolyto Card. Præſule Suffraganeus, eodemque munere ſub Joanne Cardinali Salviato functus eſt. Alphonſi I. ducis a ſecretis, ejuſdemque ad Chriſtianos Principes de graviſſimis rebus legatus, omnium propemodum gratiam promeruit. Ferrariæ tandem octuagenario major defunctus an. 1549. in Eccleſia S. Franciſci tumulatus eſt, hoc addito epitaphio.

D. O. M.
Ghillino Epiſcopo Comaclenſi, utriuſque juris doctori, Palla. & Equeſtri ordine inſigni, ampliſſimis Germania, Gallia, & Romane curia legationibus honorifice, & ad votafuncto, & illuſtriſs. Ateſtinæ fam. Ducibus præcipue chariſs. qui tanta liberalitate in pauperes ſuas opes effudit, ut in acquirendis moderatior ne fuerit, an in elargiendis intemperantior, difficile ſit cogitatu, & quem ann. nat. LXXXII. vitam ſane ſi ad labores, nimis diuturnam, ſi vero ad ejus virtutem, & patriæ deſiderium ſpectes perbrevem mors improba nobis erip. ſuperſt. pietatis, & poſs. obiit autem xiſ. Kal. Januarii M. D. LIX.

Prope ipſum jacet Margarita ejus nepos ſpectatæ virtutis, & nobilitatis fœmina, cujus laudes non tacuit M. Antonius Guarinus in ſuo compendio hiſtorico. Ex nobili hac, vetuſtaque familia, tum Mediolani, tum Alexandriæ viri, & bello, & toga præſtantes floruere, noſtroque ævo de gloria inter ſe certant, certaruntque Æmilius Mediolanenſis ducatus Generalis Commiſſarius in obſidione Taurinenſi tribunus militum defunctus, Benedictus Catholici exercitus Locumtenens, atque Ghilini fratres, Ludovicus magni animi vir, qui diu pro Catholico Rege meruit, tribunuſque militum Niz, Langarumque Provinciæ præfectus inter fortiſſimos duces adnumeratur, Hieronymus Abbas, atque D. Ambroſii Mediolani canonicus, qui virorum illuſtrium elogia ſcripſit, ediditque in theatrum, ita erudite, ut in eo genere nil videatur poſſe deſiderari; Thomas vero in C. Tacitum nobile molitur commentarium, ipſumque Tacitum ex ipſius propemodum divinis ſententiis tanta eruditione, tantaque facilitate explicat, ut ejuſdem a ſecretis aliquando intima cordis ab ipſo accepiſſe videatur.


* Pro ſpiciis ſtemmate arborem repone.



XXXVII. a Laudatur à Superbo lib. cit. p. 52. & Libanorio p. 86. Mendo.

34. ALPHONSUS Roſſettus a Ferrarienſis, Ghilini Coadiutor adſcitus eſt, cum futura ſpe ſucceſſionis anno 1548. die 22. menſis Octobris; inſecutoque anno eidem ſuffectus eſt, interfuitque Tridentino Concilio. Anno vero 1563. ad Ferrarienſem Eccleſiam translatus eſt.

A



35. HERCULES b Sacratus Ferrarienſis, Julii, & Lauræ Turchæ filius, cum Patriæ canonicus eſſet, ad Alphonſum coadiuvandum adſcitus eſt, eidemque deinde ſucceſſit 1563. vitam finivit Ferrariæ anno 1591. Sepultus in Eccleſia Xenodochii S. Mariæ in capite Pontis, ejus familiæ juris patronatus. Quo anno vivebat Jacobus Sacratus filius Jo: Baptiſtæ, & Margaritæ Sadoletæ Jacobi Sadoleti Cardin. Sororis. Epiſcopus Carpentorenſis, comitatus Venaſini rector, frater Pauli canonici Ferrarienſis, in Pſalmos, & Epiſtolas D. Pauli edidit commentaria. XXVIII. b De eo item Libanorius p. 89 Mendoſ.

B

36. HORATIUS Giraldus c Ferrarienſis electus Epiſcopus Comaclenſis anno 1592. Parentem habuit Hieronymum, fuitque Ferrarienſis Canonicus, ac Archipresbyter Carpenſis, Anconitanis, Camerinenſibus, Favenſibuſque incorrupte jus dixit, apud Clementem VIII. Paulumque V. Pont. Maximos gratia præcipuus. Deceſſit Ferrariæ 4. Kal. Februarii 1617. ſepultuſque in Templo S. Nicolao ſacro cum hoc epitaphio. XXIX. c Libanorius item de eo p. 89 Mendoſ.

Clauditur hoc tumulo Horatius Giraldus Epiſcopus Comaclenſis, qui vixit ann. LVII. Obiit ann. MDCXVII. IV. Kal. Feb.

C

37. ALPHONSUS d Sacratus Ferrarienſis, Franciſci Sacrati Cardinalis frater, electus fuit Comaclenſis Epiſcopus anno 1617. die 12. m. Junii, quam deinde ille Eccleſiam reſignavit 1625. Patrem habuit Thomam Marchionem, qui centenarius obiit Arimini ann. 1635. ſex tantum ſuperſtitibus filiis ex viginti duobus, quos ex Camilla Sacrata Julii filia ſuſtulerat. Ipſe vero Alphonſus, Herculis anteceſſoris nepos, Forlivii, Aeſii, Arimini, Peruſiæ, Anconæ Præfectus in juventute jura frænavit, Campaniæ, & Maritimæ Vicelegatus, Umbriæ Peruſiæque advocatus, inter ſacræ conſultæ Patres unus fuit, congregationum Epiſcoporum, & Regularium, Urbiſque viſitationis a ſecretis, mox Romæ Vicesgerens Urbano VIII. Innocentioque X. Pontiff. Maxx. ſedentibus, & huc uſque extitit, teſtaturus etiam deinceps quam in tot obeundis muneribus, ordine toto conveniat cum probitate morum conjuncta majorum nobilitas. Porro Sacrata familia è Burgundia Italiam petiit. Parmæ primum, mox Ferrariæ ſedem fixit poſt S. Majoli Cluniacenſis Abbatis exceſſum, quem ex ejus nobili ſanguine proſeminatum narrant, in cujus memoriam Majolæ cognomen tulit, quod deinceps cum prope S. Mariæ Novæ Eccleſiæ locum, quem Sacratum vocant, Petrus Majolus, ejuſque fratres Marcatelli filii, Uberti abnepotes, qui ſub Federico II. Imp. nobilis miles, Ferrariam ſe receperat, proprias ædes incolerent, vulgus in Sacratum commutaſſe ferunt; unde quidam cecinit Poeta. XL. d De eo atque Libanorius p. 89 Mendoſ.

D

Hæc Majola fuit prius appellata propago,
Cum coleret terras, Parma beata, tuas.

38. CAMILLUS Morus e Ferrarienſis Epiſcopus antea Termulanus, ad Comaclenſem Eccleſiam translatus eſt ann. 1625 f die 19. menſis Februarii. Sacellum ſacratiſſimi Roſarii in cathedrali decentiſſime exornavit, ubi è vivis excedens ſepultus eſt 1630. 10. menſis Maji. XLI. e De eo Libanorius. f 1636. p. 101. Mendoſ. 3. Martii ex Actis.

39. ALPHONSUS Pandulphus g Canonicus, XLII. g De eo Li-

atque

Digitized by Google

Savorius p. 104. & Superbus p. 92. Manduſ. a 1611. 12. Maii ex Actis. * Ex App. tom. 5. atque Theologus cathedralis Ferrarienſis, vir literatura, ac diſciplinarum ſcientia clarus, ab Urbano VIII. ad Comaclenſem ſedem promotus eſt 1630. Quam ille deinde Eccleſiam omni ſollicitudine, ſtudioque pietatis adminiſtravit. * Obiit Ferrariæ anno 1648.

XLIII * Ex App. tom. 5. 40. * JULIUS Cæſar Boreas de Lugo ſucceſſit Alphonſo anno 1649. die 21. Junii. Solemni ritu ingreſſus eſt Comaclum anno eodem 8. Septembris. Sex annos ſedit, defunctuſque eſt 11. Martii 1655. Comacli; jacet in Sacello Sacratiſſimi Corporis Chriſti in Cathedrali.

XLIV a 10. ex Actis. 41. SIGISMUNDUS ex Comitibus Iſæi de Ceſena delectus eſt ſucceſſor Julii Cæſaris die 31. Auguſti 1655. ſuum primum ingreſſum ritu ſolemni fecit die 24. Novemb. ejuſdem anni. Novæ Cathedralis molitioni primum lapidem jecit die 25. Martii 1659. ſumma hucuſque vigilantia boni Paſtoris partes adimplere conatur.

A D D I T I O.

(„ *Multa Cathedrali Eccleſiæ contulit beneficia, il-*
„ *lique argenteam ſupellectilem dono dedit. Obiit tan-*
„ *dem menſe Septembri anno 1670. in Cathedrali tu-*
„ *mulatus.*

XLV. „ NICOLAUS *ex Comitibus de Arcano pariter*
„ *Ceſenas, illuſtriſſima gente procreatus, J.U.D.*
„ *poſtquam Brixighellam, Narniam, & Aſſiſium*
„ *laudabiliter gubernaſſet, annorum 33. ad Comaclen-*
„ *ſem Cathedram evectus eſt die 22. Decembris 1670.*
„ *Novæ Cathedralis erectionem enixè curavit, atque*
„ *in ea ſedilia Canonicalia propriis impenſis conſtru-*
„ *xit; inſignem ſanctiſſimo JESU nomini aram exci-*
„ *tavit, variis pretioſam marmoribus, & ſimplici*
„ *Sacerdotali perpetuo beneficio decoratam, eique Bo-*
„ *næ mortis ſocietatem ultimis vitæ ſuæ diebus adjun-*
„ *xit. Plurima eidem argentea vaſa, Candelabra,*
„ *& alia notæ hujuſcemodi ornamenta elargitus eſt,*
„ *quæ multis ſcutorum millibus æquivalent, eademque*
„ *teſtamento dona firmavit. Sacros apparatus ſericeos,*
„ *& auro textos nemo unquam Anteceſſorum Antiſti-*
„ *tum tanto numero Comaclenſi Eccleſiæ reliquit. De-*
„ *nique cum 44. ferme annos ſibi commiſſam guberna-*
„ *ſet Eccleſiam, extrema confectus ætate diſceſſit po-*
„ *tius, quam obierit anno repar. ſalutis 1714. ipſa pri-*
„ *ma die, quæ SS. JESU Nomini, cujus ipſe ſtudio-*
„ *ſiſſimus, & maximus extitit venerator, feſta coli-*
„ *tur. Fuit vir doctus, & vitæ Sanctimonia præcla-*
„ *rus. Uſque ad extremum vitæ ſuæ diem jurium Ec-*
„ *cleſiæ ſuæ tenaciſſimus contra Eſtenſes Principes de*
„ *Pomposiana juriſdictione lites diuturnas, atque im-*
„ *penſis graves conſtanter exercuit, quæ adhuc vi-*
„ *gent. Ejus Cadaver in marmoreo ſepulchro, quod*
„ *ſibi vivens paraverat, in medio Cathedralis, con-*
„ *ditum eſt cum hac brevi inſcriptione.*
„ Nicolaus Epiſcopus A. N. LXXIX. Sed.
„ XXXIX. V.S.P.M. DCC. IX. O. Quin-
„ que N. N. Poſt. Kal. Jan. O. P. E.
„ *Ejus vero exta, & viſcera, ſic illo mandante, bal-*
„ *ſamis, odoribuſque refecta, ad aquæ luſtralis vas*
„ *in terris intra laterale oſtium repoſita ſunt, his ad-*
„ *ditis in marmore carminibus.*
„ Hic tumulata jacent Nicolai Præſulis oſſa.
„ Urnam luſtrali ſparge, viator, aqua.

XLVI „ FRANCISCUS *Beatini, nobilis Faventinus,*
„ *annorum 50. J.U.D. renunciatus Epiſcopus Coma-*
„ *clenſis eſt die 16. Aprilis an. 1714. Fuit antea Au-*
„ *ditor bo. me. Cardinalis Sanctæcrucis tunc apud Po-*
„ *loniæ Regem, & inde apud Imperatorem Nuncii,*
„ *& tandem Epiſcopi Viterbienſis, nec non Vicarius*
„ *Apoſtolicus in urbe Senogallienſi.* Zappata.)

A

FAVENTINI EPISCOPI.



ANtiquior Faventiæ civitatis, quæ legentibus occurrit, memoria apud Livium eſt, cum Syllam narrat, Carbonis fractoque, fugatoque ad Cluſium, Faventiam, Ficodentiamque exercitu illum excedere Italia tandem coegit, anno ab urbe condita 671. ante vero Chriſti Servatoris adventum 82. Plinius in octava regione illam collocat, Ptolomæus in Togatæ Galliæ civitatibus numerat. Illius meminit Appianus Alexandrinus lib. 1. de bello civili, Capitolinus in vita Ælii Imperatoris, qui Faventina matre, patre vero Hetruſco natus Romanum adminiſtravit Imperium, Spartianus, Agathia lib. 1. de bello Gothorum, Stephanus Epitomator, Caſſiodorus, ex recentioribus vero Blondus, Leander, Cluverius, aliique non pauci, quos omnes, ejus civitatis exordium, res aliquando præclare geſtæ viſæ ſunt latuiſſe, quando præter illius nudum nomen, nihil præterea de Faventia retulerunt in commentarios. In Æmilia ſitam flumen Hamnon dividit, alluitque; dividit, inquam, a frequentiſſimo vico, cum quo per Pontem iterum nobiliter hinc inde turritum conjungitur. Explicatior planities civitatis ædificiis præbet ſedem, abundatque populo nobili, promiſcuoque tum armis tractandis, tum nobilioribus diſciplinis perdiſcendis idoneo. Gothi propemodum totam ex pertinacia belli exciderunt, quam deinde Fridericus Imperat. II. firmiſſima in ea fundata Arce, refecit (1). A florenti Romano Populo numquam perfidioſe defecit, ſed cum deſiiſſent tyranni, nomenque Longobardorum fuiſſet extinctum, cum aliis Æmiliæ civitatibus, ſe in libertatem aſſeruit, ad eam tutandam Prætore tantum inducto. Pertulit deinde dominos Bononienſes, iiſque exactis, Manfredos, cujus nobiliſſimæ gentis Aſtor 15. annorum puer poſtremus tyrannus Faventinorum fuit. Siquidem Alexandri VI. filio Cæſare Borgia in Faventinos ſæviente, cum Joanne Evangeliſta ſpurio fratre cum civitate ipſa captus eſt, adductuſque Romam in Adrianam Molem incluſus, ac paulo poſt cum eodem fratre crudeliſſime jugulatus, inque Tyberim projectus vitam cum Principatu miſerabiliter amiſit. Cæterum haud diu Cæſar Borgia lætatus victoria; a patre etenim Pontifice ex miſerabili fortunæ ludo ſublatus veneno, Franciſco Manfredo Aſtoris item ſpurio fratri Faventini detulere imperium. Qui tum viribus, tum opibus plane defectus, ideoque oneri impar, ſibi deditis Venetos præpotentes impoſuit dominos, uſque ad annum 1509. Ex eo, iis ex rerum converſione Romani ſucceſſere Pontifices, ſub quorum jugo, hoc tempore, tranquilliſſime conquieſcit. Ut autem Faventiæ civitatis origo ex ingrata ſcriptorum injuria habetur perplexa, ſic ſane ex ſapientiorum conjectura videtur conſtare, vel S. Apollinare, vel ejuſdem diſcipulorum aliquo prædicante didiciſſe illam tanquam Ravennæ propiorem Chriſtiana ſacra, donatamque fuiſſe Epiſcopali dignitate, tametſi uſque ad annum 313. nulla illorum, qui in ea ſede floruerunt, memoria occurrat. Tyrannorum ſiquidem rabie contra novos Chriſtianos æſtuante, potuerunt illius

X 3 pri-

(1) Arcem quidem Faventiæ condidit Fridericus II. non tamen urbem refecit: quinimo an. 1241. 18. Kal. Majas ſeptimo obſidionis menſe Faventiam quæ una cum Inſubriæ civitatibus contra ſe ſtabat, occupavit, dirutiſque ſuburbiis, mœnibus, ac propugnaculis, ſublatis etiam clarioribus civibus, per ſummam crudelitatem deformavit. *Cannetus.*

Digitized by Google

primitivæ Eccleſiæ monumenta diſperiiſſe, cui rei argumento ſit, quod pleræque Italiæ civitates poſt Conſtantini Magni Baptiſmum, ac Chriſti fidem altius radicatam, proprium produnt, oſtentantque Paſtorem, ut in Favētina Eccleſia accidiſſe videmus. Cujus Præſul ampliſſima diœceſi gaudens, Ravennati Archiepiſcopo ſuffraganeus eſt. Cathedralis elegantiſſimæ Architecturæ eſt Bramantis ſub invocatione Deiparæ Virginis, ab Ægidio Cardinali Carillo fundata anno 1359. inde munificentia Manfredæ gentis ædificata: numeroſo, amploque Clero ad divinum cultum inſtructa, Præpoſituræ, atque Archidiaconatus dignitatibus nobilitatur, cum gemina præbenda Theologali, atque Pœnitentiali; Archidiaconatus nobilis Severolæ gentis patronatus eſt, cujus proventus ad 650. ſcutata aſcendit. Canonici 12. manſionarii 8. pluresque clerici divinis inſerviunt. Seminarium alit alumnos, proſtatque mons Pietatis ad tenuiorum pauperiem ſublevādam. Ibi perplura pia, ſacraque loca viſuntur, ut monaſteria virorum, ac monialium, ut omnis ordinis mendicantium lectiſſimi cœtus, ut Xenodochia, ut Abbatiæ numero quatuor, ut aliæ quamplures Eccleſiæ, atque laicorum confraternitates, quæ Faventinam pietatem abunde teſtantur. Parochiæ intra civitatem 28. in tota diœceſi 122. numerantur: incolæ in urbe 15000. in diœceſi 60000. Annui proventus ſunt ſcuta 2500. Illuſtrium ſanctorum reliquiis exornatur: S. Savini Epiſcopi Spoletini, ac B. Novolani in cathedrali venerantur, ſed S. Petri Damiani integro corpore, quod apud S. Mariam ab Angelo, Ciſtercienſis Ordinis cœnobium, in Ara marmorea conquieſcit, D. Tutelari ſuo ſplendidius condecoratur. Cenſus ditioris Eccleſia eſt, cujus Præſulum ſeriem modo explicabimus, quam ex Archivio ejuſdem Eccleſiæ, aliiſque monumentis deprompſimus.

A D D I T I O.

(„ *Cathedralis Faventina, quam perperam Ughellus ann. 1359. ſub invocatione Deiparæ Virginis fundatam aſſerit, cum D. Petro etiam ante prædictum tempus ſacra fuerit, quod ex omnibus Pontificiis diplomatibus liquet, iis etiam, quæ idem Ughellus adducit, triplici fulget dignitate, Præpoſituræ ſcilicet, Archidiaconatu, atque Archipresbyteratu, ſexdecim Canonicis, qui cappa magna ad inſtar Canonicorum urbis ex Clementis IX. indulto utuntur, ſex Pœnitentiariis, 13. Manſionariis, duobus ſacriſtis, alioque minori Clero. Verum præter Canonicorum collegium Faventiæ aliud extat Parochorum, qui ſingulis diebus feriatis in S. Stephani Eccleſia ad divina celebranda conveniunt officia, impetrato noviſſime nigræ mozzetæ cum capucio ad honorem indumento. Quatuor Abbatiæ, quæ ibi viſuntur, ſunt, S. Mariæ Angelorum Monachorum Congregationis Fontis Avellanæ, S. Hippolyti Monachorum Camaldulenſium, ejuſdemque Ordinis S. Joannis Baptiſtæ, & Ss. Trinitatis Patrum Cæleſtinorum. Virorum verò octo cœnobia ſunt Dominicanorum, Minorum S. Franciſci, Auguſtinianorum, S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ, itemque tertii Ordinis, Capuccinorum, Carmelitarum, atque ſocietatis Jeſu præter Oratorium Sacerdotum ſecularium S. Philippi Nerii. At Monialium clauſtra ſunt pariter octo, nempè S. Claræ, & S. Pauli ſub D. Franciſci regula, S. Catharinæ, & S. Cæciliæ ſub regula S. Dominici, S. Humilitatis Ordinis Vallis umbroſæ, S. Luciæ Ciſtercienſium, S. Maglorii, & Ss. Trinitatis Camaldulenſium. Aliæ præterea adſunt, neque ignobiles Eccleſiæ, quæ olim à Regularibus tenebantur, & deinde iis amotis in Abbatias, Prioratus, ſive commendas tranſiere, videlicet S. Perpetuæ olim Monachorum Cluniacenſium, S. Apollinaris prius Vallumbroſanorum, S. Bernardi jam Humiliatorum, S. Mariæ Magdalenæ, olim Jeſuatorum, S. Proſperi Canonicorum antea Regularium, & S. Mariæ Angelorum antea Monachorum D. Bernardi, præter nonnullas alias parvas Eccleſias, quarum minores redditus in beneficia, ut vocant, ſimplicia immutati ſunt. Laicorum confraternitates Faventiæ ſeptemdecim viſuntur, Octo Xenodochia, Domus pro mulieribus, quæ ad meliorem frugem convertuntur, & Eccleſia pro animabus, quæ in Purgatorio torquentur, ubi quotidie perplura in earum ſuffragium offeruntur ſacrificia. Diœceſis vero latiſſime patet, cujus præcipua oppida ſunt,* S. Caſsiano, Gattaro, Maradi, *ubi 1300. animæ vivunt,* Bifforco, Criſpino, Mutigliana, *ubi adeſt inſignis collegiata cum 12. Canonicis, & nonnulla Regularium cœnobia, aliiſque 1800. Mortales.* Terdotio, *ubi monialium cœnobium,* Briſighella, *ubi collegiata cum Canonicis, & nonnulla tum virorum, tum ſacrarum Virginum cœnobia, continetque 2000. circiter animas:* Fugnano, *ubi 800. capita, & Monialium conventus,* Oriolo, Solarolo, Granarolo, Ruſſi, *in quibus item aliquot Religioſorum Monaſteria:* Bagnacavallo, *inſigne oppidum, atque tum populi, tum Eccleſiarum frequentia illuſtre,* Cotignola, *proximo haud impar,* Fuſignano, e S. Agata. *Veri fructus Epiſcopalis menſæ aſcendunt ad 2700. Scuta Monetæ Romanæ: taxantur vero in libris cameræ ad flor. 400.)*

1 CONSTANTIUS Faventinus Epiſcopus, I.
Romano Concilio interfuit an. 313. cujus meminit Baron. tom. 3.

2 ÆGIDIUS floruit anno 454. II.

3 JUSTUS autem * 463. („ *Ad an. 465. reiicit hoc Concilium Harduinus in collect. noviſ. Concil. tom. 2. p. 799.)* III.

* Ex App. tom. 2.

4 LEONTIUS vero 649. uſque ad annum 660. („ *Anno 649. Interfuit Concilio Lateranenſi.)* IV.

5 VITALIS ſub Agathone Papa ſextam ſynodum ſubſcripſit anno 680. V.

6 LEO interfuit Mantuano Concilio an. 824. a hiſt. eccl. Mant. (1) VI.

a Seū 826

(„ ROMANUS *interfuit Concilio Lateranenſi à Nicolao I. habito hanno 861. contra Joannem Ravennatem Archiepiſcopum, ut legitur ſubſcriptus in Actis ejuſdem Concilii ſupra in Ravennenſibus relatis. Subſcripſit item conſtitutioni, quam diximus datam ab eodem Joanne Archiepiſcopo circa hæc tempora ad favorem Cœnobii S. Mariæ in Palatiolo.)* VII.

7 CONSTANTINUS à Romano Ravennate Archiepiſcopo, Faventinæ Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus circa annum 880. Quem Joannes VIII. Papa excommunicavit, quod abſque ſua licentia ab Archiepiſcopo ad Faventinæ Eccleſiæ Epiſcopatum promotus fuerit, prohibuitque eum illius Eccleſiæ adminiſtrationem attingere, (2) donec ad ſynodum Romam veniret, ut habetur in epiſtola ejuſdem Joannis ad eundem Conſtantinum, apud Binium tomo 3. Concil. par. 2. VIII.

8 ROMANUS præfuit Faventinis an. 898. (3)

9 PAULUS vero anno 920. Hic Canonicam inſtituit, qui in communi convictu 30. aleret Canonicos. IX.

10. GERARDUS Faventinus divinum jus dixit an. 954. * Præſens fuit ſynodo celebratæ Ravennæ a Joanne XIV. Papa ann. 967. („ *Interfuit idem Gerardus anno 973. Concilio Marzalienſi ab Honeſto Ravennate Archiepiſcopo celebrato.)* X.

* Ex App. tom. 3.

11 ILDEPRANDUS Ravennati concilio inter XI.

(1) Poſt Leonem in ſerie Faventinorum Epiſcoporum locat Tonducius in hiſt. Favent. pag. 139. Deodatum, quem nos Ughellum ſecuti inter Ravennatenſes enumeravimus.

(2) An verò poſtea confirmatus fuerit hic Conſtantinus, non liquet, ſicuti nulla habetur memoria Dominici, quem vice ipſius Conſtantini conſecrandum Romano commiſerat idem Joannes. Fortaſſe cum paulo poſt deceſſerit Joannes, res ceſsere ad favorem Conſtantini, cui Ravennas Archiepiſcopus ſtudebat.


(3) Hic ille Romanus, quem ſupra ad an. 861. retulimus. Gratis verò aſſerit Tonducius in hiſt. Favent. p. 142. interfuiſſe Romanum Concilio Ravennati anno 898. habito, cum id ex Actis non conſtet. De Conſtitutione Joannis Archiepiſcopi, quam Rubeus ad hunc annum refert, cuique ſubſcripſit Romanus, ſatis diximus in Ravennatibus. Quod ſi vera eſt lapidea inſcriptio, quam ex Cantinello profert Cavina in Indice Chronolog. Epiſcop. Favent. præambulo ad hiſt. Favent. Tonducii, hujus tenoris: *An. Dom. Incarn.* CM. III. *ſexto Kal. Jan. indict. ſexta conſecratum eſt Templum, et Altare S. Jo. Apoſt. à Dom. Romano Epiſcopo ſedente Joanne PP. IX.* alter circa hæc tempora ſtatuendus eſſet Romanus Faventinus Epiſcopus.

terfuit temporibus Geberti Archiepiſcopi ann. 927. Vivebat anno 1000. Obruit Ildeprandi Epiſcopi geſta vetuſtas temporum, nec poſteritati alia ipſius memoria propagata eſt, quam quod ejus opera Henricus Imperator, quem illuſtrata miraculis ſanctitas cœleſtium catalogo adſcripſit, D. Romualdo Eremitarum Camaldulenſium conditori, Abbatiam S. Benedicti in Alpibus ad Biſulcum ſitam, cujus eccleſia eidem ſancto ſacra erat, confirmavit. Illud vero cœnobium, a Romualdo, ut ejus ferebat inſtitutum, in Eremitarum ſedem commutatum eſt. At vero pius Imperator vitam eremiticam ipſum inducere permiſit, ut tamen religioſi viri, qui ea diſciplina excolebantur, cum illo eremitico receſſu ab humano conſortio ſegregati D. Benedicti inſtituta ſectarentur, ac coniungerent. Cum vero in cœnobio primævæ illius pietatis ardor deferbuiſſet, & eremiticam vitam religioſi viri abjeciſſent, ad monachorum vitam ſe traduxere, Vallumbroſaniſque monachis monaſterium addictum eſt, (1) qui eo hactenus potiuntur. Ita vero fert Henrici privilegium, quod ex deducto ab ipſo originali exemplo, in libro privilegiorum congregationis Valliſumbroſæ contento, cuſtoditoque in Tabulario D. Praxedis Romæ, mihique humaniſſime communicatum; cujus tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Patris, & Filii, & ſpiritus ſancti.

Henricus Romanorum Imperator Auguſtus.

Dignum videtur noſtræ Imperialiclementiæ religioſorum virorum congruis petitionibus juſte, ac rationabiliter acquieſcere. Quapropter noverit omnium Eccleſiæ ſanctæ Dei, noſtrorumque fidelium præſentium videlicet, & futurorum induſtria, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ, ſeu parentum noſtrorum, noſtraque ſalute, ac dilectiſſimæ coniugis noſtræ Cunegundis Imperatricis Auguſtæ, atque pro interventu religioſi viri D. Romualdi monachi, & eremitæ, quandam Abbatiam ad honorem S. Benedicti ſuper res noſtri juris, conſtructam in alpe, quæ dicitur Biſurco, tantum Regibus, vel Imperatoribus ſolitam inveſtiri, conſtituimus, eamque permanere in proviſu, & diſciplina ejuſdem venerabilis viri D. Romualdi, ſuorumque ſucceſſorum in ipſa eremo perſiſtentium, vitam, & religionem ejuſdem ſervantium; modo ipſa tamen proviſio, & diſciplina contra regulam B. Benedicti non fiat. Confirmantes eccleſiæ S. Benedicti ejuſdem monaſterii illas terras, quas nunc tenet, quarum nomina ſunt hæc; Eccleſiam cum tribus molendinis, & tres manſos in Domicuicrolo, in Galiano manſos duos, & Eccleſiam unam, in Partiſidia Eccleſiam unam, & manſos duos, & molendinum unum, in Caſale manſos duos, in Miſtriano manſum unum, in Drimano manſum unum in Dipidano manſum unum in monte Martino manſum unum, in Affrico manſos duos in Montanis S. Gaudentii manſos quinque; & omnia quæcunque juſte, & legaliter nunc habet, aut in antea habiturus eſt, aut acquiſiturus eſt, aut acquiſivit, ut ea habeat, ac teneat cum omnibus ſuis pertinentiis in integrum; proprietario jure poſſideat eo modo, ut nec iſti, qui nunc ſupereſt, Abbati, nec ſuis ſucceſſoribus, liceat terras Eccleſiæ vendere, aut alienare, aut precarium facere abſque noſtra licentia, ſed tantum ad uſum monachorum ibidem ſervientium, juxta regulam S. Benedicti permaneant. Inſuper confirmamus omnem hæreditatem bonorum ipſius monaſterii, & monachorum, ut tali modo habeat, quo nunc ipſe habet. Conſtituimus igitur, ut ſupradictum monaſterium nulli marchioni, nulli Comiti, nulli Archiepiſcopo, nulli Epiſcopo, nullique ſingulari perſonæ ſubjaceat, niſi ſit in imperiali, & regali poteſtate. Volumus itaque, & diſponimus, ut liceat D. Romualdo, ſuiſque ſucceſſoribus, & Abbati ipſius monaſterii, ſuiſque ſucceſſoribus advocare quemcumque Epiſcopum ad Eccleſias conſecrandas, & ad omnem conſecrationem faciendam. Volumus etiam ut per circuitum monaſterii, & eremi Eccleſia poſſideat ab Oriente a rivo de lacu, ab Occidente a jugo alpium, a Septentrione a Cereſio, a Meridie, collina de Gimellis. Inviolabiliter igitur jubemus, ut non, dux non marchio, non comes, non qualiſcunque magna, vel parva perſona hoc noſtrum imperiale præceptum violare præſumat. Si vero, quod abſit, aliquis illud infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum ducentas libras auri cocti: medietatem nobis, & medietatem dicto monaſterio. Et ut hoc verius credatur, & inconvulſum ſervetur, manu propria ſubſcribentes, noſtro ſigillo inferius inſignari præcepimus.

Sign. D. Henrici  *Imperatoris invictiſſimi Auguſti.*

Theodoricus Cancellarius recognovi.

Datum anno Dom. Incarn. MXII. Indict. x. anno vero D. Henrici II. regnãtis xxi. imperantis vero VIII. Actum pride Kal. Januarii Ravennæ feliciter Amen.

12. EUTICUS, vel Eticus, eandem ſedem obtinuit 1043. (2) XII.

13 UGO vero 1050. (3) XIII.

14. ROLANDUS (4) interfuit ſynodo Papienſi an. 1046. 8. Kalend. Novembris ad favorem Eccleſiæ Veronenſis.

15. PETRUS floruit an. 1056. Poſt cujus exceſſum, XIV. clerus, populuſque Faventinus S. Petrum Damiani invitavit, ut nonum Præſulem electuris vellet adſiſtere; qui itinere, ac laſitudine corporis excuſata, renuit minus, illoſque adhortatus eſt, ut ex conſenſu Pontificis ante Regis adventum Epiſcopum nollent eligere, ut ea ratione, conſilioque erupturas diſſenſiones jugularent lib. 5. Epiſt. 10.

16 LEO Epiſcopus Faventinus an. 1076. XV.

17. ROBERTUS 1086. („ *quo anno nonnullas* XVI. „ *Eccleſias, atque bona largiter conceſſit Canonicis, Capituloque Faventino, ut apparet ex documento relato à Tondúcio in hiſt. Fav. pag. 166. Aliud quoque* „ *viſitur in Cathedralis Faventinæ archivio documentum, quo conſtat Robertum anno* 1104. *die* 3. *Januarii* „ *nonnulla item jura iiſdem Canonicis donaſſe.* Tond.)

(„ CONON *Faventinus Epiſcopus ſubſcripſit* XVII. „ *donationi facta à Roberto ejus Anteceſſore Canonicis* „ *Faventinis, ut ſupra diximus. De eo nulla ulterior* „ *memoria, & quo tempore vixerit ignoratur.* Tonduc.)

18. PETRUS 1116 („ *Cujus anni die* 14. *Auguſti adhuc conſecratus non erat; nam in donatione a ſe* XVIII „ *facta Canonicis Faventinis dicto die* 14. *Auguſti an.* „ 1116. *appellatur electus.* Tonducius.)

19. JACOBUS a 1118. cuidam favorabili diplo- XIX mati Honorii II. erga Piſanam Eccleſiam ſubſcripſit 1126. eoque Præſule idem ſummus Pontifex hoc favorabile diploma Faventinis Canonicis conceſſit an. 1128. ex archivio eorundem deſumpto.

a De Oldoin. in Athen. Aug. p. 365. Mandoſ.

HONORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Faventinæ Eccleſiæ Canonicis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Paſtoralis officii nos pia ſollicitudo conſtringit Apoſtolicæ ſedis tutelam poſtulantibus, & protectionis ſuffragia impertiri. Proinde veſtris dilectiſſimi in Chriſto

(1) A multis annis à Monachis præfatis, una cum pluribus aliis Florentini Dominii monaſteriis ad Canonicos S. Laurentii Florentiæ pertranſivit. *Cannetus*.

(2) Multo ante, ideſt anno 1012. ſedebat in hac Cathedra Ethicus. ſiquidem hoc anno die 16. Martii interfuit teſtis judicio cuidam Bonifacii Marchionis relato à Muratorio in expoſitione jurium Imper. & Eſten in cauſa Comaclenſi pag. 161. Neque minus poſt annum 1041. Ethicus ſupervixit, cum anno 1056. ſubſcripſerit cuidam donationi factæ Oſtiariis Cathedralis relatæ à laudato Tonducio in ſua hiſt. Faven. pag. 102.

(3) Incertum eſſe tempus, quo floruerit Ugo, teſtatur etiam Tonducius in hiſt. Faven. p. 153. Anno certe 1056. vivebat adhuc Ethicus, ut ſupra diximus. Unde poſt hæc tempora vixiſſe Ugonem, & Petrum aſſerendum eſt.

(4) Rolandus iſte perperam inter Faventinos enumeratur ab Ughello, cum fuerit Ferrarienſis Præſul, ut conſtat ex inſpectione adductæ Synodi Papienſis. *Tondutius*.

Digitized by Google

ſto filii Eccleſia Faventina Canonici, petitionibus annuentes, tam vos ipſos, quam & omnia veſtra bona in B.Petri, & noſtram tutelam ſuſcipimus, atque praſentis privilegii pagina communimus. Statuimus enim, ut bona omnia, qua jn praſentiarum cujuſpiam largitione perſona habetis, vel in futurum quocumque modo divinis, & humanis legibus cognito poteritis adipiſci, firma vobis,& illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nullus unquam Archiepiſcopus, Epiſcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, caſtaldio, aut alia qualibet magna, vel parva, cujuſcumque ordinis, aut dignitatis perſona, vos, ſeu omnia, qua habetis, audeat perturbare, aut auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Si quando autem ab aliqua pradictarum perſonarum vos ſenſeritis occaſione qualibet pragravari, tunc vobis liceat ſedem Apoſtolicam libere appellare. Si qua igitur eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtra conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit; ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, officii, atque ordinis ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Qui vero cuſtos, & obſervator extiterit, Apoſtolica benedictionis gratia repleatur, & aterna felicitatis pramio glorietur. Amen. Amen. Amen.

Ego Honorius Catholica Eccleſia Epiſcopus ſubſcr.

Datum Laterani per manum Almeric S.R.ſedis,& univerſalis curia Cancellarii pridie Non. Aprilis, Indictione ſexta, Incarnationis Dominica anno 1128. *Pontificatus D.Honorii Papa II.*

XX. 20. RAMBERTUS floruit an. 1141. Hic Camaldulenſes monachos in Faventinam civitatem introduxit, eiſdem SS.Hippolyti, ac Laurentii attributo templo, ea tamen conditione, ac lege, ut Abbas pro tempore Epiſcopo Ravennam profecturo, ac S.Vitalis, Apollinariſque diem feſtum veneraturo, equum candidum commodaret, ut refert Rub. lib.5.an.1146. eam donationem, & inſtitutionem Eugenius III. Papa prid.Id.Febr. Apoſtolico robore firmavit. Rambertus vero ad annum 1160. pervenit. Ramberti tertio Præſulatus anno Furulphus Archidiaconus, & Petrus Archipresbyter Faventinæ Eccleſiæ, cæterique canonici a Lucio II. Papa an. 1144. hoc nobili privilegio ſunt decorati, ex eodem archivio ab originali excepto; cujus tenor talis eſt.

LUCIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Farolfo Faventina Eccleſia Archidiacono, Petro Archipresbytero, eorumque fratribus, tam praſentibus, quam futuris, in eadem Eccleſia loco eorum ſubſtituendis in perpetuum.

Ad hoc in Apoſtolica dignitatis ſpecula, Domino largiente, promoti ſumus, ut Eccleſiarum utilitati, & quieti paterna ſollicitudine provideamus, & ſuam cuique juſtitiam, ratam, illibatamque ſervemus. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, & B.Petri Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub ejuſdem Apoſtolorum Principis, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quacumque bona in praſentiarum, quomodolibet jure prafata Eccleſia poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſive aliis rationabilibus modis, praſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hac propriis duximus exprimenda vocabulis, plebem S.Petri in Lacuna, cum omnibus ad ipſum pertinentibus, medietatem plebis S. Andrea in Panigale cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam S.Chriſtophori martyris, dicta caſtrum Quartulli, eccleſiam S. Andrea in Caſanaula, eccleſiam S. Maria in Morlaſcho. Praterea Arcuatum majorem, & minorem, Fermilinum majorem, & minorem cum appendiciis ſuis, videlicet Fabriati, Morena cum campo majore coharente ſibi, & Taulis de Villanova, duos manſos in Licutino, quatuor in Pegulino, duos in Amerino, locum qui dicitur Gargugnanus, locum qui dicitur Curiglianus, locum qui dicitur mons, locum qui dicitur Tillitus, duos manſos in Varano. Quidquid habetis in Fuſtarini, in Pigna, in Pitriolo, & in quibuſcumque locis, villis, vel fundis, terris, vel aquis, aquarumve decurſibus. Sancimus etiam vobis, veſtriſque in perpetuum ſucceſſoribus antiquas Eccleſia veſtra conſuetudines, honores, dignitates in decimis, primitiis, teſtamentis, oblationibus tam vivorum quam mortuorum, antiquitus conſuetis plebium Epiſcopatus veſtri, proceſſionibus, & penſionibus, omnibuſque perſolutionibus, prabendis, ſive redditibus, quemadmodum vos, aut pradeceſſores veſtri, ex antiquo veſtra Eccleſia uſu habuiſtis, tenuiſtis, & poſſediſtis, a die obitus b. mem. Pauli ejuſdem Eccleſia venerabilis Epiſcopi uſque ad tempus Jacobi ſucceſſoris ejus. Oleum autem infirmorum, & eorundem unctiones, de tota plebe veſtra, ſoli Eccleſia veſtra, ejuſque ſacerdotibus in perpetuum, Apoſtolica ſedis auctoritate firmamus. Et ut nullus capellanorum apud ſe retineat, vel in eo ſine matricis Eccleſia licentia operetur ſub eorum officii interminatione, ac excommunicatione pracipimus. Archidiaconum quoque, & Archipresbyterum ſemper in Eccleſia veſtra per canonicam conſtitutionem habendos pracipimus. Quibus nimirum quicquid eis ſacrorum canonum auctoritate conceditur, praſentis privilegii auctoritate firmamus. Sane charitative illa ciborum beneficia, qua a monaſteriis S. Maria foris portam, & S. Hippolyti, ſive qua in Nativitate, & reſurrectione Domini, annis ſingulis ab Epiſcopo veſtro recipere conſueviſtis, ſive in dictis monaſteriis conſuetas proceſſiones feceritis, ſive ipſas caſu excuſabili prohibente ſubtraxeritis, vobis, veſtriſque poſteris, rata ſancimus, & illibata ſervari. Hoc etiam Eccleſia veſtra perpetuis temporibus ratum, & inconvulſum manere decernimus, ut de univerſis eccleſiaſticis negociis, ſive contractibus, qua ad diœceſim Faventini Epiſcopatus pertinere noſcuntur, formandi, aut reformandi, judicandi, ſeu diſponendi, ſine conſilio, & aſſenſu veſtro, veſtrorumque ſucceſſorum, nullus omnino habeat facultatem. Sepulturam quoque eidem Eccleſia omnino liberam eſſe concedimus, & eorum corpora, qui ſe in illis ſepeliri deliberaverint, vel eorum, qui per conſuetam parentela, aut cognationis ſepulturam ad cœmeterium veſtrum pertinere noſcuntur, ſine licentia veſtra, nullus recipere praſumat, niſi forte adhuc viventes, quodlibet propoſitum religionis aſſumpſerint. Quaſi quis auſu temerario recipere, vel ſepultura tradere praſumpſerit, ſive clericus ſit, ſive laicus, uſque ad condignam ſatisfactionem eccleſiaſtica vindicta ſubiaceat. Ad hac adiicientes ſtatuimus, ut ſine veſtro, aut ſucceſſorum veſtrorum aſſenſu, nulla nova Eccleſia, vel oratorium infra Faventini Epiſcopatus terminos conſtruatur, vel conſecretur. Que ſi ſecus conſtructa, vel conſecrata fuerint, in ipſis auctoritate Apoſtolica divina prohibeatis officia celebrari. Apoſtolica nihilominus auctoritate interdicimus, ut nullus de Epiſcopatu veſtro, quem canonice interdixeritis, aut excommunicaveritis, occaſione alicujus privilegii, ſive auctoritatis vobis reſiſtere, aut contradicere praſumat, ſed mandato veſtro ſine contradictione obediat. In communi etiam veſtra civitatis interdicto, nulli Eccleſia, qua interdicta fuerit, officium manifeſte liceat celebrare. Nulli quoque Archiepiſcopo, vel Epiſc. liceat aliquem matricis Eccleſia clericum officio, ſeu beneficio ſine canonico judicio ſpoliare. Illud quoque praſenti decreto duximus annectendum, ut tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus, tam in communibus, quam in privatis, vos, veſtrique ſucceſſores ab omni tributaria exactione immunitatem omnimodam habeatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum, &c. Si qua igitur &c. Univerſi autem, &c. Amen.

Datum Lateran. Kal. Junii anno I.

Anno vero 1158. Rambertus Friderici I. Imp. partibus adhærens, ab eo in Ronchaliæ conciliabulo ſequens pro capitulo ſuæ Eccleſiæ obtinuit privilegium, cujus authographum in archivio


ejuſ-

Digitized by Google

ejuſdem Eccleſiæ aſſervatur.

In nomine S. & individuæ Trinitatis Fredericus, divina favente clementia, Romanorum Imper. Auguſtus.

Divinum miniſterium juxta Apoſtolum gerimus; Vindices malorum ſumus, qui imperii moderamine fungimur, dignumque eſt, ut in eo functio noſtra divino cultui militet, invigilet, & laboret, quo & Chriſtiana religio tutiſſima maneat, & pro ſtatu imperii noſtri ſupplicare non deſinat. Quamobrem licet omnibus Eccleſiis providere, & ad exhibendum divinum cultum pacatiſſimas reddere velimus, ſpecialiter tamen Faventinam juvare decrevimus, quam interventu fidelium noſtrorum R. Cancellarii, & Guid. Blandratenſis comitis, ſed & D. Ramberti ejuſdem ſedis Antiſtitis in noſtram tuitionem ſuſcipimus, nobiſque commiſſam tutiſſimam fieri volumus, hujus precepti noſtri decreto, ſalvo per omnia imperiali jure, eidem Eccleſiæ confirmantes quæcumque ſub præfato Ramberto Epiſcopo juſte adquiſivit, vel in futurum legitime adquiſitura eſt, vel quæ vetuſtis, moderniſque temporibus juſte, ac legaliter habuit, vel nunc habet, vel in poſterum habebit, ideſt omnes canonicas congregationes, monaſteria, xenodochia, plebes, ſeu quaſcumque Eccleſias cum terris, decimis, primitiis, oblationibus, & omnibus pertinentiis ſuis, curtes etiam villas, caſtella, terras cultas, vel incultas, ſylvas, paludes, aquas, aquarumque decurſus, & omnia, quæ intra civitatem ipſam Faventiam, vel extra juſte detinet, cum portis q. . & publicariis mercatis, ſtationibus, redditibuſque villarum, & ripaticis, & ſi quæ ſunt alia, quæ eidem Eccleſiæ jure pertinent, ſeu pertinere debent abſque teloneis, & diſtrictis noſtris. Si vero aliquo malo eventu, ut ſæpe contingit, eidē Faventinæ Eccleſiæ inſtrumenta deperierint, quibus ipſa Eccleſia bona ſua retinere, ac tueri debuerat, ſtatuimus, & pro animæ noſtræ remedio præceptali pagina confirmamus, ut ſi quæ vel in ſcriptis, vel probabili teſtimonio antiquorum, & veridicorum virorum reperiri potuerint, noſtra Imperiali auctoritate ſuffulta, eidem Eccleſiæ inconvulſa, atque inviolata, omnium hominum contradictione remota, & ſalvo jure noſtro, permaneant, irrita fieri jubentes, quæcunque infideles noſtri Imperii nociva eidem Eccleſiæ Faventinæ, beneficiis, feudis, ſeu alio quolibet mandato deſtruxerunt. Imperiali quoque edicto noſtro præcipimus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, caſtaldio, ſchuldachius, capitularius, nulla perſona magna, vel parva audeat diſtringere homines prædictæ Eccleſiæ, vel ſupra terram ejuſdem Eccleſiæ, vel monaſteriorum, ſeu cæterarum Eccleſiarum ad Epiſcopatum Faventinum pertinentium habitantes, nec de terris ejuſdem Eccleſiæ placitum, vel diſtrictum facere, aut fodrum, vel angariam, ſeu commendationem, vel aliquam publicam, vel privatam exactionem requirere præſumat, excepto ſolo Imperatore, vel ejus certo legato; clericos etiam ejuſdem Eccleſiæ ab omnium laicorum diſtricto, a fodro, & publica exactione liberos eſſe præcipimus, ut a ſolo Epiſcopo, qui Eccleſiæ præfuerit, diſtinguantur, quo cunctis hujuſcemodi occupationibus abſoluti, miniſteriis ſuis expeditius vacent, & pro ſtatu Imperii noſtri liberius ſupplicent. Quicumque autem hujus noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, medietatem prædictæ Faventinæ Eccleſiæ. Quod ut certius credatur, & firmius obſervetur, præſentem paginam noſtri ſigilli impreſſione munitam confirmavimus.

Signum D. Fride- Imperatoris invi-  *rici Romanorum ctiſſimi.*

Ego Romualdus cancellarius vice Friderici, &c. recognovi, anno Dom. Incarn. 1158. Indict. 7. regnante Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo.

Data in Runchalia 7. Kalend. Decemb. anno regni ejus ſeptimo, Imperii vero quarto.

(„ *Vivebat adhuc Rambertus anno 1168. die 1.* „ *Aprilis, quo una cum Canonicis, & Conſulibus ci-* „ *vitatis conceſſit Monachis S. Crucis de Avellana* „ *Monaſterium S. Mariæ foris Portam. Refertur do-* „ *cumentum à Tonducio in hiſt.* Faven. p. 201.)

21. JOANNES Ramberto ſucceſſit circa annum 1160. (1) variaque fortuna uſus, Faventinam Eccleſiam adminiſtravit. Cum enim Ænobarbi partes ſeditioſe foviſſet, ab Alexandro III. Pontifice omni honore ſpoliatus eſt, iterumque cum Ænobarbus ejurato errore, ac pertinacia ſchiſmatis cum Pontifice in gratiam rediiſſet, Joanni etiam exſoluto cenſuris honor Faventini Epiſcopatus eſt reſtitutus, cumque aliis Præſulibus Ravennati Archiepiſcopo ſubjectis Lateranenſi Concilio aſſedit anno 1179. domumque reverſus poſt aliquot annos, ſtudio fidei, pietatiſque ſuccenſus cum Vidone Archiepiſcopo Ravennati, validioribus armis ſuccinctus tranſmiſit in Syriam, ſubque Ptolemaide cum Saladino procurrens ſtrenue, glorioſeque occubuit cum Ravennati Vidone anno 1190. Rub. lib. 6 & Anonymus vitæ Alexan. III. bibliothec. Vatic. Habeo apud me Friderici Imp. diplomatis exemplar, quo ann. 1160. Joanne Epiſcopo Faventino vivente, monaſterium S. Mariæ de Criſpino in alpibus ſitum, hujus diœceſis, ſub imperiali protectione ſuſcipitur, eximiturque ab omni tam Florentinorum, quam Faventinorum juriſdictione. Quod documentum cum ſatis egregium ad ejus tempora, locave illuſtranda videatur, non pigebit hic ad literam tranſcribere. XXI.

In nomine S. & individuæ Trinitatis, Fridericus, divina favente clementia; Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Quoniam tenemur ante tribunal Chriſti, Deo, ſuæque ſanctæ Majeſtati in die judicii reddere rationem, ſi per improvidentiam Imperii noſtri, homines in camino perirent: & nulla major eſt in mundo hoc merces, in locis egentibus conſtruere fontes, & hoſpitales, & maxime in alpibus, unde domeſtici Dei debent tranſire. Quapropter cognoſcant univerſi Chriſti Imperii noſtri fideles per Italiam conſtituti præſentes, & futuri, quod nos pro amore Dei Jeſu Chriſti, & pro noſtra, omniumque perpetua ſalute monaſterium glorioſæ Mariæ de Criſpino ordinis S. Benedicti Abbates, monachos, & omnes in eo Deo famulantes, & omnia bona ejuſdem monaſterii mobilia, & immobilia, ſub noſtræ Majeſtatis protectionem, atque tutelam benigneque ſuſcipimus, & omnes alios homines infra veſtrum territorium habitantes, & habitaturos, ſeu, ut extenditur a ponte Viliani uſque ad pontem Petræ ſanctæ. Statuentes, & facientes vos exemptos a conſortio, & dominio Florentinorum, & Faventinorum, a Comitibus Guidis, & ab illis de Piſce, a Paganis, & a Gattorigiis, a Guelfis, & ab Ubaldinis, & ab omnibus aliis nobilibus viris. Immediate ſub Imperiali Majeſtate recipimus vos, dantes, & concedentes vobis, domine Abbas, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum licentiam colligere, vel colligi facere nomine veſtri Monaſterii in loco, ubi dicitur Paracapello veſtro terreno, Pedagium omnibus per eundem locum tranſeuntibus, pro quolibet capite unum, dicitur, Lucen. qualibet vice, & pro qualibet beſtia ſarcinata, vel onuſta quatuor denarios; Judæis quoque, & barbaris, ac in hæretica pravitate collapſis, valeatis eorum ſpolia accipere, & ea convertere in cibum pauperum. Sic fuit vobis indultum ab Apoſtolica ſede, ſic habeatis in hac parte, promittentes vobis in verbo veritatis, conſtrui facere pontem, & hoſpitale in ſupradicto loco Paracapelli, & manutenere in perpetuum. Statuentes in eodem unum, vel duos de veſtris fratribus, ut pauperes Chriſti conſolentur, & recipiantur. Inſuper concedimus vobis, domine Abbas, de plenitudine poteſtatis, & obtentu Ducis Bavariæ dilecti no-

(1) Perperam Joannes iſte dicitur Friderico I. ſtuduiſſe, ideoque Pontificii anathematis fulmine percuſſus. Imo Toloſanus graviſſimus hiſtoricus Faventinus, planè temporibus illis proximus narrat Rambertum Epiſcopum una cum Abbate S. Mariæ foris Portam an. 1167. Friderico negaſſe obſequia. Quibus conſonat Sigonius Faventino inter Epiſcopos hac de cauſa communione Chriſtianorum interdictos, minime annumerato *Cavaetus*. Nonniſi vero poſt annum 1168. ad ſedem Faventinam pervenire potuiſſe Joannem ex ſupra relatis in Ramberto deducitur.

noſtri, cui in eundo Florentiam multa ſervitia in veſtro cœnobio exhibuiſtis, in juriſdictione Grandorum, Tabellionum, & ejuſdem juriſdictionis gratiam Imperii refundentes in ſubjectos ferre arma, cum tota veſtra familia poſſitis, tam in Tuſcia, quam in Romandiola. Omnia vero jam vobis conceſſa imperiali auctoritate noſtra confirmamus. Statuentes, & ſub obtentu gratiæ noſtræ firmiter præcipientes, quatenus de cætero, nullus Archiepiſcopus, non Epiſcopus, non dux, non comes, nec vicecomes, nulla civitas, vel poteſtas, non capitaneus, nullaque perſona ſecularis, vel eccleſiaſtica, magna, ſive parva præfatum Abbatem, & monaſterium in præmiſſis, vel in poſſeſſionibus ſuis moleſtare, vel inquietare præſumat. Siquis vero hujus noſtræ auctoritatis mandatum violare præſumpſerit, centum libras auri puriſſimi ſe, &c. Ut autem verius, &c. uſque præſentem paginam ſcribi, & ſigilli, &c.

Signum † D. Friderici Roman. Imper. invictiſſimi.

Ego Raynaldus Colonienſis Archiepiſcopus, & in Italia Cancellarius recognovi.

Actum quoque eſt anno Dominicæ Incarn. 1160. Indict. VIII. in præſentia ducum Bavariæ, & Saxoniæ, & Danoſis ejus camerarii, regnante D. Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus VII. imperii vero IV.

Datum Caſtrocarii 4. Id. Octobris.

Eodem Joanne Præſule anno 1168. Cœnobium S. Reparatæ de Marradio Ordinis Vallis Umbroſæ, quod comites Guidii in faucibus Romandiolæ olim fundarant, pluribuſque bonis ditaverant, Faventini vero Epiſcopi decimationes, aliaque jura conceſſerant, Alexander III. Pontifex ſub Apoſtolicæ ſedis tutela ſuſcepit ſequenti, quod exſcribo, diploma te, ab exemplari codice privilegiorum Vallis Umbroſæ deſumptum.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filii Homodeo Abbati monaſterii S. Reparatæ de Marrata, ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni, &c. uſque impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis, &c. uſque annuimus, & præfatum monaſterium S. Reparatæ, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar prædeceſſoris noſtri S. recordationis Honorii Papæ II. ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: eccleſiam S. Mariæ in Criſpino, eccleſiam S. Laurentii, eccleſiam S. Caſſiani in Petroſolo, eccleſiam S. Euphemiæ, eccleſiam S. Martini, eccleſiam S. Petri in Vizzano, & eccleſiam S. Andreæ ejuſdem loci, & Camortinicellam, decimationes ab Epiſcopis Faventinis, monaſterio veſtro rationabiliter conceſſas vobis, & per vos eidem monaſterio, auctoritate Apoſtolica nihilominus confirmamus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva juſtitia matricis Eccleſiæ. Decernimus ergo, &c. ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Siquis ergo, &c. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Ubaldus presb. Card. tit. S. Cruc. in Hieruſalem.

Ego Joannes presbyter Card. tit. S. Anaſtaſiæ.

Ego Boſo presb. card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris.

Ego Presb. card. tit. S. Laurentii in Damaſo.

Ego Theodinus presb. card. S. Vitalis tit. Veſtinæ.

Ego Arditio diac. card. S. Theodori.

Ego Manfredus diac. card. S. Georgii ad velum aureum.

Ego Ugo diac. card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.

Datum Beneventi per manum Gratiani S. R. E. ſubdiaconi, & notarii 5. Id. Novemb. Indict. 1. Incarn. Domin. an. 1168. Pontificatus vero D. Alexand. Papæ III. an. x.

XXII 22. BERNARDUS Baldus Papienſis ſuæ patriæ Cathedralis Præpoſitus, Faventinus Epiſcopus adlectus eſt 1192. Hic baſilicam SS. Hippolyti, & Laurentii reparatam ſolemni ritu ſacravit die 1. Aprilis anno 1196. indulgentiarumque conſuetarum munus illam in celebritate annua dedicationis adeuntibus conceſſit egregio diplomate, de quo Auguſt. in hiſtor. Camaldulen. lib. 2. cap. 12. annoque 1200 *a* ad Papienſem Eccleſiam translatus eſt Bernardus, ubi pie, ſanctèque vixit, atque eſt è vivis exemptus, de quo ibi.

a 1198. dicitur in Papienſibus tom. 1.

XXIII 23 THEODORICUS vixit anno 1203.

XXIV 24. HUBALDUS Epiſcopus Faventinus annum vix integrum Faventinam adminiſtravit Eccleſiam, cum ad Archiepiſcopatum Ravennatem promotus eſt, Poſt cujus tranſlationem, cum Joannes Cathedralis canonicus ex compromiſſo Capituli Joachimum, ex Epiſcopo Lunenſi canonicum regularem S. Fridiani Lucenſis jam factum in Faventinum Præſulem elegiſſet, Pontifex etiam enixius poſtulatus, ejuſmodi electioni eſt refragatus, negans ex Conſtantinopolitano Concilio, illum, qui Epiſcopalem dignitatem com monachali, id eſt, pœnitentiæ ſtatu commutaſſet, poſſe iterum reaſſumi ad eandem dignitatem. Quamobrem Ubaldo ſcripſit, *b* videret iterum, atque iterum, ut tanto oneri dignus præficeretur.

b Ex Decretali cap. Poſt tranſlationem de Renunciatione.

XXV. 25. ROTLANDUS igitur, tranſlato nuper Ubaldo, tanquam dignus ſuffectus eſt, cum eſſet Cathedralis Præpoſitus an. 1210. Deceſſit 1219.

XXVI 26. ALBERTUS ex Præpoſito, ad hanc ſedem promotus eſt anno 1220. Fratres Prædicatores in civitatem recepit, eiſdemque loco attributo, ubi hoc tempore ampla ſimul Eccleſia cum nobili monaſterio ſpectatur, unde homines docti, & graves in omni deinceps memoria extiterunt.

XXVII. 27. Fr. GUALTERIUS ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, ad Faventinam dignitatem aſſumptus aſt anno 1251. fato functus eſt 1255. *c* De eo Waddingus tom. 2. Extat confirmatio Innocentii IV. donationis Gualterii Epiſcopi factæ eccleſiæ S. Mariæ Ordinis S. Damiani ann 1254. in regeſto Vaticano epiſtola 77. fol. 10. anno 12.

c 1257.

28. ARDUINUS (1) floruit anno 1255. ex regeſt. Vat. apud Vvaddingum to. 2. Ann. Minorum.

XXVIII. 29. JACOBUM ab anno 1259. (2) reperio vixiſſe uſque ad 1370. in quo ipſo anno aliquot latifundia monaſterio S. Mariæ ab Angelo conceſſit Faventinæ diœceſis ex monumentis dictæ Eccleſiæ.

XXIX 30. Fr. THEODORICUS * Ord. Prædicatorum vixit anno 1279. (" *Electus ex Tonducio anno* " 1274. *obiit* 1281.)

* Ex App. tom. 4.

XXX 31. VIVIANUS Archidiaconus Aretinus, eligitur in demortui Theodorici locum a Martino IV. an. 1281. 8. Kal. Februarii, ex reg. vatic. epiſt. 97. fol. 25. ann. 3. fato functus eſt 1285.

32. UGOLINUS 1286. (3)

33. JACO-

(1) Vvaddingi lapſum ſequitur Ughellus Arduinum (quem Typographus ſcribere debebat Adiutum) Faventinum Epiſcopum ponens anno 1255. Gualterio ſucceſſorem. Male ſiquidem legit Vvaddingus in Bulla Alexandri IV. confirmatoria conceſſionis Adiuti factæ ad favorem monialium Ss. Jacobi & Philippi ſub regula S. Franciſci *Faven.* pro *Fanen.* quod evidenter deducitur, tum quia monialium Cœnobium Ss. Jacobi, & Philippi ſub regula s. Franciſci non Faventiæ, ſed Fani exiſtit: tum etiam quia Adiutus ad ſuæ conceſſionis calcem ponens clauſulas comminatorias Fani protectores nominat dicens: *Nulli ergo liceat etc. alioquin indignationem omnipotentis Dei*, ac *BB. Confeſſorum* PATERNIANI, FORTUNATI, & EUSEBII *ſe noverit incurſurum* &c. Præterquam quod ſervantur authentica monumenta, relata à Tonducio in hiſt. Faven. p. 297. quæ apertè probant Gualterium ad annum 1257. vitam protraxiſſe, cui anno 1258. nullo alio interiecto ſucceſſit Jacobus. *Cannetus*.

(2) Anno jam 1258. electus Faventinus Epiſcopus erat Jacobus, eoque anno die 18. Octob. conceſſit Ablati, & Monachis S. Jo: Baptiſtæ de Acereta Eccleſiam S. Proſperi, ut patet ex documento relato à Tonducio in hiſt. Faven. p. 255. Anno ſolum 1274. obiiſſe Jacobum vult idem Tonducius. pag. 303.

(3) Ugolinus iſte fictitius omnino eſt. Ughellus in errorem inductus eſt à Rubeo, qui Provinciali Concilio Foroliviii celebrato aſſerit Ugo-

Digitized by Google

33 JACOBUS 1287. (*„ Hic gratis affertur ab „ Ughello, omittiturque a Tonducio.*)



XXXI 34. **LOTHARIUS** de la Toſa nobilis Florentinus, Filius Oldradi, ex Archidiacono Florentino ad Epiſcopatum Faventinum aſſumptus eſt anno 1287. Inauguratus fuit Ravennæ die 20. menſis Decembris; anno vero 1301. deinde ad Florentinam Eccleſiam tranſlatus eſt. Vidi proviſionem quandam, ut iis verbis utar, Guizinigo filio nobilis militis Philippi de Barberino diœceſ. Florentinæ factam ab Abbatibus Breſſetta, ac S. Proſperi nepoti ſupramemorati Lotharii Epiſcopi Faventini, qua in re crediderim hunc Guizinigum ex ſorore ejus Lotharii fuiſſe nepotem, illamque de Ubaldinorum potentiſſima gente fuiſſe alumnam, quæ late per Mugellanum agrum dominabatur, ſicut de Barberino etiam, cujus potiebatur, potuerit appellari.

XX XII. 35. Fr. **MATTHÆUS** Ordinis Eremitarum S. Auguſtini electus anno 1301. 13. Kal. Febr. a Bonifacio VIII. ut habetur in regeſt. Vatic. epiſt. 364. fol. 201. ann. 7. (*„ Obiit Matthæus anno 1310., & pridie „ Idus Junii cum non poſſet ob morbum Concilio Ravennati intereſſe, Franciſcum Cœnobii S. Mariæ monachum, ſibi à cubiculo procuratorem conſtituit, apud „ Rubeum in hiſt. Raven. lib. 6.*)

XX XIII. 36. Fr. **UGOLINUS** ex Ordine Minorum 1311. deceſſit autem è vita 1336.


XX XIV. 37. Fr. **JOANNES** Bruſatus Faventinus monachus prioratus S. Perpetuæ Ordinis S. Marci Faventiæ a Capitulo in demortui Ugolini locum creatus, a Ravennate Archiepiſcopo approbatus, munus conſecrationis a Rambaldo Epiſcopo Imolenſi accepit. Sed cum is reſervationem ejuſdem Eccleſiæ a Benedicto XII. Papa ante Ugolini exceſſum ignoraret, Joannes coactus eſt libere hanc ſedem dimittere. Tandem viſa, perſpectaque a ſapientiſſimo Pontifice ejus humilitate, iterum ab ipſo patriæ Epiſcopus declaratus eſt anno 1337. 2. Non. Maii, ut patet in regeſto Vaticano epiſt. 16. an. 3. par. 1. Poſtremum diem obiit 1343. Sanſovinus numerat inter Faventinos Præſules 1339. Richardum quemdam filium Albergotti de Manfredis, electum a Benedicto XII. ſed fallitur, cum nullus unquam Richardus fuerit Faventinus Epiſcopus, Joannique Bruſato Stephanus fuerit ſuffectus, ut videre eſt in regeſtis, in archivio Vaticano diligenter a me revolutis. Id autem Sanſovino fere moris eſt, ut parum ponderet ad libellam veritatis ſcripturas, an ſcilicet veræ ſint, an alicujus dolo malo infectæ mendacio, utpote qui & ipſe comminiſci ſoleret, quæ nunquam vel vidiſſet, vel audiſſet.

XX XV. 38. **STEPHANUS** Beronus, ſeu Benerii, rector de Gaulegaro, & de Varmiliaro Eccleſ. unitarum Sarlatenſis diœceſis, defuncto Joanne a Clemente VI. Faventinus Pontifex creatus 1343. 8. Kal. Februarii, ex regeſt. Vatic. epiſt. 97. fol. 175. lib. 6. commun. anno I. eodemque anno eſt Rector Flaminiæ pronunciatus. Pro Eccleſia Romana vicarios declaravit, Manfredium Faventinum, Syppumque Alidoſium Imolenſem, ea conditione, ac lege, ut annuum cenſum S. R. E. penderent. Cæterum Stephanus Archiepiſcopi Ravenn. Vicarius fuit, Faventinamque Eccleſiam diutiſſime adminiſtravit.

39. **FRANCISCUS** de Aguzzonis (non autem, ut male Ciaconius de Uguccionis) Urbinas, in civili, canonicoque jure doctiſſimus, ab Urbano VI. Faventinam ſedem obtinuit circa ann. 1380. quam ille Eccleſiam gravioribus eccleſiaſticis diſtentus negociis nunquam præſens adminiſtravit. Quamobrem anno 1383. ad Archiepiſcopatum Beneventanum tranſlatus eſt: anno vero 1390. ad Burdegalenſem in Galliis, Bonifacio IX. ſedente, qui eo libentius ad hanc illum tranſtulit Eccleſiam, ut regnorum Hiſpaniæ, atque Vaſconiæ Apoſtolicus Nuncius declaratus, inquietas illas gentes, quæ ad VII. Clementem Antipapam defecerant, ad veri Pontificis compelleret obedientiam. Dum id operis intentiori cura urgeret, ab Innocentio VII. ſenatoriam vocatur ad purpuram ſub titulo Ss. Quatuor Coronatorum. Senior jam factus, hoc eſt temporibus Gregorii XII. ſchiſmatici Pontificis proceſſit ad curiam, cui auctor erat, ut ſublato ſchiſmate, ſe abdicaret Pontificatu, ut multoties pollicitus fuerat. Sed ad Piſanum concilium properavit, ubi Gregorio, Benedictoque ſchiſmaticis deturbatis de ſede, Alex. V. Pont. eſt renunciatus, quo defuncto Joannes XXIII. ſancto throno nobilitatur Bononiæ. Cæterum cum Franciſcus verum Pontificem obſequioſe comitaretur, Florentiæ exceſſit è vivis an. 1412. 19. Kalend. Septembr. Cujus poſtea corpus Romam delatum apud S. Mariam Novam in ſepulchro Gregorii XI. tumulatum eſt ſub marmorea tabula cum hoc epitaphio. XX XVI.

Cardines, qui ſummus honor, qui gloria cœtus
Alta fuit, parvo ſub marmore clauditur iſto.
Hicque coronatus vir ſanctus quatuor annos,
Hinc titulum tenuit nulli virtute ſecundus.
Spiritus egregiis meritis præclarus in aſtris
Franciſci reſidet, cœlique locatur in aula.

Obiit anno Domini
M. CCCC. XII.
menſe Auguſto.



40. M. **ANGELUS** de Fiebindaciis Ricaſolius, Epiſcopus Florentinus, ad Faventinam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1383. quam rexit uſque ad an. 1391. iterum enim ad Aretinam in Hetruria tranſlatus eſt, de quo ibi plura (1). XX XVII

41. **URSUS** Abbas S. Crucis fontis Avellanæ, ex ordine S. Benedicti, Eugubinæ diœceſis, Faventinorum Epiſcopus fuit 1391. 4. Id. Julii. Duodecim omnino annos illam rexit Eccleſiam, ac deinceps ad Roſanenſem tranſlatus eſt 1403. ex lib. Proviſionum Prælatorum. XXX VIII.

42. NI-


linum hunc adfuiſſe die 8. Julii anno 1286. forte literam V. initialem indicare putans Ugolinum, cum Vivianum ſignificaret. Errorem ex Rubeo tranſcripſit Harduinus in noviſ. Concil. editione. Conſtat ex publicis tabulis à Tonducio in hiſt. Faven. p. 324. relatis ad præſentiam Viviani die 11. Julii ejuſdem anni 1286. Canonicos Faventinos Pedrignani Caſtrum Bonifacio Comiti Caſtricati beneficiario jure conceſſiſſe. *Cannetus.*

(1) Ugurgerius in Pompis Senenſibus t. 1. pag. 171. Fr. quemdam Joannem Meoccii Senenſem, Ord. Serv. B. Mariæ à Bonifacio IX. Faventinum declaratum Epiſcopum refert an. 1390. Fortaſse ille idem, de quo Ughellius infra n. 47. & idem Ugurgeri eo lib. pag. 72.



XXXIX. 42. NICOLAUS D. Blaſii de Ubertinis è Meldola (1) originarius ex Ubertina gente Florentina, quæ illuc a publica re Florentina mulctata exilio manſuras ſedes fixiſſe narratur, ex Faventino Canonico, ejuſdem civitatis adlectus Epiſcopus eſt anno 1402. 6. kal. Julii. Exceſſit autem è vivis 1406.

XL. 43. PETRUS de Pago, („ *Ordinis S. Dominici*) ad eandem ſedem promotus eſt 1406. X. Kalendas Julii. Hic poſtea fuit Archiepiſcopus Spalatenſis, 1412. („ *Interfuit Concilio Piſano an.* 1409.)



XLI. 44. SYLVESTER Caſa Florentinus, S. Stephani in Pane Plebanus prope Florentiam, Faventinus Pontifex creatus eſt anno 1412. ſecundo Nonas Junii. Reconditæ doctrinæ vir fuit, ſuaviſſimiſque moribus; quamobrem incredibili cum laude prudentiæ per ſexdecim annos Faventinam adminiſtravit Eccleſiam, deceſſitque 1428. Ex hac gente Joannes fuit Archiepiſcopus Beneventanus ſub Paulo IV. doctrina, & eruditione nemini ſecundus. De quo in 8. tom.

XLII. 45. Fr. JOANNES Faventinus, ex Ordine Minorum, Sylveſtro ſuffectus eſt anno 1428. Nonis Novembris. Decem omnino annos in ea dignitate ſuperſtes fuit, decedenſque in clauſtro S. Franciſci ſepultus fuit.



XLIII. 46. Fr. FRANCISCUS Zanovius Faventinus, ex Ordine Servorum, Theologica facultate illuſtris, ab Eugenio IV. Faventinus Epiſcopus adlectus eſt anno 1438. die 19. menſis Decembris. Decem & ſeptem annos huic præfuit Eccleſiæ; è vita diſceſſit 1454. ſepultuſque eſt apud ſuos Servitas in pulcherrimo tumulo marmoreo, ubi ſpectantur adhuc, quæ geſtabat, gentilitia ſtemmata, quæ montem cum cruce, ſpineaque corona, quam duæ literæ F. F. mediam habent, continent, cum hoc epitaphio.

Ordine Servorum Franciſcus Virginis almæ
Doctor, & in ſacro dogmate præcipuus;
Aſſumptus patriæ Præſul digniſſimus iſtud
Oraclum mortem condidit ante ſuam.
Qui faſtum fugiens terræ ſua membra dicarat.
Sed Zanonus cum condidit hoc tumulo.
M.CCCC.LIV. Ob. in Domino.


47. Fr. JOANNES *a* del Terma Senenſis, ex Ordine Servorum, Hetruriæ Provincialis, Generaliſque Magiſtri ſocius, Theologica ſcientia clarus, Calliſto III. Pontifici ſummè charus, ab ipſo electus eſt Faventinus Epiſcopus 1455. die 18. menſis Auguſti. Tres tantum annos in ea dignitate exegit, exuitque mortalitatem, lachrymantibus cunctis, qui virtutem colebant. Illius meminit Gianius in Servorum Annalibus, tametſi, ut fere ſolet, invertat tempora. Memini me vidiſſe Senis epitaphium, de hoc Joanne pennicillo delineatum in pariete, in quo narratur a Bonifacio IX. ad Faventinum Pontificatum Ioannes fuiſſe aſſumptus; cujus auctor majori non potuit laborare inſcitia temporum, quando Joannes ad eam dignitatem non pervenit, niſi poſt 40. annos a Bonifacii exceſſu; ut liquido perſpici poteſt in Conſiſtorialibus actis Calliſti III. XLIV

a De eo Ugurgerius in Pompis Senen. par. 1. p. 171. Mandoſ.

48. ALEXANDER de Stampis à Sarnano Picenus, è Faventino Canonico illius Eccleſiæ Epiſcopus evaſit anno 1458. die 23. menſis Februarii, in gratiam Aſtorgii Manfredi, Faventinorum per id tempus domini. Deceſſit 1463. XLV

49. BARTHOLOMÆUS Gandulſus civis, & canonicus Faventinus, Alexandro ſucceſſit 1463. in quo ipſo anno conſecravit Forolivienſem Epiſcopum Jacobum Palatium die 27. menſ. Novemb. Fato functus eſt 1472 *b*. XLVI

b 1469. ex Tonducio.



50. FEDERICUS Manfredus, Aſtorgi filius, ex Faventino Canonico, ejus civitatis adlectus Epiſcopus eſt 1472 *c*. Duodecim annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam, deinde libens (2), volenſque eo munere ſe abdicavit. Paulo ante quam clariſſima Manfredorum gens extingueretur. E vita diſceſſit, ut ſcribit Leander Albertus, in eo fortaſſe felix, quod ſuæ gentis excidium oculis propemodum uſurpare non ei contigiſſet. XLVII.

c 1469. ex Tonducio.

51. BAPTISTA de Canonicis Bononienſis, filius Franciſci, Abbas SS. Naboris, & Felicis ad eandem ſedem aſcendit 1484. vita functus eſt 1510. menſe Aprili. Cujus temporibus montem pietatis erexerunt, ut ex ſequenti deſcriptione perſpicitur. XLVIII.

Inno-


(1) Nicolaus Ubertinus non Meldulenſis, ſed Mutilianenſis à Faventinis Scriptoribus ſtatuitur. Sedes verò non vacavit ejus obitu, ut ait Ughellus, verum ob ejus depoſitionem, ut ex Bulla electionis Fr. Petri de Pago Minoritæ ſucceſſoris, quæ in Archivo Cathedralis ſervatur. Qua vero de cauſa fuerit depoſitus, non conſtat. *Camertus.*

(2) Federicus Manfredus non ſe libens, volenſque, ut ait Ughellus, abdicavit, at à Galeoto Fratre an. 1478. una cum Carolo item germano ſuo, civitatis Regulo, Favantia pulſus eſt; ſive potius inviſis moribus ejuſdem Epiſcopi commotus Clerus una, & populus virum ad militaria potius, quam ad ſa-

Digitized by Google

Innocentio VIII. Pontifice
Aſtorgio Manfredo pupillo in prima ætate
ultimo Faventiæ Principe,
S. P. Q. F.
ad Aſpidis Judaicæ morſum in uſura
latentis evitandum,
Hortatu pio B. Bernardini Tomitani
Ord. Min. Obſerv. de Feltro
in Monte Pietatis montem erexit,
& Præſulum juriſdictioni commiſit
reſidente in Epiſcopatu Baptiſta
de Canonicis Bononienſe
anno ſalutis M.CCCC.XCI.

Manfredæ gentis inſignia quadripartitum ſcutum, cæruleum, & aureum.



XLIX 52. JACOBUS Paſius, nobilis Faventinus, Baptiſtæ ſucceſſit anno 1510. die octava menſis Aprilis, cum prius eſſet Referendarius utriuſque Signaturæ. Laterano Concilio interfuit, pluribuſque eccleſiaſticæ ditionis civitatibus conſulto jus dixit. Vitam finivit Faventiæ, ſepultuſque eſt apud Servitas pulcherrimo in tumulo cum hoc epitaphio.

Non ex dignitate gloriam, ſed ex moribus, ac ſcientia dignitatem adeptus eſt Jacobus Paſius, quem apud eum oratorem agentem Julius II. Faventinum Præſulem delegit, Leoque X. dum utriuſque Signaturæ Referendarium ſe gereret, Piceno internis ſeditionibus fluctuanti præfecit; qui dum rebus ex ſententia confectis ad ſuos remeaſſet, moritur; cujus oſſa Joannes Baptiſta frater, nepoteſque Juſtinianus, & Julius Ap. Abbreviator mœſtiſſimi condidere. Vixit ann. LIX. M. ix. D. xix. Obiit in Domino M.D.XXVIII. xiv. Kalend. Auguſti.

L. 53. PETRUS ANDREAS Gambarius Bononienſis, eruditione, doctrinaque longe clariſſimus, ideoque a VII. Clemente Pont. Max. præcipuo habitus in honore, ab eodem Faventinum obtinuit Epiſcopatum anno 1528. die 7. menſis Auguſti. Deceſſit Viterbii menſe Novembr. ejuſdem anni, dum ad Eccleſiam ſibi creditam proficiſceretur. Scripſit de poteſtate legati, Ariſtotelicamque Topicam commentariis illuſtravit. Viterbii ſepultus fuit, ubi vitam finierat.

LI. 54. RODULPHUS Pius Carpenſis, Petro Andreæ ſucceſſit 1528. die 13. menſis Novembris. Hic ille Rodulphus Pius Carpenſis eſt, qui non ſolum ob generis nobilitatem eximiam, ſed etiam magnitudinem animi a Paulo III. presbyter Cardinalis creatus, apud Chriſtianos Principes, Regeſque maximos lumen ſenatus, & togæ ſemper habitus eſt. Parentem habuit Leonellum Carpenſium dominum, natuſque eſt 1500. VI. Nonas Majii. Cumque in florentiſſimis Italiæ academiis animum excoluiſſet literis, ac diſciplinis, Romam ſuæ virtuti ſatis amplum theatrum delegit, ſedente VII. Clemente literatorum patrono, a quo renunciatus fuit Epiſcopus Faventinus, mox & ad Franciſcum I. Gallorum Regem legatione ornatus, tum & ad Carolum V. ut cum iis Regibus de celebrando Concilio ſerio conſilia explicaret. Inde reverſus Romam, iterum in Galliam proficiſcitur apud Regem ad placitum Pontificis eccleſiaſticas cauſas oraturus; nec prius inde deceſſit, quam a Paulo III. Farneſio, qui Clementi ſucceſſerat, S. Pudentiæ declaratur Cardinalis. Ex eo S. Priſcæ titulum adeptus, ſemel ad eundem Regem Gallorum legatus fuit, bis ad Carolum V. ut pax communis coiret. Bis Romanos frænavit, dum Paulus III. Roma abeſſet; Picenatibus item bis Apoſtolicus legatus jura præſcripſit, in quibus obeundis muneribus adeo incorrupte ſe geſſit, ut non modo magni Cardinalis, ſed etiam æterna memoria digni nomen invenerit. Anconitano Portui ingenioſe nova munimenta quæſivit. Sub Julio III. Pont. Max. ad Carolum V. declaratus legatus ob Parmenſe bellum, fluctuantibus Inſubriæ rebus viſus eſt ſalubrem medicinam feciſſe. Naſcenti Jeſu Societati opportunum præſtitit favorem, ejuſdemque alumnos apud S. Lauretanam domum, cujus erat protector, publicæ Chriſtianæ rei commodo in collegium juſſit coire. Sacellumque Chriſto crucifixo ſacrum, ſumma pietatis laude exornavit. Carolo V. ita cenſente, Germanicæ nationis eſt adſcitus protector, univerſumque Ordinem Franciſcanum in tutela habuit, ſic ut ex ejus inde favore Felix Perettus, qui poſtea Sixtus V. fuit, ad ſummos honores pervenerit. Curiæ Romanæ cenſorem Julius III. Pontifex Cardinalem Carpenſem conſtituit, ſubque Paulo IV. Piis IV. & V. Pontificibus ingentia, implicitaque promovit negotia, Quamobrem tanquam oraculum illum concelebrat Sadoletus, Bembus, Sepulvedaque in epiſtolis, nec Pii exaggeratas virtutes tacuit Jovius, Fauſtus Sabæus, Orlandinus, Gabutius in vita Pii V. Panvinus, Janus Vitalis, Ciabrera, aliique non pauci. Non modo in artibus excellentes viros amavit, ſed ideo videtur amaſſe, quod eaſdem artes apprime calleret. Studuit autem quam maxime venerandæ antiquitati, quamobrem ſuos hortos Carpenſes in Quirinali perantiquis ſignis, ſtatuis, tabulis, ſepulchralibus inſcriptionibus, quas in gratiam ſtudioſorum pulcherrimo ordine diſtribuit, opplevit. Quam autem paſtorem ſuum veneraretur, haberetque in pretio, in publico communitatis palatio ab eodem illi erecta inſcriptio abunde teſtatur. Pius itaque poſtquam ſexdecim ipſos annos abſens per Theodoricum fratrem, perque Segicellum Faventinam adminiſtraſſet Eccleſiam, gubernaſſet Nolanam, Agrigentinam, atque Salernitanam, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, decanuſque ſacri Collegii, plenus meritis, Romæ deceſſit 1564. 6. Nonas Maji, ſepultuſque apud ſanctiſſimam Trinitatem in monte Pincio, ubi Pius V. cum hac plena decoris inſcriptione pulcherrimum defuncto ſepulchrum erexit.

Qui dormiunt in terræ pulvere evigilabunt.
Rodulpho Pio Cardinali Carpenſi, Principi Senatus, ampliſſimis Ecc. Dei muneribus ſingulari prudentia perfuncto, juris Eccleſ. defenſori a gratia, terrore, voluptatum illecebris, & adverſis ſenſibus æque invicto ad beneficentiam nato, in ſumma gravitate jucundiſſimo, Pius V. Pont. Max. ſalutaris officii in cuſto-

cta munera factum ejecerunt; & unanimi ſuffragiorum conſpiratione Epiſcopum elegerunt Rodulphum Miſſirolum Faventinum monachum Camaldulenſem monaſterii S. Joannis Priorem. De hiſce turbis altum apud omnes ſcriptores ſilentium. Veruntamen indubia electionis iſtius teſtimonia extant in mſſ. Codicibus Biblioth. s. Matthiæ Muriani. Inter Epiſtolas ſcilicet Petri Delphini ante Generalatum ſcriptas, una habetur D. Jacobo Monacho data ex s. Michaele Muriani X. die Octobris 1478. quæ incipit: *Credo applicuiſſe cymbam eo: Ibi-Venit hodie ad me, quem pluribus ante diebus non videram, D. Prior s. Matthiæ, mihique quod vos latere nequaquam arbitror, Reverendiſ. Generalis noſtri* (Mitioti) *obitum nuntiavit. Electum quoque in Faventinum Epiſcopum Priorem s. Jo. ejuſdem urbis adnunnit.* Quin & Prior s. Matthiæ, à quo Faventinum s. Jo. cœnobium pendebat, Nicolaus Thomæ de Tulmeſio, ut habetur in Reg. p. 20. *mandatum dedit* 1478. *die* 8. *Octobris Rev. P. D. Galeatto de Caſatis Abbati s. Hippolyti de Faventia, ut acceptet ceſſionem Prioratus s. Jo. Baptiſtæ de Faventia à d. Rodulpho, et det huic licentiam aſſentiendi ei ut electioni in Epiſcopum factæ à Clero, et Populo Faventiæ, et hujus loco inſtituendi Priorem s. Jo. D. Franciſcum de Machis de Faventia. Dat in præf. Monaſterio s. Matthiæ de Muriano an.* 1478. *die* 8. *Octob. Ind.* 12. *die Jovis Pont. Sixti IV. an.* 8. *officii vero noſtri an. XVI. præſentibus ad hæc etc.* conjicere ſane licet res utcumque compoſitas fuiſſe, nam & ad annum uſque 1484. Federicus ſedit in Epiſcopatu, & Rodulphus Prior ſui monaſterii deceſſit an. 1489. exeunte Septembri, ut ex citato Reg. conſtat. Cæterum ante annum 1470. aſſumptus fuerat Federicus; extat enim ejus ſupplex libellus illo anno ſcriptus, in quo Epiſcopum ſe nominat. *Canurtus.*

Digitized by Google

cuſtodiæ Catholicæ veritatis conſorti perpetuis de Chriſt.reip.ſenſibus, ſtudiiſq; conjunctiſſimo, hoc amoris, & judicii ſui monumentum poſuit. Anno ſalutis M. D. LXVIII. Pont.III.Vixit annos LXIV.m.ij. dies viij. Obiit anno ſal. M. D. LXIV. vi. Nonas Majas.

Nonnulla Rodulphi decora Hieronymus Borgius culto carmine, ſed brevi commemoravit.

Arte ferunt mira finxiſſe Promethea formam,
Mox animæ vivos implicuiſſe ſonos.
Hinc eſt artificem laus, hinc æterna ſecuta
Gloria cœleſtes æquiparaſſe Deos.
Tu quoque progenies procerum divina Piorum,
Gloria ſplendidior cœpit in aſtra ſequi.
Ille ſemel fecit, vivum caput edidit unum;
At tu mille viros vivere ſæpe jubes.
Dum ſumma probitate meum, & virtute verendum
Exornans Maurum, numinis inſtar habes.

LII. 55. THEODORICUS *a* Pius Carpenſis, Cardinalis Rodulphi frater, ex damnato concubitu(1), ex ipſius ceſſione electus eſt Epiſcopus Faventinus die X.menſ.Octob 1544. è vivis exemptus eſt 1562*b*.

a De eo Li-bancitius in Fett. aur. p. 1. pag. 80. Mendoſ. b 1561. ex Tonducio.



LIII. 56. JO: BAPTISTA Seghicellus Bononienſis Juris conſultus, ſummæque exiſtimationis philoſophus, Carpenſi Cardinali unice charus, ex ipſius conſenſu, qui ad eam Eccleſiam ſibi regreſſum reſervaverat, Faventinorum Antiſtes evaſit 1562. die 18. menſis Martii; eaque dignitate initiatus, ad Tridentinum Concilium profectus eſt, eidemque aſſedit uſque ad poſtremas ſeſſiones; reverſuſque Faventiam, ſingulari illam Eccleſiam prudentiæ laude adminiſtravit. Bononiæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud S Franciſcum, ubi pulcherrimo ſepulchro affixum hoc ſequens legitur epitaphium.

D. O. M.

Joanni Baptiſtæ Seghicello Epiſcopo Faventino, qui cum integritate vitæ, pietate, ac religione eximiam philoſophiæ, juriſprudentiæ, atque omnis politioris doctrinæ cognitionem ita conjunxit, ut in ſingulis præſtantiſſimi cujuſque laudes æquarit, nepotes patruo opt.merito P.P.Vixit annos LXVIII. M. ix. D. x. Obiit anno Jubilæi M.D.LXXV. iiij. Id. Quinct.



LIV. 57. ANNIBAL*c* de Graſſis Bononienſis, filius


c De eo Galeottus

A Joannis Antonii, Archipresbyter, ac Præpoſitus Metropolitanæ, Cardinalis Sfortiæ S.R.E. Camerarii Commiſſarius, Romanæ Sapientiæ Lector, utriuſque Signaturæ Referendarius, juris autem prudentia longe clariſſimus, a Gregorio XIII. Pont. max. electus eſt Faventinorum Epiſcopus 1575*d*. die 9. menſis Decembris, quem idem poſtea Pontifex, ejus integritate perſpecta, omnium Italiæ Eccleſiarum declaravit cenſorem, Campaniæ, atque Flaminiæ vicelegatum. Undecim annos præfuit Faventinis, ſeque eo munere deinceps abdicavit an. 1585. in quo ipſo anno S.Officii Conſultor eſt declaratus, Cameræque Apoſtolicæ Clericatu nobilitatus. Deinceps cum Sixto V. jubente, Nuncius ad Regem Hiſpaniarum profectus fuiſſet, Madriti exuit mortalitatem anno 1590. die 24. menſis Junii, tumulatuſque eſt in templo Jeſu Servatori dicato. Scripſit de juriſdictione eccleſiaſtica, aliaque monumenta edidit Annibale digna.

de viris illuſ. Bonon. p. 1. pag. 12 & Bumaldus in Bibl. Bonon. p. 22. Mendoſ. d Die 20. Julii ex Actis Conſiſt. Cannertus.

LV. 58. JO: *e* ANTONIUS de Graſſis Bononienſis, B filius Gaſparis Senatoris, ac ſuperioris Annibalis nepos, ex canonico S.Petri Bononienſis in Epiſcopatum Faventinum patruo ſucceſſit anno 1585. die 18. menſis Martii. Quo Præſule anno 1586. Romæ obiit Julius Caſtellanus nobilis Faventinus, olim canonicus Cathedralis Eccleſiæ, & Romanæ Academiæ ordinarius profeſſor, tunc a Sixto V. Pont. Max. Cariatenſis Epiſcopus deſignatus. Vir doctrina, & librorum ſcriptione clarus, quippe qui quæſtiones academicas in Ciceronem eruditiſſimas, & de humano intellectu ad Platonis mẽtem evulgavit, opus ſuo ingenio digniſſimum, quod Coſmo Mediceo I. Hetruſcorum magno Duci inſcripſit, cujus Principes filios erudierat. Alia reliquit ſui ingenii monumenta, quæ extant apud Petrum Damianum Caſtellanum ejus conſanguineum, Abbatem S.Mariæ ab Angelo, olim Italicarum congregationum ord. Ciſtercien. Præſidem, & de re literaria benemeritum. Joannes vero Antonius Epiſcopus cum ad decem & ſeptem omnino annos optime Eccleſiam C ſibi creditam inſtituiſſet, & non ſemel ſynodos celebraſſet, Faventiæ vitam finivit anno 1602. die 30.men. Junii, ibiq; humatus jacet in Cathedrali.

e De eo item Galeottus p. 35. Mand.



D

LVI. 59. FRANCISCUS Cardinalis Blandrata, cui Cardinalis S.Clementis nomen inhæſit, ab Aquenſi ad hanc Eccleſiam fuit translatus anno 1603. die 16. menſis Aprilis, VIII.Clemente ita mandante. Hic cum pene omnes eccleſiaſticos gradus fuiſſet aſſecutus, ab eodem demum Clemente roſeo Pileo nobilitatus eſt anno 1596. cujus prudentiæ, conſilioque Pontifex ita innitebatur, ut difficilia quæque Pontificatus negotia explicaret, promoveretque, ut nos in noſtris ad Ciaconium notis narravimus. Cujus item laudes poterit lector colligere ex ejus epitaphio, quod ejus tumulo in Faventina Cathedrali funeris curatores affixere. Ad Lucenſia Balnea poſt Pauli V.creationem è vita diſceſſit 1605. XIV. Kal. Auguſti. Ejus corpus Faventiam relatum, ante altare majus Cathedralis in ſepulchro ſibi,

(1) In Actis Conſiſtorialibus nulla fit mentio de defectu natalium, licet ab Ughello dicatur procreatus ex damnato concubitu. Theodorus etiam in iis appellatur.

bi, ſuiſque ſucceſſoribus erecto tumulatum eſt, cum hac inſcriptione.

Sepulchrum Epiſcoporum Faventinorum, ſibi,
& ſucceſſoribus ſuis
erectum
de mandato Joannis Franciſci ex Comitibus
Blandrata,
& S. Georgii S. R. E. Cardinalis S. Clementis, cujus
corpus hic jacet.
Obiit XIV. Kal. Auguſti M. DC. V.
Vixit annos LX. menſes iii.
dies XIV.

In eodem majori ſacello ſpectatur nobilis tumulus, cum memorati Cardinalis marmorea effigie, nigrumque marmor hoc ſequens elogium inciſum habet, in quo ejuſdem illuſtriora geſta narrantur.

D. O. M.

Jo. Franciſco ex Comitibus Blandrate, & S. Georgii poſt peragratas cum Cardinali Alexandrino legato inſigniores Chriſtiani nominis regiones, quampluribus Eccleſiaſticæ ditionis urbibus Nurſia, Camerino, Bononia, provinciiſque ſemel Umbria, bis Flaminia, bis Piceno, ipſa denique Roma egregie adminiſtratis, Aſculanis, & Spoletinis ſeditionibus ſapienter compoſitis, exulibus exterminatis, in Pontificum arduarum rerum conſilium ter adſcito, Aquenſi primo, mox Faventino Epiſcopo renunciato, a Clemente denique VIII. in delectu graviſſimorum virorum ad Cardinalatus apicem tit. S. Clementis evecto, Piceni, & Flaminiæ legationibus ſumma cum laude functo, collegatoque Ferrariæ conſtituto, ibique ſui nominis æternam gloriam conſecuto, viro in rebus omnibus, vel acriter conſulen. vel mature deliberan. fortiter peragen. ingenio, providen. firmitudine animi incomparabili, cuique quod reliquum erat, virtus adfuit, vita defuit, Guido ex fratre nepos puſillum mortalitatis illud veſtigium tanto patruo ex ejus inſtituto alias conditum, ut cujus modeſtiæ ſatisfecit, merito quoque ſatisfaceret. Ampliſſimum hoc immortalitatis illius gloriæ, pietatiſque propriæ monum. P. C. Anno ſal. M. DC. V. Obiit anno ſalutis M. DC. V. XIII. Kal. Auguſti. Vixit annos LX. menſes iij. dies XIII.



LVII. 60. ERMINIUS Cardinalis Valente Blandratæ ſucceſſit anno 1605. die 3. menſis Auguſti. Natus Erminius eſt Trevii Umbriæ nobili oppido, ex Attilio Valente, Laviniaq; Geggia a Nurſia 1564. die 24. m. Decembris hora 8. cum nobilitate ſanguinis adeo vividam indolem, aptamque ad omnia ſortitus eſt, ut cum propemodum puer legibus ſtuduiſſet, inde lauream tulit, non ſine doctorum virorum acclamatione. Itaque Romæ per multos annos patronum egit cauſarum præcipua cum laude prudentiæ, meruitque inter ſelectiſſimos Aulicos Hippolyti Aldobrandini, qui poſtea evectus ad thronum, Clemens VIII fuit, cooptari. Erminium deinde Petrus Aldobrandinus Clementis ex fratre nepos, habuit a ſecretis. Credidere plerique ex Erminii momentis prudentiæ concordiam illam pependiſſe, quæ inter domum Eſtenſem, Eccleſiamque interceſſit, dum illa ſereniſſima gens, Ferrarienſis Ducatus ſeudo decidiſſet; Petruſque Aldobrandinus Cardinalis eccleſiaſtici exercitus legatus Erminii interventu Faventiæ fœderis leges ſcriberet. Etenim cum coliſſet fœdus, Erminiuſque mutatis ad celeritatem equis ſcriptum, formatumque detuliſſet Pontifici, tanta lætitia feliciter tranſactæ rei Clementem implevit, ut in auſpicium ſplendidioris fortunæ baſilicæ Vaticanæ inde retulerit canonicatum. Conſtat vero inter Henricum IV. Galliarum Regem, cognomento Magnum, Carolumque Sabaudium Erminii prudentia pacem felicem exitum habuiſſe. Etenim dum hinc inde ineundi fœderis agitarentur conditiones apud Legatum Petrum Aldobrandinum, ſæpeque ſubortæ difficultates, quod jam videbatur, tranſactum, abrumperent, Erminius legati juſſu eundo, redeundoque ad Principes, quos diverſa, adverſaque ratio conſiliorum vexabat, omnes viſus eſt ſubmoviſse difficultates, unde diutiſſime excogitata conſilia momento cenſebantur poſse everti. Earum rerum felices exitus non modo Erminio gloriam, ſed ſenatoriam etiam peperit purpuram ad titulum S. Mariæ in Tranſpontina, applaudentibus Principibus, inter quos conjunxerat fœdus an 1604. Mortuo deinde Clemente, ac paulo poſt Leone XI. Paulus V. qui eiſdem fuerat ſuffectus, Erminium declaravit Abbatem S. Perpetuæ, Epiſcopumque Faventiæ. A Cardinali Aldobrandino in Vallicella conſecratus fuit die 18. menſis Septembris anno 1605. inde eccleſiam ſibi creditam præſens adminiſtraturus profectus Faventiam eſt, ubi per 13. annos optimi paſtoris exempla deprompſit. S. Pauli Eccleſiam ædificavit, converſarum Monialium monaſterium, S. Carolo Borromæo inſigne ſacellum in Cathedrali conſtruxit; ad cujus exemplar populus Faventinus alterum non minoris elegantiæ è regione Deiparæ Virgini conſecravit, ubi Cardinalis corpus B. Nevolonis Faventini ante ducentos annos defuncti, clarique miraculis honorifice condidit. Pœnitentiariam Cathedralis Jeſuitis attribuit, inque eccleſiam S. Thomæ Carmelitas diſcalceatos induxit, academiam Philoponum ſub ejus auſpiciis recens anno 1612. inceptam auxit, ſuoque deinceps favore promovit, cujus primus Princeps fuit M. Antonius Severolus nobilis, doctuſque Faventinæ Eccleſiæ Archidiaconus. Juriſdictionem Faventinæ Eccleſiæ nullis parcens impenſis egregie tutatus eſt, ſuæque diœceſis pauperiem largitate principe digna levavit. Itaque cum nihil omitteret, quæ pium verumque paſtorem non decerent, merito in academico elogio, quod in ejus laudem Joannes Zaratinus Caſtellinus compoſuit, Conſervatoris Faventinæ Eccleſiæ tulit cognomen. Deceſſit Erminius in ſua patria, quo recuperandæ ſanitatis gratia ſe contulerat, quinquageſimo quarto ſuæ ætatis anno 1618. die 22. menſis Auguſti die Jovis; ſabbato vero die 25. ejuſdem menſis tumulatus eſt apud S. Mariam Gratiarum cum hac inſcriptione marmorea ad pavimentum.

OSSA ERMINII S. R. E.
PRESB. CARD.
EPISCOPI FAVENTINI.
ORATE PRO ANIMA EJUS.

Eodem vero loco in pulcherimo ſepulchro affixum ſequens elogium legitur.

D. O. M.

Benevaleas qui religioſe legis. Memoriæ Erminii de Valentibus S. R. E. Card. qui legationibus ad Carolū Emmanuelem Allobrogum Regulum, & Henricum IV. Francorum Regem feliciter obitis, & negociis Principum, quo in munere fuit a ſecretis, forti, fideliqueopera adminiſtratis, nobilitatus a Clemente VIII. Card. a Paulo V. Epiſcopus Faventinus renunciatus, amborum Pontificum ſapientiæ ſupremus judicium

ſecit dies. Mors illi vitam abſtulit, ornatum auferre non potuit. Pompejus, & Franciſcus Benenati Piccolomini heredes ex teſtamento Avunculo dulciſſimo & viro eximio PP. Vix. ann. LIII. M. vi. D. xxviii. obiit Trebiæ die xxv. Aug. A. D. M. DC. XVIII.

Adverte lector in ſupra memorato elogio, Elogiaſtem fuiſſe deceptum; pro die etenim tranſitus, diem ſepulturæ oſcitanter repoſuit. Siquidem die 22. Auguſti diſceſſit è vita; 25. ejuſdem menſis ſepulturam accepit. Cæterum Erminius Crucem ex tranſverſis regulis, quam pro gentilitiis ſtemmatibus nigram cum ſtellis geſtabat, hoc ſymbolo animare ſolitus erat; Per crucem ad ſidera. Alludebat enim ſive mortales expeditum ſibi iter per labores in cœlum parare, ſive ad Clementis VIII. Pontificis, qui circa raſtrum extenderat ſidera, per honeſtiſſimos labores præcipuum gratiæ ſibi patuiſſe gradum. Adhuc in Faventina Cathedrali favorabile Pauli V. ſpectatur diploma, datum 8. die menſis Februarii 1611. Pont. ſui anno VI. quo eidem Eccleſiæ ſeptem indulget altaria, pari cum ſeptem Romanis Eccleſiis indulgentia, gratiiſque certautia ad preces Cardinalis Valentis. Quod ipſum diploma excudendum curarunt Faventini canonici, cum hac inſcriptione.

Canonici magnitudinem muneris ponderantes ad providam Antiſtitis ſui amantiſſimi vigilantiam indicandam, Pontificium diploma, ſolertia illius pro ſalute commiſſi gregis indagatum incidendum curarunt.

LVIII 61. JULIUS Monterentius Bononienſis Romæ Gubernator, electus eſt Epiſcopus Faventinus 1618. Tres annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam, ibidemque mortuus eſt an. 1623. Palatii Epiſcopalis Porticum exſtruxit, ad commodiorem Epiſcoporum uſum, ubi ſequens legitur inſcriptio.

Commoditati publicæ Julius Monterentius Bononien. Faventiæ Præſul, olim Urbis Gubernator, more patrio perpetuas porticus jactis a domo, ad domum Divi Petri fundamentis exſtruendas mandavit
M. DC. XIX.

In porticu vero ſuperiori.

Julius Monterentius Bononienſis Epiſcopus Faventinus non tam ſua quam poſterorum Antiſtitum ſaluti proſpiciens contra teporem Auſtri Algorem Boreæ ambulacrum undique clauſum excitavit M. DC. XXII.

Bononiæ in Franciſcano templo pulcherrimum Julius fundavit ſacellum, ubi in medio hæc marmorea legitur inſcriptio.

Julius Monterentius Urbis Romæ Gubernator, & Vice Camerarius ſedente Paulo V. Pont. Max. ejus benefactori ſacellum hoc a fundamentis exſtruxit anno Domini
M. DC. XVI. ætatis ſuæ LVI.



LIX. 62 MARCUS ANTONIUS Cardinalis Gozadinus Bononienſis, Monterentio ſucceſſit 1623. die 7. menſis Junii Gregorio XV. ſedente; qui poſt paucos dies poſt exceſſum ejuſdem Pontificis interfuit iis Comitiis, ubi Urbanus VIII. evaſit ad ſedem, ubi ob calidioris aeris intemperiem lento con-

A tracto morbo, è vita diſceſſit menſe Septembri, ſepultuſque eſt in templo S. Andreæ ad Vallem ſub majori teſtudine cum ſequenti epitaphio.

D. O. M.

M. Antonio Gozadino S. R. E. Cardinali, qui gentilium excitatus exemplis adoleſcens juriſprudentiæ in patria Gymnaſio conſecutus eſt lauream, tum in foro diu verſatus, juri mox dicundo in Capitolio præfectus, cum integritatis ſama Urbem impleſſet, & a Gregorio Pontifice XV. conſanguineo inſignitus eſt purpura: haud longe poſt ſumme comploratus exceſſit ætatis ſuæ xlix. ſalutis M. DC. XXIII. Boniſacius Gozadinus ex teſtam. hæres, grati animi monumentum poſuit Octavo Kalendas Martii
M. DC. XXVIII.

63. FRANCISCUS Cardinalis Cenninus de Salamandris, ex oppido Sarteano Senenſis ditionis paulo ante Epiſcopus Amerinus, ab Urbano VIII. LX
B ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1623. die 27. m. Septembris. Quam per 20. annos aſſidua cura, multaque pietate rexit; at ſenio confectus, cum tanto oneri ſufficere non poſſet, ceſſit Epiſcopatum ann. 1643. Romæ deceſſit ann. 1645. die 2. Octobris hora quarta noctis ſequentis, ætatis anno 80. ſepultus in Liberiana baſilica, ut ipſe teſtamento mandaverat, ubi propinqui tumulum cum elogio tanto viro condignum aliquando excitabunt. Præludet interim ſcripturis inſcriptio, quæ extat in hortis Epiſcopalibus, quos diu cupita lympha ex liberalitate Cennini Cardinalis illuc deducta irrigat.

Munificentia auguſta Franciſci Card. Cennini Ferrariæ leg. Epiſcopi Faven. Lympha Salamandra diſtincta rivulis cupita diu Epiſcopatus potiuntur. Atria potiuntur Hortuli curante Roberto Cennino Fratre Faventiæ Gub. Patritio Senenſi M. DC. XXV.

C



* * Pro ſpecificis ſtemmate alterum repone.

64. CAROLUS Roſſetus a, nobilis Ferrarienſis, Archiepiſcopus Tarſenſis, Coloniæ Apoſtolicæ ſedis Nuncius, ad Faventinam Eccleſiam translatus die 4. Martii 1643. ab Urbano VIII. eodemque anno S. R. E. Presbyter Cardinalis creatur. Comi- LXI.
D tiis, quibus Innocentius X. Pont. Max. renunciatus eſt, interfuit, a quo Cardinalatus inſignia ſuſcepit; mox Faventiam profectus, quam hic amanter ſibi creditam Eccleſiam proſequatur, aſſidua ſua præſentia abunde teſtatur. Prohibet pudor, viventis adhuc illius exaggeratam virtutem retexere. Doctiores olim calami citra adulationis ſuſpicionem enarrabunt.

a De ea Armonius in Epiſtolis, & Libanorius in Ferrar. aur. p. 1. pag. 10. & 109. par. 3. p. 67. Mand. ſ.

A D D I T I O.

(„ *Deceſſit vero Faventiæ an. 1681. Novies Diœceſanam ſynodum habuit, & ad optime inſtituendos Cleri mores, reſtituendamque eccleſiaſticam diſciplinam præclaras edidit leges, & decreta.*

„ ANTONIUS *Cardinalis Pignatellus, Neapolitanus, Roſſetto prædefuncto ſucceſſor datus eſt anno 1682. Bononienſi quoque legatione auctus anno 1684. inde ad Neapolitanum Patriæ Archiepiſcopatum translatus anno 1687. anno demum 1690. ad ſupremam Petri Cathedram evectus eſt.* LXII.


JO.

LXIII ,, JO. FRANCISCUS *Nigronius, Januenſis, S.R.E. Cardinalis, Faventinæ Eccleſiæ clavo admotus eſt anno 1687. mox Bononienſi legatione ornatus. Qua ſumma cum juſtitiæ laude perfunctus, atque ad ſponſam ſuam reverſus ſynodum habuit, & edidit non ſine magno locorum piorum emolumento, pro quorum recta adminiſtratione optimas præſcripſit leges. Huic Eccleſiæ nuncium remiſit anno 1697.*

LXIV ,, MARCELLUS *Cardinalis Duratius, Januenſis, cedenti Nigronio ſucceſſit in Faventina ſede anno 1697. Quinquennio Romandiolæ Præfecturam exercuit. Epiſcopale Palatium ampliavit, ornavitque. Eccleſias, locaque pia civitatis, & Diœceſis compluribus affecit beneficiis. Fato functus eſt Faventiæ menſe Aprili 1710. cum teſtamento legaſſet 15. millia Scutorum ad augendum in Cathedrali numerum Manſionariorum, ad dotandas puellas, alendoſque pueros, hiſque Religioſum aliquod inſtitutum profiteri volentibus impenſas omnes ſuppeditandas.*

LXV. ,, JULIUS *Piazza, Forolivienſis, tunc Archiepiſcopus Nazarenus, & apud Joſephum I. Imperatorem Nuncius Apoſtolicus, translatus ad Eccleſiam Faventinam eſt 21. Julii 1710. deinde creatus Cardinalis 18. Maii 1712. præfectus fuit Legationi Ferrariæ 28. Maii 1714.)*

FERRARIENSES EPISCOPI.



RElictis eorum fabulis, qui vel a nepotibus Noe, vel a Trojanis exulibus Ferrariam volunt traxiſſe originem, cordatiores inter ſe conſonant ſcriptores a Ferrariola, citra Padum olim vico, ubi olim forum *Alienum* a erat a Tacito memoratum, quod Maſſam Babylonicam vocarunt, ſeu Vicum magnum, ſuum ſumpſiſſe exordium, & nomen. In primis hoc tempore Italiæ civitatibus poteſt numerari, ſupra Padum ſita, in Gallia Ciſpadana. Cæterum ubi olim Ferrariola erat, ibi hodie S. Georgii magnificum ſpectatur Cœnobium. Hæc vero Ferraria, quæ a Vicohabentia ſumpſit originem, ultra Padum eſt. Siquidem Ferrarienſis populus cum externarum, ac barbararum gentium injuriæ prædæque videretur opportunior, ex decreto Theodoſii II. Imperatoris, ultra Padum, domicilium tranſtulerunt, quod deinde ampliſſimis pluribuſque ædificiis auctum, mœnibuſque munitum in civitatem ſane viſendam, a Ferrariola Ferrariam dictam, coaluit anno 433. cui Smaragdus Exarchus ſub Mauritio Imperatore viſus eſt ultimam manum impoſuiſſe, cum plures pagos, vicoſque ad ampliandam Ferrariam jam ſua ſponte gliſcentem, ſub iiſdem muris, ac nomine conſpirare juſſiſſet an. 595. Ita Blondus, Sabellicus, Volaterranus, Pigna, & alii. Vitellianus deinde Pontifex a Vicohabentia in novam urbem Ferrariam Epiſcopalem tranſtulit dignitatem anno 657. Ita Ferrarienſis civitas Vicohabentina inſula meruit inſigniri, ubi olim Ferrarienſis populus ſui primum exordium ſumpſerat. Unde verſus in Vicohabentiæ templo S. Lei, de vici dignitate.

Si villam, populum, vel ſi mirabere templum,
Iſta videbuntur b omnia *parva tibi*.
Sed magna illa ego ſum Viguentia, cujus in alvo
Ferraria eſt orta, & cui pater hic populus. &c.

Faſces olim Imperatoris Coſtantinopolitani, Longobardorum, Caroli magni, Othonis, Henricive Impp. ut converſiones rerum tulere, venerata eſt. Cujus auctoritate in Theobaldi Eſtenſis comitis Canoſenſis deinde ditionem conceſſit, tum in Bonifacii ejuſdem filii, parentis comitiſſæ Mathildis, quæ Paſchalis II. temporibus illam Romanæ Eccleſiæ dono dedit. Quandoque imagine quadam Reipublicæ civile ſibi jus dixit, nonnunquam Venetis tanquam potentioribus paruit, civileſque diſcordias experta eſt non ſemel, omni Tyrannorum dominatu acerbiores, uſque ad annum 1240. Ex eo Actius VIII. Marchio Eſtenſis Ferrarienſe frænum arripuit, longaque ejuſdem nepotum ſeries ejus civitatis obtinuit Principatum, modo ſub titulo Eccleſiæ Romanæ vicarii, modo nomine marchionis, modo denique ducis, qui ſucceſſu temporis adeo effuſis opibus illam ampliarunt, ut jam nobilitate civium, opibus, armis, ſuorumque Principum regia majeſtate, ac pietate nobiliores totius Italiæ civitates videatur poſſe æquare. Rediit deinde ad Eccleſiaſticam ditionem Alphonſo II. ſine virili ſtirpe extincto, cum Clemens VIII. Eccleſiaſticum ſederet ad clavum anno 1596 c. Qui ejus ducatus præſens auguſtali pompa iniit poſſeſſionem, Petrumque Aldobrandinum nepotem primum legatum declaravit. Securitati deinde novi ducatus Arce munitiſſima incepta nova munimenta quæſivit, quam Paulus V. qui Clementi, poſt Leonem XI. ſuffectus fuerat, perfecit d. Rem ipſam ob oculos ponit elegantiſſimum e marmor in facie maximi templi erectum, ubi hæc inſcriptio.

Clementi VIII.
Pontifici Maximo, Principi optimo,
patri patriæ,
domino noſtro beneficentiſſ.
Qui Ferrariam, Petri Card. Aldobrandini
fratris F. Pontificii exercitus moderatoris
virtute receptam,
ſui & ſacri ſenatus adventu decoravit.
Vectigalia a ducibus quondam
impoſita aut ſuſtulit, aut imminuit.
Centumvirale conſilium, ac decemviralem
magiſtratum annuo cenſu
adtuendam dignitatem
& publicos ſumptus faciendos attributo
inſtituit.
Quinquevirorum tribunal ad lites juſte
ac celeriter dirimendas
ſtipendiis præſcriptis erexit.
Novam arcem præſidio civitatis exædificavit.
Margaritam Auſtriacam magnificentiſſ.
exceptam,
Philippo III. Catholico Regi conjugio junxit:
duobus maximis conciliatis regibus
optatam Chriſtianæ reip. pacem peperit.
Poſtremo Urbem repetens, apud Ferrarienſes
cives,
de quibus optime privatim ac publice
meruerat, ingens ſui deſiderium reliquit.
Ne tot tantorumque beneficiorum
erga hanc civitatem
memoria oblivione intercidat,
Franciſcus ex comitibus Blandratæ
& S. Georgii Cardinalis S. Clementis
Flaminiæ Legatus, ejuſdemque Cardinalis
Aldobrandini Ferrariæ collegatus
poni mandavit M.DC.II.

Cæterum poſt extinctos Eſtenſes, Ferraria infrequens eſt, populoque, ac nobilitate præcipue, videtur non parum f deſtituta. In ea pluſquam centum numerantur Eccleſiæ, pluraque omnis generis Religioſorum monaſteria, tam virorum quam fœminarum, quas ditior cenſus, pretioſaque ſupellex exornat. Super omnes eminet Cathedralis, ſub invocatione SS. Georgii, & Maurelii, quam ejuſdem opulentus civis Macharellus g Adaliardius in publica totſus

a Aliani.
b Si qui...
c 1598.
d anno 1605.
e ſeu aerea Tabula.
f ſimo nobilibus familiis in dies magis excrevit.
g Guillelmus Marcheſellus Adellardus.

totius urbis platea verſus Occidentem ædificandam curavit 1135. Quam Actius eodem anno die 8. menſis Maji ſedis Apoſtolicæ legatus conſecravit. De cujus ædificatione ſupra principem portam hæc carmina inciſa leguntur.

Anno milleno, centeno, terquoque *deno*
Quinque ſuperlatis ſtruitur domus hæc pietatis.
Artificem gnarum, *qui ſculpſerit hæc, Nicolaum*
Huc concurrentes laudent per ſecula gentes.

Igitur cum a veteri S. Georgii Cathedrali in novam, clerum, ſedemque Epiſcopalem tranſtuliſſent, adeo crevit, ut hoc tempore numeroſior, illuſtriorque quamplurimis habeatur. Septem dignitatibus illuſtratur, Archipresbyteratu, Præpoſitura, Archidiaconatu, Primicerii munere, Cuſtode, Theſaurario, Decano; inſuper quatuordecim canonici ibi ſunt, octo manſionarii, ac quinquaginta capellani *a*, qui omnes alterum, diverſumque a canonicis corpus conſtituunt, quod cathedralis collegium placuit appellare: præbendis Theologali, Pœnitentialique eſt aucta, nihilque ei demum deeſſe videtur, quod ad nobiliſſimam conſtituendam cathedralem deſideretur. Amplectitur hæc Eccleſia non modo redditus Epiſcopatus, ſed etiam Beneficiorum in ipſa erectorum, quæ ſummam efficit quadraginta millia ſcutatorum, pro annuo cenſu; itaque in libris cameræ ejus taxa millium trecentorum florenorum eſt. Ferrariæ Eugenius IV. incœpit Concilium *b*, aſſiſtente, præſenteque Conſtantinopolitano Imperatore, ibique quindecim vicibus aſſedere Patres, tametſi poſtea teterrima lue graſſante, Florentiam ſit tanslatum, ibique abſolutum, nomen Florentini Concilii invenerit. Nobili ſplendidaque veſtium ſacerdotalium ſupellectile inſtructa eſt, quam diverſi principes ad promerendam divini numinis gratiam Ferrarienſi Eccleſiæ dono dedere. Fulget autem in ea quam maxime ſacerdotale indumentum, quod ibi Margarita Auſtriaca Philippo Hiſpaniarum noviter nupta reliquit. Inſignium ſanctorum reliquiis nobilitatur, præſertim S. Georgii ſui protectoris *c* integro corpore. Eccleſiæ adhæret Epiſcopale Palatium, amplum, commodumque, ſive ingreſſuris, ſive egreſſuris Epiſcopis. Cum ipſius Ferrariæ exordio, Epiſcopalis dignitas in ea viguit. Etenim Vicohabentiæ primum Epiſcopum S. Sylveſter Papa attribuit, quam cum Rotharis Longobardorum Rex, qui Ravennatibus victricia ſigna intulerat, excidiſſet, ad Ferrariolam ſupra Padi ripam cum clero, populoque demigravit Epiſcopus, qui S. Georgii inſigne templum pro cathedrali habuit. Inde, urgentibus incurſionibus, ultra Padum conſtituere Ferrariam, ut paulo ſupra commemoravimus, Canonicis Regularibus Georgiano attributo Templo, quod poſtea Montis Olivetanæ juriſdictionis evaſit. A Vicohabentiæ primo Epiſcopo Præſulum Ferrarienſium catalogum exordiemur, perque Ferrariolam Tranſpadanam eandem ſeriem uſque ad Epiſcopos S. Georgii dictos deducemus, perducemuſque uſque ad adultam Ferrariam Ciſpadanam. Ferrarienſis Eccleſia tamquam ſuffraganea Archiepiſcopo Ravennati ſubjecta eſt, tametſi Marcus Antonius Guarinus in ſuo Compendio hiſtor. Ferrarien. Vitelliani diplomatis parte prolata, hanc ſubjectionem jugulare conetur, ac jus Epiſcopatus Ferrarienſis in libertatem aſſerere. Ampla, pulchraque diœceſi Ferrarienſis Eccleſia gaudet, populo fœta, gravique. Porrò Ferrariæ adhuc literarum ſtudium floret, a Friderico II. Imperatore in contumeliam Bononienſium illic invectum, unde poſtea viri docti, & graves in omni memoria quamplures extitere. Hinc merito in eam Cæſar Scaliger.

a Beneficiati.

b an. 1438.

c Penè integro capite.

Inclyta qua patulo fruitur Ferraria cœlo,
Reginas rerum lumine ditat aquas.
Aurea nobilitas; ſtudiorum nobilis otj
Ingenia; audaci pectore prompta manus.
Magnanimique duces, genus alta a ſanguine divum,
Perfugium profugis, mœnia ſancta viris.
Vos me luctifica redeuntem è ſtragis acervis,
Quos vetus ex ima ſede Ravenna gemit.
Germano in pugna amiſſo, fortique parente
Quo matri victa vita dolore fugit.
Ornatum elogiis, decoratum nomine regum,
Auctum Felſinea reſtituiſtis ope.
Salvete Heroes, & quæ ſanctiſſima tellus,
Fratriſque, ac matris, & patris oſſa tegis.

Sed ejus nomine Cornelius Amaltheus egregio luſit carmine.

Jure tibi a ferro tribuit Ferraria nomen,
Hanc Bellona ferox, hanc fera bella juvant.
Ne mirere tamen, ſi poſt tot parta trophæa,
Poſt celebres palmas ipſa quieſcat ovans,
Alphonſus claro Aſtræam deduxit olympo,
Et peperit terris otia grata ſuis.

Nobilitarunt Ferrariæ nomen viri maximi, Antonius Beccarius, Scodeus Epiſcopus Ord. Præd. Felinus Sandeus Epiſcopus I.C. Hieronymus Savonarola, Franciſcus Sylveſter ſummus Prædicatorii Ordinis Antiſtes, Jo. Maria Riminaldus I.C. Peregrinus Priſcianus patriæ illuſtrator, Ludovicus Arioſtus poeta auctor Orlandi Furioſi, Cœlius Calcagninus orator & poeta, Lilius Gregorius Giraldus Latine Græceque doctiſſimus, & memoriæ tenaciſſimæ, Ludovicus Bigus poeta, Titus Strozza, & Strozza pater, Alexander Guarinus, Gaſpar Sardus hiſtoricus, Jo: Baptiſta Guarinus, aliique. Adſidet Ferraria ripæ Padi amnis, quo qua Ortum Auſtrumque reſpicit, alluitur. Cœlum ipſi craſſum, ob ſitum paluſtrem. Plateas habet rectas, longas, amplas, quarum pleraſque Leonellus marchio primum coctis ſtravit lateribus: ædificiis cum publicis, licet non magnis, cum privatis ſupra modum eſt ornata. Maximum eſt urbis Fanum. Caput olim, ſedeſque ducatus Ateſtinæ gentis, nobilitatis, & antiquitatis ſtupendæ. Familias habet celebres, & opulentas, & rebus ad vitam neceſſariis abundat.

Qui uberiorem de civitate Ferrariæ deſiderat cognitionem, conſulat Jo. Baptiſtam Pignam de Principibus Ateſtinis, Leandrum Albertum, Sabellicum, Volaterranum, Biondum, Platinam, Petrarcham, Peregrinum, Priſcianum, Hieronymum Rubeum, Sardium, Giraldum, ac M. Antonium Guarinum in ſuo illo diligentiſſimo commentario de Eccleſiis Ferrarienſibus, ubi nil videtur poſſe deſiderari, ad uberiorem ejus civitatis cognitionem eliciendam. Præſulum vero Ferrarienſium catalogus ſequens eſt.

A D D I T I O.

(„ *Cathedralis Ferrarienſis Eccleſia, Gothica* „ *ſtructura inſignis, atque vetuſtate venerabilis, un-* „ *dique marmoribus excultis ornata, novam nunc in-* „ *duit figuram, & admirabili antiquitate ſpoliata ad* „ *hodiernam architecturam defertur. In anteriori* „ *proſpectu ſub ſtatua marmorea Marchionis Alber-* „ *ti Eſtenſis jacet antiqua memoria Familiæ Calven-* „ *tiæ libertinæ cum hac inſcriptione:* Q. Calventio „ Q. Lib. trop. ymo. & Calventiæ uxori, & Auxe- „ phæ. P. L. Feg. *Super unam ex januis iſtius Eccle-* „ *ſiæ manus adeſt in marmore ſculpta cum his verbis:* „ Ab aquis multis libera nos Domine: *& creditur* „ *eſſe memoria maximæ inundationis, qua aqua illuc* „ *pervenerit. Noviſſime an. 1713. in medio templo* „ *novæ reſtaurationis occaſione effoſſum eſt Adellardi* „ *hujus Eccleſiæ primi ædificatoris inſigne monumen-* „ *tum, in cujus lapide hæc carmina licet penè oblitte-* „ *rata legebantur.*

„ Strenuus hic miles mores, artuſque ſeniles
„ Depoſuit tardus noſter princeps Adelardus,
„ Guillelmus ſævo, quem genuit Bulgarus ævo,
„ Quē pietas charum, & bona munificētia clarum
„ Fecit, qui plenos ſemper mandavit egenos,
„ Qui populo exemplum ſtruit hoc de marmore
„ templum.
„ Cleſtinus planſit, triſtiſque Hugutio manſit.
„ Marcheſilla orat, virq; Hatto in funere plorat,
„ Annis millenis centum ſex & nonagenis;
„ Per meritum Chriſti requiem depoſcimus iſti.

„ *Fons baptiſmalis, licet complures in urbe Parochia-* „ *les Eccleſiæ ſint, in Cathedrali ſolum, atque in Ca-*

„ *nonica*

Digitized by Google

„ *nonica S. Maria in Vado aſſervatur. Monaſteria* A
„ *verò virorum Ferrariæ 22. enumerantur, monia-*
„ *lium 16. Hoſpitalia 4. Conſervatoria Virginum 7.*
„ *Laicorum Confraternitates 18. Adeſt etiam Semi-*
„ *narium pro Clericis, & in egenorum ſubſidium duo*
„ *Pietatis Montes*. Lanzonus.)

I. 1 OLDRADUS, Vicohabentiæ primus Epiſcopus ordinatus a S. Sylveſtro Papa ann. 330.

II. („ JULIUS *Epiſcopus Vicohabentiæ ſecundus*, „ *ordinatus ab eodem s. Sylveſtro Papa, annuente* „ *Conſtantino Imperatore anno 331. ex tabulario Ec-* „ *cleſiæ Ferrarienſis, Archivioque Epiſcopali*. Ba- „ ruffaldus.)

III. 2. S. LEO *a* quem alii volunt illum eundem eſſe, quem venerantur fideles in Eccleſia Parochiali S. Stephani, illuc è templo S. Lei Vicohabentiæ aſportatum ann. 1081. a Gratiano Epiſcopo Ferrarienſi, ut hoc ſaxum demonſtrat.

a Ordinatus an. 364. ex tabul. Ferr. Baruffald.

D. O. M.
A partu Virg. anno M. D. IX.
iij. Kalend. Julii
Pont. Max. Julio II. Alphonſo Eſtenſi
Ferrariæ duce III.
Hippolytoque ejus fratre S. R. E. Card.
Ferrariæ Epiſcopo,
hoc in ſepulchro, ubi Fauſtina
olim cinis reconditus, venerabilis Jacobus
Bencivenis
Eccleſiæ Prothomartyris Antiſtes
Arcam plumbeam oſſibus inſtratam
deprehendit,
in qua hæc inciſa legebantur:
Hic requieſcit corpus S. Leonis
Pontificis, & ſacerdotis Chriſti
translatum huc a Vicoventia ſub Gratiano
Ferrarienſi Epiſcopo
Anno M. LXXXI. xvi. Kal. Martii
indict. iv.
cujus rei cauſa indicta ſupplicatione
per venerabilium ſacerdotum collegium
Religio.
Eodem loco, eadem oſſa repoſita ſunt
eodem anno ibid. Julii.

(„ *Anno 1683. corpus hujus S. Leonis translatum* „ *fuit ſub altare majus ejuſdem templi in eadem arca* „ *marmorea Anniæ Fauſtinæ die 12. Maji*. Baruffald.)

Narrat Guarinus in compendio, Leonem hunc a pleriſque exiſtimari, unum ex illis quatuor SS. Leonibus Pontiff. Maxx. quorum celebris memoria extat in Eccleſia a Stephano III. Papa una cum corpore S. Sylveſtri Papæ Anſelmo Nonantulano Abbati Aſtulphi Longobardorum Regis fratri dono datum, cujus ſacræ reliquiæ ſalutis noſtræ an. 1006. caſu è Nonantulano cœnobio, Vicohabentiæ depoſitæ a Gratiano Epiſcopo poſt annum quartum ſupra ſeptuageſimum Ferrariam translatæ fuerunt in Eccleſia Prothomartyris Stephani, ubi hactenus ſteterunt. Cum enim per totam fere Aemiliam exæſtuaſſet contagium, Ferrarienſis Antiſtes, Mutinenſis, ac Bononienſis Epiſcoporum excitatus exemplo, qui a Nonantulano Abbate impetrarunt, ut SS. Syneſii, & Theopompi martyrum ſacra lipſana è Nonantulana extraherentur, & per diœceſes ad pereuntium ſalutem circumferrentur, ab eodem Abbate S. Leonis corpus, de quo loquitur, obtinuit, quo cum Epiſcopatus ſui territorium illuſtraſſet, Vicohabentiæ decimo ab urbe lapide ſtetit, ibique ex contagio defunctis iis, qui ſacrum vectitabant pignus, in Eccleſia S. Lei depoſuit, ut deinde abſciſſa lue, ad propria reduceretur. Sed per Nonantulanorum ignaviam oblitum, per tot annos in ea Eccleſia manſit, quouſque, ut diximus, Gratianus in nobili marmoreo tumulo, Anniæ Fauſtinæ cineribus olim dicato, in Prothomartyris æde illud tranſtulit, in quo adhuc ſumma veneratione aſſervatur. Cæterum cum quatuor tantum ſummos Pontifices Leones ſanctos adoret Romana Eccleſia, quorum corpora in Vaticana Baſilica ſub altari Leonis magni a Paulo V. repoſita recenſeantur, oportet aſſerere Leonem hunc diverſum eſſe ab iis, & Ferrarienſis Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſe, *b* cum etiam in Nonantulanis monumentis de Leone illo Pontifice nulla reperiatur mentio; de qua re judicent alii, fideſque apud illos ſit, qui hæc ſcriptis mandarunt.

b Sed de hoc vide infra in Ferraranis

(„ AGATHO *Vicohabentiæ Epiſcopus ſub Siricio* „ *Pontifice, & Valentiniano Imperatore anno 390*. IV.

„ VIRGINIUS *Vicohabentiæ Epiſcopus an. 431.* „ *Ex citatis monumentis*. Baruffaldus. V.

3. MARCELLINUS Epiſcopus Vicohabentiæ a D. Petro Chryſologo Archiepiſcopo Ravennæ ipſis Domini Natalitiis conſecratus ann. 451. tanta omnium lætitia, ut unus Marcellinus, eodie, ut ipſe inquit Chryſologus, vernaculi partus totum rapuerit, & conquiſiverit affectum. De quo videndus Rubeus lib. 2. VI.

(„ JOANNES *Epiſcopus Vicohabentiæ an. 462.* VII.
„ MARCELLUS *Vicohabentiæ Epiſcopus an. 494* VIII.
„ VICTOR *ordinatus Epiſcopus Vicohabentiæ an.* „ *560. die 20. Decembris.* IX.
B „ MARTINUS *ad hunc Epiſcopatum aſſumptus* „ *anno 608.* X.
„ LEO II. *Epiſcopus Vicohabentiæ anno 611. Hi* „ *Vicohabentiæ Epiſcopi ab Ughello prætermiſſi eruuntur ex Archiviis tum Epiſcopali, tum Capitulari* „ *Ferrarienſibus: eorumdemque item memoria ſervatur in antiquiſſimo catalogo, qui in Archivio Patrum Auguſtinianorum S. Andreæ Ferrarienſis adhuc cuſtoditur*. Baruffaldus.) XI.

4. MAURELIUS *c* Vicohabentiæ Epiſcopus, & martyr, Ferrariæque protector, floruit circa annum Domini 634. cujus corpus requieſcit in Eccleſia S. Georgii ad dextram majoris Altaris, in argentea capſula, quam æneum ſepulchrum iterum includit, ubi tunc conditæ fuerunt perquam honorifice, cum e caverna lacunoſa extraherentur, in qua propemodum neglectæ jacebant an. 1419. Cujus translationis pompam adauxit Nicolai Marchionis Ateſtini, Nicolai de Robertis, Petrique Bojardi Epiſcopi Ferrarienſis præſentia. In anteriori autem C parte ſepulchri hæc ſequens inſcriptio legitur. XII

c De hujus Epiſcopi genere, patria, ætate, rebuſque geſtis late Papebrochius in Actis Ss. Maii to. 2. p. 154. & ſeqq.

Divi Maurelii martyris & Epiſcopi veneranda oſſa, cujus divinitatem frequens votorum reus teſtatur in dies. Patres Olivetani ære proprio & piorum divo Maurelio poſuere.

Hujus ſancti feſtum Ferrarienſibus decurrit ſolemne die 7. menſis Maji. Poſt hujus ſancti martyris exceſſum, Rotharis Rex Longobardorum Vicohabentiam excidit, translataque eſt dignitas Epiſcopalis ad Ferrarolam, cujus Præſules in ſequentem ſeriem digeſſimus.

5. JOANNES Vicohabentiæ Epiſcopus interfuit concilio Romæ celebrato an. 649. apud Rub. lib. 4. Ravenn. hiſt. XIII.

D



6. MARINUS Romanus e nobili gente Sabella, a Vitelliano Papa Ferrarolæ Epiſcopus creatus eſt anno 657. ut idem Pontifex in ſua Ferrarienſis Epiſcopatus inſtitutione ſcriptum reliquit; Cujus documenti exemplar in vetuſto pergameno exſcriptum extat in Archivo Ferrarienſis Eccleſiæ, tenoris ſequentis. Suſpicantur nonnulli documentum illud XIV.

ſup-

Digitized by Google

ſuppoſititium eſſe, neque enim per ea tempora talis ſcribendi modus uſui erat, neque ullum fere unquam Pontificum diploma hactenus apparuit, præter hoc Vitellianum, ubi locus, annus, dies, indictioque reticeantur, in eoque plura gratis videntur annexa (1). Utcumque ſit, illud tamen hic exſcribendum curavimus, ut cuique liberum ſit, quod placuerit, arbitrari.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.

Jubente Vitelliano ſervo ſervorum Dei, atque Conſtantino Romanorum Imperatore Auguſto. Exiit edictum Romanum, ut deſcriberetur, qualit. poſt deſtructionem noſtra Vicunveriæ a *Eccleſiæ, quæ de jure B. Petri Apoſtoli fuit, petitionibus, precibuſque Clericorum, & Laicorum, omniumque populorum habitantium infra Ducatum noſtrum Ferrariæ, in ipſa videlicet Maſſa Babylonia, qua vocatur Ferraria, quæ de patrimonio S. noſtra Eccleſia Romana eſt B. Petri, in ipſa eadem Maſſa alteram fundavimus, & eam auximus, & ædificavimus Eccleſiam ad honorem Dei omnipotentis, & Martyris S. Georgii, atque in Epiſcopatum conſecravimus, ad jus, & dominium S. R. E. beati Petri, & in dominio, & poteſtate, ſeu cura, & gubernatione ſua conſtituimus, atque ſubjugamus, & in ea quendam Epiſc. ex Romanis, Marinum ſcilicet virum religioſum juſtum, & honeſtum, ac venerabilem & ex nobili genere ortum, ex auctorit. beati Petri Ap. & noſtra cum Cardinalibus ſcilicet, & Epiſcopis noſtræ Romanæ Civitatis in ipſa ſancta Eccleſia Ferrarienſi ad* Epiſcopalem effectum b *eligimus, inveſtimus, & conſecravimus in jure, & dominio S. R. E. quæ mater eſt omnium Eccleſiarum, & de illius bonis in ipſa S. Ferrarienſi Eccleſia B. Georgii, tanquam* ſpirituali c *filiæ ſuæ, atque heredi per hoc novum inſtrumentum, & privilegium, nomine ſcilicet dotis in conſervatione ejuſdem Eccleſiæ filiæ B. Petri, ſicut ſupradictum eſt, de patrimonio ſuo, de ſuo jure, atque dominio, in jure, & proprietate ejuſdem Eccleſiæ S. Ferrariæ, damus, donamus, & mancipamus, atque in perpetuum in jure, & dominio ſua proprietatis transferimus duodecim Maſſas poſitas infra noſtrum comitatum per ſingula loca ſicut hic ſubter deſignantur. In primis damus Vicum Adventinum, & Maſſam, quæ vocatur Pollariolus, cum omnibus fundis, & pertinentiis ſuis, & tributa fluminis, & ripa ſibi pertinentibus. Et ſimiliter damus integram medietatem de toto, & integro fũdo de Contrapado, &* de campo Bedæ *d, cum omnibus juribus ſuis, ambobus fundis, pertinentibus, & totam ſimiliter medietatem de tota, & integra Maſſa Quartiſana, cum omnibus ſibi pertinentibus: & Maſſam ſimiliter Donoro, cum fundo Albarea, & fundo Viconovo, & cum omnibus aliis fundis conſtitutis in ipſa eadem Maſſa; & ſimiliter damus, & tradimus totam, & integram Maſſam Firminianam, cum omnibus fundis, & juribus ſibi pertinentibus. Et ſimiliter damus, & tradimus totum, & integrum fundum, ſeu Corrigium* Portunariæ e *cum toto campo S. Martini, & cum toto fundo de Duce, juxta ipſum campum S. Martini: & totam medietatem de campo, qui dicitur de Capraria, juxta ipſum fundum de Duce, & totum fundum Orgianellam, & totum fundum Orgiariam, & totam Vallem, & Piſcariam, quæ dicitur Trenta. Et ſimiliter damus totum, & integrum campum Mixturiatum, poſitum juxta ipſam Piſcariam, & vallem de Trenta. Et ſimiliter damus totum & integrum fundum, & Corrigium de fronte buco, & totum Canale, qui dicitur* Leviarius *f. Et ſimiliter totum fundum, & Piſcariam, quæ dicitur Morticinus; & item tradimus, & damus ſibi Vicum Varianum, cum tota Curte ſua, & cum omnibus fundis pertinentiis ſuis infra totam prædictam Curtem conſtitutis. Et ſimiliter damus totum, & integrum fundum* Gallicum, *g cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. De his omnibus tradimus ſibi proprietates, & poſſeſſiones. Et iterum damus ſibi totam, & integram Maſſam Curuli, cum omnibus ſuis fundis; & ſimiliter Saletam Damianam, & al-*

a Al. Vicoventia.
b Al. Epiſcopale officium.
c Speciali.
d Al. Caput Rheta.
e Al. Pontenaria.
f Al. Levinus.
g Al. Galligam.

A *teram Saletam, quæ dicitur Caſtellana, cum omnibus ſuis fundis. Maſſam ſimiliter & Occuparis, & Maſſam Ropiolam, cum omnibus fundis, & pertinentiis ſuis. Et Maſſam ſimiliter* Peducti *h, & Maſſam ſimiliter* Seremariam. *i. & Trentam, & Maſſam Seneticam, atque Caſtellionis, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis. Has omnes Maſſas, & prædictos fundos damus, & ſubjugamus prædictæ noſtræ majori Maſſæ, quæ dicitur Ferraria, cum omni obedientia, & ſervitute mercati quidem, & ripa* telonei k; *unam medietatem damus, & tradimus ſibi in proprietate, & alteram medietatem ſimiliter damus pro benedictione ad noſtram Civitatem Ferrariæ. Hæc quidem omnia prædicta ſunt de patrimonio, & jure, atque dominio S. noſtræ R. E. beati Petri, ſicut ſupra legitur, in jure, dominio, ſeu proprietate ipſius S. Ferrarienſis Eccleſiæ B. Georgii pro benedictione transferimus, & mancipamus, & tradimus in perpetuum pro timore omnipotentis Dei, & dulcedine, & amore præfati Marini Epiſcopi Ferrarienſis. Quem, ſicut ſupradictum* B *eſt, ibi in Epiſcopum conſecravimus; ob hoc cognovimus eum virum ſapientem, & ab omnibus vitiis alienum, & bonis* omnibus *l. plenum, & in lege Dei ambulantem, immaculatum cognovimus, humilem exiſtentem, & reſiſtentem ſuperbis, latrones non diligentem, & obedientem, raptores, & homicidas, & adulteros, ſacrilegos, atque perjuros ad pœnitentiam vocantem, in Dei, & dilectione proximi manentem, Orphanis & viduis conſilium tribuentem; Pauperem, infirmum libenter viſitantem, & mortuum ſepelientem, aliena minime concupiſcentem, ſed de ſuo proprio largientem* & quatenus vixit *m, & in charitate perfectus eſt, tribuens omnibus pauperibus de ſuo, nudis, eſurientibus, & ſitientibus veſtitum, cibumque tribuit, & potum, carceratos liberat, infirmos viſitat, & peregrinis hoſpitium tribuit, & peccatores à peccatis eorum libenter abſolvit. Qui conſervat omnia Dei mandata, damus licentiam ſibi ordinandi, atque conſecrandi Eccleſias, monaſteria, capellas, clericos, monachos, Abbates in ſingulis maſſis per totum noſtrum* C *comitatum Ferrariæ. Qui penitus non vocentur ad nullius publicæ poteſtatis placitum, neque diſtrictum, ſed ſemper maneant in dominio, & poteſtate, ſeu diſtrictu, atque electione, atque judicio ſupradicti Marini Epiſcopi* Coepiſcopique *n noſtri, ſuorumque omnium ſucceſſorum Epiſcoporum ipſius Epiſcopi Ferrarienſis; ipſum autem Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores in dominio, & poteſtate, ſeu diſtrictu, atque ordinatione, inveſtitione, & conſecratione ſunt noſtræ Romanæ Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, de* ejus *o patrimonio, & in ipſam eccleſiam tenemus, & affirmamus in* Vicarium *p habendo, ut quomodocunque noſtra univerſalis perſona in Epiſcopatu creaverit, ordinaverit, inveſtiverit, & conſecraverit, ille in honore habeat Epiſcopum ſedens; & in ipſo ſimiliter Epiſcopio tales canonicos ordinavimus, qui juſti, & timorati, & firmati in lege Dei à ſeculo taliter ſine alienati, qui nullam proprietatem apud ſe tenuerunt, ſed qui Dei amore, atque timore omnia fecerunt communia in charitate, & canonicè, ac regulariter vivere promiſerunt. Votum, &* D *profeſſionem Deo fecerunt, & in ſcriptis firmaverunt ipſam* profeſſionem *q ponentes* etiam *r ſuper altare, unam tantummodo clavem habent, atque marſupium, eleemoſynas quotidie dant pauperibus, nemine illorum cogitante de craſtino, præter victum, atque veſtitum nihil retinent, & omnia pauperibus ſuperflua tribuunt. In dormitorio quidem lucernam ardentem in medio habentes, communiter jacent, & dormiunt, & in refectorio ſimiliter edunt communiter. Quibus pro timore, & amore omnipotentis Dei ut in ipſa ſancta Eccleſia noctu, dieque deſerviant Deo, à parte S. noſtræ Romanæ Eccleſia hoc beneficium per hoc noſtrum privilegium illis, ſuiſque ſucceſſoribus futuris canonicis tribuimus totam, & integram quartam partem totius decimæ, quæ dabitur ad ipſam eccleſiam, & ſimiliter totam*

h Al. Pedurni.
i Al. Seignana.
k Al. Telonei.
l Al. moribus.
m Al. de ſuo contentus fuit.
n Hæc ... in al. non ... dat.
o Al. ejus.
p Al. perpetuum.
q Al. promiſſionem.
r Al. eam.

(1) In publico compendio literarum Apoſtolicarum, ſeu Privilegiorum ab Hadriano I. Joanni Cardinali, & Epiſcopo Ferrarienſi concef. Romæ apud Lateran. an. 780 die 9. Martii habentur hæc verba præciſa, quibus Vitaliani privilegium quodammodo comprobatur. *Condolentes de confuſione, et annullatione nominis noſtri Epiſcopii, quod noſtri Prædeceſſores infra Ducatum Ferrarien. in eadem ſcilicet noſtra majori Maſſa Babylonica, quæ vocatur Ferraria, ad honorem Dei omnipotentis, et Beatiſſimi Georgii martyris ſui conſtituerunt, et conſecraverunt:* addens: *et ſicuti ipſi prædeceſſores titulo donationis dederunt ei alias undecim maſſas, ita et nos etc.* Baruffaldus.

Digitized by Google

tam, & integram decimam de omni ſua, ſuorumque famulorum laboratione habeant.

Imperator, & noſtra Imperatoria potentia laudamus, & confirmamus omnia, quæ á ſancta R. E. in prædicta eccleſia Ferrarienſi B. Georgii ſunt tradita, & donata per hoc idem ipſum privilegium, ipſum jam dictum Marinum, venerabilem præſulem, ſuoſque canonicos pro illorum regione, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus in noſtra recipere protectione ut omnia, quæ poſſident, vel in futurum acquiſierint, & poſſidebunt, ſecuri, & quieti perpetuo detineant. Terras ſcilicet, & vineas, paludes, & ſilvas, atque piſcarias, colonos, villas, ſervos ſimiliter & ancillas utriuſque ſexus; hæc omnia pro ſuo victu, & veſtimento, cum toto diſtrictu teneant quiete, & nemo ſit auſus diſtringere illos, ſuoſque colonos, atque familios, neque de ſuis bonis minuere. Quia pro timore Dei abſolvimus illos ab omni publica datione, & functione, atque diſtrictu, per præcepta quidem, & privilegia S. R. E. beati Petri, hæc omnia data & tradita ſunt in Epiſcopatum Ferrarienſem per Papam Vitellianum, & per Conſtantinum ſimiliter Romanum Imperatorem. Ferraria conſtet Ducatrix, & diſtinguat omnes alias Civitates. Quia ab Apoſtolica ſede tenet principatum datum ſibi á principali, quem chronica vocat Ducatum. Infra quem Comit. Ferrarienſis deſignatur hoc modo. Ab Oriente ab una parte fluminis eſt altera noſtra Maſſa Fiſcalia, & foſſa Boſonis. Inde tranſiens flumen Sandali per paludes, & piſcarias ultra meridiem uſque ad locum Maleti, & ſuper aggere Antianum per paludes, & piſcarias capiens lacum Vitreum, deſcendit ad occidentem uſque ad locum Formoſum. Qui certus finis inter Romaniam, & Longobardiam, & ab altera fluminis parte ſimiliter ab Oriente eſt Canalis, qui dicitur de Fine. Quæ certa finis eſt comitatus Ferrarienſis, & alterum noſtrum comitatum Comaclenſem, capiens alteram noſtram Maſſam Forminianam, quæ de prædicto comitatu Ferrarienſe eſt. Et per ſua jura circumdat fundum Renæ a, & Cornacervina deſcendens per paludes, & piſcarias contra Orientem uſque ad canalem, & Corrigium Fichini b. Et per ipſum Corrigium, atque canalem convertitur ad flumen Erydanum. Inde ad Orientem deſcendit poſſidens omnia uſq. ad Gaurum, & ipſum flumen Gaurum Apoſtolica, & Imperatoria auctoritate Comit. Ferrarienſis deſcendit uſque in mare. Ab Occidente ſimiliter ingreditur per flumen Tartarum tendens per paludes, & piſcarias in parte Septemtrionali juxta comitatum Gavelli circumdans Maſſam Comiti c, & fundum Lognari c, & foſſatum de Silinile d. Inde per paludes, & piſcarias in parte Septentrionali capit fundum Corneti, & fundum Occuparii, & fundum ſimiliter Ambuſii f, cum omnibus illius Comit. Ferrarienſis deſcendit in Gaurum, per quod flumen Gaurum Ducat. & Comit. Ferrarien. incidens comitatum Adrienſe, & tangens Ducatum Venetiæ. Auctoritate Apoſtolica, & Imperatoria ducat. & comit. Ferrarien. deſcendit in mare nulla ſibi prohibente perſona, Apoſtolici, & Imperatoris contradicente ſententia, & omni remota controverſia ſententia Apoſtolici, & Imperatoris teneatur. Undecunque ſint euntes, & redeuntes ad noſtram civit. Ferrariæ, ſecuri pergant, & revertantur ad mare, uſque ad præfatam Civitatem Ferrariæ, cui ſubjugamus omnes regiones, quæ ſunt á mari, uſque ad Ferrariam, & ultra Ferrariam majores, ſive minores ad finem Comitatus infra omnia lateras ſupradicta. Infra quem comitatum nemo præſumat ædificare ſua auctoritate turrim, vel caſtrum, niſi data licentia, & conſilio ipſius Civitatis Ferrariæ, non Dux, non Marchio, nullus Comes, neque Epiſcopus, non Archiepiſcopus, nec Vicecomes, & ſi ipſius Civit. communi licentia contempta, atque conſilio ædificaverit aliquis intra turres ipſius caſtri, vel turris, ſemper ſubjaceant, atque omni tempore obediant ipſi noſtræ Civitati Ferrarienſi. Nunquam ſint rebelles, ſed obedientes ſemper permaneant, & ſi in aliquo tempore contra ſupradictam Civitatem inſurgere tentabunt, noſtra ſancta Apoſtolica, & Imperatoris auctoritate liceat ipſi noſtræ Civitati Ferrarienſi ipſum caſtrum, vel turrim deſtruere. Cui noſtra univerſalis perſona a parte S. R. E. beati Petri, & Apoſtol. & Imperator. noſtra Imperatoria majeſtas per hoc privilegium habere honorem, & virtutem, atque poteſtatem damus, largimur, & in perpetuo habendam hanc dignitatem confirmamus, Regni ſcilicet, Civitatum quando cunque g per eam tranſierint, & redierint, claves, cum poteſtate, & virtute tradimus ſibi, ut non poſſint per eam tranſire niſi ibi applicuerint, & cenſum Ripæ fluminis Apoſtolico Nuntio perſolverint.

Imperat. & iterum noſtra Imperatoria majeſtas per hoc privilegium concedimus ad præfatam civitatem Ferrarienſem hunc honorem, & hanc dignitatem, ut in aliena patria ſui cives non conſtringantur, ſed alios omnes in ſeipſa diſtringat, ita ſcilicet, ut Apoſtolicus Nuncius ante ſe omnibus quærentibus h faciat legem, undecunque ſint alieni i, ſi unus de altero queritur ibi faciat juſtitiam, & ſi tertium exegerint, tribuant de ſe autem cives Ferrariæ noſtri, & ſuburbani in ſua tantummodo civitate Ferrariæ, ante Apoſtolicum Nuncium faciant legem quærentibus de ſe, illi tamen qui ſub eodem Judice ſibi verſa vice juſtitiam fecerint ante Apoſtolicum Nuntium quando generale placitum cuſtodierint. Et ut non alibi ſint diſtricti, neque judicati Imperatoris edicto illos abſolvimus, & liberamus, & noſtra imperatoria auctoritate ad noſtri Regni Civitates Italiæ per terram, ſive per aquam, cum libertate magna pergant ſecuri, & quieti, nemine ſibi prohibente Imperatorio edicto contradicimus, & nullam aliam injuriam, & contumeliam ſuſcipiant, ſed ſolitum cenſum Civitatis ſolvant, quod ab omni alia injuria, & contumelia, & detrimento, ſeu mala ſuper impoſita protegantur per hoc noſtrum præceptum, quibus nullam publicam functionem, ſeu cautionem k, vel tributum, aut feudum, neque hoſpitationem civitatis, vel burgi nullo modo exigimus. Sed quando in Italiam noſtra Imperatoria majeſtas advenerit, cives Ferrariæ, ſi oportuerit, & a noſtra parte quæſitum fuerit, dabunt nobis contra noſtros rebelles in hoſtem mille viros ferentes arma cum ſuis navibus per aquam, vel per terram xxx. dies manentes nobiſcum. Ab omni alia publica functione, & datione, ſicut diximus, abſolvimus illos pro timore, & amore Dei omnipotentis, & beati Petri Apoſtoli, ſuoſque filios, & heredes in cujus proprietate ſuam civitatem Ferrariæ ipſi poſſident, in qua juſſimus per tempora ordinari mercatum. In quo omnes Civitatis negotiandi cauſa convenerint, ſolvendo ibi tamen tributum Ripæ, & fluminis. In mercato quidem ſiſtunt ſecuri, & etiam Apoſtolicus Nuntius, ſi apparuerint omnes undecunque ſint, faciant, & obediant placita. Quicunque capiunt terram per pedem ab uno tantum modo illis denarium ſingulum tribuant. Venetorum quidem, & Ravennatum pecuniam, & naves negotiandi cauſa nequaquam per ſuum comitatum ultra Ferrariam tranſeant tali licentia, & auctoritate Ferrarien. ſi permittere voluerint, & ſi permiſerint tranſire, reddant tributa fluminis, & ripæ. Bononienſes quidem cives per Ferrarienſem quidem comitatum nullo modo ad Venetiam, neque ad ullum mercatum pergant ſine conſenſu, & data ſibi licentia populi Ferrarienſis, & ſi conſenſum habuerint, ſolitum reddant tributum, ſcilicet ad noſtram Civitatem cum magna ſecuritate veniant, & in ſuis navibus permanendo vendant omnia quæcunque duxerint Ferrariam tamen ſi convenire poterint cum alienis dando ſcilicet tributum ripæ, & fluminis. Et ſi in navibus vendere non poterunt, liceat eis in terram deponere, non ut faciant tabernam, ſed ſummatim vendant cuicunque voluerint. Similiter Ferrarienſes Epiſcopi Ferrarien. ſive Ferrarienſium auctoritate per foſſas negotiandi cauſa ad nullum portum declinent.

Apoſtolica &c. Ferrarienſibus autem civibus talem exigimus tributum, atque obedientiam, ut unaquæque libera perſona capitis Maſſarii ipſius civitatis annuali reddat ſuffragium ad noſtram S. Romanam Eccleſiam B. Petri Apoſtoli denarium ſingulum Venetiæ. Et alteram ſimiliter faciant obedientiam, quod ſemel per annum ſi a nobis fuerit requiſitum cum l noſtrum Apoſtolicum Nuntium. Si præco impoſuerit bandum per tres dies cuſtodient generale judicium, & uſque tertiam horam ſcribantur clamores, & querimonia, poſtea per men-

ſis,

a Al. Reni. b Al. Cithini. c Al. Corneti. d Al. Le[illegible]. e Al. Silinile. f Al. Am[illegible]. g Al. [illegible]. h Al. præſentibus. i Al. [illegible]. k Al. detentem. l ante.

ſis curriculum clamari juſtitiam faciendo ſi vocati fuerint, cuſtodiant judicium, mulieres habentes viros, & filii patres, ſervi quoque & mercenarii non vocentur ad judicium, ſed ad ſuos Dominos pergant, in quorum poteſtate conſiſtunt. Qui ſi non fecerint juſtitiam, ad noſtrum judicium revertantur. Qui veritatem confeſſus fuerit, nullo modo teneatur de tertiis, ſed qui veritatem negaverit, & fuerit convinctus, in integrum tertias dabit. Judices autem, advocati, capitanei, & omnes vaccaſſores *a, tabelliones, & conſules a tertiis ſint liberati, ſed de illis dicimus* vaccaſſoribus *b, qui tenent feudum, & equos. Viduæ quidem, & orfani nequaquam tertias dabunt. De generali vero judicio in illo ſcilicet arbitrio ponimus, ſi placitum voluerint cuſtodire, maneant ad noſtrum convivium. Capitanei omnes prædicti, &* vaccaſſores *c, judices, advocati, & tabelliones, atque majores de ſingulis regionibus in omnes ad noſtrum ſimiliter invitamus convivium, & ſi generale placitum voluerint cuſtodire, & obedire tribuant nobis libras decem denariorum Venetorum. Raptores autem, latrones, falſatores, atque ſacrilegi, homicidæ, perjurii, ſeu adulteri per totum annum conſtringantur ad noſtrum judicium. Bannum autem noſtrum qui fregerint, pœnam centum, & octo denariorum Venetorum ſuſtineant.*

Armanni autem extra civitatem Ferrarienſem habitantes propria, atque precaria tenentes in ſuis regionibus annuatim *d Apoſtolicum generalem cuſtodiant, & obediant placitum, & hoſpitia tribuant ſibi, & quæ ſunt neceſſaria collectam, vel* fodrum *e, nec hoſpitationem, vel ullam aliam dationem in illo tempore illis exigimus; ſcilicet omnia pro Dei timore dimittimus illis, atque pepercimus. Et inſuper noſtris nuntiis firmiter præcipimus, atque non contradicimus, quod nunquam ab eis aliter ſint gravati, nullaque alia ſuper impoſita ab illis facta, vel acquiſita, ſed in dominio civitatis ſemper conſiſtant, quia noſtras regiones alias noſtræ prædictæ civitatis Ferrariæ ſubjugavimus, ſicut ſupradictum eſt, forte autem, & ſi in aliquo tempore ad prædictam noſtram civitatem Ferrarienſem veniremus cum patientia, & humilitate, atque reverentia* fodrum *f*, tributa, *atque hoſpitia tribuatis.*

Civibus autem noſtris Ferrariæ talem ponimus, atque ſtatuimus uſum, atque conſuetudinem de terris, & domibus ſuis, ut non conſtringantur, ſed perpetuum, firmum, detineant. Si quis terram ſuam vacuam dabit ad levandum *g, & qui ſuſcipit inde* ſervierit *h, nunquam ſibi poſſeſſio auferatur. Et qui ſuam dabit pecuniam, nullam injuriam patiatur, ſed ipſi, & ſui hæredes omni occaſione, & neceſſitate remota, ſecuri, & quieti ſemper poſſideant, & ſtatutam* poſſeſſionem *i Domino ſolvant. Non tamen liceat ædificatori ædificium deſtruere, & ſuper alterius terram ædificare, quia conſuetudine judicatum eſt ſolo cedere, quod ædificatur; ædificator autem ædificium ſi voluerit vendere, dominum terræ prius inquirat, & ſi dominus ædificium voluerit emere, omnibus quibuſcumque ſit præpoſitus, non tamen dolo, vel fraude in emptione, ſed juſto arbitrio trium civium virorum, ſecundum videlicet ædificii quantitatem, & qualitatem ædificator ſuum ædificium vendat, ſi emere quidem voluerit, dominus, tunc vendet ædificator ſuum ædificium cuicunque voluerit, dominus ipſo jure, & uſu conſervato emptori quem prius habuit ædificator. Et ſuſcipiat dominus ab ipſo emptore penſionem illam ſolitam, quam a ſua ædificatione ſuſcipiebat. Et* obſervata *k ſimiliter ſibi inveſtitione illa, quam prius fecit ſuo ædificatori, forte autem, & ſi per ignem ædificium deſtruatur non ſibi ideo auferatur poſſeſſio, ſi terram voluerit tenere, & ſolitam præbere domino poſſeſſionem. Et ſi ædificator duxerit uxorem, liceat ei ſibi per dotem dare, &* ſive filius *l moriens reliquerit poſſeſſionem, poſſideat ipſa per inveſtitionem ſui viri, filium autem ſi habuerit, & ante mortem ſuam mortuus fuerit, ad eam ſimiliter perveniat donec vixerit, mortua autem matre, ad proprietatem revertatur, & uxor ſui viri, & ſibi conſentiens fuerit, obtineat inveſtitionem, quam ipſe fecerit de rebus ſibi pertinentibus, & ſtatutam penſionem ſuſcipiat.*

Similiter & filius conſervans inveſtitionem patris ſui, quam ipſe ſuus pater fecit de rebus matris ſuæ ſibi pervenientibus *m, quia legitimus, & idoneus eſt vir procurator, & adminiſtrator de bonis uxoris ſuæ, & filiorum ſuorum. Nec minor ullo modo, vel occaſione, ſuam inveſtitionem frangat, nec ut ſuſcipiat ullam fraudem, vel deceptionem in ſua inveſtitione. Et ſi ædificator voluerit dimittere ædificium ad vendendum,* quod omnia *n ſua, prius inquirat dominum ſuum, & antequam moriatur juſto arbitrio trium bonorum virorum pretium æſtimetur, & poſt mortem illius ita ſolvatur. Si vero evaſerit, & vivat, in ſæculo non de ipſa æſtimatione, &* convictione *o a ſuo domino teneatur, ſed quietus poſſideat per ſuam inveſtitionem, quam ſua pecunia acquiſivit. Et ſi dominus ipſam terram voluerit vendere, prius inquirat ſuum penſionarium ſi voluerit emere, & vendat ſibi arbitrio ſimiliter trium bonorum virorum, cavendo tamen meliorationem* ab ipſa ædificatione *p facta ſuper terram, & pro ipſa melioratione majus ſuſcipiat pretium, quod non acceſſerit ab alio emptore. Ædificator autem ſi noluerit, vel non potuerit emere, vendat dominus cuicunque voluerit, cõſervata tamen ab ipſo emptore illa inveſtitione, quam ædificator ſuſcepit a domino ſuo, & ille emptor ſtatutam, & ſolitam ſuſcipiat penſionem. Dominus autem ſi voluerit donare, vel permutare ſuam proprietatem, non prohibemus, ſi donationem, vel permutationem ſuæ proprietatis, & qui ſuſcepit donationem, proprietatem, vel permutationem conſervet poſſidenti inveſtitionem, quam ſibi fecit donator, vel permutator. Et ſi inter poſſidentem, & dominum ſurrexerit contentio, & de poſſeſſione, vel inveſtitione diſcordia aliqua apparuerit, nec ad ſententias pergant legis, ſed ad uſum ſententiarum tendant. Et ſapientes iſtius civitatis pro uſu videlicet dominum, & poſſidentem, non tamen, ut domino probatio detur, ſed poſſidenti tribuat defenſionem. Et ſi ædificator, & ſui hæredes inteſtati, vel ſine liberis deceſſerint, perveniat in illos, qui legitime ſucceſſerint, ſibi etiam conſervata illis inveſtitione, quam ædificator ſuſcepit in vita ſua. Si autem terram vacuam ſine ſervitio aliquis dabit ad elevandum ædificium, taliter in uſum confirmamus, ut dominus terræ bona prævideat, ne in futuro ſe pœnitere voluerit. Quia non laudamus, ut ædificator dolo, vel fraude deceptus deſtruat, quæ bona fide ædificavit, ſed bonæ fidei ædificator quietus poſſideat, & ſtatutam domino tribuat* poſſeſſionem *q, tamen non liceat ei, qui ædificavit, deſtruere, & ſuper alteram terram conſtruere, & non liceat ſibi vendere ædificium niſi domino, ſi voluerit emere, juſto ſcilicet arbitrio trium bonorum virorum, ſed ſecundum tempus qualitatem ædificium arbitrio ſuo. Et ſi dominus noluerit emere, vendat ædificator cuicunque voluerit. Unde conſtringimus dominum, ut conſervet uſum ad ipſum emptorem, quia quod emere noluerit alteri potuit vendere, ſed qualiter inter ſe concordati fuerint, ita maneant obligati. Dominus autem, qui dederit terram, nullo modo ſibi auferat, omni ſcilicet occaſione remota, niſi propria, & clara ratione ſua, ſicut eſt pro ſuo filio, & ſervo, vel ſua propria neceſſitate, & probata neceſſitate. Si ad ſuum dominum voluerit tenere, ſine pœna ædificator tollat ſuum ædificium, & ſi dominus ædificium noluerit emere, & ipſam inveſtitionem emptori conſervare noluerit, ædificator* quodcunque *r voluerit, ſuum tollat ædificium. Eodem volente jure in domino, quod in ædificatore laudamus, & non repellat dominus de poſſeſſione ſua cum ædificatore bonæ fidei, niſi data prædicta cauſa, & neceſſitate, & ædificator, vel emptor ſuum ædificium tollat, & ſi dominus terram noluerit vendere, ædificationem prius inquirat, & vendat, ſi emere voluerit, juſto ſimiliter æſtimato pretio arbitrio trium bonorum virorum, cavendo tamen melioratione͂, quæ facta eſt ab ædificatore ſuper terrã. Et pro ipſa melioratione minus pretiũ ſuſcipiat, quod non acceperit ab alio emptore. Liceat tamen ædificatoribus ædificia, & uſũ ſuis hæred. relinquere, & donare, vel per teſtame͂tũ relinquere ſuis uxor. quæ ſecuræ, & quietæ poſſideant ſe͂per, & ſtatutã penſione͂ domino tribuant. Ædificator ſi neglexerit annualiter domino tradere penſione͂, in duplũ illam judicamus. Qui autem terram & domum cum ſervitio ad penſionem dederit, ambo ſuam conventionem detineant, & ſtatutam penſionem domino ſolvant. Si vero penſionem annualiter dare non ſtudebit,*

in

a Al. Valvaſſores.
b Al. Valvaſſoribus.
c Al. Valvaſſores.
d Al. Nuncium.
e Al. forum.
f Al. forum: & ly tributa deſideratur.
g Al. ſuſpendum.
h Al. ſervaverit.
i Al. penſionem.
k Al. Conſervata.
l ſive filia.
m Al. pertinentib.
n pro anima.
o Al. conventione.
p Al. quæ ab ipſo ædificatore eſt facta.
q Al. penſionem.
r Al. quandocunque.

in duplum emendabit. Et non liceat domino poſſidentem de poſſeſſione repellere, niſi propria, & clara neceſſitate. Quod ſi contigerit prius, reddatur ſibi a domino ſuum, quod fecit, inde ſervitium, quam ſuam poſſeſſionem dimittat, & per ignem deſtruitur, non ideo ſibi poſſeſſio auferatur, niſi prius reddat medietatem ſervitii. Et ſi terra cum domo ad penſionem dabunt ſine ſervitio, nulla pœna inter ſe obligabunt, quia poteſt dominus de poſſeſſione repellere poſſidentem, & cuicunque voluerit tribuere. Et ipſe penſionarius quando vult poteſt dimittere, eo ſcilicet modo, quod ſi dominus ante finem anni repellit eum de poſſeſſione, perdit penſionem domus anni totius. Et ſi poſſeſſor ante finem anni de ipſa domo exire noluerit, de toto anno ipſam ſolverit penſionem. Inter penſionarium quidem, & dominum ita firmiter præcipimus, & laudamus, ut ſemper in domino habeant obedientiam cum reverentia, & humilitatem, non verbo, non facto domino faciant injuriam. Sed in eum pacificum, & humilem ſemper ſe habeant. Cuilibet *a autem in uſum firmum tenere ita laudamus. Qui ante horam tertiæ navem tulerit ad naulum tribuet ſibi, quod de die dare convenerit, .& ſi poſt tertiæ horam navem tulerit de ipſo die nihil tribuat. Et ſi ante tertiæ horam reddiderit navem de ipſo die nihil tribuat. Et ſi poſt tertiæ horam navem reddiderit tribuat, ſibi quicquid convenerit; & ſi eundo, vel redeundo ſine culpa aliquid acciderit impedimentum, unde longiorem faciat moram, donec impedimentum manebit, nullum patiatur detrimentum. Sed ſi ſcienter ad ſuſpectum ierit locum, mora ſola ſuſtineat detrimentum, navem ſcilicet domino reddat, & ſtatutum illi tribuat naulum, cum navi quidem dominus tribuat, quod in uſum habere ſimiliter volumus bonum ſcilicet gubernatorem, & vas unum evacuatorium, & cum navi ſua ſimiliter* finem *b tribuat. quod in conſuetudine ſimiliter ponimus, & qui navigando, vel gubernando fregerit remum, nullum inde ſuſtineat damnum. Et ſi culpa, aut injuria remum fregerit, alterum ſimilem illi dabit, & ſi navem trahendo fregerit funem, nihil ſibi inde emendabit, & ſi culpa fuerit fracta quantum deterior fuerit, juſto arbitrio ſit emenda.*

In diebus Dominicis ab omni opere mandare ceſſuum *c debemus, quia veſpere ſabbati, uſque ad lunæ diem, dominicus dies cavendus erit. In quo de navibus nemo tollat naulum, neque molendinum in aquam ſe volvat, & qui operatur navem in dominico die, de toto ipſo die tribuat naulum. Mercenarius autem, qui habebit per pactum a nemine altero ſeducatur, vel recipiatur, niſi priori domino compleat pactum, & ſuum ſuſcipiat beneficium; dominus autem annualiter ſi beneficium ſibi dare noluerit in duplum ſibi reddat noſtro judicio. Mercenarius autem donec in ſervitio manet, ſi lucrum aliquod fecerit, totum domino acquiratur. Et ſi damnum aliquod ſine domini juſſione, fecerit mercenarius, totum ſibi imputabitur, mercenarius autem ſi noluerit complere pactum ſolidorum vigintiquinque denariorum Ferrarienſium, ſuſtineat pœnam; fugitivus namque extraneus ſi in noſtra civit. Ferrariæ inventus fuerit, quem dominus petit per ſervum, nequaquam ſibi reddatur, niſi prius juſtificetur, & ſi poteſt defendere in veſtra civitate ſuam libertatem, liber, & quietus permaneat in civitate Ferrariæ. Si autem ſervus eſt judicatus, atque convinctus, non aliter ſuo domino reddatur, niſi dominus pro ſervo prius ſolidum aureum tribuat, & poſtea ſervum ſuſcipiat.*

De civibus autem noſtris Ferrarienſibus nobilibus, & ſapientibus duodecim eligimus nobiles, & ſapientes viros conſules, qui magna libertate civitatem regant, & populum, & ſua jura cum proprietate detineant, & Romano more ſuum jus, & honorem detineant, & magna fortitudine ſuam conſuetudinem teneant. Petrum ſcilicet Romanum germanum ſupradicti Epiſcopi, comitem Rubertum, & Lebertum *d fratrem illius, Berengarium, & Albericum capitaneos, & Saracinum de* Vavaſporibus *e, &* Bugiahareſlum *f, qui legitimi ſunt Valvaſſores, Lodricum, & Bennonem Judicem & legis peritum, Leonem negotiatorem, atque rebellionem compertum, qui neminem injuſte lædant, ſed omnia juſte diſcutiant. Vidua, vel orphani injuriam nullam ſuſtineant, ſed ſemper juſtitiam ſuſcipiant. Non teneant latrones, ſacrilegos, atque raptores, homicidas, & adulteros repellant, atque perjurios, in lege Dei firmati, atque juſtificati ſemper permaneant, & Apoſtolico ſermone muniti in Dei ſemper vivant timore, quæ præſtare dignetur Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui in cœlis regnat cum Deo Patre, & Spiritu ſancto, & tertia die pro nobis ſurrexit à mortuis. A ſancta Apoſtolica ſede hæc omnia ſunt largita, atque ſtatuta.*

Imperator, & noſtra Imperatoria majeſtas per hoc privilegium omnia ſupradicta ſibi confirmat, & omnia Apoſtolica, & Imperatoria auctoritate in perpetuum arma *g teneri jubemus. Nemo igitur de his ſupradictis omnibus nullo modo frangere, vel diminuere ſtudeat, ſed in perpetuum ab omnibus firma teneantur. Si quis autem hoc noſtrum privilegium ullo modo tentabit violare, vel ſi non obedierit, quocunque honore ſit decoratus, Imperatorio edicto eum privamus, & de ſuis bonis pœnam centum librarum imperatoria ſententia eum condemnamus, quarum medietatem in noſtra camera tenemus, alteram medietatem prædictæ ſanctæ Ferrarienſi Eccleſiæ beati Georgii, & prædictæ civitati Ferrariæ dari præcipimus. Amplius etiam Apoſtolica ſede Romana ſit excommunicatus, & anathematis vinculo ſit alligatus perpetuo. Et ad extremum Judicium non reſurgat, a liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſit ſeparatus, & a Paradiſo alienatus, & ad dexteram Dei non ſit vocatus cum Juſtis, ſed a ſiniſtra cum impiis ſit judicatus: & cum Juda traditore ſuam portionem poſſideat in inferno inferiori. Qui autem cuſtos, & obſervator extiterit, Sanctorum omnium benedictionibus repleatur, benedictionem Domini noſtri Jeſu Chriſti accipiat, & Apoſtolorum Petri, & Pauli omniumque aliorum Sanctorum Martyrum, Confeſſorum, & in cœleſti Regno perpetuam poſſideat portionẽ.*

Ad auſculationem hujus Inſtrumenti interfuerunt Teſtes infraſcripti, videlicet Genuanus, Bonaventus, Ambroſius, Beltramus, Nigubonus *h, Milus, Guido Guarnerii, Guido Gambolaga, Martinus Belcerite, Arinatus Notarius, & alii ad hoc vocati fuerunt.*

Et ego Severus Dei gratia ſacri Palatii Notarius, ſicut in privilegio Henrici Bonvicini ſcriptum inveni, ita ſcripſi, nec plus, nec minus, me ſciente, niſi forte punctum, vel ſyllabam, vel litteram, quod non pertineat ad ſenſum, vel materiam, ſub milleſimo ducenteſimo ſexto Indictione nona Ferrariæ.

Et ego Aldigerius, qui fui de Soletinio, ſacri Palatii Notarius hoc ſupradictum inſtrumentum, ſeu privilegium exemplum ab exemplari authẽtico, quod inveni ſcriptum, & roboratum, ſeu exemplatum nomine Severi notarii ab ipſo Severo ut invenit in privilegio Henrici Bonvicini exemplato, ut in ipſo inveni ita in hoc loco, & quaterno ſcripſi, & exemplavi bona fide, ſine fraude, nihil me ſciente addens, vel minuens, niſi forte in compoſitione literarum, vel ſyllabarum ſcilicet non contentum *i, ſeu ſententiam mutet, & cum autentico aſcultavi currente anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto indictione tertia decima, tempore Alexandri Papæ, in menſe Martii.*

7 ANDREAS ann. 678. XV.

8 JUSTINUS an. 680. („ *ſubſcripſit Concilio* XVI.
„ *Rom. ſub Agathone.*)

9 JOANNES anno 772. Quem arbitrantur plerique fuiſſe Cardinalem (1), an ſatis firmo fundamento, nullus judico. Hunc privilegiis gratiiſque proſecuti ſunt Adrianus I. Leoq; III Pont. Max. 798. XVII.

10 ANDREAS ejuſdem ſedis Antiſtes erat 824 qui Mantuano concilio aſſedit. XVIII

(„CONSTANTINUS *Ferrarienſis Epiſc. ſedit in* XIX.
„ *Concilio Lateranen. a Nicolao I. habito an. 861. ejuſ-*
„ *que Actis ſupra in Ravennensibus relatis ſubſcripsit.*)

11 VIATOR in eadem ſede floruit anno 856. XX.
cujus

a Al. Cuilibet.
b Al. ſimil.
c Al. ceſſare
d Al. Lambertum.
e Al. Valvaſoribus.
f Al. Raimundum.
g ferma.
h Al. Beltraminus Nigerbonus.
i Al. ſed non quod ſenſum.

(1) M. Antonius Guarinus in ſuo compendio hiſtoriæ Ferrarienſis Eccleſiæ ſe vidiſſe teſtatur Lateranenſe diploma dat. die 9. Martii an. 772. in quo expreſſe hic Joannes vocatur Cardinalis.

Digitized by Google

A (1): cujus meminit Sigonius, narratque a Joanne VIII. Pontifice fuiſſe miſſum ad cognoſcendas cauſas, quæ per id tempus vertebantur inter Veronenſem, ac Tridentinum Epiſcopos, ejus legationis collegis Joanne Gilulpho Mantuano Epiſcopo, & Eicardo Præſule Vicentino. Hoc porro ſedente Præſule fundatur primo ab Urbe lapide nobile cœnobium S. Bartholomæi Ordinis S. Benedicti nunc Ciſtercienſis, anno 856. Fundationem ampliorem, pluraque ad hoc cœnobium ſpectantia ex ſequentibus monumentis videbit lector, quæ benevole, ac perhumaniter inter alia mecum communicavit amicus noſter Antonius Libanorus Ferrarienſis modernus loci Abbas, ex commentariis M. Antonii Guarini, aliorumque patriæ ſcriptoribus. Ludovicus igitur II. Imp. cum Othoni I. Eſtenſi Comaclenſem urbem in Adriatici maris paludibus ſitam, ejuſque comitatum anno 854. tradidiſſet, Marinus ex Lada uxore ejus filius, poſſeſſionem illius iniit, comeſque una cum matre acclamatus eſt. Parta ea civitas, quæ facile muniri propugnaculis, ac portu com-
B modiſſimo inſtrui, decorarique poterat, adeo ut Padi alveo omnia mercium genera invehi ex tota Inſubria, diſtrahique facillime poſſent, tantam ſui æmulationem vicinis Venetis iniecit, ut ii non levi timore adducti, ne Adriatici maris imperium ſibi vindicaret, ſub Joanne Partitiatio duce, felicibus Eſtenſium progreſſibus obſiſtendum, & Comaclum invadendum duxerint. Mittebat tunc Venetus dux Romam eo conſilio Badoarium nepotem ſuum, ut comitatum Comaclenſem a Benedicto III. Papa poſtularet. Qua re percepta Marinus cum armato militum globo egreſſus Baduarium in itinere adortus commiſſa pugna vulneratum comprehendit, & ſacram ento obſtrictum, ſe illam injuriam neque armis, neque jure proſecuturum, dimiſit. Baduarius Venetias reverſus haud ita multo poſt ex vulnere eſt mortuus. Ob cujus mortem Veneti cum graviorem animo dolorem hauſiſſent, Reipublicæ graviſſimam injuriam arbitrati, florentiſſimis copiis in
C Comaclum immiſſis, illud ferro, flammaque ſolo æquarunt. Marinus vero poſtquam bellica inclyta facinora explicuiſſet, ſuſtinendæ hoſtium glomeratæ multitudini impar, ſeſe in aquas conjecit, ac notatu in quaſdam piſcatorias cymbas applicuit. A ſuis agnitus, amantiſſime exceptus Ferrariam productus eſt, ubi jam illum Lada comitiſſa mater veluti extinctum lugebat. Cumque ad civitatem accederet die S. Bartholomæo ſacro eodem an. 854. in ſuaviſſimos obviæ matris amplexus eodem in loco ſe effudit, ubi nunc Eccleſia Cœnobii S. Bartholomæi ſpectatur, milliari uno a Ferraria diſſita. Stabat ibi tunc temporis humilis, & anguſta Eccleſiola, quam Sabinus nobilis Ferrarienſis è Givalorum ſtirpe, ſanctitate conſpicuus incolebat, eoque ſe ex hominum commercio ſubduxerat, ut liberius cœlo animum transfunderet, rebuſque divinis operam daret. Lada ergo poſt exceptos amantiſſimi filii amplexus, numinique, ac D. Bartholomæo gratias actas, Monaſterium, templumque ibi erigere, Viatoris Epiſcopi
D auctoritate decrevit; conſiliumque citiſſime in opus perducere cœpit, cum die octava Septembris, magna populi frequentia circumfuſa, ubi ad Sabinum acceſſiſſet, proxime alveo, cujus hactenus veſtigia extitere, primum lapidem jecit. Marinus poſtea in Gallias, ut auxilia adverſus Venetos eliceret, profectus, e vita diſceſſit; nec diu mater ſuperſtes filio vixit, interrupitq; cœptum cœnobii opus Ladæ comitiſſæ mors, vel potius obruit, cum vix illa ad facti memoriam in ſecuturas ætates propagandam, poſteroſque ſuos ad opus perficiendum excitandos eodem in loco prope Eccleſiæ fores in magna marmoreæ columnæ baſi ſubjectum monumentum incidi juſſiſſet.

Eripiens Veneto periturum Marte Marinum
Neptunus matri reddidit incolumem.
Hic ubi Verbigena magno aſſertoris Alumno
Stat templum, abjecta qui tenet aſtra cute.
Læta parens profugam ſobolem complexa recepit,
Quam vexit tacitus fida carina vadis.
Ipſi ſacra dies Heroi illuxerat, ergo,
Et templum hic, ſacra & ſurgere juſſa domus.
Virgineo a partu ſæcla octo evolvit Olympus,
Quarta decem luſtris addita meſſis iit.
Principe digna viro conjux, aſt dignior aſtris,
Interque Eſtenſis gloria rara Nurus.
Piſcoſi Imperium dederat fortuna Comacli
Læta tibi, virtus clarior aſtra dedit.

Ibidem aliud ſpectabatur marmoreum monumentum, in filii, ſuique memoriam, quod ſequitur.

D. O. M.

Læta Comacli comitiſſa, Othoni primi Eſtenſis uxor, ob Marini filii chariſſimi ſoſpitatem, quam eodem ab exercitu Veneto prope obſeſſo, enixe a Deo flagitaverat, impetratam, cum ipſo die, qui ſacer eſt S. Apoſtolo Bartholomæo, filio per foſſam, Canale, ſcapha clam evecto, in ripam hoc eodem in loco, ubi templum hoc eſt, occurriſſet; ſeu grati animi cauſa, ſeu etiam voti rea, Templum in hoc loco, ac monaſterium in honorem S. Bartholomæi Apoſtoli deſcribi, atque excitari juſſit anno ſalutis humanæ

D. CCC. LIV.

Ut Sabinus poſtea cum quatuor ſacerdotibus Urſone, Petro, Deſiderio, alioque Urſone adoleſcente Vitalis Leuti filio, nobilibus Ferrarienſibus, coactis in unum omnibus fortunis ſuis an. 856. Viatoris Epiſcopi Ferrarolæ auctoritate fretus Abbatiam fundaverit, cœptumque templum a Lata opus perduxerit, noſter Libanorus ex Guarini Annalibus, aliiſque vetuſtis monumentis in hiſtoria ejuſdem cœnobii, quam molitur, tradit. Cæterum Ludovicus II. Imp. ann. 869. ad petitionem Sabini, aliorumque fundatorum cœnobium, bona, juraque in illud collata ſub imperiali protectione ſuſcepit, ut ex ſequenti diplomate, quod hic ſubjungo ab originali.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ludovicus divina favente clementia Rex, Omnibus noſtris fidelibus, tam præſentibus quam futuris, notum fieri volumus, Sabinum, & Urſonem, & Petrum atque Deſiderium Presbyteros, & Urſonem filium quondam Vitalis, noſtram ſupplicaſſe clementiam, quatenus illos, & monaſterium, quod ad honorem Dei omnipotentis, & in nomine S. Bartholomæi Apoſtoli ſupra ſuam terram, ſuo proprio ſtipendio in territorio Ferrarienſi, ultra ripam Padi, ubi quondam antiqua ejus ſtructura fuit, juxta locum, qui dicitur Canale, cum conſenſu, & auctoritate Reverendi Viatoris Epiſcopi S. Ferrarienſis Eccleſiæ ædificarunt, & in eodem loco, & monaſterio omnia bona ſua tradiderunt cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, tam mobilibus, quam immobilibus ſub noſtri Mundiburdii defenſione reciperemus. Eorum denique precibus flexi pro anima noſtra ſalute præcipimus, firmiterque ſtatuentes jubemus ſupradictum monaſterium S. Bartholomæi, & prædictos monachos ipſius monaſterii, Sabinum ſcilicet, & Urſonem, & Petrum, atque Deſiderium, & Urſonem filium quondam Vitalis cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus, ſeu omnia, quæ in futurum ad huius monaſterii ſupradicti utilitatem debent acquiri, ſub noſtræ protectionis mundiburdio, tuenda hæc omnia conſtituimus. Inſuper & jubemus, ut nullus habitator terræ pertinentis ad monaſterium ſupradictum, ex illis, qui ſoliti fuerunt monaſterio reddere terraticum, ſeu aliquis famulus jam dicti monaſterii alicui præbeat aliquam functionem, niſi prædicto monaſterio debitam largitionem, ſed ſecure, & quiete abſque quorumlibet controverſia vivant, nec alicuius reſtringantur judicio, niſi ante Abbatis ipſius monaſterii vel ſubmiſſi præſentiam. Super

per

(1) Nonniſi poſt annum ſaltem 861. quo, ut diximus ex fide Actorum Concilii Lateranenſis, in ea Cathedra ſedebat Conſtantinus. Viatoris vero memoria extenditur ad an. 877. quo ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ, Adalgario Æduenſi Epiſcopo, ejuſque Eccleſiæ confirmatur: & ad an. 881. quo Joannes VIII. eidem cauſam Adelchiſii Epiſcopi cognoſcendam commiſit. Vide utramque Epiſtolam apud Harduinum in noviſs. Concil. editione tom. 6.

Digitized by Google

A *per hoc quidem omnia iubemus, firmiterque præcipimus, ut deinceps nullus dux, marchio, Epiſcopus, comes, vicecomes, caſtaldio, Sculdalius, vel aliqua magna vel parva perſona, iam dictum ſanctum, venerabilemque locum, & monaſterium S. Bartholomæi, de his omnibus, quæ ad ſe pertinere, vel pertinuiſſe probatur, diſveſtire, & moleſtare, vel inquietare præſumat. Qui autem proterva temeritate hoc facere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & alteram medietatem Abbati, & fratribus ejuſdem ſanctiſſimi cœnobii, per tempora ſuccedentibus; quibus ut certius credatur diligentiuſque ab omnibus conſervetur, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus insigniri.*

Dat. anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXIX. Indictione II. Anno D. Ludovici Regis regnantis XXIII. Actum Ravennæ feliciter.

Eccleſiam, quam modo diximus a Sabino exſtructam, & a Ludovico Imp. tot. privilegiis exornatam, antea Viator Epiſcopus an. 864. ſolemni ritu conſecraverat. Viſitur adhuc in majori ejuſdem Eccleſiæ ſacello vetus inſcriptio in lapide iis conceptis verbis exarata.

Hæc Eccleſia in Dei honorem, & Apoſtoli
ſui Bartholomæi fuit conſecrata per me
Epiſcopum Viatorem præſente domino Hugo-
ne, & Adelberto Plebano, Anno Domini
D.CCC. LXIIII. Idibus Aprilis.

Interea Sabinus, aliique in ſancta converſatione ſocii hujus inſignis cœnobii fundatores, poſt quam vitæ curſum perbeile conſummaſſent, in pace quieverunt, unoque ſepulchro marmoreo prope Eccleſiam ſimul humati, hoc habuerunt commune cœnotaphium.

Sabinus, Urſonus, Petrus, Deſiderius, qui
primum Ferrarienſes presbyteri, deinde S.
Benedicti Regulam profeſſi, hanc Eccleſiam,
atque hoc monaſterium antea a comitiſſa
Latta Ferrariæ Domina inchoatum, com-
munibus impenſis exſtruxerunt, hoc com-
muni tumulo clauduntur. Quibus additus
eſt Urſonus Vitalis Lenti filius, ut qui in
profeſſione regulæ, & conſtructione monaſte-
rii ſocietatem cum iis inierat, ſepulchri quo-
que fieret conſors, anno ſalutis DCCCCX.

In eodem ſepulchro.

Oſſa virum hoc uno clauduntur quinque ſepulchro,
Hoc templum, hancque piam qui poſuere domum.

Sepulchrum hoc, aliaque plurima clarorum virorum vetuſta monumenta in reædificatione ejuſdem Cœnobii, quod ſub Alphonſo II. Duce Ferrariæ frequentioribus terræmotibus concuſſum pene conciderat, cumque a fundamentis reſtitueretur, non leve damnum venerandæ antiquitati inuſtum eſt; verſa enim ſunt ſepulchra vetuſtiſſima, deletæ inſcriptiones pulcherrimæ, ut iis marmorum cruſtis, cum poſcebat occaſio, uterentur. Is tamen qui, hæc precioſa monumenta corrupit, Antonius Rubeus Mediolanenſis fuit Monaſterii tunc temporis Abbas, D vir alioqui morum ſuavitate, & religione laudabilis; in eoque tantum præclare ſe geſſit, ut illa exſcribi juſſerit, eoque facto illarum pulcherrimis, ac vetuſtiſſimis monumentis damnum ſarcire putaret; e quibus ultimæ omnium dirutæ fuere, columna marmorea, in qua, ut diximus, Marini Eſtenſis, Lattæque Comitiſſæ ejus matris Cœnobii fundatorum res geſtæ inciſæ fuerant, & ſepulchrum Euriliæ puellæ, Mathildis Comitiſſæ a poculis, in quo hæc proſtabant legentibus carmina.

Hic jacet Eurilla, quæ pocula præbuit almæ
Mathildi Dominæ, Ferrea terra, tuæ.

Haud ab re fuerit, ejuſdem Comitiſſæ Mathildis Eurillæ quondam Dominæ erga Eccleſiaſticum cultum pium facinus modo commemorare. Hæc cum moraretur Ferrariæ temporis fallendi gratia, per nemora finitima Cœnobio, equo vecta, perſequebatur feras, vel configendo jaculis, vel impellendo in plagas. Cumque quando minus putaret, pervenit hora meridiana, quæ defatigatos, jejunoſque ſolet ad prandium vocare mortales, accurrere Monachi, omnique ſignificatione amoris invitarunt ad epulas: nec illa abnuit. Dumque fictiles lances eſurienti præberent obſonium, contigit raucum æs è ſacra Turri excludere ſignum. Quæſivit illa, undenam id vitii irrepſiſſet Campanæ, & cur poſt fracturam non iterum refunderetur ad clariorem ſonum. Cauſantibus Monachis loci pauperiem: aurea, gemmataque ſibi illico detrahi imperavit calcaria, per Abbatem, & Monachos in novum æs primo quoque tempore expedienda. Id cum factum fuiſſet ex fide, in alacris, promptæque liberalitatis memoriam, Campanæ a ſperonis Italicè dictis ſperonæ indidere cognomen, quod ut perpetuum foret, calcar aureum, inſculptumque devexo æris cum iis verſiculis addidere.

Nola hæc Mathildis ære, quam fudit faber
Calcari aureo muneri dato, vocat
Fratres, ut orbis concinant laudes Patri.
B *Tergo ſonanti calcar impreſſum gerit,*
Donique munerisque par veſtigium.

Illuſtre fuit hoc pervetuſtum monaſterium non modo ob maximas opes, ditionemque ampliſſimam, verum etiã ob inſignes viros, qui ex ipſo emerſerunt; inter quos Gothifredus Eſtenſis effloruit, qui cum hujus Cœnobii Abbas eſſet, Brixienſem Epiſcopatum adeptus eſt, ut in IV. noſtro tomo dicemus, cujus mater Hildegardis Azonis Eſtenſis uxor, jam in eadem Eccleſia, marmoreo tumulo, adjecta funebri pompæ tali epigraphe condita erat.

Hildegardis uxor Azzi Eſtenſis
ob amorem filii, quem huic Monaſterio
dedicavit, hic locum ſepulturæ
elegit.
DCCCC. LXX.

Prodiit etiam ex hoc eodem Cœnobio Patrochinus Caſaleſcus Ferrarienſis, ſui temporis Juris lucerna, doctorque illuſtris; ut erat apud omnes inſi- C gnis, ad Torcellanum Epiſcopatum primum conſcendit, mox ad Ravennatem ſedem tranſvolavit; & Matthæus Ferrarienſis, e nobili Montecatinorum familia hujus monaſterii Præſes, Italicarumque Congregationum in Italia Ordinis Ciſtercienſis Abbas, vir ſcientia, morumque probitate celebris, de quibus ſuis in locis. Peperit & alios inſignes viros ea religioſa domus, quandiu Nigrorum Monachorum ſocietati conjuncta hæſit, ac poſtea monaſtica diſciplina ſenſim obſoleſcente, ac lapſa, in Commendatariorum manus influxit, quæ res ad Sixti IV. tempora tenuit: is enim poſt Angeli Card. Capranicenſis voluntariam ceſſionem, illam in Bernardum della Volta nobilem Florentinum S. Salvatoris de Septimo Ordinis Ciſtercienſis Florentini agri Cœnobii Monachum, vitæ ſanctimonia, doctrinæ ac prudentiæ laude celeberrimum contuliſſet, ſingulari pietate idem ipſe Bernardus, abdicato Abbatis Commendatarii titulo operam dedit, ut Ordini Ciſtercienſi in Septimiano monaſterio in omnes D ætates annecteretur. Ex qua conjunctione cum monachorum Septimianorum ſanctitatis fama ſuaviſſimo ſui odore ubique perfunderet, Italicæ Congregationis S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis initia ſumpſere, ad eandemque augendam cucurrit plurimum commẽdatariorum ſacer zelus, qui ſuam dignitatem ſummorum Pontificum arbitrio permiſere, ut illam in dictam Congregationem transfunderent. Bernardi vero noſtri mox Archixenodochii S. Mariæ Novæ Florentiæ Præfecti pia in Ordinem liberalitas in marmorea tabula ad parietes ejuſdem Eccleſiæ adhuc proſtat mortalibus hiſce litteris exarata:

Angelus Cardinalis tituli S. Crucis in
Hieruſalem, Abbatiam hanc D. Baltho-
lomæi deſtitutam, ac pene collapſam Ber-
nardo Divi Salvatoris almæ urbis Floren-
tiæ Monacho reſignavit, qui ſub Innocen-
tio VIII. Pontifice max. decreto Patrum
Congregationi D. Bernardi in Tuſcia ejuſ-
dem Ordinis in poſterum ſine Commenda
auctam, reſervatam, liberamque fecit.

Anno gratiæ M.CCCC.LXXXIIII.
XII. Kal. Decembris Regnante Hercule
Duce Secundo.

Viguit in eo monaſterio religioſa diſciplina, numeruſque ingens monachorum ſub regulari Abbate, donec Julius II. contra Ferrariæ Ducem bellum movit. Imbutus enim ea opinione Pontifex, Abbatem, & monachos magna annonæ vi Ducem juviſſe, qui ipſum monaſterium in ſuam redegerat poteſtatem, Abbatis titulo monachos orbavit, eumque commendatitium iterum Petro Cardinali Accolto, dum viveret, attribuit; quo extincto, quamvis Abbas, monachique S. Salvatoris Septimiani cœnobii juſtiſſimam litem contra Benedictum Cardinalem Accoltum Petri nepotem, Clementis VII. auctoritate moviſſent, qui per fraudem in Abbatiam ſe intruſerat, nunquam tamen commendæ dominium recuperare potuerunt. Defatigati igitur Septimiani monachi litis diuturnitate, ſuiſque opibus in ea proſequenda fruſtra, nimiſque conſumptis, tum magno Ferrarienſium monachorum a Commendatario pulſorum numero, quos paterna charitate exceperant, onuſti, ex ſummi Pontificis auctoritate, monachalis menſa, ab altera Commendatarii divulſa eſt, quæ hactenus perſeverat; Abbatialis tamen titulus nuper per Urbanum VIII. iterum monachis conceſſus eſt. Hactenus de hujus cœnobii fundatione dictum ſit, cum Nicolaus Baccetius in ſua hiſtoria Septimiana, more ſuo erudite plura de eo ſcripſerit, nuperque Antonius Libanorus hiſtoriam aggreſſus, alia reconditaque monumenta poſteris mandabit.

XXI. 12 CONSTANTINUS, Viatoris loco ſubrogatur, vir magnæ pietatis, cujus ſtudio, & ſedula munificentia regularis diſciplina in monaſterio S. Bartholomæi crevit, ut ex ſequenti privilegio anno 892. conceſſo patebit.

Venerabili Urſono Abbati, ejuſque fratribus omnipotenti Deo in monaſterio novo S. Bartholomæi ultra Padum ſervientibus Conſtantinus S. Ferrarienſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Nullum gaudium, nullamque majorem conſolationem habere poſſum, quam in agro Domini cultores, & providos laboratores videre, qui vineæ Domini ſibi locatæ reddant ei fructum ſuum. Quapropter lætati ſumus magnopere temporibus noſtris perſpicientes monaſterium novum S. Bartholomæi ultra Padum diœceſis noſtræ in monaſtica diſciplina virtutibus, & meritis ita breviter excreviſſe, ut merito a nobis ſpecialibus privilegiis mereatur decorari. Sciant igitur omnes, qualiter ego Conſtantinus Epiſcopus, præfatum monaſterium, Abbatem Urſonem, monachos, & omnes religioſos regularem vitam illic profitentes, in filios meos adoptaſſe, ſubque mea protectione in nomine Domini accepiſſe. Liceat ergo vobis, & ſucceſſoribus veſtris in præfato monaſterio regularem vitam, juxta regulam B. Benedicti Abbatis, obſervare in choro, & Eccleſia veſtra horas canonicas, & divina celebrare officia, habereque cœmeterium, in quo non ſolum Abbates, & fratres veſtri, ſed & familiares veſtri, & quicumque ſepeliri mandaverint, ſalvo tamen jure Eccleſiæ meæ, ſepeliantur. Item Abbati, monachis, & fratribus præſentibus, & futuris, ut liberius, & quietius Deo famulari poſſint, in perpetuum indulgemus omnem ſolutionem decimarum, & remittimus datios, & collectas, quas poſſeſſiones, & terræ laborativæ ipſorum ſolvere tenebantur. Item pro Dei amore, & pro remedio animæ meæ, & anteceſſorum meorum libere, & ſine ulla reſervatione dono vobis Eccleſiam, & hoſpitale Miſericordiæ, quod eſt in fundo burgi noſtri, juxta vineas veſtras, cum omnibus terris, & pertinentiis ſuis. Poſtremo confirmo vobis monaſterium veſtrum, quod eſt ſuper canale, & cunctas veſtras poſſeſſiones,

A *villas, domos, bona mobilia, & immobilia: omnia hæc libere, & ſecure remaneant vobis, & ſucceſſoribus veſtris, nullique liceat inquietare vos. Operamini, quod juſtum eſt, & orate pro me. Datum in domo mea Epiſcopali anno octingenteſimo nonageſimo ſecundo, tertio Kalendas Aprilis.*

Ego Conſtantinus Epiſcopus ſubſcripſi, &c.

Memoratur idem Conſtantinus in monumentis ejuſdem Eccleſiæ anno 898.

13 MARTINUS gratioſa diplomata obtinuit a Joanne XII. Pontifice anno 962. (1) XXII

14 (2) LEO obtinuit a Benedicto VII. confirmationem omnium privilegiorum, quæcumque ſuæ Eccleſiæ aliquando alii Pontifices indulſiſſent, anno 973. (3) XXIII

15 AMBROSIUS ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes. (4) Poſt hunc aliquot Ferrarolæ Epiſcopi titulum S. Georgii veteris Cathedralis aſſumpſerunt. XXV.

16 INGONUS Epiſcopus S. Georgii Tranſpadanus floruit anno 1014. quo anno Henricus Imperator Ferrarienſis Eccleſiæ Canonicos ſub protectione ſua ſuſcepit, ut ex ſequenti diplomate licet perſpicere, è canonicorum archivo deſcripto. XXIV

B

In nomine ſanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis.
Henricus, divina favente gratia, Rex.

Sacroſancti Imperii Romani terras dilatare nedum ſtudemus, verum Eccleſias, eccleſiaſticaſque perſonas noſtra induſtria, noſtraque auctoritate, Deo auxiliante, tueri minime diffidimus. Quocirca ſciant omnes, qualiter canonici S. Ferrarienſis Eccleſiæ, in honorem S. Georgii conſtructæ, noſtram adierunt celſitudinem, nominative Gregorius Archipresbyter, Petrus Archidiaconus, Azoni presbyter, Riculſus presbyter, Vitalis presbyter, cunctique ipſius Eccleſiæ canonici ordine conſtituti, humiliter deprecantes, quatenus nos pro Dei timore, noſtræque animæ remedio omnes res, & proprietates, quæ eidem Eccleſiæ pertinere videntur in villa, quæ dicitur Quartiſana, & fundo contra Padum, & loco Cuculi, & caput Reda, & Baniolo, & Vvarciaca, quæ jam dictæ Eccleſiæ ad partem canoni-

C *corum pertinent, villas, terras, vineas, prata, agros cultos, & incultos, aquas, aquarumque decurſiones, piſcationes, venationes, molendina, ſervos, & ancillas, aldiones, & aldianas, planities, ſilvas, ſeu cunctas res mobiles, & immobiles, quæ dici, vel nominari poſſint, & omnem ſupellectilem, ſeu quicquid tenent, poſſident, habent, tam de parte Eccleſiæ, quam de ſuis, ſuorumque parentum hereditate, vel conquiſitum, vel donatum, ea etiam videlicet ratione, ut nullus iniuriam reſidentibus ſuper terras ipſorum canonicorum, colonis, colonabus facere audeat, nec ipſos jam dictos clericos deſtringere, moleſtare de cunctis facultatibus ſine eorum voluntate, & conſenſu ipſius Eccleſiæ Præſulis, præſumat, præcepto confirmationis, & roborationis corroborare, & confirmare dignaremur, & ſub noſtra defenſione duodecim homines ipſius civitatis reciperemus, qui eos navigio ducerent, quocumque uſus eorum canonicorum fuerit ſine omni pretio. Quorum dignis poſtulationibus conſentientes, prout juſte, & legaliter poſſumus, confirmamus, & corrobo-*

D *ramus, omnes eorum res mobiles, & immobiles, tam de parte Eccleſiæ, quam de ſuis proprietatibus, ipſoſque prælibatos canonicos, & ſucceſſores ſub noſtra imperiali protectione recipientes. Quare liceat eis hæc omnia, quæ ſuper leguntur quiete, pacifice tenere, & poſſidere, omnium hominum contradictione remota. Præcipientes denique jubemus, ne ullus dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, nullaque noſtri regni magna, vel parva perſona de cunctis prænominatis rebus, tam de Eccleſiis, quam de ſuis, eos moleſtare, ſive eos in palatio moleſte, colonos, & colonas diſtringere, ſeu aliquam publicam functionem ſol-*

(1) Erat jam Ferrarienſis Pontifex an. 954. quo interfuit Concilio Ravennati ex Rubeo in hiſt. l. 5.
(2) Hic ex appendice tom. 2. delevimus Sabatinum, qui fuit Terracinenſis Epiſcopus, non Ferrarienſis.
(3) *Jo. Ægidiuccius, Medalliæ familiæ decus, in municipio S. Elpidii nobilibus parentibus natus, Othone II. imperante floruit. Hujus præcipuas animi dotes Benedictus VII. admiratus ad Epiſcopalem dignitatem illum evexit, atque Ferrariæ nobiliſſimæ urbis, Vgone III. Eſtenſi Comite, Eccleſiaſticum Paſtorem conſtituit an. 982. ſedit in Epiſcopali ſede an. 18. mortuus eſt an. 1000. ſuccedente ſibi Fabio Aſtallo cive Romano.* Hactenus Camillus Medallis in Municipio S. Elpidii illuſtrato ex Jo. Selino, & Petro Baccario. Verum quem latet hos auctores ex impoſtoris Ceccarelli cerebro natos, adeout iis adhærere idem ſit ac mendaciis ſuffragari? Pudet propterea hiantem licet his lacunam hic ducibus explere.
(4) Florebat Ambroſius anno 1012 quo in ejus manſione Bonifacius Marchio edidit judicium relatum à Muratorio in Expoſitione Jurium Imperialium, & Eſtenſium in cauſa Comaclenſi pag. [illegible]. Quare in ſerie Ambroſium Ingeno poſtponendum patet.

Digitized by Google

ſolvere cogat, niſi ipſi canonici, & nullus eos de rebus acquiſitis, vel acquirendis diſveſtire ſine legali judicio præſumat. Siquis autem noſtræ auctoritatis paginam violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem tam dictis canonicis, eorumque ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, ſigillo noſtro inſigniri juſſimus.

Datum anno Dom. Incarn. 1014. Indict. XII. anno vero D. Henrici II. regnantis 12. Actum Ravennæ feliciter, Amen.

a Omittitur, ut intruſus.


17. GREGORIUS a in hanc eandem ſedem intruſus 1058(1). Hujus Eccleſiæ bona, fortunaſque dilapidaſſe narratur.

XXVI 18. ROTLANDUS ann. 1047. ſub protectione Imperiali recipitur, ab Henrico Imperatore tali diplomate ex archivio canonicorum ab originali deſumpto.

In nomine ſanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente gratia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Omnium Chriſti noſtri, & fidelium tam futurorum, quam præſentium noverit induſtria, qualiter nos pro Dei timore, ob interventum, ac petitionem dilectæ contectalis noſtræ Agnetis Imperatricis, reverendo Ferrarienſis Eccleſiæ Epiſcopo Rolando, ſuiſque ſucceſſoribus, omnes ejuſdem Eccleſiæ res mobiles, & immobiles, ſecundum præceptum divæ memoriæ Conradi patris, & prædeceſſoris noſtri ſub noſtræ defenſionis manus recipientes, confirmamus, & ut bona ejuſdem Eccleſiæ Rectorum deſidia, & malefactorum violentia longo tempore amiſſa, noſtro poſſint recuperari auxilio, ex liberalitate noſtræ imperialis munificentiæ, prædictæ Eccleſiæ concedimus, & hoc beneficium indulgemus, ut nulla ei præſcriptio opponatur, niſi centum annorum in præteritis, & futuris negociis. Inſuper etiam præfatæ Eccleſiæ ex noſtra magnificentia concedimus omnem diſtrictum omnium ſuorum caſtellariorum, ſervorum, atq; omnium rerum. Inſuper terram, in qua reſident, vel laborant in ſuis territoriis, vel aquis, vel ſilvis, tam clericorum, quam laicorum. Si quis ergo dux, marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, comes, vicecomes, vel aliqua regni noſtri magna, parvaque perſona contra hoc noſtrum præceptum facere præſumpſerit, vel id infringere tentaverit, auri optimi libras centum ſciat ſe compoſiturum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædictæ Eccleſiæ, ſuiſque paſtoribus, quos læſerit. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum D. Henrici Romanorum invictiſſ. Imper. Auguſti.



Henricus Cancellarius vice Hermani Archicancellarii recognovi. Data 5. Kal. Maji, anno Dominicæ Incarnat. 1047. Indict. 15. anno autem D. Henrici III. ordinis ejus 18. regnantis 8. ſecundi imperantis primo. Actum Mantuæ feliciter. Amen.

Rolando per ampliſſimum privilegium Victor II. Pontifex poteſtatem fecit recuperandi fortunas, bonaque, quæ Gregorius intruſus deſtruxerat 1055. Eodem anno idem Pontif. Gerardo Archipresbytero, & Leoni Archidiacono, reliquiſque canonicis Ferrarienſis Eccleſiæ, ſequentem ſcripſit epiſtolam, eoſque ſuſcipiens ſub Apoſtolica protectione.

VICTOR EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei. Gerardo Archipresbytero, & Leoni Archidiacono, reliquiſque canonicis S. Fer-

A rarienſis Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Si juſtis ſervorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, proculdubio Apoſtolica præcepta ſervamus. Quapropter inclinati precibus veſtris, filii chariſſimi, confirmamus, atque corroboramus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus canonicis quicquid per paginam conceſſionis, & confirmationis juſte acquiſiſtis, vel acquiſituri eſtis, ut quieti & ſecuri ab omni læſione permanere valeatis. Deſiderio itaq; ac petitioni veſtræ, ut diximus, inclinati, vos, veſtroſq; ſucceſſores ſub noſtra Apoſt. defenſionis munimine ſuſcipimus, & bona omnia, quæ juſte habet, vel habitura eſt ipſa canonica, videlicet villam, quæ dicitur Quartiſana, & fundum contra Padum, & locum Cuculi, & caput Redæ, & Baniolo, & Vuartiaticum, & fundum Pecorile, & cætera, quæ jam dictæ Eccleſiæ ad partem canonicorum pertinent, villas, terras, vineas, prata, agros cultos, & incultos, aquas, aquarumque decurſus, piſcationes, venationes, ſeu molendina, ſervos, & ancillas, aldiones, & aldianas, ſeu cunctas res mobiles, & immobiles, quæ dici, & nominari poſſunt, ſeu quicquid
B tenent, poſſident, habent tam de parte Eccleſiæ, quam de ſuis, ſuorumque parentum hereditate, vel alias acquiſitum per aliqua chartarum munimina, juxta eam etiam videlicet rationem, ut nullus injuriam reſidentibus ſuper terras ipſorum canonicorum, colonis, colonabus facere præſumat, nec ipſos jam dictos diſtringere, aut moleſtare audeat de cunctis facultatibus eorum ſine voluntate, & conſenſu ipſius Eccleſiæ Præſulis, præcepto confirmationis corroborare dignaremur, & ſub noſtra defenſione duodecim homines ipſius civitatis reciperemus, qui eos navigio ducerent, quocunque uſus eorum canonicorum fuerit ſine omni pretio. Quorum dignis poſtulationibus conſentientes, prout juſte, & legaliter poſſumus, confirmamus, & corroboramus hæc omnia, quæ ſupra leguntur, ut quiete, & pacifice tenere, ac poſſidere valeant, quæ ſupra leguntur, omnium hominum contradictione remota. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus dux, marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, comes, & vicecomes, nullaque magna, vel parva perſona de cunctis prænominatis rebus, tam de eccleſiaſticis, quam de ſuis
C eos moleſtet, ſive in placito eos conturbet, vel colonos, vel colonas diſtringere, ſeu aliquam publicam functionem ſolvere cogat. Quod qui temerario auſu fecerit, niſi infra quadraginta dierum ſpatium emendaverit, anathematis vinculo obligetur, & a liminibus S. Eccleſiæ alienetur uſque ad dignam ſatisfactionem. Qui vero cuſtos hujus noſtræ ſanctionis extiterit, benedictionem, & gratiam omnipotentis Dei, & B. Petri Apoſtolorum Principis, & noſtram habeat, & in futuro æternam retributionem percipiat. Amen, amen.

Locus † Sigilli

Bene valete.

Dat. 6. Kal. Julii anno 1055. per manum Ildeprandi S. R. E. Card ſubdiaconi, Victoris Papæ II. anno 1. Indict. 8.

Eidem Everardo Archipresbytero, Romano Archidiacono, & canonicis Alexander II. anno 1068. aliud dedit privilegium ſub tali forma.

ALEXANDER EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

D Everardo Archipresbytero, & Romano Archidiacono & reliquis canonicis S. Ferrarienſis Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Si juſtis ſervorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, proculdubio Apoſtolica præcepta ſervamus. Quapropter inclinati precibus veſtris, filii chariſſimi, vos, veſtraque bona in munimine Apoſtolicæ defenſionis ſuſcipimus, atque confirmamus, & corroboramus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus canonicis, quicquid juſte habetis, id eſt, villam, quæ dicitur Quartiſana, & fundum contra Padum, & locum Cuculi, & caput Redæ, & Baniolum, & Vuartiaticam, & fundum Pecorile, villam, quæ dicitur Foſſa nova, cum capella S. Marci, ibidem ſitam, Eccleſiam quoque S. Stephani in burgo Ferrariæ, cum omnibus, quæ ei attinent. Inſuper etiam medietatem decimationis plebis S. Georgii in epiſcopio, medietatemque omnium rerum, quæ pro animabus fidelium defunctorum

(1) Aliquot annis ante an. 1055. Siquidem hoc anno Victor II. dedit Rolando poteſtatem recuperandi fortunas bonaque, quæ Gregorius iſte intruſus deſtruxerat, ut notat Ughellus infra in Rotlando.

eidem Eccleſiæ relinquuntur, tam mobilium, quam immobilium; totam etiam decimam totius villæ, quæ dicitur Cocomario, & cætera, quæ eidem canonicæ pertinent, ſcilicet terras, vineas, prata, agros cultos, & incultos, aquas, aquarumque decurſus, piſcationes, venationes, ſeu molendina, ſervos, & ancillas, aldiones, & aldianas, quicquid habetis, tam de parte Eccleſiæ, quam de veſtrorum parentum hæreditate, necnon duodecim homines illius loci, qui navigent, quocumque uſus veſter fuerit ſine omni pretio; ſeu cunctas res mobiles, & immobiles, vel quicquid deinceps juſte acquiſituri eſtis; ea videlicet ratione, ut nullus in vos jam dictos canonicos, ſive veſtros ſucceſſores diſtringere, vel moleſtare audeat, neque veſtros colonos, vel colonas, veſtraſque facultates, ſine voluntate, & conſenſu ipſius Eccleſiæ Præſulis. Statuentes igitur jubemus, ut quiete, & pacifice omnia, quæ ſuper leguntur, teneatis, & poſſideatis, omnium hominum contradictione remota, ita ut nullus dux, marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, comes, vicecomes, nullaque magna, vel parva perſona de cunctis prænominatis rebus, tam de eccleſiaſticis, quam de propriis vos, veſtroſque ſuceeſſores moleſtet, ſive in placito conturbet, vel colonos veſtros, aut colonas diſtringere, ſeu publicam functionem ſolvere cogat. Quod qui temerario auſu fecerit, niſi infra quadraginta dierum ſpatia emendaverit anathematis vinculo obligetur, & a liminibus S. Eccleſiæ alienetur, uſque ad dignam ſatisfactionem. Qui vero cuſtos hujus noſtræ ſanctionis extiterit, benedictionem, & gratiam omnipotentis Dei, & B. Petri Apoſtolorum Principis, & noſtram habeat, & in futurum æternam retributionem percipiat. Amen.

Datum 12. Kal. Julii per manus Petri fungentis vice ſacroſanct. Rom. Eccl. ſubdiac. bibliothecarii anno ab Incarn. Domini 1068. ſeptimo vero Pontificatus D. Alexandri Papæ II. Indict. 6.

XXVII. 19. GRATIANUS de Gabriellis Eugubinus eandem tenuit ſedem 1070. Quem ad annum 1082. ætatem produxiſſe narratur in veteri monumento ædis S. Stephani, ubi S. Leonis Epiſcopi ſacrum corpus in nobili Anniæ Fauſtinæ ſepulchro recondidit, Vicohabentia eo in templo relatum anno 1081. ut ſupra retulimus, cujus etiam tempore ædificata eſt Eccleſia S. Andreæ, ubi poſtea Eremitani Fratres S. Auguſtini an. 1257. fuerunt introducti.

XXVIII. 20. SAMUEL eadem fulgens dignitate medietatem Eccleſiæ S. Stephani Capitulo dono dedit anno 1083.

XXIX 21. VVIDO ex Hetruria Aretinus, vixit anno 1090. („ *Guido dicitur a Sixto Senenſi in Bibl. ad an.* „ 1093.)

XXX 22. LANDULPHUS, ſive Leodolphus floruit 1099. diuque eccleſiam S. Georgii adminiſtravit, primuſque fuit, qui ſedem Cathedralem in ſacram, ſummamque Ferrarienſem ædem tranſtulit die 8. menſis Maji 1135. Quam Actius Cardinalis, ut refert Sigonius, conſecravit: ex eo S. Georgii Epiſcopi Ferrarienſes ſunt appellati. Landulphus nonnulla ſtatuta edidit ad favorem Canonicorum ſuæ Eccleſiæ, quæ ab Innocentio II. anno 1139. ſequenti diplomate confirmata fuere.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei. Dilecto filio Gualfredo Archipresbytero Ferrarien. conventus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sacroſancta Romana Eccleſia, quæ a Domino claves regni cæleſtis, & jura percepit, ſuorum dilectorum precibus aures ſemper adhibuit, & fidelibus ſuis dilectionis benevolentiam ſemper oſtendit. Proinde fili Gualfrede Archipresbyter dilecte fidelitatem tuam nobis, & S. Romanæ Eccleſiæ utilem fore ſcientes, atque omnium Cardinalium, totiuſque Romanæ curiæ preces pro te exhibitas attentius attendentes, aures tuis precibus adhibemus, & ſcripta tua libenter, & diligenter inſpicimus, quibus bene perſpectis, atque perfectis, quicquid per Epiſcopum Landulphum de eccleſiaſticis obligationibus, de decimis, de primitiis, a laicis excuſſum eſt, laudamus, ut nullus deinceps de Ferrariæ clericorum conventu, de patrimoniis ſuis, vel eccleſiaſticis poſſeſſionibus, decimas, aut ullos redditus ulli cogatur reddere laicorum: quicquid de Miſſis majoribus, & de exequiis mortuorum in civitate Ferrariæ per Epiſcopum Landulphum ſtatutum eſt, tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus. Quicquid etiam in mundiburdio Imperatoris Othonis tibi placere perſpeximus, ſtatuimus, & ſancimus, videlicet omnes clericos de conventu civitatis Ferrariæ, immunes eſſe ab omni datione, & ab omni ſeculari, & laicali penitus functione. Præterea perſonam tuam, & bona tua, quæ juſte habes, & detines, vel quæ Deo propitio, juſte acquiſieris, ſub noſtra volumus eſſe tutela, atque a S. Romana Eccleſia cuſtodita, munita, & eſſe defenſa. Et ſi in aliquo eccleſiaſtico, ſeculari ve negotio te forte cenſeris prægravari, liceat tibi ſanctam ſedem Apoſtolicam libere appellare. Si quis autem auſu temerario hanc noſtram præceptionem temerariæ præſumpſerit indignationem incurrat, & S. Romanæ Eccleſiæ, noſtræque auctoritatis gladio feriatur. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Corradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Theoderinus S. Ruſinæ Epiſcopus ſſ.
Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hier. ſſ.
Ego Anſelmus presb. card. tit. S. Laur. in Lucina ſſ.
Ego Lampredus presbyter cardin. tit. Veſtinæ ſſ.
Ego Ivo presb. card. S. Laurentii tit. Damaſi ſſ.
Ego Lucas presb. card. tit. SS. Jo. & Pauli ſſ.
Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Cœlio monte ſubcripſi.
Ego . . . presb. card. tit. S. Anaſtaſiæ ſſ.
Ego Boethius presb. card. tit. s. Clementis ſſ.
Ego Sanctius Cardinalis tituli s. Sabinæ ſſ.
Ego Gregorius diac. card. Ss Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Otho diac. card. tit. s. Georgii ad velum Aur. ſſ.
Ego Vaſſallo diac. card. s. Euſtachii juxta templum Agrippæ ſubſcripſi.
Ego Ubaldus diac. Card. s. Mariæ in Via lata ſſ.

Data Lateran. per manum Almerici diac. Card. & Cancellarii 10. Kalend. Junii. Indict. II. Incarnationis Dom. 1139. Pontif. vero D. Innocentii Papæ II. an. x.

23. GRIPHUM presbyterum Cardinalem tit. XXXI S. Pudentianæ, Innocentius II. in Epiſcopum Ferrarienſem conſecravit 1141. Cui cum idem Pontifex S. Romani corpus dono dediſſet, illud Ferrariam detulit, condiditque ſub marmoreo ſepulchro, in templo eidem ſancto conſecrato anno 1143. Suſpicor de hoc Gripho, non quidem illum fictitium fuiſſe Ferrarienſem Epiſcopum, ſed illius Epiſcopatus tempora invertiſſe auctores. Ciaconius narrat hunc Griphum fuiſſe Cardinalem S. Pudentianæ anno 1138. ejuſdemque tit. Cardinalem Petrum quemdam faciunt 1142. diplomata diverſa, quæ cohærere non poſſunt, ſi verum ſcribit Guarinus, Griphum Cardinalem ſupramemoratum Epiſcopum titulum illum obtinuiſſe anno 1133. & anno 1143. atque a Lucio II. Pontifice fuiſſe privilegiis ornatum; niſi forte dicamus eundem titulum eodem tempore duos, quod aliquando evenit, obtinuiſſe. Ineluctabilis tamen error in Guarino eſt, cum Griphum narrat Epiſcopum Ferrarienſem fuiſſe adlectum an. 1133. parum memor dixiſſe Landulphum S. Georgii veterem Cathedralem, in novam Ferrarienſem civitatem tranſtuliſſe 1135. ex Innocentii II. juſſu. Porro Landulphus in humanis agebat anno 1139 (1). ut vidimus.

24. DEODATUS vivebat anno 1154. quo ſe- XXXII. dente Adrianus IV. anno 1157. Canonicis Ferrarienſis Eccleſiæ ſuperiorum Pontificum privilegia ſequenti diplomate confirmavit.

ADRIANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis Canonicis Ferrarienſis Eccleſiæ, tam præſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Officii noſtri nos admonet, & invitat auctoritas, pro

(1) Atque eodem anno 1139. deceſſiſſe oportet Landulphum, ſiquidem Gryphus eodem anno electus eſt ab Innocentio, ut patet ex ejuſdem Pontificis Bulla eidem Grypho data, atque relata in Defenſione ſecunda pro Dominio temporali Apoſtolicæ ſedis in Comaclum pag. 133.

Digitized by Google

pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & tranquillitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque, & honeſtati conveniens eſſe dignoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas a pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri, atque ſedis Apoſtolicæ patrocinio muniamus. Quo circa dilecti in Domino filii veſtris juſtis petitionibus clementer annuimus, & præfatam Ferrarienſem Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Villam videlicet, quæ dicitur Quartiſana, fundum contra Padum, locum Curcula, caput Redæ, villam, quæ dicitur Baniolum, fundum Dundorgum, villam quæ dicitur Quartiatica, fundum Pecorlle, villam, quæ dicitur Foſſanova, capellam S. Marci ibidem ſitam, aquam piſcaritiam, quæ dicitur Morticiacum, eccleſiam S. Michaelis cum ſuis pertinentiis, capellam S. Stephani cum ſuis pertinentiis, in burgo Ferrariæ, capellas S. Petri, & Salvatoris ſitas in caſtro ejuſdem Ferrariæ, cum omnibus ſuis pertinentiis, capellam S. Mariæ Magdalenæ, & S. Viti, quæ eſt in mercato Ferrariæ, capellas S. Leonardi, Corrigium ſtadii totum, medietatem Lendenariæ majoris, & minoris, Cocolariam lami piſcatoriam Zamedellæ, manſum in capite lamas communis, medietatem fundi Gallinarii, medietatem fundi Purpuranæ, portum capitis Redæ, terram quoque, quæ fuit de Ajacha poſitam in valle, quæ dicitur Zucula, manſum unum in fundo, qui dicitur Duce; inſuper medietatem omnium rerum, quæ pro animabus fidelium defunctorum, Eccleſiæ S. Georgii in epiſcopio Ferrariæ relinquuntur, tam mobilium, quam immobilium, medietatem decimationis ejuſdem Eccleſiæ S. Georgii, totam decimam totius villæ, quæ dicitur Cocomarium, & cætera, quæ eidem Eccleſiæ juſte pertinent in terris, vineis, pratis, agris cultis, incultis, aquis, piſcationibus, venationes etiam, & molendina, ſervos, & ancillas, duodecim homines illius loci, qui vos navigio ferant, quocumque uſus veſter fuerit, abque omni pretio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur veſtris, & aliorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Ferrarienſis Epiſcopi canonica reverentia. Si qua igitur, &c. cunctis autem, &c.

Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Gregorius Sabinenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Ubaldus presb. cardinalis S. Praxedis ſſ.
Ego Julius presb. Card. tit. S. Marcelli ſſ.
Ego Ubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hier. ſſ.
Ego Bernardus presb. card. tit. S. Clementis ſſ.
Ego Octavianus presb. card. tit. S. Cæciliæ ſſ.
Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in monte Cœlio ſubſcripſi.
Ego Joannes presb. card. SS. Jo. & Pauli ſſ.
Ego Joannes presb. card. tit. Ss. Sylveſ. & Martini ſſ.
Ego Ildeprandus presb. card. baſilicæ XII. Apoſt. ſſ.
Ego Odo diac. card. S. Georgii ad velum aureum ſſ.
Ego Guido diac. card. S. Mariæ in Porticu ſſ.
Ego Hyacinthus diac. car. S. Mariæ in Coſmedin ſſ.
Ego Joannes Card. Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Bonadies diac. card. S. Angeli ſſ.
Ego Ardicio diac. card. S. Theodori ſſ.
Ego Boſo diac. card. Ss. Coſmæ, & Damiani ſſ.
Ego Albertus diac. card. S. Adriani ſſ.

Dat. Romæ apud S. Petrum per manum Rolandi S. R. E. presb. card. & Cancellarii 4. Id. Januarii, Indict.

A 6. Incarnationis Dominicæ ann. 1157. Pontificatus vero D. Adriani IV. an. IV.

25. AMATUS, vel Amandus (,,Cremonenſis patria, ut ex Ariſio in Crem. liter. T. 1.) floruit 1169. XXXIII.
quem Alexander III. privilegiis, gratiiſque proſecutus eſt; ejuſque temporibus ſtupendum illud ſcaturientis ſanguinis Chriſti Ferrariæ miraculum accidit, apud S. Mariam de Vado. Dum enim Petrus Prior illius Eccleſiæ incruentam divideret Hoſtiam, ex fractione illa elicitus cruor fornicem ipſum, in quo celebrabat, infecit, ubi hodie ſumma devotione, voluptateque credentium antiquiſſima Deiparæ Virginis imago, quam tradunt D. Lucam pinxiſſe, ſpectatur, pretioſuſque ille ſanguis adeo madet, ac rubet, ac ſi recentiſſime miraculum illud accidiſſet. Amati mentio habetur in diplomate Alexandri III. Vvidoni Archipresbytero, & Canonicis Ferrarienſis Eccleſiæ conceſſo, ab archivio eorundem canonicorum cum aliis ſupra relatis extracto, cujus tenor talis eſt.

B ALEXANDER EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei. Dilectis filiis Vvidoni Archipresbytero, Præpoſito, & univerſis Canonicis Ferrarienſis Eccleſiæ, tam præſentibus, quam futuris canonice inſtituendis in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Ferrarienſem Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuimus, ut quaſcunque poſſeſſiones, & quæcunque bona vos, & eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.
C Villam videlicet, quæ dicitur Quartiſana, fundum contra Padum, locum Cucula, caput Redæ, villam, quæ dicitur Baniolum, fundum Burduragum, villam, quæ dicitur Quartiatica, fundum Pecorile, & villam, quæ dicitur Foſſa nova, capellam S. Marci ibidem ſitam, Pilearitia, quæ dicitur Mortitium, eccleſiam S. Michaelis cum ſuis pertinentiis, capellam S. Stephani cum pertinentiis ſuis, in burgo Ferrariæ, capellam S. Jacobi in civitate Ferrariæ, capellam S. Petri, & S. Salvatoris ſitas in caſtro ejuſdem Ferrariæ cum omnibus pertinentiis ſuis, capellam S. Mariæ Magdalenæ, & S. Viti, quæ eſt in mercato Ferrariæ, capellam S. Leonardi, Corrigium Stadii totum, medietatem Lendenariæ majoris, & minoris, Cocolariam lami piſcaritiam, Zemedellæ, manſum in capite Sandali poſitum, manſum de portu Vetrariæ, manſum Gamolagæ, medietatem fundi Bucentulæ, fundum Bagnoli, Lamas communis, medietatem fundi Gallinarii, medietatem fundi Purpurariæ, portum capitis Redæ, terra quoque, quæ
D fuit de Ajacha poſitam in villa, quæ dicitur Zuccula, manſum unum in fundo, qui dicitur Duce. Inſuper etiam medietatem totius deciſionis plebis S. Georgii in epiſcopio Ferrariæ, medietatem omnium rerum, quæ pro animabus fidelium defunctorum eidem Eccleſiæ relinquuntur tam mobilium, quam immobilium, totam decimam villæ, quæ dicitur Cocomarium, & cætera, quæ eidem Canonicæ juſte pertinent in terris, vineis, pratis, agris cultis, & incultis, aquis in piſcationibus, venationes etiam, & molendina, ſervos, & ancillas, & duodecim homines illius loci, qui vos navigio ferant, quocunque uſus veſter fuerit abſque omni pretio. Ad hæc adiicientes ſtatuimus, & auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne cui liceat clericos capellarum, quæ ad juriſdictionem veſtram tantummodo pertinent, vobis invitis interdicto, vel excommunicationi ſubiicere, aut alias indebita moleſtatione gravare, ſed vos liberam diſpoſitionem, ordinationem, & correptionem capellarum, & clericorum ipſorum ſine contradictio-

ne qualibet habeatis, ſicut uſque ad tempora præſentis Epiſc. veſtri habuiſtis. Præterea præſenti pagina duximus ſtatuendum, ut nullus extra voluntatem veſtram infra civitatem, vel ſuburbia veſtræ civitatis baptizare, ungere ſecundum inſtitutionem ab Azone olim Romanæ Eccleſiæ Cardinali, & tunc Apoſtolicæ ſedis legato cum conſilio, & aſſenſu Land. quondam Epiſcopi factam, & hactenus obſervatam, vel publicas pœnitentias dare præſumat. Quartam vero partem decimarum, quæ in parochia veſtra vobis noſcitur de jure competere, nullus vobis ſubtrahere, vel violenter detinere præſumat. Nihilominus etiam auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne aliquis parochianos veſtros quoſcunque auctoritate Epiſcopi veſtri excommunicare, vel interdicto canonice ſubjeceritis, ad divina officia, vel ſepulturam ante abſolutionem recipere audeat. Ad hæc vobis duximus indulgendum, ut ſi Epiſcopus veſter humiliter requiſitus, invaſores, perturbatores, aut detentores poſſeſſionum veſtrarum, infra triginta dies noluerit Eccleſiaſtica ſententia coercere, niſi manifeſta, & rationabilis cauſa præpediat, liceat vobis in eoſdem auctoritate noſtra, ſecundum qualitatem, & quantitatẽ exceſſus, excommunicationis, vel interdicti ſẽtentiam promulgare. Conſtitutionem autem, quam prædictus Cardinalis, cum conſilio, & aſſenſu prædicti Epiſcopi ſuper teſtamẽtis defunctorum rationabiliter feciſſe dignoſcitur, & venerabilis frater noſter Am. veſter Epiſcopus approbaſſe, ratam, & firmam habemus, & eam perpetuis temporibus inconcuſſam manere ſancimus. Decernimus quoque, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Canonicam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, veſtris, & aliorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Ferrarienſis Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur, &c. cunctis autem eidem loco, &c. præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Ubaldus Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Gualterius Sabinenſis Epiſcopus.

Datum Venetiis 3. Kal. . . . anno Dominicæ Incarnationis 1179. . . . manum . . gerentis . . . Domini Alexandri Papæ III. anno . . . Ind. . . .

(„ Hunc Alexandrum PP. III. perſonaliter conſecraſſe Altare majus in eccleſia Cath. Ferrariæ „ habetur ex documento deſumpto de libro anti„ quo, & memoriali ejuſdem Eccleſiæ, cujus ver„ ba ſunt. *Anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo „ quarto Indictione ſeptima octavo idus Maii. Sanctiſſimus P. & D. noſter Alexander PP. Tertius „ conſecravit in majori Eccleſia Ferrarienſi majus „ Altare ad honorem omnipotentis Dei, & intemeratæ, & glorioſæ Virginis Mariæ, & Beatorum „ Martyrum Georgii, & Maurelii, & Ss. Leonis, „ & Valentini, & s. Felicitatis, cum Reverendiſſ. „ in Chriſto Patribus, & D. D. Ubaldo Oſtienſi Epiſcopo, & Guidone Portuenſe Epiſcopo, & Manfredo Præneſtino Epiſcopo, & Corrado Solabrugenſi Epiſcopo, & Cardinalibus, & cum aliis Cardinalibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Lombard. „ Franciæ, Hiſpaniarum, Boemiæ, Alemandiæ, „ Angliæ, & cum Remoaldo Salernitano Epiſcopo, „ & Patriarcha Aquilegienſi, & Co: Rogerio de Apulia. & quibuſcunque verè pœnitentibus, & confeſſis in feſtivitate dedicationis ipſius Altaris hoc „ majus Altare viſitantibus, præfatus ſummus Pontifex annum unum de Criminalibus, & ſeptimam „ partem de venialibus relaxavit.* Baruffaldus.)

XXXIV. 26. PRESBYTER Amato ſucceſſit; ejuſdemque memoria extat 1181.

XXXV. 27. THEOBALDUS floruit 1183.

XXXVI. 28. CRASSENDERIUS memoratur in bulla Lucii III. anno 1184.

XXXVII. 29. STEPHANUS Ferrarienſibus jus divinum dixit 1187. cui Gregorius VIII. omnia privilegia a ſuis anteceſſoribus Ferrarienſi Eccleſiæ indulta, tanquam rata, juſtaque confirmavit. Sedente autem Stephano, Urbanus III. Papa deceſſit Ferrariæ, inque majori ſacello in Cathedrali ſub marmoreo ſepulchro, cum hac inſcriptione ſepultus fuit:

Hic jacet ſacræ memoriæ Urbanus Papa III.
natione Mediolanenſis ex gente Cribellorum,
ſepultus M. C. LXXXVI. & revelatus M.
CCC. V. menſis Auguſti, indict. III. temporibus fratris Guidonis Ferrarienſis Epiſcopi,
Joannis Archipresbyteri, & Bonagratiæ
Præpoſiti.

Ejuſdem Urbani extat confirmatio omnium privilegiorum ſuorum anteceſſorum canonicis Eccleſiæ Ferrarienſis, ſub iiſdem fere verbis in aliis relatis. *Datum Veronæ per manum Alberti S. R. E. presbyteri Cardinalis, & Cancellarii 10. Kal. Maji. Indict. 4. Incarn. Dominicæ anno 1186. Pontificatus vero D. Urbani III. anno 1.*

Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus ſſ.
Ego Theobaldus Oſtienſis Epiſcopus ſſ.
Ego Joannes presbyter card. tit. s. Marci ſſ.
Ego Laborans presb. card. s. Mariæ Tranſtiberim tit. ſancti Calliſti ſſ.
Ego Pandulphus presb. card. tit. xij. Apoſtolorum ſſ.
Ego Albin. presb. card. tit. s. Crucis in Hieruſ. ſſ.
Ego Melior presb. card. Ss. Jo. & Pauli tit. Pamachii ſſ.
Ego Adelardus tit. s. Marcelli presb. card. ſſ.
Ego Gratianus Ss. Coſmæ, & Dam. diac. card. ſſ.
Ego Probus s. Angeli diac. card. ſſ.
Ego Octavianus Ss. Sergii, & Bacchi diac. card. ſſ.
Ego Uffedus s. Mariæ in Vialata diac. card. ſſ.
Ego Rodulphus s. Georgii ad velum Aureum diac. card. ſubſcripſi.

30. UGUCCIO floruit anno 1192. ex privilegio Cœleſtini III. („ & ex epitaphio relato Guillelmi Adelardi pag. 516. XXXVIII

31. THEOBALDUS ſecundus Uguccioni ſucceſſit anno 1192. XXXIX.

32. UGO a, ſive Uguccio floruit anno 1196. in monumentis autem Abbatiæ Nonantulanæ Ugo appellatur, anno 1197. Anno vero 1199. die 8. menſis Septembris, in favorem Nonantulani Abbatis, contra Mutinenſem Epiſcopum tulit ſententiam. Fato conceſſit circa annum 1212. Poſt cujus exceſſum, cum clericalis Senatus in diverſa ſtudia ſcinderetur, futuri Præſulis electionis Innocentius III. arbitros honorarios conſtituit, Cremonenſem Epiſcopum, atque Albanenſem electum, cum Abbate Columbæ Placentinæ ditionis ex ordine Ciſtercienſi, quorum ſuffragia cum in fratrem Jordanem Patavinum, virum in opere, & ſermone potentem concorditer coiviſſent, illeque detrectaſſet onus ſubire, iterum ex ejuſdem Pontificis juſſu, alterum coacti ſunt promovere ad ſedem. XL.

a Hujus opinionē circa Altaris Sacramentum improbat Innocentius III. ut ex c. in quadam de celeb. miſſ. ad eundē ſcribit idē Innocentius de presb. non baptizato. c. veniens. & c. quanto. De divortiis.

33. ROTLANDUS electus fuit anno 1212. cujus electionem Innocentius III. ratam habuit. Hic eccleſiam S. Blaſii conſecravit anno 1218. inque Ferrarienſi ſede diutiſſime vixit. XLI.

34. GRAVENDINUS electus anno 1236. Hic anno ſequenti una cum aſſenſu canonicorum ſuorum pro ſalute animæ ſuæ, ſucceſſorumque ſuorum dono dedit, & conceſſit in perpetuum Priori, & conventui S. Georgii de Ferrarola, omnem decimationem, quæ ad ſacrarium Cathedralis ſpectabat, ut in inſtrumento ſuper iis confecto continetur, quod confirmatum deinde fuit ab Innocentio IV. & legitur in regeſto Vaticano folio 47. an. X. cujus tenor talis eſt. XLII.

INNOCENTIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei. Priori, & Conventui S. Georgii de Ferrarola ordinis S. Auguſtini Ferrarienſis, &c. ſolet annuere, &c. uſque impertiri.

Cum igitur ſicut coram nobis lecta veſtra petitio continebat bonæ memoriæ Gravendinus electus, & Capitulum Ferrarienſe vobis, & per vos Eccl. veſtræ ſpectabat pro ſuarum, & prædeceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum animarum remedio pia, & provida liberalitate donarint, prout in inſtrumento exinde confecto plenius continetur.

netur. Nos veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, donationem hujus ratam, & gratam habentes, illam auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c. uſque communimus. Tenorem hujus inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. In Chriſti nomine. Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo, die tertia exeuntis menſis Maji, tempore Gregorii Papæ, & Fr. Imperatoris, indictione decima. Actum Ferrariæ, in palatio domini Epiſcopi. Nos Gravendinus Electus, Ugucio Præpoſitus, presbyter Gerardus, presbyter Rolandus, Bonaccurſius, & Jacobinus canonici Ferrarienſes, amore Dei, & intuitu pietatis, & pro remedio animarum noſtrarum, & prædeceſſorum, ac ſucceſſorum noſtrorum nomine Epiſcopatus, & canonicæ Ferrarienſis, pura, & ſpontanea voluntate damus, concedimus, libere donamus, & irrevocabiliter tradimus vobis domino Bruno canonico S. Georgii de Ferrarola præſenti, ac nomine Eccleſiæ, & Canonicæ præfati S. Georgii de Ferrarola recipienti totam, & integram decimationem, quæ ad ſacriſtiam noſtram pertinet, vel pertinuit, vel dari debuit de poſſeſſionibus poſitis in plebatu prædictæ eccleſiæ ſancti de ultra Pado, videlicet in Poleſino Gaibane tam cultis, quam incultis, vallibus, & paludibus, ut amodo licentiam habeatis dictam decimam, & fructus, & obventiones, & redditus ipſius vel ipſarum decimarum, tam in frumento, hordeo, faba, melica, & alia blava, & leguminibus, quam in vino, agnis, capretis, porcellis, & aliis omnibus, de quibus ſacri canones decimas dari jubent, exigendi, petendi, atque colligendi a quacunque perſona nomine præmemoratæ Eccleſiæ veſtræ S. Georgii, & ad prædicta omnia conſtituimus vos nomine dictæ Eccleſiæ, & facimus procuratorem, ut in rem ipſius Eccleſiæ, & damus vobis licentiam nomine præfatæ Eccleſiæ intrandi tenutam, & poſſeſſionem, vel q. . . . . dictæ decimationis, & fructuum, & obventionum, ac redditum ipſius decimationis . . . dationem, donationem, conceſſionem, & traditionem per nos, noſtroſque ſucceſſores nomine Epiſcopatus, & Canonicæ permittimus vobis nomine antedictæ Eccleſiæ S. Georgii firmam tenere, & obſervare, & non contravenire ulla occaſione, vel ingenio exquiſito, vel excogitando ſub pœna mediæ libræ auri, quam ſolvere promittimus, ſi contraventum fuerit, & ea ſoluta, prædicta omnia ſint rata. Præterea ſi aliquis, vel aliquo nomine ſacriſtiæ contra prædictam venirent, vel moverent dictæ Eccleſiæ aliquam litem, promittimus vobis nomine dictæ Eccleſiæ ſtipulanti, quod ipſam Eccleſiam indemnem conſervabimus ſine aliqua refectione expenſarum factarum in litem, vel circa litem. Inſuper nos Capitulum nomine Canonicæ noſtræ promittimus vobis nomine jam dictæ Eccleſiæ ſtipulanti, quod faciemus canonicos noſtros, cum fuerint præſentes, prædictis omnibus conſentire, & contractum iſtum, & omnia, quæ continentur in eo firmare, & ratificare. Interfuerunt ad hoc præſentes teſtes vocati, & rogati.

Presbyter Benatus Maſſarius operis epiſcopatus.
Presbyter Paganus de ſancto Romano.
Domnus Aſdratus.
Domnus Jordanus canonici ſancti Georgii. D
Presbyter Sylveſter canonicus Gaibanus.
Domnus Ondeus Archipresb. Vigenziæ.
D. Erro canonicus Coron.
Presbyter Accbariſius de ſancto Paulo.
D. Villanus de Aldigero.
Mercatellus notarius.
Ledoinus ejus frater.
Bertraminus . . & alii plures.
Ego Gravendinus electus Ferrarien. manu mea ſcr.
Ego Ugucio Præpoſitus Ferrarien. manu mea ſcripſi.
Ego presb. Gerardus Ferrarien. canon. & D. Ruſticii Ferrarien. Archipresb. vicarius, mea manu ſcr.
Ego presbyter Rolandus canonicus Ferrarien. propria manu ſcripſi.
Ego Bonaccurſius diac. Ferrarien. Eccl. canonicus manu propria ſcripſi.
Ego Jacobinus Canon. Ferrarien. mea manu ſcr.
Ego Bonaccurſius Ferrarien. canonicus d. donationi conſenſi, & mea manu ſcripſi.

Ego Jacobinus imperiali auctoritate notarius præſens, ut ſupra legitur, rogatus a prædictis ſcripſi. Supplentes defectum, ſi quis in prædictis eſſe dignoſcitur de plenitudine poteſtatis. Nulli ergo noſtræ confirmationis, &c. ſi quis autem, &c.

Datum Peruſ. Non. Julii anno 10.



35. PHILIPPUS Fontana a Ferrarienſis ſucceſſit anno 1243. Hic ſtatim electus Ugoni Abbati S. Bartholomæi prope Ferrariam, ejuſque fratribus hæc elargitus eſt dona, quæ recenſet ipſe in ſuis ea de re tabulis, quæ extant ibidem ſequentis tenoris. XLIII

a De eo Superbus de viris illuſ. Ferrar. p. 1. p. 14. Manoleſ.

Philippus, Dei, & Apoſtolica gratia, Ferrarien. Eccleſiæ Electus. Venerabili fratri Ugoni S. Bartholomæi Abbati, ejuſque fratribus, regularem vitam profitentibus.

Cum petuntur a nobis, quæ a rationis tramite non diſcedunt, libenter concedimus, & curamus ea juxta benemerentium vota effectum proſequentem complere. Eapropter, dilecte in Chriſto frater, attendentes devotionem tuam, quam erga nos, & Ferrarienſem Eccleſiã geris, promptam, & laudabilem ſollicitudinem tuam, quam in tui monaſterii negotiis peragendis habere dignoſceris, pro remedio animæ noſtræ, & anteceſſorum noſtrorum de manu propria inveſtimus te Ugonem Abbatem S. Bartholomæi præſentem recipientem, pro te, & monaſterio tuo, & ejus vice, & nomine ſucceſſorum tuorum canonice electorum in ipſo loco de hoſpitali noſtro S. Juliani de Ruptalo Villæ Madrariæ, & illud tibi recipienti in vice, & nomine monaſterii tui, & pro te, & tuis ſucceſſoribus ibidem canonice inſtitutis pro remedio animæ noſtræ, & ſucceſſorum noſtrorum concedimus, & impertimur. Ad hoc ut pro nobis, & noſtris ſucceſſoribus, & anteceſſoribus, tu, & tui fratres, confratres mei, ad dominum orare teneamini. Hanc autem conceſſionem tibi conferimus pro te, monaſterio tuo, & tuis fratribus, & ſucceſſoribus, cum terris, aquis, ſilvis, padulibus, piſcationibus, aucupationibus, & omnibus juribus ad dictum hoſpitale pertinentibus. Ita, quod tu, & tui ſucceſſores auctoritate noſtra ea omnia accipere, & recuperare poſſis ab omni perſona, & perſonis, quæ de ipſis injuſte retinerent, & irrationabiliter occupaſſent. Reddendo tu, & tui ſucceſſores nobis, noſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ſingulis annis ſuper altare capellæ noſtræ pro cenſu, libras duas ceræ. Præcipimus quoque Petro de Parma familiari noſtro, ut te vice noſtra, & auctoritate nomine tuo, & ſucceſſorum tuorum, & fratrum de prædictis omnibus in corporalem poſſeſſionem mittat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis gratiam, paginamque infringere, aut ei auſu temerario contrarie. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſeculariſque perſona contra eam venire tentaverit, ſecundo, tertioque commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione retraxeris, reum ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & fiat Redemptoris noſtri ſanguine aliena, atque in extremo examine divinæ ſubſiſtat ultioni. Cunctis autem eidem monaſterio jura ſua ſervantibus ſit pax, & gratia apud dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quatenus nunc, & in futurum præmia, & fructum

bona actionis percipiant. Amen. In die ſolemnitatis B.Georgii. A

S.Georg.	*S.Maurelius.*
Philippus Dei gratia	*Ferr. electus.*

† Gratia S.Spiritus adſit nobis.

Datum in eccl.S.Bartholomai Ferrarien.diœceſ. per manum mei Theodorini protonomine Figaii, nomine autem pranominati D.Philippi Fontana Electi Ferrarien.ſub milleſimo ducenteſimo quadrageſſimo tertio, die 17.Kal.Septemb.Indict.1.praſentibus rogatis teſtibus Ill.Dominis Michaele canonico Comaclen. Jacobo nepote Epiſcopi Comaclen. & Joanne ejus ſervitore.

Porro donationem hanc idem Philippus, cum apud Fridericum II. Imperator pro Romana Eccleſia legationis munere fungeretur, ab eodem confirmandam obtinuit in hunc, qui ſequitur, modum. Diploma extat in eodem archivio.

In nomina ſanctiſſima Trinitatis. B

Federicus ſecundus, divina favente clementia, Romanorum Imper. & Rex Sicilia ſemper Auguſtus.

Omnibus Chriſti fidelibus tam praſentibus, quam futuris notum eſſe volumus, quatenus pro Dei amore animaque noſtra remedio ad inſtantiam venerabilis, nobiliſque viri Philippi Fontana, Ferrarienſis Epiſcopi, & apud Majeſtatem noſtram pro ſancta Romana ſede fideliſſimi legati, Ugonem S. Bartholomai extra muros Ferraria religioſiſſimam Abbatem, ſuoſque monachos, & regulares perſonas, necnon eorundem bona omnia, tam praſentia, quam futura ſub noſtra imperiali protectione, & mundiburdio noſtro recipere decrevimus. Sciant igitur univerſi fideles noſtri, qualiter monaſterium ſupradictum, Abbas, monachi, & religioſi omnes, inibi Deo ſervientes, cuncta eorum poſſeſſiones, terra, nemora, valles, piſcationes, molendina, & catera omnia ſub noſtra in perpetuum manent defenſione. Addentes inſuper, eodemmet Philippo humiliter ſublimitatem noſtram ſupplicante, quod privilegium quoddam a divo Ludovico II. predeceſſore C *noſtro, quondam Auguſtiſſimo Imperatore, eidem monaſterio elargitum, nunc duximus ſpecialiter confirmandum, prout de facto confirmamus, noſtraque imperiali auctoritate corroboramus. Nullus igitur dux, marchio, comes, vicecomes, ſculdaſius, caſtaldio, magna, ſive parva perſona jam dictum monaſterium, religioſos, & ſuos ſucceſſores, eorumque bona moleſtare audeat, aut ſi detinet, impoſterum libere, & ſine ulla contradictione reddat, alioquin noſtram indignationem incurſurum ſciat. Nullus praſentes monachos, & futuros, ſuorumque vaſſallos, commendatos, ſervos, ancillas, Aldiones, & catera omnia diſturbare, & inquietare praſumat, neque eos diſtringere, gravare, aut angariare audeat, ſed quiete, & ſecure vivant. Qui autem proterva temeritate hoc facere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum, prout in ſupradicto privilegio dicitur, auri puriſſimi libras centum, medietatem Camera noſtra, & alteram medietatem Abbati, & fratribus ejuſdem ſanctiſſimi monaſterii per tempora ſucceſſuris. Hujus rei ſunt teſtes.* D

Henricus Rex Romanorum electus.

A.Colonienſis Epiſcopus.

N.Dux Lunenburgen.


Comes Gofredus, & alii.

Quod ut perpetuam firmitatem habeat, praſens privilegium fieri, & ſigillo Majeſtatis noſtra juſſimus communiri.

Actum Herbipoli feliciter anno ſalutis noſtra 1246 de menſe Octobris. Signum D.Frederici II.Romanor. Imp. Auguſti, & Regis Sicilia.

Cæterum eidem Electo Philippo ſcribit Innocentius IV. 2. Non. Septemb. ep. 128. fol. 231. anno 3. in regeſt. Vatic. Fratres Franciſcani in hac Urbe a Philippo I. Præſulatus anno ſtabiliuntur. Anno vero 1246. in Germania ſedis Apoſtolicæ legatus erat, dum Lantgravius Turingiæ dux, Conraduſque filius Friderici Imperatoris de Imperio conflixiſſent; cum autem ad Cæſarianos inclinaſſet victoria, Philippus in ſervitutem abductus, expertus eſt duriorem carcerem; poſtque multas ærumnas, liber evaſit, unice charus Innocentio IV. qui in Germaniam illum legaverat, ut excommunicato Friderico optimum, Catholicumque Imperatorem ſufficiendum curaret. Hujus meminit chron. monachi Patavini cum laude optimi Paſtoris, lib. 1. Ad duos *a* fere annos Ferrarienſem adminiſtravit Eccleſiam annoque 1250. ad Florentinum Epiſcopatum translatus eſt; anno vero 1251. Archiep. Ravennas renunciatus eſt, cujus ſupra meminimus planius, & plenius.

a Septem.



36. JOANNES Quirinus nobilis Venetus, olim Archiepiſcopus Cretenſis, Philippo Fontanæ ſucceſſit anno 1252. Extat in Regeſto Vat. Innocentii IV. Epiſtola 59. fol. 202. ann. 10. capitulo Ferrarienſi, in qua Joannem a ſe Ferrarienſi Eccleſiæ delectum, olim Cretenſem Archiepiſcopum, commendat 16. Kal. Auguſti. In hujus manibus religionis vota nuncupavit B.Beatrix Eſtenſis, fundatrix monaſterii S. Antonii Ordinis S. Benedicti. XLIV

37 Fr. ANGELUS Maltraverſius, Venetus, ex Ordine Prædicatorum, ad Ferrarienſem ſedem pervenit anno 1255. ex appendice Chron. Andreæ Danduli. XLV

38. UGUCCIO hoc nomine III. ad Ferrarienſem ſedem promotus eſt 1255. XLVI

39. JOANNES eandem dignitatem obtinuit anno 1256. XLVII

40. B. ALBERTUS *de Pandonis b* Brixienſis, Epiſcopus antea Placentinus, ad Ferrarienſem ſedem translatus eſt anno 1261. ab Urbano IV. ut habetur in Formulario Marini de Ebulo ejuſdem Pontificis vicecancellarii. Quam ille Eccleſiam pie ſancteque adminiſtravit, claruſque tum in vita, tum in morte miraculis, exuta mortalitate evolavit ad Dominum anno 1274. ſepultuſque eſt in S. Georgii Templo contra S. Maurelii martyris ſepulchrum. XLVIII

b De hoc vide ſupra in Placen. pag. 221.

41. GUILLELMUS eadem enituit dignitate anno 1274. cujus electionem ratam habuit Gregorius X. ex Regeſto Vaticano, atque ab eodem Pontifice Inſubriæ legatus eſt declaratus, ut prodit ejuſdem Pontificis diploma, Id. Septemb. ann. 4. Dat. Placentiæ, quod adhuc aſſervatur in Nonantulano Archivio. (1) XLIX


42 FEDERICUS de Comitibus S. Martini, Epiſcopus antea Iporegienſis, ad Ferrarienſem Eccleſiam translatus eſt 1290. 2. Id. Februarii, ex Regeſt. Vatic. Ep. 339. Fratres Carmelitas introduxit in Eccleſiam S. Pauli an. 1295. Deceſſit anno 1303. die 16. menſ. Maii, tumulatuſque eſt in cathedrali cum hoc epitaphio. L.

Federicus de Comitibus S. Martini olim Epiſcopus Ferrarienſis Obiit Anno Domini M.CCC. III. die xvi. menſis Maii.


43. OTHO-

(1) Martinus II. patrocinatus eſt Epiſcopo Ferrarienſi, qui ſede ſua per vim ejectus fuerat, atque Archidiacono Ferrarienſi munus impoſuit, ut Pſeudoepiſcopo, qui armis, & potentia ſeculari fuerat intruſus, depulſo, alterum Apoſtolica auctoritate revocaret. *Oldoinus* ad Ciaconium t.2.p.116.

Digitized by Google



LI. 43 OTHOBONUS de Carreto ex marchionibus Finarii, Archidiaconus Tongrenſis in Eccleſia Leodienſi, a Bonifacio VIII. defuncto Friderico eligitur in Epiſcopum Ferrarienſem; confirmatur deinde a Benedicto XI. Bonifacii ſucceſſore 5. Id. Januarii anno 1304. ex Regeſto Vatic. Ep. 146. an. 1. Epiſcopatu ſe abdicavit, antequam ſacris initiaretur. Ex hac illuſtri gente Carreta fuerunt quinque alii Epiſcopi Carolus, Ludovicus, Aloyſius, & Paulus Cadurcenſes in Gallia, Matthæus Albinganenſis in Concilio Baſileenſi clarus, Carolus Cardinalis ſub Julio II. Fabritius ejus frater Hieroſolymitanæ militiæ Generalis magiſter; alii illuſtres viri ex ea recenſentur, de quibus alibi.



LII. 44. Fr. VIDO a de Pileo ex comitibus Montis Belli Vicentinus, ex Ordine Prædicatorum inſignis Theologus, claruſque, ac eloquens concionator, Ferrariæ primus Inquiſitor, ſui Ordinis in Inſubria Provincialis, ac Benedicti XI. Pontiſ. Commiſſarius, Othobono ab eodem Pontifice ſuffectus eſt an. 1304. Non. Aprilis, ita in Reg. Vatic. Epiſt. 540. anno 2. Hic ille Vido eſt, qui impii Ermanni, quem plures venerabantur ut ſanctum, oſſa comburi mandavit, ejuſdemque perfida ſecta civitatem exolvit. Poema de veteri, novoque teſtamento ſcholaſtice panxit, quod Bibliorum Perla voluit appellari, plenuſque meritis cum Eccleſiam Ferrarienſem ſingularis pietatis exemplo adminiſtraſſet per 27. annos Bononiæ e vita diſceſſit anno 1349. apud ſuos Dominicanos, ſepultuſque eſt prope ſacrarium, ubi adhuc ejus leviter inſculptum ſepulcrum ſpectatur cum ejuſdem gentilitiis ſtemmatibus, atque effigie: gerebat autem pro ſuæ gentis inſigni, diviſum ſcutum, cujus inferiorem partem albo, nigroque colore nobilitas avita diſtinxerat, vix hæc ſemiexeſa verba ex ingredientium attritu hic exſcribere potui.

a De ſquo Altamura in Bibl. Domin. p. 96 Superbus de viris illuſ. Ferr. p. 1. pag. 34. Marzarius in hiſt. Vicent. p. 112 Mon daſ.

De monte bello . . . .
fuit nomine Guido
Ordinis . . . erepto poſtquam
gradum tribuit Ferraria
Pontificatum . . . . .
doctrina ſcripſit tenore . . . . ;
tumulatus mille trecentis annis
. . . .

LIII. 45. VIDO Abaiſius, civis, & Epiſcopus Regienſis, mox Ariminenſis, Vidoni de Monte Bello

A ſucceſſit, huc translatus 2. Kalend. Martii an. 1332. Hujus Epiſcopi temporibus, atque favore, Servitæ Fratres Ferrariam demigrarunt. E vita diſceſſit anno 1349. Eodem tempore alter Vido Abaiſius floruiſſe narratur, qui ex Epiſcopo Tripolitano, atque Regino, Archiepiſcopus Ravennas effectus eſt, an. 1332. quem nonnulli contendunt hunc eundem Epiſcopum Ferrarienſem eſſe.

B



LIV. 46. PHILIPPUS de Antella nobilis Florentinus, Prior S. Petri, Scharagii Papæ capellanus, & Eccleſiæ Florentinæ Præpoſitus, a Clemente VI. adlectus fuit Ferrarienſis Epiſcopus anno 1349. 12. Kal. Decembris, ex Regeſt. Vat. Epiſt. 165. fol. 48. ann. 8. p. p. lib. p. cujus electione Eſtenſis marchio quam qui maxime dicitur fuiſſe lætatus. Cæterum Florentinus ſenatus de dignitate Philippi certior factus, tam marchioni, quam ipſi electo has ſequentes literas ſcripſit, quas ex originario exemplari exſcribendas curavimus, quod adhuc in Archivio reformationum Florentiæ aſſervatur in litterarum lib. cum ſigno. C.III. Nicolai Serventuræ monachi cancellarii Reipub. Florentinæ.

D. Philippo electo Ferrariæ.

C *Dilectiſſime concivis, & Pater. Promotionem diu meritam, & ſi vellemus eam eſſe magis magnificam factam de liberali fomite Apoſtolicæ ſanctitatis de vobis ad cathedralem Ferrariæ Eccleſiam nobis acceptiſſimam reputantes conſolationis fuimus non expertes, uti Patres, qui de filiorum promotionibus contentantur. De cujus ſignificatione Paternitati veſtræ referentes offerimus poſſe noſtrum ad ſingula nunc, & in poſterum veſtræ Reverentiæ charitatis affectibus placitura.*

Dat Florentiæ 9. Novemb. 3. indictionis.

Marchioni Ferrariæ.

Amice chariſſime. Noviter nobis innotuit fide ex digno qualiter venerabilis concivis noſter D. Philippus de Antella ſcientia, & virtuoſis moribus inſignitus motu proprio Apoſtolicæ ſanctitatis ipſo dignitatem Epiſcopalem nullatenus procurante promotus fuit per ſanctitatem Apoſtolicam in Epiſcopum Ferrarienſis Eccleſiæ, de quo reſperſi fuimus lætitia, quia Epiſcopatus ipſe ſuis laudabilibus operibus in ſpiritualibus, & temporalibus ad exaltationem, & contentationem veſtram ſuſcepit D *incrementa, qui & ſi ſperemus ad magnificentiæ veſtræ notitiam deveniſſe, nihilominus ad gaudium ipſa referimus confidenter, rogantes magnificentiam eandem, quatenus eum uti concivem noſtrum chariſſimum veſtrum hactenus ſervitorem, contemplatione communis noſtri, ſueque ſtirpis, qui erga vos, & anteceſſores veſtros ſemper habuerunt devotam benevolentiam, & amorem, velitis, & Epiſcopatum, & ejus jura ſuſcipere commendatum. Speramus enim promotionem ſuam ejuſdem habita notitia, veſtra fraternitas gratiſſimam reputabit.*

Datum Florentiæ die 9. Novembris Indictione 3.

Ferrarienſem Eccleſiam magna tum pietatis, tum prudentiæ laude adminiſtravit Philippus per ſeptem annos, translatuſque deinde eſt ad Eccleſiam Florentinam 1356. Ex Antellenſi autem familia, plures nobiles viri, publicoque perutiles, ac ſalutares extitere, in quibus olim nituit Nicolaus Antellenſis, magni ducis Hetruriæ primus conſiliarius, pater Equi-

tis

Digitized by Google

tis Donati de Antella, ſummæ expectationis vir. A

LV. 47. BERNARDUS Gallus, Claramontenſis, monachus Ciſtercienſis, Epiſcopus Comenſis, huc translatus ab Innocentio VI. anno 1356. 3. Kal. Martii, ex Reg. Vatic. Epiſt. 13. fol. 34. ann. 5. lib. 2. poſt Philippum ad Ferrarienſis Eccleſiæ clavum ſedit, annoque 1358. Avenionem ad eundem Innocentium ſummum Pontificem orator profectus eſt, ab eo impetraturus, ut ſtatum Reipublicæ vellet reordinare; unde civibus diuturnior tranquillitas proveniret. Vixit uſque ad annum 1373.

LVI. 48. PETRUS de Stagno, Monachus S. Benedicti, Archiepiſcopus Bituricenſis, ab Urbano V. Cardinalis, & Camerarius S. Romanæ Eccleſiæ creatus, ſub Gregorio vero XI. Epiſcopus Oſtienſis, Legatuſque Italiæ, poſt Bernardi exceſſum, Epiſcopus Ferrarienſis ordinatus eſt anno 1373. Hic a Pontifice impetravit, ut ſub nomine vicariatus Alberto, Nicolaoque Principibus Eſtenſibus civitas attribueretur, cum decem millium ſcutatorum annuo cenſu. Romæ deceſſit anno 1377. 7. Kal. Decembris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Tranſtyberim. B



LVII. 49. ALDOBRANDINUS *a* Eſtenſis, Mutinenſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1377. e vivis exceſſit 1381. die 30. m. Octobris, ſepultuſque in cathedrali cum hoc epitaphio *b*.


Hic jacet Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Dominus Aldobrandinus de Domo Eſtenſi, Epiſcopus Ferrarienſis, qui obiit Anno Domini M. CCC. LXXXI.

a De eo Libanorius in Ferr. aurea p. 1. pag. 52. *Mandoſ.*

b Hoc ſepulcrum cum epitaphio deſtructum fuit anno 1662. *Borſaldus.*

LVIII 50. VIDO *Biaſius c* Regienſis, Ferrariæ Canonicus, ejuſdem civitatis adlectus Epiſcopus eſt anno 1381. deceſſit anno 1386. ex lib. Proviſ. Prælat.

c Boyſius.



LIX. 51. THOMAS de Marzapiſcibus de Bononia, juris utriuſq; doctor, monachus Benedictinus, Mantuani cœnobii, Ferrariæ S. Agathæ Prior, Epiſcopi Vicarius, electus Abbas Nonantulanus 1366. Bullas recepit confirmationis per manus Rotlandi Abbatis S. Benedicti Mantuani. Anno vero 1386. ſedem Ferrarienſem adeptus eſt. Fato functus eſt 1392. ſepultuſque in cathedrali cum hoc epitaphio *d*.

Hic jacet R. in Chriſto Pater & Dominus D. Thomas de Marzapiſcibus de Bononia Juris Utriuſque Doctor Epiſcopus Ferrariæ An. D. M. CCC. XCII.

d Hoc ſepulcrum cum antecedenti deſtructum pariter fuit anno 1662. quorum nulla amplius extat memoria. *Borſaldus.*

LX 52. NICOLAUS *e* Robertus nobilis Ferrarienſis, ad eundem Epiſcopatum promotus eſt an. 1392. die 4. menſis Februarii. Primum ſacrum in cathedrali peregit die 25. menſis Maji 1393. adſtantibus Alberto II. Ferrariæ Marchione, & Ugone Robertio Epiſcopo Patavino. E qua gente, & toga, & ſago viri inſignes prodiere, quorum meminit Guarinus in compendio. Hunc Bonifacius IX. deinde tranſtulit ad Eccleſiam Boltamienſem 1401. ex lib. Prov. Præl.

e De eo item Libanorius p. 53. *Mandoſ.*



LXI. 53. PETRUS Bojardus, Epiſcopus Mutinenſis, a Bonifacio IX. translatus eſt ad Eccleſiam Ferrarienſem 1401. 9. Kal. Februarii, cujus nomine ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem Gerardus Petri germanus frater nobilis Ferrarienſis. Petri Vicarius aliquando fuit Thomas Perondulus Cathedralis Eccleſiæ canonicus, qui poſtea Ravennatium Archiepiſcopus renunciatus, Ferrariæ conſecratus, primum ſacrum fecit in eadem cathedrali aſſidente Nicolao III. Marchione. Anno 1407. primarium lapidem impoſuit Eccleſiæ S. Juliani a Galeotto de Avogariis conſtructæ, idemque Eccleſiæ S. Spiritus, quam pro Minoritis diſtrictioris obſervantiæ magnifice exædificavit Bartholomæus Mela Nicolai Eſtenſis a conſiliis. Quo etiam tempore turris campanaria majoris Eccleſiæ conſtrui cœpta eſt, opus ſane nobile & excelſum: cujus etiam auctoritate Olivetanæ Congregationis Monachi recens inſtituti in Cœnobium S. Georgii anno 1414. 7. Kal. Junii Thoma Archiepiſcopo Ravenate, & Nicolao Marchione adſtantibus fuerunt introducti. Urbis ſumma ædes fuerat S. Georgii, ut ſupra retulimus, ibi primus epiſcopatum geſſit Marinus Sabellus. Septimo deinde a nativitatis anno urbis in alteram fluminis ripam translata, ſedem etiam Epiſcopalem ultra Padum tranſtuliſſe dicitur Griphon, relictis Canonicis Regularibus, qui ibidem divinum penſum ſolverent, quibus Alexander III. anno 1177. Ferrarienſium ordinationes, donationes, aliorumque fidelium oblationes, juraque ejuſdem Eccleſiæ perpetuo conceſſit. Exactis denique per Commendatariorum ingluviem Regularibus Canonicis Nicolaus Marchio, ſumma religione impulſus egit cum Joanne XXIII ut Olivetanis nobile Cœnobium traderetur in poſterum excolendum, ex quo deinceps viri in omni pietate, ac doctrina illuſtres prodiere: de quo celebri monaſterio legendus Secundus Lancellotus lib. 2. Olivetanæ Hiſtoriæ, & Guarinus in Compendio. Idem vero Petrus Epiſcopus Fratribus Jeſuatis, qui ſub Petro Card. de Stagno Epiſcopo Ferrarienſi in urbem fuerunt recepti, Oratorium condendi facultatem elargitus eſt ultimo ſui Pontificatus anno, quod deinceps S. Hieronymo dicavit. Facultatis documentum, quod Petrus B. Joanni de Toſſigniano, ejuſdemque in Epiſcopatu immediate ſucceſſori peramplé conceſſerat, hic exhibebo, quod extat apud eoſdem Fratres hiſce conceptum verbis.

Pe-

Digitized by Google

Petrus de Bojoardis Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopus Ferrarienſis.

Dilecto nobis in Chriſto Fratri Joanni Antonio de Tauſignano Imolenſis Diœceſis Pauperi Jeſuato, Gubernatori Domorum ejuſdem Ordinis poſitarum in Civitate Ferrariæ in Contrata S. Mariæ de Vado ſalutē in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Benedictus Deus in donis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis, qui quoſcunque fideles ſibi a malo declinare facit, & agere bonum, ſicque ambulare per vias veras, & ad meliora per ſancta deſideria proficiſci, ſperantes juſtorum, propinquarumque æternæ vitæ retributionum, timenteſque inferni malorum perpetuas calamitates. Sane pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi fundandi, & erigendi in dicto loco Oratorium unum, cum altari, & cœmeterio, ubi poſſis pro te, & tuis in dicto ordine Miſſam, & alia divina officia celebrare, & celebrari facere, confeſſiones vobis invicem, & viciſſim facere, & Euchariſtiam adminiſtrare, & adminiſtrari facere pro te, & tuis in dicto loco ibidem commorantibus, & in futurum commoraturis dumtaxat, excepto quod ſi ibidem a caſu aliqui adeſſent, eadem officia poſſint licite audire, & ſi in ordine fuerint, poſſint etiam ex ſua devotione ea licite celebrare, & corpora defunctorum eorundem ſepelire licentiam concedere dignaremur. Eapropter tuis juſtis hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, attendentes, quod juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, & ut ferventius Deo in orationibus, & vigiliis commode tu, & tui ejuſdē Ordinis ſervire poſſitis, quod poſſis in dicto loco Oratoriū unum cum altari, & cœmeterio, ſine aliquibus campanulis, erectionem facere, fundare, erigere, & ædificare ibidē Miſſas, & divina officia celebrare, & celebrari facere, confiteri, Euchariſtiam adminiſtrare, & adminiſtrari facere vobis invicē, & viciſſim, & recipere pro te, & tuis in dicto Ordine præſentibus, & futuris ſucceſſive dumtaxat: & corpora eorundem defunctorum in cœmeterio ſepelire poſſitis per quemlibet idoneum, & Catholicum Sacerdotem, non excommunicatum, non ſuſpenſum, & non interdictum, nec aliquod habentem canonicum, quod obſiſtat, impedimentum, tam terrentibus, quam ferentibus, nobis, & ſucceſſoribus noſtris canonice intrantibus nihilominus præſentandum tibi de eo poſſit veriſimiliter dubitari, utrum fuerit ſacerdos, nec ne cum hoc, quod ad oblationem recipiendam, cum ad altare extiterit, celebrando, ſe volvere minime poſſit, nec debeat quocunque modo, ſalvo ſemper, & firmo manente jure Eccleſiæ Parochialis, cui dictus locus ſupponitur, cui juri in aliquo nullatenus intendimus derogare tibi, & ſucceſſoribus tuis in dicto Ordine canonica juſtitia contra vos, & veſtros quoſcunque ſucceſſores ibidem nobis, & ſucceſſoribus noſtris canonicè intrantibus penitus reſervata, tenore præſentium licentiam concedimus, & elargimur. In quorum fidem & teſtimonium præſentes has noſtra hac noſtra Pontificali ſigilli appenſione munitas per Petrum de Lardis noſtrum Notarium fieri juſſimus, & regiſtrari.

Datum Ferrariæ in noſtro Epiſcopali Palatio die 26. menſis Aprilis 1429. Indict. 7.

Ego Petrus de Lardis Notarius Cameræ Epiſcopalis fieri juſſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Sanctus Libanorius Illuſtriſſimi D. Nicolai, Marchionis Ferrariæ Domini mei Cancellarius, mandato ejuſdem vidi ſupraſcriptam conceſſionem, & quoad demolitionem prædictarum Domorum in contrata S. Mariæ a Vado, novamque Oratorii erectionem laudo, approbo, & pro parte domini mei confirmo. Dat. in Cancellaria Domini mei die 30. menſis Aprilis anno 1429.

Sanctus vero Libanorus, quem vides pro Marchione Ferrariæ Petri Epiſcopi diplomati ſubſcripſiſſe, ratumque habuiſſe, quod in Jeſuatos contulerat Præſul, vir fuit Ateſtinis Principibus in paucis charus, Chriſtique pauperum Ferrariæ ſecundus ſyndicus, eique ſucceſſit Franciſcus filius a Leonello Eſtenſi inter nobiles accitus, huic Libanorus ejus natu major, qui poſt ſe in eodem Cancellariatus munere reliquit Andream filium ejus virum doctum Herculi, Alphonſoque primis Ferrariæ Ducibus conſiliarium. Cæterum Petrus noſter Bojardus avitæ nobilitatis Præſul, in omni ſcientiarum genere eruditus, hanc rexit Eccleſiam uſque ad ann. 1431: deinde eo munere ſe abdicavit. De quo acta Conciſtorialia. Arnold. Vvion. lib. 2. ligni vitæ narrat Antonium quendam Parmenſem Monachum, & Abbatem Vangaditiæ ex Ordine Camaldulenſium, ejuſdemque Ordinis Generalem, a Martino V. fuiſſe adlectum Epiſcopum Ferrarienſem, ibidemque fato fuiſſe functum, ejus rei nullo prolato auctore. Ego autem ſuſpicor fabellam eſſe, quæ Vvioni ex aliorum fide ſcribenti impoſuerit, ſiquidem nullus per id tempus reperitur Antonius, qui Ferrarienſem ſedem ſit conſecutus, Petrumque Bojardum conſtat eo munere ſe abdicaſſe anno 1431. eidemque fuiſſe ſuffectum Joannem de Toſſiniano, qui proxime ſequitur, ut ex diplomate Eugenii IV. ad Ferrarienſis Eccleſiæ capitulum, quod exhibeo ex originali, licet proſpicere.

EUGENIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Capituli Eccleſiæ Ferrarienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Apoſtolatus officium quamquam inſufficientibus meritis nobis ex alto conceſſum, quo Eccleſiarum omnium regimini præſidemus, utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes, ſolliciti corde reddimur, & ſolertes, ut cum de ipſarum præſertim Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectarum regiminibus agitur committendis, tales eis in Paſtores præficere ſtudeamus, qui commiſſum ſibi gregem dominicum ſciant non ſolum doctrina verbi, ſed etiam exemplo boni operis informare, commiſſaſque ſibi Eccleſias in ſtatu pacifico, & tranquillo velint, & valeant duce Domino ſalubriter regere, & feliciter gubernare. Dudum ſiquidem felicis recordationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc ad ſedem Apoſtolicam vacantium, & in antea vacaturarum ordinationi, & diſpoſitioni ſuæ reſervari decrevit ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis per quoſcunque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Poſtmodum vero Eccleſia veſtra dictæ Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta, eo quod venerabilis frater Petrus noſter in univerſali Eccleſia tunc Ferrarien. Epiſcopus regimini dictæ Eccleſiæ, cui tunc præerat, dilectum filium nobilem virum Giliolum de Piliziariis, Militem Ferrarienſem, Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpeciale mandatum habentem in manibus ejuſdem prædeceſſoris ſponte, & libere ceſſit, dictuſque prædeceſſor ceſſionem hujuſmodi admiſit, Paſtoris ſolatio deſtituta, dictoque Prædeceſſore per eum de proviſione præfatæ veſtræ Eccleſiæ aliter non diſpoſito, ſicuti Domino placuit, vita functo. Nos divina favente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an aliquis poſt obitum prædeceſſoris hujuſmodi præter Romanum Pontificem de ipſarum Eccleſiarum Cathedralium tempore obitus ejuſdem vacantium proviſionibus per dictum prædeceſſorem diſpoſitioni ſuæ reſervatis ſe intromittere potuiſſet, ſive poſſe, ad hujuſmodi ambiguitatis tollendum dubium declaramus ipſas proviſiones earundem Eccleſiarum dicto tempore vacantium, remanſiſſe, & remanere per hujuſmodi reſervationem, & decretum affectas, nullique de illis ea vice præter Romanum Pontificem ſe intromittere potuiſſe, ſive poſſe quoquo modo, ac decernimus irritum, & inane, quicquid in contrarium per quoſcunque, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan erat tunc, vel impoſterum contigerit attentari Cum autem ſecundum præmiſſa dicta veſtra Eccleſia adhuc, ut præfertur, vacare noſceretur, nulluſque de illius proviſione hujuſmodi præter nos ea vice ſe intromittere potuiſſet, ſive poteſt, reſervatione, declaratione, & decretis obſiſtentibus ſupradictis. Nos ad proviſionem hujuſmodi Eccleſiæ celerem, & felicem, ne longioris vacationis exponeretur incommodis, paternis, & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo illi perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Joannem de Tauſignano, electum Ferra-

rien. tunc clericum Bononien. in minoribus duntaxat ordinibus conſtitutum, cui de litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona ipſius Joannis electi nobis, & eiſdem fratribus ob ſuorum exigentiam meritorum accepta præfata veſtræ Eccleſiæ de dictorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica providimus, ipſumque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ veſtræ in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod dirigente Domino actus ſuos ipſa veſtra Eccleſia per ipſius electi circumſpectionis, & induſtriæ ſtudium fructuoſum regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem electum, tanquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore, ac exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiatis humiliter, & adimplere curetis. Alioquin ſententiam, quam idem electus ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſq. ad ſatisfactionem condignam inviolabiter obſervari.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1431. *ſexto Kal. Novembris. Pontificatus noſtri an.* 1.

(„ *Interfuit Concilio Ferrarien. ſub Eugenio IV.* „ *ubi enunciatur ſic* : Petrus ol. Ferrarienſis. *Baruffaldus.*)



LXII. 54. B. JOANNES de Toſſiniano, ditionis Imolenſis caſtello, natus eſt anno 1386. parentes habuit Antonium Tavellium, Joanninamque ex honeſtiſſima gente, qui illum ad omnem pietatem excoluerunt; literiſque initiatum tranſmiſerunt Bononiam, ut ibi epotis legum, canonumque fontibus, decurſa ſtudiorum orbita lauream reportaret. Sed ille mundi ſapientiam abominatus, quæ plerumque, pluſquam par eſt, videre volentibus eripit oculos, transfugit ad clauſtrum; atque apud S. Euſtachium Jeſuatorum Monachum induit, anno xv. ſuæ ætatis anno 1408. die 28. menſis Julii. Tulit id ægre pater, qui filio litteris exculto temporarios honores deſtinaverat. Cæterum Joannes in perfectioris vitæ ſtudio adeo profecit, ut monaſterii Ferrarienſis ſui ordinis Rector ſit declaratus; cujus rectam adminiſtrationem cum urgeret attentius, Eugenius IV. Pontifex ex divino inſtinctu, illum Ferrarienſem Epiſcopum renuntiavit anno 1431. 29. Octobris, Nicolao Ateſtino Marchione, qui probe Joannem noverat, ad ejuſmodi electionem propemodum exultante. Joannes autem, qui in moderationis ſchola nobiliter fuerat educatus, detrectavit onus, honoriſque gradum negavit ſibi indigno, immerentique deberi; nec prius acquievit, quam Pontifex illum virtute ſalutaris obedientiæ compuliſſet ad onus. Igitur Mantuam profectus, a Matthæo illius civitatis Epiſcopo inauguratus fuit, reverſuſque Ferrariam, adeo ſanctitate refulſit, ut tam vivens, quam mortuus ingentibus claruerit mi-

A raculis. Pauperes alebat, mirabilique alacritate tolerabat injurias. Xenodochium magnum ſanctæ Annæ, („ *plurimis aliis per Urbem exiguis Xenodochiis* „ *deletis*,) Nicolai Marchionis Ferrariæ munificentia adjutus a fundamentis erexit, auxitque bonis Peregrini de Arquado ad Chriſti pauperum ſublevandam inopiam, anno 1444. ut inciſa carmina ſub marmorea ejuſdem Epiſcopi ſtatua proloquuntur.

Gratus in hac cunctis excellens phyſicus urbe
Jam fuit a cæca Peregrinus nomine doctor,
Vaſis quippe ſuis bona tot quæreretur egenis
Hæc loca diva quibus præſens mortalibus ægris
Inchoat Antiſtes Chriſti labentibus annis
Mille quadringentis bis ſeptem ter quoque denis.

Ferrarienſem ad xv. annos adminiſtravit Eccleſiam, („ *interfuit Concilio Ferrarienſi ſub Eugenio* „ *IV.*) exceſſitque e vivis anno 1446. die 24. menſis Julii, („ *cujus animam ad Cœlos volantem vidit S.* „ *Catherina de Vigris, tunc monialis in Cœnobio, cor-* „ *poris Chriſti Ferrariæ*,) ſepultuſque eſt in templo

B S. Hieronymi cum hoc epitaphio.

Hic jacet Reverendiſs. in Chriſto
Pater D. Joannes de Toſſignano
Epiſcopus Ferrarienſis digniſſimus,
Qui olim fuerat de
Congregatione Pauperum Jeſuatorum,
& obdormivit in Domino,
die XXIV. Julii
M. CCCC XLVI.

(„ *Anno verò 1712. Thaddæo Card. de Verme Epiſcopo Ferrarien. ejus ſepulchrum reſeratum fuit, ac* „ *oſſa Beati epiſcopi eruta, tranſlata ſolemniter, to-* „ *tius Cleri, & populi interventu, ad novam eccle-* „ *ſiam S. Hieronymi, (veteri Jeſuatorum oratorio* „ *jam deſtructo) Carmelitarum Excalceatorum, ac* „ *in novo tumulo, picturis exornato, publicæ vene-* „ *rationi repoſita, magna fidelium frequentia reſer-* „ *vato articulo unius digiti, ac annulo epiſcopali, quæ* „ *in argenteo brachio reſerata, oſculanda fidelibus* „ *traduntur.* Baruffaldus.)

C Joannis vitam, reſque ejus præclare geſtas habet Chronicum Fratrum Jeſuatorum, ex quo Viglegas in Flore ſanctorum. („ *Gregorius Ferrarius*, *& nu-* „ *per compendiosè Nicolaus Baruffaldus Ferrarienſis* „ 1711.)

55 FRANCISCUS de Lignamine Patavinus, Eugenii IV. Theſaurarius, eodem mandante Pontifice, B. Joanni ſucceſſit 1446. 6. Id. Auguſti. Hic, Veſpaſiano Florentino teſte, Romæ aliquando omni vitiorum genere coinquinatus vixit, donec repente Spiritus ſancti gratia, cunctis admirantibus, in virum optimum mutatus, inæſtimabilis bonitatis, magnæque exiſtimationis Præſul evaſit. Eugenio IV. Nicolaoque V. Pontificibus eximie charus, quam ipſam eandem gratiam apud Calliſtum III. Piumque II. collegit, a quo tranſlatus eſt a ad Eccleſiam Feltrenſem, habuitque ſuffraganeum Baptiſtam Epiſcopum Concordienſem. qui in Ferrarienſi Cathedrali tumulatus eſt: ipſe vero Romæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Mariam Novam, cum hoc epitaphio. LXIII.

a Hujus tranſlationis cautam vide apud Ciaconium noviſ. edit. t. 2 p. 1020.

D *Franciſco extincto Patavino Antiſtite Feltrenſi quondam*
Mæſta Præſule Ferraria extinctum humano eſt quantum
Virtutis in uno corpore non totus orbis habere queat.
Depoſitus anno Domini M. CCCC. LXII.
3. Id. Januarii.

(„ *Videndus eſt Bertondellius in Hiſtoria Feltrenſi* „ *p. 165. ubi aliter tranſcribitur hoc epitaphium.*
„ Extinctum humano eſt quantum virtutis in uno,
„ Corpore non totus orbis habere queat.
„ Franciſco extincto Patavino Antiſtite Feltri
„ & quondam mæſtæ Præſule Ferrariæ.
„ dep. Ann. D. MCCCCLXIJ.
„ iii. Id. Januarii
„ *Sic Bertondellius tranſcribit.*
„ *Suffraganeum habuit Joannem Baptiſtam fra-* „ *trem ſuum Epiſcopum Concordien. ab Eugenio IV.*

„ *cle-*

Digitized by Google

„ *electum; qui cum ob negotia a Pontifice ſibi injuncta* A
„ *Venetias peteret, ibi deceſſit anno 1458. cujus cada-*
„ *ver Ferrariam translatum ſepultum fuit in eccleſia*
„ *Cathedrali, hoc appoſito epitaphio ad pedes epiſco-*
„ *palis imaginis inciſo.*
„ Qui quondam Heſperium legatus viderat orbem,
„ Hic Baptiſta jacet Franciſci Antiſtitis, illum
„ Huc illexit amor fratris, quem Borſia Patrem
„ Ferraria obſervat, Concordia Præſule mæſta eſt,
„ Amiſſum civem Urbs Antenoris inclyta luget;
MCCCCLVIII. *Baruffaldus.*)

LXIV 56. LAURENTIUS Roverella a Ferrarienſis, famoſus Philoſophus, inſignis Theologus, artes publice profeſſus eſt non modo Ferrariæ, Pataviique, ſed Pariſiis etiam cum acclamatione doctorum. Hunc Nicolaus V. Pontifex, doctorum virorum Mecœnas Romam vocavit, legavitque in Ungariam Apoſtolicum Nuncium; Pius vero II. Epiſcopum Ferrarienſem adlegit 1460. die 9. menſis Aprilis, quo anno Carthuſiani Monachi in hac urbe fuerunt introducti in nobili Cœnobio S. Chriſtophori a Duce Borſio Eſtenſi ædificato, ubi jacet in Clauſtro, cum his carminibus a Tito Strozza concinnatis. B

a De eo Sardovinus de familiis, & Superbus de viris illuſ. Ferr. p. 1. & pag. 12.

Aurea fulſerunt te Principe ſecula Borſi
Teſtantur patriæ te pia facta patrem.
Virtuti imperium ſi par tibi fata dediſſent,
Tot meritis unus vix ſatis orbis erat.

Interea idem Pius Laurentium tranſmiſit in Galliam Oratorem. Paulus vero II. Datarium fecit, legavitque in Germaniam, Bohemiam, Pannoniamque de rebus graviſſimis, ubi inter acies Matthiæ Regis, inter Germanos, Pannoniosque fœdus percutiendum curavit; reverſuſque ad ſuam Eccleſiam, cum Sixtus Pontifex ſenatorios honores deſtinaret, paratos virtuti honores importunum fatum abrupit anno 1476. ſepultuſque eſt in templo S. Georgii („ *extra muros*) in Sacello majori ſub nobili tumulo, a Tito Strozza nobili Poeta hoc exornato epitaphio. C

Tu decus urbis eras magne ſolertia mentis
Laurenti, ad magnas res tibi fecit iter.
Nec contenta fuit Latiis tua gloria Terris.
Sed toto nomen claruit orbe tuum.
Romanus qualeſcumque plagas te Paſtor adire
Juſſit, ubique tibi dextera fama fuit.
Gallia te ſtudiis florentem vidit, & omne
Officium grato præſtitit obſequio.
Te venerata ferox Germania, norat Iberus
Quid tibi conſilii, juſtitiaque foret.
Te Duce Pannonii ſævos fregere Bohemos,
Bellaque pro ſancta ſunt tibi geſta fide.
Amiſſo teſtis Ferraria Præſule luget
Mæſta ſuum deflet ſtirps Roverella patrem
Hanc fratrum in patriam cura translata tuorum
Hoc tua ſub Tumulo clauſimus oſſa, Vale.

(„ *Hunc tradit Ciaconius t. 2. p. 1005. acerrime cum*
„ *Pio II. morti jam proximo circa extremam unctio-*
„ *num iterandam diſputaſſe.*) D



LXV. 57. BARTHOLOMÆUS Roboreus Savonenſis, filius Raphaelis Sixti IV. germani fratris, Ferrarienſibus Præſul præpoſitus eſt 1475. Pauloque poſt Patriarcha Hieroſolymitanus effectus eſt ſub Alexandro VI. deceſſit anno 1495. („ *ac humatus*
„ *fuit in Tumulo eodem anteceſſoris ſui, hoc intus ap-*
„ *poſito epitaphio plumbo inciſo, in duplici lamina.*
„ †
„ HIC. REQ.
„ CPUS. † BAR
„ MEI. EPIC.
„ FERRAR.
„ IN PACE.
„ †
„ *Quod item duplici plumbo reſtitutum fuit juſſu Thad-*
„ *dæi Card. de Verme epiſcopi occaſione reſtaurationis*
„ *ejuſdem ſepulchri, his additis verbis.* Noviter ac
„ decentius incluſum Anno MDCCVI. *Baruff.*)


LXVI 58. JOANNES Borgia Hiſpanus, Alexandri Sexti nepos, Presbyter Cardinalis, Montiſque Regalis Archiepiſcopus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſcopus Caurienſis, Ferrarienſem etiam Eccleſiam ſuſcepit regendam. Mortuus eſt Romæ anno 1503. ſepultuſque eſt apud S. Petrum.



LXVII 59. HIPPOLYTUS Eſtenſis, poſt Borgiam, Ferrarienſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam, eidemque præfuit uſque ad annum 1520. quo ipſo anno deceſſit. Herculis I. Ducis Ferrarienſis filius fuit, atque Eleonoræ filiæ Ferdinandi Regis Siciliæ. Vix ſeptennis Strigoniæ Archiepiſcopus electus fuit, quem illuc cum apparatu regio a patre miſſum Matthias Rex Pannoniorum munificentiſſime aluit, eundemque Alexander VI. renunciavit Cardinalem, atque Archiepiſcopum Mediolanenſem; Eccleſiam Capuanam obtinuit, Narbonenſem in Gallia, ac demum Archipresbyteratum S. Petri. Munificentia plane regia fuit, qua una mortalium, qui illum noverant, ſibi devinxerat animos. Nec minus quam Alphonſus frater Ferrariæ Dux in armis valuit, qui illi cum Venetis in Pado flumine belligeranti magno uſui fuit; fregit enim illorum claſſem, cujus partem demerſit, partem in ſervitutem abduxit. Eccleſiam Strigonienſem cum Arienſi commutavit, Mediolanenſem vero Hippolyto nepoti reſignavit. Eccleſiam Ferrarienſem qua ædificiis, qua ſupellectili locupletavit. Omnibus pene Europæis Principibus charus fuit. Nobiles diſciplinas comprehenſas habebat, literatorum hominum munificentiſſimus ipſe Mecœnas. Deceſſit Ferrariæ 1520. menſe Septembri, ſepultuſque eſt in Cathedrali. (*Sed inhumatus, in lignea capſa, cum Joan-*
„ *ne Card. Salviato ſucceſſore ſuo, in veteri Canoni-*
„ *corum ſacrario, per plures annos extitit, donec*
„ *utrunque cadaver, Joanne Fontana Epiſcopo man-*
„ *dante, ſub Urbano III. Monumentum humo conde-*
„ *retur. Quibus Cardinalibus idem Epiſcopus de Ver-*
„ *me epitaphium condidit; ſed in nova Templi reſtau-*
„ *ratione Hippolyto erectum fuit marmor honorificen-*
„ *tius a Raynaldo I. Mutinæ duce his inſculptis literis.*
D. O. M.
„ Hippolyto Eſtenſi S. R. E. Card. &
„ Epiſcopo Ferrariæ. Ejus oſſibus in hunc
„ locum ſtudio, ac pietate Thaddæi S. R.
„ E. Card. a Verme, & Epiſcopi Ferrariæ
„ translatis Raynaldus Eſtenſis Dux XI.
„ Atavi ſui fratri mem. repar. curabat

Digitized by Google

„ A.C. MDCCXIV. *Baruffaldus.*)
Illius meminit Jovius, Garimbertus, Claudius Robertus de Epiſcopis Galliæ, Ciac. Victorell. in additionibus ad eundem, illiuſque vitam perſcripſit Sardus.



LXVIII. 60. JOANNES Salviatus Florentinus Cardinalis, Ferrarienſem Eccleſiam obtinnit a Leone X. anno 1520. Hic parentes habuit Jacobum Salviatum, ac Lucretiam Mediceam X. Leonis ſororem, natus anno 1490. die 24. menſis Martii. Nobiliſſimæ indolis fuit, ac magnitudine animi anteceſſori ſuo plane æquiparandus. Propior affinis erat Henrico II. Gallorum Regi, patruuſque Coſimi I. magni Hetruriæ Ducis. Clemente VII. mittente ad Franciſcum Regem Gallorum, Cæſaremque legatus profectus eſt. Parmam, Placentiamque Apoſtolicus Legatus frænavit. Firmanam rexit Eccleſiam, Volaterranam, Tranenſem, Biterrenſem. A Franciſco Rege Gallorum, cui unice charus erat, obtinuit Epiſcopatum Olerenſem, S. Pauli, ac Vaſionenſem, cum aliquot divitibus Abbatiis. Adeo Salviatus opimis Sacerdotiis abundabat, ut cum aliis illius temporibus fortunatiſſimis Principibus videretur [illegible] poſſe conferri. Sub Paulo III. ex diacono Cardinali, Epiſcopus Albanenſis, Sabinenſis, ac Portuenſis evaſit In interregno Pauli III. pene ſummus Pontifex acclamatus fuit, niſi tamquam Regis Gallorum propiorem affinem Carolus V. ab ea dignitate curaſſet arcendum. In monaſterio de Portu Salviato exceſſit è vivis, ejuſque corpus Ferrariam relatum, tumulatum eſt in cathedrali. Quod ipſum noſtram narrationem in Additionibus ad Ciaconium coarguit, in qua errore abducti retulimus illud relatum fuiſſe Romam, inque Sacello Salviatorum reconditum, cum revera Ferrariæ ſepulchrum acceperit in cathedrali. Anno vero 1607. die 8. menſis Junii Joannes Fontana Ferrarienſis Epiſcopus Salviatum cum Hippolyto Cardinali Eſtenſi, a Sacrario, ſub ſepulchrum Urbani III. Pontificis tranſtulit in Tribunam. („ *Cui poſtea Cardinalis de Verme Epiſcopus*
„ *hoc epitaphium poſuit, in Tribuna, e regione tumu-*
„ *li pontificii Urbani PP. III.*
„ Piis manibus Joannis Salviati S. R. E.
„ Card. Ferrariæ Epiſcopi Anno M D L.
„ defuncti, e veteri Canonicor. Sacriſtia
„ ſub hoc Pontif. Max. monum. tranſlati
„ Anno MDCVII. Joanne Fontana Epi-
„ ſcopo jubente Thaddæus S. R. E. Presb.
„ Card. de Verme ut tanti viri præclarum
„ nomen innoteſceret M. P. A.D.
„ M. DCCXVII. *Baruffaldus.*)

Tametſi autem ego, quod vero conſonum erat, in meis ad Ciaconium additionibus candide retuliſſem, tamen cum Nicolaus Rodulphus, tum Magiſter ſacri Palatii, mox vero ſui Ordinis Generalis Magiſter, doctrina alias, probitateque morum vir inſignis, ſecus arbitraretur, decreviſſetque typis mandandum, quod jam olim verum crediderat, Salviatum ſcilicet Romæ fuiſſe ſepultum, cenſui ego, tametſi aliquanto timidius, tanti viri tunc authoritati cedendum; ſed cum iterum, iterumque de facti

A veritate certior fuiſſem factus, non jam cunctanter, & timide, ſed quod verum eſt, hic reponendum curavi. Cæterum laudes Salviati non tacuit Sadoletus, vir doctus, & eloquens, qui illum clariſſimum virum appellat, omnique virtutum genere ornatiſſimum; Joannes Vitalis ejuſdem etiam cum laude meminit, & Stephanus Joanninēſis. Homines doctos peramanter amplexatus eſt, atque coluit, ut Lilium Giraldum, Baptiſtam Pignam, Gagiumque doctiſſimi illius ſeculi magna nomina. Superbum, viſendumque Palatium viæ Lungaris appellatæ fundavit, tanta munificentia, ut Regi ipſi Gallorum, ſi Romam iturum illac tranſire contigiſſet, ſatis amplum poſſet præbere domicilium. Fuere Joanni plures conjunctiſſimi fratres Bernardus, ſcilicet, qui poſtea Cardinalis fuit ſub Pio IV. cujus nepos erat magnus ille Cardinalis Antonius Maria Salviatus; hujuſque pronepos Jacobus Salviatus Juliani dux hujus clariſſimæ gentis opibus, virtuteque ſplendorem extendit.

B



61. HIPPOLYTUS II. Cardinalis Ateſtinus, LXIX.
filius Alphonſi primi ducis Ferrariæ, Lucretiæque Borgiæ natus eſt anno 1509. Non. Kal. [illegible] Septembris.
C Franciſcum I. Regem Gallorum propiori affinitate tangebat, Mediolanenſium Archiepiſcopus fuit, Novariæ ſedem tenuit, Senatoria Romana purpura condecoratus eſt anno 1538. atque ex ceſſione Cardinalis Salviati Ferrarienſem Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1550. Functus eſt Legatione Patrimonii, Galliarumque eſt declaratus protector. Nomine Henrici Regis Senenſem rem adminiſtravit, defenditque egregie: ex Pii IV. miſſione ad Cæſarem in Germaniam profectus eſt, ut inter Chriſtianos pacem ſtabiliret, Romamque reverſum iterum miſit in Galliam, ut tumultuantes hæreticos opprimeret. In quibus ſane muneribus obeundis, primi Hippolyti Ateſtini Cardinalis ſe præbuit æmulum. Coluit & ipſe literatos ſui ſeculi homines, Paulum Manutium, M. Antonium Muretum, Cœliumque Calcagninum. Ferrarienſem ſedem tenuit annos tres, ac deinceps Aloyſio Ateſtino nepoti eam reſignavit. Quo ſedente Jeſuitæ in Urbem inducti
D anno 1551. ubi Collegium inchoarunt ſub invocatione nominis Jeſu, & Lilius Giraldus patriæ decus, & ornamentum annum agens 72. deſiit eſſe; jacet in cathedrali. Romæ deceſſit Hippolytus presbyter Cardinalis S. Mariæ Novæ 1572. 4. Non. Decembris, ætatis vero ſuæ 63. Tyburimque delatum, apud S. Franciſcum ſepultus eſt, in quem poſtea tumulum intulere Aloyſium Cardinalem nepotem, cujus utriuſque poſtea memoriam Cæſar Eſtenſis Marchio, qui Mutinenſium deinde dux fuit, hoc epitaphio condecoravit.


D. O. M.
Hippolyto & Aloyſio Principibus Ateſtinis
S.R.E. Cardinalibus Cæſar Ateſtinus Marchio Patruo & Patrueli bene de ſe meritis
P. C. M. DC. XVIII.

Digitized by Google



LXX 62. ALOYSIUS Ateſtinus, filius Herculis II. ducis Ferrariæ, ac Renatæ filiæ Ludovici II. Regis Gallorum, natus eſt 1538. Adhuc puero, ex ceſſione patrui, Epiſcopatus Ferrarienſis obvenit anno 1553. in Gallia vero Archiepiſcopatus Auxitanus. Quæ duo ſplendida Sacerdotia ſub Pio IV. Pontifice, Romana purpura collata in Aloyſium cumularunt ſplẽdorem. Itaque anno 1561. Diaconus Cardinalis fuit ad titulum S. Nerei & Achillei, Galliarum protector, ac Ciſtercienſis Ordin. Bis in Galliam ſub Gregorio XIII. Legatus profectus eſt. Princeps ſane nobiliſſimæ indolis, ac animi magnitudine nulli ſecundus, lumen Senatus, ac togæ. Uſus ſuffraganeo eſt in Ferrarienſis Eccleſiæ adminiſtratione, Alphonſo Roſſetto Epiſcopo Comaclenſi, in quem poſt duodecim annos Sacerdotium illud conferendum curavit. Romæ mortuus eſt diaconus Cardinalis tituli S. Mariæ in Via lata 1586. 3. Kalend. Januarii, die Martis hora 16. ætatis 48. Cujus corpus Tyburim delatum, prope patruum, ut ſupra narravimus, tumulatum eſt.

* Pro ſpicis arborem repone.



LXXI 63. ALPHONSUS Roſſettus Ferrarienſis, paulo ante Comaclenſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1563. Vir nobilis, prudentia inſignis, & magno animo præditus, Herculis, & Alphonſi II. Ferrariæ ducum a conſiliis, pro quibus non ſemel apud Pontifices Maxx. Clementem VII. Paulum III. Pioſque IV. & V. ad Carolum V. Ferdinandum I. Maximilianum II. Impp. & Henricum II. Galliæ Regem Orator, magno apud omnes Chriſtianos Principes in pretio eſt habitus, cujus aliquando virtutes, & in rebus agendis dexteritatem admiratus Gregorius XIII. dum ille ad votum de confiniis Bononienſes inter, & Ferrarienſes orta diſſenſio abunde omnibus fecerit ſatis. Eum inſtantibus etiam Maximiliano Imp. duceque Alphonſo ad purpuram deſtinaverat, quam nuper in Roſſettam gentem intulit Urbanus VIII. Pontif. Max. cum Carolum Roſſettum Epiſcopum Faventinum in Germania Apoſtolicum Nuncium ea exornaverit. At eo ſedente Præſule anno 1570. die 17. Novembris tertia noctis hora, maximus terræmotus urbem hanc ita conquaſſaſſe legimus in marmore, ut ejus fortiſſima mœnia, munitiſſimas arces, alta palatia, religioſa templa, ſacratas turres, omneſque fere ædes everterit, proſtraveritque una cum maximo civium damno, at-


A que acerba clade, adeo ut omnes maximo metu perterriti, relictis caſis, domibus, cæteriſque ſuis bonis, in lugubria cœmeteria, in luctuoſos hortos, atque demum relicta ipſa urbe in ſylveſtres agros, in pauperibus tuguriis, atque in humilibus tentoriis tota hyeme prægelida, & aſpera degentes, paſſim diffugerent. De quo terræmotu Aloyſius Luſinus ita luſit.

Diluvium, terræmotus, contagia, paſſim,
Bella, fames: mundi quid reliquum exitio eſt:
Ignis & ipſe prope eſt. unde hæc? ex arce tonantis.
Tot mala quid mundo congeris? impietas.
Anne ſalutis adhuc ſpes ulla eſt? unica. quis nam
Porriget hanc? Pietas. hæc ubi? nullus habet.
Quid ſtas munde? rue, ut pietas eſt nulla: ruentem
Jam video: auxilium numina læſa negant.

Illuxit Alphonſi pietas in tam luctuoſo tempore, nec defuit ſollicitudo in ſublevandis ſacris virginibus, ſacriſve locis collapſis reſtaurandis, quæ paſſim vel ſemidiruta, vel in totum collapſa cernebantur. Præfuit Epiſcopus iſte Ferrarienſi Eccleſiæ annis B quindecim, bonis operibus ſemper intentus. Senex evocatur ex hoc mortali ſeculo anno 1579. funebri oratione laudatus a Claudio Bertazzolo I. C. clariſſimo, ſepultuſque eſt in cathedrali, in ſepulchro, quod ſibi vivens, ſuiſque ſucceſſoribus ponendum curaverat.

Alphonſus Roſſettus Epiſcopus Ferrarienſis pro ſe & ſucceſſoribus M. D. LXXV.

C




64. PAULUS Leonius a Patavinus, ad hanc eandem ſedem promotus eſt an. 1579. die 16. menſis Decembris. Undecim ipſos annos Ferrarienſem laudabiliter adminiſtravit Eccleſiam, cumque ſibi adjunxiſſet coadjutorem cum futuræ ſucceſſionis ſpe Joannem Fontanam, e vita deceſſit 1590 b. ſepultuſq; eſt prope anteceſſorem ſuum in cathedrali. LX XII.

a De eo Portinarius in hiſt. Patav. l. 9. c. 1. Mandat. ſdie 7. Auguſti.

(„ *Primus fuit, qui Concilio Tridentino jam expleto, Synodos diœceſanas Ferrariæ convocaret, ac decreta ederet. Quarum Synodorum nempe annorum* 1579. *&* *ſucceſſivè* 1580. 1584. 1586. 1587. 1588. *libellus extat Ferrariæ evulgatus anno* 1588. Baruffaldus.)

D



65. JOANNES Fontana c, e Villa Fontana Mutinenſis, Archipresbyter Mediolanenſis, ſan- LXX III.

c De eo v.-

de Ciaconium t. 3. p. 177. D.

ctique Caroli Borromæi Vicarius, a Sixto V. Ferrarienſis Epiſcopi coadjutor adſcitus eſt 1589. die 11. menſis Septembris, titulumque Tripolitani Epiſcopatus obtinuit, Leonioque ſucceſſit anno 1590. Hic Alphonſo II. duce Ferrariæ vita functo, in Ferrariæ ducem Cæſarem Eſtenſem coronavit, ac paulo poſt excommunicavit. Clementem VIII. ducatus Ferrarienſis poſſeſſionem ineuntem hoſpitio excepit. Eccleſiaſticæ diſciplinæ retinentiſſimus fuit, („ *Et penè omnium Eccleſiarum ſuarum* „ *reſtaurator*,) ut pote in ſchola S. Caroli Borromæi educatus. Pluribuſque ſalutaribus latis legibus, Ferrarienſem clerum optime inſtituit, cum plures *a* ſynodos celebraſſet. Adeo optimæ famæ Paſtoris fuit, ut tametſi ejus æmuli actis inſidiarum cuniculis illum impetiviſſent, haud tamen vel leviter potuerit obſcurari. E vivis exemptus eſt anno 1611 *b*. ſepultuſque eſt in cathedrali in Sacello a ſe conſtructo in honorem Ss. Ambroſii, atque Geminiani divorum ſuorum tutelarium cum hoc epitaphio.

a Idem etiam ſæpe 1591. & 1596.

b Die 6. Julii.

Joannes Ferrariæ Epiſcopus diem mortis, & reſurrectionis præ oculis habens, & cleri, Populique cupiens precibus adjuvari monumentum iſtud ſtatuit Anno M.DC.VIII. ætatis ſuæ LXXI. Pontificatus vero XIX.


LXXIV. 66. JO. BAPTISTA Cardinalis Lenius Romanus, antea Militenſis Epiſcopus, a Paulo V. affini ſuo Cardinalis creatus ad titulum S. Sixti an. 1608. atque ab eodem 1611. die 3. menſis Auguſti ad Ferrarienſem Eccleſiam translatus („ *quam publicè* „ *ingreſſus eſt die 14. Martii 1612. ut ex Inſcriptione* „ *in majori palatio epiſcopali ad Oſtium collegii doctorum, in qua leguntur hæc verba.*

D. O. M.

„ Paulo V. P. O. Max. ſedente Joannes Ba-
„ ptiſta S. R. E. Presb. Card. Lenius ut
„ paſtorali munere paterna pietate funge-
„ retur perſonaliter Ferrariam ingreſſus eſt
„ die XIV. Martii MDCXII.

„ *Ac immediatè diœceſanam Synodum celebravit* „ Baruffaldus.)

S. Joannis in Laterano Archipresbyter fuit, annique Jubilæi 1625. ſanctam Portam aperuit, clauſitque: Canonicos S. Salvatoris protexit, templumque S. Caroli de Catinariis, ut vocant, ædificavit; ubi Romæ decedens, ſepultus fuit anno 1627. die 15. menſis Novembris. Suffraganeum habuit Ludovicum („ *Paſolinum Ravennatenſ.*) Epiſcopum Signinum.



LXXV. 67. LAURENTIUS Magalottus, Vincentio Magalotto ac Clara e Capponum familia Florentiæ natus, liberaliterque ab iis educatus, Romæ apud Patres Societatis Jeſu humanioribus literis, Philoſophiæque operam navavit, Peruſiæque legum ſcientia excultus, Piſis inſigne Doctoratus retulit. Poſt parentis obitum ann. 1608. reverſus Romam, Prælatorumque numero adſcriptus, Maffæi Cardinalis Barberini, cujus fratri Carolo ejus ſoror Conſtantia nupſerat, Vicelegatus Bononiæ extitit. Romam regreſſus a Paulo V. nonnullis ditionis eccleſiaſticæ præfecturis ornatus eſt: ſub Gregorio vero XV. toto Principatui eccleſiaſtico cum auctoritate ampliſſima Commiſſarius generalis creatus, dein ſacræ Conſultæ Prælatus renunciatus, pauloque poſt eidem a ſecretis præfectus, tum ipſe Pontifex, ejuſque nepos Cardinalis Ludoviſius in graviſſimi momenti rebus ejus operam, induſtriamque adhibuerunt. Cum demum Cardinali Barberino ſub nomine Urbani VIII. Pontificia dignitas collata eſſet, Principum ſecretarius conſtitutus eſt, ac graviorum conſiliorum particeps adſcitus, ac paulo poſt anno 1624. Cardinalatu decoratus Eccleſiam Ferrarienſem anno 1628. quinta Martii obtinuit. In qua cum ejus paſtores longo tempore non reſediſſent, multi in ea abuſus inoleverant, quos ille extinxit; & cum peſtis, fameſque populos ſibi creditos opprimerent, in iis levandis pietatem ſuam, ac charitatem explicuit. Eccleſiam Cathedralem, palatium Epiſcopale, multaque alia ædificia a prædeceſſoribus ad delitias exſtructa, injuriaque temporum, vel collapſa, aut ſatiſcentia refecit. Clerum ad vitam eximii exempli traduxit, diſciplinaque ſeveriori coercuit: cumque omnes curas, ac zelum ad ſalutem, regimenque animarum convertiſſet, omnium ſibi venerationem conciliavit. Synodum celebravit, pluraque decreta utiliſſima promulgavit, cumque in dies pluribus virtutibus aureos mores exornaret, acutiſſima febri implicitus Ferrariæ moriens ad laborum decerpenda juſtiſſima præmia in cœlum evolavit anno 1637. die 18. Septembris („ *expleta Synodo diœceſana*,) & in Cathedrali ingenti luctu, ac pompa ſepulchro traditus eſt („ *ſub* „ *hoc epitaphio*.

D. O. M.

„ Oſſa LAURENTII Cardinalis Maga-
„ lotti Epiſcopi.

„ *In ejus funere luculentiſſimam orationem habuit* „ *P. Hieronymus Allè Ord. S. Hieronymi Feſulani.* „ *Eccleſiam Cathedralem inſtaurare cœpit in ſuperiori parte, cujus inſtaurationis memoria in majori fornice literis cubitalibus legebatur hoc modo.*

„ Laurentius Tit. SS. Joannis & Pauli S. R.
„ E. Presb. Card. Magalottus & Sanctæ Ferrarien-
„ ſis Eccleſiæ Epiſcopus Anno MDCXXXVII.

„ *Baruffaldus.*)

Vir ſane præter generis claritatem, nepotum ex ſorore virtutibus felix, cum ille Conſtantiæ ſummæ pietatis, & prudentiæ feminæ filios ad Cardinalatum ab Urbano VIII. ipſorum patruo evectos ejus auſpiciis, eadem etiam dignitate inſignitum Franciſcum Macchiavellum ex altera ſorore Maria ſuſceptum, qui in Epiſcopatum, dignitatemque Cardinalitiam illi ſucceſſit, populique Ferrarienſis luctum permulſit, qui poſt tantum Antiſtitem amiſſum majori ſolatio, ac voluptate perfundi non poterat, quam ut nepotem ipſum omnibus ornamentis cumulatiſſimum, nec illi nobilitate, virtuteque inferiorem exciperet.



68. FRANCISCUS MARIA Macchiavellus *e* Florentinus, Philippi, ac Mariæ Magalottæ filius, nobilis indolis adoleſcens ab Urbano VIII. ba- LXXVI.

e De eo deque nobi-

A

[illegible] hujus familiæ Gamurrinus vol. 1. p. 149. Mandoſ.

ſilicæ Vaticanæ Canonicus, Romanæ Rotæ Auditor electus in Germaniam cum Card. Ginetto legato miſſus, Epiſcopatu Ferrarienſi, in demortui Cardinalis avunculi locum, donatus ann. 1638. xi. Octobris, Conſtantinopolitano Patriarchatu exornatus, omnium inde ſumma cum gratulatione ab eodem Pontifice mox S. R. E. presb. Card. creatus eſt an. 1641. die 14. Decemb. Virtutibus iſte, quam natalibus vel tantis nobilior Ferrarienſem populum Magalotti avunculi deceſſu mœrentem, conſolatur, & fovet, cujus laudes poſteri non tacebunt. Sat nobis erit Eminentiſſimi viri urbi, & orbi notiſſimi haud onerare modeſtiam.

A D D I T I O.

(„ *Anno 1644. Oratorium Confraternitatis Sacro-*
„ *rum Stigmatum S. Franciſci ſolemniter conſecravit.*
„ *Synodum diœceſanam convocavit anno 1648. die*
„ *24 Maji, in qua & nova, licet pauca, promulga-*
„ *vit decreta, & antiqua anteceſſoris ſui confirmavit,*
„ *atque omnia in unum volumen collegit, ediditque.*
„ *Quintodecimo tandem Epiſcopatus anno Ferrariæ*
„ *deceſſit die 21. Novembris 1653. ſepultuſque eſt in*
„ *Cathedrali eccleſia ſub hoc epitaphio, ad Altare*
„ *S. Angeli cuſtodis, modo verò S. Laurentii.*
„ Oſſa
„ Franciſci Mariæ
„ Cardinalis Macchiavelli
„ Epiſcopi.



LXXVII. „ CAROLUS PIUS *de Sabaudia Ferrarienſis,*
„ *Aſcanii Pii, & Eleonoræ de Matthæis filius, anno*
„ *natus eſt 1622. die eſt 9. Aprilis. Adoleſcens Galliam,*
„ *Angliam, Belgium, Pannoniam, ac Germaniam*
„ *peragravit militaribus legibus inſudando. Eccle-*
„ *ſiaſticæ mox militiæ adſcriptus anno 1650. ab Inno-*
„ *centio X. Pontifice Cameræ clericus effectus eſt; dein*
„ *anno 1652. Apoſtolicæ Cameræ Theſaurarius: tan-*
„ *dem anno 1654. inter S. R. E. Cardinales cooptatus*
„ *die 2. Martii ab eodem Pontifice, atque Urbini a*
„ *latere legatus electus. Ab Urbinatenſi legatione ad*
„ *Epiſcopatum Ferrarienſem translatus fuit ab Ale-*
„ *xandro VII. anno 1655. die 22. Auguſti. Ibi Chri-*
„ *ſtinam Svetiæ Reginam Ferraria tranſeuntem ma-*
„ *gnificentiſſimè ſuſcepit, eodem anno, die 25. No-*
„ *vembris. Verùm cum nondum conſecratus eſſet E-*
„ *piſcopus, ſacra infula decoratus fuit in eccleſia Ca-*
„ *thedrali die 5. Decembris ejuſdem anni à tribus E-*
„ *piſcopis nempè Jo: Baptiſta Spada Sanctæ Suſannæ*
„ *nuncupato Cardinali Ferrariæ Legato, & ab Epiſ-*
„ *copis Mantuano, & Comaclenſi. Totam diœceſim*
„ *paſtorali viſitatione immediatè recenſuit. Templum*
„ *S. Spiritus Fratrum Minorum ſolemniter conſecra-*
„ *vit anno 1656. die 13. Februarii, ac Altare D.*
„ *Antonii Patavini impenſis propriis erexit, & do-*
„ *tavit. Denuò eandem Svetiæ Reginam pariter hac*
„ *tranſeuntem in propriis Epiſcopalibus ædibus ma-*
„ *ximo ſplendore excepit. Demum ob infirmam va-*
„ *letudinem an. 1663. Romam rediens, ibique Prote-*
„ *ctor Imperii declaratus, in manu ſummi Pontificis*
„ *Epiſcopatum renunciavit, non ſine magno Patriæ*
„ *ſuæ dolore, & Eccleſiæ Ferrarienſis mœrore.*




B

„ JO: STEPHANUS *Donghi a, Januenſis,* LXXVIII
„ *poſt delibatos Rhetoricæ flores Romam profectus,*
„ *Juri Cæſareo, & Pontificio, nec non ſacræ Theolo-*
„ *giæ operam dedit. Inde in Hiſpanias profectus in ce-*
„ *leberrimis ejus Academiis adeò profecit, ut laurea*
„ *doctorali publicè fuerit decoratus. Romam poſtea re-*
„ *verſus Clerici Cameralis titulo fuit inſignitus: hinc*
„ *variis muneribus ſemper cum laude ſuſceptis, fe-*
„ *liciterque expeditis ab Urbano VIII. ornatus eſt*
„ *purpureo galero. Ferrarienſem, Ravennatemque*
„ *Legationes communi populorum applauſu admini-*
„ *ſtravit. Imolenſem Eccleſiam deinde ſuſcepit re-*
„ *gendam, a qua ad Ferrarienſem translatus fuit*
„ *ann. 1663. 4. Kalend. Martii. Totam perluſtravit*
„ *diœceſim: Synodumque celebravit. Hinc ad novi*
„ *Pontificis comitia Romam profectus, acerbiſſima*
„ *febri correptus die 26. Novembris anno 1668. fato*
„ *ceſſit, Romæ ſepultus in Eccleſia PP. ſocietatis Jeſu.*

a De eo Oldoinus in Athen. Liguſt. Mandoſ.

C



D

„ CAROLUS *Cardinalis Cerrus Donghio ſuffe-* LXXIX.
„ *ctus eſt anno 1669. Ortus eſt Romæ Carolus an. 1611.*
„ *die 3. Septemb. ex Antonio Cerro Advocato Fiſcali.*
„ *Decurſa feliciter ſtudiorum orbita laurea doctorali*
„ *inſignitus, Vaticanus Canonicus, Patris in conſiſto-*
„ *riali advocatione coadjutor, & V. Sign. Referen-*
„ *darius declaratus, Card. Barberini Auditor, exin-*
„ *de ad ſacrum Rotæ tribunal evectus eſt, in quo poſt*
„ *30. annos ad Decanatus gradum pervenit, & mox*
„ *a Clemente IX. inter S. R. E. Cardinales cooptatus*
„ *eſt die 29. Novemb. an. 1669. Inde Urbinatem Pro-*
„ *vinciam ſuſcepit Legatus adminiſtrandam, mox E-*
„ *piſcopus Eccleſiam Ferrarienſem, ad quam non per-*
„ *venit nonniſi Urbinati Legatione defunctus anno vi-*
„ *delicet 1673. S. Claræ Monialium Capuccinarum,*
„ *& S. Cajetani Clericorum Regul. Theatinorum no-*
„ *viter erecta templa ſolemniter conſecravit: Diœce-*
„ *ſim inviſit: periſtromatibus ſericis proprio ſumptu*
„ *totam Cathedralem exornavit. Romam inde ad no-*
„ *vi Pontificis electionem advocatus an. 1689. decla-*
„ *ratoque jam Pont. Max. Alexandro VIII. dum ad*
„ *Eccleſiam ſuam reditum parat, deceſſit ipſa die Pen-*
„ *tecoſtes an. 1690. Ejus cadaver ſolemni pompa ela-*
„ *tum in templo Ss. nominis Jeſu tumulatum fuit in*
„ *ſuæ gentis ſacello.*




LXX X. *a* Ejus vita habetur in vitis Arcadum illuſ. p. 1. pa. 255. Mandoſ.

DOMINICUS *Card. Tauruſius a, poſtquam Ferrarienſis Eccleſia quinquennio vacaſſet, Dionyſio ſucceſſor datus eſt anno 1695. Ferrariæ natus eſt Dominicus anno 1638. dum ejus pater ex familia nobili Urbevetana J. U. D. illius urbis almæ Rotæ Auditor eſſet. Minoribus imbutus diſciplinis totum ſe juriſprudentiæ devovit: jamque Doctoris inſignibus Romæ decoratus, Curialis primum effectus, mox Auditor Nunciaturæ Luſitanæ creatus eſt. Qua provincia egregie adminiſtrata Locumtenentis civilis Auditoris Cameræ gradum obtinuit: inde in ſacra Romana Rota locum aſſecutus: declaratus poſtmodum an. 1695. die 12. Decembr. ab Innocentio XII. Diaconus Cardinalis; demum Ferrarienſi infula auctus eſt, cujus poſſeſſionem iniit die 2. Martii an. 1696. Conſervatorium S. Matthæi ad pauperes alendos aperuit, Diœceſim viſitavit: majoraque præſtiturus erat gregi ſuo beneficia, ni propera morte ſublatus eſſet die 27. Decembris ejuſdem anni 1696. Tumulum accepit in alterius Epiſcopi ſepulchro in Cathedrali cum ſequenti inſcriptione.*

D. O. M.

Dominico Tauruſio Urbevetano, a ſacræ Rom. Rotæ Auditorio ad Purpuram, & Epiſcopatum Ferrarienſem aſſumpto, qui undecimo regiminis ſui menſe vix inchoato, pietate, vigilantia, exemplo obvinctis ſibi civium animis, clero paternis officiis proſecuto, Eccleſia ſupellectilis ſacræ legato largiter honorata exceſſit VI. Kal. Januar. MDCXCVI. Canonici, & Capitulum mœrentes, ne debitus pretioſo cineri titulus deeſſet, unanimi voto monumentum hoc dedicarunt, cui pariter. *Antonii Trombettæ* Civis Ferrarienſis, & Epiſcopi Regien. oſſa religioſè ſervata adhærent.



LXX XI.

FABRITIUS *Paulucius, Forolivienſis, Cardinalis Paulucii nepos, Legum, hiſtoriæ ſacræ, & Conciliorum peritia inſignis, ab Innocentio XII. Maceratæ, ac Tolentini primum Epiſcopus, tum Firmani Archiepiſcopatus Adminiſtrator declaratus, mox Colonienſi Nunciatura inſignitus, inde in Poloniam extra ordinem Apoſtolicus Legatus miſ-*

A *ſus, demum Ferrarienſi tiara decoratur, ac Romam rediens in numerum Cardinalium adſcitus eſt an. 1697. die 22. Julii. Anno vero 1699. die 12. Maii ſponſam ſuam primò inviſit: inde Parœcias omnes civitatis, imo totam Diœceſim luſtravit, gregem ſibi commiſſum ubique & verbo docens, & exemplo. Verum non diù licuit Ferrarienſi Eccleſiæ tanto Paſtore frui: ſiquidem ut ſacris anni Jubilæi functionibus intereſſet, Romam profectus, atque paulo poſt habitis per obitum Summi Pontificis Vaticanis Comitiis, e quibus Apoſtolicam emerſit ad ſedem Sanctiſſimus Noſter Clemens XI. ad majores curas evocatus Primus Pontificis Miniſter electus fuit, & à ſecretis Status. Quo munere ſuſcepto Ferrarienſem Eccleſiam dimiſit anno 1701.*

B



THADDÆUS *Aloyſius Card. de Verme huic Eccleſiæ præfectus eſt anno 1701. die 8. Aprilis. Ex nobiliſſimo ſanguine tam ſago, quam toga illuſtri Placentino Comitum de Verme patrem habuit Thaddæus Jacobum Æquitem, matrem verò Co: Mariam Lupi Soragna, Placentiæ ortus die 14. Februar. 1641. Emenſo feliciter ſtudiorum curriculo, veſte clericali indutus Romam petiit, ex qua Herbanum tranſiit, ut apud Em. Card. Mellinum ejus conſanguineum moraretur. Ibi Monialium curam gerere juſſus eſt. Inde Romam reverſus cum Em. Card. Albrizio ejus pariter patruo, Nuncio in Germaniam declarato, Viennam ſe contulit, ubi ob malam Patrui valetudinem ipſe Thaddæus totum pene legationis onus ſubire viſus eſt. Romam iterum rediens oblatam ſibi a Parmenſi Duce Parmenſem Infulam conſtantiſſime recuſavit: at Fanenſem induere juſſu Innocentii X. non diù poſt coactus fuit: quam quinquennio retinuit: donec Innocentius XII. ann. 1695. die 12. Decembr. illum evocavit ad Purpuram, ac deinde ad Epiſcopatū Foro Cornelienſem tranſtulit. Ibi quoq; diutius non ſedit: nam anno, ut diximus, 1701. die 14. Martii, annuente SS. Noſtro Domino Clemente XI. Ferrarienſem Eccleſiam ſuſcepit regendam. Hujus Diœceſim totam vigilanter luſtravit: indeque Synodum ſummo ſtudio celebravit. Aulæis ſericis Cathedralem donavit, quam ruinam ob vetuſtatem minitantem à fundamentis reædificare, atque in ampliorem, modernamque formam cœpit conſtruere. Verum incœpto operi coronidem ponere ei minime licuit: nam die 11. Januarii currentis anni 1717. vitam cum morte commutavit, meritis plenus, vitaque Sanctitate commendatus, ſepultus in Cathedrali, cum hoc Epitaphio.*

LXX XII.

C

D

Vermis de Verme Vermibus dixit: Mater, & ſoror mea vos eſtis: itemque ait: Vermis ſum, & non homo, quia figura hominis facta eſt umbra mortis. Hunc ſibi ſepulchri titulum poni juſſit Thaddæus S. R. E. Presb. Cardinalis de Verme Ferrar. Ep. III. Id. Januarii MDCCXVII. defunctus. Canonici tanta modeſtiæ obſequentes, ut cætera morum poſteri conjicerent PP.

De ejus vita, ac geſtis elegantiſſimam habuit Orationem, dum Præſulis Cadaveri ſacra inferia ſolverentur, Hieronymus Baruffaldus, cujus opera in

hac

,, *hac Ferrarienſium Epiſcoporum adornanda ſerie*
,, *non parum adjuti ſumus.*
,, THOMAS *Ruffus S.R.E. Cardinalis in ejus*
LXX XIII. ,, *locum ſuffectus eſt, Clementis XI. votis ea in re*
,, *alacrius obſecutus, quod ſuam in Ferrariæ urbem,*
,, *cui antea Legatus præfuerat, beneficentiam augen-*
,, *di collatus Epiſcopatus illi offerebat opportunitatem,*
,, *quam ideò nactus raro piæ liberalitatis exemplo ad*
,, *excitandam collapſam Cathedralem ædem omnes*
,, *Epiſcopatus redditus deſtinavit, ſibi Paſtoralis mu-*
,, *neris laborem unicè adſervans* Zanzonus.)

FOROLIVIENSES EPISCOPI.



AD dexteram Montoni fluminis in via Æmilia Forumlivium ſituatum eſt, cujus initium propemodum liquido conſtat a Lucio Herminio veterano milite derivaſſe, qui in honorem, ſempiternamque ſui Ducis Livii Salinatoris memoriam Forum Livii voluit appellari poſt debellatum Annibalem. Sub ſtatua in foro civitatis collocata ſuæ originis conſervat memoriam nonnullis comprehenſam carminibus. Donec Romani Imperii magnitudo, armaque externis gentibus fuere terrori, Romanam & ipſa fortunam ſecuta eſt; deinceps Ravennatibus Exarchis paruit; mox ea civium fortium cœpit multitudine frequentari, ut circumvicinis populis victricia intulerit arma, ædificatiſque Sadurno, Melidonio, & Caminate caſtellis, Cerviæ, Bertinorio, Foropompilioque victrix præſcripſerit leges. A Bononienſibus non ſemel ab illa victis demum ipſa jugum accepit 1248. annoque 1346. Ordelapham potentem gentem Dominã experta eſt, quæ primum Vicarii titulo, mox & Principis ex arbitratu populi Forolivienſi civitati jura perſcripſit. Hi cum legatis Pontificiis varia fortuna pugnarunt, ſæpius victores, ſæpius victi, demum Forolivio exceſſere. Ab iis Mediolanenſes Vicecomites, Riariique ſub titulo Comitis Forolivio potiti ſunt, cumque Octavianum Riarium, Catharinæ Sfortiæ maritum, ac Sixti IV. nepotem æmuli obtruncaſſent, illa cædem ultura conſortis, nobiliſſimum prætorium ab Ægidio Cardinali Carillio ædificatum evertit. Rediit deinde illa civitas in tranquillitatis eccleſiaſticæ tutiſſimum portum, floretque ſi unquam alias nobilitate populi, opibus, armis, ad cæterarum Romandiolæ civitatum invidiam. Priſcis ſæpe temporibus propemodum excidium adiit, cum Calbulenſes, & Arguliosi factioſiſſimæ gentes de obtinendo Imperio inimiciſſime, teſte Hieronymo Rubeo hiſtor. Ravenn. invicem depugnarent. Conſtat ſuſcepiſſe illam Chriſtiana ſacra, dum S. Apollinaris a Principe Apoſtolorum in Flaminiam miſſus Chriſti evangelium diſſeminaſſet, potuitque per eadem tempora habuiſſe paſtorem. Quamquam nullius Forolivienſis Præſulis uſque ad annum 359. occurrat memoria, primuſque, qui reperiatur, S. Mercurialis ſit, ejuſdem civitatis tutelaris, ac paſtor. Epiſcopus a ſua prima inſtitutione Archiepiſcopi Ravennatis ſuffraganeus fuit. Plura ibi Sanctorum corpora præter S. Mercurialis honorifice aſſervantur, S. Sigiſmundi ſcilicet Regis cum uxore, ac duobus filiis, S. Ruffilli Foropompilienſis Epiſcopi, SS. Grati, atque Marcelli dia-
A conorum, atque B. Jacobi Veneti ex ordine Prædicatorum. Cathedralis S. Cruci, ac S. Valeriano martyri dedicata, antiqua eſt, ac non temnendæ pulchritudinis, ac magnitudinis. Quatuor dignitatibus inſignitur, Præpoſitura, Archipresbyteratu, Archidiaconatu, & Primicerii munere. Quindecim canonici ibi ſunt, cum præbendis Theologali, atque Pœnitentiali, ac totidem alii beneficiati, & manſionarii. Animas curat capellanus ad tempus. Præter hos octo item parochiani eccleſiaſticum cultum adimplent, proſtatque fons baptiſmalis in Cathedrali. Duodecim ibi religioſorum viſuntur monaſteria, in quibus nobilis S. Mercurialis Abbatia Ordinis Vallisumbroſanorum; quæ S. Dominico, & S. Franciſco dedicata ſunt, cum Carmelitanorum templo ſplendidiora habentur. Inſuper quinque ibi Monialium monaſteria numerantur, ac tredecim laicorum confraternitates cum xenodochio, ac Monte pietatis. Diœceſis ampla eſt, continetque qua oppida, qua pagos, ad quadraginta. Cenſus Epiſco-
B palis ad duo fere millia ſcutatorum aſcendit, inque libris Cameræ ejuſdem taxa centum quinque florenorum eſt. Plures viros hæc civitas protulit, quos arma, & civica moderatio ſempiternam provexerunt ad gloriam. Quorum memoria poſteris mandavit ſuis in Plinianis commentariis Alexander Paduanus, ubi de origine, ſitu, magnitudine, deque rebus illuſtribus Fori Livii luculenter enarratur: quæ, antequam ejuſdem civitatis Præſulum ſeriem demus, ad majorem cognitionem ejuſdem urbis hic ad verbum adnectenda curavimus.

Ptolomæus, ſi fidem Codicis Pariſienſis Græci ſequimur, ejus memoriam omiſit; in Latinis tamen omnibus exemplaribus ponitur long. 40. lat. 43. 40. pariter ejus memoria nulla extat apud Strabonem, Pomponium, Solinum, aut alium quempiam veterum, ſi unum excipias Antoninum, qui etſi bis iter per Flaminiam deſcribat, ſemel tantum Forolivii meminit. Nec mirum, cum uſque ad Auguſti tempora, quibus vixit Strabo, & Pomponius, ibi fuerint humiles caſæ, & at-
C *tegiæ in uſum tantum eorum, qui in jus vocabantur, aut ad conciliabula, & nundinas conveniebant, conſtructæ. Referunt annales, qui per Urbem circumferuntur, prima Urbis fundamenta jeciſſe M. Livium Salinatorem biennio poſt partam de Aſdrubale victoriam. Narrat enim Livius, Marcum Livium tunc in Hetruriã ſub nomine Proconſulis cum exercitu miſſum, & dum ibi moraretur, nunciatum Magonem Annibalis fratrem claſſe in Liguriam trajeciſſe, perque Galliam ad Annibalem in ultimis Italiæ finibus cõmorantem properaturum; quocirca ab Senatu juſſus eſt ex Hetruria exercitum Volonum admovere Ariminũ, ibique Sp. Lucretio Prætore Arimini commorante junctus, Magoni obviam ire. Si vero Mago quietus permaneret, ſub angulo Alpium ipſe in eadem ſtatione circa Ariminum moraretur, quapropter ei imperium prorogatum. Cum itaque M. Livius per hæc loca ſederet, ſubeunte hyeme, forum indixit. Mos quippe fuit Romanis per æſtatem bella gerere, per hyemem jus reddere, non ſolum pro juredicundo, verum etiam pro mer-*
D *cibus, & negociis, utpote in centro, & loco Regionis ſaluberrimo, quod de nomine ipſius, Forum Livii dictum eſt. Hujus itaque fori juris, & mercium occaſione tuguria, & tabernæ excitata fuerunt, quæ in dies ob commoditatem, & cœli ſalubritatem aucta ſunt. Dum hæc geruntur, Lucius Hermius M. Livii Centurio ſenio jam emeritus cognita loci præſtantia, una cum quibuſdam aliis militibus veteranis, Livio annuente, & coadiuvãte, ut ſibi ab Senatu, populoque Romano is locus ad incolendum concederetur, impetravit; quo obtento, Liviam urbem mille, & quingentos paſſus a via Flaminia, & Foro verſus montes diſtantem ædificavit, ſtatua ibidem in Livii memoriam poſita cum his verſiculis, qui ad hanc uſque diem in urbis annalibus leguntur.*

Livius ecce ſui Romanus conditor urbis
Hujus, & hanc volui terram coluiſſe Quirites
Magnanimos, populiſque dedi cognomen, & arma.

Cum autem forum juris, ac mercium in locum primo a Livio poſitum permaneret, ſecutis temporibus non

longe

A

longe ab hoc fori loco quamplures habitationes factæ fuerunt, quæ caſtri formam præſeferentes, Caſtri etiā nomen ſibi compararunt; pariter ab altera fori parte habitationes ſunt excitatæ, ac parva tuguria poſita ad Vici ſimilitudinem, ea propter & Vici nomen ſunt adeptæ, & uſque in hodiernam diem locus in urbe, ubi caſtrum prædictum fuit, caſtrum S. Martini, de nomine Eccleſiæ parochialis ſub titulo S. Martini nuncupatur. Vicus vero Merlonum Vicus appellabatur, hodie burgus Ravaldini.

Ab horum locorum origine uſque ad Auguſti tempora nihil in hiſce annalibus memoria dignum legitur; Auguſto autem unà cum Livia uxore Italiam peragrāte, prædicti annales referunt, ad Forum Livii perveniſſe, cumque ibi moraretur, loci amœnitate allecta, & adhuc magis cum forum hoc a M. Livio Salinatore poſitum, a quo ipſa ſuam originem repetebat, cognoſceret, privilegia, & indulta maxima Auguſtum incolis largiri voluit. Interea Liviæ habitatores maximam ſibi utilitatem, & commoditatem fore rati, ſi urbem ſuam

B

juxta forum, & viam publicam deferrent, tum quia ibi in jus vocabantur, tum quia merces ibi venales omnes erant, & magiſteria plurima exercebantur, ideo ſupplicationes ſuper his Imperatori, ac Liviæ ejus uxori porrexerunt. Cumque ſtudio Cn. Cornelii Galli civis Livienſis poetæ egregii Auguſti familiaris, quod exoptabant, benigne, ac clementer impetraſſent, operi, eadem Livia annuente, atque coadiuvante, ſeſe addixerunt. Aſſignato igitur Livienſibus juxta flumen ab occaſu in ipſa via campo Clodium provinciæ Prætorem operi præfecerunt, qui quatuor populos, Fori, Caſtri, Vici Merlonum, & Liviæ uno vallo circumdedit, & urbem amplam reddidit, diuque ibi commoratus forum ibidem indixit, deque ſuo nomine appellavit, licet poſtea ſecutis temporibus, priori reaſſumpto ſit deletum. Hanc opinionem Cicchus Rubeus poeta inſignis in quadam epiſtola ad Franciſcum Petrarcham comprobavit, dum ab ipſo hexametro interrogatus:

Reſpondere decet, quæ ſit modo Livia vates.

Pentametro reſpondit:

C

Livia Forlivii pars fuit illa mei.

Ex his ſummi faciendus eſt Plinii codex a Barbaro relatus, qui habet: Forum Clodii quatuor populi. Nam Plinius, qui paulo poſt vixit, nomen urbis a Clodio inditum, quod forte tunc temporis adhuc perdurabat, adnotavit. Et hoc fuit primum Urbis patriæ noſtræ incrementum; nam poſtea, cum Gothi Italiæ dominium ſibi adſcrviſſent, juxta forum extra vallum a Clodio ductum, Vicum excitarunt, quem etiam incoluerunt, qui Vicus Gothorum dictus eſt, & uſque in hanc diem paulum voce deflexa Borgo de Cotogni, alias de Gottoni dicitur. Berengarius autem regnans, cum patriæ mœnia, ut concivibus ſuis gratias redderet, excitaret, non ſolum urbem vallo a Clodio præcinctam, verum etiam Vicum Gothorum mœnia ſtatuens eſt amplexus, formamque urbi, atque amplitudinem, quam nunc habet, præbuit. Cum igitur primam urbis originem, ejuſque incrementum ex annalibus habeamus, adſintque auctorum loca, ex quibus hæc fuiſſe urbis exordia conjectari poſſumus, ex omnibus, quæ circumferuntur, opinionibus

D

relatam, tanquam magis veritati conſonam recipiendam exiſtimamus. Urbs durante in Italia Imperii Majeſtate ſemper Imperatoribus paruit. Gothis vero Italiam occupantibus, una cum cæteris hujus regionis urbibus Gothorum jugum ſubiit; quibus pulſis, ad Imperium iterum rediit, & ad ejus in Italia Exarchum. At Exarchatus dominio ad nihilum redacto, quando Aſtulphus Longobardorum Rex Ravennam Exarchi ſedem occupavit, Aſtulpho, & Longobardis paruit, idque donec idem Aſtulphus a Pipino Gallorum Rege, deinde a Carolo Magno cum fidem minime ſervaſſet, Exarchatum ſummo Pontifici Stephano hujus nominis ſecundo reddere cogitur, tuncque Exarchatus, qui per annos CLXX. perduraverat, ceſſavit. Una igitur cum reliqua regione urbs noſtra a ſummo Pontifice recepta, eidem ſummam fidem, una cum tota regione præſtitit. Quapropter ſunt, qui ob ſingularem erga ſummum Pontificem, & urbem Romam fidem, & obſequium tradunt, Carolum Magnum nomen provinciæ permutaſſe, eamque Romandiolam, quaſi parvam Romam appellaſſe; quod vellet perpetuis futuris temporibus ſummo Pontifici Romanorum parere, eiuſque ditionis eſſe. Sunt tamen alii, qui nomen Regioni non a Carolo Magno, ſed ab Exarchis inditum contendunt, & hi non Romandiolam, ut vox Latina ſonat, ſed Romam magnam, ſecundum vulgi nomen appellatam volunt, quod ſeptem civitatibus, quaſi ſeptem Romanæ Urbis collibus imperitarent, Ravenna, Foro Cornelii, Imola hodie, Faventia, Forolivii, Foropompilii, Ceſena, & Arimini, nam Phicocle hodie Cervia, nondum illis temporibus reſtituta erat, ut ob Romani nominis præſtantiam, Exarchatus nomen ampliorem, & magis ſpectabilem redderent. Deficiente porro Eccleſiæ dominio temporali, Forolivium, ut cætera hujus regionis urbes, ſibi libertatem vindicavit, ſub regimineque Democratico vivens, tamdiu propriam tutavit libertatem, quamdiu in civium potentiorum ſumma rerum poſita, ipſi patriæ tyrannidem occuparunt. Dum in libertate viveret, bella non ſolum cum finitimis frequenter, verum etiam aliquando cum Venetis, & Florentinis geſſit, fineſque longe, lateque prolatavit, utpote quæ ab Apennini ſummitatibus uſq; ad mare cuncta poſſideret. Cum Bononienſibus quoque non ſemel conflixit, ut aliquando victa jugum eorum ſubjerit, aliquando etiam victrix Carrotium Bononienſe in triumphum duxerit, potiſſimum anno 1276. Quapropter dolore cordis intrinſecus tacti Bononienſes, Vvidone, & Fratribus Calbulenſibus, primariis civibus extorribus fomitem præbentibus, aſſiduis legationibus Martinum IV. Pontificem ſanctiſſimum contra Forolivienſes, tanquam Eccleſiæ rebelles ſollicitarunt, qui tandem eorum precibus victus, Vvidonem Apium Gallorum Ducem ad debellandum Forolivium miſit. Dum ad urbem perventus, aſſiduis, & crebris præliis cives vexat, ad nihilumque ſenſim redigere conatur, a Vvidone Feltrio Forolivienſium Duce ſtratagemate militari eluſus, una cum ſuis ad internecionem ductus eſt. Feltrius enim portam caſtris hoſtium obverſam reſerare, & ſine cuſtode eſſe jubet, ſi Gallorum exploratores ſilentium, & cuſtodes conſuetos haud cernentes, fuga prolapſum Ducem una cum milite crederent, ducique partam ſine ſanguine victoriam renunciarent. Quod cum ex voto eveniſſet, Gallorum non pauci urbem ingrediuntur, & ut vacuam milite cernunt, per urbem domos ſibi quærentes diſſeminantur; ſenes, & mulieres ſuperſtites perbenigne eos excipiunt, arma deponere hortantur, cibo, potuque reficiunt; hi autem vini ſuavitate deguſtata, alacriter ingurgitant, brevique ebrii facti, palantes vino, ſomnoque conſopiti jacent. Interim Feltrius diviſis copiis partem tanquam in inſidiis extra urbem haud procul a porta, ex qua exierat, collocat, edocetque, ut quamprimum ſonum campanæ populi audiunt (hoc quippe ſigno a Vvidone Bonato aſtrologo eximio, qui turrim conſcenderat, ut felicem horoſcopium pro victoria adipiſcenda expectaret) monitus fuerat, per eandem portam regrediantur, hoſtem urbem ingreſſum aggrediantur, cædant, occidant; ipſe vero cum reliqua exercitus parte ad Caſſiranum, Montone Amne tranſmiſſo, Gallos reliquos adortus, diſſipat, peſſundat, paucis vix elapſis, delet, agrumque cadaveribus replet. Hac victoria parta, quamprimum a cædibus vacatum, ne aer fœtore cadaverum coinquinaretur, cadavera ſepulturæ dari juſſit, ex quibus duo millia ſelecta, una cum eorum duce fovea in platea excavata compoſita fuerunt, ſacellumque in medio plateæ B. Jacobo Salamonio nobili Veneto Ordinis Prædicatorum ſuadente erectum, & ex horum ſpoliis agro empto, Abbati S. Mercurialis datus, ut qualibet hebdomada ibidem pro defunctis Gallis Miſſam celebraret. Clade autem Apii ducis, & Gallorum ad Martinum delata, majorem adhuc exercitum ad Forolivium expugnandum inſequenti anno eiſdem ſollicitantibus ordinavit; qui cum Faventiam veniſſet, agrum Forolivienſem aſſiduis incurſionibus eſt populatus, Meldolamque agri Forolivienſis oppidum dura obſidione per trimeſtre ſollicitavit. Sed cum fruſtra laborare cognoſceret, ſoluta obſidione, iterum Faventiam eſt reverſus. Interim de pace cum Forolivienſibus agi cœptum, factiſque induciis ad ſummum Pontificem orato-

res

res mittuntur, qui urbem dedentes ejus juſſa facere polliciti ſunt. Martinus autem, recepta urbe, inter cætera in pœnam Gallorum, qui a Forolivienſibus occiſi fuerant, voluit, ut urbis mœnia deiicerentur, foſſaque ſolo æqualis complanaretur, quod anno ſequenti abſolutum eſt. Sequentibus autem temporibus ſui cives in duas factiones, Calbulis alteram, quos hodie Paulutios dicunt, alteram foventibus Argulioſis: modo hi, modo illi expellebantur; vis in armis erat. Dum hac lugubri, ac triſti vice agitatur, neſcio qua arte dominium ad Ordelaſos devenit, qui & ipſi varia ſorte jactati, modo expelluntur, modo recipiuntur; uſquequo tandem hæc nobilis familia morte Pini, & Sinibaldi ejus filii naturalis anno 1480. dominium amiſit. Cum enim is filios legitimos non haberet, urbe pulſis duobus ex fratre nepotibus, Sixtus IV. Pontifex vicarium Forolivii perpetuum Hieronymum Riarium Savonenſem ordinavit. Quo a civibus conjuratis interfecto, ejus uxor Catharina Sfortia poſt brevem contentionem civibus eluſis dominium obtinuit, tenuitque uſquequo a Cæſare Borgia Alexandri VI. Pontificis filio, una cum urbe capta eſt. Mortuo autem Alexandre, ac ejus ſucceſſore Pio III. & Julio II. ſuffecto, cives iterum dominium Antonio Mariæ Ordelaſo Cichi filio tradiderunt; quo intra paucos menſes defuncto licet ipſe fratrem ex pellice heredem inſtituiſſet, tamen non eſt dominium conſecutus, ſed cives ſuis rebus conſulentes, ſeſe una cum urbe ſummo Pontifici, & Eccleſiæ mancipàrunt, & uſque in hodiernum diem ſub eorum poteſtate quieſcunt. Situs urbis cœlo gaudet ſaluberrimo, ſoloque peramœno, ac fertiliſſimo, tum quia in campo jacet aperto, ac ventis omnibus perſpirato, tum quia a duobus amnibus Montono, & Viti irrigatur, Bedeſo, & Vitente antiquis, unde ſalubris aura exhalat, & propterea, ad omnia aptiſſima ſemper pretulit ingenia, non minus ad literas, quam ad arma. Ad literas quidem, quis ignorat urbem hanc per omnia ſæcula homines primæ claſſis genuiſſe? Inter vetuſtiores Cn. Cornelium Gallum poetam celeberrimũ, Auguſti familiarem, Virgilii amiciſſimum habuit, qui Ægypto recepta, præfectus primus pro Auguſto jus dixit; item Paulum Vamfridium diacorum Papienſem, qui libros quatuordecim hiſtoriæ Eutropii addidit: Vuidonem Bonatum Aſtrologorum Principem; Rayneriũ Arſcendum juriſconſultum celeberrimum publicum in Patavina academia profeſſorem, & Bartoli Saxoferratenſis præceptorem, & eiſdem ferme temporibus Cecchum Rubeum, & Nereum Morandum Caroli IV. Imperatoris a ſecretis, ut Blondus lib. 20. hiſtor. teſtatur, doctiſſimos viros, & Franciſci Petrarchæ amicitia cõjunctiſſimos. Genuit etiam hæc patria Jacobum a Turre philoſophum, ac medicum præſtantiſſimum in Patavino Gymnaſio publicum doctorem. Inter poetas, Jacobum Alegrettum, cujus bucolicum carmen cæteris poſt Virgilianum præponendum peritiores in eo genere judicant, & Fauſtum Anderlinum, ob cujus doctrinam, & in poeſi felicitatem, ac facundiam Ludovicus XII. Galliarum Rex laurea coronavit: in muſica Ugolinum cognomine Urbevetanum, qui omnes ſuæ ætatis muſicos ſuperavit, fuitque primus, qui notas muſicales ſuper articulis manus edoceret. Ex hac urbe etiam prodiit Blõdus Flavius hiſtoricorum, ſi unum excipias Livium, primus. Genuit etiam quamplures alios per omnem ætatem literis conſpicuos, quos nimis operoſum eſſet recenſere. Non præterierim tamen, quod noſtra ætas ex hac patria viros inſignes extolli vidit, quorum ſpectatiſſimus fuit Hieronymus Mercurialis phyſicus, ac medicus, quippe qui publice in eminentiori loco docuit Romæ, Patavii, Bononiæ, & Piſis, quique de omnibus fere artis medicinæ argumentis doctiſſimas lucubrationes edidit. Item Andreas Fachinetus, qui & ipſe Ingolſtadii, & Piſis jus civile eſt interpretatus, atque pulcherrimum controverſiarum juris volumen edidit, &c. In rebus bellicis quoque urbs noſtra cives præſtantiſſimos per omnem ætatem habuit. Nam tempore Sergii III. Pontificis floruit Berengarius de Berengariis. Is ex cive adeo clarus bello evaſit, quod ob merita in ſummum Pontificem cellata, ab ipſo imperiali diademate redimiri promeruit, ad tantum quippe faſtigium tum propria, tum Ferelivienſium militum virtute evectus

A eſt. Cum enim Bononienſes Forolivienſium dominium ad nihilum fere redactum cognoviſſent, atq; quondam, temporibus ſcilicet Grimoaldi Longobardorum Regis urbis hujus dominium tenuiſſent, ſuorum autem incuria, & torpore dimiſſum recordarentur, tempus tunc opportunum pro Forolivio adipiſcendo rati, oratores Forolivienſibus deſtinarunt, qui perſuaderent, ut jugũ Bononienſium amice ſubirent. Cæterum re infecta redire juſſi, bellum Forolivienſibus indixerunt, quod fuit anno ſalutis 900. quo anno agrum Forolivienſem populatum miſerunt. At cum Forolivienſes, ut melius potuere, bellum defenſivum per biennium pertuliſſent, Bononienſes iterum per oratores pacem obtulerunt, quã cum Forolivienſes renuiſſent, ultimum urbis excidium minati ſunt. Verum cum minis Forolivienſes minime terreri reſponſum eſſet, alacriter ut Bononienſes venirent hortati ſunt, periculum facturos, an vincere, aut vinci noſſent. His dimiſſis Bononienſium oratoribus die ſequenti Forolivii convocato Senatu de bello cum Bononienſibus fiendo agitur, duxque belli ſupremus decla-

B ratur Berengarius de Berengariis belli tunc temporis ſcientiſſimus, qui de ſalute patriæ ſibi concredita civibus gratias immortales agens, quid ſibi agendum eſſet, mature diſponit. Igitur die ſequenti iterum Senatu convocato, cum ærarium publicum exhauſtum comperiſſet, de modo adinveniẽdæ pecuniæ pro bello agi jubet. Cumque multi multa dixiſſent, maturitateque opus eſſet, tãdem in hanc ſententiam ventum eſt pro patria, & ſemetipſis tuendis, ut unuſquiſque quod habet auri, & argenti ſignati, & non ſignati proferat, ab ærario publico, bello expleto, oblatam pecuniam, & pretium conſecuturus. Hac ſanctione firmata, tantum auri, & argenti ſpacio trium dierum congeſtum eſt, quod (inquit Chroniſta, unde hæc accepimus) exercitum centum millium armatorum facile per integrum annum ali potuiſſet. Tantam itaque Berengarius civium promptitudinem cognoſcens, certam ſibi promittens victoriam, Forolivii, & per univerſam regionem edictum promulgavit, ut qui vellent ſuo ſtipendio militare, Forumlivium veniant, multo majus ſtipendium ab ipſo exacturi, quam a quo-

C vis alio duce. His pollicitationibus allecti milites, undique confluunt, qui benigne accepti, ac largiore ſtipendio donati fuerunt. Liberalitate igitur, ac munificentia Berengarii cognita, ac per ora militum diſſeminata, tãtum crevit exercitus, ut hebdomada unius ſpacio decem millium armatorum numeraretur. Cum autem Bononienſes tam grandem apparatum cognoviſſent, potiore usi conſilio decreto, inter proprios lares ſeſe continuerunt, Berengarius autem ne fruſtra, exercitus adeo copioſus delectus eſſet, loca omnia, omnemque juriſdictionem, quam reſpublica Forolivienſis in ocio torpens amiſerat, recuperavit. Qua brevi recepta, ſe Magiſtratu abdicavit, hoc uno a ſuis concivibus impetrato, ut ſibi alio exercitum, quem paratum habebat, ducere liceret. Is igitur cum ſuis militibus Pado tranſmiſſo in Carnos ſe contulit, ut Ungaris tunc in Italiam deſcendentibus ſeſe opponeret: dum igitur ibi moraretur, totam regionem ſui juris fecit, duxque Forolivienſis eſt acclamatus. Re autem minus feliciter cum Ungaris geſta, Mediolanum ſe contulit, victoris exercitus progreſſus obſer-

D vans, ut ſi aliquando ſegniter rem gerere cognoviſſet, ipſe arrepta occaſione, ex victo victor evaderet. Dum hæc geruntur, Sergius III. Pontifex ſibi timens Berengarium Romam accerſivit, rogavitque, ut omni arte, ni poſſet vi, iterum venientes Ungaros Italia pelleret. Berengarius itaque Pontifici aſſentiens (ut annales quidam teſtantur) cum Ungarorum Ducibus ita negotiatus eſt, ut abſque cæde, pecunia accepta, ad proprios lares redirent. Alii vero prope Veronam ipſos viciſſe, & Italia excedere coegiſſe. Italia igitur ope Berengarii liberata, & ſummo Pontifice metu ſoluto, tanti beneficii memor Sergius, Imperiali ſerto ipſum redimivit anno ſui Pontificatus quarto. Quod cum cognoviſſet Ludovicus Ariſtolfi filius, qui Imperator electus fuerat, in Italiam deſcendens, prope Mediolanum prælio commiſſo, a Berengario & victus, & captus eſt. Idem poſt hanc victoriam cum Sarracenis, qui denuo Italiam invaſerant, feliciter pugnavit, ipſoſque excedere coegit. Tandem poſtquam annos quatuor regnaſſet, febre correptus,

prope Veronam moritur . Hac ex annalibus vetuſtiſſimis charaćteribus ſcriptis ſparſim , interrupteque leguntur . In iiſdem etiam habentur Vvidonem Ducem Spoletanum Forolivii fuiſſe oriundum, qui feliciter in Italia 14. annis , temporibus Formoſi Papa II. & Arnulſi Francorum Regis imperavit , ac Sarracenos , qui innumerabiles mare trajecerant , juxta Siciliam inſulam devicit , ac demum cum Lamberto filio Vercellis in auxiliando oppido occubuit . Ex hac patria prodiere etiam quamplures ex Ordelaforum ſtirpe ſtrennos Duces, qui ob bellica rei peritiam , patria tyrannidem ſibi compararunt , per multoſque annos conſervarunt . Forolivienſis etiam fuit Moſtarda armorum Dux pro Eccleſia , qui primus milites ferro armatos oſtendit , cum antea ex corio , & are arma pro corporis cuſtodia pararentur . Is an. 1397. Aſculum Piceni urbem, quibuſdam interemptis civibus , obtinuit . Inter praclaros hujus patria duces memoratur Fulcherius Calbulenſis , Florentia olim prafectus, Auximi Marchia tyranni domitor, Raynutius, item Raynerius, Paulutiuſque, & alii , quos armis inſignes priſca Calbulenſium (Paulutios nunc vocant) familia progenuit , Franciſcus Ordelafus, qui mœnia urbis a Martino IV. dejecta reſtituit, foſſamque complanatam iterum excavari curavit , Pinus Ordelafus , & tot ejus nobiliſſima ſtirpis inſignes viri, Andreas Borſus, Franciſcus Pretus , Tiberius , & Hector de Brandolinis, Gerardus Mirabellus , & quamplures alii , quos nimis longum eſſet recenſere . Non tacebo tamen urbem hanc emiſiſſe Sebaſtianum Romanellum , qui pro Italia honore in bello Neapolitano inter 13. Heroas Italos locum promeruit , ac contra 13. Gallos ſtrennos milites dimicavit . Forolivienſe ſolum tanta cœli temperie praditum eſt , ut non ſolum qua ad uſum neceſſaria ſunt, affluenter proferat, verum etiam qua ad delitias ; ibi enim prater frumenti , vini, olei , cerealium omnium , fructuumque omnis generis optimorum copiam, quamplurima aromata proveniunt, qualia ſunt aniſum , ciminum , cardamomum , fœnum Gracum, ſynapi, & alia hujuſmodi . Prater hac profert ager Forolivienſis cartamum, glaſtum, rubiam, & quamplures alias plantas , qua inficiendis lanis optime deſerviunt . Praterea in agro noſtro ſeritur , coliturque Dipſacus , pro merce Venetias, & alio aſportatur, capitulum ejus echinatum, quo Mangones rudes adhuc pannum pectunt , expoliunt , detractiſque floccis , apprime concinnant : ſunt praterea in montanis noſtris plures nobiliſſima planta, qua in uſum medicum veniunt, quocirca non eſt neceſſe noſtris Seplaſiariis externas deferre , cum apud nos pullulent permulta , qua alibi deſiderantur . Paucis ab hinc annis morus arbor huic noſtro ſolo familiaris eſt factus , ita ut inde non exiguum ex ſerico emolumentum habeamus . Verum enim vero , quod cuncta excedit , eſt cadaverum Sanctorum copia , quibus patria noſtra condecoratur . Nam in Eccleſia Cathedrali , Inventioni ſanctiſſima Crucis dicata, jacet S.Valerianus martyr , urbis protector , una cum octuaginta ſociis, qui a quodam Majorano Saraceno acerrimo Chriſtianorum hoſte in inſidiis , dum oraret , captus , inque poteſtatem Leonis Bacchim Proconſulis , viri immaniſſimi , & nefandiſſimi Chriſtianorum perſecutoris ductus , caſa cervice una cum ſociis martyrii coronam promeruit . In Eccleſia s.Mercurialis jacet s.Mercurialis urbis patronus , natione Albanenſis, hujus urbis Epiſcopus, itemque s.Gratus ejus diaconus , & S.Marcellus ſubdiaconus , & inſuper multa alia Sanctorum reliquia , quas predictus s.Mercurialis ex Hieroſolymis rediens ſecum detulit . In Eccleſia s.Jacobi in Strata quieſcit corpus s.Rufilli Epiſcopi Foropompilienſis , ibidem tranſlati poſt excidium Foropompilii , quem Ægidius s. Sabina Cardinalis , atque ſummi Pontificis tunc Avenioni commorantis de latere in Italia legatus, ob mortem, quam cives Ugolino ejus urbis Epiſcopo intulerant, evertit, & ſale conſeruit . In eccleſia s.Jacobi Apoſtoli, ubi fratres Pradicatores habitant , jacent cadavera B.Jacobi Salamonii , de quo ſupra mentionem fecimus , B.Marcolini de Amannis Forolivienſis , & B.Carini , qui S. Petrum martyrem Ordinis Pradicatorum occiderat, omnes quidem familia Pradicatorum . Et poſtremo qui noſtris temporibus vixit , & quem nos agrotantem aliquando curavimus, quique non ſine ſanctitatis fama obiit, venerabilis pater magiſter Franciſcus Urſellius Ordinis Pradicatorum . Is cum jam per annos duodecim in fratrum urna tumulatus jacuiſſet , cum ad ejus tumulum vota fidelium perſolverentur , de reverendiſſ. Caſaris Bartolelli Epiſcopi Forolivienſis licentia extractus ſupra terram in ſacello B.Jacobi pradicti compoſitus eſt. In eccleſia S.Auguſtini , ubi ejuſdem ordinis fratres obſervantes incolunt , jacent cadavera Ss.martyrum Sigiſmundi Regis Burgundia, ejus uxoris, & filiorum. In eccleſia s.Maria Servorum jacet B.Peregrinus de Lacioſis nobilis Forolivienſis ejuſdem ordinis , cujus cadaver adhuc integrum quotannis in ejuſdem feſto Kalend. Maji omnibus ad videndum exponitur . In eccleſia s.Hieronymi , ubi fratres Minores obſervantia incolunt , jacet corpus B. Jacobi Ungarelli Patavini Pradicatoris eximii . In eccleſia s. Maria Vallis viridis nuncupata , quam incolunt fratres Minores Tertii ordinis, quieſcit corpus adhuc integrum , & intactum B.Hieremia Novocomenſis, licet per annos ſexaginta, & amplius juxta canale , qui muros eccleſia pradicta praterfluendo lambit, tumulatus fuiſſet. Sunt praterea in Eccleſia Cathedrali dua B. Maria ſemper Virginis imagines miraculis illuſtres , quarum una, licet in tenui papyro depicta, tamen non potuit ab domus incendio abſumi , ſed hoc, illuc vo inflammas volitare viſa; tandem abſque ulla ignis macula reperta, & ad Eccleſiam Cathedralem delata ab univerſo populo tunc venerari cœpta eſt, & uſque in hodiernam diem eundem populum ad ſe clamantem B.Virgo ſub hoc ſacra ſua imaginis ſimulacro ſemper exaudit. Altera in pariete depicta primum miraculum edidit , dum homo nequam diro mucrone in faciem vulnus intulit ; tunc enim, mirum, calx, lateresque ſanguinem fuderunt , qui percoi atus uſque hodie ipſo in vulnere cernitur. Sunt & alia quamplures Sanctorum reliquia , qua tum in hac Cathedrali , tum in aliis Eccleſiis debita cum reverentia cuſtodiuntur , qua omnia nimis longum eſſet enumerare. Regimen porro hujus urbis quoniam forſan (ni me patria amor decipit) prarogativam habet, non eſt, ut de eo aliqua non dicamus . Omnibus notum eſt, qui omnino hiſtoriam ab inclinato Imperio non ignorant , Italiam continuato bellorum curriculo plus mille annis agitatam fuiſſe , & ideo ejus urbes ſecundum varias ſtatus mutationes, varios etiam regiminis modos , ac ritus habuiſſe. Ab hac labe cum Flaminia immunis minime fuiſſet , Forolivium quoque, quam ſapiſſime ſtatum mutans, modo unam , modo aliam regiminis formam habuit , donec tandem in poteſtatem Eccleſia, regnante Julio II. anno 1504. devenit, & tunc quam nunc habet, formam eſt conſecutum . Tunc quippe ſummo Pontifice annuente , ex omnibus urbis civibus centum , & octo Senatores fuerunt delecti , qui omnem in republica poteſtatem haberent , adſtante tamen pro Apoſtolica ſede Urbis Gubernatore , ne quid impoſterum contra pradictam ſanctam ſedem decerneretur; qui Gubernator a ſummo Pontifice delegatus cauſas omnes civiles in prima inſtantia, & ſimiliter appellationum, qua a judicibus inferioribus ad ipſum devolvuntur, cognoſcit. In criminalibus merum habet Imperium , ac ſi ſupremi totius provincia rectores, ſive legati, ſive praſides fuerint, jam introduxerint, ut in gravioribus delictis ſine eorum participatione minime procedatur . Ex his centum & octo Senatoribus ſingulis duobus menſibus ſorte extrahuntur quatuor , quorum primus , qui privilegio aut doctoratus, aut militia gaudet, caput, ſive civitatis vexillifer appellatur, reliqui tres ſecundum eorum antianitatem pracedunt; una cum eis duo alii populares extrahuntur, quorum primus eſt ex numero nobilium extra numerum Senatorum, qui tamen poſt mortem , vel patris Senatoris , vel conſanguinei ſimiliter Senatoris in numerum Senatorum eſt cooptandus ; filius enim Senatoris major natu, defuncto patre, in ejus locum ſufficitur , ſi vero Senator abſque filiis decedat , eidem ex conſanguineis ſubrogatur , qui aptior ab Senatu fuerit judicatus , poſtremus de populo omni unus eſt, qui prius ab conſilio ſecreto ad hanc dignitatem aptus judicatus fuerat . Hi ſex magiſtratum conſtituunt , conſervatoreſque libertatis Eccleſiaſtica nuncupantur, facultateſque quamplurimas habent , ut in legi-

bus

bus municipalibus manifeſtum eſt. Ex prædictis centum & octo Senatoribus, quatuor ſchedulæ fiunt, quarum qualibet quartam partem Senatorum continet: ex his ſchedulis una, unoquoque anno ſorte extrahitur; qui in hac deſcripti ſunt, una cum conſervatoribus, antianis, advocato, ſyndico, & regulatore, ſive theſaurario conſilium ſecretum conſtituunt, in quo omnia reipub. negotia agitantur, & quæ ibi perfici minimè poſſunt, ad conſilium omnium Senatorum demandantur; nullum enim in conſilio generali proponitur negotium, quod prius ab conſilio ſecreto non fuerit examinatum, ubi quid agendum decernitur, & hoc ordine omnia reipublicæ noſtræ negotia abſolvuntur. Eſt in hac noſtra urbe aliud collegium nonaginta virorum, quod anno Domini 1540 divino potius, quam humano conſilio, ad compeſcendum facinoroſorum virorum petulantiam inſtitutum fuit. Erat in hac urbe peſtis illa execranda factionum Guelfæ, & Gibellinæ, quæ fere omnes cives in duas diviſerat partes, quare in dies homicidia, incendia, populationes agrorum, & omne genus mali modo ab una, modo ab altera factionum perpetrabatur; nam potentior alteram adeo ſupplantabat, ut unuſquiſque miſerrimam vitam, & ſi nullius factionis eſſet, duceret, cum ſemper ſibi, aut in vita, aut in ſubſtantia timendum eſſet, ſive propter affinitates, ſive propter domus propinquitatem cum domo factioſi propter incendia crebra, ſive propter aliquam aliam cauſam, ita ut quamvis neutralis eſſet, tamen timendum ſibi ſemper eſſet. Dum in hoc peſſimo ſtatu urbs conſtituta miſerrime vivit, omnipotens Deus miſerias noſtras miſericorditer miſeratus, Provinciæ præſidem Joannem Guidiccionum Epiſcopum Foroſempronien. divino afflavit ſpiritu, modumque, quo urbs a tanto malo poſſet liberari, indicavit, nempe ut novum hoc collegium ex civibus neutralibus inſtitueret, cujus officium eſſet pro pace, & urbis quiete, contra factioſos arma capere, ipſis ſe opponere, ac totis viribus niti, ne pax, aut quies urbis perverteretur. Quod ut facilius prædicti cives o[illegible] hoc præſtare poſſent, modumque, ac ordinem haberent, & quando in unum cogi neceſſe eſſet coadunarentur, ex his novum Magiſtratum inſtituit, Defenſoreſque pacis appellavit, cujus officium eſt, Paceficos [ita enim appellati ſunt] convocare, & urgentes neceſſitates ipſis proponere, ut ab omnibus quid agendum decernatur. Conſtat porro Magiſtratus ex Priore, qui privilegio doctoratus, vel militia gaudet, ex duobus civibus ordinis Senatorii, qui in numerum nonaginta virorum ſint electi, & ex tribus aliis civibus popularibus ad hoc officium electis, & hic Magiſtratus cunctis, demptis DD. conſervatoribus, & prætore civitatis præcedit. Pacifici militiam habent, quæ cum neceſſitas urget, armata adſtat, & una cum ipſis, ne mala ſequantur, prohibet; amplius, ut Pacifici tuto ſuas functiones exequi poſſint, factioſorumque inſidias devitare, præſidium habent ſtipendiariorum, quod prætorium aſſidue cuſtodit, & Magiſtratum, quoties collegialiter exit, haſtatum præcedit. Hoc remedium divinitus a D.O.M. inſpirato, urbs noſtra bello civili ad nihilum pene redacta, ſanata eſt, & uſque in præſentem diem pace tranquilla fruitur; & hoc eſt regimen urbis noſtræ breviſſimis comprehenſum per centum & octo Senatores, qui rempub. adminiſtrant, & per nonaginta Pacificos, qui civiles diſcordias & ſedant, & componunt. Comitatus etiam hujus urbis, utpote qui a civibus eſt ſejunctus, ſuum & ipſe habet regimen, quod ex 24. hominibus ex ditioribus, & aptioribus ad negotia conſtat, ex his quatuor eliguntur, qui plenam ad omnia, quæ ad ipſorum univerſitatem pertinent, poteſtatem habent, appellanturque procuratores comitatus. Horum officium eſt providere, ne univerſitas, ultra quod debitum eſt, gravetur non ſolum in bonis, verum etiam in perſonis. Jus inſuper ad Senatum præturæ pertinet trium inſignium oppidorum urbis regimini, & omnimodæ juriſdictioni ſubjectorum, Petræ, Appii, Rochelmicis, ac Flumana, veteris quondam comitum Calbuli, civium noſtrorum ditionis, reliquiæ, quibus ſingulo quoque tempore cives aliqua fulgentes prærogativa præficiuntur, & hic eſt noſtræ civitatis præſens ſtatus brevibus indicatus. Hactenus ille.

Cæterum Forolivii ampliorem continent cognitionem eques Bernardinus Paulutius ex comitibus de Calbulo in Annal. patriæ, quæ m. ſ. extant apud Carolum Paulutium ex comitibus de Calbulo eruditum virum utriuſque Signaturæ Referendarium, & Canonicum S. Lateranenſis Eccleſiæ, Corius, Leander Albertus, Platina, Flaviuſque Blondus civis Forolivienſis, ante quos illius meminit Plinius lib. 5. illamque reponit in octava regione Togatæ Galliæ, Antoninuſque in tabulis itinerariis. Diſtatque a ſua Ravennate metropoli 20. milliariis inter Faventiam, Cæſenamque. Illorum Præſulum ſeries ſequens eſt ex variis monumentis a nobis collecta.

ADDITIO.

(„ *Præter quatuor dignitates ab Ughello enumeratas novemdecim Canonici Forolivienſi Cathedrali inſerviunt, qui omnes ex privilegio Innocentii XI. Cappa, ut vocant, magna, ſicut D. Petri Urbis Canonici, utuntur. Manſionarii vero inibi ſunt 18. aliique beneficiati plures. Animas curat Capellanus perpetuus, qui propriè Parochus dicitur. At præter Cathedralem novem aliæ Parochiales Eccleſiæ in urbe exiſtunt, Religioſorum Monaſteria 16. Monialium ſeptem, Laicorum confraternitates plusquam triginta. Sex præterea habentur domus, in quibus pauperes expoſiti, mendicantes, & Orphani ſexus utriuſque diviſim ſervantur, & aluntur, donec aut nuptui, aut famulatui, aut alteri fortunæ tradantur. Hoſpitalia porro varia pro varia conditionis infirmis, & peregrinis inibi viſuntur, ac domus S. Joſeph, nos familia æque pia ac illuſtris Marchionum de Albicinis derelictas puellas, nec eas exiguo numero, uſque dum aut nubant, aut deo dicentur, cuſtodit, & nutrit. S. vero Mons Pietatis ibidem admodum viget, ubi non contemnenda pecuniæ vis quot annis diſtrahitur, neque niſi vix ſenſibilis cenſus pro repetendis pignoribus exigitur, quod ſane in incomparabile egentium commodum cedit.* Ricceputus.)

I. 1 S. MERCURIALIS a Armenus, (1) ſeu Albanenſis Hieroſolymis longiſſima peregrinatione Romam progreſſus, fulgenſque ſanctimonia vitæ Forolivienſis Epiſcopus electus eſt paulo ante annum 350. eodem ſcilicet tempore, quo S. Ruphillus Foropopilienſis Epiſcopus florebat, cum quo, una cum S. Gaudentio Ariminenſi, Leone Feretrano, aliiſque Catholicis ad celebrandum concilium Ariminum convocatis, ſeorſim ab Arrianis in loco, qui nunc Catholica nuncupatur, interfuit. Is cum Arrianorum dogma ſubſcribere recuſaſſet, ſimul cum ſupradictis in exilium eſt pulſus. Idem poſtea cum a Tau-

a De eo ſunt Acta SS. Aprilis t. 3. pag. 751 & ſeqq.

(1) Cum dicitur s. Mercurialis fuiſſe natione Armenus, ab Hieroſolymis attuliſſe reliquias, quibus Forolivienſis Eccleſia gloriatur, interfuiſſe Ariminenſi Concilio, quod ſub Conſtantio anno 359. coactum fuit, ad Athanaricum Gothorum Regem pro civibus in captivitatem abductis ipſe legatus, quod ante annum 403. fieri non potuit: hæc, inquam, aliaque ſimilia cum dicentur, interrogabimus quo auctore doceantur eſſe vera, quæ tot ſeculis fuere ignorata, ac ne tum quidem adhuc erant audita, cum Vitæ s. Mercurialis auctor in unum collegit quidquid de ſancto quomodocumque narrabatur? Ea vero, quæ Auctor vitæ ante ſeculum, ut videtur, XI. ſcriptæ de s. Mercuriali refert, ex picturis ſeculo octavo, vel nono circa ſancti tumulum deſcriptis deſumpſit, additis vel ex propria conjectura, vel ex populari narratione, quæ evanidas jam picturas explicarent. Sic cum pictura referret punitionem cujuſdam judicis, ore blaſphemo ſacram Euchariſtiam ſumentis, ex vulgi opinione, vel conjectura oportuit dici illum fuiſſe judicem Ariminenſem: & ne Anonymus eſſet, ſuccurrit opportune Taurus ille ſub Conſtantio Arriano Præfectus Ariminenſis, qui Patribus Arimini ad Concilium collectis, priuſquam dimitterentur, vim intulit: quo nomine peſſimè audivit apud Catholicos omnes, ideoque viſus eſt idoneus, cui prædicta blaſphemia, & mors condigna tribueretur. Hoc autem præſumpto proſequitur conjecturam auctor vitæ; *adfuerunt*, inquiens, *forte etiam & alii celeberrimi Epiſcopi Ruſillus Popilienſis, Leo Feretranus, Marinus, Gaudentius, & Geminianus*, quorum ætates conciliare velle propter unum *forte*, inutilis mihi conatus videtur. Interim quod hic auctor per nudam dixit conjecturam, alii ut certum accipientes, coegerunt poſteros, qui iſta defenderent, in omnes ſeſe partes torquere. Altera pictura (plures autem fuiſſe ex iis, quæ narrantur in vita, colligi nequit) exhibebat Epiſcopos duos immanem draconem Sacerdotalibus ſtolis illigatum pertrahentes ad puteum, & cæcum à s. Grato Diacono illuminatum. Ex duobus Epiſcopis alterum eſſe s. Mercurialem non dubitabatur, alterum s. Ruſillum credere jubebat Foropopilienſium conſenſus. Præter hæc duo nihil eſt in vita, quod poſſit ex picturis acceptum dici: & hæc duo à picturis exhibita, & ſeu per conjecturas, ſeu vulgi rumore ſic explicata non conficiunt ſciri tempus, quo vixerit s. Mercurialis. Videtur tamen ſeculo IV. floruiſſe, cum nihil fidei cauſa tulerit a Gentilibus, ſed ab hæreticis. *Papebrochius in Act. SS. Aprilis tom. 3. p. 752.*

Digitized by Google

a Tauro præfecto Ariminenſi ſacrum Chriſti corpus conficere eſſet coactus, Tauruſque ipſum in conſpectu avidiſſimè devoraſſet, aſſerens quod in os intrabat, per ſeceſſum emitti, dum ventris onus exoneraret, natura ſtimulante nititur, viſcera omnia abrupto ventre effudit. In agro Foroliviẽſi draconem (1) non ſolum greges, & armenta, verum homines veneno ſo halitu perfundentem, cum cognoviſſet, antrumque belluæ inter Foſum Livium, & Forum Popilianum eſſet, cum S. Ruphillo pactus eſt certa die, & hora ad pugnam una cum eo acceſſurus. Quocirca triduano jejunio indicto die, & hora ſtatuta, ſacris indutus cum clero, & populo loco dicto adfuit; cumque ibidem S. Ruphilli diu adventum fruſtra expectaſſet, viſo dracone, ad eum ſe contulit, ſtolaque ejus collo circum alligata, tanquam manſuetiſſimum agnum ad os uſque cujuſdam putei in medio viæ exiſtentis deduxit, eoque ibidem deturbato, os putei clauſit, memorialeque ſuper impoſuit. Hunc etiam eundem S. Mercurialem eſſe exiſtimo, quem eques Bernardinus Paulutius de Calbulenſibus in Annalibus patriæ refert an. 422. in Hiſpaniam ad cives ſuos olim ab Alarico Rege, dum Italiam, & potiſſimum Flaminiam devaſtaret, in captivitatem ductos liberandos acceſſiſſe; *ibique*, inquit, *perventus ſe medicum prædicans, eo quod Regem morbo incurabili laborantem audierat: opem ſuam Regi obtulit. Ad ejus itaque conſpectum cruce morbo obſignato, Rex ſtatim eſt ſanatus. Quod videns ſummis honoribus Mercurialem excepit, atque eſt veneratus, deinde pro reddita ſibi ſanitate, ut quicquid vellet ab ipſo peteret, exoravit, ſtatimque etiam ſi dimidium Regni petiiſſet accepturus. S. Mercurialis Regi gratias agens nihil ſe præter ſuos cives in captivitate detentos velle dixit; hac de cauſa iter ad eum accepiſſe; nihil magis ſibi cordi eſſe, quam ut gregem a Domino ſibi creditum ad propria reduceret. Petioni annuens Rex Forolivienſes omnes liberos dixit, & una cum S. Mercuriale, patriæ ut reſtituerentur, curavit; erant enim quaſi duo millia promiſcui ſexus, & ætatis. Hi in patriã reverſi urbis partẽ incoluerunt, quã Sclavonsam a captivis ſclavis dictam appellaverunt, quod nomen uſque in hunc diem perdurat, juxta ubi ejus Cathedralis fuit. Idem cum ſummo Dominicum ſepulchrum adire flagraret deſiderio, locaque illa ſancta, in quibus Dominus in carne vixit, perluſtraret, ſpretis viarum periculis, & incommodis illuc acceſſit, remeandoque propriam Eccleſiam permultis ſacris Reliquiis ditavit.* Hactenus ille. Alaricus Rex primo in Italiam deſcendit anno 403. In Siciliam vero trajiciens apoplexiæ morbo correptus exceſſit anno 411. Quomodo ergo Mercurialis an. 422. Alaricum in Hiſpania ægrotantem ſanare potuerit? judicent periti. Ego vero non dubito quin Mercurialis ipſe idem, qui in Conciliabulo Ariminenſi fuit, non potuerit Alaricum ſigno Crucis a morbo curare, ſed poſt annum 403. quo a Stilicone ſuperatus Alaricus, ut prodit Baronius, ad propria feſtinus, & fugiens remeavit. Quo vero anno in pace requievit Mercurialis, haud invenire potui apud quempiam. Paulutius habet 449. illum obiiſſe, quem diverſum a primo Mercuriali ex monumentis patriæ fuiſſe credit, adeo quod gratis duos SS. Mercuriales Forolivienſes Epiſcopos affirmet; nec deſunt qui tertium addunt, cum revera unus Mercurialis fuit, qui Forolivienſem Eccleſiam pie ſancteque longo tempore adminiſtravit, effœtæque ætatis curſum vitæ conſummavit, evolavitque ad ſuperos pridie Kal. Maji poſt annum 404. Hujus meminit Baronius die 13. Maji in notis, Petrus in catalogo lib. 10. cap. 107. Ferrariuſque. Repererunt illius ſanctum Cadaver tempore Antonii Jannotti Epiſcopi an. 1576. in ſepulchro marmoreo, ubi in interiori capſula, ut ajunt, hæc verba legebantur.

Hic requieſcit corpus Beati Mercurialis Epiſcopi Livienſis. Obiit C. LVI. Pridie Kal. Maii.

Quo ipſo die Eccleſia Forolivienſis ejuſdem feſtum celebrat. Cæterum hæc inſcriptio mihi videtur vel parum ſincere relata, vel prima tria trecenta invidioſa delevit vetuſtas (2): ſiquidem S. Gaudentii Epiſcopi Ariminenſis vita prodit, qui ſub Conſtantio illuſtrem tulit palmam Martyrii, S. Mercurialem, ſanctumque Ruphillum, iiſdem vixiſſe temporibus, ad quos S. Gaudentius conciliabulum Ariminenſe declinans, tranſiſſe narratur. Niſi forte typis error irrepſit, quibus impreſſus liber Jannotti de modo celebrandi concilium exit in lucem, ubi ſupramemorata inſcriptio habetur.

B (,, THEODORUS *Forolivienſis Epiſcopus, cui ,, ſcribit Leo Magnus, & de quo memoria extat in ,, Decret. 2. p. q. 3. de pœnit. diſt. 1. c. multiplex.* ,, Ricceputus.) II.

2 CRESCENTIUS Epiſcopus Livienſis anno 649. apud Rubeum. III.

3 VINCENTIUS Lateranenſi Concilio interfuit anno 680. IV.

(,, APOLLINARIS *anno* 861. *interfuit Concilio à Nicolao I. in Laterano contra Joannem Archiepiſcopum Ravennatem habito; idem ſubſcripſit ejuſdem Joannis Conſtitutioni ad favorem Cœnobii S. Mariæ in Palatiolo. Vide quæ diximus in Ravennatibus* pag. 251.) V.

4. ROGERIUS (3) donationem Theodoſii Epiſcopi Firmani, in favorem Eccleſiæ, monaſterii S. Crucis, ſua ſubſcriptione firmavit anno 887. VI.

5. S. APOLLONIUS, vel Apollinaris floruit anno 899. (4) apud Rubeum.

C 6. UBERTUS interfuit Concilio a Petro Archiepiſcopo Ravennate Ferrariæ celebrato anno 972. (5) alterique, quod Gibertus item Archiepiſcopus Ravennatium agitavit an. 997. Kal. Maji. VII.

7. JOANNES dono dedit Eccleſiam S. Reparatæ Abbati, ac Monachis S. Mariæ de Faventia anno 1084. ut ex ſequenti inſtrumento perſpicitur, quod ex archivo illius monaſterii a nobis erutum, hic exſcribendum curavimus. VIII.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione ejus 1084. *tempore Gregorii Papæ, Apoſtolicæ ſedis anno XI. regnante vero Henrico quondam Henrici II. Imperatoris filio die* 26. *menſis Januarii Indictione* 7. *Raven. Divina Religio maxime ſublimatur, ſi Deo honor, & reverentia detur: & Privilegiis ſancta Eccleſia ſemper, & ubique a Rectoribus earum digne, & laudabiliter tractantur. Qua de re ego quidem in Dei nomine Joannes Epiſcopus S. Livienſis Eccleſiæ . . . per conſenſum, & auctoritatem canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, per præſentem hujuſmodi decreti paginam præſenti die concedo, & largior, ſeu confirmo tibi præſens in Chriſti nomine Joanni Abbati monaſterii S. Mariæ, quod vocatur foris Portam, tibi, tuiſque ſucceſſoribus, qui in antedicto monaſterio tibi ſucceſſerint, id eſt quodcunque presbyter Albertus habuit, & tenuit de plebe S. Reparatæ per ſcripturam de oblationibus vivorum, & mortuorum, & inſuper quartam*

(1) Libentius de ſpirituali, quam corporali dracone intelligam picturam illam Draconis ab Epiſcopo ſuperati: credamque primos illius auctores aliud noluiſſe expreſſum, quam quod hæreſeos alicujus peſtem in confiniis diœceſis deprehenſam ſtrages edere animarum multarum, extinxerit. *Papebrochius in Acta Ss. Aprilis tom.* 3. *pag.* 752.

[2] Haud dicas centenarii numeri notas duas, aut tres vetuſtate exeſas: non enim potuiſſent non animadvertere hiatum deficientium litterarum ii, qui tam ſollicitè ipſius tenorem tranſcripſere, ſi vere tale quidpiam deprehendiſſent. Certe præſumi non debent in tranſcribendo erraſſe, donec evidentiori id conſtet probatione. Facilius credam lamellæ auctorem, quia nullum Mercuriali antiquiorem Epiſcopum noverat, perſuaſus autem erat Epiſcopum Forolivienſem ex antiquioribus eſſe, ſub Alexandro, Sixto, Teleſphoro inſtitutis, citius mortuum credidiſſe hunc, ut arbitrabatur, primum Epiſcopum. *Papebrochius in Acta* 11. *Aprilis t.* 3. *p.* 751.

(3) Amanuenſis errore hic Rogerius appellatur, qui vocari debuerat Bartholomæus. Vide in Firmanis citatam donationem, & reperies ſubſcripſiſſe Bartholomæum Forolivienſem Epiſcopum. Rogerius vero erat Epiſcopus Teramnenſis, ut ibidem ſubſcribitur. *Ricceputus.*

[4] Nullus S. Apollonius reperitur apud Rubeum anno 899. Anno quidem 898. affirmat Apollinarem Livienſem Epiſcopum ſubſcripſiſſe fundationi Cœnobii S. Mariæ in Palatiolo factæ per Joannem Ravennenſem Archiepiſcopum. Verum ad alium Joannem referendam eſſe illam conſtitutionem obſervavimus in Ravennatibus: ideoque hunc Apollonium illum eſſe decernimus, quem numero IV. notavimus ſubſcripſiſſe Ravennati Concilio an. 861.

(5) Jam anno 961. ſedebat in hac Cathedra Ubertus, ut patet ex inſtrumento donationis, ſeu permutationis inter dictum Ubertum, & Joannem Abbatem S. Mercurialis hoc anno confecto, quod legitur in Marchesii hiſtoria Forolivienſi pag. 131. *Ricceputus.*

Digitized by Google

tam partem de decimis, & primitiis, vel de aliis beneficiis, quæ per ipſum decretum habuit, habendam, tenendam, reſervandam, & in omnibus meliorandam . . . quadraginta ad renovandum in perpetuum. Ita ut in matutinas, & veſpertinas horas, & Miſſarum ſolemnia, cæteraque Dei myſteria in prædicta plebe facere debeat per ſe, vel per ſuos Sacerdotes mea voluntate ibi ordinandos, & redditum, & obedientiam, & viginti ſolidos monetæ Venetiæ penſionem per ſingulos annos mihi, meiſque ſucceſſoribus, tuique ſucceſſores perſolvere debeatis, ſecundum quod presbyter Albertus mihi facere conſuevit, pro eo orare debeatis, pro anima mea, meorumque ſucceſſorum, & præceſſorum, in omnique anno in die depoſitionis meæ, mihi Miſſa canere debeatis pro anima mea, & ego præfatus ordinatus una cum meis ſucceſſoribus, tibique prænominato Joanni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus authorare, & defenſare promitto, & hoc decretum obſervare, & modis omnibus inviolabiliter conſervare, & cuſtodire promitto; & ſi contra hoc egero, & omnia, quæ ſuperius leguntur, non obſervavero, vel adimplevero, daturum, & compoſiturum me eſſe promitto, & ego prædictus Joannes Epiſcopus una cum meis ſucceſſoribus ante omne . . . aut interpellere pœnæ nomine auri optimi libra una, & ſoluta pœna hoc decretum maneat firmum.

Quod vero decretum ſcriptum per manus Petri Faventini tabellionis ſcribendum rogavi ſub die, & menſe, & indictione ſupraſcripta.

Ego Joannes nutu divino Epiſcop. in hoc decreto, prout ſupra ſalvo inter nos conſtituto a me facto:

Ego Joannes Archipresbyter s. Livienſis Eccleſiæ in hoc decreto, ut ſupra conſenſi, &c.

Ego Andreas Archid. s. Livienſis Eccleſiæ, quod ſupra eſt vice Domini in hoc decreto, ut ſupra conſenſi, & ſſ.

Ego Leo Subdiaconus s. Livienſis Eccleſiæ conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Joannes filius Joannis de Utro in hoc decreto rogatus ſubſcripſi.

Ego Albertus de . . . interfui, & ſſ.

Ego Bonus homo filius q. Balduini rogatus ſſ. &c.

Ego Ugo Archipresbyter rogatus, &c.

Signum manus Teuſi, & Berardus Germa . . . teſtibus.

Ego Faventinus Tabellio ſcriptor ſupraſactum decretum, ut ſupra legitur, poſt roborationem teſtium complevi & abſolvi.

IX. 8. PETRUS Livienſis electus Epiſcopus a comitiſſa Mathilda tulit in ſe contortam ſententiam in favorem Abbatis, & Monachorum S. Mariæ de Faventia coram Philippo Archiepiſcopo Ravennate electo anno 1118. quam ſupra retulimus in Ravennatibus Archiepiſcopis.

X. 9. DRUDUS anno 1151. die 3. menſis Julii conſecrationi interfuit Joannis Columbæ Abbatis ex Ordine Ciſtercienſi in Epiſcopum Placentinum, quem Moyſes Ravennatium Archipræſul in Urſiano templo peregit. Conſule Rubeum in hiſt. Raven.

XI. 10. ALEXANDER Livienſis Epiſcopus ſub Alexandro III. Pontifice Lateranenſi Concilio interfuit anno 1179. (1) Vicariam operam præſtitit Vidoni Archiepiſcopo Ravennati, cum in Syriam Terræ ſanctæ opitulaturus deportaſſet exercitum anno 1188. de quo vide Rubeum. Is antea, hoc eſt an. 1170. Cœnobio S. Mercurialis nonnullas Eccleſias, bonaque dono dederat, ut in tabulario ejuſdem monaſterii ſcripta videntur.

XII. 11. JOANNES, qui & ipſe eidem Mercuriali Cœnobio multa dono dedit an. 1198. eoque Præſule Cœleſtinus III. an. 1192. monaſterium S. Mariæ de Flumine Ord. Vallis umbroſæ Livienſis diœceſis ſub Apoſtolica ſuſcepit protectione, in quo duo Livienſes Epiſcopi Cœnobii benefactores recenſentur: primæ tantum litteræ eorum nomina indicantes expreſſæ cernuntur T a. & O. quorum explicationem, veramque interpretationem aliis relinquimus, ne divinare videamur. Diplomatis vero Cœleſtini exemplar eſt tenoris ſequentis e tabulario S. Praxedis de Urbe deſumpto.

a Forte D. & A. ideſt Drudus, & Alexander, amanuenſium errore in T. & O. mutatæ.

COELESTINUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis . . . Abbati S. Mariæ in Flumine, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Pia poſtulatio voluntatis effectu, &c. ad exemplar felicis recordationis Lucii Papæ prædeceſſoris noſtri ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam atque inſtitutionem Vallisumbroſanorum fratrum in eodem monaſterio noſcitur inſtitutus, perpetuis, &c. uſque permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Plebem S. Laurentii in Nocero cum decimis, & oblationibus, teſtamentis, & capellis ſuis, videlicet capellam de caſa Figaria, capellam B. Donati, cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis. Capellam de Paulo cum pertinentiis ſuis, capellam de Petroniano ac capellam de Monſignano, cum decimis, & teſtamentis earum, medietatem plebis S. Petri in Ceneto, cum medietate decimarum ejuſdem plebis, capella S. Petri Marſis, cum pertinentiis ſuis, capellam de Rajo cum poſſeſſionibus ad veſtrum monaſterium pertinentibus, capellam S. Mariæ de Trexano, capellam de Gagliano, capellam de Pablexio, cum poſſeſſionibus & pertinentiis ſuis, capellam S. Quirici, cum poſſeſſionibus ſuis, capellam de Vergniano, cum ſuis pertinentiis, capellam de Bivano, & capellam de Alphiano, & capellam de Ravaldino cum poſſeſſionibus earum, caſtrum de monte Vecchio, cum curte, & omnibus appenditiis ſuis, curtem de Nucero, poſſeſſiones Ravaldini cum omnibus pertinentiis earum, poſſeſſiones S. Laurentii in Nucero, poſſeſſiones de Collina de Icoleis uſque ad param, libertates quoque & immunitates a recolendæ memoriæ Friderico quondam Romanorum Imperatore ſemper Auguſto monaſterio veſtro collatas, & a comitibus caſtri Cari, & caſtri Novi ſcriptis publicis, & juramentis interpoſitis confirmatas, auctoritate Apoſtolica confirmantes perpetuis decernimus temporibus inviolabiliter obſervandas: conceſſionem præterea vobis a bonæ memoriæ T & O. Livienſibus Epiſcopis juſte factam, ſicut in eorum ſcriptis authentice continentur auctoritate Apoſtolica confirmamus. Sane novalium veſtrorum, quos propriis manibus, vel ſumptibus colitis ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos & abſolutos ex ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in dicto monaſterio profeſſionem fas ſit de eo, niſi arctioris religionis obtentu diſcedere, diſcedentem vero abſq; communium litterarum cautione nullus audeat retinere. In parochialibus autem Eccleſiis quas habetis, liceat vobis ſacerdotes eligere, & diœceſano Epiſcopo præſentare, quibus ſi idonei fuerint, Epiſcopus curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus debeat reſpondere. Statuimus inſuper, ut nullus infra fines Parochiarum veſtrarum ſine diœceſani Epiſcopi, & veſtro aſſenſu Eccleſiam, vel Oratorium conſtituere de novo præſumat, ſalvis privilegiis Apoſtolicæ ſedis. Sepulturam præterea ipſius loci liberam, &c. Decernimus ergo &c. Salva, &c. Si quis, &c. Cunctis autem, &c. Amen. Amen. Amen.

Ego Cœleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Joannes Prænestinus Epiſcopus.

Ego Pandulphus Baſilicæ XII. Apoſtol. presb. Card.

Ego Melior ss. Jo. & Pauli tit. Pammachii pres. Car.

Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ presb. card.

Ego Ioannes t. S. Stephani in Cœlio monte presb. car.

Ego Gratianus Ss. Coſmæ, & Damiani diac. card.

Ego Gerardus S. Adriani diac. card.

Ego Goffredus S. Mariæ in Via lata diac. card.

(1) Alexander Forolivienſis Epiſcopus erat jam anno 1160. quo nonnulla prædia liberaliter donavit S. Mercurialis cœnobio, ut conſtat ex donationis inſtrumento apud citatum Marcheſium pag. 145. *Ricceputus*.

Ego Bernardus ſanctæ Mariæ Novæ diac.card.
Ego Gregorius S.Georgii ad Velum Aur.diac.card.
Ego Lotharius Ss. Sergii, & Bacchi diac.card.
Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin diac. card.
Datum Romæ apud s. Petrum per manum Aegidii s. Nicolai in Carcere Tulliano diac. card. 6. Kal. Junii Indict. 10. Incar. Dom. 1192. Pontificatus vero D.Cœleſtini Papæ III. anno II.

XIII. 12. ALBERTUS electus, & conſecratus ab Honorio III. an. 1221 (1). ex reg. Vatic. de eo mentionem facit Rub. an. 1223.



XIV. 13. RICCIARDELLUS („ *Belmontius*) de Caminate *a* Riminenſis, Livienſis fuit Epiſcopus Honorii III. temporibus teſte Clementino in Ariminenſi hiſt. parte 1.

a Foroliviensis.

XV. („ALBERTUS *II ſedebat an.* 1232. *quo per quindecim dies expoſuit reliquias S. Mercurialis, ut conſtat ex ſequenti inſculpto lapidi monumento, atque Archivi publici ſcripturis inſerto*. Anno Domini MCCXXXII. tempore Gregorii Papæ, & Federici Imperatoris XI. Kal. Septemb. aperta fuit hæc arca per D. Albertum Epiſcopum, & Petrum Abbatem, & expoſitum hoc B. Mercurialis corpus quindecim diebus omnibus ad videndum. *Riccep.*)

XVI. 14. HENRICUS anno 1237 Eccleſiam S. Petri de Arcu, cum omnibus ſuis pertinentiis, juribuſque conceſſit Benedicto Abbati S. Mariæ de Flumine, a quo & ipſe viciſſim plures alias Eccleſias recepit, ut in monumento tranſumptionis Rambertini Notarii Ravennatenſis ſpectatur, quod in tabulario ejuſdem monaſterii aſſervatur. („ *Obiit Henricus an.* 1250. Ricceputus.)

XVII. 15. GUILLELMUS ejuſdem ſedis fuit Antiſtes anno 1253. apud Rub. („ *electus ann.* 1250. *ex Bonolo.*)

XVIII. 16. HIERONYMUS anno 1253.

XIX. 17. RICHELINUS Epiſcopus Livienſis anno 1255 (2). ſub Alexandro IV. memoratur in Regeſt. Vatic. Is anno 1267. una cum Ravennate Archiepiſcopo, aliiſque Epiſcopis altare S. Valeriani in Cathedrali conſecravit.


XX. 18. RODULPHUS ad eandem ſedem promotus, Provinciali Concilio Ravennati interfuit an. 1270. die 28. Aprilis. An. vero 1277. pactionem fecit inter Forolivienſe publicum, ac Fratres Prædicatores.

XXI. 19. HENRICUS interfuit juramento Bertoldi a Pace judici Fabriani partiſque Lambertucciorum præſtito anno 1280. ut refert Cherubinus in hiſt. Bononien. („ *Ejus memoria in monumentis Forolivienſibus ad an.* 1285. *extenditur*. Ricceputus.)

20. RAYNALDUS Provinciali Concilio interfuit celebrato in Eccleſia S. Mercurialis a Bonifacio Archiepiſcopo Ravennate an. 1286. („ *Memoratur ad ann.* 1301. *vide Marcheſium l.* 5. *p.* 251. Ricceputus.) XXII.

21. THADDÆUS Epiſcopus Forolivienſis obiit anno 1302. poſt cujus funus capitulum ejus ſucceſſorem delegit Peponem de Ordelafis Archipresbyterum S. Martini, quem Bonifacius reprobavit. Idem Pepo paulo poſt a Foropopiliano capitulo iterum in Epiſcopum poſtulatus, a Benedicto XI. iterum reprobatur. Id habet Reg. Vatic. irrefragabile veritatis teſtimonium. XXIII

22. RODULPHUS electus an. 1303. Qui poſt obitum Opizonis Archiep. Ravenn. in Urſiana Eccleſia tamquam ſuffraganeus, inter alios expedivit conſilia, ut novi Archipræſulis electio proſpere caderet. Appellationem Nonantulani Abbatis perlegi ab hoc Epiſcopo Rodulpho expediendam, tamquam S. Sedis judice deputato an. 1313. XXIV



23. THOMAS Bettinus de Piateſiis, Bononienſis, Livienſis Epiſcopus adlectus eſt an. 1318. anno vero 1335. Abbatiam S. Hilarii de Galeata perpetuo adminiſtrandam ſuſcepit. Defunctus eſt anno 1342. ex Reg. Vatic. XXV.

24. JOANNES Archidiaconus de Porta in Eccleſia Tullenſi ſucceſſit Thomæ ſub Clemente VI. an. 1342. 15. Kal. Aug. translatus deinde eſt ad Viterbienſem Eccleſiam an. 1349 *b*. ex Reg. Vat c. XXVI.

b 1348. electur in Viterbienſem.

25. (3) AYMERICUS Rector Eccleſiæ S. Joannis de Porta Æduenſis diœceſis ab eodem Clemente VI. eligitur 6. Non. Martii ann. 1349. quem idem Clemens tranſtulit ad Eccleſiam Boſſanenſem anno 1351. ex Reg. Vatic. XXVII.

26. Fr. BARTHOLOMÆUS de Sanzeto Ord. Minorum ſucceſſit Aymerico die 13. Kal. Junii 1352 in eodem Reg. Vat. Ep. 56. fol. 36. an. 10. Hujus etiam memoria extat an. 1365. in monumentis ejuſdem Eccl. XXVIII

27. PAULUS de S. Ruffello ex eadem ſede fuiſſit an. 1381. Obiit 1384. XXIX

28. ORTANDUS ann. 1390. forte intruſus *c* a Benedicto XIII. Antipapa.

c Reneta Intruſus.


29. SI-

(1) Alberti Epiſcopi Forolivienſis mentio extat ab anno 1213. quo Innocentius Pontifex die 8. Auguſti Oddoni Cæſenati Epiſcopo commiſit cognoſcendam litem, quæ inter Albertum prædictum ejuſque Canonicos vertebat. Breve Pontificium ait Marcheſius aſſervari in eorundem Canonicorum Archivo. Item anno ſequenti 1214. pendente lite inter eumdem Albertum, atque S. Mercurialis Monachos de S. Martini plebe, confectum eſt die 13. Auguſti inſtrumentum, quo Amatus Archipresbyter S. Martini ſe ſervaturum promiſit arbitrariam ſententiam, quam tuliſſet de dicta plebe controverſa Rolandus Ravennas Præpoſitus. Anno demum 1220 graves exortæ ſunt diſſenſiones, & litigia inter præfatum Albertum, & Canonicos S. Crucis Forolivienſes, ut ex monumentis in horum Archivo adhuc exiſtentibus conſtare affirmat idem Marcheſius. Ex quo conficitur, vel hunc Albertum ante annum 1221. electum Forolivienſem Epiſcopum, vel ante hunc alterum Albertum in hac cathedra ſediſſe. Forte Albertus unus præfuit ad an. 1220. cui ab Honorio ſuffectus eſt Ricciardellus, de quo Clementinus: & Ricciardello paulo poſt defuncto anno 1221. ſucceſſit Albertus alter, cujus memoria ad an. 1232. habetur.

(2) Anno 1251. reperitur interfuiſſe Concilio Ravennati, quod Archiepiſcopus Philippus celebravit cum ſuffraganeis, ut patet ex actis ejuſdem Concilii relatis ex Rubeo hiſt. Rav. l. 6. ab Harduino in noviſs. Concil. editione: vocaturque ibi *Richelmus*. Cujus item memoria in veteribus quibuſdam documentis eodem anno 1253. apud Marcheſium in hiſt. Foroliv. p. 180. At anno 1260. Palatium Epiſcopale, quod adhuc viſitur, conſtruendum curavit; Ita memoria marmori inſculpta. *Anno milleno bis centum ſex quoque deno, Richelmi Præſidis domus eſt hac tempore facta, quem Deus æternum faciat conſcendere regnum*. Ricceputus.

(3) De Petro Pino, quod Ughellus in Viterbienſibus tom. 1. circa an. 1348. ex Forolivienſi ad Viterbienſem Cathedram tranſlatum affirmat, nullam hic facit mentionem. Vix enim electus cum decedenti Joanni ſubſtitutus fuiſſet in ſede Viterbienſi, Forolivienſes ibi deſtinator nec litteris fortaſſe invitaverat. *Lucretius in Viterbienſibus*. Raimondus quoque Apamienſis, Ordinis S. Auguſtini, à Clemente VI huic regendo gregi fuit addictus, qui tamen adminiſtrationem minime ſuſcepit, Pontificii ſacriſtæ munere præpeditus. Pauloque poſt ad Patriam ſedem tranſlatus fuit. *Ricceputus*.

Digitized by Google



XXX 29. **SIMON** de Paganis Regienſis in Umbria, paulo ante Epiſcopus Volaterranus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1384. 28. Martii ex Reg. Vatic. cujus ſigillum extat apud nos, ut vides. Deceſſit vero anno 1391. die 23. Januarii, inſecutoque die ſepulturam accepit in Cathedrali; quem virum ætate longævum, rectum, prudentemque vocant tabulæ ejuſdem Eccleſiæ. (,, *Fuit vir juris conſultiſſimus, ideoque à ſummo Pontifice datus à conſiliis, aliiſque officiis Cardinali S. Cyriaci Apoſtolico Legato in Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ, & nonnullis aliis partibus. Extat ejuſdem Simonis memoria in Eccleſia Spalaten. Chartulario in inſtrumento compoſitionis in cauſa decimali inter Archiepiſcopum Ugolinum, & Comitiſſam Margaritam Cetinæ*. Ricceputus.)



XXXI 30. **SCARPETTA** de Ordelaphis, filius ſpurius Franciſci Forolivii tyranni, viginti trium *a* annorum adoleſcens, cum juri ſtuderet canonico, Bononienſiſque Academiæ Rector eſſet, Forolivienſis Epiſcopus declaratus eſt a Bonifacio IX. an. 1391. Kal. Martii. Annis tredecim in ea dignitate ſuperſtes fuit, deceſſitque an. 1402. ex lib. Promot. Prælat. ſub eodem Pontif.

a ſaltem annorum, cum jam tandem anni ab ejus Patris deceſſu abiiſſent. Bonolus.



XXXII. 31. **JOANNES** de Numajis *b*, filius Majoli nobilis Forolivienſis, Abbas commendatarius S. Mercurialis, Scarpettæ ſucceſſit an. 1402. 12. Kal. Decembr. urbem ſolemni ritu ingreſſus eſt 21. Decemb. ejuſdem anni. Hic quoad vixit, S. Mercurialis Abbatiam Epiſcopali menſæ conjunxit. Romæ deceſſit an. 1411. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Majorem, ubi prope ſacellum Pauli V. Pontificis adhuc cum gentilitiis ſtemmatibus ejus effigies leviter inſculpta ſpectatur, ſequenſque inſcriptio, quam ingredientium, & egredientium greſſibus ſemiexeſam hic exſcribendam curavimus.


b Diverſus à Jo. de Numajis Epiſc. Saſſenat. de quo infra.

De noſtro ſimius in Caſal. Vir. Illuſt. Valliſumb. p. 171. Mandoſ.

* *Qui multo & ſublimi animo & virtute Joannes,*
Qui pius Antiſtes, & Præſul Forlivienſis;
Qui decus, et Cleri, ſedisque Vicarius Almæ,
Hic lapis oſſa tegit, ſed ſpiritus inſidet Aſtris.
Obiit an. Domini MCCCCXI.
Die X. Men. Octobris.

Ex Append. c. 9.

32. **MATTHÆUS**, Eccleſiæ Urbinatis intruſus, a Joan. XXIII. Pontifice Forolivienſis Epiſcopus declaratus eſt an. 1412. die 13. m. Auguſti. XXXIII.



33. Fr. **ALBERTUS** Benedicti de Bonchriſtianis Florentinus, Servita, Sacræ Theologiæ Bachalaureus, a Joanne XXIII. Pontifice Forolivienſis Epiſcopus dictus eſt ann. 1413. Non. Aprilis. Qui tamen obtenti Epiſcopatus nunquam poſſeſſionem inire potuit. Greg. enim XII. Joannem quendam Imolenſem, virum opibus clienteliſque potentem intruſerat, ſedemque arripuerat. Cæterum V. Martinus cum evaſiſſet ad ſedem, diſcuperetque præteriti ſchiſmatis diluere labes, Albertum tranſtulit ad Comaclenſem Epiſcopatum, Joannem vero in Forolivienſi ſede confirmavit anno 1418. ut eruitur ex lib. de diverſis formis ſub Martino V. fol. 158. XXXIV.

34. **IOANNES** Strata Imolenſis, filius Matthæi, ad hanc ſedem a XII. Gregorio promotus eſt 1413. ex Epiſcopo Comaclenſi. Ipſe per ſe arripuit ſedem anno 1414. die 3. m. Junii, primumque Pontificale ſacrum fecit 1415. die 14. menſis Aprilis in cathedrali, cum diuturniori mora cum Alberto legitimo Præſule lites exercuiſſet. Ex arbitratu deinde Martini V. illius Epiſcopatus legitimus poſſeſſor eſt declaratus, Forolivienſemque Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1427. Interfuitque conſecrationi Altaris S. Mariæ Gratiarum Faventiæ Fratrum Prædicatorum, cum aliis Epiſcopis 1420. XXXV.



35. **IOANNES** Caſſarellus Romanus, S. Mariæ Majoris Romæ Canonicus, ad Livienſem hanc ſedem ſubvectus eſt 1427. 4. Kalend. Martii. Hunc tanquam Theologum eximium ac varia literatura clarum, & nobiliſſima gente natum Martinus V. XXXVI.

A Columna habuit in honore; Eugenius IV. vero adeo magnifecit, ut exordiendo Ferrarienſi Concilio, quod abſolutum Florentiæ poſtea Florentini nomen invenit, legaverit illum Ferrariam. An. vero 1437. 12. Kalend. Martii ad Anconitanum Epiſcopatum traslatus eſt.[1] Ugolino Archidiacono Urbevetano Forolivii pro Vicario uſus eſt, cum ipſe olim antea Urbevetanus extitiſſet Vicarius, atque commendatarius S. Bernardi item Urbevetani cœnobii.

XXXVII 36. LUDOVICUS, ſeu Aloyſius de Pirano, Ordinis Minorum, Epiſcopus antea Signenſis ſub Archiepiſcopo Iadrenſi (2) ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1437. die 12. Kalen. Martii. Hic doctiſſimus vir unus fuit, inquit Waddingus, inter ſex diſputatores, quos Latini in Concilio Florentino, adverſus Græcos deputarunt; & quidem Aloyſius magnæ opinionis in Concilio graviora munia ſubiit. Sedit uſque ad ann. 1446. deinde eo munere ſe abdicavit.


XXXVIII. 37. MARIANUS Farinata Canonicus Senenſis, ad hanc eandem ſedem aſcendit anno 1446. die 2. menſis Novembris; anno vero 1449. ad Eccleſiam Sarſinenſem translatus eſt.

B

XXXIX. 38. DANIEL de Alumno, e Laude Pompeja, Canonicus Regularis, Sarſinæ Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam fuit translatus anno 1449, 6. Kalend. Novemb. Borſus Ferrariæ dux illum dilexit in paucis, ſæpiuſque de rebus graviſſimis legavit ad Principes. Ferrariæ deceſſit 1463. ſepultuſque in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ ſui ordinis cum hoc epitaphio.


Forlivias Daniel iacet hoc in marmore Praſul,
Quem dira invaſit febris, dum rura colebat,
Effugiens peſtem, ſed vita prorſus adempta
Qua Patri Alumnum fuerat, triſtatur Alumni.
M. CCCC. LXIII.

C



*Pro A. ideſt colore aureo, repone C. ideſt color. cæruleum, ut colligitur ex Marcheſio.

XL. 39. JACOBUS Palatinus, civis, atque Archidiaconus Forolivienſis, 70. annorum, ac veneranda canitiei ſenex, poſt Danielem ex canonicorum electione patriæ aſcendit ad ſedem an. 1463. die 18. menſis Septembris, cujus electionem Pius II. ratam habuit. Inauguratus fuit in Eccleſia S. Franciſci, ab Epiſcopis Ventura Bertinorii, Antonio Cæſenate, Faventinoque Bartholomæo; eodemque die cum acclamatione omnium cathedralem ſedem adivit, atque ab ipſo, aliiſque Epiſcopis, qui illum conſecraverant, indulgentia perpetua peccatorum altare S. Valeriani nobilitatum eſt, in eorum favorem, qui illud poſtrema die Septembris expiaturi peccata adiiſſent. E vivis exemptus eſt anno 1470.



40. ALEXANDER a filius Nanni de Malateriis, Eccleſiæque de Valle Prior, ad hanc ſedem evectus eſt an. 1470. Hunc aliquando vulgus crediderat filium fuiſſe Guillelmi Numai. Quem deinde errorem mater Eliſa diluit in articulo mortis; cum ſancte juraſſet, de ſe, atque Nanni fuiſſe legitime procreatum. Magno ingenio, doctrinaque fuit Alexander, Umbriæque Vicelegatus, ac Gubernator anno 1474. ſubque Pio IV. Nuncius Apoſtolicus in Germania. Cæterum Romam reverſus ibi vitam finivit 1485. De eo Leander Albertus, actaque conſiſtorialia. XLI.

a Laudatur e Marcucio in publ. Mariani p. 1. pag. 17. Mandoſ.



41. THOMAS ab Aſte Forolivienſis, ſuæ Patriæ adlectus Epiſcopus eſt anno 1485. 3. Non. Septembris. Hic fuit olim in Neapolitano regno Spoliorum collector, ac ſub Pontificibus Innocentio VIII. Alexandro VI. Julioque II. pluribus Eccleſiaſticæ ditionis civitatibus jus dixit. Mortem obiit 1512. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Thomæ Romæ in Parione, ut vocant, ubi in marmore ſculptum illius legitur epitaphium, cui ejuſdem Gentilitia ſtemmata acceſſere, in quorum ſuperiori parte Leo ex obliquo currens ſpectatur; campum vero inferiorem obliqua item ſcachia complent. XLII.

D. O. M.

Thomæ de Aſtis Forolivienſi civi, & Pontif. J.U. Doctori ob ſummam prudentiam, multiplicemque doctrinam a Xiſto IIII. Pontif. Max. in Regno Neapolitano decimis exigendis, poſtea ab Inno. VIII. Benevento, & ab Alexandro VI. toti Latio, ſubinde Viterbio, atque Peruſiæ a Julio vero II. Piceno Præfecto, ſumma integritatis, atque conſtantiæ viro vixit an. LXIIII. M. . . D. . .

D

42. PETRUS Gryphius, nobilis Piſanus, celebris juriſconſultus, cum apud regem Britanniæ Nuntii munere fungeretur, Epiſcopus renunciatus eſt anno 1512. die 12. menſis Novembris. Plures pro Eccleſia exantlavit labores, difficillimis perfunctus lega- XLIII.

(1) Ab anno 1433. Caſſarello Forolivio expulſo, ſederat in hac Cathedra Guillelmus Bevilaqua Ordinis Eremitarum S. Auguſtini illegitimus Præſul, qui an. 1437. cum urbs in Pontificis ditionem rediiſſet, cedere throno coactus eſt; deditque locum Ludovico de Pirano, cum Caſſarellus eo ipſo tempore ad Anconitanam infulam translatus fuiſſet. *Ricceputus.*

(2) Hic errat Ughellus. Siquidem certo certius eſt Eccleſiam Senienſem una cum adjacente Corbanien-ſeu Modruſienſi, cui modo Senienſis eſt unita, circa finem XII. ſeculi ab Archiepiſcopo Spalatenſi Petro VI. erectam eſſe, & fuiſſe antiquis temporibus non tantum utramque ſuffraganeam Archiepiſcopi Spalatenſis, verum etiam de jurepatronatus ejuſdem. Anno vero 1144. cum Eccleſia Jadrenſis à Spalatenſi ſoluta in Archiepiſcopalem evecta eſt, tres Eccleſiæ tantum illi fuere Apoſtol ca auctoritate aſſignatæ, videlicet Veglienſis, Auſerenſis, & Arbenſis, non autem, ut plures ex ſitus adjacentia putant, Nonenſis, & Senienſis. Porro ad noſtra prope tempora Epiſcopi Senienſes Spalatenſem Metropolitam agnovere: modo tamen Strigonienſi accedunt. Notari etiam debet aliam Senienſem eſſe à Signina Eccleſia; hæc enim antiquior in regno Neapolitano eſt; Senienſis verò in Liburnia ſub Dominio Auſtriaco è regione Vegliæ inſulæ. *Ricceputus.*




gationibus, quod ipſum ſequens epitaphium egregie prodit, cum exceſſiſſet e vita anno 1516. Romæ, ubi jacet in Eccleſia S. Honuphrii *a* in nobili marmoreo tumulo.

a S. Augu-ſtini.

Petro Grypho Piſano Forolivienſi Præſuli, claris natalibus orto, bonarum artium, & juriſprudentia inſigni, cui nihil ad ſummam vel ingenii, vel fortunæ defuit præter ætatem, ad Cæſarem, Gallorumque, & Britanniæ Reges, Venetorum, Mediolani, & cæteros Italiæ Principes, & Patriæ, & Pontificum juſſu Legationibus functus, numquam niſi poſtulatorum compos revertitur, a Gallorum Rege Equeſtri dignitate ornatus, à Mediolanenſium duce in conſilium adſcitus, a Pontifice Alexādro VI. Sabinæ Præfectus, neque adeo longe poſt ad ſecreta deſumptus, a Julio Collector, & Nuncius in Angliam miſſus, Pontificalibus infularum inſignibus honeſtatus, ad extremum Referēdarius a Leone inſtitutus, cum illius juſſu aliquandiu præfuiſſet Umbris, & Peruſii legati vicem ſumma laude implevit, magiſtratu liber Eccleſiam ſuam inviſit, ibidem gregem legibus, & exemplis munit; dum reparandis templis operam navat, fati vi repentina ex oculis raptus luctum, mœrorem-que perpetuum non ſuis magis, quam bonis univerſis reliquit. Vixit an. XLIV. M. X. D. XXI. Pantaſilea, & Leonora Leola, hæc Avunculo fratre illa veluti Patre orbatæ doloris, deſideriique æterni ergo P.

In laudem Petri dum Peruſiæ Præſidis munere fungeretur eglogam ſcripſit Joannes Franciſcus Camœnus Peruſinus.



LIV. 43. BERNARDUS Medices, (1) filius Antonii, Florentinus, a Leone X. Epiſcopus adlectus eſt anno 1516. die 10. menſis Novembris. Ipſe per ſe obtenti Epiſcopatus iniit poſſeſſionem 2. die menſis Octobris *b*: deceſſitque, dum annus 1519. exordiretur.

b Anni inſecuti.

XLV 44. LEONARDUS Medices Florentinus, filius

A Bernardi, anteceſſoriſque Bernardi *c* propior affinis, a Leone X. ad eandem ſedem promotus eſt, cum prius Metropolitanæ Florentinæ Canonicus eſſet an. 1519. die 14. menſis Martii. Quam ille rexit Eccleſiam uſque ad annum 1526. deinde ad arbitrium Clementis VII. eo munere ſe exſolvit.

c Bernardi, de quo infrà, propior affinis, & non ſuperioris.



B

45. NICOLAUS Cardinalis Rodulphus Florentinus, ita cenſente VII. Clemente, Livienſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1526. die 16. menſis Aprilis; eamque Eccleſiam reſignavit in favorem ſequentis. XLVI

46. BERNARDUS Medices, hoc nomine ſecundus, filius Antonii, Bernardique *d* nepos anteceſſoris, a Clemente VII. eandem ſedem accepit anno 1528. die 7. menſis Auguſti. Huic Eccleſiæ ad multos præfuit annos. Epiſcopatu ſe abdicavit an. 1551. („ *Inde ad Caſſanenſem translatus fuit, de quo ibi* „ *Ugurgerius in Pompis Senenſibus t. 1. p. 200. ex Can-* „ *talmajo meminit. Raynaldi Petrucii, qui ex Rota* „ *Auditore factus fuerit Forolivienſis Epiſcopus circa* „ *hæc tempora. Verum quam ſolide, videat lector.*) XLVII.

d Leonardi nepos

C



47. PETRUS Joannes Aleotus, Forolivienſis, poſt reſignationem Bernardi, ad hanc ſedem pervenit anno 1551. habuitque coadjutorem cum futuræ ſpe ſucceſſionis Simonem Aleotum nepotem anno 1555. (2) 11. Decembris; anno vero 1562. ejus Eccleſiæ adminiſtrationi remiſit nuntium, ut habetur in Act. Conſiſtorialibus. Sed cum deinde ſupra nepotis annos proprios extendiſſet, eandem adminiſtrationem repetiit, donec in Antonium Jannottum refunderet. XLVIII.

D

48. SIMON Aleotus ex coadjutore, & Epiſcopo Lindinenſi, patruo in Epiſcopatum ſucceſſit. Dum Concilio Tridentino intereſſet, exuit mortalitatem 1562. die 20. menſis Auguſti, ibique ſepultus. XLIX

49. ANTONIUS Jannottus de Montagnana, Mantuanus *e*, Cubicularius Apoſtolicus, ad hanc ſedem provectus eſt an. 1563. die 30. m. Januarii. Hanc Eccleſiam ille rexit uſque ad annum 1578. ac deinde ad Archiepiſcopatum Urbinatem translatus eſt. Hic L.

e Diœceſis Patavinæ. De eo Portenarius in hiſt. Patav. p. 393.

(1) Bernardus, non Medices, ſed de Michelozzis, Michelozzi filius, Florentinus, in Mediceam familiam à Leone X. cooptatus. Ita ex Michelozzæ familiæ deſcriptione, quam recitat Monaldus in lib. de Familiis Florentinis.

(2) Simon Aleotus à Patruo coadjutor ſuſceptus eſt non an. 1555. ſed triennio poſt, ut ex pluribus hujus Eccleſiæ monumentis colligitur. Neque veritati accedit, quod ſubjungit Ughellus, eidem à Patruo abſolutam Epiſcopatus poſſeſſionem traditam: ſiquidem quoad vixit Simon, electus tantummodo appellatus eſt. Propterea in Catalogo Patrum, qui Tridentino Concilio interfuerunt, hæc de Simone habentur: *Simon Aleotus, Forolivienſis, electus Forolivien. mortuus eſt Tridenti die 20. Auguſti* 1562. Ricceputus.

anno 1576. reperit corpus S. Mercurialis , ut notat Baron. in ſuis adnotationibus ad Mart. Rom.

LI. 50. M. ANTONIUS del Giglio nobilis Bononienſis, Herculis filius , U.S. Ref. a Gregorio XIII. adlectus eſt Epiſcopus 1578. prima die exordientis Auguſti , quo anno ex hac mortali vita deceſſit ejuſdem gentis Thomas del Giglio Placentinus Epiſcopus. Ipſe vero Marcus Antonius duobus annis præfuit laudabiliter; Bononiæ repentina morte oppreſſus interiit anno 1580. die 21. ſe ſe convolventis Auguſti ; ſepultus eſt in Eccleſia S. Joannis in Monte .

LII. 51. JO: FRANCISCUS Mazza *a* de Canobio , Bononienſis, filius Ambroſii, ex ſpoliorum collectore In Luſitania Epiſcopus declaratus eſt die 5. menſis Septembris anno 1580. a Gregorio XIII. Ad ſex annos hanc adminiſtravit Eccleſiam , eoque munere ſe abdicavit an. 1586. elapſoque ann. ſub Sixto V. Nuncius Apoſtolicus apud Franciſcum magnum Hetruriæ ducem Florentiam profectus eſt, ubi decedens anno 1589. ibidem ſepulturam accepit ; vir quippe genere , & moribus ſpectabilis , cujus adhuc viget ſuaviſſima memoria .

a De eo in Notitiis v. r. illuſtr. Acad. Florent. p. 1. pag. 211. & Galeottus de viris illuſt. Bonon. p. 1. pag. 38. Mandoſ.



LIII. 52 FULVIUS Theophilus , nobilis Romanus, J. U. D. ad hanc dignitatem aſſumptus eſt a Sixto V. die 7. Januarii 1587. Præfuit annos 7. exceſſitque è vivis an. 1594. („ *ſepultus in Cathedrali cum hoc* „ *Epitaphio* .

D. O. M.

„ *Fulvio Theophilo , Patritio Romano ,*
„ *Antiſtiti Forolivienſi juriſconſultiſſ. à*
„ *Sixto V. P. M. ad hanc Eccleſiam pro-*
„ *moto , cui an. 7. integerrimè præfuit . Vi-*
„ *xit an. LXII. M. III. D. II. Obiit Non.*
„ *Februarii M. DXCIV. Sertorius Theo-*
„ *philus Advocatus Conſiſtorialis Fratri*
„ *amantiſſimo P.C.*) Riceputus .)

Theophilæ gentis gentilitia ſtemmata ſimillima eſſe videntur cum iis, quæ Petrus Vicentinus Cæſenas Epiſcopus detulit in parma, ut ſuprà retulimus , dum de ipſo contigit enarrare ; unde ſuſpicantur nonnulli ex ea gente Theophilam familiam prognatam fuiſſe . Dictis accedat marmorea tabula Aracœlane, ubi jacet idem Petrus Epiſcopus cum fratre Dionyſio ; ibi hæc me legiſſe memini . *Hic Petri de Vicentia Auditoris Cameræ, ac Cæſenæ Epiſcopi, & Dionyſii ejus germani præmortui oſſa ſepulta jacent . Hic lapis , & oſſa necubi transferantur injuſſu Theophilorum ex S. C. Vic. PP. ſtatut. eſt an. D. 1583. M. N. D. 27.*

LIV. 53. Fr. ALEXANDER de Franciſchis , *b* Romanus , genere Hebræus, cognomento Hebræinus, ex Ordine Prædicatorum celebris concionator , ſcholaſticiſque diſciplinis longe cultiſſimus , a Clemente VIII. emunctæ naris Pontifice Forolivienſis Epiſcopus dictus eſt anno 1594. die 4. menſis Maji . Tres annos ſedit , libenſque quieti intentus eo munere ſe abdicavit ad arbitrium ejuſdem Clementis, a quo ea dignitate fuerat inſignitus .

b De eo Mandoſius in bibl. Rom. cent. 3. n. 47.

LV. 54. CONRADUS Tartarinus Tiphernas , eadem ſede nobilitatus eſt an. 1599. die 18. menſis Septembris . Solemni ritu , pompaque obtenti Epiſcopatu iniit poſſeſſionem 10. Octob. ejuſdem anni : deinde ad ducem Sabaudiæ Nuncius Apoſtolicus a Clemente Pontifice legatus ibi deceſſit anno 1602. ibique humatus jacet .

LVI. 55. CÆSAREM Bartollelum a Fratta *c* Peruſinæ diœceſis, Conradus Tartarinus excepit an. 1602. die 21. menſis Decembris . Ejus Epiſcopatus adivit poſſeſſionem 21. Decembris , quam per triginta annos conſultiſſime adminiſtravit . Mortem obiit *d* anno 1634.

c De quo Oldoinus in Athen. Auguſ. Jacobillus in Bibl. Umbr. & Marcheſius in ſuppl. hiſt. Forol. Mandoſ. *d* 1635. 9. Januarii .



LVII 56. JACOBUM Theodulum Forolivienſem, Archiepiſcopum antea Amalphitanum , Urbanus VIII. Pontifex tranſtulit ad hanc ſedem anno 1635. 7. Junii . Vivit nunc .

A D D I T I O.

(„ *Anno 1636. e capella S. Bartholomæi in novam* , „ *magnificeque exſtructam miraculis claram Deiparæ* , „ del fuoco *nuncupant cives* , *imaginem ſolemniter* „ *tranſtulit . Anno vero 1642. dum novæ Eccleſiæ* „ *D. Philippo Nerio dicandæ fundamenta jacerentur* , „ *ſacris indutus veſtimentis primum lapidem poſuit, in* „ *quo inſculpta legebantur , hæc verba* .

D. O. M.

„ S. Philippo Nerio Urbano VIII. Pont.
„ Max. ſedente Jacobus Archiepiſcopus ,
„ Theodolus Epiſcopus Forolivienſis , &
„ Sancti ſacro ſe dicantes inſtituto Nonis
„ Julji anno Domini MDCXLII.

„ *Decennio poſt ejuſdem Theoduli opera Forolivienſium pietas Eccleſiam , & Monaſterium Capuccinarum* „ *excitarunt . Tandem cum diu hanc ſedem occupaſſet* , „ *quietis cupidus eam in manibus Sanctiſſimi dimiſit anno 1665. Optimo Præſuli beneficiorum memores Canonici Foroliovienſes ſequens ante ejus obitum in Cathedrali erexerunt monumentum* .

D. O. M.

„ Munificentiæ Jacobi Theoduli Patritii
„ Ro: Archiepiſcopi olim Amalphitani ,
„ Epiſcopi Foroliovienſis, Sacelli Pontificii
„ Aſſiſtentis , Capitulum Forolivienſe ...
„ grati animi monumentum poſuit Anno
„ Domini MDCLVIII.

LVIII „ *CLAUDIUS Ceccolini, Nobilis Maceratenſis, J.U.* „ *D. & Utriuſque ſignaturæ Referendarius* , *cum plures* „ *ditionis Pontificiæ urbes Gubernator frenaſſet, ornatus infula Foroliovienſi eſt die 7. Junii an. 1666. Anno 1672. Eccleſiam D. Philippo Nerio dicatam conſecravit: Patres Carmelitanos Excalceatos in urbem* „ *introduxit . Cumque 22. ferme annos ſibi commiſſam* „ *laudabiliter rexiſſet Eccleſiam, deceſſit menſe Aprili anni 1688. tumulatus in nobili monumento, quod* „ *ipſe lethi memor ſibi conſtruendum curaverat in Capella S. Mariæ del fuoco* , *cum ſequenti Epigraphe* „ *gentilitia columba alludente* .

D. O. M.

„ Claudii Ciccolini Maceratenſis Patri-
„ tii , Liviæ Præſulis exactum monumen-
„ tum ſi vides , Arcam puta , non Mauſo-
„ leum , indemnem ab eluvione temporis
„ gentilis monet columba. MDCLXXXI.


LIX. „ *JOANNES Raſponus, Nob. Ravennas, Clericus J.* „ *U. D. annorum 42. in Romana Curia primum Advocatus* , *deinde Gubernator Comitatus Venuſini* ,

tan-

A „*tandem Foroliviensſis Epiſcopus declaratus eſt die „28. Februarii an.1689. Primum lapidem ſolemniter „jecit in ædificatione Eccleſiarum Patrum Minimo„rum, atque Excalceatorum. E vivis autem exceſſit „anno 1714. circa Auguſtum menſem.*

LX. „*THOMAS Torellus, Nob. Foroliviensſis, Presby„ter J.U.D. quadragenario major, alias Abbreviator, „deinde Auditor Nuntiaturæ Portugalliæ, & tan„dem Gubernator Aſſiſii, ad thronum Forolivien„ſem evectus eſt die 1. Octobris an. 1714.*

FOROPOPILIEN. ET BERTINORII EPISCOPI.



FOrum Popilii, ſive Pompilii è quatuor illis famoſis emporiis unum Viæ Flaminiæ, quorum meminit Plinius, ſituatum eſt inter Forum Livii, atque Cæſenæ a quodam Pompilio Conſule, qui illic Romanorum nomine jus dicebat, conſtructum, quod adhuc & nomen, & dignitatis ſplendorem retinet. Licet ultimas illi clades Longobardi ſub Gri-
C moaldo Rege, & Arduinus Borgundus Cardinalis Legatus ſub Innocentio VI. Pontifice immane excidium attulerint, hactenus tamen ſtetit, & Epiſcopali ſede eminet, quamvis poſt ultimam acceptam ruinam Epiſcopus in proxima nobili civitate morari conſueverit. Unde vulgus ea imbuit opinio, ut Popilianum Forum Epiſcopali dignitate putet exutum, & nonnulli commenti ſunt, qui in eam ſententiam deflexere, Fori ſedem Bertinorium translatam ab Arduino Cardinale, ob immane facinus, quo cives, trucidato Epiſcopo, ſe ſe inquinaverant, quamquam luce clarius pateat hoc gratis, anilibuſq; fabellis aſſertum, & Forum unquam priſco Epiſcopatus honore exutum reperiatur. Sed ante quam hujus veritatis lucem lectori meo aperiam pauca de Fori origine delibabimus. M. Pompilium Lenatem Romanorum conſulem primum Fori conditorem fuiſſe pene apud omnes opinio eſt; illum inquam, qui cum Ligures bello perdomuiſſet, aſperiori jugo eorum
D colla attrivit, victoriſque jura crudelius quam ſenatus cenſeret, divendita ſub haſta maxima illorum parte, exercuit, cum in Togatam Galliam quinto Conſul exercitum produxiſſet, ut Livius refert. Eum enim locum, ubi ille caſtra fixerat, ob venditos Ligures, ob merces, quæ in eo diſtrahebantur, Fori Popilii nomen accepiſſe narratur. Nec deſunt, qui prima illius ædificia prius excitata fuiſſe ſcribāt a Cn. Popilio Sabello conſule, M. Popilii fratre, conditiſque poſtea a clientibus domibus in urbis ſpeciem creviſſe, & Fori Popiliani nomen ad commēdandam rei geſtæ M. Lenatis fratris memoriam impoſitum. Dicta non parum illuſtrare videtur marmorea tabula a Cn. Pompilio, Lenatis pronepote, Antonini Pii Imp. Æmiliæ viæ præfecto, poſteritati mandata, cujus ſemiexeſum fragmentum adhuc in arcis Fori mœnibus affixum hæc verba oſtentat.

POPILLEO ... S.L.H.F.C.
POP. G. ANNS.... COS. III.
VET. AUGUST....
SODALIS PROVINC.
AFRICÆ AUG. PRO....
SENAT.... PROVINC.
DALMATIÆ.
PROVINCIÆ PANNONIÆ, DATIAE.
ITERUM PRAETOR....
LEX. X. FR. CURATOR.
VIÆ ÆMILIÆ.... II.
PRÆTOR. AQUARUM II.
GAM.... NOVAT..... II.
VICT. III. V.....

Tabulæ illa prima verba hanc ferunt interpretationem: *Popilio Sabello Lenati hujus Fori conditori.* Cn. vero Popilii junioris, qui monumentum majorum memoriæ conſecravit, meminit Tiburtina inſcriptio apud Gruterum. Cæterum Forum Populi illud vocat Frontinus de Coloniis, vel compto vocabulo, vel ob civium multitudinem. *Forum Popili oppidum muro ductum iter populo non debetur per*
B *15. limitibus Auguſti ejus.* Viros tulit primo illo ſeculo omnibus virtutum ornamentis, ac maxime bellica laude conſpicuos, & inſignes, inter quos excelluit Ordeoneus ſub Galba, & Vitellio Imp. veteranorum militum præfectus, qui ipſorum fidem in Veſpaſiani abſentis verba adegit, ac donativum in milites effudit, cujus cauſa ii nimio hauſto mero, ac furore percitum, eadem nocte, ut Tacitus habet, protractum e cubili interfecerunt, in cujus memoriam Veſpaſianus Fori circum adiacentes agros vectigalibus ſolvendis exemit teſte Frontino. Ordeonei cineres in patriam delati fuere. Epitaphium adhuc in latere liminis Eccleſiæ Principis Apoſtolorum ſpectatur. Fanum Iſidis ſacrum in hoc Foro fuiſſe notat antiquus nuper inventus lapis in pavimento Eccleſiæ S. Ruphilli.

FULLONIA L.F.
TERTULLA SACRO.
ISIDIS.
LOCUM. DEDIT
C C. TELEGENNIO SPERATO
SACERDOTI VI.
VIR. AVO.
TELESTINIS EJUS POSTERISQUE
EORUM.

Autumant periti antiquitatum vetus illud templum eſſe, quod nunc conſpicitur D. Ruphillo ſacrum, ab eodem olim expurgatum, & Deiparæ Virgini Annunciatæ conſecratum, ut pro Cathedrali ſtaret, ubi deinceps ſepulto, S. Ruphilli Eccleſiam dixerunt antiqui. Aliæ multæ antiquæ inſcriptiones paſſim in Foro, ejuſque agro repertæ ſunt, quæ ab aliis publicatæ, Fori antiquitatem, dignitatemque oſtendunt. Paruit Popilianum Forum Romano Imperio, eoque everſo, exciſoque iiſdem calamitatibus, quibus cæteræ Italiæ civitates involutum eſt. Modo enim Exarchis Ravennæ, tùm vero Longobardis, tum Romanis Pontificibus, aliquando vero a vicinis dynaſtis jugum ſuſcepit, quouſque ſub Ordelaſorum ſervitute cecidit, qui tan-
D quam Romanæ Eccleſiæ rebelles ultimum illi infelici urbi excidium peperere. Etenim cum Franciſcus Ordelaſus Cæſenam, Forum Livii, Bertinorium, Forum hoc Popilianum, aliaque vicina oppida ſuæ ſubjeciſſet poteſtati, Innocentioque VI. Pontifici Max. ejuſque Legato Aegidio Carillo Cardinali parere renuiſſet, cæteris amiſſis in Forum retruſus & compulſus eſt a Legato, qui tunc, dum proſequendæ victoriæ immineret, Avenionem revocatus a Pontifice in ſucceſſorem Arduinum Cardinalem Burgundum, ſuſcepti operis perficiendi gloriam, cum dignitate transfudit. Ordelaſus namque imminentis periculi terrore perfuſus urbis deditionem fecit, promeruitque a legato, ut eam vicarii vice Eccleſiæ nomen obtineret anno 1357. die 16. Novembris. Sed cum inde in ſuſpicionem conjuncti fœderis cum Bernabove Vicecomite Mediolani domino veniſſet, a vicariatu depulſus Foſſam Clodiā in exilium amandatus eſt. Sed ille a Vicecomite ite-

rum excitatus, ingentes eccleſiaſtico imperio clades intulit, iterumque Popilii Forum oppreſſit; pauloque poſt ab Arduino, auxiliis Gratiæ Corilli Ægidii nepotis pulſus, fugatuſque eſt amiſſo Foro, quod in odium Ordelafi ejectis civibus Arduinus faces ſubiici, ſoloque adæquari juſſit menſe Octobri recurrenſe anno 1360. Præſul Robertus nomine, qui tunc forte Popilienſem regebat Eccleſiam, Bertinorium ſuæ diœceſis nobile oppidum, olim Forum Triventinorum nuncupatum, in ſumma egeſtate ſe recepit. Exciſæ urbis hiſtoria, qua ratione Epiſcopalis ſedes Bertinorium ſit traducta, in eoque Epiſcopus ſteterit, illudve civitatis, ac dignitatis nomine decoraverit, ſimplici, ſed inerudito ſtylo recenſetur in manuſcript. Vaticani archivii libro, cujus titulus eſt: *Relatio, atque informatio in conſiſtorio anno I. Gregorii XI. ab Arduino Card. de legatione Bononiæ, ac Romandiolæ facta ſuo ſucceſſori, ut populorum perſpectis moribus, urbium ſitu, ac viribus ſingulorum melius ſuo munere fungeretur*. In eo quippe de Popiliani Fori everſione, quod Salvam terram appellat, ſic habet: *Sequitur de Salvaterra. Fuit civitas Forlimpopulo, ſed propter ejus rebellionem, & obſtinationem ad mandatum domini mei Sabinenſis fuit deſtructa, ac penitus conſumpta, & privata ſede Epiſcopali. Habet villas, in quibus aliqui de prædictis rebellibus commorantur cum ſuis familiis, alii vero receſſerunt, ſe in Forlivio reducentes, & alii alibi, prout cuilibet utilius videbatur convenire. Remanſit ibi unum fortalitium ſatis magnum, & fuit de Eccleſia Cathedrali, ubi moratur Caſtellanus cum bona familia. Eſt ibi foſſus magnus, & indiget, ut bene cuſtodiatur.* Item paulo infra in alio capite ejuſdem libelli: *Destructa*, inquit, *& depopulata illa civitate, fuit tranſlata civitas in caſtris tunc Bertinorii, nunc vero civitas, & ibidem Epiſcopus reſidentiam facit, & juriſdictionem exercet ſpiritualem in diœceſi quidem Foropopuli, ſicut antea exercebat, & vocatur nunc Epiſcopus Bertinorienſis. Ipſa civitas Bertinorii eſt notabilis locus in fortitudine, & pro cuſtodia totius provinciæ in alto poſita, & quoniam civitas eſt male clauſa, & eſt in ſtatu magna pericula inducendi in dicta provincia ſuper ſui ſitum, niſi remediatum fuiſſet, dedi ordinem, quod ſine magnis expenſis cautius clauſa eſt a duobus annis; etiam habet pulchrum Caſſarum, quod fieri bon. mem. quondam Carnotenſis Cardinalis, cum aliis multis notabilibus, quæ fecit tempore ſui regiminis. Ponatur Caſtellanus fidelis quantum poterit, quia locus requirit ſicut alter totius provinciæ. Ponatur ibi poteſtas ad reddendum jus.* Hactenus ille de Foropopulienſi everſione, ſediſque Epiſcopalis Bertinorium tranſlatione. Cæterum cum in regeſtis Apoſtolicis, neque in monumentis hujus Eccleſiæ, neque aliunde ullum Pontificium diploma reperire potuerit nemo, quo ex Pontificia auctoritate Popilienſis ſedes ſuppreſſa, & Bertinorium tranſlata aſſeratur, ſed quadam potius neceſſitate Epiſcopum ob dirutum Forum, & Cathedralem in fortalitium converſam Bertinorium ſe contuliſſe, opus eſt aſſerere, reſtaurato inde Foro, D. Petri reſtituta eccleſia, ut loco vetuſtæ Cathedralis eſſet, has duas Eccleſias Romanus Pontifex ſimul perpetuoque univiſſe, ut unus utrique præeſſet Eccleſiæ. Quis vero ille fuerit Pontifex, qui Bertinorienſem Eccleſiam erexerit in Cathedralem, univeritque cum Popilienſi, quove anno id factum ſit, adhuc me latet. Solum Pontificium teſtimonium habeo Julii II. & Clementis VII. in confirmationis diplomate regulæ monialium, quarum cœnobium extat in Foro hoc Popilienſi. In eo namque claris verbis harum Eccleſiarum aſſeritur unio: *Et nihilominus*, inquit, *diſcreti viri venerab. in Chriſto fratris, Dei gratia, Epiſcopi Bertinorien. & Foropopilien. Eccleſiarum invicem canonice unitarum in ſpiritualibus vicario, & antiquiori canonico, &c.* Neceſſitatis etiam cauſa, quæ Foropopilien. Epiſcopum Bertinorium compulit tranſmigrare, muniaque ibidem exercere, præter ſupra relata, vetera etiam nos ejuſdem Eccleſiæ edocuerunt monumenta, quæ adhuc in tabulario extant, quorum unum refert Ro-

A bertum Epiſcopum, ſacros ordines Bertinorii habuiſſe die 18. Decembris anno 1367. in eccleſia S. Catharinæ, cum propria careret Cathedrali: *Cum*, inquit, *in egeſtate poſiti non valeamus exercere, nec pro nobis, nec pro canonicis noſtris habeamus propriam manſionem in Bertinorio, nec aliquam Eccleſiam, ereximus in Cathedralem, &c.* Alterum etiam eodem anno datum ad favorem Meldulæ Archipreſbyteri hiſce verbis dicta confirmat. *Nos fr. Robertus, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus olim Foripopilii, ſed propter ſedis Epiſcopalis tranſlationem perſonaliter Epiſcopus Bertinorii, &c.* Ad quod reſpiciens Volaterranus ita ſcriptum reliquit in comment. Urbanis lib. 4. cap. 39. geograph. *Forum Triventinorum a Plinio appellatur, nunc Bertinorium, interque Pontificis civitates, quas Fridericus Aenobarbus accepit, in pacis fœdere Alexandro III. redditum fuit. Huc Præſul Foripopilienſis poſt ruinam ejus loci ſe recepit, unuſque nunc utrique Eccleſiæ præeſt.*

Præſul, qui Bertinorii poſt Fori ruinam ſe recepit, B Robertus fuit, ille idem, qui ad eam dignitatem aſcendit an. 1350. & Fori excidium propriis uſurpavit oculis 1360. tædioque inde, ſummaque egeſtate oppreſſus Eccleſiæ ſuæ nuncium remiſit 1364. cui immediate datus eſt ſucceſſor eodem anno Nonis Novembris ab Urbano V. Robertus alter Reſinella Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ut in regeſtis Vaticanis habetur, quibus Foripopilienſis Præſul appellatur; & non ſemel deinceps Roberti ſucceſſores in iiſdem nuncupatos legimus, frequentius tamen Bertinorii; ſic in Conciliis uſurpatum obſervo, ut in Lateranenſi Angelus Popilienſis, in Tridentino Ægidius Bertinorii Epiſcopi ſe ſubſcribunt. Hinc lector colligere facile poterit, qua levitate aliqui ſe opinionibus futilibus de hac re imbui ſinant, & de tranſlata Bertinorium ſede Epiſcopali ob trucidatum a civibus Epiſcopum, quas ex ineptis vulgi ſermonibus hauſere, quibus longe a veritate abhorrentia ſcriptis mandare non vereantur. Porro hujus Eccleſiæ primævæ originis, ejuſdemque Præſulum C ſeriem aggreſſuri illius diſcutiendæ veritatis, rerumque, quas modo indicavimus, amico noſtro Matthæo Vecchiazzano viro erudito libenter relinquimus, cui ampliſſima ſe explicabit occaſio in patriæ, quam modo molitur, hiſtoria. Fugit hominum memoriam, quis primus evangelii facem Foripopilii intulerit, quive primus Epiſcopus extiterit. In dubium tamen revocari non poteſt tranſmiſſum in Togatam Galliam ab Apoſtolorum Principe D. Apollinarem, Ravennæ defixa Metropolitana ſede, in finitimas civitates, populoſve ad jacenda divini verbi myſteria excurriſſe, plureſque ab idolorum ſervitute ad Chriſtum traduxiſſe, iiſq; regendis aliquem è ſuis diſcipulis adminiſtris, ut primitivæ Eccleſiæ ferebant mores, præfeciſſe. Inter eas civitates lumine evangelico colluſtratas Forum hoc Popilianum celebratur a patrum traditione: iis temporibus ob civiũ frequentiam inter quatuor Italiæ Fora primarium, &, ubi Gentilium Flamen verſabatur, ibi ab Apollinari Epiſcopum ordinatum eſſe, qui propagandæ D religionis Chriſtique fidelibus ſacris inſtituendis operam navaret, quamquam ejus poſtea, ſucceſſorũque nomen ad S. Sylveſtri uſque tempora ſilentio obrutum fuerit. Ille enim noſtræ ſalutis anno 330. Ruphillum virum ſanctitate conſpicuum, hujus Fori conſtituit Epiſcopum, dum pace a Conſtantino Imperatore Eccleſiæ reſtituta, plures Epiſcopos nobilioribus civitatibus impoſuit, vel reſtituit, quorum tamen aliquorum memoriam ſequentium temporum delevit oblivio. Nobilis olim hujus Eccleſiæ diœceſis fuit, loca, & oppida continens univerſa, quæ a Foro jura, imperiaque accipiebant. Mos enim priſcis illis Chriſtianæ ſalutis primordiis inoluit, ut novo Epiſcopo is omnis terrarum tractus pro diœceſi attribueretur, in quem civitas, Romani Imperii auctoritate, civile jus exerceret. Hæc quippe probabilis omnino conjectura eſt ad priſcos Epiſcopatuum limites circumſcribendos, diœceſis fines delineandos, ſacramve cujuſque Eccleſiæ in

cir-

Digitized by Google

circumfuſos populos eccleſiaſtici juris dicundi auctoritatem ſpectare. Nec unquam laudabilem conſuetudinem paſſi ſunt violari Romani Pontifices, niſi ad novos alios Epiſcopatus excitandos, vel ad nobiliora cœnobia, locave ab Ordinarii imperio eximenda, ut in hac diœceſi eveniſſe narratur, cum D. Ruphilli, divique Hilarii Galeratenſis nobiles Abbatiæ cum oppidis, juribuſque ſuis ab ea diſiunctæ fuere. Nec tamen exiguum locorum, oppidorumque numerum hucuſque continet, quorum præcipua in eccleſiaſtica ditione recenſentur, Clodovanum, Polenta, gentis Polentanæ Ravennæ quondam principum origine clarum, Collinella, Laccolta, Valdinacium, Aquilanum, Bagnolum, Squanzarolum, Caſtrum novum, Mons Epiſcopi, & Caſeculum; in Magni Ducis vero Hetruriæ dominio, Rocca S. Caſſiani, Ponticum, Præmilcorium caſtrum de Alpe, Mons vetulus, Rovadola, & Mons altus. Epiſcopus Cathedralem Eccleſiam habet in Bertinorio D. Catharinæ tutelæ commendatam, quæ vetuſtæ jam olim exciſæ Foro popilienſis Cathedralis nomen retinet, & dignitatem: recentiore, & eleganti ſtructura condita eſt, pia Epiſcoporum, & Bertinorien. civium munificentia. Tribus dignitatibus, Præpoſitura, Archidiaconatu, & Archipresbyteratu inſignitur: duodecim enumerat canonicos, manſionarios quatuor, alioſque minoris ordinis clericos, qui divina officia pro dignitate perſolvunt. Magnifico cultu adornata ſplendet, & D. Columbæ capitis lipſana pretioſiſſimi theſauri loco aſſervat. Continentur in ea civitate parochiales eccleſiæ tres, religioſorum cœnobia quatuor, unum ſacrarum Deo Virginum, ſodalitates ſex, xenodochium, & mons pietatis. Eminet Bertinorium in colle excelſo ad viæ Aemiliæ ſiniſtram, a Foropopilii milliario, & dimidio diſtans, ſaluberrimi aeris, ſi arcem, ſeu Epiſcopi palatium demas, ſolique uberrimi, atque feraciſſimi. Hoc tempore eccleſiaſticæ ditionis ingenti civium expolitiſſimorum urbanitate numero refertum eſt, unde plures laudibus omnibus viri cumulatiſſimi prodierunt. Urbem hanc poſt pacem cum Pontifice factam, Frideric. Aeneobarbus, rogatu Alexandri III. Eccleſiæ reſtituit. Inde in Forolivienſium venit ditionem, poſt Malateſtarum, cujus gentis ultimus Novellus Eccleſiæ Romanæ reddidit. Donavit tandem Cæſari Borgiæ cum multis aliis Alexander VI. Pontifex Maximus. Poſt ejus exceſſum factionibus Saxeorum, & Zatulorum pene diſcerptum, tandem in poteſtatem Rangonum, Zampeſcorum, Comitumque Carpenſium eſſe cœpit, deinde ad Romanæ Eccleſiæ imperium rediit. Bertinorii meminit Plinius, Procopius, Blondus, Aleander, Leonardus Aretinus, Dandinus commentar. ad Dan. in purgator. can. 14. Solent ibi Epiſcopi reſidere, ubi & ædes magnificas in editiſſimo loco habent, injuriis tamen ventorum expoſitas. Habet etiam Epiſcopus in Popilienſi Foro domum non procul a majori Eccleſia, quæ a foraneo Epiſcopi Vicario incolitur; Eccleſia vero hæc D. Apoſtolorum Principi Petro ſacra pro majori Foropopiliani templo, proque vetuſtæ exciſæ Cathedralis veneratur a Fori civibus. Recuperat ſenſim, poſt tot calamitates, Popilianum Forum antiquum decus, & ſplendorem, cui nec parum ornamenti eleganti cultu ejuſdem templi opus productum affert, pluresque Eccleſias, piaque loca a Popilianis civibus magnificentius ædificata. Conſpicias ibi academiam Inflammatorum a Joanne Rubia Epiſcopo excitatam, Montem pietatis, ſecularium ſocietates, virorum cœnobia aliqua, monialium nobile monaſterium, quo nobiliſſimus hujus provinciæ virgineus flos affluit, ut ſub D. Auguſtini diſciplina pietate excolatur; ſuſpexeris celeberrimam D. Ruphilli nomini ſacram Abbatiam, quæ hodie ab Epiſcopi auctoritate ſubducta, Urbis Vaticanæ baſilicæ Canonicis attributa eſt. Duæ in ea Urbe numerantur parochiæ, S. Ruphilli una, quæ ad noningentos fideles ſacra alit communione, altera S. Petri ſeptingentorum numero oppleta fidelium. Pollent induſtria, & ingenio Popiliani cives variis artibus cultiſſimi, nec a majorum gloria deceſſerunt unquam, Romanæque Eccleſiæ ita ſtudioſi, ut inde facile colligas, a Romanis eorum primos progenitores fuiſſe. Genuit Forum hoc Antonellum Armutium, qui per gradus munerum militarium ad præfecturam pervenit equitatus Pontificii, acceptis præmiorum loco D. Mauri, & Talanellorum oppidis, & Brunorum Zampeſcum hujus Fori, & S. Mauri dominum pro Republica Veneta in Albania præfectum, & alios, quos commemorare longum eſſet. Cæterum Popilienſis, Bertinoriique Epiſcopus a primæva ſua inſtitutione Ravennatis Archiepiſcopi ſuffraganeus eſt, mille & ducentorum nummorum redditu annuo potitur, & Apoſtolicæ Cameræ florenos quinquaginta pendere jubetur. Harum Eccleſiarum Præſulum modo ſeriem dabimus, quam nobis antiqua Popilienſis Eccleſiæ, diverſaque aliunde conquiſita monumenta ſubminiſtrarunt.

I. 1. S. RUPHILLUS genere Græcus, ut produnt monumenta vetuſta, Athenis urbe ſapientiæ, ac doctrinæ alumna oriundus, literis expolitus anno circiter 330. a S. Sylveſtro Papa Fori Popilii Epiſcopus ordinatus. Fanum Iſidis omnium nobiliſſimum in templum B. Virginis Annunciatæ nomini ſacrum, commiſſumque B. Petri Apoſtolorum Principis patrocinio, expurgatis veteris idololatriæ ſordibus commutavit. Interſuit Ariminenſi conciliabulo, ac Nicœnum Concilium cum Gaudentio Arimini Epiſcopo, aliiſque clariſſimæ ſanctitatis Præſulibus propugnavit, & poſt innumeros pro ſua eccleſia labores anno 383. die 5. Julii cœlo animam felicem meritis, atque in defendenda religione partis trophæis onuſtam transfudit. Sacræ corporis exuviæ in Eccleſia, quæ ipſius nomine ſuperbit, reconditæ, deinde Forum Livium translatæ, ibidem in S. Jacobi templo requieſcunt. Templum, Abbatiaque ejus nomini conſecrata celebris ſatis olim habita eſt in loco, ubi pervetuſtum Fanum Herculis nomini dicatum fuerat, quod poſtea ad cultum divinum traductum eſt, ac D. Ruphilli nomen tulit; quod una cum civitate exciſa, ut diximus, obrutum eſt, ut nulla ejus veſtigia, quam certa rudera ſuperfuerint, quæ hactenus in publica foſſa, qua parte meridiem ſpectat, viſuntur; diſtinctum enim variis coloribus pavimentum opere vermiculato laboratum cernitur, atque ibi marmor hiſce literis inciſum repertum eſt.

HÆC EST ECCLESIA S. RUPHILLI CONFESSORIS, ET EPISCOPI.

De Ruphillo Petrus in Catal. lib. 6. cap. 114. & in vita S. Mercurialis Epiſc. Livien. cujus ſynchronus fuit. Illius laudes multis poſt ſeculis a D. Petro Damiano ſubjecto ſermone, eidem ſancto adſcripto, ad populum recurrente anno illius feſto die habito, celebratæ, quæ cum inter ejus opera ab Abbate D. Conſtantino Cajetano de Eccleſiaſtica hiſt. benemerito, viro eruditiſſimo, in lucem edita non reperiatur, ad non obruenda Ruphilli pulcherrima encomia, populique illius ſtudioſi ſatiandam pietatem, hic ſubjiciendam exiſtimavimus, ex pia liberalitate Andreæ Vecchiazzani.

B. Ruphilli Popilienſis Epiſcopi geſta a B. Petro Damiano conſcripta.

Sanctorum celebritas maxime Provincialium valde ſumma cum devotione eſt recolenda, circiter ab omnibus, non enim illis noſtra præconia æternæ gloriæ decorem condonant, ſed nobis emolumentum cœleſtis patriæ accumulant. Quiſquis autem propenſius, accuratiuſque eiſdem intereſſe feſtinat, hujus beneficia pro exhibitis, ut poſtulat, obſequiis conſequitur, veluti ea, quæ in re geſtant; applauſus, aut oſtentationes humani favoris Deus non reſpicit, ſed ad puri intentionem cordis tacita conſcientia pietatis aures inflectit. Omnium vero cōditor de ſuprema proſpicit ineffabiliter arce, uniuſcujuſque ad quid prolata ſit actio, & uniuſcujuſque metitur ad mentis oculos præmia mira diſpenſatione.

Nonnulli ad hanc B. Ruphilli conveniunt feſtivita-

tem.

tem, varia ſtudii affectione humani ebtuius, qua interſint, latet, intentione, ſed provida liquet conditoris oſtenſione. Eorum præcipue Deus actus attendit, qui mitis, contritoque corde beſtias offerunt, atque eos deſpicit, qui quaſi ex alte, ſuperboque ſupercilio favore laudis protenſa dextera munera porrigunt, de quibus David ait: Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Currimus ergo, ut alta gratuita pietate, Deus a nobis repellat, & humilia ſibi, non mundo placentia ſui ſancti confeſſoris Ruphilli interceſſione, cujus hodie feſta celebramus, tribuit. Quatenus & præſentis vitæ malis careamus, & æterna beatitudinis conſequi æterna præmia in æternum valeamus.

Celebremus itaque præclarum B. Ruphilli nomen, quod Græca eſt illi lingua impoſitum, & ad noſtri ſermonis Latini transferamus uſum; nam Rho in Græco alphabeto decimum nonum locum obtinet, & in ejuſdem Græca ſupputatione centeſimum continet numerum. Ruphillus itaque eodem, quo prædiximus, ordine e Græca ethymologia in noſtro derivatur ſermone, quia Philis, amor dicitur Latine, unde nobis videtur, quod Ruphillus reſolvatur centeſimus amator. Jure enim centeſimi amoris fructus habuit, ſicut Veritas dicit in Evangelio: Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum. Centeſimum amavit ſacratiſſimus Ruphillus Chriſti confeſſor fructum, quia prædicatione aſſidua centeſimam ovem perditam Chriſti humeris reportatam, ſtuduit per amœna virentia, ad æternitatis revocare patriam. Tunc enim humeris Chriſtus ovem geſtavit, quando per ejus delictum incarnatus tandem in cruce mortificans totius delictum populi patibulo ſuſpenſus damnavit. Centeſima quippe ovis propago eſt humani generis, quam conditor ad alendam ſacris doctoribus Apoſtolis tradidit, ut Angelicus imminutus numerus ejuſdem centeſimæ ovis propagine reformaretur. Per Apoſtolicam igitur traditionem inſtituitur, & per Præſulum dogmata Eccleſiæ doctrina ovis centeſima amore ſupernæ patriæ terrena deſpiceret, cœleſtia caperet, de quorum namque ſacratiſſimus Chriſti confeſſor Ruphillus collegio Popilienſi populi inſtitutor ejuſdem Eccleſiam gubernavit Spiritus S. dono . . . .

Denique divino nutu B. Confeſſor ad ſacerdotii faſtigium ordinatus non ceſſavit, quod verbis docebat, piis implere operibus, recolens Apoſt. Pauli ſuaviſſimum eloquium: Ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. Ideo B. Ruphillus ne ab auditoribus videretur reprobus, cœpit verbis, quod docebat, explere ad populi eruditionem operibus, cujus charitatis ardor quantus ſit poteſt agnoſci, dum ſe jugiter affligeret, non ſuam, ſed ſubjectæ plebi jugiter imploret veniam, carnem ſuam ſedulo affligebat, ut divinis præceptis ſubjectorum ſignaret animas, illud Apoſtoli conferens cum dicebat: Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. Re vera Chriſti confeſſor Ruphillus corpus caſtigavit, dum carnis illecebras diuturna inedia domuit, quia bene noverat, niſi in ſe evulſi peccatorum eſſent tribuli per longam abſtinentiam, inſeri, plantarique nequaquam valerent ſacra ſpiritualium donorum germina. Unde Dominus ad Hieremiam, dum ad Iſraeliticam eum conterendam verſutiam mitteret: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & ædifices, & plantes. Prius dixit evellere, & diſperdere, & poſtmodum ædificare, & plantare. Sic ſic namque Chriſti confeſſor peccatorum tribulos evulſit, & ſacra ſpiritualium germina ædificavit, pravas a fidelium cordibus cogitationes diſperſit, benignas, Deoque placidas conſcientias plantavit. Hoc enim etiam ſtuduit S. confeſſor, ut cum vitia evulſit, mortis ſentes deſtruxit, cordibus nebulas diſperſit, virtutes, evulſis vitiis, ædificavit, digna omnium conditori opera plantavit, & quatenus ne clandeſtinus inſidiator zizania insereret, clypeo ſpirituali Eccleſiam divina munivit protectione.

Agebat itaque Ruphillus veridicus Chriſti confeſſor ita in ſubjectos, ut magis longe, lateque cernerent, quam inventum prolata ſine fructus verba rudibus perciperent. Igitur dum ſacras Chriſti hoſtias offerebat, hoc populis prædicabat: Diligite inimicos veſtros, ſi vos hæc feceritis, vere filii Dei eritis, ſi vero, quod abſit, aliter

A feceritis, cujus filii niſi diaboli eritis; quia ſcriptum eſt, cujus opera agit homo, ejus filius appellatur, qui autem inimicum propter Deum non diligit, in regno Dei a gaudio paradiſi alienus eſſet, quia Chriſtus pendens in cruce, in tantum inimicos dilexit, ut etiam iis, qui a pravitate noluerint converti, beneficia pro exhibitis tribueret gratanter contumeliis, ſicut beato Paulo, aliiſque ex Iſraelitico poſt converſionem populo æternitatem lætitiæ largitus eſt, in æterno Regno.

Benefacite his, qui oderunt vos, orate pro perſequentibus, & calumniantibus; hoc namque Chriſtus patibulo crucis infixus, dum dixit: Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt. Si Chriſtus, chariſſimi fratres, pro ſe interficientibus hoc fecit, quid nos agere debemus cum proximis, qui nos aut verbis laceſſunt, aut damna ferunt, aut ſi non prævalent, facere conantur, utique cordis, puraque conſcientia illis debemus ignoſcere, ut ſecum poſſimus dicere: Dimitte nobis debita noſtra, &c. Audite quid Veritas iterum dicit. Si non dimiſeritis
B hominibus peccata eorum, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra, & alibi. Dimittite, & dimittetur vobis. Itaque dilectiſſimi, & in Chriſto chariſſimi, intimo amore cordis dimittite peccantibus in vobis, ut ad tribunal æterni Judicis, aliis operibus adhibitis, ſecuri pervenire poſſitis.

Præterea dum legeretur propheta Iſaias noſter evãgeliſta, ubi continebatur lectio; Lavamini, & mundi eſtote, auferte malum &c., continuo beatus Pontifex Ruphillus extenſa manu indicens ſilentium, hujuſmodi ſermonem fecit ad populum.

Advertite, dilectiſſimi fratres, quod propheta imperat facere. Lavamini, mundi eſtote „ Nihil lavare alicui prodeſt, ſi mundus non eſt. Multi denique ſe lavant, ſed munditia in eis non eſt ulla, non eſt utique, non eſt pura aqua, ad perfectam munditiem lavandam, quia aqua exteriores abluit ſordes, dum vitia in cordis occulto nutriuntur interioris: corpus enim aqua abluitur, cor vitiis in mentibus inquinatur. Idcirco ad veram
C munditiam ſolummodo non ſufficit aqua, quod bene propheta innuens, dicebat lavamini; deinde addiicit, mundi eſtote; vere namque ſe lavat, qui tacita, vel operta conſcientia præterita peccata deplorat, cor ad mundi gaudia non elevat, atque ad lamenta pro commiſſis facinoribus ſe inclinat, ac pœnitentiæ fructum nunquam in poſterum in præteritis peccatis commaculat. Hic veraciter ſe lavat, & mundat, qui talibus ſe ſe cuſtodibus jugiter vigilantibus circundat.

Audite, fratres, & reliqua prophetæ verba: Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Si malas dixit cogitationes auferre, ergo malum facere non oportet. Igitur ſi pro cogitationibus pœna datur, pro malo perpetrato quid tribuetur? certe fratres in extremo examine, omnia pendent in ſtatera juſtitiæ, actus, & cogitationes boni, malique ſermonis. Quapropter chariſſimi induite armaturam fidei, ait Paulus, ſcitis ignitas a vobis repellere cogitationes, ſuggeſtiones hoſtis verſuti, quatenus ſceleribus, & ſordibus abluti mundi ante oculos divini arbitrii inveniamini, ut etiam nobis
D pro noſtra exhortatione ſalutis mandet præmium, & vobis perfectum gaudium.

Venerabilis Chriſti confeſſor Ruphillus, & Pontifex egregius non ceſſabat divinis ſatiare populum dapibus, illud ſemper revolvens, quod B. præceperat Paulus; prædica verbum opportune, importune. Non ſolum autem in eo doctrina verbi inerat, ſed & mira ſermonis pollebat facundia. Caſtitas quoque titillationibus carnis expulſis divinitus adjutus rutilabat; in illo admirabilis benignitas; ita ſedule in eo charitas radiabat, ut omnes fideles ad eum confluere gauderent, & qui exteri erant. Humilitas vero pro clypeo ſuis obſiſtentibus ita in eo florebat, ut ad ipſius beatitudinem occurrere cuncti non deſiſterent per longa terrarum ſpatia. Quid plura? ſic omnes virtutes dono Spiritus ſancti in ſe cumulaverat, ut nihil adverſum obſiſteret contra præcepta divina; ita ſe cunctis exhibuit miſericordem, ut omnes eum chariſſimum excolerent patrem. Pius erat B. Ruphillus Pontifex, ſenibus benignus, infantibus omnibus patientiſſimus, infirmis ſolatium, pauperibus gazophylacium, viduis ſubſidium, orphanis præſidium,

captivis remedium, naufragis erat ſuffragium, peccantes ita leniter, ac ſi ſimiles ſibi viderentur, arguebat, ut nihil oneris ſuſtinerent ab eo impoſita pœnitentia; atque talem ſe cum peccatoribus exhibebat, ac ſi ipſe perpetrata facinora defleret, illud ſemper retinens, quod Paulus Corinthiis dixerat: Quis infirmatur, & ego non infirmor. Quis ſcandalizatur, & ego non uror.

Talibus, ut diximus, gemmis decoratus veridicum evangelii expectabat promiſſum. Venite benedicti. Humanus non valet ſenſus ad memoriam reducere, quæ beatus Domini confeſſor Ruphillus mirabiliter peregit temporibus ſua ſacratiſſima vita. Dum enim antiqui ſerpentis, ac verſuti, & callidi diaboli inſidias amovere curabat, corporaliter oſtendit ipſum peſtiferum ſerpentem populis, quibus præerat, & aliis plurimis.

In ſpatio, quod pervium eſt euntibus a Popilienſi ad Livienſe oppidum draco inſederat magnus, qui ſolo flatu ſœtidi... morbidabat cunctos, quod facere a conſtitutione protoplaſti animabus non ceſſavit, ſic corporibus juges inferre languores, & neces non ſe ſubtraxit. Contigit autem Dei miſericordia, ut quod ex inviſibili dracone Chriſti confeſſor Ruphillus prædixit, hoc cunctis cernentibus manifeſte exhibuit: dum eundem draconem corporaliter oſtendit. Jam quanta in eo virtus contra ſpirituales nequitias, evidentiſſimis claruit indiciis, dum immanis draconis morbo vexatum vir ſanctus talibus alloquitur populum.

Animadvertite in Domino, chariſſimi fratres, quia, ſecundum Apoſtolum, non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, igitur contra ſpirituales, & aereas pugnas, oportet, dilectiſſimi fratres inviſibilia, cœleſtiaque capeſſere arma, quatenus contra inviſibilem pugnetur inviſibiliter. Hinc nos cum Jona cœleſte petamus auxilium, & ejus juvamine viſibilis, inviſibiliſque evadamus draconis necem. Confido in Domino, quia his adminiculis corporibus, animabuſque erimus ſalvati. Ad hoc peragenda noſtro confratri Mercuriali mittamus monita, ut committitur Domini poſtulata venia. De hoſte ſumamus victoriam, quatenus fidelis ſentiat populus, quantum apud Deum valeat communis oratio.

In terra, ſicut S. Chriſti confeſſor prædixerat, venerabili Mercuriali ſuo Livienſi direxit mandata talia. Quamquam exiguo ſequeſtremur terrarum ſpatio, fraternitatis uno inexplicabili connectamur vinculo, ita tamen, ut quam alter patitur, utrique fiat unita compaſſio. Ex inſtanti præſertim omnique ſerio negotio ad Deum propenſius, ab utriſque ſubjecto cum populo dirigatur oratio, quatenus clades, exitialiſque morbus cōmuni petitione pellatur longius; triduano pariter peracto jejunio, protecti ſalutis ſpiritualis clypeo ſerpentis draconiſque magni properemus auxilium. His egregius antiſtes Mercurialis præcognitis preces, lamentaque mente ſupplici longius ad Dominum miſit cum lachrymis; & ut erat ex belli præcinctu ſollicitus, ante confert Ruphilli adventum conſtanter projecto cum populo ante tulit greſſum, jam jamque certaminis aderat tempus, draconiſque aperuerat locum, cum Ruphillus advenerat ſanctus, licet quia pervenerat S. D. confeſſor Mercurialis, hac re modicum Ruphillum contriſtaret. Beati invicem multo mutuo cum honore ſeſe oſculati ad draconis ſcrobem, utriſque diu flentibus, & neceſſariis populis poſtulantibus acceſſerunt. Tunc beatiſſimi viri ſtolis ſuis guttur cinxere draconis, cunctis, qui aderant mirantibus: de latibulo amoverunt, cum pariter extrahentes: quodam reperto puteo includentes ſuper ipſum memoriale impoſuerunt gaudentes, conceſſoque ex hoſte triumpho tripudiantes ad propria cum ſalute plebis remeantis in Chriſto gratulati ſunt omnes, quia & hoſtis, ingenteſque draconis extinxere nequitias, & populum eruerunt a plaga.

Ex eo itaque tempore B. Ruphillus Pater, & Antiſtes imminere prædicabat diem egreſſionis ſuæ, quia poſt patefacta (o chariſſimi filii dicebat) antiqui ſerpentis machinamenta, oportet me ingredi univerſa terra anguſtiſſimam viam. Memoriale meæ parvitatis exigo, tale. s. colloquium.

Mutuus vos conſtringat charitatis amor, nec veſtrū aliquem hoſtis ſubrepat clandeſtinus, dicente Domino: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo; mox adjicit, & proximum ſicut te ipſum. Qui ſicut ſe ipſum, fratres, proximum diligit, nulla ejus mandati opportuna curatio erit, quia quod quiſque proximum diligens impendit, ſibi impendit. Cavete contentiones, cavete lites, diligite pacem, ſectamini charitatem, ut his decorati ornamentis ſecuri veniatis ante ſummi præſentiam Judicis.

His, & aliis inſtructi colloquiis ſpiritualibus refecti cibis, qui aderant de tam præſtantis Patris exitu flentibus cunctis omnes circumſignans ſignaculo crucis cunctos ad oſculum invitavit. Poſtmodum vitalem cœlo lætus, & ovans ſpiritum reddidit Creatori. Cujus corpus pii populi aromatibus condientes, linteaminibus ſacerdotalibus induentes, digne tradidere hymnodalia melodia ſepulturæ, ubi ad laudem Dei multa exuberant beneficia jugiter apud fideles. Tuum igitur depoſcimus Chriſti beate confeſſor, & Pontifex Ruphille ſuffragiū, ut noſtræ conditionis, & ſalutis memor emolumentum apud tremendum Judicem omnium, quatenus obtentu tuæ protectionis eſſe compotes valeamus æterni gaudii, & in ultimo tremendo examine una tecum præſentemur æterno coram arbitro fruituri.

Obiit hic B. Chriſti confeſſor 12. Kalendas Auguſti anno ſalutis 382. cum quo præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto æternum capiamus regnum per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

2. GRATUS Ruphillo in gerenda dignitate ſucceſſit, cujus nulla ad nos, quam ex m. s. tabulario, in quo ex hac vita exemptum traditur an. 434. memoria defluxit. II.

3. SABINUS ann. 494. hujus Eccleſiæ gubernacula ſuſcepit. Hic ille Epiſcopus eſt a, qui, cum morbo regio laboraret, de hac re Gelaſium I. Pontificem certiorem fecit, ut ſibi liceret infirmitatis gratia Epiſcopatum dimittere; cumque a Pontificiis delegatis, erant illi Fortunatus, & Ruſticus Epiſcopi, qui ea de re inquirebant, in eis anguſtiis ſe videret, ut ad vitam privatam jam ſe redacturus eſſet, ab illis provocavit. Sed ii demandata ſibi provincia implenda non deſtitere, atque diebus triginta Sabinum vario ciborum genere, ut pari modo phyſico reſponderent vicem, & cauſæ dignitati reſponderunt, aluerunt. Inter ea ſubducto ex humanis Gelaſio injuncti ipſis muneris tempus effluxit, de quo decretales quæſt. 2. agunt. III.

a Gratianus rem totam enarrat Decret. 2. p. c. 7. q. 2. c. 2.

4. AZELLUS ſub Symmacho Papa interſuit Romano Concilio anno 500. IV.

5. FORTUNATUS exceſſit anno 600. V.

6. MAILOCUS anno 622. ita in tabulis hujus Eccleſiæ, quem referunt defunctum an. 648. VI.

7. STEPHANUS ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus fuit an. 649. interſuitque provinciali concilio Ravennati, ut infra Rub. lib. 4. Ravenn. hiſt. Eo vivente Præſule Forum anno 679. ſabbatho ſancto die, omni populo prope deleto, qui ibi divinis intererat, Grimoaldus Rex Longobardorum cepit, exciditque, ut Paulus Diac. narrat lib. 5. c. 10. VII.

8. MAGNUS eadem inſignitus dignitate ſub Agathone Papa Romano Concilio ſubſcripſit an. 679 a. numeratus inter Ravennates ſuffraganeos. Fallitur autem Antonius Maria Spelta in Papienſi hiſtoria, cum hunc Magnum Papienſem Epiſcopum facit, nomine Popilionenſis deceptus, quod illi facile fuit in Papienſem convertere, huncque Magnum cum illo altero confundere, qui Papienſis Præſul deceſſit anno 668. cui Anaſtaſius ſucceſſit, qui & ipſe huic generali Concilio interfuit. VIII

a 680.

9 ANSAUCUS ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, atque Abbas S. Hilarii Galeatæ ex Ordine S. Benedicti floruit. Hic Stephanum II. Papam in eadem Abbatia excepit hoſpitio anno 753. a quo privilegium recepit. Rubeus in hiſt. privilegium affert, ubi hic Epiſcopus reperitur nominatus. (" *Anno 757. Paulus Pontifex Max. confirmavit Anſauco Abbatiam S. Hilarii, ut ex diplomate.* Vecchiazzanus.) IX.

10 ANFRISUS temporibus Caroli Magni vixit ann. 774. de eo Sigonius de Regno Italiæ. X.

11. AGILULFUS Anfriſi ſucceſſor habetur XI.

betur in tabulis ejuſdem Eccleſiæ.

XII. 12 JOANNES hujus nominis primus eadem fulſit dignitate. Interfuit concilio Ravennæ celebrato anno 898 (1). Subſcripſit donationi factæ ab Archiepiſcopo Ravennæ Canonicis Regularibus S. Mariæ in Palatiolo apud eundem Rubeum lib. 5.

XIII. 13 ARNALDUS Concilio Ravennati reperitur aſſediſſe Othone Imperatore præſente an. 954. In donatione ejuſdem Imperatoris anno 962. & Ferrariæ an. 972. nec abſuit Conventui Marzaliæ an. 980. ut refert Hieronymus Brianus hiſtor. Val. lib. 7. cap. 1. & Rubeus lib. 5.

XIV. 14 GUIMIGISUS, ſeu Guinigiſius an. 980. hanc regebat Eccleſiam, quo anno Benedictus Papa VII. quod ſequitur, diploma ad favorem Abbatiæ S. Ruphilli liberaliter conceſſit. Originale extat in Archivio ejuſdem Cœnobii a.

a Hoc diploma refertur etiam à Vecchiazzano, ſed plurimum variat ab hoc Ughelliano.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Anno, Deo propitio, Pontificatus D. Benedicti ſummi Pontificis, & univerſalis PP. in Apoſtolica B. Petri Apoſtoli Domini ſede anno V. Regnante ſicque imperante D. Othone a Deo coronato pacifico magno Imperatore, in Italia vero anno XIII. die 22. Auguſti Indict. 8. civitate Ravennæ. Caſum generis humani conſiderantes, æternarum ſupplicia flammarum metuentes, decrevimus æternas Domino deferre oblationes, & perpetualiter metuimus mulctari ſuppliciis. Ideo ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, imo cum conſenſu, & auctoritate Cardinalium S. R. E. concedo, ſuppliciter offero ſanctæ, & intemeratæ Eccleſiæ B. Ruphilli Pontificis, & Confeſſoris Chriſti, ſitæ extra murum Popilien. do, & concedo, & transfero, & perpetualiter tranſacto perſonaliter alienationis jura, & dominium D. Leoni humili Abbati, & per eum monaſterio S. Ruphilli in perpetuum, & quod habetur, & poſſidetur, & a meis majoribus detineri videtur . . . . Capellam S. Athanaſii, ſex integros fundos, fundum Monendomum, fundum S. Athanaſii, Lamam, Monſignanum, Lamagnam, Bratulam, & fundum circumdatum a quatuor viis, id eſt Spinaria, & Pizacie, & Caſalbronorum Caſaniſta, & petra Ficta Gibanelli, cum campis, vineis, & terris, arbuſtis, arboribus, & conſtituo, &c. . . . . repono in territorio Corniolen. & plebem S. Apollinaris, & S. Proſperi, ita ut in prædictis monaſterio, & omnibus rebus a me traditis ſub defenſione, & regimine S. Romanæ Eccleſiæ conſtituo. Deprecor, & hunc pſalmum, Deus in adjutorium meum intende, & Kyrie eleiſon ter repetis pro me de cætero canatis. Pontifices autem ipſi aliud ſuper te, tuoſque ſucceſſores, donationis, ſive tributi aliquo modo indicere debeant, niſi hoc quod a nobis in iſta chartula fuerunt deſignata, ſi quis autem contra, &c. Quam vero chartulam juvante Dei nutu ex genere Conſulis Taber. hujus civitatis Ravennæ ſubſcribendam rogavimus, ſubſcriptam manibus meis propriis . . . Ut qui a nobis obtulit roborandam noſtrorumque præſentia, etiam tibi quoque ſupra contradidi ſub die, menſe, & indictione 8. civitatis Ravennæ.

Ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. ſſ.

Ego Marcus presb. & Card. S. Stephani ſſ.

D *Ego Joannes presb. & Card. S. Crucis in Hieruſ. ſſ.*

Ego Leo presb. & Card. Ss. Joannis, & Pauli ſſ.

Ego Julianus Subdiac. & Cancell. paginam donationis, & tranſactionis ſubſcr.

Otho III. Imperator Guimigio Præſule an. 995. eandem Abbatiam ſequenti privilegio exornavit.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

OTHO SERVUS POPULORUM, IMPERATOR ROMAN. *Noverit omnium S. Dei Eccleſiæ noſtrorum fidelium univerſitas, qualiter nos ad civitatem Fori Popilien. devenientes in monaſt. S. Confeſſoris Chriſti Ruphilli pernoctavimus, ibique audita monachorum multiformi oppreſſione, & miſeria, quam a majoribus illarum partium paſſi ſunt, illorumque velle pro Dei amore noſtraque animæ ſalute condeſcendentes, quia ita rogabant Monachi cum Abbate Leone, ſuiſque ſucceſſoribus, & monaſterium ipſum, cum omni-*

A *bus, & cunctis, quæ ſibi reſpiciunt, pertinentiis, ſive oblatis, & nominative fundum integrum, quem dicunt Violanum, cum ſuis appendiciis, & omnibus tam quæſitis, quam inquirendis, cum plebibus, & fundis, inter comitatum Popilienſem, Livienſem, & Vicodenſem ſitis in noſtrum mundiburdium, & tutelam recipimus; præcipientes, igitur jubentes ab hac hora amea, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, caſtaldio, ſcaldarius, Epiſcopus, vicedominus, præpoſitus, archipresbyter, ſive archidiaconus, atque nullus judex, vel publicus executor Imperii non magna, parvaque perſona præfatos fratres in aliquo ſine legali judicio audeat moleſtare, & inquietare, vel ab eis feudum exigere, & ea, quæ ibi ad altaria pro votis, & exequiis mortuorum, ſive aliquo alio modo offeruntur, nullo modo præſumant ſub aliqua occaſione, uſibus Monaſterii, vel fratrum alienare, vel ſibi uſurpare. Quod ſi quis violaverit, ſciat ſe in banno noſtro compoſiturum centum lib. auri medietatem cameræ noſtræ, & dimidiam prædicto monaſterio, & Monachis. Et ut hoc verius*
B *credatur, & diligentius obſervetur, hujus mundiburdii paginam conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri; Dat. Fori Popilii anno Imperii noſtri xi. die . . . Heribertus Cancell. ad vicem Petri Cumani Epiſcopi recognovit.*

15 TEUPERTUS Concilio Ravennati anno 997. Kal. Maii reperitur ſubſcriptus in Codice Vaticano, quem alii Gramigium vocant, illum cum Guinigio confundentes. XV.

16 HONESTUS, cui Gebeardus Ravennas Archiepiſcopus templum, Cœnobiumque D. Cypriani, quod in urbe Ravennæ erat in Regione palatii, quod Theodorici Regis vocatur, quæque ad illud ſpectarent, omnia conceſſit anno 1037. certa adjecta penſione, conditioneque, ut illud inſtauraret, nec quicquam inde alienaret, ut refert Rub. 5. Interfuit Concilio Romano ſub Nicolao II. an. 1059. celebrato, quod extat in Codice m. ſ. Vaticanæ Bibliothecæ. Gerondus Bertinorii comes anno 1062. Honeſto b Epiſcopo reliquit equum album. XVI

b Gualfonius dicitur à Vecchiazzano.

C 17 PETRUS I. hujus Eccleſiæ Præſul an. 1079. reperitur ſubſcriptus in quadam conceſſione, quam Haufridus Abbas S. Hilarii in Galeata Uberto Ravennæ Archiepiſcopo fecerat. Subſcripſit Concilio Vaſtallenſi anno 1106. pauloque poſt deſiit eſſe. XVII

18. SERGIUS Popilienſis Epiſcopus, Auſarici anteceſſor, Abbatiæ S. Ruphilli præcipuus benefactor memoratur in privilegio Alexandri III. de quo infra. XVIII

19 AUSARICUS Salonienſis vixit an. 1152. quo obtulit ſacræ Camaldulenſi Eremo templum, ac hoſpitale Ss. Jacobi, & Sigiſmundi de Collis apud Auguſt. in hiſt. Camald. lib. 2. c. 13. Quo Præſule Alexander III. an. 1162. omnia jura, & privilegia S. Ruphilli confirmat cum omnibus beneficiis vivorum, & mortuorum, quæ & quas bonæ memoriæ Guimigiſius, Honeſtus, Sergiuſque Popilienſis Eccleſiæ Epiſcopi ſibi, & monaſterio antedicto, pia, & provida liberalitate conceſſerunt. Tenor diplomatis eſt hujuſmodi. XIX.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

D *Dilecto filio abbati monaſterii S. Rufilli de Foro Pompilii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Quapropter, dilecte in Domino fili, tuis juſtis petitionibus annuentes, perſonas veſtras, & locum, in quo præſcriptum monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis ſub B. Petri, quæ ſpecialiter juris exiſtit, nullo alio mediante, ſub ipſius, & noſtra poteſtate ſuſcipimus, & maxime S. Petri in Cereto de Meldola, & S. Apollinaris in Collina, plebes cum omnibus capellis, & Eccleſiis illarum, tam ædificatis, quam ædificandis, terris, vineis, ſeu ædificiis, & cum omnibus eorum bonis tam præſentibus, quam futuris, & in ſpiritualibus, quam etiam in temporalibus, cum fide-

(1) Anno 861. interfuit Concilio Romano à Nicolao I. habito contra Joannem Archiepiſcopum Ravennatem, ut videre eſt in Actis ejuſdem Concilii ſupra in Ravennatibus, ubi etiam diximus ad eadem tempora referendam eſſe donationem factam cœnobio S. Mariæ in Palatiolo ab eodem fortaſſe Joanne.

delitatibus, inſtitutionibus, correctionibus, viſitationibus, decimis, primitiis, teſtamentis, ſepulturis, unctionibus infirmorum, commendationibus animarum, atque oblationibus vivorum, ac mortuorum, decimas de Maliano & de Salſa, & de Carpena, & de S. Martina in Strata, ſine diminutione aliqua, & ſine aliqua participatione per præfati monaſterii nuncium colligendas in perpetuum, parochiam, & parochianos, ac etiam ſepulturas in civitate, & burgis Popilien. & ejus pertinentiis commorantes, ac antea commoraturos, cum primitiis, teſtamentis, ſepulturis, offerſionibus, & cum omnibus aliis beneficiis vivorum, & mortuorum, quæ, & quas bonæ m. . . Giunigitius, Honeſtus, & Sergius quondam Populien. Eccleſiæ Epiſcopi tibi, & monaſterio antedicto pia, & provida liberalitate conceſſerunt, ſicuti in ſupraſcriptis inſtrumentis publicis exinde confectis continebatur, quæ quidem inſtrumenta ſupraſcripta vidimus, auſcultavimus, & approbavimus, de jure plenius continetur. Et nulli privatæ perſonæ Eccleſiaſt. vel ſeculari liceat ædificare oratorium, Eccleſiam, vel hoſpitale in parochiis ſupra ſcriptis, præter licentiam, & voluntatem Abbatis, & fratrum monaſterii memorati. Sepulturam quoque eidem monaſterio omnino liberam eſſe concedimus, & eorum corpora, qui illic ſepeliri deliberarunt, vel eorum, quæ per conſuetam parentelæ, aut cognationis ſepulturam ad cœmeterium præfati monaſterii pertinere noſcuntur, ſine licentia ipſorum Abbatis, & fratrum prælibati monaſterii nullus recipere præſumat, niſi forte adhuc vivens quilibet propoſitum religionis aſſumpſerit. Quod ſi quis auſu temer. rio recipere, vel ſepulturam tradere præſumpſerit, ſive clericus, ſive laicus, uſque ad condignam ſatisfactionem Eccleſiaſticæ vindictæ ſubjaceat. Inſuper res præfatas, & omnes alias Eccleſias, poſſeſſiones, & decimas dicto monaſterio conceſſas, antiquas, & de novo conceſſas, & quas prædeceſſores tui a quadraginta annis citra hucuſque poſſederunt, & nunc in præſenti poſſides, aut in futurum poſſidebis, tibi, & monaſterio tuo antedicto auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus autem, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contravenire; ſi quis vero hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. 3. Kal. Martii Pontif. noſtri an. V.

XX. 20 GREGORIUS Auſarico ſucceſſit, qui ſacræ Camaldulenſi Eremo dono dedit monaſterium S. M. de Uſano, ſacellum S. Benedicti, ſanctique Petri in campo Gallina, ac S. Mariæ de Lacu anno 1177. Conſule Camaldulenſem hiſt. lib. 2.

XXI. 21. LANTFRANDUS a Concilio Lateranenſi interfuit an. 1179.



XXII 22 GUELPHUS Belmontius de Belmontiis, Draconis filius, Ariminenſis, teſte Vecchiazzano, ob patris virtutem, ac claritudinem generis a clero poſt Lantfrandi mortem Epiſcopus Popilienſis electus anno 1203. In Cathedrali Ariminenſi præſens affuit, quando Henricus de Senogallia, ab Innocentio III. judex delegatus Ugolinum Priorem ob bona Archiepiſcopatus Ravennæ occupata anathe-

A mate percuſſit; idemque anno 1207. Gaudentium Caſtelli novi Prætorem, ob Bagniolum invaſum, multaſque cædes, ac rapinas perpetratas e fidelium conſortio depulit. Exceſſit ex humanis Guelphus anno circiter 1213. Protulit hic Epiſcopus in gentilitio ſcuto Leonem micantem auro, ſtantem in trium montium faſtigio, per cujus medium corpus tenia cærulea ducta viſebatur. Hujus meminit Rubeus libro ſexto. („ *Huic, & Abbati s. Laurentii Ceſenatem cauſam commiſit terminandam inter Monaſterium S. Mariæ Rotundæ Raven. & commune ejuſdem civitatis Innocentius III. an.* 1210. *Jul.* 7.)

23 UBERTELLUS ejuſdem civitatis Epiſcopus 1214. mire addictus fuit Abbatiæ S. Ruffilli, in cujus favorem olim ab aliis indultas fortunas, ac latifundia ampliſſimo privilegio confirmavit. Cujus originarium exemplar apud S. Petrum in Vaticano adhuc aſſervatur, unde hoc ſequens exemplar extraximus. XXIII

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

B *Anno ab Incarnatione ejus 1214. tempore Innocentii Papæ, & Othonis Imp. die 7. exeunte menſe Octob. Ind. 2. in civitate nova Populienſi in domo Populien. Epiſcopi. Divinis præceptis & Apoſtolicis monitis incitamur, ut quæ ad perpetuam generaliter ſunt ordinata ſalutem, nulla commutatione, ſeu vexatione varientur, nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa, ſed manentibus terminis, quos ſancti Patres ſtatuerunt, injuſte non uſurpet alienum, ſed inter fines proprios, atque legitimos, prout quiſque voluerit, in latitudine ſe exerceat charitatis; & quantum creatori noſtro ſub religionis habitu adſtricti ſumus devotius famulari, tanto ſollicitius nos convenit providere, ne per immoderati hominis gravitatem aliquatenus poſſit nobis commiſſus religionis profectus, ſeu ordinis impediri. Ea igitur contemplatione, & divini amoris intuitu ob reverentiam B. Ruffilli confeſſoris inſpecta religione, quæ tempore inſtantis in ejus monaſterio revixit, ego Ubertellus S. Populien Eccleſiæ Epiſcopus, cum conſenſu meorum Canonicorum, tibi*

C *D. Brettamino venerabili Abbati, & ſucceſſoribus tuis, & fratribus, qui nunc ſunt, vel in futurum ibi dante domino miniſtrabunt, concedo, do, largior, atque confirmo in perpetuum, idest Plebem unam, cui vocabulum eſt S. Petri in Cerreto, quæ vocatur Medula, cum capella S. Nicolai de ſuburbio Medulæ, capellam S. Bartholomæi de Caſtro Meldulæ, & capellam S. Andreæ de Burgo Meldulæ, & capellam Ss. Coſmæ, & Damiani, & capellam s. Michaelis cum Hoſpitali, & capellam s. Mariæ de Mucí, & capellam s. Laurentii de Venatria, & capellam s. Ruffilli de Furignano, capellam s. Andreæ de Salſa, capellam s. Pancratii, & Capellam s. Michaelis de Mezana, & capellam s. Marci, & capellam s. Paterniani de Farazano, cum terris, vineis, poſſeſſionibus illarum, quas nunc habent, vel in futurum acquiſierint, decimis, & primitiis, teſtamentis, atque oblationibus vivorum, & mortuorum, & cum omnibus aliis capellis, & titulis, tam ædificatis, quam ædificandis ad ipſam Plebem ſubjacentibus, cum terris, vi-*

D *neis, ſeu ædificiis, una cum omni decimatione, & offerendis, & ſepulturis mortuorum, & unctiones infirmorum, & commendationes animarum, & oblationes quantaſcumque per præteritum tempus, in eadem Plebe largitæ fuerunt, in perpetuum concedimus nos una cum noſtris ſucceſſoribus, debeamus tibi prædicto Abbati, tuiſque ſucceſſoribus fratribus dare chriſma pro prædictis ſacerdotibus, quos ibidem miſeritis omni anno in cœna domini in Plebe prædicta; & ſacerdotes, qui ibidem habitant, per vos conſiſtant, & fontes benedicant, & ſecundum Eccleſiaſticam normam ſua peragant officia; & omni anno unam charitativam receptionem nobis dabitis in ſupradicta Plebe tantum. Inſuper do, & concedo, & confirmo tibi prædicto Abbati, tuiſve fratribus, & ſucceſſoribus in perpetuum Plebem s. Apollinaris in collina cum capella S. Mariæ de Ravaldino, & capella s. Stephani de Caltaco, & capella s. Mariæ de Carpena, capella s. Petri de Gravignano, capella s. Mariæ de Alfiano, capella s. J-*

cobi de Munda cum omnibus aliis capellis tam ædificatis, quam ædificandis, vel titulis cum terris, vineis, ac ſylvis, poſſeſſionibus illarum, quas nunc habent, vel in futurum acquiſierint, decimis, primitiis, & teſtamentis, atque oblationibus illarum virorum, & mortuorum, ſeu ædificiis, cum omnibus, & pertinentibus, omneſque decimationes, offerſiones, & animarum commendationes, & infirmorum unctiones, & ſepulturas mortuorum, quæ per præteritum tempus in eadem plebe largita fuerunt, largior tibi jamdicto Abbati pro te, tuiſque ſucceſſoribus, in eodem venerabili monaſterio in perpetuum permanentibus. Et volumus, & concedimus, ut intra jura prædictarum plebium nulla Eccleſia, vel hoſpitale fiat ſine voluntate, & nutu Abbatis, ſed ſi facta fuerint cum voluntate, vel ſine voluntate Abbatis, ad Abbatem, & monaſterium pertineant, & eandem poteſtatem, & dominium habeat in eis, quam ſibi conceſſimus in aliis. Inſuper concedimus, & confirmamus tibi prædicto Abbati, tuiſque ſucceſſoribus, & fratribus capellam s. Paterniani de Domicallia, & capellam s. Joannis de Rotico, & capellam s. Sixti de Mazatutio cum omnibus juribus, & rebus, & poſſeſſionibus ad ipſas pertinentibus, ſive fuerint readificatæ, ſive non, terris, vineis, oblationibus illarum, virorum, & mortuorum, & habeatis poteſtatem, & licentiam, de jam dictis Plebibus, & capellis ordinandi, & diſponendi in perſonis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus recipiendis, interdicendi, & excommunicandi, & abſolvendi, inſtituendi, & deſtituendi interius, & exterius, omni anno unam charitativam receptionem nobis dare debeatis in ſupradicta Plebe s. Apollinaris tantum, & pro ſuprad. plebe s. Apollinaris dare debeatis nobis, noſtriſve ſucceſſoribus omni anno in Cœna Domini duas libras ceræ, & quatuor oblatas, & quatuor candelas, & pro hoſpitali s. Michaelis de Meidula unam libram ceræ, & ego ſupradictus Epiſcopus una cum meis ſucceſſoribus tibi prædicto Abbati, tuiſve fratribus, & ſucceſſoribus in perpetuum ob omni perſona hominum in omnibus ſupradictis nobiſcum ſtare, & auctorizare, ſeu defenſare ſpondeo, & promitto. Et non liceat mihi prædicto Epiſcopo, meiſque ſucceſſoribus in perpetuum vos, & veſtros ſucceſſores, & fratres de jam dictis Plebibus, capellis, & hoſpitalibus, vel titulis tam ædificatis, quam ædificandis expellere, aut in aliis hominibus ordinare per nullum ingenium, vel aliquod argumentum, quatenus nec canonicorum incurſione, & ſacrum monaſterium juxta B. Benedicti ſtatutum turbare, quia ſæpe monachorum ordo a canonicis impeditur, & perturbatur. Ideoque tantis precibus rogatus a te, & confratribus tuis, & etiam a fidelibus illius Eccleſiæ do, & concedo, atque confirmo, & largior omnia, quæ ſuperius leguntur, vel legentur inferius. Inſuper confirmo tibi prædicto Abbati, tuiſque ſucceſſoribus, & fratribus in perpetuum illud, quod habere, aut poſſidere, aut alis pro vobis, & a veſtris manibus retinere videmini, ideſt omnes res, & pertinentias veſtras integras, cum terris, vineis, ſylvis. Inſuper confirmo vobis, quod habetis, & tenetis, vel alii pro vobis habent, & detinent in fundo Orceani, qui vocatur Paſtero, & in Indiano, & in Cirigliano, & in Acquaducto, & in Pondo, & Umacardia, & in Sabrone, & in Centeranola, & in Acagle, & in terra minore, & terra majore, & in Vilola, & in Caſtagnolo, & in Sabbincello, & in Prata, & Figlino, & in prædicto Paſtero, & in Baſano, & in Portu, & in Flumarolo, & Caſabrano, & in fundo de Artinis, & in fundo de Brittis, & in fundo, qui vocatur Ronco de Traſedo & in Ronco majore, & in Ronco de Maviſis, & in Ronco de Cavallis, & in Ardaroli, & in Fabrigola, & in Campo de . . . & in Palsata, & in Malbano, & in Polnaro, & in Caſacauci, & in Fontarella, & in Camazago. Inſuper largimur, & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum fundos ſuperius nominatos, & omnes res quantaſcumque hucuſque habuiſtis, & detinuiſtis, vel alii pro vobis, & quantaſcunque habetis, & tenetis, & quæ vobis obvenerint per anteceſſorem meum, quaſque per viros, & mulieres Deum timentes, ſive in civitate nova, quaſque in civitate rupta, vel in ſupradictis fundis per quemcunque modum, vel titulum. Inſuper concedimus, & confirmamus tibi prædicto Abbati, tuiſque fratribus, & ſucceſſoribus in perpetuum, mercatum, quod eſt in feſtivitate S. Ruſilli, cum omni redditu ſuo, & parochiis a Turre Rambaldi in antea verſus monaſterium veſtrum, ſcilicet Burgum Salegandorum, Burgum Arcaldi, quod a vobis tenet, & horam Sanſavini, & horam Caſalini, & horam Baſani, uſque ad Molendinum de Paganellis, & homines morantes in terra veſtra, uſque ad molendinum communis, quod a vobis tenet commune, & in civitate nova, ut trahit Platea a domo Guidonis Lazarii uſque ad domum Joannis Bugadæ recte uſque ad flumen, cum oblationibus vivorum, & mortuorum & ſepulturis, & teſtamentis; & liceat vobis Parochianos per ſupradictas Parochias conſtitutos viſitare, pœnitentiare, miſſas celebrare, & prædicare per veſtrum capellanum, vel quando capellanum non habueritis, liceat vobis per Abbatem, & monachos ſacerdotes omnia prædicta facere, ut nulli privatæ perſonæ, vel Eccleſiaſticæ liceat ædificare Eccleſiam, vel hoſpitale in Paroch. ſupradict. quas vobis concedimus, præter licentiam, & voluntatem Abbatis, vel fratrum prædicti monaſt. ſed ſi facta fuerit cũ voluntate, vel ſine voluntate Abbatis, vel fratr. ad Abbatẽ, & monaſt. pertineat, & eandem poteſtatem, & dominium habeant in eis, quam ſibi conceſſimus in aliis. Et concedimus vobis, ut liceat cuique virorum, & mulierum teſtari de corpore, & rebus ſuis pro ſua voluntate apud monaſterium Ruffilli, proceſſiones etiam, quas canonici Populien. cum populo in die dominica Palmarum, & in vigilia Aſcenſionis, ad monaſterium annualiter facere conſueverunt, & in Privilegio bo. me. Cœleſtini Papæ continetur, concedimus, & confirmamus. Et ſi canonici aliqua indignitate, vel diabolica turbatione non venirent, licitum ſit Abbati, & monachis Olivas, Palmas, & flores benedicere, & Populo diſtribuere, divina celebrare, prædicare, proceſſionem cum populo, & clero, qui ibi adunatus fuerit, facere, & litanias, in vigilia Aſcenſionis ſimiliter cum populo, & clero, qui ibi adunatus fuerit, facere, & cum oblationibus recipere. Oblationes, quæ obveniunt, & offeruntur nobis in miſſa B. Stephani, & in ſecunda feria Paſchæ vobis concedimus, & confirmamus. Decimas de Magliano, & de Salſa, & de S. Martino in ſtrata, & de Carpena integre ſine diminutione aliqua, & ſine partitione per nuncium veſtrum colligendas in perpetuum concedimus, & confirmamus. Item concedimus, ut Archipresbyteri, qui fuerint inſtituti in ſupradictis Plebibus, & capellis, & hoſpitalibus Abbati jurent fidelitatem. Hæc omnia cum plebibus, & capellis, titulis, terris vero, vineis, poſſeſſionibus ſylvis, ſeu ædificiis cum omnibus ſibi pertinentibus habeatis, teneatis, poſſideatis cum veſtris fratribus, & ſucceſſoribus in perpetuum pro redemptione animæ meæ, & etiam ſucceſſorum meorum, ut pro talibus collatis obſequiis æternam indulgentiam conſequi mereamur. Si quis autem contra hujus præceptionis noſtræ auctoritatem in perpetuum ire, aut agere, vel ventilare præſumpſerit, quam a nobis ordinatum eſt amodo futuris temporibus, ut ſuperius, teſtes, ſeu fines deſignatos trecentorum, & decem, & octo Patrum anathematis vinculo vulneretur, & Regno Dei, & à ſanctorum conſortio alienetur. Obſervator qui extiterit, & devote impleverit, Dei omnipotentis benedictionem redundetur, & pro temeritate ſint perſonæ illæ, quæ contra hæc agere voluerint, compoſituræ tibi Abbati, tuiſque fratribus, & ſucceſſoribus auri libras quatuor, & poſt pœnam ſolutam ea, quæ ſuperius exarata ſunt, firma, & ſtabilita permaneant in ævum. His omnibus prædictis teſtes rogati, ſimiliterque vocati interfuerunt.

Presbyter Evizus Capellanus prædicti Epiſcopi.

Odonus Matthæus presb. & Monachus dicti monaſterii. Dominus Gregorius Levita, & monachus. Guido Lazarii tunc poteſtas Populien Joannes Bruttonus. Dominus Saragonus de Forolivio. Raſellus Rudolus Ruzirolus, Joannes Julianus Rubinus.

Ego Petrus Populienſis Dei gratia Imperiali auctoritate, & tunc communis Populien. notarius præcepto præ-

ſati

ſati D. Epiſcopi omnia ſupradicta ſcripſi, & in publicam formam redegi.

Ego Ubertellus Populienſis Epiſcopus hoc privilegium a me factum confirmavi, & ideo &c.

Vixit Ubertellus uſque ad annum 1224. quo in favorem ſupramemoratæ Abbatiæ S. Ruffilli Abbas ab Honorio III. Pontifice hujuſmodi favorabile Privilegium impetravit.

HONORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati, & conventui S. Ruffilli Populien. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facile præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ prædeceſſores veſtri a quadraginta annis retro hucuſque poſſederunt, & vos in præſenti poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante domino poteritis adipiſci, ſub B. Petri, quod ſpecialiter juris exiſtit, ſub ipſius, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem omnes Eccleſias, poſſeſſiones, decimas, & de novo conceſſas, & conſuetas antiquas dicti monaſterii, & maxime S. Petri in Cerveto de Meldula, & S. Apollinaris in Cullina, plebes cum omnibus titulis, Eccleſiis, & capellis illarum tam ædificatis, quam ædificandis, terris, vineis, ſeu ædificiis, & cum omnibus earum bonis, tam præſentibus, quam futuris, tam in temporalibus, quam etiam ſpiritualibus, cum fidelitatibus, inſtitutionibus, & deſtitutionibus, correctionibus, viſitationibus, decimis, primitiis, teſtamentis, ſepulturis, functionibus infirmorum, commendationibus animarum, atque oblationibus vivorum, & mortuorum, parochiam, & parochianos ibidem commorantes, & in antea moraturos, atque etiam ſepulturas in civitate Burgi . . . ac ejus pertinentiis, a juris Rambaldi verſus monaſterium, ſcilicet Burgum Anſavini, & Burgum Artaldi Michaelis, quod a dicto monaſterio poſſidet, & horam Anſavini, Caſalini, Baſſani, Partiuſque ad Molendinum de Paganellis, & per civitatem novam a domo Guidonis Lazaris uſque ad domum Joannis Bougata recte uſq; ad flumen verſus monaſterium, cum primitiis, teſtamentis, ſepulturis, oblationibus, & cum omnibus aliis beneficiis vivorum, atque mortuorum, quos bo. mem. Ubertus Populienſis Epiſcopus de capituli ſui aſſenſu, monaſterio veſtro pia, & provida liberalitate conceſſit, prout in inſtrumento publico exinde confecto continebatur, quod quidem inſtrumentum vidimus, auſcultavimus, & approbavimus, jure plenius contineri, ſicut eas juſte, canonice, & pacifice poſſidetis, vobis, ut per vos eidem monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, præſentis ſcripti patrocinio communimus. Et nulli privatæ perſonæ Eccleſiaſticæ, vel ſeculari liceat ædificare Oratorium, Eccleſiam, vel hoſpitale in parochiis ſupraſcriptis præter licentiam, & voluntatem Abbatis, & fratrum prælibati monaſterii. Sepulturam quoque eidem monaſterio omnino liberam eſſe decernimus, & eorum corpora, qui ſe illic ſepelire deliberaverint, vel eorum, qui per conſuetam parentelæ aut cognationis ſepulturam ad cœmeterium veſtrum pertinere noſcuntur, ſine licentia veſtra nullus recipere præſumat, niſi forte adhuc viventes propoſitum religionis aſſumpſerint. Quem ſi quis auſu temerario recipere, vel ſepulturæ tradere præſumpſerit, ſive clericus ſit, ſive laicus, uſque ad condignam ſatisfactionem Eccleſiaſticæ vindictæ ſubjaceat. Decimas de Moliano, & de Salſa, & de Carpena, & de S. Martino in ſtrata integre ſine diminutione aliqua, & ſine aliqua partitione per veſtrum nuntium colligendas in perpetuum. Inſuper decimas fructuum veſtrorum, quos ubilibet propriis ſumptibus, laboribuſque colligitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis exigere, vel extorquere præſumat. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-

A *nam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere &c. ſi quis autem &c.*

Datum Laterani 3. Id. Aprilis Pontif. noſtri anno 7.

24. ÆGIDIUS immediate ex Præpoſito cathedralis Eccleſiæ ſucceſſit Ubertello ann. 1224. Hic arbiter honorarius fuit inter Archiepiſcopum Ravennenſem, & communitatem Cæſenæ 1228. de qua Rubeus lib. 6. de quo etiam mentio anno 1237. XXIV

25. DESIGNATUS Popilienſi Eccleſiæ ſufficitur demortuo Aegidio, de quo mentio anno 1249. Innocentium IV. è Gallia redeuntem in Epiſcopio hoſpitavit in pervigilio SS. Simonis, & Judæ an. 1251. Obiit anno ſequenti. XXV.

26. JOANNES electus reperitur ſubſcriptus in Provinciali Concilio Ravennæ celebrato an. 1253. 2. Aprilis. De eo etiam mentio extat anno 1260. apud Rubeum. (,, *Obiit anno 1261.*) XXVI

27. AYMERICUS Monachus, & Abbas Claſſis Ordinis Camaldulenſis adlectus eſt Foropopilienſis Epiſcopus 1262 *a*. Cujus electionem Philippus Archiepiſcopus Ravennatium ratam habuit, conſecravitque ſemel electum. Hic omnia quæcumque ſui anteceſſores ſacræ Camaldulenſi Eremo indulſiſſent, confirmavit; donationemque Ubertelli ſui anteceſſoris in favorem Abbatiæ S. Ruffilli, quæ ſequens eſt. XXVII.

a Electus electa fine anni 1261. & confirmatus ab Archiep. Raven. an. 1262. die 7. Februarii. [illegible]

B

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.

Anno Domini 1265. indict. 8. Tempore ſanctiſſimi patris Clementis Papæ IV. die martis 7. intrante Julio Foropopilii in choro Eccleſiæ B. Mariæ Foropopilienſis. Pia poſtulatio voluntatis affectu debet proſequente compleri, ut ſinceritatis devotio laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecti in Chriſto fratres Abbas, & capitulum monaſterii S. Ruffilli Foropopilien. veſtris juſtis deſideriis, & petitionibus nos frater Aymericus miſeratione divina Eccleſiæ S. Foropopilien. Epiſcopus noſtrum conſenſum, & aſſenſum probare volentes, conceſſionem ſeu largitionem factam a bo. me. quondam D. Ubertello Foropopilienſi Epiſcopo prædeceſſore noſtro vobis, & monaſterio veſtro præſentibus, & expreſſim conſentientibus, & una nobiſcum facientibus fratribus noſtris, ſcilicet D. Floræ præpoſito DD. presbyteris Joanne, & Sebalgnono, & Evarnerio, Anſelmo diacono, Ravaldino ſubdiacono canonico Eccleſiæ noſtræ ſolemniter confirmamus, & eam præſentis ſcripti patrocinio communimus, cujus tenorem dignum duximus fore præſenti pagina inſerendum. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti &c. Quam quidem conceſſionem a prædeceſſore noſtro factam, & confirmationem noſtram ſolemniter editam, & publicatam promittimus per nos, noſtroſque fratres, & ſucceſſores legitime defendere, auctorizare, & non corrumpere, nec contravenire, ſed firma, illibataque perpetuum conſervare ſub pœna cocti auri librarum quatuor, & pœna ſoluta ea, quæ ſuperius dicta ſunt, firma, & illibata permaneant in ævum. His omnibus teſtes interfuerunt D. Aldevrandinus Archipresbyter Meldulæ, & Cardinalis Raven. D. Henricus Archipresbyter Caſtri novi, Bartholomæus Arigonis, Manfredus Rattonis, Otonellus notarius, Baldinus D. Prudentii, Benvenutus Faraceſi, Petrus Brattonus, Rigolus Valentio, &c.

C

D

Ego Aymericus s. Populienſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Deceſſit autem Aymericus 1270. Non. Martii, ut reperitur notatum in Menologio M. S. Zenonis Piſani, de quo hiſtor. Camal. lib. 2. cap. 10.

28. RIVALDINUS *b* ejuſdem Eccleſiæ electus Epiſcopus anno 1270. præſens fuit concilio Provinciali Imolæ celebrato anno 1280. apud Rubeum. Exceſſit 1285. XXVIII.

b Al. Raveldinus.

29. THADDÆUS in eadem vixit dignitate 1286 *c*. exceſſit anno 1303. Poſt cujus obitum Bonifacius VIII. Opizoni Archiepiſcopo Ravennati mandavit, ne Foropopiliano vacante Epiſcopatu Peppum Ordelaſum Foroliviorum, Archipresbyterum S. Martini, ejus civitatis a pleriſque Epiſcopum deſignatum conſecraret, neu electionem probaret, cum accepiſſet Pepum infidelem Romanæ Eccleſiæ eſſe, ejuſque inſectari adminiſtros, ut ex literis datis XXIX


c Quo interfuit Concil. Ravennati apud Hard. Concil t. 7. p. 949.

apud D.Petrum 9.Kalen.Martii anno Pont.9. refert
Rub.lib.6.Paulo poſt Bonifacio defuncto Benedictus
XI.ejus ſucceſſor, Pepponis annullata electione,Pe-
trum quemdam ſuffecit Epiſcopum , ut modo dice-
mus ex Vaticano Reg.

XXX. 30. Fr.PETRUS Ordinis Minorum a Benedicto
XI.in locum defuncti Thaddæi electus eſt Epiſco-
pus Foropopilienſis an.1304. 2.Kalen.Junii ex Reg.
Vatic.Epiſt.779.& ab eodem Pontifice conſecratur.
Petri hujus mentio extat apud Rubeum lib.6.

XXXI 31. PETRUS Abbas S. Ruffilli Ordinis S.Bene-
dicti, forte idem cum ſuperiori , hanc ſedem poſt Pe-
trum adeptus eſt ; quam cum ad annum uſque 1321
rexiſſet, Bononiæ diem clauſit extremum 15.menſis
Februarii, ſepultuſque eſt apud S. Proculum in pa-
vimento , ubi adhuc leviter inſculpta marmori ejus
effigies ſpectatur cum hoc epitaphio:

Hic tibi, Petre Pie Præſul Populienſis ,
Sunt in morte thori palmis ad ſidera tenſis .
Annis mille Dei ter ſeptem ter quoque centum ,
Sol quindenus ei februm giraſſit ademptum .



XX XII. [a] 32. UBALDUS a Gabriellus , nobilis Eugubi-
nus, Prior S. Andreæ de Inſula Ordinis S.Benedicti
Eugubinæ diœceſis , Foropopilienſis Antiſtes ele
ctus die 11. Kal. Maji 1321.8. Idus Junii ut habetur
in Reg. Vatic. Epiſt. 1009. p. 2. lit. commun. an. 7.
(*Ad Tarviſinam translatus eſt anno* 1323.)

[a] *Seu Ubaldinus.*

XX XIII. 33. Fr.UGOLINUS Ordin.Prædicatorum Epi-
ſcopus Senogallien. ad hanc ſedem pervenit 1323.
8.Idus Junii , ut in Reg. Vatic. reperitur adnotatum
Ep.1068. anno 7.defunctus eſt anno 1350.

XX XIV. 34. ROBERTUS poſt Ugolinum clavum hu-
jus Eccleſiæ anno 1350. ſuſcepit , tenuitque multis
annis; hauſitque oculis ſuis non modo Cathedralis
templi everſionem, verum etiam civitatis excidium,
quæ in Ordelaforum odium ab Arduino Innocentii
VI. Legato anno 1360. ut ſupra rem libavimus, pe-
nitus ſolo adæquata eſt.Confodit dolore triſtis ever-
ſæ civitatis ac populi errantis , & palabundi aſpe-
ctus amantiſſimi Paſtoris animum , ſeque in proxi-
mum diœceſeos ſuæ oppidum Bertinorium recepit .
Sed continuo dolore , ex funeſto Eccleſiæ ſuæ ſpe-
ctaculo confixus , Epiſcopatui inter Pontificis ma-
nus ceſſit anno 1364. ut habetur in Regeſt. Vatic.
atque in longinquiora loca, ut luctum permulceret ,
ſeſe ſubduxit , nec ulla illius deinceps ad nos perve-
nit memoria .

XX XV. 35. Fr. ROBERTUS de Reſinella , Ordinis
Eremit. S. Auguſtini anno 1364. Nonis Septemb.
poſt Robertum hujus Eccleſiæ gubernaculis admo-
tus eſt, ut in Regeſt. Vatic. perſpeximus . Cumque
nec ſedes proprias, nec cathedrale templum,ob Fori
excidium haberet , ad proximum oppidum Bertino-
rium totius diœceſis ſpectatiſſimum ſe contulit ; ubi
anno 1366. 10. Decemb. in Eccleſia D. Catharinæ
ſacra , ut Foripopilii Epiſcopus ſacros Ordines ha-
buit , ac publico documento , quod adhuc extat in
pervetuſto codice Epiſcopali relato, promulgavit,ſe
in ea Eccleſia , locove ordinibus ſacris initiaſſet ,
quod templo,cathedrali, propriiſque ſedibus careret,
atque Epiſcopalem ſedem Foropopilio everſo addu-

A ctum eo tranſtuliſſe . Labente deinde tempore ex
diutina Epiſcoporum in eo oppido mora, ſuſcepit
uſus , ut Bertinorii, & Foripopilii Epiſcopi dicerentur , publiciſque in tabulis pluries ſe Bertinorii in-
ſcriberent,quamquam alii Foripopilii Epiſcopi,non
Bertinorii ſe appellarint, ut in Concilio Lateranen-
ſi ſub Julio II. in quo Angelus ita nomen adjecit :
Ego Angelus Epiſcopus Foropopilii ſubſcripſi. Nec
ego quanta uſus fuerim diligentia, ac ſtudio aliud de
hac translatione ſedis è Foropopilio Bertinorium fa-
cta reperire potui . Quam inveteratam opinionem ,
nullo alio,quam quod attulimus,fundamento ſufful-
tam , everſo nimirum Foropopilio una cum cathe-
drali templo, Bertinorium ut proximum, & accom-
modatum locum conceſſiſſe . Fieri quidem potuit de
ea re ab AEgidio Cardinale cum ſummo Pontifice
tractatum fuiſſe Avenione , ut æquata ſolo civitate
ab Arduino ſuo in Italica legatione ſucceſſore,nullo
commodiore loco ſedem Epiſcopalem Bertinorii
collocatum iri demonſtraret, eamque translationem
B conſectaretur : ſed re ipſa nec diploma Pontificium ,
nec ſententia in Conſiſtorio data extat , quæ id con-
firmet, unde hæret animo ſuſpecta opinio , quam ſu-
perius de ea re protuli . Cæterum Robertus hic opti-
mus Paſtor diu ſuperſtes fuit , pauloque poſt ſuſcep-
tam iſtius Eccleſiæ adminiſtrationem die 27. Octob.
conceſſit, ut S.Ruffilli dirutæ civitatis Tutelaris di-
vi corpus ex templi ruderibus Forumlivium tranſ-
ferretur, ubi hactenus in S.Luciæ , olim S.Jacobi ſa-
cris ædibus ſumma veneratione aſſervatur . Coho-
neſtavere illius translationis pompam idem Rober-
tus Foropopilienſis , Bartholomæus Forolivii , &
Joannes Sarſinæ Epiſcopi . Comparavit Eccleſiæ
ſuæ nonnulla bona Robertus anno 1370. Ac dein-
ceps 1373. a Franciſco Ordelafo Foripopilii Ponti-
ficis Vicario, magna ejuſdem Roberti Epiſcopi ani-
mi voluptate Forum inſtaurari cœpit,cum plures eo
concurrere , vetereſque colonos confluere cerneret ;
nec multo poſt intra novorum murorum feliciter
ſurgentium ambitu S.Ruffilli Abbatia , ac D. Petri
C Eccleſia concluſæ fuere. E vivis ſublatus eſt Rober-
tus anno 1377. cum civitatis ſuæ exciſæ luctum , in-
ſtaurataæque,& ad priſtinam dignitatem refloreſcen-
tis lætiſſima primordia eſſet contemplatus .

36. THEOBALDUS Roberto ſuffectus eſt an- XX XVI.
no 1377. Hic in emphyteuſim oppidum S. Caſſiani
tradidiſſe memoratur Franciſco de Calbulo Paulu-
tii filio anno 1379. Arſerant quippe diuturno tem-
pore graviſſima diſſidia inter Theobaldum , & Cal-
bulam familiam , atq; ſibi invicem non levia damna
incuſſerant , ſed tandem divulſi animi felici fœdere
coaluerunt. Auctor illius , ac princeps fuit Franciſ-
cus Paulutii filius , cujus poſteri abjecto pervetuſto
Calbulorum cognomine olim a Calbulo oppido, Cal-
bulani comitatus primario ſuſcepto, Paulutii cogno-
men hactenus tenuere . Eæ fœderis conditiones ini-
tæ, ut inflictas , acceptaſque injurias mutuo ſibi re-
mitterent ; tumque conventum eſt, Roccam Caſſia-
nam obtineret ; cujus rei fidem tranſmiſit ad hæc
tempora monumentum ſubjectum, in quo Theobal-
D dus Bertinorii Epiſcopus inſcriptus eſt .

In nomine Domini .

Anno a Nativitate ejuſdem 1379. *Indict.I. die* 29.
*menſis Martii , Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Pa-
tris , & Domini D.Urbani divina providentia Papæ
VI. Reverendiſſ. in Chriſto Pater , & D. Theobaldus
Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Bertinorienſis Epiſco-
pus, ſponte, & animo deliberato , ſuo nomine , & vice ,
& nomine tam ſui Epiſcopatus , & pro Epiſcopatu , &
ad ipſius Epiſcopatus utilitatem , & jurium ſuorum cō-
ſervationem , per ſe, & ſuos ſucceſſores conceſſit Roc-
cam S. Caſſiani in Caſaticlo ad fictum hinc ad novem
annos proxime venturos , magnifico , & potenti viro
Franciſco, olim bo. m. egregii viri Paulutii de Calbulo
ibidem præſenti , & pro ſe , & ſucceſſoribus recipienti
cum omni juriſdictione , & balia , & ut latius apparet
in alio inſtrumento manu mei notarii . . . . una cum ſer
Bartholomæo dicti Franciſci de proxima notar. rogat.
& requiſita his pactis . Primo quod omnia delicta per-*

pe-

Digitized by Google

A *petrata, renovationes de tempore præterito, uſque ad diem iſtius contractus dicto Reverendiſſimo Patri & D. Epiſcopo reſervabat, & ſuper remanebat ad libitũ voluptatis. Item omnes expenſas factas tam in cuſtodia Rocchæ, quam ædificio quocumque modo, ſeu quavis de cauſa domino D. Epiſcopo dictus Franciſcus ſponte, & libere remittebat, & è converſo dictus D. Epiſcopus de omni re habita per Franciſcum prædictum de bonis Epiſcopatus tempore prædeceſſorum ſuorum quoquo modo, ſeu quavis de cauſa in quacumque ſpecie dicto Franciſco remittebat, & fecerunt viciſſim alteri, & alter alteri finem, quietationem, & pactum de alterius non petendo aliquid unus alterum, nec alter alterum prædictis occaſionibus, ſeu cauſis. Item dictus Franciſcus finito tempore prædicto promiſit, & convenit D. Epiſcopo, ſeu ſucceſſoribus ſuis libere, pure, & ſponte, abſque aliqua contradictione dictam Roccam, carceres, turrim cum omni juriſdictione reſtituere, & reſignare. Item ſi dicto tempore minime completo cauſa infraſcriptis interverteret ſine aliqua receptione, promiſit dictus Frã-* B *ciſcus dictam Roccam ipſi D. Epiſcopo reſtituere, & reſtitui facere ſub hypotheca, & obligatione omnium ſuorum bonorum. Actum in Rocca montis Cerri in Caminata ſuperiori prædicti Franciſci, præſentibus teſtibus D. Jacobo Archipresbytero S. Joannis in Squanzarolo, Colirietto, Joannis Buato, Martino Griſi de Calbulo, Paulo Paladini de monte Tetto, Vulgano Viſii de Tredotto, & Ser Bartholomæo de proxima, & aliis de præmiſſa vocatis, & rogatis.*

Franciſcus, cujus in hoc documento edita mentio eſt, qui in gratiam cum Theobaldo Epiſcopo rediit, Florentinam Rempublicam anno 1382. nonnullorum oppidorum hæredem inſtituit, inter quæ Calbulum, comitatus Calbulani caput fuit, quod anno 1635. Ferdinandi Magni Hetruriæ Ducis II. liberalitate Paulutiæ familiæ retento fiduciario jure, veteriſque ditionis, & comitatus, tot ſeculis in ea Calbulana, nunc Paulutia gente ſervati, clientelari C officio, ac titulo eſt reſtitutum, eoque Franciſcus, & Carolus Paulutii, eorumque fratres germani, ac poſteri inducti, ut conſtat ex ducali diplomate die 19. Septembris ejus anni, quod refert in Calbulanę gentis annalibus idem Carolus. Cæterum Theobaldus pertulit multas ærumnas, vincula, & carceres ab Antonio Ubaldino, a cujus deinde ſe redemit injuria grandi auri ſumma, quam a Rodulpho de Varano mutuo acceperat. Vixit uſque ad annum 1395.



D XXXVII. 37. URSUS, ſeu Urſillus de Afflicto Neapolitanus è civitate Scala, patre Antonio, matre vero Catharina Frizia de Ravello paris nobilitatis fœmina natus, quorum olim progenitores Neapolim inter nobiles ſeſſionis nidi fuerunt recepti, ex Abbate utriuſque juris conſultiſſimo, & Apoſtolicæ ſedis Prothonotario Præſul Popilienſis, ac Bertinorii a Bonifacio IX. deſignatus eſt anno 1395. in defuncti Theobaldi locum. Præfuit ſumma cum pietate, ſummaque item prudentia annis decem, Popilienſis devaſtatæ urbis, parumper aſſurgentis quantum potuit conſilio, propriaque pecunia juvit, ut ad priſtinum reduceretur ſplendorem; clerum diſperſum ibidem revocare ſtuduit, priſca eorundem vivendi forma non ſemel in ſynodis ab eo celebratis commendata. Divæ Catharinæ tutelaris ſuæ Eccleſiã apud Bertinorianos maximam, quam pro Cathedrali coluit, reſtauraſſe legitur, translatus deinde ad Mono-

A politanam ſedem in patrio ſolo ab eodem Bonifac
an 1405. Neapoli obiit eodem anno, ſepultus in E
cleſia S. Laurentii majoris ſecus altare maximu
in nobili marmoreo tumulo cum epitaphio, quod
noſtro I. Tomo in Epiſcopis Monopolitanis retul
mus. Sed & ibidem jacet in Eccleſia S. Marti
Leonardus de Afflicto, Urſilli patruus, regius Co
ſiliarius, regiſque Ladislai regni generalis Vic
rius; & Michael de Afflicto primus Triventi c
mes, & Quæſtorum Præfectus ſub Ferdinando I. c
bat in Eccleſia S. Mariæ de Nova cum magnifice
tiſſimo epitaphio. Ejuſdem etiam gentis, præt
Teuium Camponellum Templariorum generale
Magiſtrum, alioſque priſcos proceres, fuerunt ſacr
ti viri Matthæus ſub Federico II. Natalis ſub Ferd
nando I. & Franciſcus ſub Philippo II. Scalenſes E
piſcopi, Franciſcus Antonius Epiſcopus S. Mar
in noſtra ſerie I. Tomi ex properantia ſcribendi pr
termiſſus, de quo in appendice. Annibal Panorm
B tanus ex Principibus Bellimontis Rhegienſis Arch
præſul, Fabritius e Baronibus Cancellariæ, Boj
nus, & Sylveſter olim Trevicanus, nunc Luceri
Præſules, de quibus ſuis in locis: iis, cæteriſque eju
dem gentis, & nominis, hoc eſt familiæ viris no
inferior virtute, & eruditione recenſeri poteſt Ma
thæus juris conſultus celeberrimus, regiuſque co
ſiliarius, qui de uſu feudorum, deciſiones præſtanti
ſimas, & in Federici II. conſtitutiones luculen
ſcripſit commentaria, cujus meminit Marinus Fr
zia de ſubfeudis Baronum fol. 262. num. 2. ubi de e
deque familia Afflicta hæc ſcitu digna poſteris ma
davit. *Fuit dominus Matthæus de Afflicto vir religi*
ſus, veritatis amator, pro ingenii natura ſtudioſiſſim
ſæpe conſiliarius, pater venerandus, & affinis, progen
tus ex ſtirpe illuſt. Ferdinandi de Afflictis Triven
Comitis, cujus origo ex veteribus Romanis colonis
Scalarum civitatem, qua prius Camenſis dicta eſt
Picentini agri deducta eſt; ex Euſtachio martyre Fl
C *cti nomen tuliſſe fertur. Legimus in vetuſtis monume*
tis in æde prædicti martyris a nobiliſſima hac famil
condita in eadem civitate, cujus ex vera linea orti p
tronatus honorem habent, Flicti nomen inſcriptum
Proceres ex ea progeniti ſunt Neapoli inter patriti
ſub Henrico, & Federico Imperatoribus Siciliæ re
bus recepti ſunt. Magnum habuit regni cancellariu
D. Leonardum, & alios; rerum eventu mutato aliqua
do in paupertate delapſa eſt; gens Patritia mihi ſæpe a
finitate conjuncta eſt, & primo quando nobilem Dom
nam Clementiam Frecciam uxorem duxit D. Albe
tus de Flicto anno Domini 1189. teſtes inſpiciuntur d
cumenta marmorea. Ea nobilitatis denominatio tu
omnibus non dabatur, ſed iis qui ex claro ſanguine n
eſſent, quod & antiquioribus a Carolo I & II. ac R
berto Regibus recte obſervatum fuit; at hodie reru
omnium colluvies prolapſa eſt, &c. De Urſillo præt
monumenta Popilienſis Eccleſiæ, proviſionum pr
latorum lib. Vaticani archivii, tum & lib. de dive
ſis formis ſub Bonifacio IX. mentionem faciunt.

D 38. MARCUS de Teramo Aprutinus, Epiſc
pus Monopolitanus, huc translatus 18. Kal. Janu
rii 1405. Hunc Marcum reperio tam in ſpiritua
bus, quam temporalibus vicarium fuiſſe Jacobi
Teramo Epiſcopi Florentini anno 1417. ac dei
ceps fuiſſe translatum ad Eccleſiam Sarnenſe
1418. ex eodem lib. proviſ.



39. Fr. MARCUS Veronenſis, ex ordine S

vorum inſignis Theologus, Foripopilii Epiſcopus creatus eſt anno 1418. XI. Kalend. Januarii a Martino V. Conſtantienſi concilio interſuit. Exuit mortalitatem anno 1418. ex eodem lib. Cujus etiam meminit Archangelus Gianius in Annal. Servorum. Ad meas manus Marci ſigillum pervenit, in quo S. Ruphillus, atque ad ejus genua provolutus, Marcus ipſe Epiſcopus adjecta gentilitia parma ſuis faſciis dentatis per medium, & oblique diſtincta viſuntur, in illius vero orbe ſubjecta verba, quibus ſe Bertinorienſem Epiſcopum inſignivit, exarata ſunt.

S.D. Marci fratrum Servorum, Dei gratia, Epiſcopus Bertinorienſis.



XL. 40. VENTURA de Abbatibus, Florentia oriundus, ab illo Nerio, qui ut crudelem animi libidinem expleret, maximæ ſuæ patriæ parti faces injecit, auctorque extitit, ut innumeri civium agri ferro, flammaque urerentur, ac mille domus ſupra ſeptingentas incendio conflagrarent, quam cladem Varinus noſter ita luxit lib. 3. de illuſt. urbis Florentiæ.

Delevit multas ſoboles Abbatius ignis,
Imo evertit opes, Claramonteſque vetuſtos,
Malpilique domos, Brancinaque tecta cremavit.
Toſcus & abſumptus, periit Galigoria pubes
Urbis, & incendium triſtium Villiania totum
Deſævit peſtis, flammaſque, Aquilone movente,
Saxa velut tædas rapuit Phlegetontia lampas,
Milleque tunc procerum ceciderunt funditus ædes.

Ejecti fuere in exilium una cum Nerio publico Reipublicæ Florentiæ plebiſcito, ii omnes, qui ex eadem Abbatum familia proſeminati erant, quorum pars Cæſenam ſe recepit, ibique genus ſuum propagavit. Ex iis prognatus eſt Ventura, qui ob morum commendationem, virtutumque aliarum dignitatem, quibus, dum Cathedralis Eccleſiæ canonicus eſſet, a Martino V. ad Epiſcopatum Foropopilienſem anno 1428. die 13. Aprilis evectus eſt. Hic Jacobum Palatium in Epiſcopum Forolivienſem anno 1463. die 27. Novembris conſecravit, commiſſariuſque Apoſtolicus fuit in cauſa unionis Abbatiæ S. Laurentii menſæ Epiſcopali Cæſenæ. Decrepitæ ætatis exceſſit e vivis anno 1477. tulitque deinceps famam ſapientis, bonique paſtoris, quod applaudentibus cunctis Foropolii, Bertinoriique Eccleſias adminiſtraſſet. De Ventura loquitur Bernardinus Mazzonius in ſua Cæſenæ chronologia.




XLI. 41. Fr. JULIANUS Volaterranus ex Ordine Minorum, Theologica, atque Philoſophica facultate clariſſimus, Beſſarionis Cardinalis ſtudiorum ſocietate, ac ſimilitudine arctiſſime vinctus, Pontificique Sixto IV. familiaris, eodem Pontifice mandante Epiſcopus Foripopilii, & Bertinorii adlectus eſt anno 1477. & Pœnitentiariæ Apoſtolicæ regens præfectus a Julio II. anno 1505. atque Raguſinus Archiepiſcopus declaratus. Romæ vitam finivit, ſepultuſque eſt apud S. Petrum in Monte Aureo, cui Marcus Cardinalis Vigerius tumulum cum ſequenti honorifica inſcriptione erexit, ubi tabula marmorea Iuliani gentilitia ſtemmata præfert, ſcutum ſcilicet deductum in partes, quorum altera Leo ungula roſam tenens exornat, ex altera dimidiatus cervus ſe præbet ſpectandũ. Inſcriptio vero eſt talis.

D. O. M.

Juliano municipi Volaterrano, Archiepiſcopo Raguſino, ex ordine Minorum aſſumpto, Philoſopho, Theologoque clariſſimo, Beſſarioni Card. Nicano ſtudiorum adjutori, a Sixto IV. & Paulo II. Pontiff. Maxx. quibuſcum conjunctiſſimus vixit, dignitatibus honeſtato, Pœnitentiariæ Apoſtolicæ annos 25. regens. Vixit annos ſeptuaginta quinque manuſcript. Marcus Vigerius Savonen. Card. Senogallien. amico fratri, & contubernali jucundiſſimo ſacello communicato P. 1510.

(„ *Julianus Brictonorienſis Epiſcopus ſacræ Pœnitentiariæ Regens habetur in Bullario Caſinenſi tom. 1. in decreto ibi recenſito ſub dat. 13. Januar. 1504*)



42. ALEXANDER Cardinalis Farneſius, is ille, qui poſtea ſub Pauli III. nomine Apoſtolicam ſedem adeptus eſt, hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1505. ac poſt paucos menſes eo munere ſe abdicavit. XLII.



43. JOANNES Ruphus de Theodulis, è primaria nobilitate Forojulienſis, a Iulio II. dictus eſt Foropopilienſis, & Bertinorii Epiſcopus 1505. die 18. Aprilis, a quo item 1511. ad Archiepiſcopatum Coſentinum translatus eſt; ſub Leone vero X. in Hiſpaniam nuncius profectus, ſuiſque rariſſimis animi dotibus Carolo V. Imperatori evaſit unice charus. Adriano vero VI. dum Cardinalis eſſet, ita familiariter utebatur, ut poſtea Pontifici facto in gravioribus expediendis conſiliis egregiam operam XLIII

præ-

Digitized by Google

præſtiterit. Demum ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Theſaurarius generalis exceſſit è vivis an. 1527. de quo 9. tomo hujus hiſtor. plura. Eo Præſule Foropopilii territorii fratres S. Franciſci in Eccleſia S. Mariæ de Populo fuerunt introducti a publica re Popilaria dono data.

XLIV 44 BARTHOLOMÆUS de Moratinis, Forolivienſis, avorum nobilitate illuſtris, ex patriæ canonico, Theodulo ſucceſſit anno 1511. die 29. menſis Octobris. Cæterum paucos menſes hanc adminiſtravit Eccleſiam, quam adminiſtrandam Alphonſus Petrutius Cardinalis ſuſcepit, qui & ipſe poſt paucos dies eo munere ſe exſolvit in favorem ſequentis. Obiit die 19. Novembris 1512.



XLV. 45. ANGELUS Petrutius *a* Senenſis, filius Achillis equitis ſummæ exiſtimationis, electus Antiſtes anno 1512. die 28. menſis Ianuarii. Sub Leone X. Lateranenſi concilio interfuit. In hac adminiſtranda Eccleſia coadjutore uſus eſt Bernardo Federigo nobili Florentino cum ſpe futuræ ſucceſſionis; ſed cum ante Angelum diſceſſiſſet e vita, ea ſede non eſt potitus. Angelus vero fato functus eſt anno 1514. Conſule acta conſiſtorialia.

a De eo Ugurgerius in Pompis Senen. *Mandoſ.*

XLVI 46 RAPHAEL *b* Cardinalis Petrutius, hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam poſt obitum Angeli, ac poſt paucos menſes in favorem nepotis eo munere ſe abdicavit 1519. ex act. conſiſtorial. de quo in Archiepiſcopis Senenſibus, Groſſetaniſve Præſulibus.

b De hoc, ſicut & de ſequenti idem Ugurgerius. *Mandoſ.*

XLVII. 47. PETRUS Petrutius, ſuperioris Cardinalis nepos, ad eandem ſedem promotus eſt 1520. die 14. menſis Martii. Deceſſit ſub Paulo III. Farneſio 1537. Conſule acta conſiſt. [„ *In quibus habetur, „ quod 20. an. deputatus fuerit Adminiſtrator harum „ Eccleſiarum, donec 27. ætat. annum attigiſſet: diſpen- „ ſatus inſuper ſuper defectum natalium.*)



XLVIII. 48 BENEDICTUS Converſinus Piſtorienſis, ſui ſeculi eruditione clarus, eadem ſede nobilitatus eſt 1537. die 14. menſ. Octobris. Æmiliam præſidis nomine frænavit, cumque ipſius Urbis Romæ deinde Gubernator fuiſſet adſcitus, ad Æſii Eccleſiam translatus eſt, de quo vide plura in 1. Tomo ſacræ noſtræ hiſt. Parma Converſinæ familiæ tota eſt teſſellis aureis, & cæruleis exornata. („ *Poſt Converſinum, teſte Vecchiazzano in hiſt. Foripop. par. „ 2. p 284. dictus fuerat Epiſcopus Foropop. Blaſius „ de Caſena, Ceremoniarum Papalium Magiſter, qui „ onus ſubire renuit.* Mandoſius.)

c 215. ex Actis.

A

49 HIERONYMUS Verallus Romanus, filius Joannis Baptiſtæ, ac Juliæ Jacobatiæ ſororis Dominici Cardinalis, ex utriuſque ſignaturæ Referendario, hujus Eccleſiæ Epiſcopus electus eſt an. 1540. die 20. menſis Auguſti; elapſoque anno ad Caſertanam Eccleſiam translatus eſt, ſacræque Rotæ factus Auditor, atque Roſanus Archiepiſcopus ſub Paulo III. Nuncius Apoſtolicus ad Cæſarem in Germaniam profectus eſt; mox ab eodem Senatoriam purpuram meruit ad titulum S. Martini in Montibus 1549. ſub Julio vero III. ad Henricum II. Regem Gallorum legatione graviſſime perfungitur. Inde reverſus, Romæ deceſſit 1555. V. Id. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum, ubi a grata Verallorum poſteritate Hieronymo, nepotique Fabritio Cardinalibus duo nobiles tumuli excitati ſunt, quorum alterum, quo tegitur Hieronymus, hæc exornat inſcriptio. XLIX

B

D. O. M.
Hieronymo Verallo Romano
à Paulo III. Romana
purpura decorato,
quem locum & meruit
ad Carolum V. Imperatorem
in Germaniam nuncius,
decreto in Turcas bello, ac religione
ſtrenue procurata,
& ſuſtinuit ad Henricum II.
Gall. Regem legatus,
Parmenſi bello feliciter compoſito,
& amplificavit Urbano VII. ſobrino,
alumnoque ſuo,
ad Chriſtianæ Reipublicæ regimen
domeſtica inſtitutione præfecto.
Obiit anno D. M. D. LV.
ætatis ſuæ. . . . .

C



50 Fr. CORNELIUS Muſſus *d* Placentinus. Ordinis Minorum Conventualium, ad hanc ſedem promotus eſt 1541. („ 14. *Novemb.*) qui poſtquam tres omnino annos illam rexiſſet Eccleſiam ad Bituntinum Epiſcopatum translatus eſt; unde jam olim celebris, eloquens concionator traxit cognomen. Plura ſcripſit, typiſque excuſa uſque adhuc cum jucunditate, & fructu teruntur a doctis, quorum meminit Abbas Hieronymus Ghilinus in ſuorum illuſtrium virorum theatro tom. 1. in ejus elogio. Interfuit Tridentino Concilio, Romæque deceſſit 1574. Id. Jan. ætatis vero ſuæ 64. anno, ſepultuſque eſt apud Ss. Apoſtolos, ubi ſequens epitaph. legitur. L.

D

d De hoc ſuſius Malvaſia in Compen. hiſt. Bul. XII. Apo p. 140. Creſcentius Corona nobil. It. p. 1. pag. ... Marracius Bibl. Mar. Pallavicinus hiſt. Trident. Ghilinus Theat. vir. Illuſ. vol. *Mandoſ.*


Cornelio Muſſo Placentino Minoritæ Bytorinenſi Epiſcopo, vitæ innocentia, morum integritate, ac ſanctitate, inſigni doctrina, omniumque ſcientiarum præclaro, concionatori facundo, atque incomparabili, Catholicæ fidei propugnatori acerrimo, de Rep. Chriſti optime merito, cujus ingenii, & eloquentiæ præſtantiam nunquam interituram mo-

nu-

Digitized by Google

numenta teſtantur. Vixit ann. LXIV. Obiit 5. Idus Januarii M. D. LXXIV. Joſephus Muſſus faciendum curavit.

LI. 51. Fr. THOMAS Caſellius Calaber, nobilis Roſſanenſis, Theologus inſignis, Ordinis Prædicatorum, ex Epiſcopo S. Leonis, Cornelio Muſſo ſucceſſit ann. 1544. die 27. menſis Octob. Anno vero 1548. ad Oppidenſem, mox ad Cavenſem Eccleſiam trans latus eſt in Neapolitano regno; de quo in I. noſtro Tomo.



LII. 52 LUDOVICUS Vanninus de Theodulis Forojulienſis, è congregatione Rhenana S. Salvatoris Regularis Canonicus, antea Epiſcopus Scalenſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1548. die 7. menſis *a* Martii. Magnæ exiſtimationis vir fuit, inque Tridentino concilio famam tulit, quæ Antiſtitem ſummum deceret. Ubi cum refellendis falſis hæreticorum dogmatibus enixius laboraret, lento morbo tentatus brevi exceſſit è vivis 1563. die 11 *b*. menſis Februarii, tumulumq; in Cathedrali accepit.

LIII. 53 ÆGIDIUS Falzetta *c* è Cingulo Picenas, Caprulanus antea Epiſcopus, ad hanc ſedem tranſlatus eſt 1563. die 30*d*. menſis Januarii. Hic in legibus, tum civilibus, tum canonicis ſuæ ætatis propemodum primas tulit, magnoque uſui fuit ſui ſeculi Principibus, ac rebuſpublicis. Elata deinde uxore, a qua aliquos ſuſtulerat liberos, clericalem vitam profeſſus eſt, Placentiæ Gubernator, mox Genuæ vicarius fuit, factuſque Epiſcopus has, quas modo dixi, Eccleſias ſapientiſſime gubernavit poſt ſuum regreſſum a Concilio Tridentino, plenuſque meritis exceſſit è vivis die 1. Julii anno 1565 *e*.

a Die 7. Maii ex Actis.
b Die X. Januarii ex Pallavicino in hiſt. Conc. Tridant. l. 19. c. 13. n. 2. *Mand.*
c De eo Avicenna in mem. Cinguli p. 240.
d 29. Jan. ex Actis.
e 1564.



LIV. 54 AUGUSTINUS Molignattus *f* Vercellen. antea Epiſcopus Trivicanus, in Concil. Tridentino juris ſcientia clarus, a Pio IV. anno 1565*g*. ad hanc Eccleſiam promotus eſt. Deceſſit 1579. in patria menſe Octobris, ibidem tumulatus. Scripſit legale opus, quod Quiſquiliæ dixit, de quo Auguſtinus Eccleſia in catalogo ſcriptorum Pedemontanæ provinciæ.

f De eo Roſſettus in Syllabo ſcript. Pedemont. *Mandoſ.*
g 1564. 28. Julii. Ex Actis.

A



LV. 55 JO: ANDREAS Caligarius *h*, Braſighellenſis, utriuſq; ſignaturæ Referendarius, cum Nuncius Apoſtolicus eſſet in Polonia ad Regem Stephanum Battorium, hujus Eccleſiæ dictus Epiſcopus
B eſt a Gregorio XIII. anno 1579. die 14. menſis Octobris. Ab Stanislao Wladiſlaviæ Epiſcopo, Rege, ac Regina celebritatem ſua præſentia cohoneſtantibus die 10. Januarii anno 1580. in D. Joannis collegiali Eccleſia in Varoviana diœceſi Pontificalibus initiatus eſt. Ad Eccleſiam ſuam ſe ſubduxit, ac D. Catharinæ templum, quod Cathedralis loco diu fuerat, eleganti cultu perfecit, variiſque ornamentis decoravit; nonnullis canonicis, ac manſionariis auxit, ex quo majori pompa divinus in eo cultus celebraretur, propriis redditibus amplificavit. Roccam obtinuit pro Epiſcopalibus ſedibus excitandis, quas magnifico opere perduxit. Epiſcopatum denique, qui ad ea tempora ſplendore caruerat, compoſuit, atque adornavit. A ſummis Pontificibus Romanis pluribus legationibus ornatus eſt, ſenexque jam octuaginta ſex annorum deceſſit anno 1613. die 19. menſis Januarii, cujus corpus apud Eccleſiam Cathedralem Bertinorii ſepelitur. Honorarium vero tumulum Braſighellæ in templo S. Michaelis adhuc
C erigendum cum ſequenti futura inſcriptione, ut eruditus vir, atque antiquitatis ſatis gnarus Joannes Zaratinus Caſtellinus noſter, nobis retulit.

Joann. Andreæ Caligario Utr. Signaturæ Referendario, Bertinorii Epiſcopo, Apoſtolico Nuncio a Gregorio XIII. Pont. Max. ad Sebaſtianum Luſitaniæ, ad Stephanum Battorium Poloniæ Reges, & ad Carolum Archiducem Auſtriæ miſſo, quinque Summorum Pontificum Sixti V. Urbani VII. Greg. XIV. & Clementis VIII. a ſecretis, ſenio confectus depoſita negociorum mole ad ſuam ſe convertit Eccleſiam, quam in ampliorem formam adaucto cenſu redegit, & ſacrarium argenteis vaſis, pretioſ. ſtragulis ornavit; Eccleſiam inſuper noſtram, adeo ſacris indumentis, ſanctorum reliquiis, & ſanctiſſimo Crucis ligno inſignitam, a fundamentis denuo erigendam, & perpetuo reficiendam, miniſtrorum numerum augendum, ſacram ſupellectilem ſplendidio-
D *rem comparandam, annuos redditus uberiores cumulandos, egeſtate oppreſſos ſublevandos, Clericos in majoribus Italiæ gymnaſiis erudiendos, ex ampliſſimo cenſu relicto teſtamento mandavit. Præpoſitus, Archipresbyter, & canonici Braſighellenſes tantorum beneficiorum memores civi optimo, Patri Patriæ grati animi monumentum dedicarunt. Anno ſalutis M. DC. XIII. Vixit ann. LXXXVI. Obiit in ſua reſidentia anno M. DC. XIII. xix. Januarii.*

h Laudatur ab Antonino in antiq. Sarſinæ p. 15. & à Campio hiſt. Placent. par. 1. pa. 13. *Mandoſ.*

56. (1) INNOCENTIUS de Maximis Romanus, clarus parentibus, clarus virtutibus, a Paulo V. hujus Eccleſiæ creatus Epiſcopus eſt anno 1613. die 20. menſis Martii, ac die 14. Aprilis Bertinorium conſueta pompa ingreſſus, arcem inſtauravit, eumq; locum ad delitias adornavit. Is parum felici fortuna LVI.

uſus

(1) Bartholomæus Ugolinus à Paulo V. Bertinorii Epiſcopus factus eſt, qui lethali morbo interceptus eſt, antequam Epiſcopalibus ſacris initiaretur, teſte Erythræo in Pinacoth. 1. Imag. 116. *Mandoſ.*

Digitized by Google



uſus, cum res Eccleſiæ ſuæ augere putaret, eas conſumpſit, effuditque, ut deinceps litibus fatigata Eccleſia in maximas inciderit difficultates, ac contrarium omnino, quam quod animo ſibi fixerat, acciderit. Non enim ſemper conſiliis exitus conſentiunt. Cæterum diu vicelegatus Ferrariæ fuit, Nunciuſque Gregorii XV. ad Ferdinandum II. Hetruriæ magnum Ducem, mox & ad Philippum Regem Hiſpaniarum, inde ab Urbano VIII. revocatus, ad Eccleſiam Cataníenſem in Sicilia translatus eſt, utique nominatus a Rege, cui ob exaggeratas animi dotes erat unice charus; ibique diem poſtremam obiit, ac 21. Auguſti 1633. in Canonicorum ſepulchrum illatus eſt.



LVII. 57. Fr. JOANNES della Robbia nobilis Florentinus, ex Ord. Prædicatorum, Urbano VIII. affinis, ab eodem Pontif. ad hanc ſedem provectus eſt 1624. die 29. menſis Julii, qui etiam Laurentium, hujus fratrem ad Cortonenſem primum, mox & ad Feſulanam Eccleſiam promovit. Joannes ſumma vigilantia ſexdecim omnino annos Bertinorienſem adminiſtravit Eccleſiam, bonique paſtoris laudem tulit, cum populum ſibi commiſſum ſæpe, & ſæpius ex ſuggeſtu in Cathedrali ad divinum excitaverit cultum. Tandem cum ob ædium Bertinorii incommoda aeris ſalubrioris tenuitate valetudinem tentatam, debilitatamq; ſentiret, Foropopilium conceſſit, ubi in exitu Septembris Dominica prima 1640. a Foropopilienſium nobili Inflammatorum academiæ data ſunt initia, cujus ipſe clientelam arripuit. Paulo poſt dum Bertinorii Eccleſiam luſtraret ex hac vita diſceſſit anno 1641. die 25. Octobris, ſuaſque exuvias in beatæ Virginis ſacello principis templi D. Petri Foropopilienſis ſepeliendas reliquit, cum antea capellaniam unam inſtituiſſet. Primus Epiſcopus extitit, qui poſt dirutum Forum ibidem ſibi ſepulchrum delegerit, ubi jacet, nulla adhuc proloquente inſcriptione, quam aliquando ejus ſucceſſor, ſuavi fraternæ memoriæ impulſu, generoſe excitabit ad tumulum.

LVIII 58. D. ISIDORUS della Robbia monachus, & Abbas Florentinæ Abbatiæ Ordinis S. Benedicti, Joannis anteceſſoris germanus frater, vir ſuaviſſimis moribus fratri demortuo ſucceſſit anno 1642. die 10. Martii. Novam academiam Benignorum fovit, Roccam Bertinorii, quæ ruinam minabatur reparavit; ibi, ut in proprio ſuo Epiſcopio, anteceſſorum ſuorum exemplo morari conſuevit. Cultum divinum ſumma pietatis laude, & commendatione amplificat, ex quo maximam ſibi apud omnes gratiam conciliat, cui omnes longiores deſtinant annos. * Sed Parca votum noſtrum non exaudivit, cum bonus hic Præſul ex calculo diem ſuum obierit menſe Novemb. 1656. ſepultus in Eccl. S. Proculi Ordinis ſui.

* Ex App. tom. 9.

A D D I T I O.

,, OCTAVIANUS *Pratus, Nobilis Parmenſis, Presbyter ſexagenario major, J.U.D. Utriuſque Signaturæ Referendarius, ac Votans, qui fuerat antea Vicarius Card. Hippolyti Aldobrandini in Diaconiis S. Angeli, & S. Euſtachii, & exinde gubernia Beneventi, Provinciæ Patrimonii, aliaque laudabiliter exercuerat, tandem præfectus Eccleſiis Britonorien. & Foropopulien. unitis eſt die 21. Aprilis 1659. Breviſſimus Pontifex fuit: quippe qui deceſſerit Menſe Auguſto ejuſdem anni.* LIX


,, GUIDO *Bentivolus* a, *Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum Presbyter, Nobilis ex terra Gualterii, annorum 36. Theologus, Confeſſarius, & Concionator, ornatur harum Eccleſiarum infula die 16. Febr. an. 1660. dimiſit illarum regimen in manibus Papæ an. 1675. Menſe Septembri: Anno vero inſequenti deceſſit Ferrariæ die 1. Februarii.* LX

a De quo Libanorius in Ferr. aur. par. 1. p. 414. & Baruffaldus in hiſ. Ferrar. l. 4. p. 157. 187. & 211. Mandoſ.

,, VINCENTIUS *Gaballus, Nobilis Ravennatenſis, J.U.D. atque Metropolitanæ patriæ Eccleſiæ Archidiaconus, cum 28. ætatis ſuæ compleſſet annum, ad has Eccleſias regendas vocatus eſt die 23. Martii an. 1676. ætatis illegitimæ impedimento ſolutus. Vitam cum morte commutavit Ravennæ an. 1701. Menſe Junio.* LXI.

,, Jo: BAPTISTA *Miſſiroli, Presbyter Britonorienſis annorum 42. J. U. D. Vicarius Generalis, & deinde Capitularis, Canonicus, & Archipresbyter ejuſdem Britonorienſis Eccleſiæ, fuit ad Patriæ Epiſcopalem ſedem promotus die 8. Auguſti an. 1701.* LXII.

IMOLENSES SEU FORO CORNELII EPISCOPI.



FOrum Cornelii, quod hoc tempore vulgo Imolam vocamus, ab arce ibi ab Antiocho Narſetis Duce poſt ipſius excidium ædificata, in Æmilia ſita eſt in planitie prope fluvium Vetrenum, quem vulgus corrupto vocabulo, hodie Santernum appellat, inter Bononiam, Faventiamque, diſtatque a Ravenna ſua Metropoli viginti tantum milliariis. Illius meminit Plinius libro 3. cap. 15. Strabo lib. 5. illamque appellat Forum Cornelii, quod etiam aliquando fuit Forum Syllæ a Dictatore Sylla, Corneliæ gentis alumno, eamdemque memorat Ptolomæus, Procopius, Cicero, Antoninuſque in itinerariis, & lapis, qui Romæ apud Alterios.

D.M.

Digitized by Google

D. M,
C. PAPIRIUS C.
LIB. FELIX FORO
CORNELII MILIT.
COH. VI. VIG. AN.
VI. VIX. ANN. XXIII.
M. VIII. D. XI.
HÆRES EJUS B. M. F.

Fabulantur nonnulli poſt excidium Trojæ à Trojanis fuiſſe ædificatam, cum tamen conſtet a quodam Romanorum Prætore gentis Corneliæ exordium fuiſſe ſortitam, & nomen. Ab Antiocho aliquando exciſam, Clephis Longobardorum Rex iterum illam juſſit in eodem loco attollere muros, ut refert Blondus, Pomponius Lætus, atque Leander Albertus. De hujus urbis origine, deque ejus nominis ethymologia ſic lego apud Anonymum Imolenſis chronicæ auctorem, qui manuſcript. extat in Vaticano archivlo.

Urbem, inquit, *noſtram initio, qui condiderit incertum eſt admodum; Græcos volunt nonnulli, qui Oenotrium Lycaonis filium ſecuti, Joniam, Ropigiamque ſuperatis eam demum Italiæ partem tenuere, quæ Antonia prius dicta ex ducis nomine Oenotria appellata eſt. Hic cum regionem illam pulſis accolis ſibi ſatis eſſe cernerent in proxima delatis, mox ad nos adventantes urbi noſtræ prope Vatrenum initium dediſſe affirmant. Nec deſunt, qui hanc palmam Gallis deferendam putent, nam cum reliqua fere Italiæ loca aut occupaſſent, aut in nomen ſuum brevi traxiſſent, Senones recentiſſimum advenarum quicquid ab Uſſenſe flumine uſque ad Aeſim continetur, habuere. Plurimas urbes præterea condidere; illud etenim apud multos conſtat oppida omnia, quæ a Foro Gallorum ad Senogalliam in planitie viſuntur, a Senonibus condita. Quod cum pro comperto non habuerim, affirmare non audeo. Alii Romanos poſt L. Syllæ victoriam aſſeverant, cum etenim militibus ſuis plurima Italiæ loca habitanda conceſſiſſet, loci amœnitate captus in finibus noſtris oppidula primo condidiſſe, mox vicinos in urbis participatum vocans pomærium ampliaſſe, & Forum Cornelii a L. Cornelio Sylla vocitaſſe. Multi Siculos contendunt, qui finibus acti, cum Latium omne ab advenis occupatū videretur, in hæc potiſſimum loca conceſſere. Verum ut ego aſſidua hujus rei lectione apud plurimos antiquitatis conditores reperi, Trojani Duce Antenore patriis pulſi ſedibus in Italiam Illyrico, Liburniſque relictis adventantes condito ad Timavum Patavio, urbem illam primi aratro deſignavere, ab urbiſque exordio, Ilion appellavere. Quibus facile adſtipulari poſſum, nam pleraque ſcriptorum pars, qui in hanc collimant ſententiam, id memoria prodiere. Urbis præterea portam, adhuc Ilionis dicimus, quam vulgo Alonis dicunt, idque urbis nomen diu ſervatum eſt, ab omnibus etenim Ilion dicebatur. Cumque primo anguſtum eſſet oppidum admodum, multi ex finitimis, opibus illuſtres, huc confluxere, brevique effectum eſt, ut habitandi gratia aliquantum ampliorem urbis ſpeciem redderent. Romani poſt devictos Gallos Senones, alioſque, qui cum Belloveſo Italiam expopulandam advenerunt, omni Italia potiti, hanc etiam urbem dominati fuere. Poſt Syllanos in urbe introductos devicto Mario facta eſt Romanorum colonia, atque fidiſſima dicta, & oppidi, quod nimis anguſtum tot hominum incapax eſſet, pomæria ampliavere; mox lateritiam magnifico ædificiorum apparatu illuſtravere; eaque non multo poſt exculta in tantam nominis amplitudinem evecta eſt, ut conterminas civitates ad ſui pulchritudinem alliceret. Plurimi etiam ad Romanum nomen in dies convenerant; flumen in urbem introductum eſt; pars in proximis collibus habitavere, reliqui in planitie; ſuperior pars militibus Romanis conceſſa; utraque pars ponte ſupra Vatranum facto juncta, & rempub. pari auſpicio regebant. Collis hodie caſtellum Imolæ appellatur. Forumboarium juxta Vatrani undam cis collem erectus eſt, juſſique omnes ruſtici, ut ſingulis annis ſtato certoque die in forum convenirent, nec multo poſt urbs iterum aucta eſt. Urbis per ea tempora longitudo paulo minus duorum millium ambitus uſque ad tria millia auctus, ſuburbiaque & urbi vicina loca adeo exculta, ædificiis adeo expleta, ut non multum ab urbe diſtare videtur, domibus utrinque extructis, Marti, & Veneri Romanorum progenitoribus templa erexere, Marti in colle, Veneri in lacuna, ubi nunc D. Petri ædes viſuntur. Herculis ludi inſtructi in loco, quod nunc conellam S. Caſſiani dicimus. Appius præfectus portam addidit, e qua egredientibus iter eſt ad Vadum, de quo ſuo nomine vocavit, Appiique porta dicta eſt, quam hodie mutato nomine Appiolam dicimus. Urbem totam lapidibus juſſit, urbem muro lapideo aggreſſus eſt, imperfectum opus vitæ brevitate reliquit. Cato Uticenſis hac urbe plurimum delectatus proximum collem inhabitavit, ubi infinito ſumptu villam ædificavit, qui ad hæc uſque tempora mons Catonis dicitur. Appius igitur cum in dies urbem repleri videret, multoſque intra mœnia concedere, provincialium lites huc deferri omnes jubet, & conventum fieri, in quem cum finitimæ urbes frequentius accederent, Romano more duo creati ſunt Prætores, quorum unus jus concivibus diceret, inde Urbanus dictus, alter peregrinis forum aperiret, inde Peregrinus. nec multo poſt Cornelii Forum dici cœptu eſt a gente Cornelia apud Romanos Principe, e qua Sylla originem ducebat antiqui nominis mutatione.* Hact. Anonymus.

Donec floruit hæc civitas, Romani populi fortunam ſecuta eſt, deinde volens, nolens, Longobardorum jugum accepit; quibus exactis, Bononienſibus paruit, Alidoſiis, Manfredis, ac Galeatiis; quorum cum exoleviſſet tyrannis, in S. Apoſtolicæ ſedis ditionem devenit, quæ illi perpetuam pacem viſa eſt attuliſſe. Protulit ea civitas, tum in litteris, tum in armis viros & fortes, & graves, in quibus enituere Joannes Imola appellatus, atque Tartagnus ſummi Juriſconſulti, Hieronymus Clarutius Poeta, Joannes Grammaticus, Joannes Antonius Flaminius Orator, & Poeta, ejuſdem filius Marcus Antonius ſummus Philoſophus, tam Latinarum, quam Græcarum litterarum eruditione clariſſimus. In armis vero fuere celebres Beltramus, & Lyppus Alidoſii, Franciſcus, atque Joannes Saſſatelli, Vido Vaina, Dominicus ejuſdem filius. Fœta, plenaque nobilitate eſt, promiſcuoque populo ad omnem induſtriam unice facto. Apud cordatos ea non inſulſa conjectura valuit, Imolam Chriſtiana ſacra, eo potiſſimum tempore ſuſcepiſſe, quo ex miſſu Principis Apoſtolorum S. Apollinare prædicante Ravenna Evangelii lucem aſpexit. Ibi cum divinum Verbum evulgaret S. Caſſianus Epiſcopus Brixinenſis Imolæ Divus tutelaris martyrii palmam accepit. Totius martyrii hujus ſeriem ſupracitata Chronica luculenter in hæc verba deſcribit, quorum prolixitatem uberi voluptate compenſabit lector, cum in ea plurima ſcitu digna reperiet, quæ apud alios auctores haud invenire poterit. *Valens*, inquit, *Imp. Brixiam, quæ olim Sales dicta eſt, urbem in Germania munitiſſimam armatis militibus aggreditur, ac ferro flammaque coacti ſunt oppidani ſeſe dedere, & crudele ſervitutis jugum ſubire. Erat in urbe illa Caſſianus vir integer, cæteraque probitate Chriſtiana eruditus, qui Chriſti legibus ſerviebat, & ad Regis quæſtorem perductus, interrogatus cujus eſſet; Chriſtianus, inquit. Cujus conſtantiam admiratus, compedes juſſit detineri; ſed ſequenti nocte divinitus ereptus, in Italiam contendit; & in urbem noſtram cum adventaſſet, incredibili omnium admiratione ſuſcipitur. Nec cunctandum ratus Romam pergere conſtituerat, ſed civium noſtrorum opera, qui paulo ante Gothorum rapinas, & urbis incendia ſenſerant, incerto tardatus eſt, eorumque ſtudio effectum, ut ad Pontificiam hujus urbis inſulam exemplari bonitate perduceretur; noſtri Epiſcopatum dicunt; & Chriſti leges, quæ antea Barbarorum immanitate, ac Religionis noſtræ hoſtium crudelitate in ſolitudines abierant, in urbem introducta ſunt; & urbs noſtra longe ante alias Principes Deo ejuſque Filio ſacra rite peragit. Caſſianus rudem adhuc populum Chriſtianæ fidei rudimenta edocet: finitimæ urbes adoleſcentes ad eum mittere, ut novo, ac Religionis cultu imbuerentur. Ad hæc magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſa in urbem noſtram concurrit; cœperat etenim*

Digitized by Google

per totam Italiam, exactis Barbaris, Christi nomen; ſed non audebat tormentorum, quibus Chriſtiani cruciabantur, metu ſacris initiari, ac veram Religionis fidem amplecti. Noſtri tamen cives, ut erant impigro ingenio, & ad rectum ceremoniarum ritum propenſi, Caſſianum continue audiebant loquentem, & in publicis concionibus vacantem, ut ſegnes animaret, volentes retineret. Et cum reliqui omnes ignavo quodam animi torpore languerent, ſola hac civitas inventa eſt, quæ ingenti animo falſæ religionis cultum non modo ſuppreſſerit, ſed longe a mœnibus eliminarit. Ille, ut erat ingenio rerum ſacrarum ſtudioſo, majores noſtros ita edocuit, ut Chriſtianas leges facile ſuſciperent, non ſine maxima reliquarum civitatum lætitia, quæ ad Chriſti nomen audiendum intra hujus urbis mœnia concurrebant; tantaque in dies fiebat hominum acceſſio, ut brevi nomen, & fortunam immutaverit. Nam omnino inepte religionis cultu Imola dicta eſt, quod Chriſto, ejuſque Matri rite immolaretur, & Chriſtianam Religionem Provincia prima reportavit, anno a Roma condita 1134 poſt natum vero Chriſtum 370. ut apud doctiſſimos homines paſſim diſſipata tempora ſupputatione facta collegimus. Aſtulphus Gothorum Rex in Italiam, cum Inſubres omnes immani barbarorum crudelitate afflictaſſet, in nos converſus eſt; Bononienſium agris vaſtatis, & abacta præda, Imolam agri obſidione cingit, & admotis tormentis flammam minitabatur, ni deditionem facerent oppidani. Cum nulla eſſet auxilii, nec copiarum ſpes, urbis occaſum pertimeſcebant; matres ad Chriſti preces confugere. Caſſianus nulla oppidanorum pernicie, nec vaſtatis agris Gothorum rabiem, ac feram dominandi barbariem adeo perterruit, ut Aſtulphus ſine ullo maleficio ab obſidione diſcederet, & caſtra longe apponeret; in cujus exercitu tanta laborata eſt peſtilentia, ut 25. hominum millia brevi interierint, reliqui oppidulum ad Saluſtis torrentis ripam condunt, quo ſe reciperent, idque de fluminis nomine Saluſtam appellant, tanta uſi feſtinatione, ut omnium opinione abſolutum ſit, quam inchoatum putaſſent. Milites ex agris in novum oppidum diſcedunt, unde brevi abeunt; nam peſtilentia majori virium robore eos adeo delevit, ut pauci admodum ſupereſſent: oppidum ſine habitatione multos annos manſit. Aſtulphus igitur ſuis omiſſis pleroſque alios in caſtra convocarat, quibus juvantibus urbem iſtam occupare ſtatuerat. Verum Caſſiani verbis toto agro fugatur, & in ſolitudinem ſe recepit. Caſſiano deferebatur honor, ſibique congratulabantur; tanti viri adventu, & probitate agrorum, ac urbis perniciem, & incendium evaſerunt. Ille non ſibi, ſed Deo, ejuſque Filio deferendos honores prædicabat. Sed non multo poſt, cum Aſtulphus vita exceſſiſſet, Gothi ſibi fuga conſuluere, novaſque terras cis Iſtrum a Valente propoſuerunt auxilia pro tempore promittentes, facileque impetrarunt a ſtulto Imperatore, & in Thraciam traducti ſunt. Sed tanta fuit Lupicini, & Maximini inſidiatrix aviditas, ut omnium rerum penuria laborantes Gothi coacti ſunt arma ſumere. Fritigernus Gothorum Dux ad Morianopolim copias omnes excuſſit, incertoque marte pugnatum eſt. Gothi viribus ſuis non ſatis fidentes Alanos in præda participatum vocant Thaiphili Gothorum ſigna ſecuti vincuntur, & in Italiam circa Parmam, Forumque Lepidi relegantur. Valens ira impatiens Gothis copias admoverat, ſed de pace actum eſt, interprete Chriſtiano Sacerdote, ut Tracia Gothis daretur habitanda. Verba tamen Valens dabat, quouſque Gothi omnes convenirent, & comparato exercitu in aciem deventum eſt, & acriter utrinque pugnatum, vix tertia pars exercitus tanta cadi ſuperfuit. Valens lethali actus vulnere in caſam proximam delatus immiſſo igne ab impudenti hoſte combuſtus eſt. Victores Gothi Conſtantinopolim petiere. Dominica Valenſis uxor, quam ille ad Urbem Romam duxerat, urbem auro tutata eſt. Redeuntes Gothi, Thraciam, Daciamque nullo obice populantur. Athanoricus Gothis Rex præficitur, cujus ferocitas a Gratiano compreſſa in Chriſtianos graſſata eſt, Italiam omnem fatali quodam incendio pervagatus; Imolam ferro, flamma, fame ita contrivit, ut effuſa rabies mœnia diruens, fere omnibus vicis ignem

A

immiſit, moxque per univerſa urbis loca incendium factum eſt, urbs diruta, ac combuſta, Caſſianum ad cujus exitiū, veluti ad commune incendium extinguendum concurrerant, ad ſe perductum primo a Chriſti legibus atrocitate ſupplicii dehortatur. Sed barbara regis mina cum Caſſianum perterrefacere nequirent, carcere, ac compede vinctus eſt, præfectuſque militum coram ſuſcepit, ne quis potum aut cibum ad eum deferret. Verum Deus ipſe cibo cœlitus demiſſo victum ſubminiſtrabat; nihil Caſſiano deerat; in tormentis ridere, omnia adverſa pati, Imolenſes hortari, ne à Chriſti legibus deficerent, tyranni minas contemnerent. Athanoricus putans fame confectum, nam xv. dies carceribus incluſus fuerat, juſſit adduci, & mirans adhuc supereſſe, ira in rabiem converſa, puerorum licentia, qui ab eo ſacrum ritum hauſerat, exponi juſſit; qui nullo non vellere Doctorem ſuum vinctum ad marmoream columnam colligant, & uſque adeo tabellis, & ferreis mucronibus caditur, donec corpus vulneribus plenum hinc, & hinc ſanguinem effundens paulatim langueret, & in

B

ipſo tormentorum cruciatu animam Deo reddidit anno ſexto poſtquam ad nos diverterat, Gratiano Imp. anno Imperii IV. Ita potior ſcriptorum pars, quos adhuc legerim, collegerunt. Civitas eoque loci monumentum tumulum erexit. Prudentius inter Poetas haud poſtremus ex Hiſpania Romam proficiſcens, ad nos cum deveniret, Caſſiani ſanctitate aram accedit, & eleganti carmine tanti viri interitum conſcripſit anno ſalutis 390. Hactenus Chronica.

Cæterum Eccleſia Cathedralis S. Caſſiano conſecrata eſt, cujus corpus ſub ejus altari ex antiquiſſima traditione ibidem venerabiliter requieſcit: Brachium vero In argentea theca incluſum in altari B. Virginis de laudibus, cum aliis ſanctorum reliquiis aſſervatur. Ejus feſtus dies celebratur juxta morem civitatis 13. Auguſti. In via Flaminia Bononiam verſus per quartam partem unius milliarii viſitur columna, in qua alligatus prædictus invictus Epiſcopus martyrli palmam promeruit. In eadem Cathedrali Eccleſia inter cętera aſſervatur corpus s. Petri Chry-

C

ſologi Forocorneliani civis, & Archiepiſcopi Ravennatis, doctrina, & miraculorum gloria illuſtris, corpora Ss. Maurelii, Projecti, & Donati, & caput S. Coſmæ, aliaque ſanctorum lipſana. Nobile habet canonicorum Capitulum, ſeptem dignitatibus conſtans, Præpoſitatus nempe, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, Primiceratus, Theſaurariatus, & Cuſtodis, quæ omnes de jure ſunt patronatus diverſorum, nec de Choralibus diſtributionibus participant, ſoluſque Cuſtos ex inſtitutione ſuæ dignitatis ad chorum tenetur, & undecim canonici, qui habent diſtinctas præbendas, una cum Pœnitentiali, & Theologali. Octo ſunt beneficiati, qui manſionarii nuncupantur, aliique Capellani, & Clerici Eccleſiæ inſervientes. Duodecim intra urbem, tres in ſuburbiis numerantur Eccleſiæ Parochiales, ſocietates quatuordecim, Seminarium, in quo ſedecim pauperes Clerici aluntur ad normam concilii Tridentini, ſex Monialium Cœnobia, virorum ſeptem, & Domus Societatis

D

Jeſu; in ſuburbiis virorum monaſteria quatuor, & alia Oratoria, Hoſpitale, domus Mendicantium, Orphanorum, Puellarumque virginum, & mons Pietatis. Tota diœceſis, quæ ſatis ampla eſt, in novem foraneos Vicariatus diviſa exiſtit, ſcilicet Zughi, Maſſæ Lombardorum, Mordani, Duzziæ, Bagnaræ, caſulæ Caninæ, caſtri Bononienſis patria Dominici Card. Gymnaſii, Manzoncolli, Toſſiniani, Fontanæ, caſtri Rivi, Saſſiglorii, Geſſii, Rioli, Muzzolarii, montis Majoris, Baſſordii, caſulæ Valſenii, & Barbiani. In quibus centum, & octo Parochiales Eccleſiæ, Xenodochia triginta ſex, ſimpliceſque Eccleſiæ nonaginta, quinque oratoria, & pia loca recenſentur. At non item præfigi, affirmarique tempus poteſt, quo Epiſcopali dignitate fuerit nobilitata. Suſpicantur nonnulli ante Ariminenſe Concilium, cui interfuere Epiſcopi, Bononienſis, Forolivienſis, ac Foroſempronii. Potuit enim tunc Imola ſuo non caruiſſe Paſtore.

Digitized by Google

Conſtat tamen ante S. Ambroſium Epiſcopali jure fuiſſe adminiſtratam, ſicut idem ipſe epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem lib. 3. teſtatur. In privilegio Valentiniani Imperatoris in iis civitatibus numeratur, quas ſub Paſtore degentes Archiepiſcopo Ravennati fecit ſubjectas anno 429. ut Rubeus refert: tametſi ei rei tanquam fictitiæ in Eccleſ. annalibus refragetur Baronius. Primus civitatis Imolæ Epiſcopus, cujus legentibus obvia memoria eſt, S. Cornelius habetur, unde eorum Præſulum catalogum exordiemur, erutum ex monumentis illius Eccleſiæ, aliiſque fide dignis Scriptoribus. Taxatur Imolenſis Eccleſia in libris cameræ ad florenos 350. cujus valor aſcendit ad tria millia ſcutata.

I. 1. S. CORNELIUS à Cœleſtino Papa, Imolenſis Epiſcopus, adlectus eſt circa annum 400. Cujus meminit Petrus Chryſologus, iis vere aureis verbis in ſermone 165. *Cornelius namque beatiſſima memoria, vita clarus, cunctis virtutum titulis ubique fulgens, operum magnitudine notus univerſis, pater mihi fuit, ipſe me Evangelio genuit, ipſe pius piiſſime nutrivit, ipſe Sanctus Sancta inſtituit ſervitute, ipſe Pontifex, ſacris obtulit, & conſecravit altaribus, & idem mihi clarum, colendum, & mirabile Cornelii nomen.* De eodem Baron. tom. 5. ad annum 433.

II. 2. S. PROJECTUS civis, & Epiſcopus Imolenſis, de quo idem Chryſologus. *Projectus ex utero humanæ matris, in utero divinæ Matris juguer permanſit, ab incunabulis ipſis gradus Eccleſiaſticæ militiæ conſcendit.* Ejus mater, cum Projectum parituram adhuc geſtaret uterum, puerperium ſuum lilium manu tenentē per ſomnium ſibi viſa eſt videre prodire. Quem deinde natum, eductum, Cornelio Epiſcopo diſciplinis Eccleſiaſticis tradidit inſtituendum. In cujus magiſterio inclaruit ad miraculum. Crumenam, quæ egenorum ſublevandæ paupertati ſubſerviebat, divinitus reperit aliquando fuiſſe oppletam. Mortuo Cornelio clerus, populuſque Imolenſis Projectum vel invitum traxit ad ſedem, electumque Petrus Chryſologus cōſecravit, ut in quodam ſermone hoc ipſum idem Chryſologus retulit eleganter. Juſſu a Simplicio Pontifice Joannem Archiepiſcopum Ravennatem ſeveriori cenſura correxit. Romam profectus, Marino Abbati viro ſanctiſſimo effuſus in preces attulit ſanitatem. Ivit ad ſuperos 9. Kal. Octobris prope Imolam, ubi ſepultus fuit. Cujus deinde corpus repertum Mainardus tranſtulit honorifice in Cathedralem, ubi hoc tempore magna fidelium veneratione aſſervatur. Ejus feſtum celebratur 9. Kal. Octobris. de eo Ferrarius, & alii.

III. 3. S. MAURELIUS *a* vixit anno 532. coronatuſque nobili martyrio eſt, ignoraturque tyrannus. Ejus corpus aſſervatur in Cathedrali, cum reliquiis S. Projecti, celebraturque ejus feſtum 9. Maii de quo Ferrarius.

a De quo Acta Ss. Maii. t. 1. p. 106.

IV. 4. * NESTOR Epiſcopus Forocornellenſis vixit Juſtiniani Imp. temporibus, cujus mentio extat in vetuſtiſſimo inſtrumento plenariæ ſecuritatis ſcripto an. 38. Ejuſdem Imp. quod nuper publici juris fecit è Bibliotheca Card. Balnei amicus noſter eruditiſſimus Gabriel Naudæus.

* Ex App. tom. 2.

V. 5. N..... Epiſcopum Imolenſem temporibus ſancti Gregorii, Imolenſis populus exegit, deturbavitque de ſede, ut ſcribit idem S. in epiſtola menſe Julio anno 598.

VI. 6. BOTHUS, ſive Boethius Concilio Romano interfuit ſub Martino I. Pontifice anno 609. Hujus meminit Rubeus.

A 7. BARBATUS floruit an. 680. interfuitque Romano Concilio ſub Agathone Papa, contra Monothelitas. VII.

8. EUGENIUS Foroaldus civis, & Epiſcopus Imolenſis, vir magno Ingenio fuit, de quo Saxo Grammaticus. VIII.

9. PETRUS Imolenſis Epiſcopus fuit an. 898. (1) apud Rubeum. IX.

10. JOANNES vixit an. 954. an. vero 968. Ravennati ſynodo interfuit ſub Joanne Pontifice anno 7. Imperii Othonis Imperatoris, ubi erectioni Archiepiſcopatus Magdeburgenſis ſe ſubſcripſit. X.

11. PAULUS eandem ſedem obtinuit an. 1027. uſque ad an. 1030. apud Rubeum. XI.

12. HENRICUS Imolenſium Præſul fuit an. 1056. XII.

13. VIDO Imolenſis Epiſcopus, ad quem extant epiſtolæ Gregorii VII. lib. 1. epiſt. 10. XIII.

14. MORANDUS ex eadem ſede jus dixit anno 1089. Hic Imolenſi populo uſum portus de capite Selcis conceſſit. XIV.

B 15. OLDO ejuſdem ſedis Antiſtes an. 1095. Novocomi Eccleſiam de Voſtemati conſecravit, ex auctoritate Urbani II. ut refert Franciſcus Ballerinus in hiſt. Novocomi lib. 2 („*Otho verò dicitur, & ſubſcribitur Epiſtolæ, ſuæ Bula Urbani Papæ pro Monaſterio S. Ægidii, confirmatæ in Concilio Placentino, ut videri eſt apud Baluzium Miſcel. tom 6. pag. 384.*) XV.

16. BENNUS, ſive Benus, patria Florentinus, vir humanioribus literis nobiliter eruditus, floruit an. 1118. ex Sigonio de Regno Italiæ. Hic Honorii II. auctoritate ſuffultus in favorem ſibi creditæ Eccleſiæ 20. oppida obtinuit, aliquot Abbatias, ac Plebanias anno 1126. Hæc ſummatim perſtringit auctor Chronici Vaticani de hoc ipſo Benno Epiſcopo loquens, pauloque altius rem commemorans, ſic habet. XVI.

Quoniam in Othonis tempora delapſi ſumus, operæ pretium eſſe duximus, & altius repetere, quæ ſcriptorū annalibus, aut hiſtoriis indicta, & diſperſa apud varia C *illius temporis monumenta in breve volumen redegi; opus labori noſtro non admodum, at pleriſque fortaſſe gratum. Et quoniam non ſolum Romandiola, ſed omnis Italia a Barbaris obruta eſt, Latina quoque lingua vires ſuas amiſit, & pleraque nimis barbara in germanum Latini ſermonis candorem invecta ſunt. Nam Carolo Magno, Berengariis, & Othonibus Romanum Imperium tenentibus multa in linguam Romanam irrepſere, quæ priſcis incognita extitere; hiſque regnantibus ad ſingulas civitates regendas comes aliquis ex Imperatoria aula mittebatur, & territorium comitatus dicebatur, quoniam illi comes præerat. Ideo mihi liceat interdum verba temporibus accommodare. Multos annos ante inter urbis noſtræ Epiſcopos, & Senatores ſane conveniebat, nam nulla major Epiſcopis antea cura extitit, quam crediti gregis ſalus, & vigilando, docendo, bene agendo, quoſque ad bene, beateque vivendum invitare; ſed poſtquam cœpere pro pietate, pro religione, pro Chriſtiano cultu, crudelitas, avaritia, libido ſacerdotum pectora occupare, & in volentem urbem* D *ingredi res noſtra peſſum ire cœpit. Illi namque, ad quos animarum cura divino jure pertinebat, ad habendi cupiditatem converſi, pleraque bona invaſere, & major fere pars noſtris Epiſcopis ſupponeretur, ut neglecto rei Chriſtianæ cultu ad humana in dies prolaberentur. Honorius Pontifex hujus nominis II. de quo a nobis ſatis dictum eſt, omnium primus Epiſcopis noſtris nolens tātam ad avaritiæ ſordes feneſtram patefecit. Bennoni Epiſcopo noſtro, ut erat Imperii avidus, ubicunque loco-*

(1) Anno 898. putat Rubeus Petrum hunc floruiſſe, eo quod ſubſcripſerit Conſtitutioni Joannis Archiepiſcopi ad favorem cœnobii S. Mariæ de Palatiolo; quam conſtitutionem eodem anno 898. datam affirmat. Verum cum reperiatur hic Petrus interfuiſſe Lateranenſi Concilio adverſus Joannem Archiep. Raven. habito à Nicolao I. anno 861. ut videre eſt ex ejuſdem Concilii Actis relatis ſupra in Ravennenſibus, ad dicta tempora referendus eſt; ſicuti etiam conſtitutio Joannis præfata, ut ſupra in Ravennatum ſerie explicuimus. Cæterum Stephanus VI. qui ſedit ab an. 885. uſque ad an. 889. Romano Archiep. Ravennati per ſuas literas præcipit, ut Imolam ſe transferat, ibique clerum, & Cives diſcordantes componat, & ſtudeat novum eligi Epiſcopum eo dignum onere. Ex decr. p. 1. diſt. 63. c. 13. Ex quo conſtat circa illa tempora Cathedram Imolenſem vacaſſe; neque poſſe affirmari eumdem Petrum ab anno 861. ad 898. in illa ſede vixiſſe. Nota verò in gloſſis ad cit. Decr. locum male dici, Imolam tunc non fuiſſe Epiſcopalem ſedem, ſed Caſtrum S. Caſſiani, cum omninò oppoſitum pateat: Et ſi forte aliquando Imolenſis Epiſcopus dictus eſt S. Caſſiani, à titulo Cathedralis, & non ab oppido ita denominatus eſt. In notis ad præfatum caput habetur, quod tempore Imper. Friderici antiqui, & Othonis IV. Epiſcopus Imolenſis vocabatur Cornelienſis; ſic ex multis privilegiis inſpectum tunc temporis hanc Eccleſiam Cornelienſem vocatam.

Digitized by Google

eorum bona ad Principem Eccleſiam pertinentia per
litteras donavit, voluitque ut privata, quæ ad rem cu-
juſque pertinerent, publicaque judicia apud Epiſcopum
ſine prætore agitarentur; cum antiquitus non judicia
exercerent Epiſcopi, ſed ſacra tantum adminiſtrarent,
curarentque ne verbum Dei apud populos inoleſceret
(id ea tempeſtate dictum puto, quæ nos vectigalia) Ad
hæc caſtellum Imola, Bagaria, Secularique Pacoli Pu-
blici, Maſeratæ, Runci, Roccha Gazi, Fontanæ ad ur-
cem, Tuſſignani caſalis, Pebella, Corvaria, Toranel-
li, Gallisterna, Flagnani, Nuntulica lavatoria aqua-
viva, Portum capitis ſilicis, cum paludibus, piſcinis,
ripis, venationibus, aucupio, paſtionibus, Paluiulum,
Becchantam, Bunchum, Libbam fanariam, agrum val-
lis Salvie in montibus. Maſſam præterea campi Bar-
barani, quod Blanianum hodie dicimus, Adhelli, Sa
gazani, Medeſani, Anceta, Placiniani, Valerani,
Cornazani, S. Ambroſii, Lillani, Aſcivii, Galliſa-
ni, ſacella ad hæc plurima B. Mariæ Virginis, Tibe-
riaca, Tuſignani in gypſo ad Seluſtrum in cenſum Li-
cini, divorum Andreæ, Sabini, Geminiani, Martini,
Angeli, Apollinaris, Proſperi, Stephani ad Carbia-
num, Agathæ, Patricii, majora deinde templa addidit,
quas Abbatias dicimus Joannis in montis noſtris ad
Sennum, Petri in Sala, Mariæ Chriſtiparæ in regula,
Donati Matthæi, xenodochium celebre D. Vitalis, ſo-
dalitia, quæ noſtri monaſteria dicunt; SS. Mariæ Zac-
coniæ, Georgii, Stephani, Joannis in Lanaſia, Pauli,
Vincentii, Petri in penſulto, in viario, in rivo publico,
Pancratii, Pophilli, Martini in Saxo, in Arcenna,
Joannis ſodalium, D. Mariæ Formoſæ, quæ poſtquam
Benno Pontificis beneficio adeptus eſt, ſumma uſus pro-
bitate reipublicæ gratus admodum extitit.)

Benno vero creditur deceſſiſſe ante annum 1140.
quo canonici primum lapidem imponunt Eccleſiæ
S. Georgii, facta quidem mentione Epiſcopi, ſed
ejus nomen reticet membrana, ac ſi vacante ſede in
futuri Epiſcopi honorem poneretur lapis. Poſt an-
num quoque 1132. in cujus exitu terras Carpinetæ
in emphyteuſim tradidit, obiiſſe dicendum eſt.

XVII 17. RODULPHUS Ravennas Benno ſucceſ-
ſit. Hujus Imolenſis Eccleſiæ adauxit cenſus. Ca-
nonicorumque ampliavit fortunas, ex dono Patri-
monii Jordanis de caſtro Ducæ 1148. quam dona
tionem, una cum aliis ejuſdem Eccleſiæ Eugenius
III. Pontifex confirmavit, in gratiam Rodulphi,
quem unice dicitur dilexiſſe anno 1151. En diploma
ab originali deſumpto, quod adhuc extat.

EUGENIUS &c.

Venerabili fratri Rodulpho Epiſcopo Imolen. ejuſque
ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. In emi-
nenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente Domino conſtitu-
ti ex injuncto nobis a Deo Apoſtolatus officio fratres noſtros
Epiſcopos debemus diligere, & loca eorum gubernationi
commiſſa pia protectione munire. Ea propter venerabilis
in Chriſto frater Rodulphe tuis juſtis poſtulationibus cle-
menter annuimus, & Imolenſem Eccleſiam, cui Deo aucto-
re præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra tutela ſuſci-
pimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Sta-
tuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem
Eccleſia impræſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in
futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel
Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo
propitio poterit adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, &
illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus ex-
primenda vocabulis, Abbatias S. Mariæ in Regula, S. Do-
nati, S. Mariæ in Diacoma, S. Apoſtoli in caſtro Imolæ, S.
Petri in Sala, & S. Joannis in Senno, Xenodochium S. Vi-
talis in ipſa civitate. plebem S. Laurentii, & in ea tibi, &
canonicis tuis medietatem omnium beneficiorũ de tota Pa-
rochia ipſius provenientium in decimis, primitiis, oblatio-
nibus, & teſtamentis in caſtro Imolæ, plebem S. Mariæ, cum
capella S. Theodori, & cæteris capellis ad eandem plebem
pertinentibus, plebem S. Geminiani cum capellis ſuis, ple-
bem S. Sabini cum capellis ſuis, plebem S. Andreæ, & ca-
pellam S. Pauli in caſtro Albori, Hoſpitale S. Jacobi in Sile-
ro, plebem S. Mariæ in Gypſo, cum ſuis capellis, capellam
Saxilionis, decimationem novalium in Silva de pacto infra
fines tui Epiſcopatus, plebes S. Mariæ in Tauſſiniano, S.

A *Mariæ in Tyberiaco. S. Martini in colina, S. Angeli in Cam-*
piano, cum capellis ad eaſdem plebes pertinentibus, ple-
bem S. Stephani in Barbiano, cum capella de caſtro Cunii,
& cæteris capellis ſuis, plebes S. Mariæ in centum Licinia,
S. Patritii, & S. Apollinaris, cum capellis ad eas pertinenti-
bus, Eccleſiam S. Anaſtaſii in Noredano, plebes S. Proſp. &
S. Mariæ in Saluſtra, cum capellis earum. Totum territoriũ,
& curtem S. Caſſiani, caſtrum, & curtem Taulariæ, caſtrum,
& curtem Aquævivæ, caſtrum, & maſſam Bolomani, Maſ-
ſam prata, Maſſam campum caſtrum, & curtem caput Si-
licum, & Portum, cum padulibus, aquarum decurſibus, &
Piſcariis ſuis. portum Petre dulo, bacharetam Runci, lib-
bam fenariam, villam Zacharam, caſtrum novum Fabrii-
ci, cum ſedecim manſis, caſtrum Bagnaria, cum tota curte,
& omnibus appenditiis ſuis, maſſam Adeſſo, maſſam Suga-
ranam, maſſam Medecanam, maſſam Aurctam, fundum
Peculini, caſtrum Imolæ, maſſam Plaſignani, maſſam Va-
leriani, maſſam Cornarani, caſtrum Galiſternæ, caſtrum
Toranelli, curtem S. Martini in Saſſo, fundum Saſbiliani,
B *fundum Nunculiam, quæ dicitur Caſula, curtem vallis*
Salvæ, caſtrum, & curtem Montis Alti, maſſam S. Ambro-
ſii, caſtrum Ronchum, cum tota curte, curtem Maceratam,
& caſtrum Rochæ, villam Sorbedulum, caſtrum, & curtem
Corbariam, caſtrum, & curtem Fontis Ulicis, caſtrum,
& curtem Tauſinianum, caſtrum Caſale, curtem Publicum,
caſtrum, & curtem Linarii, caſtrum, & curtem Podioli,
montem S. Andreæ cum appenditiis ſuis, caſtrum Duciæ
cum appenditiis, caſtrum, & curtem, Lavatoriam maſſam
Libanii, maſſam Arſizi, maſſam Galzani in curte vitriani,
fundum, qui dicitur capraria, & quatuor alios fundos, &
in ipſa civitate Teloneum, & publicas functiones. Decerni-
mus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Ec-
cleſiam, &c. uſque ſalva nimirum ſedis Apoſtolicæ auctori-
tate. Si qua igitur in futurum &c. uſque aliena fiat. Cun-
ctis autem &c. uſque præmia æternæ pacis inveniant.
Amen.

† *Ego Eugenius catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus*
† *Ego Imarus Tuſculanenſis Epiſcopus &c.*
C † *Ego Nicolaus Albanenſis Epiſcopus &c.*
† *Ego Hubaldus presb. card. tit. S. Praxedis &c.*
† *Ego Manfredus presb. card. tit. S. Savinæ &c.*
† *Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anaſtaſiæ &c.*
† *Ego Hubaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hier. &c.*
† *Ego Guido presb. card. tituli Paſtoris &c.*
† *Ego Rollandus presb. card. tit. S. Marci &c.*
† *Ego Gerardus presb. card. tit. S. Stephani in Cœlio monte &c.*
† *Ego Otho diac. car. S. Georgii ad Velum Aureum &c.*
† *Ego Georgius diac. card. S. Angeli &c.*
† *Ego Joannes diac. card. S. Mariæ Novæ &c.*
† *Ego Hyacinthus diac. card. S. Mariæ in Coſmedim &c.*
† *Ego Joannes diac. card. SS. Sergii, & Bacchi &c.*
† *Ego Centius diac. card. S. Mariæ in Aquiro &c.*

Datum Ferentini per manum Boſonis S. R. E. ſcriptoris
XV. Kalen. Junii Indict. XIV. Incarn. Dom. anno 1151.
Pontificatus vero D. Eugenii Papæ III. anno VII.


Porro de Rodulpho hæc recitat auctor ſupra cita-
D ti chronici Bibliot. Vatic. *Verum*, inquit, *eo fatis*
functo (ſcilicet Bennone) *& ad eam dignitatem mul-*
tis ambitu, ac largitione aſpirantibus, Epiſcopus ne-
glectui haberi cœpit, quod vitæ probitate, non dolo ad
Dei Religionem accedere oportet; inſenatuque actum,
ut caſtella, ſacella, templa, ſodalitia, xenodochium
Reipublicæ ſicut antea obedirent. Verum hæc omnia
inania fuere; nam Rodulphus poſtquam Pontificiam ur-
bis dignitatem adeptus eſt, ab Eugenio illius nominis
Pont. III. omnia, & his majora conſecutus eſt. Qui cum
apud Ferentinum ociaretur, audita Rodulphi legatio-
ne, quod ab Honorio pie donatum eſt, Pontificio diplo-
mate confirmavit, addiditque D. Jacobi xenodochium,
de Sileris fluenta, & Saxilionis ſacellum, ac D. Mar-
tini in Colina, & ad Cuniam Anaſtaſii apud Morreta-
num ſentibus, ac vepribus tunc incultum. Ad hæc dona-
vit caſtella capitis Silicis, Fabriani, Petrellæ, Corba-
riæ, Fontis Ilicis linarica, agrumque omnem, ubi Lau-
reta oppidum olim fuerat, caſtrum novum, caſtrum Ron-
chum, Fundum præterea, Sorbedulum, & Caprariam,
ac Zaccaram; & ſicuti apud antiquos moris fuiſſe, ut

multi facultatum ſuarum decimam partem Herculi voverent, hocque apud Romanos Syllam, & Craſſum feciſſe comperio; ita juſſit Eugenius Aratores omnes ad ſilvam, quæ de pacto dicitur, frumenti decimam Epiſcopo noſtro dare, quo decumanos ſingulis annis mittere, ac quicquid agri ad ſilvam adjaceret, ottonariis & vigeſimariis ab Epiſcopo miſſis certum vectigal penderet; cujus rei cupiditate brevi effectum eſt, ut pecuniæ ac lucri contagio proxima etiam loca inficeret. Solent interdum Principes eos, quos pauperes eſſe convenit, divites facere, & honeſtis hominibus nihil dare. An. 1159. Rodulphus Canonicorum S. Laurentii privilegia rata habuit, quo anno Fridericus Cæſar Imolenſem civitatem, populumque ſub Imperiali protectione ſuſcepit, inſtante Peregrino de Bulgaris civitatis rectore. Diplomatis tenor eſt hujuſmodi.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fredericus, divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Univerſis Imperii noſtri fidelibus tam præſentibus, quam futuris notum eſſe volumus, quod Peregrinus de Bulgaris Imolenſium Rector pro univerſa civitatis Imolæ populo ad noſtræ Majeſtatis præſentiam venerit, intervenientibus honorabilibus Principibus noſtris Nermando venerabili Verdenſium Epiſcopo, necnon dilecto noſtro Raynaldo cancellario, ut civitatem Imolæ, & omnes homines nunc, & in futuro in ea habitantes in noſtra tuitione, atque munimine conſervanda reciperemus, & ſtatum ipſius civitatis in integrum confirmaremus, & a jugo omnium civitatum, & perſonarum liberaremus, benigne rogaverit, & obtinere meruerit. Nos itaq; ſola pietate miſerti, & præclara, & honeſta ſervitia Imolenſis civitatis intuentes, & conſiderantes, quæ ad gloriam, & exaltationem Imperialis Coronæ ſemper exhibuit, meritis ejus ex æquo reſpondere cupientes, imperiali auctoritate concedimus, & ſtatuimus, & præſenti ſanctione plene confirmamus jam dictam civitatem, & omnes homines in ea nunc, & in futuro habitantes in noſtra tuitione, & cura perpetuo permanere, & ſtatum ejuſdem civitatis ad modum aliarum civitatum, cum toto ſuo comitatu in integrum reſtituimus, & ab omni jugo aliarum civitatum, & perſonarum eam abſolvimus; nunc etiam præſenti ſanctione adjungimus, ut quicumque ad hanc civitatem habitandum venerit, vel venire voluerit, liberam, & abſolutam facultatem abſque omni obſtaculo in ea habitandi, & commorandi perpetuo habeant. Statuentes igitur præcipimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, nullus dux, vel marchio, nullus comes, vel vicecomes, nulla civitas, nullum caſtrum, nulla poteſtas, nullave perſona magna, vel parva præſignatam civitatem cum prædictis hominibus nunc, & in antea habitantibus in ea audeat inquietare, vel moleſtiam aliquam inferre. Quicumque autem hujus noſtri præcepti violator eſſe præſumpſerit, reus criminis Majeſtatis centum libras auri optimi, & puriſſimi pro pœna componat, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædictæ civitati. Quod ut verius credatur propria manu confirmantes præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione inferius juſſimus inſigniri.

Sign. D. Frede-  *rici Romanorum invictiſſ. Imper. Auguſti.*

Ego Bernardus S. Palatii Imperialis Cancellarius recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1159. indict. 6. regnante Frederico Romanorum Imp. sereniſſ. regni ejus vij. Imperii vero 11. Datum Imolæ in clauſtro S. Mariæ in Regula 7. Kalendas Julii.

Fuit ſuperſtes Rodulphus Epiſcopus, uſque ad annum 1166. de quo etiam loquitur Rubeus in Raven. hiſt.

XVIII 18. ARANDUS eandem ſedem obtinuit anno

A 1167. neque de eo alia extat memoria in tabulis ejuſdem Eccleſiæ,

19. HENRICUM in Imolenſi ſede Alexander III. Pontifex Max. confirmavit, cujus ſinceriores partes contra Fridericum Imp: fuerat conſtantiſſime ſecutus anno 1170. ob id non ſemel vagari coactus eſt. Jurium & privilegiorum ſuæ Eccleſiæ ab eodem Pontifice confirmationem ſuſcepit, quæ & mordicus defendit contra Bertholdum Friderici in Italia Legatum. De hac ipſa re ſæpe citatus auctor Vatic. Biblioth. ita loquitur in favorem Bertoldi non abſque rancoris ſcintilla in Henricum. XIX.

Multis inde annis (ait) *interlabentibus Henricus Epiſcopus ab Alexandro Pontifice III. eadem impetravit. Erat iiſdem temporibus ſilva ingens in agri noſtri planitie, quam ſilvam de Luca Imolæ appellant, tunc primum coli cœpta, cum antea inculta, ac ſenticetis plena eſſet. Hanc ſi quis ad agricolationem redegiſſet, ut agro non ſemel arato, ſed novato, & iterato meliores fœtus poſſit ac grandiores reddere, & quicquid ex novali, aut præſciſſo, aut venacto, aut reſtibili agro poſt*
B *collegiſſet, decimam fructuum partem hujus urbis ſummo ſacerdoti penderet, ut poſt vitæ alimenta egenis reliquum miniſtraret. Sic exculta, atque ſenticetis expurgata eſt ſilva, ut non triticarius ager a meſſe frumentaria altero anno ſemeſtre aliquod genus frugis, ſed ſingulis annis triticum caperet; quo factum eſt, ut Epiſcopi divitiæ adauctæ ſint. Henricus non multo poſt, ad id potentiæ evectus eſt, ut totum agrum (quem Comitatum dicimus) ſibi parere, omneſque ad Epiſcopi Tribunal accedere, ſeque Imolæ comitem (rudi utar verbo) dici poſtularet. Verum Bertoldus Gonberg. ab Imperatore Friderico, cum copiis, ac validis in Italiam miſſus, quaſcunque nactus erat gentes adverſus Imperatorem percupide dimicantes, gravi bello vexabat; per quæ horum ille regiones ſtellas, ac lapideos cippos ſtatuebat litteris Imperatoris nomen, quibuſve modis eos ſubegiſſet, ſignificantibus; quorum vero urbes ſine ullo negotio aut incremento certamine cepiſſet, cippos quoque in foro, & agris ſtatuebat, atque eo amplius illos libertate frui volebat, exiſtimans Regnum magis diuturnum fore, quod*
C *benevolentia, non crudelitate ſtabiliret. Et quoniam temporis, ac belli licentia quamplures ad ſcelera deferat, Bertholdus legem ex antiquiſſima vetuſtate multos annos jam deſitam longo intervallo revocavit. Nam Amaris Aegyptiorum Regis ſanctio erat, ut ſinguli quotannis apud Nomarchenſis (is erat cujuſque præfecturæ præſes) profiterentur, unde viverent; quod qui non feciſſet, aut vitæ genus præſidi approbare non potuiſſet, huic pœna extremum ſupplicium erat. Quam deinde Solo A. to Athenienſibus promulgavit, ejuſque judicium apud reopagum ſanctiſſimum gratiæ concilium agitabatur. Bertholdus rerum, ac patrimonii profligatores, quive nullis facultatibus victitarent, non morte mulctandos, ſed ſcalmo, aut adigendos cenſuit, quæ hodie ſi Principum benignitate in urbe noſtra ſervaretur, nobiſcum meliuſcule ageretur. Cum in urbem noſtram veniſſet, civitatis luxum im.inuit, & in oppidum mittebat prætorios, & quoſcunque honore dignos judicabat; & ut boni partem reipublicæ adminiſtrandæ caperent, nova*
D *officia, novos magiſtratus excogitavit, curam operum publicorum, viarum, & aquarum alvei Vatreni, frumentique populo dividendi, negotium legendi, ſenatus pro cujuſque virtute ac induſtria aſſignavit. Audita ſenatus poſtulatione, Henricum obſecrare non deſtitit, ut ſuis tantum præeſſet, aliena non curaret. Sed ille poſtquam Bertholdum ſenatui favere intellexit, pretio ac ſpe pellicere legatum adortus, ad litem animum convertit. Legatos ipſe ad Imperatorem clericatum miſit. Bertholdus interim omnia per litteras eum docuit, dumque ſumma omnium expectatione abſunt legati, lis vindiciarum ab ipſo adverſus Bertholdum exorta, ut qui Imolæ agrum tenere vellet, pro præde litis vindiciarum adverſario ſuo ſatis daret ſe nihil deterius in ſe facturum, de qua controverſia eſſet. Ille ſenatum monet, ne crederet vindicias poſtulanti iniquum eſſe eum de agro dimicare, poſtularetque, ut rem integram in Imperatoris voluntatem deferat. Poterat que res non jure, aut lege, ſed gladio, & ſanguine dirimi, ni legati ab Impera-*

tore


tore præſto effeciſſent, qui tantæ litis altercationem Gerardo Ravennæ Archiepiſcopo ex lege dirimendam Imperatoris diplomate recepit, cumque rei ſequeſtrem eſſe mandat. Poſtquam longam diſſenſionem Henricus cum Bertholdo dicit, in judicium ventum eſt, reſque ſummo jure acta Bertholdum favor, illum nominis auctoritas tutatur. Gerardus homo malarum rerum inſolens Imolam propere venit, Forum in ſacris Imperatoris ædibus ad divæ Mariæ in Regula aperit, rem ſummaprobitate cognoſcit. Henrico cultos agros, quique ad culturam redigerentur, Bagnariam, caput ſcilicis, Faulariam, Pugiolum, Tauranum, Runchum, Roccam, Maceratam, montem in quo divi Andreæ, ibique Mariæ Virgini in Gypſo ſacroſancta templa erecta fuerunt, Codugnanum vallem ſalvam obedire protulit; locorum incolas ab Imperatoris quæſtoribus exemit, iſque feudum, vectigal, tributum, Colonarium, hoſtiarium, a Cornelienſi Epiſcopo imponi, ipſique vitæ, ac necis in ſubditos imperium tribuit; ſententiæ intereſſe voluit, viros gravitate inſignes, Albericum Sarſinaten. Eccleſiæ Epiſcopum, Rodulphum D. Caſſiani ſacris præpoſitum, Malvianum comitem, Joannem Ungarellum, Latinum Ugonem, Angelum Theobaldum, Bulgarum, & Boethium Savareſios, Albertum Frenzinum, Sanctterniolum Arraldum, Dit. Albergatum, Ugutionem Beatricis, Rodulphinum Corteſium, Guidonem Orlandum, Zanzolinum Sparſonatum, Paripnerum Orimaldum, Jacobum Balditionem, Joannem Fuſculum, Signorellum, alioſque, quorum nomina pro comperto nondum habemus. His ſic compoſitis plerique in agro noſtro fundos ab Henrico ære ſatis honeſto conducunt; plerique maxima inter Bagnacavalli comites ad oppidum anteaTiberianum appellavimus a ſenatu noſtro a Ungarellis conſenſum inveni, & comitem Cunii, nobilemque Silgicardum ad caput ſilicis familiam, & hujus urbis Epiſcopus. Diſſenſio exorta poterat motus excitare, niſi ea Joannes Vitalis ab Imperatore ad nos miſſus auctoritate ſua diremiſſet. Hactenus ille.

a Hæc deformiter mendoſa ſunt.

Cæterum Fridericus in gratiam Imolenſium Conſulum ſuperiorem donationem, quam modo retulimus, hiſce verbis comprobat anno 1177. quo Henricus bonus Epiſcopus ab Urbe exulabat.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Noverint univerſi fideles Imperii noſtri tam præſentes, quam futuri, quod Palmerius Peregrini, & Boncius de Mortignanis, nec non Ugolinus Ubertini Imolenſium Conſules pro univerſo civitatis Imolæ Populo ad noſtræ majeſtatis præſentiam venerunt, intervenientibus dilectis fidelibus noſtris, videlicet Conrado de Bellaluce, nec non Gotifredo Cancellario, ut ea, quæ in privilegio a nobis Peregrino Imolenſium Rectori continentur, confirmaremus, & utilius civitati Imolæ provideremus. Quæ omnia pro illorum ſervitiis, & meritis eis digne concedere credimus, & ſtatum jam dictæ civitatis in integrum confirmare cupimus. Nos itaque conſueta pietate miſerti, & Imolenſes in ſervitio, & in fidelitate Imperialis Coronæ firmos eſſe conſiderantes, merito eis correſpondere cupientes, imperiali auctoritate quæcumque in eo privilegio ſcripta ſunt, firma, & illibata in perpetuum eſſe ſtatuimus; hac etiam præſenti ſanctione privilegium a dilecto Principe noſtro Chriſtiano Maguntino Archiepiſcopo de loco, & hominibus S. Caſſiani Imolenſibus datum irrevocabiliter confirmamus. Statuentes inſuper præcipimus, ut nullus Archiepiſcopus vel Epiſcopus, nullus dux, vel marchio, nullus comes, vel vicecomes, nulla civitas, vel caſtrum, nulla Poteſtas, nullave perſona magna, vel parva civitatem Imolam cum omnibus nunc, & in antea in ea habitantibus inquietare præſumat, vel injuriam aliquam in ipſos inferre audeat. Quicumque autem contra jam dictas ſanctiones facere tentaverit, ducentas libras auri puriſſimi pro pœna componat, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem jam dictæ civitati. Quæ ut verius credantur, impreſſione ſigilli noſtri confirmari juſſimus.

Sign. D. Fride-  *rici Romanorum*
Imperatoris in- *victiſſimi.*

Ego Gutifredus ſacri Palatii Cancellarius recogn.

Quæ omnia facta fuerunt anno Dom. Incarn. 1177. Ind. 10. regnante Friderico Imperatore ſereniſſimo Regni ejus 25. Imperii vero 22.

Datum Moredano 11. Kal. Februarii in Clauſtro S. Anaſtaſii.

B

Henricus vero Epiſcopus plures Eccleſias conſtruxit per totam diœceſim, primuſque Epiſcopus fuit, qui ex oppido S. Caſſiani Cathedralem tranſtulit in novam civitatem, illamque in honorem ejuſdem ſancti conſecravit an. 1177. Laterano Concilio interfuit, & ſubſcripſit anno 1179. Eodemque anno privilegiorum omnium Eccleſiæ ſuæ a Romanis Pontificibus conceſſorum confirmationem obtinuit ab Alexandro III. cujus diplomatis tenor cum ſit omnino idem cum ſuperiori Eugenii III. initium tantum, ſubſcriptioneſque Cardd. referemus.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Henrico Imolenſi Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus canonice inſtituendis in perpetuum. In eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula, &c. uſque ad finem bullæ, ut in Eugenii diplomate. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hubaldus Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Joannes presb. card. tit. s. Anaſtaſiæ.
Ego Joannes presb. card. tit. s. Marci.
Ego Theodinus presb. card. s. Vitalis tit. Veſtinæ.
Ego Petrus presb. card. tit. s. Suſannæ
C *Ego Petrus presb. card. tit. s. Chriſogoni*
Ego Cintius presb. card. tit. s. Cæciliæ.
Ego Hugo presb. card. tit. s. Clementis.
Ego Arduinus presb. card. tit. s. Crucis in Hier.
Ego Jacobus diac. card. s. Mariæ in Coſmedim.
Ego Ardicio diac. card. s. Theodori.
Ego Laborans diac. card. s. Mariæ in Porticu.
Ego Raynerius diac. card. s. Georgii ad vel. aur.
Ego Gratianus diac. card. Ss. Coſmæ & Damiani.
Ego Joannes diac. card. s. Angeli.
Ego Matthæus diac. card. s. Mariæ Novæ.
Ego Bernardus diac. car. s. Nicolai in Carcere Tull.

Datum Laterani per manum Alberti S. R. E. preb. Card. Cancell. 3. Kal. Aprilis Ind. 11. Incar. Dom. anno 1179. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ III. an. 20.

Extat hæc bulla in lib. magno jurium Epiſcopatus Imolenſis in membranis ſcripto. * Eodemque in libro legitur ſententia, quam tulit Gerardus ad favorem Henrici Epiſcopi, & Eccleſiæ Imolenſis contra Bertholdum de Gonisbergh Friderici Imp. Juliæ Legatum, de Comitatu Imolenſi anno 1186. tenoris ſequentis.

* Ex App. tom. 9.

D

In nomine Domini.

Anno Domini 1186. Temporibus Urbani Papæ, & Federici Imperatoris, Die 7. exeunte menſe Octobris, Indictione IV.

Imolæ apud Monaſterium S. Mariæ in Regula, in palatio Imperatoris cum controverſia eſſet inter D. Henricum Cornelienſ Epiſcopum ex una parte, & Breteldum de Gonisbq. totius Italiæ legatum ex alia ſuper tota, & integra juriſdictione totius Comitatus Imolæ, & reſponſione ipſius Comitatus imperio facienda, de quo Comitatu Epiſcopus dicebat ſe Comitem eſſe debere, & Imperio de Comitatu reſpondere: Et alius pro Comitatu Imperio Comitem eſſe non debere; proponebat etiam de ſuis terris habitatis, & quæ habitari poſſent, quæ ſunt Ragnaria cum tota curte, Caput ſilicis cum tota curte, Taularia cum tota curte: Puzolum, & Tauranum cum tota curte: Ronchum, Rocha Maſerata cum ſuis curtibus; Montem in quo eſt plebs s. Ma-

ria de Giſſo ædificata cum ſuis appenditiis; Montem in quo eſt plebs S. Andreæ cum ſuis appendentiis: Curtem Codrignani cum montibus, & appenditiis: Villam valis ſalvæ cum appenditiis ſuis; ipſum Epiſcopum, & ſuos ſucceſſores, feudum, albergarias, collectas, placita, diſtrictus portuum Ripaticos poſt, & omnem aliam plenam juriſdictionem in iis terris nominatis debere habere, & homines prædictarum terrarum immunes debere eſſe exemptos ab omni alia exactione præter quam Epiſcopi. E contra dictus Bretoldus de Gonisbq: quæ ab Epiſcopo dicebantur de Comitatu, & quod Comes eſſe deberet in Comitatu, negabat. Sed quæ de ſuis terris nominatis, quæ habitatæ eſſent, & habitari poſſent, tam caſtellis, quam villis non inficiebatur. Cujus controverſiæ ego Gerardus S. Ravennaten. eccleſiæ Archiepiſcopus ex delegatione D. Federici Imperatoris diu in me facta, & vivæ vocis juſſione filii ejus D. Henrici Regis cognitor, cum diu ante me dicta controverſia foret ventilata, viſis, & auditis rationibus, & allegationibus utriuſque partis, habito, & deliberato conſilio, ſalvo jure, Comitatus ipſi Epiſcopo ſi quas habet, quia cognovi proprietatem dictarum terrarum Cornelierii Eccleſiæ eſſe, & earum curtium, & appenditiarum, & ipſum Cornelierii Epiſcopum de his terris nominatis, quæ habitatæ ſunt, & habitari poſſent, feudum, Albergarias, collectas, placita, diſtrictus portuum, ripaticos, & hoſt. & omnem aliam plenam juriſdictionem debere habere: & homines prædictarum terrarum immunes debere eſſe, & exemptos ab omni alia exactione & juriſdictione præterquam Epiſcopi, ideo prædictarum Bretoldum de Gonisbq; ne in his præfatis vice Imperii, vel pro Imperio ipſe, vel alii imperiales nuntii d. Epiſcopum vel ſuam Eccleſiam inquietent, ſed eum permittant quiete poſſidere, & habere prædicta condempna; ipſum vero Epiſcopum pro his omnibus fidelitatem debere facere imperio condempno: dictus Dominus Archiepiſcopus præſentibus partibus in prædicto loco ſcribere juſſit.

SS. D. Albericus Eccleſiæ Sarſenatis Epiſcopus. D. Rodulphus eccleſiæ s. Caſſiani præpoſitus. Comes Malviccinus. Johannes ſenior. Ungarellus Laſius. Ugo Donne, & Angelus Trepaldi Bulgarus. Bonzus Savarxius, Albertus, Trentinus, Santernolus, Arrardus Diſalbergatus, Uguitio, domina Beatricis, Rodolphinus Curteſo Guido Orlandi Zanzolinus, Sparſonatus Paſipoverus Grimaldus, Jacobus Baldiziorius, Johannes Fuſcole Segnorellus, & multi alii teſtes interfuerunt.

Ego Henricus ſacri palatii notarius ſcripſi, & interfui & interlevavi exactioni.

Ego Andreas notarius de mandato auſcultavi, & ſubſcripſi &c.

Ejuſdem Henrici extat mentio uſque ad an. 1194. quo e vivis exceſſit.

XX. 20. THEODINUS ſucceſſit Henrico an. 1195. quo anno revelatione divina corpus S. Donati civis Forocornelienſis non procul ab oppido S. Caſſiani inventum eſt, ut auctor chronic. ad hunc ipſum annum ſcriptum reliquit. *Per ea tempora cum D. Donati corpus, de quo ſupra, multos annos latuiſſet, Ruſticus quidam agellum ſæpius arans, eo in loco, qui caſtellum S. Caſſiani adjacet, ſumma cum admiratione exaravit. Nam cum cultum impreſſiſſet, ac ſulcum defodiſſet, ut ſentes excideret, gramineſque evelleret, ut agrum purgaret, boves ubi ad ſepulturæ locum venere, proſtratis cruribus procumbunt, nec inde dimoveri poterant. Ruſticus tantæ rei ignarus, boum ignaviam accuſans, magnis viribus impellit. Sed hos cum nullo verborum, aut verberum terrore arceret, relicto aratro in urbem clamans accurrit; rem Theodino Epiſcopo ſumma cum trepidatione narrat; qui reliquis a ſe accitis in agrum accedit. Unde boves ad viri adventum horribili mugitu deſcendunt, ibique terram effodit, lapideam arcam invenit, ad quam reverenter profectus, litteras vetuſtate, & ſitu corroſas vix legere potuit,* Donatus Cornelienſis civis ſanctitate conſpicuus adventum Redemptoris hic intrepide expectat. *Quare in Urbe nunciata, univerſus ſenatus primo, mox populus nullo diſcrimine ad eum locum confluit, &* A *corpus iſtud in Urbem referunt, & ad ædem D. Caſſiani collocant. Sed labente tempore in ſacellum D. Pauli relatum eſt. Rei novitate omnes eo convenere, & magna comparata pecunia templum brevi erectum. Divinus ſiquidem Chriſtianæ religionis cultus apud cives in dies augebatur, & Urbis tribus ex Donati nomine nomen mutuata ad hæc uſque tempora retinet.* Huc uſque de Donati inventione Chronica. S. Donati dies feſtus celebratur 7. Auguſti, de quo fit mentio in lectionibus S. Projecti, cujus Diaconus fuit. Acta deſiderantur.

XXI. 21. ALBERTUS eadem dignitate nobilitatus eſt anno 1198.

XXII. 22. ALBERTUS Auxolettus, ſive Oſſoletta ex Canonico. Præpoſitoque Cathedralis Alberto ſucceſſit, qui anno 1201. ſuis canonicis pro remedio animæ ſuæ, Albertique ſui anteceſſoris plurima bona, fortunaſque dilargitus eſt. Huic cum adhuc canonicus eſſet 1194. Cœleſtinus III. Pontifex poteſtatem fecit certum definiendi numerum canonicorum B Cathedralis. Ex ejuſdem conſenſu monachi S. Matthæi cum canonicis S. Mariæ in Regula cojerunt, cum ſimul in novam Imolæ civitatem, demigrarent. Idem Albertus ad Archiepiſcopatum Ravennatem aſſumptus eſt anno 1202.

XXIII 23. HIERONYMUS eandem Imolenſem ſedem aſcendit 1202. Innocentio III. Pontifice Eccleſiaſticum clavum tenente. [„ *Ad Imolenſem Epiſcopum extat quoddam reſcriptum Innocentii III. ex Decret. l. 1. de reſcriptis tit. 3. c. 26. Præfatus Hieronymus vacante Ravennatenſium ſede a Clero in Epiſcopum poſtulatus fuit: verum quia à minori, quam à tertia parte, Innocentius III. eam electionem rejecit ut ex Decret. l. 1. de Poſtulat. Prel. t. 4. c. 3.*)

XXIV 24. MAINARDINUS, quem Rubeus Maldinum appellat, fuit homo ſagax, ac in rebus humanis tractandis dexteritate mirabili. Friderico II. Imperatori addictus, cujus res geſtas ſcriptione comprehendit, cujuſque auctoritate Imolæ tyrannus effectus eſt. Hic itaque cum Imolenſi ſede potitus eſſet, C corpora SS. Maurelii, & Projecti ſuorum anteceſſorum tranſtulit in Cathedralem: XI. canonicorum numerum ſtatuit, præfinivitque. An. 1230. inter Imolam Faventiamque fœdus percutiendum olim curavit. Anno 1218. 1. die ineuntis Septembris, in Eccleſia Plebaniæ Nonantulanæ conſecravit Altaria B. Mariæ Virginis, S. Euſtachii, ac S. Joannis; caſtrum vallis ſylvæ ædificavit, aliudque inſtauravit, quod Roncum vocant, de qua re auctor citati chronici hæc ipſa interſerit: *Mainardinus Urbis noſtræ ſacerdotium adeptus, ad vallis ſylvæ montes oppidulum condidit, cui ex valle nomen inditum; & caput Runcum inſtauravit, quod antea a ruſticis everſum fuerat, Pugiolum, & Caſrezanum oppida admodum exigua, quibus Boniſaciorum familia loco ſatis honeſto imperabat; donationem laudat, urbis judicia Epiſcopo tradidit; multos deinde annos Caput ſilicis, cum aſperam Lithi Epiſcopi dominationem ferre non poſſet, magiſtratus ejecit, tabulas ubi municipales leges ſervabantur fregit, ſeque in libertatem vendicans ſenatum noſtrum per literas petiit, ut oppidum in ſe reciperent,* D *quod impetrare non valuit. Petrocinus Ravennæ Archiepiſcopus, & in provincia noſtra pro Pont. copiis comparatis, obſidet, capit, Litho reſtituit.* *Mainardino ſcripſit Innocentius III. anno 1215. confirmans immunitates, & bona Eccleſiæ Imolenſis; datum per manus Thomæ S. R. E. Diaconi, & Notarii Neapolitani electi, in hunc modum ab authographo Eccleſiæ Imolenſis. Ex Append. t. 7.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Magnardino Imolen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum, &c.

In eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula licet immeriti, diſponente Domino, conſtituti, fratres noſtros Epiſcopos tam propinquos, quam longe poſitos fraterna debemus charitate diligere, & Eccleſiis ſibi à Deo commiſſis paſtorali ſollicitudine providere. Eapropter venerabilis in Chriſto frater Magnardine, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ad exemplar

feli-

Digitized by Google

felicis recordationis Eugenii, & Alexandri prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Imolenſem Eccleſiam, cui Deo auctore praeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Abbatias S. Mariæ in Regula, S. Donati, S. Mariæ in Diaconia, S. Apoſtoli in Caſtro Imolæ, S. Petri in Cala, & S. Joannis in Senno, xenodochium S. Vitalis: in ipſa civitate Plebem S. Laurentii, & in ea tibi, & Canonicis tuis medietatem omnium beneficiorum de tota Parochia ipſius provenientum in Decimis, primitiis, oblationibus, & teſtamentis. In caſtris Imolæ plebem S. Mariæ cum capella S. Theodori, & cæteris capellis ad eandem pertinentibus, plebem S. Geminiani cum capellis ſuis, plebem S. Andreæ, & capellam S. Pauli in caſtro Albori, hoſpitale S. Jacobi in Sillero, plebem S. Mariæ in Guipſo, cum capellis ſuis de maſſa, & aliis ſuis capellis, capellam ſaxilionis, decimationem Novalium in ſylva de pacto infra fines tui Epiſcopatus, plebem S. Mariæ in Tauſiniano, S. Mariæ in Timberiaco, S. Martini in Colina, S. Angeli in Campiano cum capellis ad eaſdem pertinentibus, plebem S. Stephani in Barbiano, cum capella in caſtro Cunii, & cæteris capellis ſuis, plebes S. Mariæ in centum Licinia, s. Patritii, & s. Apollinaris cum capellis ad eas pertinentibus, Eccleſiam s. Anaſtaſii in Meridiano, plebes s. Proſperi, & s. Mariæ in Soluſtra, cum capellis earum; totum territorium, & curtem ſancti Caſſiani, caſtrum, & curtem Taulariæ, caſtrum, & curtem Aquavivæ, & Maſſam Boloniani, Maſſam prata, Maſſam campum, caſtrum & curtem caput ſilicum, & portum cum paludibus, aquarum decurſibus, & piſcariis ſuis, portum Petredulo, Racharetam Runci, Libam ferrariam, villam Zucharani, caſtrum novum Fabriaci, cum ſexdecim manſis, caſtrum Ragnariæ cum tota curte, & omnibus appenditiis, Maſſam Adello, Maſſam Sogaranam, Maſſam Medaxanam, Maſſam Auretam, fundum Peculini, caſtrum Imolæ, Maſſam Plaſignani, Maſſam Valeriam, Maſſam Cornazani, caſtrum Galiſterne, caſtrum Toranelli, curtem S. Martini in Saxo, fundum Saſtilium, fundum Nunculium, qui dicitur Caſula, curtem vallis Salvæ, caſtrum, & curtem Montis alti, Maſſam S. Ambroſii, caſtrum Caudedoroncho, cum curte Runci, & Roccæ, curtem Maceratam, villam Sorbedulum, caſtrum, & curtem Petrellam, montem S. Mariæ in Guipſo cum appenditiis ſuis, caſtrum, & curtem Corbariam, caſtrum & curtem Fontis Ulicis, caſtrum, & curtem Tauſinanum, caſtrum caſale, curtem publicam, caſtrum & curtem Linaris, caſtrum, & curtem Podioli, montem S. Andreæ cum appēditiis ſuis, caſtrum Dutiæ, cum appenditiis ſuis, caſtrum, & curtē Lavatoriam, Maſſam Lilani, Maſſam Arſizii, maſſā Galiſani, in curte Vitriani, fundum qui dicitur Capraria, & quatuor alios fundos, & in ipſa civitate Tholoneum, & publicas functiones. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatā Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit

A *pax Domini noſtri JESU CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.*

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, &c.

† *Ego Nicolaus Tuſculanen. Epiſc.*
† *Ego Guido Prænestinus Epiſcopus.*
† *Ego Hugo Oſtien. Epiſc.*
† *Ego Benedictus Port. & s. Rufinæ Epiſc.*
† *Ego Pelagius Albanen. Epiſc.*
† *Ego Cynthius tit. s. Laurentii in Lucina presb. Card.*
† *Ego Centius Ss. Jo. & Pauli presb. Card. tit. Pancratii.*
† *Ego Leo tit. s. Crucis in Jeruſalem presb.*
† *Ego Petrus s. Pudentianæ tit. Paſtoris presb. card.*
† *Ego Gualla s. Martini presb. Card. tit. Equitii.*
† *Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſt. presb card.*
† *Ego Guido s. Nicolai in Carcere Tul. diac. card.*
† *Ego Gregorius s. Theodori diac. card.*
† *Ego Octavianus Ss. Sergii, & Bacchi diac. card.*
B † *Ego Joannes Ss. Coſmæ, & Damiani diac card.*
† *Ego Petrus s. Mariæ in Aquiro diac. card.*

Datum Later. per manum Thomæ S.R.E. Diaconi, & Notarii Neapolitan. electi Non. Februarii Indict. 8. Incarnat. Dominicæ anno 1215. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III. anno 18.

Ego Andreas, qui ſupra auſcultavi, & ſubſcripſi, &c. * Ex App. tom. 9.

* Mainardinus autem pro ſua eccleſia Imolenſi ab Othone IV. & Federico II. privilegia ampliſſima reportavit, quæ olim ab Originali Imolenſis Eccleſiæ tabulario exemplata nobis tranſmiſit bonæ me. Epiſcopus Coccinus; ac lapſu memoriæ prætermiſſa, hic exhibemus, aliquando ſuo in loco reponenda poſt privilegium Innocentii III. ad favorem ejuſdem Imolenſis eccleſiæ jam cuſum in appendice 7. tom. Porro Privilegia Othonis, & Federici Imp. ita conſcripta fuere.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis.

Otto IV. Divina favente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus.

C *Admonet nos cura ſuſcepti regiminis, & Imperialis benignitas nos inducit, ut hi, qui conſtanter, & fideliter, promptaque devotione ſubjectionem imperio, & devota obſequia exhibent, Imperiali munificentia in ſuorum bonorum ampliatione apud imperium proficiant, quatenus, & ipſi condigna ſuorum laborum, & ſervitiorum remuneratione gaudeant, & exemplum aliis præbeant, ut ad ſervitium, & devotionem Imperii ſe exhibeant promptiores. Ea propter univerſis imperii noſtri fidelibus notum fieri volumus tam præſentibus, quam futuris, quod nos attendentes devotionem, pariterque fidelitatem dilecti fidelis noſtri Mainardini Imolen. Epiſcopi, & ejuſdem præclara ſervitia nobis exhibita indeſinenter, tam ipſum, quam ſuos ſucceſſores, & eccleſiam Imolen. ſub defenſione Imperii, & ſpeciali iuvamine ad noſtras recepimus manus, ut tam amiſſa, quam perdita, vel alicujus ingenio diminuta noſtro poſſint recuperari auxilio, & quæ nunc tenet, vel impoſterum acquiſierit ipſe, vel ſucceſſores ejus, hoc noſtro valeat munimine cum tranquillitate, & ex no-*
D *ſtra conceſſione omni tempore pacifice poſſidere. Ideoque prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes prædicto M. fideli noſtro benemerito, ejuſque ſucceſſoribus damus, concedimus & Imperiali largitate tradimus, videlicet jure proprietario Caſtellarium S. Caſſiani cum tota curte ſua, Caſtrum Ragnariæ cum tota curte, & fundoris ſuis, Caput ſilicis cum tota curte ſua, & cum aquis, & paludibus, piſcariis, & ripis, aucupationibus, & ſaltibus, ſeu patretulo baccareta & Runci, & libba, & fenaria: Taulariam cum tota curte ſua, Puzolum, & Taurarium cum tota curte ſua: Roncum, & Rocham, & Maſeratam cum ſuis curtibus, Montem in quo eſt plebes S. Mariæ dicto Ziſſo ædificata cum ſuis appenditiis: Montem in quo eſt plebes S. Andreæ cum ſuis appenditiis; curtem Codrignani cum montibus, & appenditiis ſuis; Villam Vallis ſalvæ cum montibus, & appenditiis ſuis: omniaque prædicta ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus cum juriſdictionibus, correptionibus, amonitionibus, paſcuis, & aqueductibus,*

bannis, placitis, diſtrictionibus, & honoribus, cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis nullo reddi-tu nobis, vel noſtris ſucceſſoribus, ſeu imperii nuntio reſervato, vel exhibito: Inſuper diffinitionem factam inter Eccleſiam Imolenſem, & nobiles viros Comites de Bagnacavallo, & Comites de Cunio, & Filigardos de cura Capitis ſilicis per Joannem de Vitali, & ſuos ſocios noſtræ majeſtati oſtenſam, ſimili modo confeſſionem dictorum nobilium de feudis factam coram Bretuldo imperiali nuntio, & prædictis viris, & omnes conſuetudines, & uſantias, quas ipſe, vel ſui prædeceſſores in rebus, & hominibus dicti loci habent, vel habuerunt, confirmamus, & approbamus. Item concedimus, & largimur eidem, ſuiſque ſucceſſoribus proprietatis jure omnia, quæ Barones, Comites, & Capitanei, cæterique tam nobiles, quàm alii ab eodem Epiſcopo, vel ſuis prædeceſſoribus in feudum, vel alio modo in toto noſtro Comitatu Imolen. vel Epiſcopatu ipſius, & alibi detinent, ut firma, & illibata ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus perpetuo perſeverent. Statuimus ut nulla temporis præſcriptio etiam in prædictis, aliiſque rebus, & juribus, ſeu juriſdictionibus ipſi Epiſcopatui pertinentibus, vel conceſſis hoſtilitatis, vel invaſionis occaſione detentis eidem Eccleſiæ currat. Quemlibet alium poſſeſſorem, vel alterius cujuslibet occaſionis prædictarum rerum detentatorem nulla niſi centenaria præſcriptio tueatur, & tam ipſum, quam ſuos ſucceſſores à præſtatione ſacramenti de calumnia in ſuis cauſis, & Eccleſia volumus eſſe immunes, ut nec legis occaſione, vel alicujus Civitatis ſtatuto ad hoc debeant coactari. Præterea d. Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores in Civitate Imolen. univerſoque Epiſcopatu ipſius, & Comitatu noſtro Imolenſ. Judicem ordinarium facimus; dantes ei plenam, & liberam poteſtatem, atque juriſdictionem, quicquid ratio juris expoſtulat, tam in majoribus, quam in minoribus pupillis, & viduis exequendi. Nihilominus etiam ex noſtra munificentia omnem conceſſionem, donationem, ſeu largitatem quolibet modo a noſtris prædeceſſoribus eidem eccleſiæ factam confirmamus. Statuentes ut nulla Civitas, nullumque Commune, nullus princeps ſeu Comes, nullus Dux, nullus Imperialis Aulæ miſſus, nulla magna parvaque perſona prædictam Eccleſiam, & ipſum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores aliquo ingenio in rebus prædictis, juriſdictionibus, redditibus, & conceſſionibus à nobis, & prædeceſſoribus noſtris factis in judicio, vel extra audeat inquietare, vel moleſtiam inferre; quod qui facere præſumpſerit, indignationem noſtram, & læſæ majeſtatis crimen ſe noverit incurſurum, & in pœnam ſuæ præſumptionis 50. librarum auri componat, medietatem Cameræ noſtræ inferendam, reliquam Eccleſiæ memoratæ. Si quis vero judex, vel alicujus Civitatis poteſtas, ſeu conſules occaſione conſtitutionis, vel alicujus ſtatuti, ullo modo contra hæc ipſi Eccleſiæ a noſtra majeſtate indulta judicare præſumpſerit, periculum ſui honoris, & dignitatis incurrat, & nota infamiæ perpetua ipſo jure percellatur. Ad cujus rei perennem firmitatem præſentem paginam inde noſtra juſſione conſcriptam majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus inſigniri. Et hujus rei teſtes fuerunt Golfredus Aquilejen. Patriarcha, & Italiæ legatus, Henricus Mantoanus Epiſcopus, & Imperialis Curiæ Vicarius. Opizo Parmen. Epiſcopus. Guillelmus Cumanus epiſcopus. Jacobus Epiſcopus de Taurino. Petrus almæ Urbis præfectus. Guillelmus Marchio Montis Ferrati. Henricus de Calandrino Mariſcalcus. Azo Marchio Eſten. Comes Maginardus de Foro Julii, Salinguerra de Seraria, Ecilinus de Amaria, & alii plures.

Sign. D. Ottho-  *nis Imperatoris Invictiſſimi.*

Ego Corradus Spirenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, Vicedomini Theodorici Colonienſis Archiepiſcopi per totam Italiam Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc Imolæ 1210. Ind. 13. die II. exeunte menſe Martii, Imperante Glorioſiſſimo Ottone IV. Romanorum Imperatore, & ſemper Auguſto, anno Regni ejus 12. Imperii vero primo.

Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem, & Siciliæ Rex Univerſis Imperii fidelibus præſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Imperialis Regiminis cura, & ſuſcepti oneris benignitas nos admonet, & inducit, ut hi, qui conſtanter, & fideliter, promptaque devotione ſubjectionem imperio, & devota obſequia exhibent, Imperiali munificentia in ſuorum bonorum ampliatione apud Imperium proficiant, quatenus & ipſi condigna ſuorum laborum, & ſervitiorum remuneratione gaudeant, & exemplum aliis præbeant, ut ad ſervitium, & devotionem imperii ſe exhibeant promptiores. Ea propter univerſis Imperii noſtri fidelibus notum eſſe volumus **B** *tàm præſentibus, quàm futuris: quod nos attendentes devotionem, pariterque fidelitatem dilecti fidelis noſtri Mainardini Imolen. Epiſcopi, & ejuſdem præclara ſervitia nobis, & Imperio indeſinenter exhibita tam ipſos, quam ſuos ſucceſſores, & Eccleſiam Imolen. ſub defenſione Imperii, & ſpeciali juvamine ad manus noſtras recepimus, ut tam amiſſa, quam perdita, vel alicujus ingenio diminuta noſtro poſſint, & debeant auxilio recuperari, & quæ nunc tenet, vel impoſterum acquiſierit ipſe, vel ſucceſſores ejus hoc noſtro valeat munimine cum tranquillitate, & ex noſtra conceſſione omni tempore pacifice poſſidere. Ideoque prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes prædicto M. fideli noſtro tanquam benemerito, ejuſque ſucceſſoribus damus, concedimus, & Imperiali largitate tradimus, videlicet jure proprietario Caſtellarium S. Caſſiani cum tota curte ſua, Caſtrum Bagnariæ cum tota curte, & fundoris ſuis, Caput ſilicis cum tota curte ſua, & cum Aquis, & paludibus piſcariis, & ripis, aucupationibus, & ſaltibus, & nemoribus ſeu petretulo, & bacbareta, & runci, & libba, & Fenaria. Taulariam cum tota curte ſua, Puzolum, & Tauranum cum tota curte ſua, Runchum, & Roccham, & Maſeratam cum ſuis curtibus, & appendentiis, quarum terrarum homines in monte, & Caſtro quod vocatur caput runci per eundem Epiſcopum ſunt locati, & poſiti ad habitandū, & Villam Felleti, & medietatem totius Caſtri, & curtis Puzoli cum hominibus, & poſſeſſionibus, & Juribus eorundem ubicumque conſtitutis tam in eadem curte Buzoli, quā in curte Caſrezane vel alibi: quam medietatem prædicti totius caſtri cum omnibus prædictis idem Epiſcopus à Bonifaciis comparavit. Montem in quo plebes S. Mariæ de Ziſſo ædificata cum ſuis appendentiis: Montem in quo eſt plebes S. Andreæ cum ſuis appendentiis, curtem Codrignani cum montibus, & appendentiis; Villam vallis ſalvæ cum montibus, & appendentiis, & curte ſua, & caſtro in eadem curte per eundem Epiſcopum ædificato Omnia autem prædicta, & quæ per ipſum epiſcopum ſpecialiter, vel per alios ſucceſſores, vel fuerint acquiſita in Epiſcopatu, & Comitatu Imolen. vel alibi ſibi ſuiſque ſucceſſoribus cum juriſdictionibus, correptionibus, amonitionibus, paſcuis, & aquæductibus, bannis, placitis, diſtrictionibus & honoribus, &* **D** *cum omnibus adjacentiis & pertinentiis ſuis nullo redditu nobis, vel noſtris ſucceſſoribus, cum imperii nuntio reſervato vel exhibito, ſalva tamen fidelitate, quam & idem Epiſcopus pro his omnibus noſtræ majeſtati præſtitit, & tam ipſe quam veſtri ſucceſſores ejus nobis, & imperio præſtare tenentur. Sicut noſtræ conſtitit excellentiæ per ſententiam latam per Venerabilem fidelem Imperii Gerardum Archiepiſcopum Ravennaten. inter Legatum Imperii Bertoldum de Conesberg ex una parte, & Henricum Cornelien Epiſcopum nunc dictum Imolen. ex altera, quam ſententiam perpetuis temporibus valituram ex certa ſcientia confirmamus Inſuper diffinitionem factam inter Eccleſiam Imolen. & nobiles viros Comites de Ragnacavallo, & Comites de Unio, & Filgirardos de Curte Capitis ſilicis per Johannem de Vitale, & ſuos ſocios noſtræ Majeſtati oſtenſum: ſimili modo confeſſionem dictorum nobilium de feudis factam coram Bretuldo Imperiali nuntio & prædictis viris, & omnes conſuetudines, & uſantias, quas ipſe, & ſui prædeceſſores in rebus, & hominibus dicti loci habens, vel habuerunt,*


con-

Digitized by Google

A *confirmamus, & approbamus. Item concedimus, & largimur eidem, ſuiſque ſucceſſoribus proprietatis jure omnia, quæ Barones, Comites, Capitanei, cæterique tam nobiles, quam alii ab eodem Epiſcopo, vel ſuis prædeceſſoribus in feudum, vel aliomodo in toto noſtro Comitatu Imolen. vel Epiſcopatu ipſius, & alibi detinent, ut firma, & illibata ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus perpetuo perſeverent. Statuimus, ut nulla temporis præſcriptio in prædictis terris, aliiſque rebus, & juribus, ſeu juriſdictionibus ipſi epiſcopatui pertinentibus vel conceſſis hoſtilitatis, vel invaſionis occaſione detentis eidem Eccleſiæ currat. Quemlibet alium poſſeſſorem, vel alterius cujuslibet occaſionis prædictarum rerum detentatorem nulla niſi centenaria præſcriptio tueatur, & tam ipſum, quam ſuos ſucceſſores a præſtatione ſacramenti de calumnia in ſuis cauſis, & Eccleſia volumus eſſe immunes, ut nec legis occaſione, vel alicujus Civitatis ſtatuto ad hoc debeat coarctari. Præterea d. Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores in Civitate Imolen. univerſoque Epiſcopatu ipſius, & Comitatu noſtro Imolen. Judicem ordinarium facimus; dantes ei plenam & liberam poteſtatem, atque juriſdictionem, quicquid ratio juris expoſtulat, tam in majoribus, quã in minoribus pupillis, & viduis exequendi. Nihilominus etiam ex noſtra munificentia omnem conceſſionem, donationem, ſeu largitatem quolibet modo a noſtris prædeceſſoribus eidem Eccleſiæ factam confirmamus. Statuentes ut nulla Civitas, nullum Commune, nullus Princeps, ſeu Comes, nullus Dux, nullus imperialis Aulæ miſſus, nulla magna, parvaque perſona prædictam eccleſiam, & ipſum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores aliquo ingenio in rebus prædictis juriſdictionibus, redditibus, & conceſſionibus à nobis, & prædeceſſoribus noſtris factis in Judicio vel extra audeat inquietare, vel moleſtiam inferre, quod qui facere præſumpſerit indignationem noſtram, & læſæ majeſtatis crimen ſe noverit incurſurum, & in pœnam ſuæ præſumptionis quinquaginta librarum auri componat, medietatem Cameræ noſtræ inferendam, Reliquam Eccleſiæ memoratæ. Si quis vero Judex, vel alicujus Civitatis poteſtas, ſeu conſules occaſione conſtitutionis, vel alicujus ſtatuti, ſeu alio modo contra hæc ipſi Eccleſiæ à noſtra majeſtate indulta judicare præſumpſerit, periculum ſui honoris, & dignitatis incurrat, & nota infamiæ perpetua ipſo jure percellatur. Ad cujus rei perennem firmitatem præſentem paginam inde noſtra juſſione conſcriptam majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus inſigniri.*

B

Signum Domini Romani Imperatoris.



Federici Inviċtiſſimi.

Datum apud Burgum S. Dominici anno Dom. Incarn. 1226. menſe Julii XIV. Indictionis. An.

XXV. 25. THOMAS Bononienſis canonicus, Prior, ac Præpoſitus Ravennæ canonicæ ad Imolenſem ſedem provectus eſt anno 1249. Annuos cenſus ſtatuit cathedrali ædificandæ; cœnobium monialium S. Mariæ de miſericordia conſtruxit; ſuæ Eccleſiæ jura acerrime defendit: Sic enim a noſtro chronicæ auctore tradita vidimus. *Urbano hujus nominis IV. ſub hæc tempora magna inter Thomaſium Epiſcopum, & ſenatum orta eſt altercatio, propeque fuit ut ad arma iretur. Thomaſius humana potius quam divina curans, aquam ad Caput ſilicis è vicinaria fluere ſtudebat, ſenatus ut acceptam injuriam reponeret, in clericos edicta proponit, in Epiſcopum impetum facit, prohibetque ne judicium in ſacerdotes, hominesque, quos Pontificia ac Imperatoria poteſtas Epiſcopali auctoritati antea ſubeſſe voluerat, exerceret. Thomaſius urbem ſacris interdicit. Res poſtremo inter Patres compoſita disjunctos animos benevolentia conjunxit. Et quoniam Epiſcopum decet non lite, aut jurgio, ſed probitate, ac exemplo cæteris anteſtare, gregem autem paſtori obſequi, omnia ſedata, Malgarita judice Rempublicam noſtram curante, hæc in acta publica retulere, Rambottinus, Daniel, & Joannes Petilianus, quos Farolfinus Imperialis Aulæ ſcribanotis excipere voluit. Præturam eo anno gerebat Marcus Contarenus vir in Thomaſium acerrimus, quem cum apparitoribus, & cohorte prætoria in judicio abſolvit. S. Donati Eccleſiam cum ſuis juribus canonicis dono dedit, Cruciferis fratribus Xenodochiũ S. Spiritus attribuit. Aemulorum calumnias adeo ſincera, veraque defenſione diſcuſſit, ac diluit, coram Clemente IV. Pontifice, ut apud eundem magnam collegerit gratiam.* E vivis exemptus eſt 1259. 3. Kal. Novembris, ut in antiquo Ravennæ Eccleſiæ Kalendario notatur. (*„ Anno 1253. interfuit Thomas Con„cilio Ravennati ſub Archiepiſcopo Philippo.*)



26. THOMAS Ubaldinus Florentinus Octaviani Card. conſanguineus, Thomæ ſucceſſit anno 1259. ejuſdemque extat memoria 1267. quo anno interfuit translationi corporis S. Dominici habita Bononiæ una cum Philippo Fontana Archiepiſcopo Ravennatenſi, Octaviano Ubaldino Bononienſi, & Bartholomæo Vicentino Epiſcopis, de qua legendus Cherubinus Ghirardaccius p. p. Hiſt. Bononienſis. XXVI

C

27. SINIBALDUS, quem Sigifredum Rubeus appellat, Imolæ Antiſtes anno 1271. (1) cathedralem conſecravit, ejuſdemque plura implicita nomina diſſolvit; S. Donati Eccleſiam dedicavit, duabus ſynodis Provincialibus interfuit, Imolæ ſcilicet, Forique Livii celebratis 1284. annoque 1286. Hujus extat memoria in Archivio Nonantulano 1279. XXVII.

28. BENEDICTUS obiit an. 1299. XXVIII.



D

29. JOANNES Mutus de Papazuris [a] Romanus Epiſcopus Olenenſis a Bonifacio VIII. huc trãſfertur anno 1299. 8. Id. Februarii, poſtulatione capituli poſthabita de perſona Bonditii Præpoſiti Eccleſiæ de Populeto Faventinæ diœceſis, ut habetur in Reg. Vatic. Epiſt. 33. fol. 278. an. 5. Idem Joannes ab eodem Bonifacio anno 1302. translatus eſt ad Reatinam Eccleſiam, de quo ibi. Cujus etiam claræ, vetuſtæque gentis alumnus fuit Bartholomæus Ord. Prædicatorum clarus & inſignis doctrinæ vir, Epiſcopus Theanenſis, mox Theatinus, tandem Archiepiſcopus Patracenſis ſub Urbano V. de quo in 6. tomo. XXIX

[a] De eo Angelottus in Deſcript. urbis Reat. p. 54. Mandoſ.

30. Fr.

(1) Anno antecedenti, ſcilicet 1270. IV. Kalend. Majas interfuit Sinibaldus Concilio Provinciali Ravennenſi adverſus Cæſenatis Epiſcopatus invaſores Philippo Archiep. Præſide apud Rubeum.



XXX 30. Fr. MATTHÆUS Urſinus *a* Romanus ex Ordine Minorum Imolenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1302. Nonis Auguſti, Bonifacio VIII. ſedente ex Reg. Vatic. Ep. 216. fol. 208. Ipſe etiam omnem conatum adhibuit, ut deperdita jura, bonaque ad Imolenſem juriſdictionem redirent. Concilio provinciali Argentenſi interfuit anno 1314. Hujus meminit Rubeus anno 1316. Inſecuto vero an. 1317. 2. Id. Januarii a Joanne XXII. translatus eſt ad Eccleſiam Cluſinam in Hetruria. Credidere nonnulli hunc illum eundem Matthæum Urſinum eſſe, quem poſtea Pontifex Joannes XXII. Cardinalem creavit an. 1327. deceſſitque 1341. Qui maniſeſtiſſime falluntur; ſiquidem frater Matthæus qui ſenatoria purpura donatus eſt, Ordinis fuit Prædicatorum in capitulo Generali Urbeteri celebrato anno 1322. Romanæ Provinciæ Provincialis erat, ac paulo poſt Agrigentinus delectus Epiſcopus in Sicilia, poſtea Archiepiſcopus Sypontinus, ac demum Cardinalis pronunciatus. Hic vero fuit Ordinis Minorum, obiitque anno 1322. ut ſupra ex ejus epitaphio in Cluſinis Epiſcopis narravimus.

a De eo Theuli in Appar. Minor. p. 5 Mandoſ.

XXXI 31. RAIMBALDUS, quem Rubeus Renaldum vocat, Rector, & Comes Romandiolæ, ad Imolenſem ſedem evaſit 1317. menſe Aprili. Quam ille Eccleſiam rexit uſque ad annum 1341. ex libr. Proviſ. Prælatorum. Huic Rectori Romandiolæ ſcribit Benedictus XII. an. 1340. 17. Kal. Julii Epiſt. 45. an. 6. in Regeſto Vat. Obiit vero 1342.

XX XII. 32. CAROLUS ex Archipresb. Plebis S. Mariæ de Saluſtra Imolenſis diœceſis, eligitur a Clemente VII. an. 1342. 15. Kalen. Auguſti, ex Reg. Vatic. Ep. 9. fol. 122. anno pr. lib. 6. commun. Obiit an. 1353.



XX XIII. 33. LITHUS Alidoſius Canonicus, atque Præpoſitus Cathedralis Imolenſis, fuit adlectus Epiſcopus 1354. 4. Kal. Februarii ann. 2. Innoc. VI. Ep. 9. fol. 27. lib. 1. Reg. Vatic. Plura jura feudalia, quæ Eccleſiæ Imolenſi deperierant, recuperavit. Eo ſedente Præſule an. 1375. Ubertus Abbas S. Mariæ in Regula Ord. Benedictini ſepulchrum reparavit, ubi Sigiſmundi Burgundionum Regis lipſana ſacra quieſcunt. Celebris eſt in ſacræ ædis ſacello arca ex lapide non ignobili. Armatus Rex inſculptus adſtat. Dextrum habet monachum genua flectentem cum Paſtorali, & codicem apertum manibus præferentem: Siniſtra vero ſunt hæc verba:

Sigiſmundus vocor, Rex Burgundionum,
Chriſti martyr noſcor ictibus eorum,
Devotis meis patientibus aufero febres,
De Auſonia b Imolam me tranſtulit Abbas,
Sepultus in terra in hac me poſuit arca.

Egregius doctor Ubertus Novarienſis cœnobii hujus Abbas fundator reparatorque ſecund. MCCCLXXV. Arca in capite, & pedibus ſigna oſtentat, triplicem leonem, alterum alteri impoſitum, & diadema regium. In theca, qua brachium conſervatur S. Sigiſmundi, & ſolus digitus à brachio divulſus, ſcriptum legitur: *Hic eſt brachium S. Sigiſmundi* 1382. ſigna ſunt permulta, ex his quæ ſupra diximus, in arca, Leo triplex in area purpurea. Martyris diem celebrari ibidem 6. Nonas Maii affirmat Secundus Lancellotus lib. 2. Hiſt. Olivetanæ. De quo Matryrol. Rom. die pr. ejuſdem. Baron. in notis ex Sigeb. refert ejus necem anno Chriſti 515. de eo etiam Beda, Uſuardus, Ado & alii. Quo vero anno Imolam translatum fuerit corpus ejuſdem ſancti, non inveni. *c* Diuturno tempore vixit Lithus, fuitque Urbani VI. Theſaurarius. Deceſſit vero anno 1389. ſepultuſque eſt in cathedrali cum hoc epitaphio, multo poſt ad ejus memoriam decorandam exarato.

b Al. Auſonia.

c Vide Acta SS. Maii. tom. 1. pag. 7.

D. O. M.
Litho Imolæ Epiſcopo M.CCC. LXXXIX.
Franc. Card. Papien. Bononiæ Flaminiæ legato mox provinciis functo M. D. XI. Opizo Ravennæ, Cerviæ, Caſenæ, Bertinorii gubernator M. D. XI. Franc. Alidoſii Cajar patruo ac patri P.P. M.D. LVI.

34. GUILLELMUS Alidoſius Archipresbyter S. Mariæ de Silveſtra, paulo ante Epiſcopus Cervienſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1383. ex ceſſione Lithi. Vix integrum in ea dignitate annum tranſegit; in ea ſiquidem civitate contagioſo morbo graſſante interiit. XX XIV.

35. JACOBUS Caraffa eandem dignitatem adeptus eſt 1384. XX XV.

36. (1) EMANUEL Fieſcus Januenſis, anno 1385. memoratur in Bulla Urbani VI. an. 9. Id. Decembris. Bertinorii Præfectus fuit. Deceſſit 1390. XX XVI.

37. ANTONIUS de Calvis Romanus, Canonicus S. Petri Romæ, ad eandem ſedem promotus eſt 1390. Id. Octob. Deinde translatus eſt ad Eccleſiam Tudertinam 1396. poſtea etiam creatus Cardinalis ab Innocentio VII. Pontifice an. 1405. de quo alibi. XX XVII

38. JACOBUS Guidottus nobilis Bononienſis, filius Philippi, Referendarius Apoſtolicus, Papæ Bonifacii IX. Nuntius, ſpoliorumque collector, ab eodem Pontifice adlectus eſt Imolenſis Epiſcopus 1396. 11. Kalen. Januarii. Deceſſit 1399. XXX VIII.

39. NICOLAUS de Aſſiſio electus Epiſcopus Urbevetanus, cum eſſet Epiſcopus Agrigentinus in Sicilia, ad Imolenſem Eccleſiam translatus eſt 1399. Non. Septemb. Deceſſit 1402. ex lib. Conſiſt. XX XIX.



40 HERMANUS è Caſtello Durante de Branca- XL.

(1) Antonius Scala fuit Epiſcopus Imolenſis an. 1384. in locum Jacobi Caraffæ; obiitque anno 1387. cui ſucceſſit Emanuel Fieſcus, ſi Alidoſio de Epiſcop. Bonon. p. 37. fides ſit adhibenda. *Mandoſ.*

Digitized by Google

caleonis, quem liber Proviſ. Prælat. ſub Bonifacio IX. Urbevetanum Clericum appellat, ex Præpoſito hujus civitatis, adlectus fuit Epiſcopus anno 1402. die 23. menſ. Auguſti. Deceſſit 1412. Teſſera Brancaleonæ familiæ Leo cæruleus in aurea parma.



XLI. 41 PETRUS de Hondedeis, ſeu Landedeis Piſaurenſis, Zonghi nobilis civis filius, Hondedei gentilis, ad quem Joan. XXIII. in hunc modum ſcribit. *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio nobili viro Hondedeo Domicello Piſaurenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ ſedis copioſa benignitas &c. Datum apud S. Antonium extra muros Florentiæ 3. Non. Novemb. Pont. an.* 4. Originalem vidimus apud Zongam Hondedeum Capitolinæ curiæ primum Collateralem: in bulla ipſa multæ immunitates, & privilegia a Joanne Pontif. Hondedeo conceduntur, ob egregia pro Eccleſia Romana ab ipſo, ejuſque familia navata opera, quibus Petrus ex canonico Piſaurienſi ab eodem Joanne XXIII. creatus eſt Epiſcopus Imolenſis ex deceſſu Hermani, anno 1411. 10. Kalen. Junii. Conſecravit Eccleſiam Cruciferorum, vixitque uſque ad annum 1450. Parmam tulit Petrus cæruleam, Bove aureo rampante expunctam. („*Hunc aliquando „ Vicaria opera functum fuiſſe in grege Bononienſi pro „ B. Nicolao Albergato Card. Epiſc. Bonon. habetur „ ex Ciaconio nov. edit. Oldoini tom. 2. colum. 854.*)

XLII. 42 Fr. GASPAR *a* de Caſtello S. Joannis in Perſicheto diœc. Bononienſis, ex Ordine Prædicatorum, ob vitæ ſanctimoniam, claritudinem doctrinę, Nicolao V. Pontifici unice charus, ad hanc eandem ſedem evaſit 1450. die 20. menſis Maji. Tanta vero ſollicitudine, probitatiſque exemplo per ſeptem annos Imolenſem adminiſtravit Eccleſiam, ut plures ex pia quadam credulitate, illum in album beatorum retulerint. Ferrariæ deceſſit, ſepultuſq; eſt in Eccleſia S. Mariæ Angelorum, ut refert Leander Albertus. Hic Epiſcopale Palatium reſtauravit. Ejus vitam brevi elogio conſcripſit Veſpaſianus Florentinus in virorum illuſt. lib.

a De eo Alidoſius de Epiſ. Bonon. p. 55. & Fontana in Theatro Dom. p. 205 Mandoſ.



XLIII 43 ANTONIUS Caſtellanus a volta, filius Zeni Bononienſis, canonicus patriæ ſuæ, univerſitatis eximius doctor, Prothonotariuſque Apoſtolicus, Imolenſis Epiſcopus adlectus eſt 1457. die 7. menſis Octobris, Callilto III. Pontifice ſedente. E vivis exemptus eſt anno 1471. menſe Decemb. Aliqui (1) poſt Antonium, in Imolenſium Epiſcoporum ſerie, quemdam Joannem Datum Auguſtinianum, virum doctiſſimum repoſuerunt, quos conſtat manifeſtiſſime falli: reperio enim, Gregorium ſtatim Antonio ſucceſſiſſe. Tametſi haud negaverim potuiſſe Joannem alterius Eccleſiæ dignitate fulgere, hincque præbuiſſe occaſionem narrandi iis, qui oſcitanter ſolent Præſulum Eccleſiarum intexere ſeries.

44. GREGORIUS de Buchis Carpenſis, Referendarius Apoſtolicus, Epiſcopuſque Sebaſtæ ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1471. Hic duas in cathedrali inſtituit dignitates, Archidiaconatum ſcilicet, & Archipresbyteratum; prima juſpatronatus eſt Brocardiæ gentis, ſecunda vero nobilium della Bordella. Ex auctoritate Pontificia, Plebaniam S. Michaelis canonicis perpetuo junxit, juraque omnia, quæ ad ipſam videntur ſpectare. Imaginem S. Mariæ de Subſidio benedixit, conſecravitque, inque Eccleſiam S. Nicolai Fratres Prædicatores introduxit. Deceſſit anno 1479. XLIV

45 JACOBUS Paſſarellus, Ariminenſis civis, celebris juriſconſultus, Imolenſis adlectus Epiſcopus eſt 1479. Hic canonicam ædificavit, ſacrariumque, curavitque ſacram turrim, unde perſtrepunt æra, abſolvendam. Inſtituit canonicos fore doctores, vel ſaltem licentiatos, idque ex Apoſtolica auctoritate. Fuiſſe Iacobum Henrici, hujus nominis VII. Angliæ Regis Conſiliarium legimus, in literis ejuſdem Regis, quibus Vincentius Paleottus civis Bononienſis in familiarem, & conſiliarium Regium recipitur anno 1487. Diploma vero Regis ex originali deſumptum, quod extat apud Paleottos, eſt hujuſmodi. XLV.

Henricus Dei gratia Rex Angliæ, & Franciæ, & dominus Hiberniæ. Præſtanti viro I. V. D. domino Vincentio de Paleottis civi Bonon. ſalut. Excellentia ſcientiæ tuæ, generis nobilitatis, tuæque anteactæ vitæ integritatis multiplex fama, quæ ad nos pervenit a veridicis digniſque teſtibus, & præſertim a Rev. Patre D. Jacobo Epiſcopo Imolen. noſtro conſiliario, qui te primarium in ampliſſimo Bonon. ſtudio jura legentem jam pluribus annis audiverunt, tecumque verſati ſunt. Noſque ſuper omnibus, quæ in noſtris noſtrique Regni rebus agendis, & præcipue in Italiæ partibus evenire contingunt, ſæpe numero cogitamus, inducit ut iſtic commiſſarios, procuratores, ac etiam conſiliarios, qui in rebus ipſis noſtris noſtrique Regni conſulere valeant, eligamus. Quamobrem tua prudentia, doctrina, aliiſque tuis virtutibus illecti, nec non de diligenti tua induſtria confiſi, te præfatum D. Vincentium in Commenſalem, familiarem, & conſiliarium noſtrum aſſumimus, conſtituimus, atque creamus, tibi dantes, & concedentes plenam, & liberam facultatem in Italia, & ubicumque fueris, rebus noſtris, Regnique noſtri providendi, & in eis conſulendi, prout tibi melius, & opportunius videbitur, & ut omnia, quæ ad noſtrum noſtrique Regni honorem utilitatemque pertinent, libentius proſequi valeas, te præfatum D. Vincentium ex nunc harum ſerie militem auratæ militiæ creamus, & facimus. Tibi noſtra noſtrique Regni inſignia, quæ vulgo arma dicuntur, quibus publice, & in poſterum uti poſſis, elargimur, donamus, & mittimus. Volentes ut tu, ſi quando ad hoc noſtrum Regnum veneris, eiſdem emolumentis, honoribus, præeminentiiſque gaudeas, quibus ceteri noſtri hujuſque conſiliarii, familiares, commenſaleſque gaudere, atque uti conſueverunt. In quorum fidem, & teſtimonium præſentes noſtras litteras fieri, noſtroque majori ſigillo, quo in ſimilibus utimur, juſſimus communiri.

Datum in Caſtro noſtro de Rendicore die 18. menſ. Julii anno Domini 1487. Regni noſtri anno 2.

Henricus.

Cæ-

(1) Ex his fuit Ambroſius Coranus Joannis coævus: & non video cur atteſtatio viri, qui iiſdem vixerit temporibus jacturam hic pati debeat. Corradus enim non aſſignat locum, nec tempus, ſed ſimpliciter dicit electum Epiſcopum Imolenſem, facile ante Antonium 1457. a Callisto III. licet obitu ſuccedente conſecrationem non obtinuerit. *Gandulphus diſſert. de 100. Script. Auguſt. p. 210. ubi plura de Dato.*

Cæterum Jacobus ad Epiſcopatum Ariminenſem translatus eſt 1488. de quo ibi. (1)




XLVI 46 SIMON Bonadies Romanus, Imolenſis Epiſcopus declaratus eſt ab Innocentio VIII. 1488. die 17. menſis Septembris. Hujus Epiſcopi temporibus Decanatus dignitatem erexerunt in cathedrali ꝥ de jurepatronatus Sigiſmundi de Sellis; an. vero 1503. Præpoſituram, quæ Vulpiæ gentis juriſdictionem attingeret. Sub Julio III. Pontifice maximo locumtenens Bononienſis pronunciatus eſt. Cumque multis præſtitis beneficiis foviſſet Eccleſiam ſibi creditam, an. 1510. ad Ariminenſem Eccleſiam translatus eſt.

XLVII. 47 DOMINICUS Scribonius de Cardonibus, ſive de Cerdonis, Tiphernas, Poeta illuſtris, atque in humanioribus litteris longe clariſſimus, inque curiæ expediendis negotiis nulli ſecundus, Imolenſis Epiſcopus dictus eſt, an. 1510. die 10. menſis Februarii. Hic conſtantia, & labore omnia ſuæ Eccleſiæ jura in unum volumen congeſſit ſucceſſoribus olim profuturum ad rectam adminiſtrationem. Hic itaque cum 23. annos maxima cum pietatis, prudentiæque laude Imolenſem Eccleſiam adminiſtraſſet, decrepita poſtmodum ſenectute pulſatus, Epiſcopatus munere ſe abdicavit 1533.



XLVIII. 48. NICOLAUS Cardinalis Rodulphus Florentinus, hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1533. die 4. menſ. Auguſti, in eoque munere 13. annos tranſegit, ac deinceps in favorem Dandini eo munere ſe exolvit 1546. Epiſcopus Vicentinus fuit, Viterbienſis, ac Salernitanus Archiepiſcopus. Demum e Florentina patria ſede jus dixit. De quo ibi plura.

XLIX 49. HIERONYMUS Dandinus Cæſenas, filius Anſelmi, Joannæque Mauritinæ natus eſt ann. 1509. vir in omni genere ſcientiarum verſatiſſimus, cumque perſpicaciſſimi ingenii eſſet, Paulo III. Farneſio fuit unice charus, eoque mittente, bis in Galliam ad Franciſcum I. legatus profectus eſt, ut cum Carolo V. fœdus pacis percutiendum curaret. Ergo ex Secretario, ac Prothonotario Apoſtolico, Epiſ-



copus Caſſanenſis a in Neapolitano regno renunciatus eſt; anno vero 1546. die 15. menſis Maii, ad hanc Imolenſem Eccleſiam traslatus. Cathedralem exornavit, atque Epiſcopale palatium. Julio III. Pontifici a ſecretis fuit, a quo Senatoriam purpuram obtinuit ſub titulo S. Matthæi in Merulana 1552. vulgoque illi Cardinalis Imolæ cognomentum adhæſit. Ad Carolum item V. ut cum Franciſco I. diu cupitæ pacis fœdera jungeret, orator profectus eſt, viſuſque eſt in ea legatione oleum, & operam perdidiſſe. Imolenſem Eccleſiam nepoti reſignavit, reſervato ſibi regreſſu: quo ante patruum defuncto, iterum illud ſubivit onus. Divitem S. Barthol. Abbatiam extra muros Ferrariæ habuit commendatam, quam in alterum ex fratre nepotem Anſelmum ſibi valde diſſimilem deinde tranſtulit. Fratres Servitas ſua protectione promovit. Ei dicat Academicas quæſtiones in Ciceronem Julius Caſtellanus Faventinus publicus Romanæ Sapientiæ eloquentiæ profeſſor anno 1558. Deceſſitque cum titulum S. Marcelli fuiſſet adeptus ann. 1559. pridie Non. Decembris, ſepultuſque Romæ apud S. Marcellum, cum ſequenti epitaphio, quod ſupramemoratus Anſelmus nepos ibi ponendum curavit.

a Caſenas.

D. O. M.

Hieronymo Dandino Caſenati, S. R. E. Cardinali, hujuſce Eccleſiæ Titulari, & Ordinis Protectori. Anſelmus Prothonotarius Apoſtolicus, & utriuſque Signaturæ Referendarius, patruo optime merito annuo reditu fratribus aſſignato, ut pro ejus anima pridie Nonas Decembris, quo die obiit, Anniverſarium celebrent. Obiit M. D. LVIIII. Ætatis L.

50. ANASTASIUS Ubertus Dandini ex ſorore nepos, Cæſenas, Monachus ordinis S. Benedicti, ac per id tempus Cellerarius S. Mariæ de Monte prope Cæſenam, a Julio III. electus eſt Imolenſis Epiſcopus anno 1552. die XI. menſ. Maii. Literatura valebat, ut refert Vvion. lib. 2. ligni vitæ, reliquitque aliquot ingenii monumenta. Mortuus eſt anno 1558. non autem, ut Arnoldus affirmat 1500. Forſitan enim per illud tempus Anaſtaſius nondum lucem aſpexerat. L.

51. VITELLOTIUS Vitellius Tiphernas, Pauli IV. diaconus Cardinalis Ss. Sergii, & Bacchi, ac S. R. E. Camerarius, ab eodem Pontifice juſſus eſt Præſul Imolenſibus imperare anno 1560. die 7. menſis Februarii, quam ille Eccleſiam cum ad duos annos adminiſtraſſet, eo deinde munere ſe volens abdicavit. Hic filius fuit Alexandri, atque Angelæ Rubeæ è nobiliſſima gente. Perſpicaciſſimæ indolis fuit, adeoque in expediendis negotiis promptus, & alacer, ut Pontificatum Pauli IV. ad libitum videretur adminiſtrare. Galliarum fuit Protector, Campaniæ Legatus, Signaturæque gratiæ Præfectus. Romæ deceſſit anno 1568. 13. Kal. Decembris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam in Via lata ante altare Ss. Cyriaci, & Catharinæ, ſine epitaphio. Cæterum LI.

(1) Marcheſius in ſupplemento hiſtoriarum Forolîv. meminit Jacobi Magnani Imolenſis Epiſcopi, qui anno 1481. Foroliviensem civitatem rexerit Gubernator. Neque vereor, quin Jacobus Marcheſii idem ſit ac ille, de quo Ughellus, licet diſcrepent inter ſe in aſſignanda ejus familia. Niſi forte duo ejuſdem nominis, diverſæque familiæ Epiſcopi circa hæc tempora ſedem hanc occuparint, & alter alteri ſucceſſerit. Nodum ſolvet eruditiſſimus Antonius Maria Manzonius, hujus Eccleſiæ Canonicus, in opere de Præſulibus Imolenſibus, quod jam ſubjicere prælo parat.

Digitized by Google

terum haud in poſtremis Vitellotii virtutibus numerandum eſt; quod diligens indagator, quæcumque tum Lugduni, tum Avenioni aliquando geſſere Pontifices, ex oblivionis faucibus eruerit, inque plura digeſſerit volumina, lucem utique publicam aſpectura, ſi illum diutius vivere contigiſſet. Intulit & plura pretioſiſſima manuſcripta in ſuam illam celebrem bibliothecam. Ejus elogium enarravit Maſſarellus doctus Epiſcopus Vicentinus Tiphernas, Victorelluſque familiaris meus in additionibus ad Ciaconium, qui meritis Vitellotium laudibus attollit in cœlum.

LII. 52. FRANCISCUS Guarinus è monte Feltro, Vitellotii Cardinalis familiaris, eandem ſedem aſſecutus eſt anno 1561. die 22. menſis Octobris. Hic Concilio Tridentino interfuit, indeque ad Eccleſiam ſuam reverſus, ad illius ſanctionum præſcriptum illam totam compoſuit. Seminarium duodecim puerorum inſtituit, qui Cathedrali ſubſervirent, pauperes dilexit, illorumque effuſis opibus ſublevavit inopiam, ac ubique, & ſemper Eccleſiæ ſibi creditæ magno uſui fuit. Romandiolæ præſidens a Pio IV. declaratus eſt. Apud ſuam Eccleſiam è vita diſceſſit 1569. communique ſepulchro ſuorum anteceſſorum tumulatus fuit in Cathedrali.

LIII. 53. JOANNES Aldobrandinus Florentinus, filius Sylveſtri inſignis juriſconſulti, fraterque Papæ Clementis VIII. non minus jurisprudentia clarus, quam pater; apud Chriſtianos Principes ſingularem collegit gratiam, præcipue autem apud Pium IV. qui ob præclara illius merita ſacræ Romanæ Rotæ Auditorem *a* declaravit; ac Pius deinde V. Imolenſem Epiſcopum anno 1569. die 26. menſis Auguſti; anno vero 1570. ſacra purpura cohoneſtavit, eique tranſigendum negotium attribuit ſacro fœdere Venetos cum Hiſpaniarum Rege jungendi, contra inſoleſcentem Turcam, qui populabundus Chriſtianis littoribus propius, infeſtiuſque imminebat. Quod cum Joanni cecidiſſet ex voto, magnam inde retulit prudentiæ laudem. Summus Pœnitentiarius fuit, interque fortunæ arridentis obſequia ex humanis rebus exemptus eſt anno 1573. 7. Non. Septembris, non ſine mœrore Pii Pontificis, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſuper Minervam; cujus deinde oſſa cum Petrus Aldobrandinus Cardinalis nepos, in novum Aldobrandinæ gentis ſacellum tranſtuliſſet; ſub ejus marmorea ſtatua hoc ſequens epitaphium inſculpendum curavit.

a Non à Pio IV. ſed Paulo IV. fuit inter Auditores Rotæ adnumeratus, ex Carthario in Syll. p. 152. *Mandoſ.*

JOANNES ALDOBRANDINUS
S. R. E. CARDINALIS
TIT. S. SIMEONIS
MAJOR POENITENTIARIUS.

LIV. 54. Fr. VINCENTIUS Herculanus Peruſinus, ex ordine Prædicatorum, Sarnii antea Epiſcopus, ad Imolenſem Eccleſiam translatus eſt 1573. vir ſanctimonia vitæ præcipuus, qui poſtea ad patriam Peruſinam ſedem translatus eſt 1579. de quo ibi.


LV. 55. ALEXANDER Muſottus *b* Bononienſis, filius Ludovici, Romæ Conſervator, ac ſub Pio IV. utriuſque Signaturæ Referendarius, judexque appellationum, a Gregorio XIII. factus Canonicus eſt baſilicæ Vaticanæ, cubiculariuſque ex numero participantium, atq; deinceps Imolenſis Epiſcopus 1579. 9. menſis Decembris. Ad eam dignitatem inauguratus eſt die 31. menſis Junii inſecuti anni, atque apud Venetos Nuncius renunciatus. Inde ad Eccleſiam ſuam reverſus, illam ſacerdotalibus veſtibus, pretioſaque ſupellectili locupletavit adhuc vivens, morienſque in ejuſdem magna ex parte favorem condidit teſtamentum. Seminarii protulit fines, illudque tranſtulit in commodiorem locum. Patres ex Societate Jeſu Imolam introduxit, primoque lapidi in fundamentis templi jactato eſt bene precatus. Curavit Patres Capuccinos propius civitatem transferendos, illorumque, quos unice dicitur dilexiſſe, extruendum cœnobium pecunia juvit. Ibique nobilem bibliothecam conſtituit, quam ſelectiſſimis voluminibus implevit, cum ad quatuor millia ſcutatorum expendiſſet de ſuo. Moniales Capuccinas clauſura

b Hujus meminit Galeottus de viris illuſt. Bonon. par. 2. p. 15. Bumaldus in Bibl. Bonon. & Alidoſius. *Mandoſ.*

A conclusit, Convertitaſque, ut vocant, decentiori loco collocavit. Mendicantium xenodochium erexit, eidemque ampliorem cenſum legavit: nobilem Eccleſiam ad Pontem ſanctum ſubſtruxit, curavitque in ea conſtruendum ſacellum, eidem annuo cenſu attributo, annoque 1602. plures ibidem ſanctorum reliquias honorifice collocavit. Crucifixi ſacellum exordientem mors oppreſſit. Duas ſynodos celebravit, pluresque ſaluberrimas leges tulit. Populum Imolenſem re frumentaria juvit, pauperum egeſtatem ſublevavit. Senex deceſſit, plenuſque meritis Imolenſi populo perpetuus mœror futurus die 23. menſis Januarii anno 1607. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Ad laudem D. O. M.
Alexander Muſottus Bononien. Epiſcopus Imolæ, & Comes cupiens certam reſurrectionis ſpem precibus Deiparæ Virginis, ſancti Caſſiani, & aliorum Sanctorum, piſque viventium adjuvari ſuffragiis, hoc ſibi ſepulchrum elegit. Dum vero illud parandum curaret, diem clauſit extremum x. Kal. Februarii M. DC. VII. annum agens LXXII. dieſque xxiij. Hæredes mæſtiſſimi eodem anno exequendum curarunt.

B



C

56. JOANNES Garſia Millinus Romanus, Muſotto ſucceſſit die nona menſis Decembris an. 1607. LVI.
Parentes habuit Millinus Marium, Tarquiniamque *c* Jacobatiam Florentiæ 1562. natus ex ſua nobilitate ſub diſciplina Jo: Baptiſtæ Caſtagnæ Cardinalis educatus eſt, quem poſtea Pontificatum adeptum, Urbanum VII. appellarunt. Sub Sixto V. Advocatus fuit conſiſtorialis, atque a Gregorio XIV. ſacræ Romanæ Rotæ Auditor eſt declaratus. In aſſumptione Cardinalis Caſtagnæ ad purpuram, viſa eſt arriſiſſe Garſiæ fortuna; tametſi ejuſdem poſtea morte, illius omnes præciderit ſpes. Clemens VIII. Millini cognita ſagacitate ingenii, Henrici Cardinalis Cajetani in Poloniam legati collegam illum eſſe voluit, ut inter Regem illum, gentemque Auſtriacam pacem firmaret. Clementem VIII. Ferrariam proficiſcentem ſecutus eſt, itemque Petrum Aldobrandinum ejus nepotem, dum Florentiam novas D nuptias Henrici IV. Galiorũ Regis & Mariæ Principis Mediceæ benedicturus legatus adiret. Paulus V. ubi primum Apoſtolicam ſedem aſcendit, Archiepiſcopum Rhodienſem Millinum creavit, atque ad Hiſpaniarum Regem Oratorem; in quo munere vix integrum annum impleverat, cum ab eodem Pōtifice purpura nobilitatus eſt anno 1606. die XI. menſis Septembris. Romam reverſus eſt poſt duos annos, inque conſiſtorio honorifice exceptus, titulo Ss. Quatuor Coronatorum fuit inſignitus. Die vero quinta Maji ejuſdem anni, legatum illum a latere dixit, direxitque in Germaniam, ut inter Rodulphum Imperatorem, fratreſque Auſtriacos componeret pacem. Rem omnem feliciter perfecit, plurimaque collecta gratia apud Imperatorem, ac Paulum V. Romam reverſus eſt, exceptuſque publico in Conſiſtorio, atque a Pontifice ipſo prudentiæ, diligentiæque publice laudatus, deinceps a Pontifice juſſus, in

c HORTENSIA vocabatur Millini mater ex Carthario in Syll. p. 197. ubi de eo. *Mand.*

omni


Digitized by Google

A omni congregationum ſenatu graviſſime ſententiam dixit. Pontificis Vicarius fuit, atque Archipresbyter S. Mariæ Majoris: neque tantis muneribus, iiſque graviſſimis præpeditus, ſibi creditæ Imolenſis Eccleſiæ potuit oblivisci. Siquidem illam mirifice ornavit ſtatuis SS. Caſſiani, ac Petri Chryſologi, pluraque ſacerdotalia inſtrumenta illi dono dedit. Eccleſiam mulierum Convertitarum prope labantem a fundamentis inſtauravit, cumque præſens Eccleſiam illam adminiſtrare non poſſet, eam reſignavit anno 1611. Templum SS. Quatuor Coronatorum ſui tituli inſtaurare aggreſſus eſt, cui vetuſtas attulerat vitium, cumque illud picturis, domibuſque parergis, quæ ad illius decorem viderentur ſpectare, mirifice exornaſſet, inque illud repertas ſub confeſſione ſanctorum reliquias, a Leone IV. Pontifice ibi reconditas, intuliſſet anno 1624. die 17. menſis Julii, adeo popularem curam contempſit, ut nulla expenſarum habita ratione, nullum ſuorum gentilium ſtemmatum vel leve voluerit extare veſtigium. De hujuſ-
B modi tranſlatione ſcripſit Decius Mammolus, ubi inſcriptiones marmoreas, ad poſteritatis memoriam poteris intueri. Eo titulo per annos viginti inſignitus eſt, atque ad octo illud S. Laurentii in Lucina obtinuit. Comitiis interfuit, in quibus Gregorius XV. Pontifex creatus eſt, atque deinceps Urbanus VIII. in quibus ad Pontificatum, ſi non plena, tulit tamen propiora ſuffragia. Sagacis indolis fuit, ingeniique magni, ac pernobilis, pleno gravitatis, ac dignitatis aſpectu, inque explicandis negotiis dexteritate mirabili. Romæ deceſſit Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus anno 1629. prima die ineuntis Octobris, ſecunda noctis hora, ſepultuſque eſt apud S. Mariam in ſuæ gentis ſacello ſub ſepulchro Joannis Baptiſtæ Millini Cardinalis Sixti IV. In plumbea vero capſa ubi illius cadaver reconditum eſt, hanc ſequentem inſcriptionem perlegi.

Joannes Garſias Millinus Romanus S.R.E. Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, Papæ Vicarius, Baſilicæ S. Mariæ Majoris Archi-
C *presbyter, ac ſupremus Inquiſitor. Obiit Kalen. Octobris anno Domini M. DC. XXIX.*

In eodem ſacello ſub nobili marmoreo tumulo hoc legitur cenotaphium.

Joanni Garſiæ Millini S.R.E. Cardinali natura, virtutiſque bonis eminentiſſimo. Quem adoleſcentem ingenii, cognitioniſque prærogativa clariſſimum, nondum Romæ Urbanus VII. præceptor inſtituit. Sixtus V. ſacri Conſiſtorii Advocatum, Gregorius XIV. Romanæ Rotæ Judicem legit, Clemens VIII. auctum cenſu, dignumque purpura proclamatum, Ferrariam proficiſcens Comitem, & Cardinali Cajetano adverſus Turcas ad Poloniæ Regem legato adjutorem adjunxit, Paulus V. ad Philippum III. Regem Hiſpaniarum miſit nuncium, & re bene geſta primum purpuratorum Patrum in Senatum adſcivit. Idem Paulus ejuſdem opera ad Matthiam Pannoniæ Regem, & ad Rodulphum Cæſarem legati magno cum Reip. Chriſtianæ bono bellum in-
D *ter duos fratres pluſquam civile compoſuit; redeuntem è Germania, ſecum in Urbẽ duxit, eundemque vere Principem ſacri Principatus adminiſtrum ad majora quoque ſemper adhibuit in lectionis Pontificiæ. Conclavi non minima pars ſacri Senatus oneri ſummo parem exiſtimavit. Reliqui ſummi Pontifices pluribus unum præfecere Congregationibus, magniſque de rebus etiam ægrotantem in lecto cenſuere conſulendum. Denique Vicarium in Urbe cuſtodem pro omnium ſalute vigilantem quadriennium ante proviſa prudenter, & deſcripto etiam ſapienter diſpoſita mors hilarem, atque tranquillum, æternitatis candidatum mortalitate donavit. Vixit annos LXVI. menſes vij. Urbanus, & Marius Millini heredes patruo, imo parenti amantiſſimo PP. Vale lector, & gratulare alterum ex Millinæ familia eum ſimilem humano generi datum. Obiit Kalend. Octobris M. DC. XXIX.*



57. **RODULPHUS** Paleottus *a* Bononienſis, Æneæ filius, Cardinalis Paleotti conſanguineus, Alphonſi Archiepiſcopi nepos, Archidiaconus Bononienſis, Clementiſque VIII. cubicularius, electus Epiſcopus a Paulo V. anno 1611. die 27. menſis Junii. A Cardinali Millino ad eam dignitatem inauguratus fuit in Eccleſia Nova, ut vocant, ſolemnique pompa Imolam ingreſſus eſt die XV. menſis Octobris ejuſdem anni. Sanctæ Mariæ de Turriano curavit Eccleſiam ædificandam, primumque jecit lapidem in rudimentum fundamentorum. Eccleſiam S. Crucis exornavit, eidem attributo parochiano. Templo S. Mariæ de Conſolatione conſtruendo primum lapidem jecit. In defunctorum ſuffragium centum hominum confraternitatem inſtituit. Sanctæ Urſulæ moniales ad priſtinam diſciplinam revocavit. Ad lucrandos mortales in Cathedrali ſermonibus habendis ſalubrem indixit legem, iiſdemque ipſe utebatur frequentius ad tepentia fidelium corda inflammanda. Tranſtulit S. Projecti corpus in altari ad S. Caſſiani ſiniſtram, eccleſiam, & confraternitatem S. Caroli erexit. Mortuus eſt gratiſſimus, deploratuſque a populo an. 1619. ſepultuſque eſt in Cathedrali. Memini me legiſſe ſequentem inſcriptionem Rodulpho erectam in eccleſia S. Juliani Bononiæ. LVII.

a De eo Alidoſius de Epiſc. Bon. p. 151. & Bumaldus in Bibl. Bonon. Mandoſ.

D. O. M.

Rodulphus Paleottus Prot. Apoſt. Bonon. Archid. & S.D.N. Clementis fel. rec. PP. VIII. Cubicularius, honoris Ecc. hujus, & jurium, ac annexorum Prior, & Abbas injuriis temporis in Dei, & S. Juliani honorem mederi cupiens ædem ſimul, & canonicam ære proprio curavit inſtaurandam fornice inſuper antemurale in Eccleſ. porticum contingentem, & reædificato, & munificentius exornato, indeque a Paulo PP. V. ad Eccleſ. Imolen. Epiſcopatum aſſumptus jam ſeptimo ejus adminiſtrationis anno, R. D. Joannes Jacobus Beroaldus ejus familiaris, & reſignatione ſucceſſor erecto reliquiario, ſtrataque lateribus ære proprio adhuc rudi portico, hoc perpetuum grata ſuæ in bonum Dominum voluntatis poſuit argumentum, anno a redemptione mundi M. DC. XX. de menſe Aprilis.



58. **FERDINANDUS** Millinus Romanus, Pauli LVIII

Digitized by Google

Pauli ex Portia Mantacorum ſtirpe nobiliſſima filius, nepos Cardinalis Garſiæ, Vaticanæ baſilicæ canonicus electus eſt Epiſcopus Imolen. 1619. die 17. menſis Maji. Extat oratio panegyrica Ludovici Stagnii Imolenſis in laudem Millinæ familiæ, & in eundem Ferdinandum Epiſcopum, poſt primum ſuum in ea urbe ſolemnem ingreſſum habita, & ejuſdem Stagnii ad eundem Ferdinandum Epiſcopum vaticinium ex Millinorum ſtemmate ſumptum legimus in hunc, qui ſequitur modum.

An meliora ſibi tandem ventura ſtudebat
Imola preſſa malis, noſcere fata Deum;
Anxia tum properans, conſultum oracula Phœbi,
Eſt ſupplex tali voce precata Deum.
Phœbe graves noſtros ſemper miſerate labores,
Aurea pollicitus ſecla futura mihi,
Et tamen aſſiduis vexamur caſibus ægri.
Ergo tua haud nobis numina certa manent?
Da pater augurium, & mœſtis ediſſere læta;
Imola pro votis immolat ecce tibi.
B *Vix hæc ediderat: tremere omnia viſa repente,*
Talia cum proprio reddidit ore Deus.
Syllani fortes, quæ vos a ſtirpe parentum
Prima tulit, veniet gens celebrata cito;
Moxque diu rebus dabitur gaudere ſecundis,
Cum dulci tellus undique melle fluet.
Stemmate tergeminis ſplendente coloribus Irim
Geſtabit, cœlum percipit unde decus.
Aurea quam grandis ſuperextat littera triplex,
Hæc tria nam ſophiæ munera certa notat.
Illinc regna jugi advenerint uberrima pace,
Hinc aderit vobis quidquid in orbe boni.
Hæc Phœbus. Tum mixto ingens exorta tumultu
Lætitia, &, quæ ſit gens ea, quiſque rogat,
Eſt ignota diu cunctis oracula Phœbi,
Principe te nobis, nunc veniente, patent.

Rexit hanc ſedem Ferdinandus, juxta Stagnii vaticinium annos viginti ſex, ultimumque ſpiritum Creatori reddidit menſe Auguſti 1644. ſede Romana
LIX. paſtore vacante, ſepultus in Cathedrali.

59. MARIUS Theodolus Romanus, ex Apoſtolicæ Cameræ generali Auditore, ab Urbano VIII.
C S. R. E. presbyter Card. creatus 1643. Interfuit Comitiis, quibus Innocentius X. evectus eſt ad Petri ſedem, a quo Imolenſis Epiſcopus delectus eſt die 17. Octobris 1645. poſt annum deinceps eidem Eccleſiæ remiſit nuncium die 23. Octobris.



LX. 60. MARCUS ANTONIUS Romanus ex vetuſta, & nobili Cuccinorum gente ortus, majorum ſuorum Epiſcopali infula auxit ornamenta. Romanam Eccleſiam ab ipſis fere incunabulis non minori pietate coluit, quam priſcis illis temporibus egerit Marianellus Cuccinus ſtrenuus Baro, qui primus è Germania in Urbem, ante annum ſexageſimum ſupra milleſimum ſalutis noſtræ Cuccineæ familiæ fundamenta jeciſſe narratur. Ille enim Eccleſiaſticarum copiarum dux a Leone IX. adverſum Giſulphū Normandum Inſtitutus, Pontificem ipſum in Beneventana pugna captum, ex inimicorum manibus propria virtute vindicavit. Hic vero tum ſumma fide, longæva rerum experientia in omnibus fere urbanis negotiis expertus, tum vero in regendis eccleſiaſtici Imperii urbibus eidem ſanctæ ſedi operam

A ſuam ſtrenue navavit. Hic poſtquam Fanum Fortunæ, Anconam, Beneventum, Auguſtamque Peruſiam perbelle adminiſtraſſet, ex decano utriuſque Signaturæ ab Urbano VIII. Anglonenſis Epiſcopatu donatus eſt die 15. Januarii 1638. quam Eccleſiam ad Dei honorem, proximique ſalutem cum annos octo bene rexiſſet, ab Innocentio X. Pontif. Max. ad hanc Imolenſem Eccleſiam translatus eſt ann. 1646. vir utique in omni eruditionis genere nobilis, dignus ſane, ut in multos annos hac vita fruatur mortali, diuque Eccleſiæ ſibi commiſſæ præeſſe, ac prodeſſe * Ex App. tom. 1.
poſſit. * Obiit Imolæ. („ *die 15. Auguſti*.) Ibidem quievit. („ *in Cathedrali*.)

61. FABIUS Cardinalem Ghiſium a Neritonenſi Eccleſia ad hanc Imolenſem tranſtulit Innocentius X. Pont. Max. an. 1652. de quo vide, quæ ſupra in 1. tomo de eo diximus, ſed modice quidem, cum ejus innumeras virtutes, animique candorem, eximiamque eruditionem, opera ejus edita ſatis edoceant. LXI.
* Hunc Deus pro Chriſtianæ Reipublicæ bono ad * Ex App. tom. 1.
B Petri Cathedram extulit ſub nomine Alexandri VII. („ *anno* 1655.)

62. Jo: STEPHANUS Card. Donghus Epiſcopus Adjacenſis ad Imolenſem Eccleſiam translatus eſt die 2. Auguſti 1655. LXII.

A D D I T I O.


(„ *Hic cum Imolenſem adminiſtraſſet Eccleſiam*
„ *ad an. 1663. ad Ferrarienſem translatus fuit, ubi*
„ *de eo plura diximus.*
„ FRANCISCUS *Maria Ghislerius, Bononien-* LXIII
„ *ſis, cum eſſet Terracinenſis Epiſcopus, hanc Ec-*
„ *cleſiam ſuſcepit regendam ab Alexandro VII. anno*
„ *1664. qua dignitate poſtea ſe abdicavit anno 1672.*
„ CONSTANTIUS *Zanius, Bononienſis, Mo-* LXIV
„ *nachus, Abbaſque Olivetanus à Clemente X. Ghis-*
„ *lerio cedenti ſubrogatur eodem anno 1672. Deceſſit*
„ *die 16. Junii anni 1694. ſepultuſq; eſt in Cathedrali.*
„ THADDÆUS *Aloyſius Cardinalis de Verme,* LXV.
„ *Placentinus, Fanenſis antea Epiſcopus, atque ab*
„ *Innocentio XII. roſeo pileo non diu antea donatus*
C „ *anno 1696. Imolenſi Eccleſiæ præfectus eſt, ad Fer-*
„ *rarienſem deinde à Clemente XI. anno 1701. trans-*
„ *latus: ubi de eo plura reperies.*
„ PHILIPPUS *Antonius Gualterius, Urbeveta-* LXVI
„ *nus, tunc Archiepiſcopus Athenarum, & apud*
„ *Regem Chriſtianiſſimum Nuncius Apoſtolicus,*
„ *translatus cum retentione tituli Archiepiſcopi ad*
„ *Eccleſiam Imolenſem eſt die 21. Novemb. an. 1701*
„ *Deinde Cardinalis creatus die 17. Maii 1706. ad*
„ *titulum S. Chryſogoni denuò translatus fuit ad Ec-*
„ *cleſiam Tudertinam 14. Octobris 1709.*

D 

„ ULYSSES *Joſephus Gozzadinus, e prænobili,* LXVII
„ *vetuſtaque familia Bononienſis, M. Antonii præ-*
„ *ſtantiſſimi Patriæ Senatoris filius, cum nobiliorum*
„ *diſciplinarum orbitam ſtrenuè, feliciterque eſſet*
„ *emenſus, laurea doctorali inſignitus, Canonicus*
„ *primùm Patriæ Metropolitanæ, mox Vaticanæ Ba-*
„ *ſilicæ effectus eſt. Hinc ab Innocentio XII. Memo-*
„ *rialium, ut ajunt, Secretarius, atque Theodoſiæ*
„ *Archiepiſcopus declaratus, demum à regnante SS.*
„ *D. N. Clemente XI. Brevium Secretarius electus,*

,, *atque purpureo poſtmodum galero donatus die* 15. *Aprilis an.* 1709. *ad tit. S. Crucis in Hieruſalem, Imolenſi præterea tiara decoratus eſt die* 19. *Februarii an.* 1710. *Romandiola Legatione ſumma cum æquitatis laude perfunctus eſt, regiaque propemodum magnificentia Legatus à Latere die* 16. *Septembris an.* 1714. *Eliſabetham Farneſiam Philippo V. Hiſpaniarum regi ſolemniter deſponſavit. Vivit optimus Princeps, cujus exaggeratas animi dotes, atque virtutes, ne ejus inſignem oneremus modeſtiam, relinquimus poſteris celebrandas, precamurque enixe D. O. M., ut in gregis ſui ſolatium, atque emolumentum diu incolumemque tantum ſervet Paſtorem.*)

SASSENATENSES
EPISCOPI.



SAſſinam, quam hodie Sarſinam vulgus appellat, collocat Strabo in Togata Gallia ad dexteram fluminis Sapis ad extremum Umbriæ: Plinius autem in 6. Italiæ regione. Flaminiæ antiquiſſima civitas eſt, Plauti patria, comici theatri Principis; ejus meminit Silius lib. 8. *His Sarſina dives lactis.* Sed ita hoc tempore magna ex parte exciſa, ut vix 400. mortales alere dicatur. Primam illius memoriam nobis Polybius profert, ante Chriſtum natum anno 266. Erat autem illis temporibus potens, opibuſque florens, cujus populi Saſſinati vocitabantur, quos narrat idem Polybius cum Umbris conſociaſſe arma, coiiſſeque ad illorum imperium centum millia bellatorum, ut contra ingruentes Gallos Romanis ferrent ſuppetias. Cæterum cum deinde haud ſatis quietem colerent, ſuſpectaque Romanæ gliſcenti rei arma circumferrent, haud id tulere impune: etenim Romani duobus conſularibus exercitibus armatis, Saſſinates Romanum compulerunt ad jugum, deque ipſis ſtrenue debellatis in Capitolio egere triumphum Cn. Cornelius Scipio an. 483. Coſ. Et deinde Decimus Junius Pera, Numeriuſque Fabius Pictor conſules Romani ab Urbe condita anno 487. Hinc vetus inſcriptio ibidem.

D. JUNIUS D. F. D. N. PERA COS.
AN. CDLXXXVII. DE SASSINATIBUS.
V. K. OCTOBR.

Et alia.

N. FABIUS C. F. M. N. PICTOR
COS. AN. CD. XXCVII.
DE SASSINATIBUS
III. NONAS
OCT.

Eorundem victorum deinde municipium fuit, ut antiquiſſimæ inſcriptiones prodere videntur, quarum unam hic apponam, quæ extat in Cathedrali pro baſe altaris ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

D. M.
Cetraniæ P. F.
Severinæ ſacerdoti
Divæ Marcian
T. Bæbius Gemellinus Auguſt
conjugi ſanctiſſ.
Capui. ex teſtamento
Cetraniæ Severinæ Colleg. Dendrophororum
Fabrum centonariorum munic.
Saſſi H. S. Sena

A *millia N. dari volo. Fideiq.*
veſtræ Collegiali committo
uti ex reditu H. S.
Quatern. M.
N. omnibus annis Rid. Idus Jun.
die natalis mei.
oleum ſingulis vobis dividaturi & ex
reditu. H. S.
manes meos colatis.
Hoc ut ita.
faciatis. Fidei veſtræ
committo.

Romano Imperio paruit, donec ejuſdem exoleverunt opes, ac magnitudo. Ravennates deinde Exarchi Italicarum rerum potiti Saſſinatium invaſerunt Imperium. Tum & aliquando Præſules loci illius potiti ſunt, Ordelaphi deinde, Malateſtæ, ac Veneti ad ſuam Saſſinam juriſdictionem traxere; ab Eccleſia tandem recuperatam an. 1509. Leo X. Alberto Pio Carpenſi illam dono dedit anno 1519. B Inde in Aldobrandinos clariſſimam gentem Clementis VIII. proſapiam, per emptionem tranſlata. Latet ejus exordium, nec magis liquet, a Gothiſne, an ab hoſtibus Ravennatibus aliquando fuerit exciſa. In antiquis marmoribus, memoriiſque Saſſina appellatur; interdum autem Saxina, recentioribus vero temporibus etiam Bobium, forte a Boiis, qui illic antiquitus habitaſſe feruntur. Quicquid autem Præſulum juriſdictionem attingit, ita Bobium appellatur: ut Epiſcopus ipſe, Bobii aliquando ſit dictus, tametſi hodie Saſſinæ, comes autem Bobii, ad quorundam oppidorum retinendam juriſdictionem denominetur. Non defuere, qui ſuſpicati ſint, Bobium haud procul a Saſſina, alteram civitatem extitiſſe, ubi modo Galeata, A bbatiæ S. Hilarii juriſdictio ſpectatur, qua everſa, cum Saſſina exciſæ civitatis cojuiſſe Epiſcopatum; ſed profecto falluntur, ut modo diximus. Siquidem Saſſina ipſa, ejuſdemq; territorium Bobii nomine cenſentur, ut prolixe admodum refert Philippus Antonius in libro de Anti- C quitate Saſſinæ. Conſtat hunc Epiſcopatum antiquiſſimum eſſe, ſuffraganeumque Archiepiſcopi Ravennatis, quam dignitatem potuit obtinuiſſe eo tempore, quo Chriſtianam fidem amplexata eſt, tametſi nulla ullius Epiſcopi, uſque ad an. 426. præter S. Vicinii Liguris occurrat memoria. Cæterum haud inſulſa conjectura ducuntur, qui arbitrantur a Diſcipulis S. Apollinaris illius Provinciæ Apoſtoli ex miſſu Principis Apoſtolorum, ibi fuiſſe diſſeminatum Evangelium Chriſti. Infrequens incolis hoc tempore Saſſina eſt, ut ſupra docuimus, quamvis Cathedralis mediocris ſtructuræ ſit, conſecrataque S. Vicinio ſuo Protectori, cujus oſſa ibi honorifice requieſcunt. Archidiaconus ſolus in ea eſt, qui curam exercet animarum, ſex vero canonici, quorum tres reſidentiam habent, duo minores beneficiati, ac duodecim clerici. Seminarium alit alumnos, propeque Eccleſiam palatium Epiſcopale ſpectatur. Nullum ibi, ſive religioſorum, ſive monialium monaſterium divinum penſum exſolvit, deſtituiturque mon- D te Pietatis, unaque tantum laicorum confraternitas divinas ad laudes coit in cœtum. Ampla diœceſis per quinquaginta milliaria extenditur, ejuſdem numeri pagos, oppidaque complectitur, quorum quatuor Saſſinatis Præſulis juriſdictionis ſunt, quæ Bobianum comitatum efficiunt. Cenſus Epiſcopalis 800. ſcutatorum cenſetur, taxaturque in lib. Cameræ 60. Floren. Hujus ſedis Præſulum ſeriem digeſſit Philippus Antoninus ex monumentis illius Eccleſiæ, illoſque Angelus Perutius Epiſcopus in aula Cœulæ arcis pingendos curavit, aliquot ſubjectis carminibus, quibus eorum pia, claraque geſta comprehenderentur. Nos igitur partim ab iis, partim ab aliis monumentis mutuati ſumus, quæ ſtatim de Saſſenatenſibus Præſulibus proferemus.

1. S. VICINIUS Ligur, Epiſcopus Saſſinæ, atque protector, cujus corpus requieſcit in Cathedrali. In energumenis curandis maxime enituit: vixit in Epiſcopatu annis 27. mens. 7. Cujus feſtum I.

Digitized by Google

Saſſinatenſibus ſolemne decurrit die 24. menſis Auguſti. Ejus geſta ex antiquo membranaceo codice exſcripſit Jo. Petrus Ferrettus Ravennas Epiſcopus Milenſis, quæ extant inter ejuſdem eruditiſſimi Præſulis monumenta in Vaticana Bibliotheca volu. 5834. in hunc, qui ſequitur, modum. *Beatus vero Vicinius, ut fertur, ex Liguriæ partibus imminentis perſecutionis tempore veniens ad urbem Saſſinatem, vulgo Bobium vocatum, quæ in Apenninis montibus ſita eſt, atque ibi verbum fidei prædicans per bonorum opera ſtudiorum, quibus omnipotenti Deo inhærebat, omnique populo complacebat, divina providentia fuit Epiſcopus ordinatus, in quo tandem ſpiritualis montis vertice conſtitutus inexplicabilis cœpit ad cœleſtis faſtigii culmina deſideriis anhelare. Agebat enim ipſe in monte urbi ſublevatus, quacumque in valle lacrymabilis corruptionis poſitos ſibi ſubditos edocebat omni clero magiſter amabilis, populo venerabilis, pauperibus mitis, ut pater viduis compatiens ſibi pauper, orphanis tutor, patientibus compatiens exiſtebat, vigiliis pernoctans, orationibus inſiſtens, jejuniis voluptates domans, abſtinentiis ſe cœlibes exhibebat, charitatis vero, cæterarumque virtutum accenſus, quid in eo opus ſavorum gradibus cumulamur? cum conſtet eum nullis ſanctis actibus caruiſſe? nullis hujus mundi vanis ſtudiis deditum tabuiſſe? ſed omnibus, quibus omnipotens Deus delectatur, virtutum odoribus efflagraſſe? Ipſe nimirum ſe non ſolum ſacrificium Domino, verum holocauſtum interius, & exterius incedebat. Præcipuus vero doctor Vicinius ſubditis ſuis diverſas admonitionis ſpecies prout expediebat ſingulis exhibebat, eos quidem, quos arrogantia timidos ſentiebat, ad humiliter ferventis rigoris diſciplinam revocare ſtudebat. Quos vero callidi ſerpentis aſtutia hujus mundi variis illecebris deditos providebat, omnipotentis Dei juſſionibus parere opportuna admonendo, & inſiſtendo cogebat. Talibus igitur exterius indeſinenter inſiſtens admirabili operum efficacia B. Vicinius meruit pervenire ad Dominum, ut illius præſentia, cujus voluntas ſemper in Domino inhærebat, omnes languores receſſus precibus effugaret, dæmoniacis ſpiritibus comminando, ſolveret occupatos, & quiſquis ſalubritatis expetebat, evidens obtinens a Domino precibus impetrabat, præcipua tamen inter cætera ſicut hactenus in expellendis dæmoniis ab infeſtis humanis corporibus prævalebat. Hic vero dum in Epiſcopatu per 27. annos, & 7. menſes corporalibus pro Deo laboribus inſudaret, & nunquã ab ea, quæ voverat, Deo amabilia vacaret a Domino, quem dilexerat vocatus, ſummam quam Deus omnipotens dilectis ſuis, introitus vero hæreditatis tribuit, recepit, in qua nimirum non ulterius tam excolendo laboravit, ſed peracti laboris præmia perenniter manendo, exultandoque ſuſcepit; in qua uſque dum multiplices manipulos, quos in Chriſto ſeminans meſſuit, inſuetus de acceptis lucris multipliciter in Domino gloriatur. O quam beata hæreditas, quam nullus filius poteſt ſuccedendo, niſi patre vivente ſortire, quam nulla proles niſi prius a genitore mereatur poſſidere. Mirabilis eſt illa æterni patris hæreditas, quam ibi pro eis natus mori accepit. Sed quia vir Deo amabilis Vicinius poſt corporea vita animam in cœleſtibus exultantem, terrenæque vitæ laudis munere carere non debuit, ubi videlicet laborum carnalium contra inviſibilem hoſtem ſpiritualiter inſudavit, & poſt illius triumphales exequias, quibus fuit ab Eccleſiaſticis viris honorificis excubiis protractus, & fragrantium thymiamatum odoribus, celeberrimaque vigiliarum ſtatione fuere decoratus, & ſepultus in marmoreo ſarcophago requievit, non modo ſolita cum miraculorum potentia reliquit, verum etiam potiora, & formoſiora in Chriſto mortuus exercuit, quem ab eo ſuperſtite facta claruiſſent, & juxta quidem creator omnium rerum illum non mortuum, ſed migratum majori in populo prærogativa, quam vivente corpore ſublimavit, quia ſua carne ſolutus, non mortem paſſus eſt, ſed evaſit, non vivere deſtitit, ſed incœpit vitam, quam moriturus poſcebat, invenit mortuus victurus.* Vixiſſe creditur poſt diram Diocletiani, & Maximiliani Imperatorum perſecutionem, Sylveſtri Pontificis temporibus, poſt cujus exceſſum ejus ſucceſſores plurimi deſiderantur, quorum nomina vetuſtas delevit. Parmæ colitur die 26. Auguſti, ut refert Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. In arce ſub ejus effigie hæc de eodem carmina extant.

Dum ſacros artus jejunia, templa, catenæ,
Dum ſylva macerant, hunc regis, atque gregem.
Dum cœlum ſcandis, quater æſtas ſeptima vertit.
Nos Voti damnas, numina tetra fugas.

2. S. RUPHINUM Saſſinæ Epiſcopum circa an. 426. nullus fere reperitur, qui neget; tametſi latent ejuſdem res præclare geſtæ. In eadem tamen arce ejus effigiem hæc carmina condecorant. II.

Tu quoque nos paſcis, Præſul Ruphine, Deoque
Jungeris, ut vitæ præmia digna feras.
Reliquiæ ſuperant, digitis decorata duobus
Dactylotheca ſacris: protege, Dive, tuos.

3. LAURENTIUS ejuſdem ſedis Antiſtes anno 495. & 500. Concilio Romano interfuit ſub Symmacho Papa, ubi illius hujuſmodi ſubſcriptio legitur: *Laurentius Epiſcopus Bobienſis*; ubi non eſt credendum Inſubriæ Bobium ibi voluiſſe commemorare, quando per illud tempus civitas illa nondum condita erat. Lapſus & Sigonius eſt, cum in ſcripturam illam vitio ſcriptoris irrepſiſſe mendum putavit, proque Bobienſis, Bononienſis repoſuit, cum ibi per Bobium, Saſſina ſignificetur, cujus Epiſcopum aliquando Laurentium fuiſſe conſtat. In Arce Cæulana ad ejus effigiem hæc leguntur carmina. III.

Symmachus eiicitur, concordia poſtera patrum
Reſtituunt, quamvis Rege negante Gotho;
Romanum Præſul Bobi Laurentius intrat
Concilium, invadi ſacra, ſacroſque vetant.

4. DONATUS eandem ſedem aſſecutus Romano Concilio interfuit, contra Monothelitas congregato an. 649. de quo Cæulani verſus. IV.

Ad Monothelitæ tollendum dogmata Romam
Pontificis ſummi juſſibus iſte petit;
Cum patribus damnat ſceleratos hæreſis auſus,
Spernit & Auguſti munera. verba, neces.

5. STEPHANUS vero floruit an. 680. Interfuitque Concilio ſexto a Conſtantinopolitano, ad cujus effigiem in Cæulana arce ii verſus habentur. V.

Subſcr. pſit Aga[illegible] epiſtole p[illegible] Concilio Conſtantinop.

Sub Petri gremium redeunt Theodorus, & omnes
Aemiliæ patres, Stephanus hic & adeſt;
Bina quod in Chriſto natura eſt bina voluntas
Non renuit propria ſcribere quiſque manu.

6. BENO ad eandem ſedem ſubvectus eſt, tametſi quo floruerit, tempus ignoretur: poſt Stephanum tamen reperitur, cum ſubſequenti elogio. VI.

Credulus inſontem torquet, vincitque catena
Presbyterum, Divi juſſibus illa cadit.
Solemni feſto Vicini oblata miniſtris
Munera tollit equi; crimina pone luunt.

7. LUPO Epiſcopus hujus Eccleſiæ, tempore Joannis VIII. ann. 875. extat epiſtola ad Romanum Ravennatem Archiepiſcopum, ut hunc Luponem ordinet Epiſcopum num. 154. apud Binium. VIII.

8. S. APOLLINARIS ex eadem ſede jus dixit an. 898. (1) de quo in Cæulana arce. VII.

Alta Palatiole Monachis dat templa Ravenna
Præſul divinis laudibus, ut reſonent.
Aſſenſit Bobii, ſimul aſſenſere propinqui
Paſtores, large dotet ut ille locum.

9. FLORENTIUM poſt Apollinarem hæc carmina exornant. IX.

Floruit Antiſtes noſter Florentius iſte,
Prudenter Bobi florida prata regens.
Procedente tamen flos hic defloruit ævo,
Et montis Sorbi pulvis in æde jacet.

(„ JOANNES *Epiſcopus S. Sarſinatenſis Eccle-* X.
„ *cleſiæ ſubſcripſit Joannis Papæ XIII. litteris datis in*
„ *Concilio Romano habito an. 969. quibus Beneventa-*
„ *nus Epiſcopus inſtituitur. Vide Ughellum in Bene-*
„ *ventanis.*)

10. ALEXANDER Epiſcopus Saſſinæ anno 997. XI

(1) Anno 861. interfuit Concilio Romano à Nicolao I. contra Joannem Ravennatem Archiep. habito: & circa eadem tempora ſubſcripſit dicti Joannis fundationi cœnobii S. Mariæ in Palatiolo, ut adnotavimus in Ravennatibus.

Digitized by Google

997. Ravennati Concilio interfuit, celebrato ſub Gerberto Archiepiſcopo, ex codice Vaticano. (*In „noviſſima Harduini Conciliorum editione dicitur „ ALBARDUS.*)

XII. 11. UBERTUS, quem Conradus II. Imperator gratiis, privilegiiſque proſecutus eſt anno 1026. ut habetur ex ſequenti diplomate ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ deſumpto.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Quotieſcumque aures noſtras ſanctarum Dei Eccleſiarum, necnon & reipublicæ preſſura propulſat, totiens Regni noſtri fideles conſulentes pro de more præfatis Dei Eccleſiis noſtræ conſolationis tutamentum attribuimus, & reipublicæ, quæ ſunt congrua, procuramus. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum ſolertia noverit, quod noſter fidelis Ubertus Epiſcopus S. Saſſenatis Eccleſiæ humiliter poſtulando, noſtram adiit majeſtatem: Quatenus prædicta Eccleſia omnes res immobiles, & mobiles, ſeſeque moventes, ſeu etiam caſtella, ſicut a noſtris prædeceſſoribus recepta ſunt, ne a pravis hominibus vaſtarentur, ſub noſtri juris tuitione reciperemus. Nos vero Imperialis noſtri gubernaculo providentes pro noſtræ animæ remedio, remunerationeque petitioni illius favere ſtatuimus, præcipientes, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, gaſtaldus, ſeu quilibet exactor publicus, nulluſque privatus in prædictum ipſum, ſuamque Eccleſiam, & ſibi ſubditos clericos, vel viros eorum, necnon in prædictæ Eccleſiæ monaſteria, abbatiaſque, atque allodia, ſeu & præceptaria, qualicumque modo acquiſita, vel eorum colonos, vel omnino in poſſeſſores eorum præfato Epiſcopo, vel Eccleſiæ ipſius ſubditos, ſeu ſi contigerit ex legis auctoritate ſibi ſubdendos injuſte moleſtiam aliquam, minorationemve agere audeat, & nullus dux, marchio, comes, vicecomes, vel loco poſitus de rebus ipſius Eccleſiæ, clericorumque ejus pertinentibus ſine licentia patris ipſius Epiſcopi placitum tenere audeat, & de monaſteriis, ſive curtibus, ſalariis, ſive in donicatis, vel colonecatis, & plebibus, ſeu curtibus, quæ uſque modo plures homines parti ipſius Eccleſiæ ſubtraxere, vel auferre conati ſunt, nominatim in territorio Saſſenatenſi, curtem S. Romani, cum pertinentia ſua, & curtem S. Mariæ, quæ vocatur in alta, ubi caſtrum ædificatum eſt, quod vocatur Petrella, cum pertinentia ſua, & curtem, quæ vocatur Fontana frigida, cum pertinentia ſua, necnon omnis terra, quam detinet Berraraus Feuderici quondam filius, item etiam & maſſa Bagneoli, cum pertinentia ſua, & maſſa Clena, cum caſalibus, & appendicibus ſuis, necnon quicquid ad ipſam præfatam Eccleſiam pertinet infra comitatum Bobienſe.

Inſuper inveſtimus in perpetuum de ipſis rebus, quæ ſunt poſitæ in territorio Feretrano, de quibus ad noſtros miſſos proclamatus fuit, & legalem inveſtituram acquiſivit, hoc eſt terra Iuſteliano, quam detinet Atto, & quam detinet in locis, ubi dicitur Sapinia, cum fratre ſuo, & maſſa Leciniana, cum pertinentia ſua, . . . majore, & minore, & de maſſa Falli, cum caſalibus, & appendicibus ſuis; necnon de uno caſtro, quod dicitur Aurſolus, & de maſſa, quæ nuncupatur Cerbiana, & de Gapta, cum ſeptem caſalibus, & de Orvereto, cum Eccleſia, quæ ibi eſt ædificata, & de Naſito, & de Pereto, & de Viectia majore, & minore, & de Quaſtorale, & de Mitato juſti, & de plano Columbi, & de monte Caſſiano, & de Valle, quæ dicitur Bonoſi, & de Terra, quæ dicitur Marſiconii, & de Blanzano, & Siciano, & Bulſiniano, & de Terra, quæ eſt Cappannia, & de ipſa terra, quam detinent filii Sigizonis, & filii Verardi, & filius Ieudebaldi in plebe Sancti Caſſiani, unde proclamatus fui; ſimiliter inveſtimus etiam de ipſis rebus, quæ ſunt poſita in Caſenati comitatu, unde multas proclamationes feciſti, hoc eſt de fundo Caſacarelli in integrum, & de Terra, quæ dicitur Roverata . . . . & de fundo Cerritula, & de fundo Tunione in integrum in omnibus prænominatis rebus, & quicquid ad præfatum Epiſcopatum pertinent, Dominus Imperator inveſtivit ſæpe nominatum Epiſcopum. Inſuper bannivit, ut nullus ſit auſus, eum diſveſtire, neque ſuos ſucceſſores, ſed quiete, ac ſecure prædicta Eccleſia in perpetuum habeat, & poſſideat. Inſuper per Giſlæ noſtræ conjugis interventu, animæque noſtræ remedio monaſterio S. Ambroſii, ſanctique Salvatoris, necnon de famulis, vel famulabus, & præſediis earum Eccleſiarum hujus noſtri Mundeburgi præcipimus, ut nulli unquam liceat ad alias Eccleſias, vel ſacra loca, aut quamlibet extraneam perſonam tranſcribere, vel alienare, aut aliquo ingenio, vel argumento abducere, ſed Dominum, poteſtaſque ſit ſemper parti ſupradictæ Eccleſiæ canonice ordinare, & diſponere, atque dirigere, videlicet ſi ſervus ejuſdem Epiſcopi liberam, vel ſerva liberum ſibi conjugio junxerit, illorum filii, juxta meam Imperialem juſſionem in ſervitium redigantur; ſi quis longa temporis poſſeſſione prædictæ Eccleſiæ prædia in jus proprietatis ſibi vindicare voluerit, liceat patri ipſius Eccleſiæ introire, & hujus noſtri præceptali largitione poſſidere, unuſquiſque per meam juſſionem ſibi auxilium præbeat. Super hæc vero omnia, volumus, atque præcipimus, ut chartulæ, quæ de rebus ipſius Eccleſiæ, vel pertinentiis, curtibus ſcilicet, & ſalariis, necnon monaſt. vel abbatiis injuſte, & in legaliter poſt quadraginta annos.... ab hoc contractæ ſunt, ſi ullus homo in placito eas oſtenderit, & per eas ſæpe nominata Eccleſiæ aliquid ſubtrahere voluerint, quantæcumque inventæ fuerint, vacuæ, & inanes ſint, & liceat prænominato Uberto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, & clericis ejus, ſuiſque ſequacibus ſecure, ac quiete vivere, & manere. Si quis vero contra hanc noſtri Mundiburgi auctoritatem egerit, & ea quæ ſuperius leguntur, non obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum ducentas libras auri, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ſæpe prænominato Epiſcopo. Porrò autem, ut firmius credatur ab omnibus, diligentiuſque obſervetur, ſigilli noſtri poſitione ſubter juſſimus roborari.

Conradus Imperator.

Giſla Auguſta.

C *Ugo Secretarius.*

Data XIII. Kalen. Junii. Uberto Epiſcopo per manus D. Ugonis Cancellarii, per præſentialem juſſionem, & Giſlæ ejus conjugis anno ab Incarnatione Domini 1028.

Ubertus vero totius ſuæ diœceſis tenuit Principatum, corpuſque S. Vicinii tranſtulit, unde verſus.

Donat habere viro Conradus. & illi.
Oppida multa dedit, munera multa ſimul.
Vidit mira Patris Vicini dum tulit oſſa;
Rus magnum donat, Balnea conſequitur.

12 MARTINUS Saſſinæ Epiſcopus erat anno 1052. de quo in Arce Cæulana ſic cecinit Perutius. XIII.

Dum moderatori merito Sapinia gaudet
Martino concors tota ſubeſſe tribus.
Schiſmata Romanam vexarunt plurima ſedem:
In precio precium, gratia, viſque fuit.

13 V. Epiſcopus Saſſinæ, ad quem Petrus Damiani literas dedit lib. 4. Epiſt. 13. XIV.

14 HENRICUS vixit anno 1056. De eo verſus. XV.

D *Henricos vario hæc progreſſu protulit ætas:*
Antiſtes noſtras hic bene paſcit oves.
Alter, & Auguſtus toto bacchatur in orbe
Juncta Ravennatis palma pudenda patris.

15 ALBARDUS poſt Henricum ſic adnotatum reperio inter Epiſcopos Saſſinæ in Arce Cæulana. XVI

Dicitur Ambroſii cœnobia ſubdita quondam
Emiſiſſe manu libera facta pater;
Annua dum Bebi templo ſtipendia ſolvant:
Triſtibus inde gravis litibus orta leges.

16 HIEREMIÆ mentio extat ab anno 1085. uſque ad annum 1102. ſequentique elogio reperitur exornatus. XVII.

Hic Ranclæ Plebes Abbati Collis ementi
Et circum circa cuncta ſacella dedit.
Inde columnatæ caſtrum conceſſit Ugoni;
Clementem Urbano mox latitante colit.

17 DOMNINUS vixit anno 1130. de quo verſus. XVIII

Innocuus capitur Romanæ Regulus urbis

Digitized by Google

Eximitur ſubito ſchiſmate cuncta ruunt.
A clero violenta manus prohibetur, ubique
Saſſina dominus credita læta ſubeſt.

XIX 18 DIVIZZO, Uberto Præpoſito, ejuſdem-
que canonicis aliquot bona dilargitus eſt, ad expia-
tionem animæ ſuæ, ſuorumque ſucceſſorum. En
verſus.

Fratribus arca dedit, dedit & Divizus Uberto
Præpoſito, qui poſt Bebia templa roget.
Accipit in precium nummos; ſimul addit ut ipſis
Pro patre ſit ſemper vera rogare Deum.

[„ *Hic anno 1142. ſubſcripſit ſententiæ Gualterii*
„ *Archip. Raven. quam in Raven. ſupra retulimus.*)

XX. 19 UBERTUS interfuit conſecrationi Joannis
Abbatis Columbæ in Epiſcopum Placentinum an-
no 1154. De quo Rubeus in hiſtoria Ravennati. De-
que eodem verſus.

Ecce Placentinis Moyſes, & Ubertus inungunt
Paſtorem: Moyſi dant ſacra tecta fidem,
Res & templa patri firmans Hadriane recenti,
Tuque fidem Petri ſuſcipis, atque ſuam.

(„ *Eodem quoque anno interfuit conſecrationi Ari-*
„ *minenſis Cathedralis ex Ughello ſupra in Arimi-*
„ *nenſibus.*)

XXI. 20 ANOZIUS floruit anno 1163. Ecce ver-
ſus de eo.

Orba parente ſuo deflet dum Saſſina, dumque
Cum clero populus jam nova ſceptra petit;
Perſpicuum ingenio, callentem hunc ſacra virumq;
Jura, leguntq. ſibi conſtituuntque Ducem.

XXII 21. ALBERICUS, ſeu Alericus Saſſinæ Epi-
ſcopus factus anno 1176. interfuit Concilio Latera-
no anno 1179. ubi Bobienſem Epiſcopum ſe ſubſcri-
pſit. Vixit uſque ad annum 1225. Hic Eccleſiam ſi-
bi creditam, juribus, fortuniſque recuperatis ma-
xime auxit. Hæc carmina de ipſo leguntur in Arce
Cæulana, quam ipſe coemit.

Terdecies centum libris emit, aſpice, Ceulam;
Bagnolum evicit; Rancla datur Monachis.
Eligit archipatrem; donat diplomata Cæſar;
Hinc Tetii caſtrum, mons emiturque Petra.

In Alerici, ac Saſſinæ Eccleſiæ gratiam hoc de-
dit diploma Federicus II. Imperator anno. 1220. ubi
Saſſinæ Epiſcopatus jura confirmat. Exemplar ab
originali deſumpſit, mihique una cum aliis hujus
Eccleſiæ monumentis Romam tranſmiſit Cæſar
Bovius emeritus hujus urbis Antiſtes.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Federicus II. divina favente clementia Romanorum
Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Inter cætera
charitatis opera illa potiſſima reputamus, quæ Eccle-
ſiis, & locis Deo dicatis, domino inſpirante, largi-
mur. Ea propter notum eſſe volumus univerſis tam præ-
ſentibus, quam futuris, quod nos attendentes devotio-
nem, quam tu Alberice Saxenaten. Epiſcope fidelis
noſter ad excellentiam noſtram geris intuitu Dei pro
remedio animæ noſtræ, ac divorum Auguſtorum paren-
tum noſtrorum fe. me. te & Eccleſiam tuam, poſſeſſio-
nes ejuſdem cum hominibus, & omnibus rebus ſuis,
ſpecialiter vero curtem S. Romani cum pertinentiis
ſuis, caſtra Petrellæ, Fontanæ frigidæ ſuperioris, &
inferioris Riſcodia, montis Latronum, Glagioli, mon-
tis Veteris, montis Mercorii, Cignæ, Sigunii, Ranclæ,
Petrellæ Abbatis, montis Caſtagneti, Linaſii, Caſal-
boni, Caſalburgula, Turricellæ, ſilva Pravolæ, Fel-
cini, montis Guidonis, Maſſæ, Monuiſti, Baccioli-
ni, Ceulæ, Bontagnani, Montiſplani, Collonatæ,
Paterni, Plagiæ, Montiſpetræ, Portuli, Sapegni
ſuperioris, & inferioris, Fœbi, Maſtri, montis Sa-
xi, montis caſtelli, Summavellæ, Atteggii, Sor-
bani, Calbani, montis Sorbi, Muſellæ, montis A-
betis, Fenocchi, montis Rodulphis, Ceoſolii, Rulati,
Prugnani, Turrita, Lizulæ, Velliani, Foſſedecan-
næ, Plandogni, Facciani, Sagliacci, Valdagneti,
Rucchii, Carecti, Civorii, montis Articcii, Acti, Ap-
poggii, Caſalecchii, montis Aurioli ſuperioris, & infe-
rioris, montis Corbi, montis Ajuſti, Rivolpariæ, Ro-
chettæ Catonis, Caſtreprioris, Catoli, Colorei, Na-
ſiti, Corneti, & Maſſæ, cum omnibus Villis, curtibus,

A *& pertinentiis ſuis ſub ſpeciali protectione, & defenſio-*
ne noſtra recipimus majeſtatis; volentes, & firmiter
committentes, quatenus nullus dux, marchio, comes,
vicecomes, poteſtas, commune, caſtaldus, ſeu quili-
bet exactor publicus, vel privatus, nuncius quoque no-
ſter, vel quilibet alius te præſentem Epiſcopum, vel
Eccleſiam tuam de poſſeſſionibus ejuſdem hominibus, &
omnibus aliis rebus ad Eccleſiam ipſam de jure ſpectan-
tibus, ſpecialiter vero de prædictis caſtris, & omnibus
aliis, quæ nunc juſte habet Eccleſia tua, vel in antea
juſto acquiſitionis titulo poterit adipiſci diminuere, im-
pedire, collectam, ſeu fodrum exigere, vel quomodo-
libet moleſtare præſumant, nec de ipſis caſtris, poſſeſ-
ſionibus, hominibus, & aliis rebus ejuſdem Eccleſiæ
abſque licentia tua, vel ſucceſſorum tuorum placitum
teneat, vel ſe aliquatenus intromittat, ſed tibi, tuiſ-
que ſucceſſoribus in perpetuum libere, & ad plenum li-
ceat jus dicere de omnibus antedictis. Volumus etiam,
& præcipimus, ut ſcriptum de prædictis contra Eccle-
ſiam tuam factum injuſte, & irrationabiliter a qua-
B *draginta annis infra robur non habeat firmitatis. Præ-*
cipimus inſuper, ut ſi ſervus ejuſdem Eccleſiæ liberam
ſibi in conjugio copulaverit, eorum filii ſecundum loci
conſuetudinem in Eccleſia ſervitium redigantur. Si
quis autem contra hoc noſtrum privilegium venire præ-
ſumpſerit, de ſuæ temeritatis auſu pro pœna componat
centum libras auri, medietatem cameræ noſtræ, reli-
quam vero partem paſſis injuriam ſolvat. &c. Ad ho-
rum quidem memoriam, & perpetuam firmitatem,
præſens inde privilegium fieri, & noſtræ majeſtatis ſi-
gillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Bertol-
dus Aquilejen. Patriarcha. Soffredus Auguſtanus E-
piſcopus, Patavien. Epiſcopus, Ludovicus dux Bava-
riæ, comes Palatinus Reni, Guidus marchio Montis-
fereiri, Azo marchio Eſtenſis, Anſelmus de Guſti-
ger Mareſealchus, Venerius de Peſer de Rolandia, &
alii quam plures.

Datum in caſtris prope Faventiam anno Dom. In-
carn. 1220. menſe Octobris. Indict. 8. Regnante D. no-
ſtro Federico II. Dei gratia illuſtriſſimo Romanorum
C *Rege ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ anno Romani*
Regni, & in Germania 8. & in Sicilia 23. felic. Amen.

Anno deinde 1223. idem Federicus Imperator,
eidem Alberico Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus hoc,
quod ſequitur, indulſit privilegium, cujus exor-
dium iiſdem omnino verbis conceptum eſt, quibus
ſuperius diploma Friderici vidimus datum an. 1220.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Federicus divina favente clementia Romanorum Im-
perator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Inter cæte-
ra charitatis opera illa potiſſima reputamus, quæ Ec-
cleſiis Dei, & locis ipſi dicatis domino inſpirante lar-
gimur. Ea propter notum eſſe volumus univerſis tam
præſentibus, quam futuris, quod nos attendentes devo-
tionem, quam tu Alberice venerabilis Saſſenaten. Epiſ-
cope fidelis noſter ad excellentiam noſtram geris, in-
tuitu Dei, & pro remedio animæ noſtræ, ac divorum
Auguſtorum parentum noſtrorum fel. mem. te, & Ec-
cleſiam tuam cum hominibus, caſtris tam de donicatis,
quam locatis, poſſeſſionibus, villis, foris, curtibus,
D *& pertinentiis ſuis, & omnibus aliis rebus ſuis, & om-*
nibus aliis rebus ſuis, quæ nunc juſte habet Eccleſia tua,
vel in antea juſto acquiſitionis titulo poterit adipiſci, ſub
ſpeciali protectione, ac defenſione noſtra recipimus ma-
jeſtatis, & recepto a te fidelitatis juramento de prædi-
ctis omnibus te in noſtra præſentia conſtitutum corpora-
liter inveſtimus, & certa ſcientia de ſpeciali gratia
noſtra, prædicta omnia, ſicut in Eccleſiæ tuæ privilegiis
continetur, tibi, tuiſque ſucceſſoribus concedimus, &
perpetuo confirmamus. Volumus etiam, & præcipimus,
ut omnia ſcripta de prædictis facta a quadraginta annis
infra, quæ in damnum Eccleſiæ tuæ venire videntur,
robur non habeant firmitatis; mandantes, & firmi-
ter præcipientes, ut nullus ſit, qui contra hujus noſtræ
protectionis, commiſſionis, & confirmationis privile-
gium aliquatenus venire præſumat. Quod qui præſum-
pſerit, de ſuæ temeritatis auſu centum libras auri puri
componat, medietatem cameræ noſtræ, reliquam vero
partem paſſis injuriam pro pœna ſolvat &c. ad quorum

Digitized by Google

memoriam, & perpetuam firmitatem præſens privilegium inde fieri, & bulla aurea Imperio majeſtatis noſtræ impreſſione juſſimus communiri &c. Hujus rei teſtes ſunt, Ulricus Patavien. Epiſcopus, Albertus Tridentinus electus, Bertoldus Brixien. Epiſcopus, Valter. de Palerma Catinenſis Epiſcopus, & Regni Siciliæ Cancellarius, Stephanus Abbas montis Caſinen. Guidus marchio Montisferetri, Azo marchio Eſtenſis, Anſelmus de Guiſtiſer Mareſcalcus, Venerius de Piſer de Rolandia, & alii quam plures.

Ego Conradus, Dei gratia, Meton. & Spiren. Epiſcopus imperialis aulæ cancellarius vice D. Engelberti Dei gratia Colonien. Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc, anno Dom. Incarn. 1220. menſe Decembris, Ind. IX. regnante Federico II. Dei gratia, invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ, anno regni ejus in Germania VIII. imperii vero I. regni autem Siciliæ 23. feliciter Amen.

Datum in caſtris prope Narnien. menſe, die, Ind. prædictis.

XXIII 22. RUFINUS Saſſinatenſibus præfuit ab ann. 1231. uſque ad an. 1257. ejuſque præclara memoria extat in monumentis hujus Eccleſiæ, cujus temporalia jura ab Imperatoribus, ac Pontificibus conceſſa mordicus, viriliterque ſuſtinuit; pro qua re in gratiam ejuſdem Rufini Gregorius IX. ad Federicum Imperatorem has literas dedit.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Chariſſimo in Chriſto filio Federico illuſtri Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Regi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Gratum Deo exhibes famulatum, cum perſonas, & loca eccleſiaſtica, non ſolum pro ipſius diligis reverentia, ſed etiam eadem a malignorum oppreſſionibus protegis, & defendis. Cum igitur ſicut venerabili fratre noſtro Epiſcopo Saxenaten. accepimus referente, temporalis jurisdictio ſui Epiſcopatus ad eum ſpectare noſcatur, Imperialem Excellentiam rogandam duximus attentius, & monendam, quatenus ipſum, & commiſſam ſibi Eccleſiam habeas pro divina, & Apoſtolicæ ſedis, atque noſtra reverentia propenſius commendatos, ut jurisdictione ſua libere permittas Eccleſia, ac ſuper iis, vel aliis non ſinas ab aliquibus moleſtari; moleſtatores etiam poteſtate tibi a Domino tradita compeſcendo, ita quod per hoc factum Domino placeas, & nos devotionem tuam poſſimus merito commendare.

Datum Reat. 5. Id. Jan. Pontificatus anno 5.

Aliam ejuſdem Gregorii Papæ epiſtolam ad Saſſenatenſem populum, pro tuenda temporali jurisdictione Eccleſiæ Saſſenatenſis a Rufino exoratam, in tabulario repertam, libenter hic damus, cujus tenor eſt hujuſmodi.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Dilectis filiis univerſis nobilibus militibus, & populo civitatis, & diœceſis Saxen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum Matri veſtræ Saxenaten. Eccleſiæ ſervare per vos ipſos teneamini jura ſua, quæ non poſſitis ſine animarum veſtrarum ſubtrahere detrimento, & honorem illius non alienum debeatis, ſed proprium reputare, univerſitatem veſtram monendam attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandan. quatenus venerabili fratri noſtro Saxonaten. Epiſcopo de temporali jurisdictione ab Imperatoribus Eccleſiæ prædictæ conceſſa plene reſpondere curetis; ita quod eadem Mater veſtra benedictionis vos eſſe filios ſentiat per officium, & vos commendare nos exinde merito debeamus; alioquin ſententiam, quam idem Epiſcopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Deo, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum Peruſii Kal. Decemb. Pontific. noſtri anno 8.

Extat concordia inter Rufinum, & Abbatem S. Ambroſii in reg. Vatic. ep. 352. fol. 48. anno nono ejuſdem Gregorii IX. qui fuit ſalutis 1235. 14. Kalendas Januarii. Is cum Pontificiis partib. contra Federicum Imp. impenſe ſtuderet, juſſu ejuſdem Imp. a Tegrino, ejuſque filio Vvidone Mutiliani Comitibus captus, & in poteſtatem traditus, diuque detentus, tandem priſtinæ libertati reſtitutus fuit. Paulo autem poſt ita Comites excommunicationis nexibus innodatos ſupplici libello Innocentium exoraſſe lego, ut eos a vinculo, quo erant obnoxii, expiari juſſerit; quod ex iis Pontificiis literis ex Vaticano regeſto deſumptis illuſtrius patebit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei. Priori Fontis boni, & fratri Jacobo monacho Eremi de Camalduli ordinis Camaldulenſis Aretinæ diœceſis.

Significarunt nobis nobiles viri Tegrinus, & Vvido de Mutiliano filius ejus, Comites Palatini in Tuſcia, quod ipſi olim de mandato quondam Federici Romanorum Imperatoris, cujus tunc temporis ditioni ſuberant, licet inviti venerabilem fratrem noſtrum Saxenatenſem Epiſcopum capi, & in poteſtatem ipſius Federici tradi fecerunt. Quare humiliter petebant a nobis, ut cum ipſi prætextu dicti Epiſcopi, quamvis reſtitutus ſit priſtinæ libertati, ſe timeant excommunicationis vinculum incurriſſe, nec propter viarum pericula ſedem Apoſtolicam commode adire poſſint, abſolutionis beneficium obtenturi providere ſuper hoc eis miſericorditer curaremus. Nos itaque de circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes præſentium vobis auctoritate committimus, quatenus nobiſcum propter hoc ab eis fueritis humiliter requiſiti, de aſſenſu tamen, & voluntate prædicti Epiſcopi juxta formam Eccleſiæ vice noſtra abſolutionis beneficium impendatis, & injungatis nihilominus pœnitentiam ſalutarem. Quod ſi non ambo, &c.

Datum Peruſii 3. Id. Julii anno decimo.

Hæc epiſtoia eſt 17. in ordine anno decimo, fol. 197. De eo ſic legi in Cæulano caſtro.

Rufinum Auguſto Babii commendat, & Urbi
Gregorius, ſervent illius imperium.
Abbatem, & clerum Rancla ſententia frænat;
Emit Fazanum; nulla tributa ferunt.

23. JOANNES floruit anno 1258. uſque ad annum 1264. de eo hæc carmina habentur in Cæulana arce. XXIV

Jus in caſtra Comes Folianus multa Joanni,
Alpis, & in vico imperiale dedit.
Pinarii Caulæ, & Pitrellæ jura redempta
Felices, ſed ſors cuncta ſecunda quatit.

Anno 1259. qui ſecundus fuit Joannis Præſulatus, Thomas Folianus Comes Romandiolæ, pro remedio animæ ſuæ imperialem jurisdictionem in aliquot villis, & caſtris, Joanni Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ dedit, perpetuoque in feudum conceſſit; ſequentique documento omnia rata, atque firma eſſe juſſit; quod eſt hujuſmodi.

Thomaſius de Foliano Dei, Apoſtolicæ, & Imperialis gratia, Comes Romandiolæ.

Univerſis Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum, & cunctis nobilibus, & popularibus omnibus in caſtro Roccha de Veſſa, & in Veſſa, ac eorum curtibus, & in caſtro, & curte Clanatri, & in caſtro, & curte de Sylva plana, & de villa S. Salvatoris, & de caſtris, & villis S. Stephani, Donicelli, & Alphani, & eorum curtibus, & de villis de . . . ac Mazzi, & S. Angeli, & de Papatrico, & de caſtro Vergareta, & ejus curte, & in curte montis Cornari, & ejus curte, & in caſtro, ſeu monte Cellæ, & ejus curte, & in villa de Trivio tota per plebatum Balneenſem, & Trivienſem conſtitutis ſalutem, & amorem ſincerum. Inter cætera charitatis opera, illa potiſſima reputamus, quæ eccleſiis Deo dicatis, domino inſpirante, largimur. Quapropter notum volumus eſſe vobis ſingulis, & univerſis tam præſentibus, quam futuris, quod nos attendentes devotionem, quam venerabilis pater Joannes, Dei gratia, Eccleſiæ Saxenatis Epiſcopus ad excellentiam Imperialem, & ad nos gerit; intuitu Dei, & pro remedio animæ noſtræ dicta caſtra cum eorum curtibus prænominatis, & villas, & omnes, & ſingulos in prædictis locis habitantes, ſeu conſiſtentes, quoad omnia, & ſingula jura Imperialia ipſi D. Epiſcopo in integrum conceſſimus, & concedimus in feudum in perpetuum. Ideoque vobis omnibus,

& ſin-

A & ſingulis firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ipſi D. Epiſcopo, quæ ad juriſdictionem ſpectant imperialem reſpondeatis, & perſolvatis eidem; Nec alicui alii de prædictis aliquatenus de cætero reſpondeatis, nec aliquis alius ſe intromittat in prædictis locis, & terris de juriſdictione Imperiali, ſed liceat eidem Epiſcopo libere in omnibus, & ſingulis prædictis ad plenum dicere jus, exigere fodrum, banna, & folias, ac cætera jura Imperialia tamquam nobis. Mandantes inſuper vobis omnibus, & ſingulis, quod nullus ſit auſus, qui contra hanc conceſſionem venire præſumat, ſalvis rationibus omnibus vicariatorum dictorum locorum; quod qui præſumpſerit, ſe noverit indignationem noſtram incurſurum, & cadat ad pœnam centum marcarum argenti, medietas Cameræ noſtræ, alia medietas Epiſcopo ſupradicto. Ad cujus memoriam rei, & evidentiam futuram præſens ſcriptum juſſimus fieri, noſtroque ſigillo feliciter communiri.

Dat. Ravennæ 18. die menſis Auguſti Ind. 2. anni Domini 1259.

XXV. B 24. VVIDO nobili genere ortus, monachus Ciſtercienſis, Saſſinæ electus Epiſcopus fuit 1265. Hic cum adepti Epiſcopatus adiiſſet poſſeſſionem, fortiterque vellet ſibi creditæ Eccleſiæ jura defendere, antequam inauguraretur, ab Alexandro Aldobrando, ac Raynerio bonorum eccleſiaſticorum rapaciſſimis plagiariis crudeliſſime trucidatus eodem anno. Exarſit ſcilicet ad facinus Clemens IV. Pontifex, ſcriptiſque litteris Ravennatem Archiepiſcopum, legatumque urſit præcepto, ut Cruciferorum juſto comparato exercitu, hujuſmodi ſolemnem ulciſcerentur injuriam. Extant literæ, quas aliquando me legiſſe memini in Formulario Marini Fylamarini Neapolitani dicti de Ebulo viri clariſſimi, Clementis Pon. Vicecancellarii, inde Archiepiſcopi Capuani, quod adhuc manuſcript. in biblioth. Vatic. aſſervatur n. 3979. ejuſdemque in regeſt. Vatican. anno 1. Clementis epiſt. 85. fol. 76.

CLEMENS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

C *Dilecto fratri Archiepiſcopo Ravennati, &c.*

Exitiale facinus, piaculare flagitium, & ſcelus horrendum perpetratum in bon. mem. G. Saxenaten. electum Ciſtercienſis ordinis profeſſorem audientibus horrorem ingerit, juſdicentis pulſat officium, & ſeveritatem ultionis expoſcit. Nam ſicut ad noſtrum pervenit auditum, & F. de . . . . natus ipſius S. R. de . . Judæ proditoris peſſimi delectabiles ſectatores in Chriſtum Domini, videlicet electum eundem intra ipſius domum, in qua eodem die quidam comederunt, proditorie conſurgentes caput illius primo in diverſa fruſta concidere, ac etiam uſque ad cor ejus immittere gladium præſumpſerunt; poſtmodum vero ad membra ipſius manus ſacrilegas extendentes ejus brachiis, pedibuſque præciſis, naſo turpiter amputato, illum miſerabiliter jugulatum ferino more inhumaniter laniarunt. Nec tamen adhuc rabies ſanguinaria deſtitit, ſed aſcendit ad turpiora furor, dum exurgens in exſtinctum paleam igne ſuccenſam faciei corporis taliter lacerati, quod jacebat collectum in feretro infra Eccleſia D *Saſſenaten. ad comburendos cruentatos pilos barbæ illius propter naſum amiſſum enormiter deformatæ manifeſte apponere non expavit, ut gravia delicta illorum diu non remanerent incognita, quæ proculdubio merebantur non relinqui diutius impunita. Verum adhuc ſatellites Antichriſti adiicientes peccata peccatis, & contra ſe audaciter Dominum irritantes ad inſtructam Epiſcopalem ſupellectilem, & alia deſiderabilia ipſius Eccleſiæ manus miſerunt avidas, eamq; cum pluribus armis, equis, & bonis ibidem inventis, quæ dictus electus a dilecto filio olim V. P. de . . . . conſanguineo ſuo pro utilitate ipſius Eccleſiæ dicitur accepiſſe, nequiter aſportarunt. O quam deteſtanda præſumptio, quanta Eccleſiæ contumelia, quantuſque contemptus, o quanta cunctis Chriſticolis illarum partium in iis cauſa doloris, & horroris poteſt ingeri, ſi attente conſiderent magnitudinem infamiæ, quæ propter hoc imminet circumpoſitæ regioni! O quanta turbatio Prælatis Eccleſiarum, & profeſſoribus totius clericalis ordinis ineſſe deberet, ſi recte intelligerent, quod tanta, & tam enormis injuria toti illorum collegio eſt illata, quæ timoris ſuſpicione non caret omnino! Si enim in virum, ut audivimus, nobilitate conſpicuum, tanta præditum dignitate, ac honeſtate præclarum, hujuſmodi miniſtri Satanæ crimen tam nefarium commiſerunt, qualia creduntur de cætero ipſi, vel eorum ſimiles in minores clericos, ſeu Prælatos non ſuos tot meritis commiſſuri certe gravia imo prorſus graviſſima, niſi eſſet, qui murum defenſionis poneret, & de feſtina exhibitione juſtitiæ ſubveniret. Clamavit igitur ad Chriſti Vicarium prædicta Saxenata Eccleſia; clamat etiam ad ſuum Metropolitanum in illis potentem partibus providentia. Clamat propter hoc de terra vox ſanguinis, & conqueſtio monachorum monaſterii prædicti ordinis, de quo ille aſſumptus fuit ad regimen ipſius Eccleſiæ Saxenaten. Irrogata quoq; injuria Sponſæ Chriſti, pro quibus tuendis juribus hujus ſanguis innoxius, ut dicitur, eſt effuſus, ſeveram exigit ultionem. Quia vero nos voce tantæ lamentationis audita tacti dolore cordis intrinſecus tam immane flagitium volumus, nec debemus dimittere impunitum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus zelo juſtitiæ ferventer in hac parte ſuccenſus ad vendicandam necem tui ſpiritualis filii, prout Eccleſiæ convenit honeſtati, & injuriam illatam ſubjectæ tibi Saxenaten. Eccleſiæ ulciſcendum, & viriliter, & potenter accingas. Ad hoc tui convertens ingenium animi, ad id ſtudeas tuam, & tuorum potentiam experiri, quod tam de prædictis ſacrilegis, quos ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis pulſatis campanis, & candelis accenſis . . . . per omnia loca, in quibus expedire videris, tamdiu excommunicatos publice nunties, & nunciari facias, ac ab omnibus arctius evitari locis, ad quæ devenerint, quamdiu in eis permanſerint, eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, donec venerint cum tuarum teſtimonio literarum ad ſedem Apoſtolicam abſolvendi, quam etiam de receptoribus, & fautoribus, & defenſoribus eorum ſecundum honeſtatem earundem talis vindicta ſanguinis pœna prorſus excepta ſumatur, quod eidem Eccleſiæ de injuria hujuſmodi, & prætermiſſis bonis ſibi ſubtractis plenaria ſatisfactione impenſa, illos iram Dei contra ſe provocaſſe pœniteat, & aliis audacia præſumendi ſimilia ſubtrahatur. Eoſdem autem ſacrilegos omnibus caſtris, poſſeſſionibus, & quibuſcumque bonis, quæ ab Eccleſia ipſa tenent, auctoritate noſtra privare ſtudeas, eaque adjudicare ipſi Eccleſiæ, ac ad jus, & proprietatem ejuſdem legitime revocare procures. Cæterum ſive per potentiam laicalem, ſive per favorem ſacrilegorum ipſorum jam aliquis in dicta Eccleſia taliter paſtoris regimine deſtituta intruſus, aut electus eſſe dignoſcitur, tu ad mandatum dilecti filii noſtri S. tituli S. Martini presbyteri Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legati, cui ſuper hoc inquiſitionem faciendam committimus, intruſum, vel electum eundem ab Eccleſia ipſa prorſus amoveas, ſæpe dictam Eccleſiam ſic afflictam in ſuis bonis tuendis, & juribus recuperandis ſubtractis, & conſervandis habitis, tui favoris præſidio proſequaris, prout ejus neceſſitas exigit, & ſacerdotalis ſtatus omni compaſſione requiritur. Verum ne dictus nobilis inde damnum ſuſtineat, unde debet commodum obtinere, volumus, quod ei de ſuis armis, equis, & bonis prædictis facias ab eadem Eccleſia ſatisfactionem debitam exhiberi, contradictores, &c. invocato contra dictos ſacrilegos, fautores, receptores, & defenſores eorum ad præmiſſa, ſi neceſſe fuerit, auxilio non ſolum brachii ſecularis, ſed omnium regionis ejuſdem. Nos enim ut contra illos tanto efficacius procedere valeas quanto fueris adjutorio potentiori munitus, ac iidem fideles eo libentius tibi ſuum impendant auxiliũ, quos tibi providere poteris de dono gratiæ ſalutaris, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut omnibus de dictis fidelibus, qui tibi juxta ſuum arbitrium in iis duxerit aſſiſtendum, indulgentiam ſuorum peccaminum, de quibus vere confeſſi, & contriti fuerint, prout ſecundum Deum expedit, valeas elargiri.*

Datum Peruſii 2. Kal. Januar. anno 1.

De vindicanda nece ejuſdem electi, hæc alia eſt

epi-

Digitized by Google

epiſtola Simeoni tituli S. Martini presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legato.

CLEMENS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei. Legato, &c.

Vox horroris, & mœroris, vox gemitus, & lamenti ſenſibus noſtris intonuit, dum nuper audivimus, quod bonæ memoriæ G. Saxinaten. Electus a quibuſdam miniſtris Satanæ de illis partibus fuit more ferino jugulatus immaniter, ejuſque corpus crudeliter in fruſta diviſum. Verum licet voce tanta horribilitatis audita necem ipſius Electi... Archiepiſcopo per noſtras literas commiſerimus, prout Eccleſiaſticæ honeſtati convenit, vindicandam. Quia tamen tacti dolore cordis intrinſecus ſcelus tam execrabile, quod noſtrum graviter amaricavit animum, relinqui nullatenus volumus impunitum, nec ſuper hoc parcere tibi decrevimus, quin & ad vindictam ſimilem provocemus, maxime cum hujuſmodi horrendum flagitium infra tuæ legationis perpetratum terminos, ad te pertinet puniendum. Quocirca mandamus, quatenus adverſus dictos ſacrilegos pro tanto in eis puniendo facinore potenter inſurgens ad ſumendum ſecundum honeſtum hujuſmodi vindictam de ipſis debitam (pœna ſanguinis prorſus excepta) devotos Eccleſiæ, ſi neceſſe fuerit in exercitum congreges, & ad profligationem illorum, ac fautorum, defenſorum, receptatorum audaciam reprimendam deſtinare procures. Contradictores ſpirituali, & temporali pœna appellatione poſtpoſita compeſcendo. Cæterum, &c. Datum ut ſupra.

Cæterum in arce Cæula hæc carmina de Vvidone ſub ejuſdem effigie exarata leguntur.

Vvidonem Electum, renuentem perdere jura
Eccleſiæ obtruncant, ultio grandis adeſt.
Fert legem feudis, hoſtes devovet Erini,
Jam Taibi, & Vexæ Gratia factus herus.

XXVI 25. GRATIA Vvidoni ſucceſſit anno 1266. Ex Archidiacono Ravennatenſi ab Archiepiſcopo Ravennate tamquam capituli compromiſſario electus, confirmatur a Clemente IV. 10. Kal. Martii eodem anno, Pontificatus vero II. ut habetur in epiſt. 1. fol. 67. regeſt. Vatic. Hic etiam pro libertate eccleſiaſtica ſtrenue decertavit; poteſtatem, conſiliarios, hominesque civitatis Cæſenæ excommunicavit, pro eo quod ipſi Gratiæ Epiſcopo, & Eccleſiæ Saſſenatenſi damna gravia irrogaverint, ac civitatem ipſam Saſſinæ, in qua idem Epiſcopus, & Eccl. temporalem juriſdictionem obtinebat, occupaverunt. Extat in regeſt. Vatic. ad Ferrarienſem Epiſcopum epiſtola Clementis IV. num. 152. anno 3. ut quam Gratias in Cæſenatenſes ſententiam protulerat, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari faciat. Sedit vero Gratias annos quinque; *a* mortem obiit anno 1271. boni paſtoris fama relicta, de quo in Cæulana arce.

a Interfuit Concil. Raven. an. 1270.

Dant emphyteuſim leges vix orbe quieto
Mox Clantri, & Vexæ Gratia factus herus
Devovit diris vexantes templa viroſque,
Et res templorum ſic ſtatuere patres.


XXVII. 26. HENRICUS ex Archidiacono, Saſſinæ Epiſcopus creatus eſt 1271. *b* hic multis exantiatis laboribus Saſſinatis Eccleſiæ jura, bonaque redemit, auxitque, ſicut cum diutinam, gravemque litem contra Apoſtolicam Cameram exercuiſſet, inde reportavit victoriam anno 1295. ut ſupra memoratus Philippus Antonius narrat. Fato functus eſt anno 1302. ſub cujus effigie hæc carmina de eo leguntur.

b Anno 1286. interfuit Concil. Raven.

Templa regit, prudens hic Archidiaconus olim,
Exque pari fratres conſtituere patrem.
Caſtra ſui templi cum principe litigat urbis,
Tum primum Hippolyti conditur hoſpitium.

XXVIII. 27. Fr. UGUCCIONEM de monte Azuſtio Henricus defunctus excepit, ad id muneris ſublectum a V. Clemente anno 1305. Dum enim clericalis Senatus partibus æſtuans in duos diviſiſſet ſuffragia, Henricum ſcilicet quendam, ac Theodoricum, cum uterque a Pontifice tuliſſet repulſam, Ugucciо emerſit ad ſedem, iſtamque adminiſtravit Eccleſiam uſq; ad ann. 1326. quo ipſe anno e vivis exceſſit. In arce Cæulana hæc carmina videntur.

Henrico hic pariter, Theodorico rejectis,
Eligitur, concors tam male cœtus erat.
Nunc deſunt lites pro caſtris, inter at arma,
Quid proſunt? aberat primus ab Urbe pater.



28. FRANCISCUS ex Comitibus de Calbulo, Forolivienſis, (quæ hodie gens Paulutiorum cognomen aſſumpſit) filius Comitis Joannis, ac Catharinæ Ordelaphiæ filiæ Sinibaldi Forolivienſis Tyranni, a Capitulo electus Epiſcopus fuit, atque a Pontifice Joanne XXII. confirmatus anno 1327. XXIX Per annos triginta tres ſibi creditam Eccleſiam turbulentiſſimis temporibus ſtrenue adminiſtravit. Uſus ſiquidem eſt gladio bis acuto incurrentibus hoſtibus propellendis, in quibus Franciſcus Ordelaphius, Franciſci Epiſcopi * ſororis filius fuit, qui concitato Franciſco Saſſinate Archidiacono de mõte Abbatis, aliiſque Dynaſtis in nepotem propemodum juſtum commovit exercitum. Sed nil territus Calbulus armatus prodiit, inſtruxit aciem, contulit ſigna, ferro, flammaque armatos ultus eſt inimicos, boniſque eccleſiaſticis per ſumma pericula recuperatis non modo egregiam, inſignemque reportavit victoriam, ſed tum patriæ, tum Epiſcopatus Conſervatoris ad memoriam ſempiternam illuſtre tulit cognomen. Itaque cum ſummorum Romanorum Pontificum eo nomine quam maximam gratiam collegiſſet, ab ipſis mora Gallica abſentibus Flaminiam provinciam ſuſcepit regendam, quæ ex fide, jureque obita a Franciſco adminiſtratio ipſi, claræque genti Calbulæ æternum decus viſa eſt peperiſſe. Floruit hæc clariſſima gens ubique, & ſemper, protulitque viros tum literis, tum armis verendos: hujuſque certiſſimum Paulutia gens germen habetur, quæ in illius provinciæ ſplendidioribus familiis optimo jure numeratur. Ex hac prodiit Fabritius Paulutius primus Epiſcopus civitatis Plebanienſis. Meminit hujus gentis Cæſar Ripa in ſua Icon. noviſſima ad caput de Flaminia. Itaque Franciſcus Calbulus glorioſe vita functus eſt anno 1360. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

** Ex App. tom. 2.*

Veneranda memoria
Reverendiſſimi in Chriſto Patris
D. Franciſci ex Comitibus
de Calbulo Forolivienſis,
S. Saxenatis Eccleſiæ Epiſcopi,
Comitiſque Bobienſis, qui fuit electus
anno M.CCC.XXVII.
præfuit glorioſe huic Cathedræ
annos xxxiii.
demum obdormivit in Domino
ann. redemption. human.
M. CCC. LX.
in pace quieſcat.


Pontificum ſplendor, Calbuleæ ea gloria gentis,
Formidande armis, ſacra venerande thiara,
Nobilis Eccleſiæ trepidantia jura tueris
Atque uſurpantes compeſcis marte tyrannos;
Fraterna metuendus ope, non ulla vereris:
Bobbia reſtituis; gladium tibi cedit utrumque.
Hinc tibi perpetuos ſolvit gens Calbula honores;
Saxina & ad mœſtum plorat viduata ſepulchrum.

Ad

Ad ejus effigiem in arce Cæullæ recentioribus ſeculis pictum hoc ſpectatur elogium.

Oppugnant Franciſcum Franciſci; invictus at ille
Amiſſa nullis undique cedit ope.
Inſequitur Nerius Caſaliela Potere Careſtum.
Actum concedit, Bobia jura cadunt.

Franciſci etiam meminit pluribus in locis Rubeus in hiſtor. Ravenn. ac Philippus Antoninus de Saſſinæ antiquitate, aliique.



XXX. 29. JOANNES Numajus, Forolivienſis, Franciſco decedenti ſufficitur anno 1360. vir fuit genere, prudentia, acriſque judicii laude præclarus, & eccleſiaſticæ juriſdictionis acerrimus propugnator, quippe qui ſtatim ac ad clavum ſedere occœpit, contra nonnullos vicinos Dynaſtas, alioſque Eccleſiæ ſuæ jura occupantes, deinde in Cameræ Apoſtolicæ procuratores indefeſſe, diuque certavit, viriliter vicit; temporale dominium Saſſinæ, juraque Imperialia in aliis ſui Epiſcopatus oppidis, juxta Conradi Imperatoris, ſummorumque Pontificum privilegia, ſumma cum laude recuperavit. Ejus rei quæſtio Joanni de Placentinis Cervienſi Epiſcopo, & vicario Anglici Epiſcopi Cardinalis Albanenſis Romandiolæ legati primum demandata eſt, deinde juſſu Petri Cardinalis tituli S. Mariæ Transtiberim, ejuſdemque Romandiolæ legati, Petro Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, qui cum legitime proceſſiſſet, juris ordine ſervato pro Joanne Epiſcopo, ejuſdemque Eccleſia anno 1372. ſententiam tulit, cujus tenor ita in tabulario Saſſenatenſi autographo proſtat.

In Chriſti nomine. Amen.

Nos D. Petrus Dei, & Apoſtolica ſedis gratia, Abbas S. Sophia de Benevento ordinis S. Benedicti Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & DD. Petri, miſeratione divina, tituli S. Mariæ in Tranſtiberim presbyteri Cardinalis in nonnullis provinciis, & terris s. Romane Eccleſie immediate ſubjectis pro domino noſtro Papa, & eadem Eccleſia Vicarii generalis, ejuſque Camere cauſarum generalis Auditor, ac ad infraſcripta Cōmiſſarius per dictum D. Cardinalem ſpecialiter deputatus, cum poteſtate noſtram ſententiam exequendi, cogniter cauſa dudum ventilata, & vertentis inter reverendum patrem D. Joannem de Numaiis de Foro Livio, Dei, & Apoſtolica ſedis gratia Epiſcopum Saxenaten. ſeu D. Joannem de Glandelino de Imola ejus, & Eccleſie Saxenaten. procuratorem ex una parte agentem, & Cameram ſedis Apoſtolica, ſeu per Jacobum de Papia procuratorem Camere olim prædicte, & de præſenti ſer Paulum Mantoli de Ancona in prædicto procuratoris officio Camera ſucceſſorem ſe defendentem coram R. patre, & DD. Joanne de Placentinis tunc Epiſcopo Cervien. & demum Epiſcopo Paduan. & de præſenti Archiepiſcopo Patracen. commiſſario per Reverendiſſimum in Chriſto patrem, & DD. Anglicum, miſeratione divina Epiſcopum Alban. olim ſedis Apoſtolica Bononia, & in provincia Romandiola, & aliis provinciis præfatæ Eccleſia ſubjectis generalem vicarium, & D. Card. prælibati prædeceſſoris ſpecialiter conſtitutum. Viſis namque commiſſion. fact. dicto D. Joanni de Placentinis, & petitione coram ipſo per dictum D. Joannem de Glandolino de Imola product.

A *dd. NN. tenoris, & continentia ſubſequentis, videlicet. Coram vobis reverendiſſ. in Chriſto patre, & DD. Joanne, Dei gratia Epiſcopo Paduan. ad infraſcripta commiſſario per D. N. Alban. ſpecialiter conſtituto, Joannes de Imola procurator, & ſyndicus, ac ſyndicatorio, & procuratorio nomine reverendi patris, & D. Joannis, Dei gratia, Epiſcopi Saxenaten. ejus Eccleſiæ, & Epiſcopatus, dicit, narrat, & proponit, & agens exponit, contra, & adverſus Jacobum de Papia Cameræ Eccleſiæ Romanæ procuratorem, & ipſam Cameram, ejuſque officiales, & quamlibet perſonam pro ea coram vobis in judicio legitime comparentem, quod reverend. pater, & DD. Franciſcus de Calbulo olim Epiſcopus Saxenaten. immediate prædeceſſor pro dicta Eccleſia Saxenaten & ipſius Eccleſiæ nomine, & poſſedit pacifice, & quiete jam ſunt anni viginti quatuor, & ultra juriſdictionem in civilibus, & criminalibus in civitate Saxenaten. provinciæ Romandiolæ, & ejus teritorio diſtrictu, comitatu, & diœceſi, & in poſſeſſione, vel quaſi exercendi juriſdictionem prædictam fuit in dictis locis ſpatio quinque decem, quindecim*
B *viginti, & vigintiquinque annorum, & ultra continuato tempore ſuorum prædeceſſorum, & juriſdictionem prædictam ſpectan. & pertinen. ad dictam Eccleſiam Saxenaten quod ipſe D. Franciſcus olim Epiſcopus Saxenaten ante dictus in ipſa Saxenaten. Eccleſia a poſſeſſione prædicta juriſdictionis temporalis, & ipſius exercitio ceciderunt, abſq; ipſius D. Franciſci olim Epiſcopi antedicti facto, vel culpa. Dicit etiam, & proponit, quod officiales Cameræ antedictæ, & maxime de præſenti ſer Zaccharias Miglarii de Bertinorio vicarius Bobii pro S. Romana Eccleſia occupaverunt dictam juriſdictionem, & ipſius juriſdictionis exercitium in grave damnum dictæ Eccleſiæ Saxenaten. & ipſam juriſdictionem, & ipſius juriſdictionis exercitium hodie detinent occupat. & quod præfati officiales, & maxime dictus ſer Zaccharias licet pluries fuerint interpellati pro parte dicti domini Epiſcopi Saxenaten. ut ipſam juriſdictionem, & exercitium relaxare deberent eidem Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ, illa relaxare denegarunt, & denegant de præſenti, quare petiit idem ſyndicus, & procurator prædicto nomine per vos, veſtroque officio, & ſententia declara-*
C *ri, & pronunciari dictum Epiſcopum Saxenaten. & ejus Eccleſiam, ac dictum D. Joannem de Imola eorum nominibus reſtituendos, & reintegrandos eſſe ad poſſeſſionem pacificam, vel quaſi dictæ juriſdictionis, & ipſius exercitii, & ipſum dominum Epiſcopum, & ejus Eccleſiam, & ſic D. Joannem de Imola, eorum nomine reintegrari, & reſtitui ad prædicta, amoto inde quolibet alio officiali, & commiſſario memorat. qui reperiuntur poſſidere, vel quaſi dictam juriſdictionem, & ipſius exercitium, & ipſum procuratorem Cameræ. & quemlibet alium ipſius Cameræ reſponſalem, & D. ſer Zaccbariam, & quemcumque alium officialem Eccleſiæ, & Cameræ antedictæ, qui reperiuntur dictam juriſdictionem poſſidere, vel quaſi, & ipſius juriſdictionis exercitium, & quemlibet ipſorum contradictorem, & condemnatos compelli, & cogi ad libere relaxan. dictam juriſdictionem, & ipſius exercitium eidem Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ, & dicto eorum ſyndico, & procuratori pro ipſis, & prædicta petit per vos fieri de jure omni modo, via, & forma, quibus melius poteſtis, & debetis, non aſtringens. ſe ad non ſibi neceſſaria, & petit expenſas, & de fiendis pro-*
D *teſtatur uſque ad finem litis ſalvo jure addendi, &c. ac viſis exceptis, & replicatis hinc inde, & litis conteſtatione, juramento calumniæ, & probationibus hinc inde factis, privilegiis Apoſtolicis, & Imperialibus, & teſtium atteſtationibus, & dictis, ac viſo conſilio eximii legum doctoris D. Franciſci de Aruponibus de Bononia ad conſulen. in hujuſmodi cauſa de partium voluntate aſſumpti, etiamque viſa relatione facta per dictum dominum Epiſcopum tunc Paduan. & nunc Archiepiſcopum Patracen. præfato D. Alban tunc vicario in partibus Italiæ pro ſede Apoſtolica generali, cujus quidem relationis tenor ſequitur in hæc verba. Reverendiſſime Pater, & domine mi, cum cauſa, quæ vertebatur inter Epiſcopum Saſſenaten. ex una parte; agentem nomine Eccleſiæ ſuæ ſuper reſtitutione poſſeſſionis juriſdictionis temporalis in civitate Saſſenaten & ejus diſtrictu, quę juriſdictio per officiales Romanæ Eccleſiæ exercetur, & procurator Cameræ ex altera defenden. mihi per veſtram paternitatem commiſſa fuerit, & de ea poſt concluſionem referre debeam, ut ſupplicationibus, & reſcriptis*

hujus

hujus cauſa apparet; Ego Joannes Epiſcopus Paduan. humilis creatura veſtra, viſis actitatis in cauſa pradicta probatis, & allegatis hinc inde, credo ſalvo ſemper judicio meliori dictum dominum Epiſcopum reſtituendum fore ad dictam juriſdictionem temporalem. Veſtra creatura Joannes Epiſcopus Pad. ac etiam viſis commiſſionibus prafato domino Epiſcope ſuper inde factis per præfatum dominum Alban. vicarium jam dictum, viſaque commiſſione nobis facta, cujus tenor talis eſt.

Petrus, miſeratione divina, tituli S. Maria in Transtiberim presbyter Cardinalis in nonnullis provinciis, & terris S. R. Eccleſia in Italia conſiſtentibus pro D.N.P. & eadem Eccleſia Vicarius generalis. Dilecte nobis venerabili patri Abbati monaſterii s. Sophia de Benevento Auditori noſtro ſalutem in Domino. Exhibita nobis pro parte reverendiſſ. in Chriſto patris Epiſcopi Saxenaten. petitio continebat, quod dudum tractata, & ventilata fuit per longum ſpatium temporis, & ventilatur adhuc inter ipſum nomine ſuo ex una parte, ac ſua Eccleſia, & cameram R.E. ex altera parte, ſive procuratorem ipſius, ſuper eo, quod idem Epiſcopus pratendebat, & pratendit ſe debere reſtitui, & reintegrari in poſſeſſione, vel quaſi juriſdictionis temporalis civitatis Saxenaten. ejuſque comitatus, territorii, & diſtrictus, ac diœceſis provincia Romandiola in civilibus, & criminalibus ex commiſſione Reverendiſſimi patris DD. Alban. noſtri in dicto Vicariatus officio præceſſoris rev. patri D. Joanni tunc Epiſcopo Paduan. & nunc Archiepiſcopo Patracen. verbo facta, qui quidem commiſſarius cauſam ipſam cognovit uſque ad concluſionem, & relationem factam .... eidem D. Alban. & uſque ad publicationem relationis ejuſdem, adeo quod nihil reſtat facien. niſi dumtaxat ferre ſententiam, que ferri nequivit tam propter occupationes varias aliorum majorum negotiorum, quam propter abſentiam dicti D. Alban. & commiſſar. ſupradict. ſic, vel aliter, plus, & minus, prout, & ſicut in proceſſu, & actis inde factis; & ſecutis coram ipſe commiſſario plenius continetur; quare nobis humiliter pro parte dicti domini Epiſcopi fuit ſupplicatum, quatenus non obſtan. quod cauſa, ſeculis ut prafertur pendeat, ipſam altori probo viro, qui ſuper ea reaſſumptis proceſſibus, actis, & actitatis ſententiam diffinitivam ferat, & judicet, prout ſibi videbitur de jure, committere de ſpeciali gratia dignaremur; Nos enim de pradictis non habentes notitiam, volenteſque finem litibus quantum in nobis eſt imponere, tibi de cujus nota, & diutius experta, circumſpecte, & multimode virtutis induſtria plenam in Domino fiduciam gerimus, non obſtante dicta litis pendentia committimus per præſentes, quatenus vocatis procuratore camera, & aliis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, cauſam pradictam cum annexis, connexis, & dependentiis ab eiſdem audias, cognoſcas, decidas, & deffinias, & facias juſtitie complementum; teſtes autem qui fuerunt nominati, ſi ſe odio, vel amore, timore, prece, vel precibus ſubtraxerunt, cogas ipſos opportunis remediis veritati teſtimonium perhibere; proceſſus quoque pœnas, & ſententias, quos, & quas rite feceris, ſeu ſtatueris in rebelles, rates, & gratos habebimus, & faciemus auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Bononia die 7. Februarii Indictione decima Pontificatus D.N.D. Grrgorii divina providentia Papa XI. anno 2.

Nec non viſis citationibus factis de vicethesaurario Provincia Romandiole, ac advocato, & procuratore camera in dicta Provincia tam per nos, quam per noſtros in officio collegas tempore noſtra abſentia, citatiſque partibus antedictis, ſcilicet ſer Jacobo de Papia, & ſer Paulo Mantoli de Ancona procuratorib. antedictis ad inſtantiam, & requiſitionem D. Joannis de Glandolino nominibus antedictis, prout conſtat de commiſſione, & citatione, ac relatione factis, & exactis ſcriptis manu mei Glini Notarii infraſcripti; audiiſque & intellectis omnibus, & ſingulis, que partes pradicta dicere, proponere, & allegare voluerunt, & omnibus actis, & actitatis in cauſa pradicta ſepe ſepius inter noſmetipſos examinatis particulariter & diſtincte, ſolemni, ac matura deliberatione, & etiam habito ſingulorum

A colloquio, & conſilio, cum eximia auctoritatis viro D. Martino de Amelia legum doctore, auditore dicti Domini Bitur. & collega noſtro ad pradicta de partium voluntate aſſumpto, cujus quidem conſilii tenor talis eſt, videl. In Dei nomine Amen. Reverendiſſime Pater, & D. mi. Cum in cauſa, que vertitur inter Dominum Epiſcopum Sarſen. & ejus partem ex parte una agentem nomine Eccleſia ſua ſuper reſtitutione poſſeſſionis, & quaſi juriſdictionis ſue temporalis in civitate Sarſen. & ejus diſtrictus, que juriſd. per officiales Romane Eccleſia exercetur & procuratorem camera pro alia ex altera defendentem mihi Martino de Amelia legum doctori conferen. & examinan. commiſſa per R. virum D. Petrum Abbatem S. Sophie decretorum doctorem Reverendiſſimi in Chriſto Patris, DD. Petri tituli S. Maria in Transtiberim Presbyteri Cardinalis, & Vicarii in nonnullis Provinciis, & terris R. E. generalis, ac Legati Auditorem, & Judicem Commiſſarium legitime deputatum, viſis pluribus commiſſionibus factis dudum per Reverendiſſimum D.D. Anglicum E-

B piſcopum Alban. Apoſtolica ſedis Legatum, ac etiam in nonnullis Provinciis, & terris Romana Eccleſia Vicarium generalem venerabili viro D. Joanni tunc Epiſcopo Paduan. nunc Archiepiſcopo Patracen. petitione exhibita pro parte dicti D. Epiſcopi Sarſen. contra cameram Romane Eccleſia actitatis inter partes præſcriptas coram eo, & per eum, & etiam actitatis coram vobis D. Petro Commiſſario preſcripto, & Judice &c. Chriſti nomine invocato videtur de jure per D. D. Petrum Cõmiſſarium pronunciandum D. D. I. Epiſcopum, & D. D. Joannem ejus procuratorem nomine pradicto reſtituendum ſecundum formam ſua petitionis in locis, tenutis, & perſonis locorum, & tenutarum, & juribus, & juriſdictionibus temporalibus infraſcriptis videl. Sarſena, Atteggio, Apputio, Sorbano, Caula, Cerfoglio, Muſella, Finocchio, Careſto, Caſtronovo, Montepreta, ab aliis autem abſolvendum eſſe dictam cameram, & ſer Jacobum, & ſer Paulum, & quemlibet eorum procuratorẽ procuratorio nomine pro ea, & in expen. hinc inde compenſatione facta, & etiam ratione reficien. non

C habita propter juſtam cauſam litigandi, & ſic in effectu per D.D. Petrum auditorem in Chriſti nomine pronunciandum eſſe; & ſic ego Martinus praſcriptus in Chriſti nomine dico de jure eſſe pradicta propria manu ſcripſi, an. Domini 1372. Indictione X. tempore D. Gregorii Papa XI. Bononia datum, & ſcriptum in domo mei Martini praſcripti. Necnon viſis, & diſcuſſis ſolemniter omnibus, qua circa pramiſſa fuerint viden. & diſcutien. inter noſmetipſos, ſolum Deum pra oculis habentes, & ad illum noſtra mentis oculos dirigentes, Chriſti; & ejus Matris Maria nominibus invocatis, & ſequentes formam dicta relationis facta per D. D. Epiſcopum Paduanum tunc, & nunc Archiepiſcopum Patracen ac etiam conſilii præfati Domini Martini legum doctoris, & auditoris ſupradicti, talem in his ſcriptis pro tribunali ſedentes ſententiam damus, proferimus, & promulgamus, videl. quia dicimus, ſententiamus, diffinimus, & declaramus D.D. Epiſcopum Sarſen. & D.D. Joannem de Glandolino de Imola procuratorem ejus, & dicta Eccleſie Sarſen. nomine reſtituendos, & reintegrandos

D eſſe, & reſtitui, & reintegrari debere ad poſſeſſionem, & quaſi dicta juriſdictionis temporalis in civilibus, & criminalibus, & exercitio poſſeſſionis pradicta rerum, & in bonis, terris, locis, & hominibus eorum infraſcriptis, & eos quantum in nobis eſt, reſtituimus, & reintegramus, ad eandem poſſeſſionem, & quaſi dicta juriſdictionis, & exercitii praſcripti, & ſer Iacobum de Papia, & ſer Paulum Mantoli de Ancona procuratores pradictos nominibus antedictis, & quemlibet officialem in exercitio, & officio exercitii juriſdictionis praſcripta noſtra camera ſedis Apoſtolica poſſidentem, & quaſi de praſenti, & ipſam cameram condemnandos eſſe, & emendari debere, ipſoſque nominibus pradictis, hac noſtra diffinitiva ſententia condemnamus ad reſtituendum, & libere relaxan. dictam juriſdictionem poſſeſſionem, & quaſi, imperium & ipſius juriſ. exercitium, & quaſi dicto Domino Sarſen. & dicto Domini Joanni de Imola ejus, & Eccleſia. Sarſenſis procuratori ipſorum nomine recipien amoto exinde a. ſer Zaccharia, & alio ejus lo-

Digitized by Google

co, ſeu ſubrogato. Terra autem, & loca, de quibus ſuperſit mentio, ſunt infraſcripta, videl. Sarſena, Atteggio, Apputio, Sorbano, Caula, Cerſoglio, Maſella, Finocchio, Careſto, Caſtronevo, Montepreta. Et quia dicta camera & ejus proc. habuerunt juſtam cauſam litigandi, ipſos ab expenſis in hac cauſa factis abſolvimus, & penitus reddimus abſolutos, & ſic dicimus, ſententiamus, pronunciamus, declaramus, & hac noſtra ſententia diffinimus, & fieri mandamus in omnibus etiam per omnia, ut ſuper ſcriptum eſt. Lecta, data, lata, &c.

Et ego Glinus ſer Nicela ſer Marchi de Civitate Eugubii.

Anno 1374. Joannes Epiſcopus ſupplex Gregorium XI. exoravit, ut ſententiam a Petro Abbate cameræ Apoſtolicæ generali Auditore ad favorem Saſſenatenſis Eccleſiæ legitime latam peculiari diplomate ratam haberet. Quod cum libenter Gregorius annuiſſet, ad Guillelmum Diac. Cardinalem Apoſtolicæ ſedis in Italia Legatum has tranſmiſit epiſtolas, quæ in Saſſenatenſi tabulario aſſervantur.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto filio Gulielmo S. Angeli Diacono Cardinali in nonnullis Italiæ Terris Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectis pro nobis, & eadem Eccleſia in temporalibus Vicario generali ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte venerabilis fratris noſtri Joannis Epiſcopi Saſſenatis petitio continebat, quod licet merum, & mixtum imperium, & omnimoda juriſdictio etiam in tēporalibus civitatis, & diœceſis Saſſenaten. ad Epiſcopum Saſſenaten. pro tempore exiſtentem de antiqua, & approbata, & hactenus pacifice obſervata conſuetudine pertinerent, prout pertinent, & tam bo. me. Franciſcus Epiſcopus Saſſenas immediatus prædeceſſor dicti Joannis Epiſcopi, quam alii prædeceſſores ejuſdem Epiſcopi Saſſenatenſis, qui fuerunt pro tempore, fuiſſent in pacifica poſſeſſione, vel quaſi imperii, ac omnimodæ juriſdictionis hujuſmodi, a tempore cujus contrarii memoria non exiſtit, tamen olim quondam Franciſcus de Ordelaffis miles Forlivienſis, & quondam Nerius de Faggiola Domicellus Feretranæ diœceſis, qui tunc in partibus illis nonnullas civitates, & terras Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectas detinebat tyrannice, & indebite occupatas, præfatum Epiſcopum hujuſmodi imperii juriſdictionis poſſeſſione, vel quaſi, violenter, & contra juſtitiam ſpoliarunt, quodque poſtmodum cum civitatem, & terræ prædictæ de manibus dictorum militis, & Domicelli per eandem Eccleſiam recuperatæ fuiſſent, nonnulli ejuſdem Eccleſiæ officiales noſtra camera Apoſtolica, ſeu Romanæ Eccleſiæ imperium, juriſdictionem hujuſmodi, ac ejus exercitium indebite occuparunt, & quod olim ipſe Joannes Epiſcopus cum conſilio, & conſenſu dilectorum filiorum Capituli eccleſiæ Saſsenaten. dilectum filium, procuratorem, fiſcalem in partibus illis pro camera ſupradicta petendo ſe, & dictam Eccleſiam Saſſenaten. ad poſſeſſionem, vel quaſi imperii, ac juriſdictionis hujuſmodi reſtitui, & reintegrari coram venerabili fratre noſtro Anglico Epiſcopo ad Romanā Curiam reverſo, & per nos dilecto filio noſtro Petro tituli S. Mariæ in Tranſtiberim Presbytero Cardinali in locum dicti Anglici Epiſcopi in partibus illis ad huiuſmodi Vicariatus officium deputato coram eodem Petro Cardinali, fecit ad iudicium evocari, & tandem dilectus filius Petrus Abbas monaſterii S. Sophiæ Beneventanus Auditor generalis cauſarum Curiæ eiuſdem Petri Cardinalis, cui idem Cardinalis cauſam huiuſmodi ſpecialiter commiſerat audiendam, & fine debito terminandam, in cauſa ipſa legitime procedens, & iuris ordine obſervato, diffinitivam pro præſc. Joanne Epiſcopo ſententiam promulgavit. Quare pro parte ipſius Joannis Epiſcopi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eandem ſententiam firmitatis robur faceremus debitum obtinere. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſententiam ipſam, ſicut eſt iuſta, facias auctoritate noſtra firmiter obſervari, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus tam fel. rec.

A *Bonifatii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis ad iudicium evocetur, ſeu ne Judices a ſede Apoſtolica deputati aliquos ultra unam dietam a fine diœceſis eorundem trahere præſumant, & de duabus dietis in concilio generali, quam aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim a dicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Sallon. Arelaten. diœceſis 2. Nonas Junii Pontificatus noſtri anno IV.*

Deceſſit noſter Joannes anno 1385. de eo ſic habet Cæulanæ arcis Diſtichon.

Cum Para Numaio Saſſina cedit
Cum Guidone ſimul caſtra Sibertus habet.
Abbati pavis, devincitur, atque Liſardus.
B *Ditatur Medicus exule plenus ager.*

30. MARCUM Clemens VII. Antipapa ad hanc eandem ſedem promovit anno 1385. quem paulo poſt tamen ſic conſecratum ea dignitate ſpoliavit Bonifacius IX. cumque iterum in Salernitana Provincia Marſicanum Epiſcopatum obtinuiſſet, iterum etiam idem Pontifex illum tanquam ſchiſmaticum deturbavit de ſede, ut habetur in lib. Obligat. XX

31 Fr. BENEDICTUS Matthæucci Accorſelli de Tuderto Ord. Prædicatorum, cum fuiſſet renunciatus Epiſcopus ab Urbano VI. an. 1385. Ordelapho pleraque Epiſcopatus bona uſurpante, in ærumnis, ægeſtateque vitam miſere toleravit. Deceſſit anno 1396. de ipſo livide cecinit noſter verſificator in Cæulana arce ad ejus effigiem. XX XII

Non bene conveniunt regalia ſceptra cucullo.
Committas tuto religionis opus.
Ordelaphorum late dominata poteſtas;
Nunc ſpoliat. Pauper fame furente perit.

32 JACOBUS a S. Severino Picenus, Ord. Cruciferorum generalis Magiſter, Benedicto defuncto C ſuffectus eſt anno 1397. Iſte in emphyteuſim dedit oppidum de monte a Bonifacio IX. poteſtate ad id ſibi facta, Conſtantino quondam Agapiti, ejuſdemque filiis, ac nepotibus, ut legitur in lib. de diverſis formis ſub eodem Pontifice pag. 14. Vix annum integrum in ea dignitate exegit, eoque munere libens, volensque ſe abdicavit. Verſus vero Cæulanæ arcis ita de eo loquuntur. X XIII

Pontificatus habet pauciſſima geſta Jacobi,
Tempore quod potuit vix breviore geri.
Succeſſor vixit, quod vita deficit illi,
Et bene geſturum legerat ille vices.

D



33 JOANNES Philippus Neguſantius, Fanenſis, Ludovici filius, ex eodem Ordine Cruciferorum, hanc ſedem obtinuit an. 1398. a Bonifacio IX. Sic Guido Nucerinus Epiſc. & Vincentius ex eadem nobili gente Epiſc. Arbenſis in Dalmatia a Leone X. creatus, deinde juſſu Clementis VII. Hippolyti Card. Medicei in Pannonica Legatione conſiliarius, inter Concilii Tridentini Patres clarus. Ille idem, qui Venetiis S. Ignatium Lojolam So- XX XIV

a De ejuſque milia ... de Fan... vol. p. 78. Mandoſ

cie-

cietatis Jeſu fundatorem ſacris initiavit, cujus pronepos fuit Hadrianus Neguſantius Juriſconſultus celeberrimus, auctor reſponſionum, & practicarum diſputationum Sylvæ, quam Petrus ejus filius vir multæ eruditionis, & Poeta inſignis in lucem emiſit, qui & ipſe Faneidem, ſeu de bello Fanenſi Poema, & Fanenſis civitatis Hiſtoricum compendium ſcripſit; de qua etiam gente Antonius Jurisconſultus illuſtris, è cujus litteraria ſupellectili prodiit de pignoribus utiliſſimum commentarium. Joannes vero noſter Saſſinæ Epiſcopus, cum difficillimis temporibus Eccleſiam ſibi creditam frænaſſet, diuque ſuperſtes fuiſſet, deceſſit an. 1445. (1) ut in actis Conſiſtorialibus habetur, de quo noſter verſificator.

Inſurgit Malateſta; capit Florentia Guidi
Oppida, Monfredis empta Petrella datur.
Linarium Carolus mediis in litibus ambit
Flaminiam Venetus, ſeque Ravenna capit.

XXXV. 34 DANIEL de Alumno Laudenſis, Canonicus Regularis S. Auguſtini ex eadem ſede divinum jus dixit anno 1445. 5. Kal. Februarii an. vero 1449 ad Eccleſiam Forolivienſem translatus eſt. De quo acta Conſiſtorialia, & verſus.

Laudenſem nobis Danielem Patria miſit
Alumnum qui, qua ſederat, aede jacet.
Sanguinis bis mira fuſorem hac arce reſcivit
Cui, quam poſcebat, reddidit ille necem.

XXXVI. 35 MARCIANUS Farinata Senenſis, Forolivienſis Epiſcopus ad hanc eccleſiam translatus eſt anno 1449. 6. Kal. Novembris. Fato functus eſt an. 1451. ut habent acta Conſiſtorialia: de eo verſus Cæulani.

Hujus non aliquod monumentum illuſtre videbis;
Nam cito depoſuit Pontificale decus.
Non niſi de gamma toto ex cognomine noris;
Nec natale ſolum, vix bene nomen habes.



XXXVII 36. FORTUNATUS de Pellicanis, nobilis Maceratenſis, juris utriuſque doctor; Mariano ſucceſſit 1451. 4. Non. Iulii. Hic anno 1452. fiduciario jure conceſſit Farneſio, Hectori, & Aurelio fratribus de Neguſantiis Fanenſibus, Joannis Philippi anteceſſoris nepotibus, oppidum de la Prinola perpetuo poſſidendum; eodemque modo tradidit anno 1471. caſtra Giaggioli, Rinochii, & Petrellæ Joann. Franciſco Guidio Bagni comiti, ejuſdemque uxori Armelinæ Malateſtæ; ſic & nobilibus de Tibertis Cæſenatenſibus eodem fiduciario jure dedit oppida montis Ghitonis, Razolini, & Fontis Frigidi. Quo Præſule Plauti comœdias in Cæulana Arce repertas fuiſſe, inveterata traditio eſt apud Saſſenatenſes. Vixit uſque ad annum 1474. omniaque jura ſuæ Eccleſiæ in unum volumen congeſſit. Quamobrem hæc carmina ſub ſua effigie exarata promeruit.

Fanenſem inveſtit, confirmat caſtra Tibertis,
Transfert in Muſilos, quæ Malateſta tenet.
Cœpit Epiſcopus diſperſa volumen in unum
Cogere jura ſui, Tartara Plaute fugis.

A XXXVIII. 37. ANTONIUS Monaldus, Ariminenſis, Saſſinæ Antiſtes adlectus eſt 1474. ætatem protulit uſque ad annum 1503. Quamobrem arbitror maniſeſtiſſime falli Sigonium, de Epiſcopis Bononienſibus, cum narrat Andream Epiſcopum Saſſinæ anno 1481. Franciſci Cardinalis Gonzagæ Bononienſis Epiſcopi fuiſſe ſuffraganeum, eodemque anno Eccleſiam conſecraſſe S. Mariæ de monte Guardiæ. Conſtat enim ſupramemoratum Antonium vixiſſe uſque ad annum 1503. ut habent acta Conſiſtorialia. Videtur itaque Sigonius pro Antonio ex properantia ſcribendi repoſuiſſe Andream, illorum temporum ſcriptorum fortaſſe conſuetudine deceptus, qui pro integro nomine, primam tantum literam, ut divinandi poſteritati præberent materiam, ſolerent adſerre. De eo hæc carmina habemus.

Firmat Livarii feudum, locat omnia ſcutis,
Quinquaginta ſuis fratribus arva dedit.
Borgia dux legitur, Vignolo jura recepit,
Reſtaurat tumulum, Patribus oſſa negat.

B XXXIX. 38. GALEAZZIUS Carvara, ad eandem ſedem pervenit anno 1503. interfuitque concilio Lateranenſi *a*, de quo verſus Arcis Cæulanæ.

a Anno 1512. ubi dicitur Galaſius.

Concilium ingreditur; Veneti ſuperantur; ad undas
It cruor; Urbinas pellitur, ecce Pios
Monjuſtus redit, Manfredos innovat, aram
Cum tumulo poſuit, diſplicuiſſe ſui.

XL. 39 ANTONIUS Galeazzii nepos, filius Æneæ Ronchli, S. Georgii Archipresbyter, Canonicuſq; Ferrariæ, Galeazzio patruo ſuffectus eſt. Concilio Lateranenſi ſub X. Leone interfuit anno 1515. anno vero 1523. *b* Joannem Antonium nepotem, cum futuræ ſpe ſucceſſionis ſibi coadjutorem adjunxit, deceſſitque anno 1524. ſupra unum ſexagenarius, ſepultuſque eſt in cathedrali. Conſule Acta conſiſtorialia. Ad ejus effigiem leguntur hi verſus.

b Joannes Saſſinaten. Epiſc. Interfuit ſeſſioni 3. Lateranen. Concilii habitæ an. 1513 die 17 Decemb. ut videre eſt in noviſ. Conc. editione.

Arripis ipſe nepos poſitam nondum improbe mitram
Antonii comitis Ciciorcenſis ope.
Oeconomus tua ſceptra Thomas infecta veneno
Proſternit, frater pellitur, atque parens.


C XLI. 40 JOANNEM ANTONIUM Patruus defunctus excepit, an. 1523. die 11. m. Junii, eodem ipſo anno, quo & ipſe deceſſit. Acta conſiſtorialia hæc referunt.

XLII. 41. Fr. RAPHAEL *c* de Alexiis, ſive Alexandrinus Carpenſis, ex Ordine Minorum de Obſervantia, ad eandem ſedem evectus eſt anno 1524. die 9. menſis Decembris. Hic mores cleri correxit, ſingularique pietatis exemplo vitam in ea dignitate tranſegit. Mortuus eſt 1530. Acta conſiſtor. de quo Cæulani verſus.

c De [illegible] Pom [illegible] Herdun Alexan[illegible] p. 1c9. Mandoſ.

Franciſcanus erat Carpenſis religioſus
Legata exequitur, templa reformat, abit.
Urbs capitur, Malateſta Pios expellit, at illo
Vix demum pulſo, reddita caſtra Piis.

D



XLIII 42 LÆLIUS Pius Rotellus nobilis Maceratenſis Saſſinæ Epiſcopus creatus eſt anno 1530. die 11. men-

(1) Petrus Eugubinus Ord. Prædicatorum effectus eſt Epiſcopus Saſſenatenſis, qui præerat an. 1412. Tempore enim Martini V. cum ejuſdem Pontificis Legato interfuit benedictioni Altaris in honorem B. Virginis à populo communi voto erecti ob præſervationem à lue ſibi factam, conceſſitque 40. Indulgentiæ dies illud viſitantibus, ſicut teſtatur Plodius de viris illuſt. Ord. Præd ex monumentis Conventus Faventini, & Fernandez in Epiſcopis Ital. Illachenus Fontana in Theatro Dominicano. p.190. Quam verò ſolidè hæc narrentur, videat eruditus lector.

Digitized by Google

menſis Decembris. Hanc ille Eccleſiam conſultiſſime adminiſtravit uſque ad ann. 1580. cum prius ſibi adſciviſſet coadiutorem Leandrum fratrem an. 1556 Hic anno 1560. Pio IV. Pontifice Eccleſiæ ſuæ jura, immunitateſque intrepide tutatus eſt, tulitque in perturbatores ſequentem ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis fructuoſam ſententiam.

In Dei nomine Amen.

Nos Paulus Ranutius I. V. D. in provincia Romandiolæ, & Exarchatus Ravennæ piiſſimo in Chriſto Patre & D. N. D. Pio divina providentia Papa IV. nec non pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D Card. Borromeo ejuſdem Provinciæ legato digniſſimo, Vicelegatus, & in præſenti cauſa Commiſſarius ſpecialiter deputatus a prædicto Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Legato, prout conſtat ex literis ſibi emanatis tenoris infraſcripti vid. a tergo. Al Molto Mag. Sig. Il Signor Paulo Ranutio noſtro Vicelegato &c. In Romagna. Intus vero. Molto Mag. Sig. Il Veſcovo di Sarſina ſi lamenta, che li agenti della Rev Cam. faccino moleſtia, & aggravino li huomini d'alcuni caſtelli del Veſcovato per conto del ſuſſidio Triennale, & della Gabella del quattrino; delle quali gravezze, come da tutte l'altre impoſte dalla Rev. Camera Apoſtolica pretende eſſer eſente per eſſer come dice feudo Imperiale, & che per queſta cauſa fin hora detti luoghi non ſono mai ſtati moleſtati per li ſopradetti pagamenti; & perche è coſa giuſta, che le ragioni di ciaſcuno ſiano viſte, e ben conſiderate, V. S. farà vedere le pretenſioni, e ragioni di detti luoghi del Veſcovato, & quando coſi voglia la ragione, & antichi privilegi di detti luoghi, & che per li tempi paſſati ſiano ſtati oſſervati, non permetterà che ſiano gravati ingiuſtamente, ma più toſto liberati quelli, che per tal cauſa foſſero detenuti. Di Roma li 9. Novemb. 1560. Tutto ſuo il Card. Borr meo.

Sedentes in quadam ſedia lignea exiſtente in civitate Ravennæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, & camera noſtra cubiculari, juxta ſua lat. Viſorq. cognitor deciſor, & terminator litis, quæſtionis, & differentiæ vertentis, & quæ verſa eſt inter agentes Rev. Cameræ Apoſtolicæ ex una, & Rev. D. Lælium Pium Epiſcopum Sarſinaten. & comitem Bobii, & ejus ſubditos caſtrorum, & locorum Ceulæ, Muſellæ, Cerfolii, Fenoculi, Putei, Foſſæ Cannæ, montis Guidonis, & ſilvæ Piaccola comitatus Bobii Sarſinen. diœceſ. ſuper ſolutionibus tam ſubſidii Triennalis, quam aliorum ſubſidiorum, & impoſitionum a quovis Pontifice impoſitarum ſe defendentes ex altera mediante perſona D. Benedicti Capelli de Sarſina; unde viſis, & diligentiſſime perlectis, & conſideratis dictis literis prædicti illuſtriſſimi, & Rever. D. Legati: viſo privilegio ſeu inveſtitura facta per Conradum Imperatorem D. Uberto tunc temporis Epiſcopo Sarſinen & ſucceſſoribus ſuis de anno 1020. caſtrorum, & locorum prædictorum; viſo altero Privilegio poſt predictum facto in confirmatione ejuſdem a Federico Imperatore II. D. Alberico tunc temporis Epiſcopo Sarſinen. de anno 1220. viſo indulto Papæ Gregorii XI. in favorem prædicti D. Epiſcopi Alberici, in quo ſua ſanctitas affirmat, quod loca dominii temporalis dicti Epiſcopi ſunt feuda Imperialia, rogatque prædictum Imperatorem, ut commendatum habeat dictum Epiſcopum, ipſumque defendat, & protegat in juriſdictione dictorum caſtrorum ſuorum, datum Reate 5. Idus Januarii, Pontificatus ſui anno 5. viſa quadam ſententia lata alias contra Rev Cameram Apoſtolicam, & ejus agentes, per quemdam D Petrum Abbatem S. Soffiæ de Benevento Vicarium generalem in quibuſdam terris, & Provinciis S. R. E immediate ſubiectis pro Rev. tunc temporis Cardinali tituli S. Mariæ in Tranſtyberim, ut ex rogatu D. Ghini ſer Nicolæ ſer Marci de civitate Eugubii Notarii tunc temporis dicti D. Vicarii; viſis literis Reverendiſſimi D. Card. Arimini tunc temporis Theſaurarii generalis, una cum literis Illuſtriſſ & Rev. D. Card. Farneſii: viſis literis Illuſt. & Rev D. Cardinalis de S. Flora Camerarii dictæ Cameræ Apoſtolicæ; viſis litteris D Octavii Ferri, & D. Salvatoris Pacini Vicelegatorum reſpective Provinciæ prædictæ; viſo inſtrumento fidei factæ per Agentem cameræ Apoſtolicæ; viſa comparitione D. Benedicti Capelli procuratoris dicti domini Epiſcopi, & hominum dictorum locorum, ut conſtat, ex mandatis, & rogatibus manu ſer Petri Joannis Ruſticelli notarii Bertinorien. & eius inſtantia, cum reproductione dictorum privilegiorum, & litterarum, & omnibus aliis viſis, & conſideratis, quæ in præmiſſis videnda & conſideranda fuerunt, & ſunt, & maxime nonnullis allegationibus.

Quoniam Chriſti Redemptoris eiuſque glorioſiſſimæ ſemper Virginis Matris Mariæ nominibus repetitis, nobis ex lectura dictorum privilegiorum inveſtituræ, indultus, ſententiæ, inſtrumenti, & litterarum productarum conſtat, quod loca dominii temporalis dicti Reverendiſſimi P. Lælii Epiſcopi Sarſinen. & dicti ejus Epiſcopatus, ſunt feuda imperialia, propterea dicimus, ſententiamus, & declaramus dicta loca & eorum homines non teneri ad aliquam ſolutionem ſubſidiorum, ſeu aliarum impoſitionum Reverendæ cameræ Apoſtolicæ, quinimo ipſa loca, & homines ipſorum ut ſupra in dictis privilegiis contenta, & comprehenſa fore, & eſſe ab omni onere ſolutionum prædictarum exempta, & libera, & occaſione dictarum impoſitionum quovis modo non poſſe realiter, vel perſonaliter: mandantes omnibus, & ſingulis, agentibus ejuſdem Rev. cameræ, ut dominum Epiſcopum prædictum, & homines dictorum locorum non moleſtent, ſeu moleſtari faciant in perſonis, & eorum bonis ſub pœna noſtri arbitrii, videlicet pro dicto ſubſidio, & aliarum impoſitionum impoſitarum, & pro tempore imponendarum, omni modo meliori. Ita pronunciavi, & declaravi. Ego Paulus Vicelegatus, & in cauſa commiſſarius &c.

Lata, data, & in his ſcriptis ſententialiter pronunciata, & promulgata fuit ſupradicta ſententia per prædictum Illuſtriſſ & Excell. D Vicelegatum ſedentem ut ſupra, &c. ſcripta, lecta, vulgarizata, & publicata per me notarium infraſcriptum ſub anno Domini 1561: Indictione IV. tempore Pontificatus ſummi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pii divina providentia Papæ IV. anno ejus 2. die vero 14. menſis Januarii dicti anni. Præſentibus D. Octavio Clodio de Tarrano, & D. Joanne Baptiſta Sabutio de S. Polo diœc. Sabinen. teſtibus.


Et ego Pompejus Ferlichius de terra Barbaræ publicus & Apoſtolica auctoritate notarius, & ad præſens notarius & cancellarius ad criminalia curiæ generalis eiuſdem provinciæ, prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, & ſcriberent, interfui, & præſens fui, eaque rogatus ſcribere, ſcripſi, & publicavi, & ſignum, nomenque meum appoſui in fidem, & robur præmiſſorum omni modo meliori.

Loco † Signi.

Anno vero 1572. 15. menſis Decembris eandem omnino ſententiam idem Lælius Epiſcopus habuit a Fabio Menichino Romandiolæ Provinciæ, & Exarchatus Ravennæ Vicelegato, Gregorio XIII. Pontifice, & Alexandro Sfortiæ Legato, quæ cum ſit omnino eiſdem verbis concepta, tantum meminiſſe ſufficiat. * Poſt hæc ſcripta comperii rem aliter ſe habere, quam mihi ſuppoſuerat Epiſcopus; nempe caſtra prædicta minime fuiſſe, nec eſſe Imperialia, ſed de ſtatu Eccleſiaſtico, & juriſdictione S. R. Eccleſiæ, ſediſque & Cameræ Apoſtolicæ. Quandoquidem re mature diſcuſſa inter Nicolaum Epiſcopum, & R. Cameram Apoſtolicam coram Cardinalibus ad id deputatis à fel. rec. Paulo Papa V. Idem ſanctiſſimus Pontifex habita relatione Cardinalium definivit, Epiſcopos Saſſenatenſes, ac hujuſmodi caſtrorum homines, & habitatores ad eandem Romanam Eccleſiam, ſedemque, & Cameram Apoſtolicam ſuperioritatem, ſupremumque & altum dominium in illis habentem, etiam in temporalibus recognoſcendum, ſeque in omnibus illis ſubiiciendum teneri, & Epiſcopis ſupremum ſilentium ſuper præmiſſis imponendum; ſicut latius habetur in ejuſdem literis in forma Brevis ſub annulo Piſcatoris datis apud S Petrum die 28. Januarii 1612. Pontificatus VII. quæ aſſervantur in archivio arcis S. Angeli. Idque dixiſſe volui, ut veritas ſemper eluceſcat. Cæterum Lelius e vivis exemptus eſt 1508. ſub cujus tamquam benemeriti effigie hæc carmina leguntur.

* Ex A[…] tom. 5.

Quinquaginta locis annos dum præfuit, auxit
Mirifice cenſus, Balnea victa regit.
Delitiæ Pauli Papæ ſummaria templa
Addidit, & Sulphur, viſa Maria fuit.




XLIV 43. LEANDER Pius de Rotellis, Maceratenſis, a Paulo IV. datus coadiutor cum futura ſucceſſione Lælii germani fratris ſui, cum diſpenſatione, quia non eſſet doctor, ſed tantum idoneus. Inde a Pio V. electus eſt Argolicenſis Epiſcopus in partibus infidelium ad effectum exercendi Pontificalia in Eccleſia Saſſenatenſi pro fratre jam ad ſepulchrum vergente ann. 1574. die 15. Januarii, cui demortuo ſucceſſit an. 1580. deceſſitque poſt paucos menſes, præpropero ejus fato his carminibus adludentibus.

Traderis adjutor fratri, ſuccedis, & inde
Præſulis, ac titulos Argolicenſis habes.
Quot frater luſtris, tot te vix calculus ægrum
Menſibus eſſe ſinit, mors & acerba rapit.

XLV. 44. ANGELUS Perutius, Mondulſenſis, Saſſinæ Epiſcopus eſt declaratus anno 1581. die 3. menſis Aprilis. Hic inter cætera pietatis opera ad memoriam ſempiternam ſuos anteceſſores in Arce Cæulana pingendos curavit. Quamobrem & ipſe decedens anno 1600. viſus eſt ſequens promeruiſſe elogium.

Viſitat Heſperiam, viridaria condit, & auget
Arcem, Templa, domos, oppida cuncta locat.
Aldobrandinus Clemens dum caſtra, Piuſque
Tradunt, pingendos hic locat ille Patres.

XLVI 45. NICOLAUS Brautius, Raguſæus, literatura clarus, Clementique VIII. charus in paucis, ab eodem Pontifice Saſſinæ obtinuit Pontificatum, anno 1602. die 15. menſis Julii. Hic mortuo Clemente, de rebus graviſſimis apud Paulum V. accuſatus, donec objecta dilueret crimina, mole Adriana concluſus, in ſumma rerum omnium egeſtate, ærumniſque uſque ad Pauli exceſſum vitam tranſegit. Nec tamen in ea malignitate fortunæ aut deſpondit animum, aut muliebriter fractus ſe dedit angoribus; quin conſcientia fretus, arrepto calamo, ſanctorum vitas comprehendit carminibus, atque ita pererudito otio & tempus ſefellit, & minitantis fortunæ deriſit aſſultus. Opus illud, quod carcere concluſus elaboravit, atque abſolvit, juſſit deinde lucem aſpicere, cum ſub Gregorio XV. vincula diſcuſſiſſet, atque ad ſuam rediiſſet Eccleſiam; qua aliquandiu prudenter adminiſtrata, cum poteſtate ad id ſibi facta a Pontifice patriam repetiiſſet, ibi deceſſit anno 1632.



46 AMICUS Panichius, nobilis Maceratenſis, XL VII.
ab Urbano VIII. ad eandem dignitatem aſſumptus eſt an. 1632. atque a Cardinali fratre Antonio Barberino in Sixti Sacello die S. Andreæ ſacro ejuſdem anni inauguratus. Deinde ad Recanatenſem, & Lauretanam Eccleſias fuit translatus anno 1634.

47 CAROLUS Bovius, nobilis Bononienſis, XL VIII.
paulo ante Balneoregienſis Epiſcopus ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1635. die 29. m. Januarii. Præfuit annis undecim pie, & laudabiliter. Deceſſit Bononiæ die 24. Maii 1646. („ *Prodiit in ejus* „ *funere Oratio habita à P. Camillo Rodengo Soc. Jeſu Bononiæ* 1646. Mandoſ.)

* 48 CÆSAR Righinius, defuncto Bovio, ad XLIX
hanc ſedem evehitur ab Innocentio X. Pont. Max. anno 1646. die 3. Decembris.

ADDITIO.

(„ *Obiit circa Menſem Decemb.* 1657.

„ FRANCISCUS *Cajetanus, Nobilis Roma-* L.
„ *nus, J. U. D. & in Urbe Advocatus, cum nonnul-* „ *las ditionis Eccleſiaſticæ urbes laudabiliter guber-* „ *naſſet, creatus hujus Eccleſiæ Epiſcopus eſt die* 1. *A-* „ *prilis* 1658. *Obiit Menſe Junio* 1659.

„ FEDERICUS *Martinotius, Nobilis Senen-* LI.
„ *ſis, J.V.D. Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ de Pro-* „ *venzano Senen. Vicarius Generalis Volaterranen-* „ *ſis, & Sarſinatenſis, nec non Auditor Nunciatu-* „ *ræ Poloniæ factus Sarſinatenſis Epiſcopus eſt* 4. *Maji* „ 1661. *Deceſſit in Reſidentia anno* 1677.

„ FRANCISCUS *Chriſolinus, Romanus, or-* LII.
„ *tus in terra S. Sophiæ nullius diœceſis, Philoſophiæ,* „ *Sacræ Theologiæ, ac J. U. D. in Urbe Advocatus,* „ *dum annum ageret ætatis ſuæ* 52. *donatus eſt infula* „ *Sarſinatenſi die* 14. *Martii* 1678. *Fato functus eſt* „ *an.* 1682.

„ BERNARDINUS *Marcheſius, Forolivien-* LIII.
„ *ſis, I. V. D. in urbe cauſarum patronus, Auditor* „ *jam Epiſcopi Sigiſmundi Spadæ, annorum circiter* „ 50. *ornatus eſt mitra Sarſinaten. die* 24. *Maii* 1683. „ *Sexennio poſt vitam reliquit circa menſem Februa-* „ *rium anni* 1689.

„ Jo: BAPTISTA *Braſchi, Nobilis Caſenaten-* LIV.
„ *ſis, J. V. D. Patriæ Cathedralis Canonicus, Præfe-* „ *ctus cubiculi Cardinalis Franciſci Nerlii, Marche-* „ *ſio ſucceſſor datus eſt menſe Junio* 1699. *ætatis ſuæ an.* „ 42. *Vivit adhuc, bonique ſimul ac eruditi Præſulis* „ *famam implet.*)

ITA-

ITALIA SACRA

FERD. UGHELLI

Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA QUINTA,

SIVE PICENUM.

Ubi de Metropolitana Eccleſia Firmana, quæ in ipſo continetur, accurate narratur, deque ejus Suffraganeis.

PICENUM, quintam Regionem Italiæ in longum magis, quam in latitudinem protenſam inter fluvium Æternum, Anconamque Plinius coarctavit, Ptolomæus verò inter Matrinum, atque Anconam, Strabo eandem inter Æſim, Leuſtrumque fluvios compuliſſe videtur, cui de hujuſmodi re noſtri moderni ſacramentum dixerunt. Nonnulli denique inter Iſaurum, Truentumque rejiciunt. Nos ſolum de illis civitatibus modo loquemur, quæ in illo ſituatæ ſunt, illique ſubjectæ Metropoli, quæ in ipſo continetur. De aliis autem hujus regionis civitatibus in Latio narravimus, non tanquam quæ in Latio ſituatæ eſſent, ſed tanquam de iis, quæ ad unam Romanam provinciam viderentur ſpectare, uniuſque Romani Pontificis immediate præſtolarentur arbitrium. Verum antequam de prima Metropoli, hoc eſt de Firmana civitate loqui inſtituamus Picenatium principe, brevi narratione totius provinciæ revolvemus exordia. Hanc igitur primi Pelaſgi, mox & antiqui Sabini incoluerunt, quos fuiſſe dictos Picentes Strabo ſcribit ab omine Martii Pici, qui in vexillis eorum è Sabinis (à quibus originem traxerat) Aſculum commigrantium dicitur inſediſſe. Alii ejuſmodi nomen Picentes ſortitos fuiſſe affirmant à civitate Piceno, quæ olim ad fauces Aſcontis fluminis extulerat muros. Credidere nonnulli à Pico Saturni filio ita fuiſſe dictam, cum illac gentes novas ſedes quæritantes ductaret. Alii ejus nominis auctorem faciunt Picum Latinorum Regem. Sed cordatorum plerique, atque à fabulis abhorrentes ſe adjunxerunt Straboni, ut primæ opinioni adſtruerent fidem. Sed cum deinde Picenum à

A Longobardis victoribus leges accepiſſet, cum novis Principibus, novum Marchiæ Anconitanæ, atque Firmanæ induit nomen, quod ipſum nomen ei provinciæ modo Firmi, modo Anconæ commorarentur. Quod ipſum nomen ei provinciæ uſque hodie conſtanter adhæſit, ut cecinit Franciſcus Pamphilus in lib. primo de laudibus Piceni.

Hinc ſibi Picentes habuere exordia primum.
Montibus Adriacas incola verrit aquas.
Martia Picus avis populos comitata Sabinos
Craine Piceno nomina fecit Agro.
Sed poſtquam Italiæ cepit Rodoaldus habenas,
Et Longobardos terra, fretumque tremit.
Marchio Picentum turres, populoſque regebat
Marchia de cujus nomine, nomen habet.
Innumeræ gentis tellus uberrima quondam,
Inque ſolum cunctis fructibus aptus Ager.

Hæc ſupra quam credi poteſt fertiliſſima provincia, ita redundat populo, fœtaque mortalibus eſt, ut tercenta ſexaginta millia hominum in Romanorum

B fidem, ſi Plinio ſcribenti credimus, olim inde conceſſerint. Haud autem à priſcorum Picentum virtute Picenates moderni degenerare videntur. Siquidem pugnaciſſimi ſunt, nec rerum ubertas, & copia unquam viſa eſt robur incolarum fregiſſe. Hoc tempore Romanorum Pontificum ſequuntur arbitrium, Præſidente, ſive legato ejuſdem Pontificis toti provinciæ Maceratæ jura, legeſque ſcribente. Protulit ubique & ſemper hæc provincia viros in omni virtutum genere cumulatiſſimos, ſingularique in Pontificium nomen fidelitate. Reperi in ſexta ſynodo Conſtantinopolitana honoris ergo Pentapolim fuiſſe appellatam.

Digitized by Google

METROPOLIS FIRMANA

Cujus Suffraganei ſunt

Epiſcopatus
- Maceratenſis.
- Montis Alti.
- Ripæ Tranſonis.
- S. Severini, ſive Septempedani
- Tolentini.



OPINIO eſt Firmanam civitatem, vel illam eandem eſſe, quæ ad fauces Aſcontis fluminis jam olim ſita erat, vel certe ex ejuſdem creviſſe ruinis, inditumque illi fuiſſe nomen Firmum Picenum. Alii arbitrantur à Romanis ita fuiſſe vocatam, quod illuc ab iiſdem deducta colonia egregiam ſive pace, ſive bello auctoribus præſtitit fidelitatem, unde Franciſcus Pamphilus. A

Stat vetus excelſo munitum vertice Firmum
Urbem Romani jam coluere patres.
Dicta quod hæc fuerit Romanorum Colonia firma,
Et tenuit ſtabilem ſemper amica fidem.

Hæc eadem dicta aliquando fuit colonia Auguſta Firma, cum illam Imperatores auxiſſent. Inter decem & octo colonias, quæ in ſecundo bello Punico auxilio fuerunt Romanis, Firmanam coloniam Livius numerat lib. 27. eandemque Plinius ſecundus collaudat lib. 6. in epiſtola ad Sabinum, qui illum rogaverat, ut Firmanorum ageret publicam cauſam, B cum inquit: *Cupio enim & ornatiſſimam coloniam advocationis officio, & te gratiſſimo tibi munere obſtringere*. Adjecitque ad calcem; *Proinde Firmanis tuis, ac jam potius noſtris obliga fidem meam, quos labore, & ſtudio meo dignos, cum ſplendor ipſorum, tum hoc maxime pollicetur, quod credibile eſt optimos eſſe, inter quos tu talis extiteris*. Iterum ejus tanquam fortiſſimi ſoli meminit Livius 22. Strabo in 5. Cicero, Vellejus Paterculus, Pomponius Mela, Procopius, aliique quamplures. Ad tria millia paſſuum Adriatico diſtat à mari, totiuſque Piceni media, princeps, ac caput totius provinciæ jure habetur, appellaturque Marcha Firmana. Eo ſuperioribus ſeculis potentiæ devenerat, ut proverbium illud vulgo jactaretur:

Come Fermo vuol fermare,
Tutta la Marca fa tremare.

Cæſari paruit uſque ad adventum Gothorum, ac Longobardorum, ſedemque Principatus victoribus præbuit. Deſiderii deinde Longobardorum Regis per ſummos conatus excuſſere jugum Firmani, inque poteſtatem, ac fidem Adriani I. Pont. ultro conceſſerunt, ut narrat Carolus Sigonius de regno Italiæ: ſanctæque ſedis deinceps incorrupta fide coluerunt arbitrium non minus, quam antea faſces Romanos venerati fuiſſent. Senſit tamen aliquando civium ſuorum ſane fœdam tyrannidem, præcipue autem Liverottæ familiæ, ac demum Franciſci Sfortiæ, qui ibidem arcem Gironem omni aſſaltui parem regio ſumptu conſtruxit. Ad Pontificiam deinde poteſtatem reverſa miſerabile ſane excidium paſſa eſt, quippe cum Alexandri III. Pontificis rebus Firmum pertinaciſſime ſtuderet, ex miſſu Friderici Æneobarbi, Chriſtianus Moguntinus Archiepiſcopus Pontificii nominis acerrimus hoſtis, ferro, flammaque uſque ad deſolationem civitatem illam excidit, ita ut flebilis illa clades non modo florentiſſimas opes, ſed quod intolerabilius videri potuit, omnia pene monumenta ſcripturarum deleverit. Conſtat Firmum inter primas Picentinas civitates fuiſſe, quæ lucem hauſerunt evangelii. Certe ſub Decio Imperatore ſeptuaginta glorioſi milites Chriſti anno 252. ibidem nobilem ſuſcepere palmam martyrii, deinde ex prædicatione S. Emygdii mirum in modum Chriſtiana res aucta eſt, ſub Marcello ejus nominis primo Pont. anno 300. quibus temporibus florebat Cœlius Lactantius Firmanus ex divinis inſtitutionibus celeberrimus doctor. Eandem civitatem proprio ſanguine illuſtravit Viſſia ſanctiſſima virgo, cujus corpus in Cathedrali quieſcit, celebraturque ejus feſtum die XII. menſis Aprilis; itemque S. Sophiæ etiam virginis, ac martyris, quæ primis illis temporibus egregie tyrannorum pertulere tyrannidem, ſuperaveruntque tormenta. Vt autem in primis Picentinis civitatibus fuit, quæ Chriſtiana ſacra amplexatæ ſunt, ſic credibile eſt à primis illis temporibus Firmi Epiſcopalem dignitatem inſtitutam fuiſſe, tametſi vel vorante antiquitate, vel pe-

reun-

reuntibus, & incendiis, armorumque vi monumentis Firmanorum Præſulum nulla extet propemodum memoria, niſi fortaſſe illorum temporum, quæ ſopita, vel in totum extincta tyrannorum perſecutione ſubſecuta ſunt. Quantæ autem dignitatis Firmanus Præſul olim extiterit, vel ex eo colligi poteſt, quod ex conceſſione Romanorum Pontificum, more Archiepiſcoporum olim prætulerit crucem, quam quidem prærogativam Firmanæ Eccleſiæ VII. Gregorius indulſit, eidemque Honorius III. Principis titulum, politicamque juriſdictionem attribuit, utiturque utraque pluribus in locis Principis titulo, etiam ad hanc noſtram ætatem nobiliter inſignitus, in pluribus cauſis. Supra legatos, ac Gubernatores Eccleſiaſticos, Sixto IV. indulgente, gaudet præventione, inque homines ſibi ſubjectos omnem juriſdictionem exercet, ſicut & in caſtellum Montis viridis. Diœceſis perampla, ac opulenta eſt, cum ſeptuaginta caſtella contineat, quorum haud procul à mari ſpectatur nobiliſſimum oppidum frequens in monte Civitas nova, quæ Novana a Plinio appellatur, Cæſarinæ Romanæ gentis nobiliſſimæ ducatus, ubi D. Pauli inſignis collegiata exiſtit à Clemente VIII. ex ſententia S. Rituum Congregationis erecta: inſignes, & pro dignitate conſpicuæ viſuntur aliæ trigintaquatuor Eccleſiæ, Regularium quatuor, unumque Sanctimonialium, cœnobia: lares 820. cives 4000. recenſentur. Patria fuit Annibalis Cari Hieroſolymitani equitis primi nominis poetæ, & B. Jacobi ordinis Minorum inſignis ſanctimoniæ viri, aliorumque tum ſanctimonia, tum literis illuſtrium virorum, hodieque ejus auget dignitatem Abbas Ludovicus Centoflorenus in Alma Urbe Advocatus Lucii equitis S. Stephani filius, germanuſque frater Conſtantii archiv. Vaticani præfecti & cubicularii ſecreti ex numero participantium Innocentii X. Pōtificis Maximi: auctor Lauretani, Conciliique Tridentini Clypeorum adverſus hæreticorum ſagittas, vir nobilis, & omnigenæ eruditionis excellens. Verum Firmi civitas omnis locis piis, templiſque redundat, ibidemque generale ſtudium, VIII. Bonifacius inſtituit *a* reſtituitque Pontifex Sixtus V*b*. Cathedralis pulcherrima Deiparæ Virgini dicata, quadratoque marmore ſubſtructa totius civitatis media eſt, alitque cum tribus dignitatibus duodecim canonicos, octo manſionarios, aliorumque clericorum, ac ſacerdotum promiſcuam turbam. Ibi ſeminarium eſt, ubi aluntur, ac inſtituuntur clerici, præter alia monaſteria, & xenodochia. Civitas ipſa duobus millibus quingentis familiis coaleſcit. Epiſcopatus cenſus, quatuor millia quingenta ſcutata excedit, taxatur vero in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 600. Igitur ad antiquam Firmanæ Eccleſiæ dignitatem, ſpectatamque opulentiam cenſus Sixtus V. Pontifex Maximus in Metropolim illam erexit an. 1589. die XVII. menſis Maji, eidem, quos paulo ſupra memoravimus, ſuffraganeis attributis, ut infra ex ejuſdem bulla videre eſt. Porro Epiſcoporum Firmanorum ſeries hæc eſt, quam præcipue confecimus ex monumentis, quæ ex tabulario ejuſdem Eccl. benevole mihi miſerunt viri docti, & antiquitatis amantiſſimi Sebaſtianus Ceccolinus nobilis Canonicus Firmanus, & Talentus de Talentis Florentinus avunculi mei affinis, tunc Firmani Archiepiſcopi generalis Vicarius, nunc emeritus Epiſcopus Montis Politiani in Hetruria.

a an. 1301. ut ex Bullario ejus Conſtit. 8.
b an. 1585. ut pariter ex Bullario. Ejus Conſtit. 9.

A D D I T I O.

(„ *Firmanæ Cathedrali quatuor inſerviunt Dignitates, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, & Primiceriatus, & præter has 12. alii Canonici, quos inter Theologus, & Pœnitentiarius, qui omnes Cappa magna utuntur, conſtituuntque Capitulum, quod nonnullis inſignibus fruitur Abbatiis cum jure conferendi beneficia, quæ olim ab earum Abbatibus, & Rectoribus erogabantur. Collatio vero fit à Capitulo in illius favorem, qui à Canonico Hebdomadario nominatur. E dictorum 12. Canonicorum numero quotannis eligitur Præpoſitus, qui viſitet Eccleſias, & Altaria ad Capitulum ſpectantia tam in urbe quam in Diœceſi, decernatque ea, quæ ad illorum utilitatem neceſſaria eſſe videantur. Præter autem præfatos Canonicos, & Dignitates ſex alii Præbendati, & 3. Manſionarii, quibus item eſt Cappa magna uſus, & eliguntur à Capitulo, aliique inferiores Clerici, & Muſicorum chorus divina in ea perſolvunt officia. Poſt Metropolitanam altera Collegiata inſignis Firmi viſitur, videlicet S. Michaelis Archangeli cum ſex Canonicis, duobus Præbendatis, aliiſque Miniſtris. In Urbe Parochiæ novem enumerantur, virorum Cœnobia 11. Monialium 5. præter puellarum Orphanarum conſervatorium, 4. Xenodochia, Confraternitates laicales 11. Habetur item Mons Pietatis, Clericorum Seminarium, Duo collegia, alterum SS. Petri, & Pauli, in quo erudiuntur 20. circiter alumni è terris Turcarum dominio ſubjectis petiti, & Sapientiæ alterum, in quo totidem Nobiles cujuſvis nationis erudiuntur. Palatium Archiepiſcopale ſatis amplum, atque magnificum exurgit. Urbs 12. animarum millia continet, Diœceſis vero 93. millia. Hæc 71. loca complectitur, è quibus in 48. merum, mixtumque Imperium Archiepiſcopus exercet. Potiora Diœceſis Oppida ſunt:* „ S. Elpidio à Mare, Civita nova, Morro di Valle, „ Monte Fiore, Monte Giorgio, Monte Santo, „ Monte dell'Olmo, Amandola, S. Vittoria: *atque* „ *in his omnibus inſignes Collegiatæ habentur:* Porto „ Fermano, Mogliano, Rapagnano, *ubi pretioſiſ-* „ *ſima Sanctorum Reliquiæ*; S. Angelo, *D. Nicolai,* „ *quem de Tolentino vulgus appellat, Patria,* & Grot- „ te à mare, *ubi natus eſt Sixtus V.*)

1\. S. ADRIANUS Epiſcopus Firmanus, nobiliſque martyrio, cujus meminit Othonellus in elogio Firmanæ Eccleſiæ, dum apud Sixtum V. Pontificem ejuſdem prærogativas enarraret, quo plane dignior oſtenderetur, quæ in Picentinam Metropolim erigeretur. I.

2\. S. ALEXANDER *a* Martyr, atque Epiſcopus Firmanus, cujus meminit martyrologium Romanum ad diem 11. menſis Januarii. Hic in divis Tutelaribus Firmanis numeratur. Haud autem ſatis conſtat, quo tempore palmam martyrii ſit aſſecutus, cum omnem ejus rei memoriam invidioſa vetuſtas deleverit. Apud Cathedralem tamen in arca marmorea, ubi ejus corpus quieſcit, hæc inſculpta verba leguntur. II.

a De hoc Bollandus t. 1. Jan. p. 671.

HIC JACET RECONDITUM
CORPUS BEATISSIMUM
GLORIOSI MARTYRIS,
ET EPISCOPI ALEXANDRI.

3\. S. PHILIPPUS Martyr, atque Epiſcopus Firmanus. Hujus mentio extat apud martyrologium Romanum ad diem 22. menſis Octobris, ejuſdemque meminit Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ. Ejus corpus aſſervatur in arca marmorea in Cathedrali. Hujus item ignoratur tempus, quo floruit, tametſi non inſulſa conjectura ſit, primordia Firmanæ Eccleſiæ attigiſſe. III.

4\. S. CYRIACUS Epiſcopus, atque confeſſor Firmanus. Hujus feſtum in antiquis tabulis Firmanis rejectum erat ad diem 15. menſis Maii, de quo Ferrarius in catalogo ſanctorum Italiæ. IV.

5\. VICTORINUS. Hujus memoria extat in columna marmorea in Cathedrali, ubi ſculpta ejus effigies perſpicitur, cum paſtorali pedo, cujus ſummitatem Agnus Paſchalis exornat. Adhuc in ſacrario ejus civitatis inter antiquas res ex ebeno ſactum diligentiſſime aſſervatur. V.

6\. TEUDICIUS reperitur in antiquo membraneo Miſſali complicatis genibus depictus, cui ſubſunt hæc verba. VI

TEUDICIUS EPISCOPUS FIRMANUS.

7\. JUSTUS ejuſdem civitatis Epiſcopus, ſub Symmacho Papa Concilio Romano interſuit anno 500. idemque ſubſcripſit. VII.

8\. N.... Epiſcopus Firmanus, una cum Sylverio Papa in Palmariam Inſulam relegatus eſt, interfuitque parvo conventui, ubi ſubſcripſit decretum contra Vigilium S. Romanæ ſedis invaſorem, una cum VIII

Epiſcopis Terracinenſi, Fundano, ac Minturnenſi anno 539. apud Baronium.

IX. 9. FABIUS, qui etiam Fatlus eſt, floruit circa annum Domini 572. ut ex quadam epiſtola Gregorii Papæ colligitur, ſcripta ad Valentinum, Demetriumque clericos Firmanos lib 7. epiſt. 14. Hic duodecim libras argenti prodegit, atque diſtruxit Firmanæ Eccleſiæ, ut Valentinum, Demetriumque cum Paſſino a barbaris in ſervitutem abductos redimeret, ut retulit Gratianus C. ſacrorum 12. 9. 11.

X. 10. PASSINUS, is ille, quem Fabius in libertatem aſſeruit, aſſertori ſuo in Firmanum Epiſcopatum ſucceſſit circa annum 600. Huic Gregorius Papa quatuor direxit epiſtolas, Aprutinam illi Eccleſiam commendans, viduatam paſtore lib. 10. epiſt. 13. eidemque in aliis præcipit, ut aliquot ſuæ diœceſis conſecret Eccleſias.

XI. 11 LOBIANUS, ſive Jovianus Lateranenſi Concilio interfuit ſub Martino I. Pontifice an. 650. a tom. 3, Concil.

a 649.

XII. 12. VALPERTUS b hactenus inviſus Firmanis jus divinum dixit Adriano I. Papa circa ann. Chriſti 780. interfuit cuidam judicio Hildeperti Ducis Spoletani cum aliis aliquot Epiſcopis, ut in magno Farfenſis cœnobii regeſto ſic adnotatur. *In nomine Domini Dei Servatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dum nos Hildepertus glorioſus dux ducatus Spoletini reſediſſemus Spoleti in Palatio, & adeſſent nobiſcum Adeodatus Epiſcopus, Gualterus Epiſcopus de Firmo, Valpertus Epiſcopus Balbenſis, Anderis Epiſcopus Eſculanus, Rimo Caſtaldus Reatinus, Majoranus Caſtaldus de Furcona, Anſcauſus Caſtaldus de Balba, &c.*

b Gualterus

XIII. 13. LUPUS reperitur Romano (1) Concilio interfuiſſe anno 826. apud Baronium.

XIV. 14. GISUS, ſive Girus, interfuit conſecrationi Ludovici filii Imperatoris Lotharii, quam apud Eccleſiam S. Petri Sergius II. Pontifex perfecit anno 844. ut ſcribit Bibliothecarius.

XV. 15. THEODOSIUS, ſive Hedoſius, c ad quem literas dedit Papa Joannes VIII floruit circa annum 880. Hic anno 887. die 14. menſis Septembris conſecravit Eccleſiam monaſterii S. Crucis in territorio S. Elpidii coram Carolo Imperatore, multiſque Principibus, ubi conſtat interfuiſſe aliquot Picentinos Epiſcopos, Spoletanique Ducatus, ut regia plane donatio prodit Caroli Imperatoris in favorem ejuſdem Eccleſiæ. Cujus originarium diploma aſſervatur in Archiepiſcopali Archivio; unde hoc exemplar extractum, ab eoque cum aliis pluribus Firmanæ Eccleſiæ monumentis acceptum hic exſcribendum curavimus.

c Heodilcius dicitur in Collect. Hard. t. 6. p. 82. ubi refertur Epiſtola Joannis VIII. data xiii. Kal. Decemb. Ind. xiii. hoc eſt an. 879.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Dominis venerabilibus, ſanctiſſimiſque ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis, ſeu Chriſticolis omnibus, & qui Deum metuere, ac venerari penitus noſcuntur. Notum facimus quoniam conſenſu, conſilioque omnium vener. Epiſcoporum in ducatu Spoletano degentium, Ego Theodoſius divina gratia s. Firmanæ Eccleſiæ Epiſcopus in rebus s. Maronis Martyris Chriſti, in quadam inſula, a Domno meo Carolo inviċtiſſimo Imperat. Auguſto, & a me ipſo olim inventa fluminibus circumdata, Etha videlicet, & Clento, plena cupribus, atque fruticis ſolita ante domini gratia, ob amorem D. N. Jeſu Chriſti, & ejus vivificæ crucis, Baſilicam ibidem a fundamentis conſtrui præcepi, & ædificari, & per me primum, ac per alios Epiſcopos conſecrari volui, & monaſterium in ea fieri decrevi. Accerſitis itaque conſacerdotibus meis communi conſilio ſancto ſpiritu inſpirante, eam in honorem divi Salvatoris, ſanctæque ejus vivificæ crucis conſecrare curavi, & quoniam olim tenebatur habitatio, cavernaque vulpium, nunc autem videtur domini adminiculante gratia domus Dei, & habitatio ſanctorum, fervore zeli Dei ſuccenſus, monaſterium ibidem ordinavi. Ego vero hoc peracto, cœpi contriſtari, & mœſtus eſſe, & quanto lætior de conſtructione, & conſecratione hujus monaſterii, tanto quia illic ſolitarii congregati, unde vivere non habebant, effe-

A *ctus mœſtior fueram. Quia licet D. Carolus Imperator inviċtiſſimus, ob animæ ſuæ ſalutem, quaſdam res publicalia ſuæ proprietatis, ac parentum ſuorum patrimonii ſupradicto almo loco conceſſiſſet, ac Imperiali dono locum ipſum augmentaſſet, ut in decreto ipſi loco per eundem facto continetur, non tamen res ipſæ prænominato loco, & famulis ibidem ſervientibus ſufficere videntur. Ideoque idem ipſe Imperator noſter eſt largitus, ut quantas cum conſenſu meorum ſcilicet ſacerdotum s. Firmanæ Eccleſiæ res jam dicto loco donare voluiſſem, nec ad præſens, nec in futuro ulla contradicente perſona ſecundum quod dominus inſpiraret, præſentialiter facerem. His itaque peractis conſilio ejuſdem Imperatoris, & conſenſu omnium Sacerdotum, & diaconorum, totiuſque meæ Eccleſiæ familiæ conceſſi perenniter ad monachorum ſumptus aliquantas ex rebus Eccleſiæ mihi commiſſæ eidem monaſterio, ut copulatæ uterque inſimul illis qui Domino ibi famulantur, in victu, & veſtitu abundanter ſufficiatur. Porro quod reticere non convenit de rebus Firmanæ Eccleſiæ mihi*
B *commiſſæ, videlicet quas eidem monaſterio Firmana plebe aſſentiente contuli, nequaquam de nomine per ſingula quæque notabo. Detuli jam dicto venerabili monaſterio omnes poſſeſſiones, res, atque ſubſtantias, cum terris, vineis, atque arboribus fructiferis, & infructiferis, cum caſis, domibus, & plateis omnibus, atque colonitiis, culta bona, & inculta, mobilia, & ſtabilia, quæ fuere olim de Plebe s. Maſonis, ex iſta parte fluminis Clenti, & quæ pene ipſi monaſterio adjacere cernuntur, & quæ circundantur montibus, & caſtris dicti monaſterii ex uno latere, & ex aliis adjacet flumen Clenti a capite uſque ad litus maris, Etha jam dicta mediante, & per ipſum litus uſque ad curtes s. Martii ad mare, a latere autem ſuperiori poſſeſſiones dicti monaſterii, quæ ipſo loco conceſſæ fuerunt per divum Carolum, villas autem, ſeu Caſalia, & cum Eccleſia noſtra s. Barthelomæi curtes caſtelli Roccii, curtes terræ Tallitæ, curtes s. Martii ad mare cum ipſa Eccleſia, infra ſcriptas antedictas adjacentes, cum hominibus, ſervis, & ancillis, & cum omnibus pertinentiis ſuis, in inte-*
C *grum, uſque ad Rivum Putri, dum ipſi monaſterio, nihilominus detuli & conceſſi, inſuper contuli eidem gruptas Eremitarum, a quibus Baſilicam ad honorem Dei altiſſimi, & s. Ægidii conſecrare curavi, & cum omnibus ad dictas gruptas pertinentibus, adjacentiis, exceptum tantummodo, & pro Firmana Eccleſia conſervanda Teloneum de ipſo Portu Clenti. ut ſolitum eſt partes noſtræ deferre Epiſcopi. Conceſſi præterea ipſi jam dicto monaſterio, & Dei famulis ibidem congregatis, & congregandis Eccleſiam s. Laurentii, ſitam, ſive poſitam in caſtello civitatis Firmanæ, juxta Epiſcopatum cum caſis, terris, vineis, arboribus, libris, campanis, & paramentis, & cum omnibus rebus dictæ Eccleſiæ prædictæ pertinentibus, & cum oblationibus vivorum, & mortuorum, ut cum Abbas, monachi, & familiares dicti monaſterii ad nos, ſive ad civitatem Firmanam pro aliqua utilitate dicti monaſterii accedere voluerint ad dictam Eccleſiam, tamquam ad monaſterium habeant regreſſum, & de bonis dictæ Eccleſiæ percipiatur, ſicut neceſſe fuerit ad eorum voluntatem, &*
D *curtem ſanctæ Reſurrectionis in hominibus, & eorum libertatibus, & ſervitiis, camberiis, vineis, arboribus, mobilibus, ſtabilibus, cultis, & incultis in integrum, cum Eccleſia s. Mariæ de Salliano, cum oblationibus vivorum, & mortuorum, & cum omnibus utenſilibus ſuis, curtem s. Agathæ de Muccillis, cum pertinentiis & adjacentiis ſuis, & cum oblationibus vivorum & mortuorum. Eodem modo curtem s. Patritii cum pertinentiis ſuis, ſervos quoque, & ancillas, qui nunc in præfatis locis, vel in villa s. Marii, & cum ipſa Eccleſia s. Marii, & cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis, & cum oblationibus vivorum, & mortuorum ipſi monaſterio dedi, & conceſſi, ut amodo, & deinceps perpetualiter, & perenniter hereditario more habeat, & teneat, & poſſideat ad uſum, & commodum dicti monaſterii. Item Abbas, qui pro tempore fuerit illic ordinatus, poteſtatem habeat de rebus a nobis, & regio mu-*

(1) In præfato Concilio pro Firmenſe Furnenſe legitur, quem Lupum idcirco nonnulli aſſeruere Furnanum Epiſcopum Flandriæ, ſed perperam, cum dictum Concilium ex Epiſcopis tantum Italiæ coadunatum fuerit.

Digitized by Google

munere ipſi loco conceſſis, ſeu ab aliis hominibus collatis, & concedendis, dare, concedere, contracambiare, & commutare de conſenſu ſuorum monachorum, cui vult ſine contradictione, & cui ſibi placuerit. Concedimus etiam eiſdem poteſtatem locandi, & diſponendi, & ordinandi ſuas Eccleſias parochiales, quas ipſi loco conceſſimus, vel quas in futurum habebit, capellanos, ſive clericos mittendi, & extrahendi ad eorum voluntatem, & non alicui ex ſucceſſoribus meis (quod fieri non credo) avaritiæ ſpiritu inſtigato, quod abſit, durum eſſe videatur, quod divina favente gratia in Chriſto famulis ad neceſſarium uſum ex noſtra Eccleſia concedimus, comperiat quia plurima (Domino annuente meo) certamine, in ſancta Firmana Eccleſia vel acquiſivi, quamquam eo pro Chriſti & ejus vivificæ crucis amore in præfata Eccleſia ad uſum ſervorum Dei conceſſiſſe curtes de s. Petronella, campum Sanignanum, curtem de Columnella, & de terris quandam partem cujuſdam manſus, ſodalia, cæteraſque quamplurimas in montibus res, quæ idcirco commemorare decrevi, ne aliquis detrahendo authum, & Epiſcopatus mei in aliquorum facere diminutionem, quæ pro animarum ſtudio agere conatus ſim. Quod vero Abbas vel monachi in prædicto cœnobio, ſancto mandante ſpiritu deinceps cuſtodiatur: immo & nos, & poſteri, ſucceſſoreſque noſtri debeant adimplere, huic paginæ credimus inſerendum. Hoc eſt ut de ipſa congregatione, quæ in præfato monaſterio ſancta debeant celebrare officia, & quæ Abbas popoſcerit a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, ſacros percipiantur gradus, nullum per ipſorum honorem præmium percepturi, Altare in ipſo monaſterio, vel ubicumque in rebus ipſius monaſterii Eccleſiarum facere voluerit, vocati ab Abbate conſecremus, & ſanctum chriſma annis ſingulis voluerit poſtulare pro reverentia loci ſine præmio concedimus, & juxta diſpenſationem divinam. Cum Abbas de ipſo almo loco ad dominum migraverit, quem monachorum congregatio unanimiter eligere, a ſemetipſis, vel aliunde regula compertum, & viſæ mentis congruentem ſine quolibet præmio nos, & ſucceſſores noſtri promoveamus Abbatem, & Abbas, vel monachi, qui eo quod ipſum monaſterium a Firmana Eccleſia ſubtrahere non valeant, dummodo Epiſcopi, vel clerici Firmanæ Eccleſiæ, contra prædicta aut hoc decreto inſerta non venerint, annis ſingulis, menſe Auguſto denariorum ſolidos decem nobis, & ſucceſſoribus noſtris reddere debeat, aut eos ponere ſuper altare S. Mariæ ſita in civitate Firmana poteſtatem habeant, ita dumtaxat, ut nullam penitus aliorum poteſtatem in prænominato monaſterio, neque in rebus ſibi conceſſis, vel concedendis, neque in ordinandis perſonis, vel removendis, neque in villis, ſeu poſſeſſionibus, & rebus aliis a Regio munere, vel a nobis collatis, vel deinceps ab aliis conferendis, tam in morte, vel in fine alicujus, quam etiam in vita, nos, ſucceſſoreſque noſtri Epiſcopi, Archidiaconi, ſeu cæteri ordinatores, aut qualibet perſona in nullis rebus mobilibus, & immobilibus, & ſtabilibus dicti monaſterii habere præſumat, ne de hoc, quod a Deo timentibus tranſmiſſum fuerit, ſeu relictum, datum, aut in altare oblatum, aut ſacris voluminibus, vel quibuſcumque ſpeciebus adornatum divini cultus pertineat, ad præſens collata, vel deinceps conferenda fuerint aliquo modo, vel ingenio extorquere audeat, vel auferre, & niſi rogatus ab Abbate ipſius monaſterii pro lucranda occaſione nulli liceat adire ſecreta, aut finium ingredi ſepta pro aliqua invaſione, vel immutatione ipſius loci, vel rerum ſuarum facienda, ut ſi ad eos nullus Pontifex pro tempore fuerit pro lucranda occaſione, vel monaſterii utilitate ab Abbate vocatus acceſſerit, celebrato, ac peracto myſterio ſimplici, ab ſobria benedictione percepta abſque ullo requiſito dono ſtudeat habere ingreſſum, ut quatenus monachi, qui ſolitarii nuncupantur, de perfecta quiete, duce Deo per tempora exaltare, ac ſub ſacta regula . . . . . & beatorum Patrum vitam ſectari pro ſtatu Eccleſiæ, ex ſalute Regionis, vel patriæ, ſeu & pro noſtra, ac prædeceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum animabus valeant, & poſſint dominum plenius exorare. Et ſi aliqui ex dictis monachis de eorum re-

A ligione, tepidi, & otioſi erunt ſecundum eorum regulam ab Abbate, ſi prævalet, corrigantur; ſin autem temere egerint, & Abbati noluerint obedire regulariter, nos, & ſucceſſores noſtri ab Abbate vocati ſecundum qualitatem delicti corrigere debeamus. Si quis autem Epiſcoporum, vel alia qualibet perſona (quod Deus avertat) calliditate, aut commoditate commotus, vel præventus, ea, quæ ſunt ſupra comprehenſa, temerario ſpiritu violare præſumpſerit, a divina ultione proſtratus iram ſummi Dei incurrat, & niſi reſipuerit, & emendaverit, anathematis vinculo perpetim feriatur, & inſuper componat, & det ipſi monaſterio Ambreci libras centum; & hoc noſtrum conſtitutum, ſeu decretum perpetuam teneat firmitatem; & monaſterium antedictum ſicut ex regularibus rebus initium ſumpſit, & augmentum, ita deinceps cum rebus ſuis omnibus habitis, & habendis ſub regia maneat poteſtate, & ab Epiſcopo ultra jura remotum, nihilominus hoc privilegium perpetim maneat incorruptum. Quam inſtitutionem noſtram, ut firmius ſubſiſtat vigo-
B ribus, & nos, & fratres noſtri domini Epiſcopi, cæterique mea Eccleſia ſacerdotes, clerici, & religioſi, laici, noſtriſque nominibus ſubſcriptis, decrevimus corroborari, & D. Inquirinum, D. Caſoli publicum notarium, publicari juſſimus, & complere. Præterea nos Epiſcopi inferius ſubſcripti, de Dei miſericordia, & benignitate omnibus, qui dictum monaſterium de ſuis bonis dotabunt, & in monaſterio præfati cœnobii ſui corporis ſepulturam elegerint, tertiam partem ſuorum peccatorum, de quibus veram ſumpſerint pœnitentiam, miſericorditer in domino relaxamus; offendentes autem, & res, & perſonas ipſius loci, & non emendantes, maledictionem habeant ſempiternam.

Actum eſt hoc apud dictum monaſterium in conſecratione ejuſdem D. Carolo Sereniſſimo Imperatore præſente cum multis Principibus, Clericis & laicis menſe Septemb. die 14. intrante anno Dom. Incarn. 887. Ind. 5. anno Imperii D. Caroli in Italia 6.

D. Theodoſius S. Firmanæ Eccleſiæ Epiſcopus conſultu venerab. Epiſcoporum in hoc decreto a ſe divini-
C tus facto, ut perpetualiter validum fore noſceretur, ſuum nomen fecit ſubſcrib. & apponi.

D. Joannes Eſculanus Epiſcopus decreto conſenſit, & ſuum nomen fecit ſubſcribi, ex ſuggeſtione D. Theodoſii venerab. S. Firmanæ Eccleſiæ Epiſcopi.

Bnolerigus Anconitanus Epiſcopus nomen fecit ſubſcribi, & in præfato decreto conſenſit.

Célus Camerinenſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & ſuum nomen fecie ſubſcribi.

Benventus Senogallienſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & ſuum nomen fecit ſubſcribi.

Americus Spoletanus Epiſcopus conſenſit, & ſuum nomen ſubſcribi fecit.

Romanus Fanenſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit & ſuum nomen ſubſcribi fecit.

Laurentius Piſaurienſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & ſuum nomen fecit ſubſc.

Robertus Humanenſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & ſuum nomen fecit ſubſc.

Debaldus Peruſinus Epiſcopus in hoc decreto conſen-
D ſit, & ſuum nomen ſubſcribi juſſit.

Petrus Auximanus Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & nomen ſuum ſubſc. juſſit.

Ricardus Reatinus Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi juſſit.

Adolardus Callienſis Epiſcopus, in hoc decreto conſenſi, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Albertus Lodonenſis Epiſcopus, in hoc decreto conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Albertus Urbinenſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecie.

Severinus Nucerienſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & ſuum nomen ſubſcribi fecit.

Bartholomæus Forolivienſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & ſuum nomen ſubſcribi fecit.

Ruggerius Teramnenſis Epiſcopus in hoc decreto conſenſit, & ſuum nomen fecit.

Valerianus presb. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum fecit ſubſcribi.

Rodegarius presb. canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Theobaldus presb. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Rodericus presb. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Joannes presb. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Jonatan presb. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Pertodiat presb. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Idprardus presbyter, & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Rolandus diaconus, & Firmana Eccleſiæ canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Lupus diaconus, & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubscribi fecit.

Adericus diaconus, & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubscribi fecit.

Transferus diaconus, & canonicus consenſit, & nomen ſuum ſubscribi fecit.

Rodilandus diaconus, & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubscribi fecit.

Theodoradus ſubdiac. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubscribi fecit.

Valprandus ſubdiac. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Albertus ſubdiac. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Domitius ſubdiac. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Firmius ſubdiac. & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Trasmundus acolythus, & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Treavinus acolythus, & canonicus, conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi juſſit.

Toſſo acolythus, & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Toto acolythus, & canonicus conſenſit, & nomen ſuum ſubſcribi fecit.

Hi omnes, tam Epiſcopi, & Sacerdotes Diaconi, & Subdiaconi, quam etiam Acolythi, & Religioſi Laici, voluntate D. Theodoſii venerab. ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, in hoc decreto conſenſerunt, ſua nomina apponi voluerunt, &c.

Albertus Comes.

Manſeus Comes.

Herſebertus Guaſtaldus Trapaldoni in hoc decreto conſenſerunt, & ſua nomina ſubſcribi juſſerunt, &c.

Ego Inquilinus D. Caroli inviƈtiſſimi Imperatoris Notarius, ejuſque Cameræ Cuſtos, mandato D. Theodoſii venerab. Epiſcopi, atque omnium venerabilium Epiſcoporum, & Canonicorum ſupraſcriptorum rogatus, publicavi, & ſignavi feliciter, &c.

16. UBERTUS Epiſcopus Firmanus an. 1010. (1) obtulit B. Benedicto de cauſa juris ſui in fundo Oppiano terras, & vineas, ſilvas, prata, & oliveta, poſſeſſionem non paucam, & in fundo paterno ſimiliter. Hæc Chronic. Caſinen. lib. 2. cap. 26. Anno vero 1016. Eccleſiam S. Michaelis Archangeli prope mare Firmo S. Sabini Abbati liberaliter conceſſit. In cujus donationis gratiam hoc ſequens diploma a ſuis canonicis confirmatum procudendum curavit.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis, & unicæ majeſtatis.

Anno Incarnationis Chriſti MXVI. prid. Kal. Februarii Indictione XIV. Ego ſiquidem Ubertus divina favente clementia, Firmanæ ſedis Epiſcopus ab hac præſenti die profiteor me accerſiſſe ſacerdotes, & levitas S. noſtræ Firmanæ Eccleſiæ, quorum communi conſilio, atque conſenſu, tuæ petitioni venerabilis Abbas Firmo rati ſumus promptius annuendum, quatenus Eccleſiam B. Michaelis Archangeli, quæ juxta mare in fundo Rejano ſita eſſe videtur, monaſterio B. Martyris Savini, quod, Domino juvante, regis, decretali deberemus ratio-

A *ne conferre, cum quinquaginta modiis terræ juxta geometriæ rationem in circuitu ejuſdem Eccleſiæ menſuratis, & cum omnibus utenſilibus ad eandem Eccleſiam competentibus in libris, & ornamentis, atque campanis, & cum omnibus oblationibus, & eleemoſynis pro defunctis ibidem conſertis, vel conſerendis, cum Decimis, & primitiis, & denarios, quos per ſingulos annos Presbyteri ſolent dare ad ſynodum nulla reſervatione ad opus noſtrum faciemus, ſed damus, donamus, & concedimus quicquid in terra, ſeu in arboribus, vel ibi pro animalibus lucrandis hinc, & in antea confertur. Notum ſit igitur omnibus Eccleſiæ Catholicæ fidelibus per hanc decreti paginam præfatam eccleſiam nos ſupralibato monaſterio condonaſſe, cum conſenſu præordinatorum noſtræ Eccleſiæ Sacerdotum, ea videlicet ratione, ut nec ego, nec ullus de noſtris ſucceſſoribus prædictam Eccleſiam, cum prætaxatis ſuperius rebus, a præfati monaſterii jure auferre, vel ſubtrahere poſſimus in nullo futuro tempore. Si autem diabolico inſtinctu, aut ego, aut aliquis ſucceſſorum noſtrorum ſupranominatam eccleſiam*

B *de poteſtate, jure ſancti monaſterii tollere, aut ſubtrahere præſumpſerimus, componamus 10. libras auri ad opus, & utilitatem ejuſdem ſancti Monaſterii, & hæc decretalis pagina in ſua ſemper firmitate conſiſtat. Precamur autem vos illius monaſterii, qui cum ſitis Rectores, ut poſt exceſſum hujus corruptibilitatis, ſi, cum non dominatur iniquitas, intraturi ſumus in requiem ab initio ſeculi nobis paratam: in memoria Anniverſarii noſtri de ejuſdem monaſterii rebus 12. pauperes in Cœna Domini æternaliter reficiantur, & hoc modo animæ noſtræ agentis iniqua recordantes, quod ei Dominus propitietur, quando venerit judicare ſeculum per ignem, pro meritis unicuique redditurus ſecundum quod geſſit, ſive bonum, ſive malum, veluti tributum perſolvant. Quapropter vos, quibus poſt me Firmanus Epiſcopatus committendus eſt, in fide, & charitate, quam proximis veſtris debetis, ſupplicamus, & lachrymabiliter adjuramus, ut nunquam, vel iracundiæ furorem, vel alicuius rei neceſſitudinem manus veſtras extendatis ad hanc noſtram donationem confringendam, ſcientes me ſolummodo hoc*

C *egiſſe, & conceſſiſſe pro culparum mearum, & facinorum relaxanda contaminatione, ſicut B. Gregorius dicit. Nam juſtitiæ ordo ſuadet, ut qui ſua a ſucceſſoribus deſiderat mandata ſervari, deceſſoris ſui procul dubio voluntatem ſtatuta cuſtodiat; & iterum abſit a me, ut ſtatuta maiorum conſacerdotibus meis in qualibet Eccleſia infringantur, quia mihi iniuriam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo. Si autem quod Dominus noluerit, eſt inſanæ mentis aliquis animæ meæ obliviosus factus, nec Dominum veritus, cum peſſima atrocitate hoc decretum noſtrum deſtruere, adnihilare, peiorare, diſcindere, & annullare non deſtulerit, hanc crudeliſſimam, quæ in æternum duret, ſentiat excommunicationem, ſicut cera a facie ignis liqueſit, deficiat, ad videndum bona in terra viventium non inveniatur, deleatur de libro viventium, & cum impiis, & peccatoribus ſors illius reputetur, ſalus ipſius in tempore tribulationis, & anguſtia ad nihilum redigatur, & cum de quacumque neceſſitate Dominum invocaverit, non exaudiatur, & cum exultant juſti in conſpectu Domini, & Redempto-*

D *ris ſui, & delectantur in lætitia, triſtificetur, ſicut Datan a terra degluttiatur, & ſicut congregatio Abiron abſorbeatur; fiat via illius tenebræ, & ludibrium, & Angelus percutiens perſequatur eum; ut autem inſtitutio noſtra firmiſſimis ſubſiſtat vigoribus, noſtra, noſtrorumque manibus ſacerdotum decrevimus roborandam.*

Ego Ubertus Epiſcopus in hoc decreto manu mea ſſ.

Ego Franciſcus Archid. in hoc decreto conſenſi, & ſſ.

Ego Rodoaldus Archipr. in hoc decreto conſenſi, & ſſ.

Ego Joannes presbyter, & Sacriſta, & Manſionarius in hoc decreto conſenſi, & ſſ.

Ego Joannes Diaconus, & Primicerius in hoc decreto conſenſi, & ſſ.

Ego Franco presbyter, & Cardinalis in hoc decreto conſenſi, & subecripſi.

Ego Joannes presbyter, & Cantor in hoc decreto conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego

(1) Et ante anno ſcilicet 998. interfuit Concilio Romano, in quo de Roberti regis, qui conſanguineam duxerat, diſſolvendo conjugio actum eſt, n Baſilica S. Petri à Gregorio Papa V. celebrato.

A *Ego Adelbertus presbyter, & Cantor in hoc decreto conſenſi, & ſubſc.*
Ego Giſo presbyter, & Defenſor in hoc decreto conſenſi, & ſubſc.
Ego Amicus presbyter in hoc decreto conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Adelbertus diaconus, & Cancollarius in hoc decreto conſenſi, & ſubſcr.
Ego Petrus presbyter, & Defenſor in hoc decreto conſenſi, & ſubſc.
Ego Rolandus diaconus In hoc decreto conſenſi, & ſſ.
Ego Firmo diaconus in hoc decreto conſenſi, & ſſ.
Ego Martinus diaconus in hoc decreto conſenſi, & ſſ.
Ego Petrus Judex, & Notarius a prædicto Epiſcopo, & primatibus S. Firmanæ Eccleſiæ rogatus ſcripſi, & complevi.

Cæterum Abbas Firmus, cui Ubertus Epiſcopus Eccleſiam s. Michaelis indulſit, eſt ille S. Firmus, ſive Firmanus, quem aliqui ſcriptores in catalogum Præſulum Firmanorum imperite rejiciunt. Hic enim monachus tantum, Abbaſque s. Sabini fuit, at non item Epiſcopus. Hujus meminit Petrus Damiani in epiſtola ad Henricum Ravenn. Archiepiſcopum, quam in ſuis Annalibus retulit Baronius, deceſſitque ante Leonem IX. Olim in Cathedrali huic Sancto dedicatum viſebatur altare, inque Eccleſia S. Jacobi ad radices montis Gerionis magno populorum concurſu ejus feſtum celebrabatur, cui item viſendum ſane altare conſecraverant.

XVII. 17 ACTIUS aliquot bona Epiſcopatus in territorio ſancti Elpidii permutavit cum Adelberto Arduino anno 1049.

XVIII 18 ERIMANNUS, ſive Ermandus, de quo Baronius ad annum 1049. aliquot privilegia indulſit monachis, atque Abbati s. Sabini. Reperitur etiam aliquot Epiſcopatus Firmani bona in emphyteuſim dediſſe anno 1055.

XIX. 19 GOLFANTUS hanc adminiſtravit Eccleſiam circa hæc ipſa tempora, ut ex ipſius monumentis perſpicitur.

XX. 20 ULDARICUS, ſive Edericus, ut illum Petrus Damianus appellat lib. 4. epiſt. 9. in Vaticano habito concilio interfuit ſub Nicolao II. Pontifice anno 1059. illudque ſubſcripſit, ut videre eſt ex ſæpe citato codice Vaticanæ Bibliothecæ. Huic eidem Epiſcopo dono data fuerunt aliquot caſtella, ut memorat Franciſcus Adamius in Fragm. lib. 1. c. 19.

XXI. 21 PHILIPPUS monachus de Avellana Epiſcopus Firmanus, cujus Arnol. Vvion meminit in lib. 2. ligni vitæ, tametſi tempus, quo floruit, ſilentio involvat.

XXII. 22 GRISFORANUS eidem præfuit civitati. Ejus meminit Adamius in frag. Firm. lib. 1. cap. 23. Hunc VII. Greg. in Romana ſynodo cenſuris a ſe illigatum ejecit de gradu. Conſule Baron. ad ann. 1079.

XXIII 23 UGO Candidus Firmanis jus divinum dixit anno 1080. in quo ipſo anno Goſius filius Giſberti oppidum Trocchiarum illi dono dedit. Huic VII. Gregorius poteſtatem fecit præferendi crucem more Archiepiſcoporum, ut manifeſte eruitur ex Sixti V. bulla, cum Firmanam Eccleſiam erigeret in Metropolitanam.

XXIV 24 OLDERICUS vivebat anno 1088. quo ipſo anno in oppido Laci, Ciriolii, ac Laoreti multa bona, juraque acquiſivit, ut perantiqua ejus Eccleſiæ monumenta produnt.

XXV. 25 ACTIUS ejus nominis II. Epiſcopus Firmanus fuit ab anno 1094. uſque ad ann. 1115. Donationi comitis Renaldi 1102. interfuit. Multa privilegia indulſit hominibus caſtelli S. Juliani, quod hodie Macerata civitas eſt, cum Epiſcopo perpetuam fidelitatem ſe præſtituros prius fuiſſent polliciti; ex Fragm. Firm. Adamii lib. 1. c. 25.

XXVI 26 GRIMOALDUS Actio ſucceſſit, multaque privilegia induſit Abbati, ac monaſterio S. Sabini in monte Urſiano extra muros Firmanos, quem hodie item S. Sabini montem appellant. Ibi primum Capuccini fratres conſederunt, quibus intra civitatem tranſlatis, locum Jeſuitæ coemerunt a capitulo Firmano.

27 GUALDENGUM Epiſcopum Firmanum circa hæc tempora vixiſſe oportet. XXVII.

28 LIBERTUS ejuſdem civitatis Antiſtes anno 1123. omnes largitiones ſuorum prædeceſſorum hoc amplo diplomate ratas habuit. XXVIII.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ego Libertus divina favente clementia, S. Firmanæ Eccleſiæ Epiſcopus notum vobis facio, fratres mei chariſſimi in Chriſto credentes, quod ego delictorum meorum vinculis oppreſſus, & ſedula antecedentium patrum exhortatione perdoctus, doctriniſque ſanctorum canonum jugiter imbutus, pro ſalute animæ meæ, cunctorumque Epiſcoporum poſt me venientium beatæ memoriæ congregationem monaſterii S. Savini Epiſcopi, & martyris, quod ſitum eſt in cacumine montis de Viſiano a nobis, noſtriſque deceſſoribus hucuſque multis miſeriis gravatam, multiſque oppreſſionibus oppreſſam deliberare cupiens, quam & copioſiorem, valentiorem, B *& ditiorem facere devotiſſime cogitans, extenſa parcitate inopiam monachorum abſque ceſſatione divinis laudibus ibidem conſudantium adaugere, admodum facti feliciſſimum duxi, non immemor, quod dicitur: Quæ enim ſeminat homo, hæc & metet. Et alibi: Theſaurizate vobis theſauros in cælo, ubi neque ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Et illud evangelicum: Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. Idcirco rogatu, atque ſuaſu, & communi conſilio noſtrorum fidelium clericorum, & laicorum, necnon cunctorum concivium majorum, & minorum remittimus, & renunciamus, & modis omnibus in perpetuum refutamus prædicto monaſterio, & cunctis fratribus in eodem modo, & in futuro Deo ſervientibus per manus D. Raynerii ejuſdem monaſterii venerabilis Abbatis, & D. Formonis ſacerdotis monachi, & ſacriſtæ, & domni Biſonis monachi presbyteri, & decani, & Roderocci præpoſiti, & Gentilis diaconi, & aliorum monachorum, & per manus Fir-* C *manæ urbis conſulum, Raynerii videlicet Cauſidici, & Helepertii Joannis Riſonis, & Gentilis Strambi, & Ugonis Gentilis, & Firmonis Alberti, Petri Girardi, & Girardi Roconitani, Gualderii Roſconis, & . . . omnia obſequia, & omne, &c. omneſque exactiones, & quidquid jure, vel aliquo uſu juſto, vel injuſte prædeceſſores mei, & ego præfato monaſterio uſque modo impoſuimus, vel in futuro ego, meique ſucceſſores imponere poſſemus, totum remittimus, & renunciamus prædicto monaſterio, atque Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, & fratribus in eodem commorantibus, exceptis ſolidis viginti per unumquemque annum, decem in nativitate Domini, & decem in feſto Dominicæ Reſurrectionis, quas nobis, noſtriſque ſucceſſoribus pro cenſu reſervamus, excepta etiam inveſtitura, & conſecratione, obedientia ſynodali, atque reverentia, & commendatione, ac fidelitate, & correptione canonica, horum criminum ſcilicet perjurii, adulterii, homicidii tantum in perſona Abbatis, Eccleſiæ ſubſtantia ſemper manente ſalva, atque illæſa. Si autem,* D *quod abſit, ego jam dictus Epiſcopus, vel mei ſucceſſores perſonam canonice electam in Abbatem a prædicta congregatione ſuſcipere, inveſtire, atque conſecrare noluerimus, electus tamen Abbatiam cum omnibus bonis præfati monaſterii detineat nihilominus. Concedimus etiam perpetualiter, confirmamus præfato monaſterio, & Abbati, & cunctæ congregationi, eorumque ſucceſſoribus omnia, quæ nunc tenent, & habent, vel habere debent, & quæ dehinc Domino annuente, acquiſierint, exceptis, quæ ab Abbatibus data ſunt. Item Firmanæ urbis conſulibus, cunctiſque aliis civibus communiter majoribus, ac minoribus pro ſuarum, ſuorumque parentum animarum ſalute concedimus, præcipimus, atque rogamus, quatenus prædictum monaſterium, & omnia ejus bona fideliter tueantur, defendant, & manuteneant ab omnibus, qui eum infeſtaverint, ſalvo honore, & reverentia, atque tota ſubſtantia prædicti monaſterii, ejuſque Abbatis, & omnium fratrum in eodem viventium. Hæc omnia, quæ ſupe-*

rius

Digitized by Google

rius ſcripta ſunt, promitto me, meoſque ſucceſſores, &c. in perpetuum obſervaturos. Si quis vero, quod abſit, ſacrilega mente, protervo ſpiritu, diabolo inſtigante hoc noſtræ refutationis, & remiſſionis, atque conceſſionis decretum áliquo modo infringere, violare, caſſare, atque annullare, vel minuere tentaverit, Dei ſummi in Trinitate regnantis iram, & maledictionem incurrat, omnes chori cœleſtium virtutum, omnes chori ſanctorum eum maledicant, nulla ſanctorum merita, nulla pietatis opera ei ſubveniant, ſed cum Herode, & Nerone, & Juda traditore conſortium habeat, ſicut deficiat fumus, deficiat, ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereat, de libro viventium deleatur, & cum juſtis non ſcribatur, ſicut Dathan a terra deglutiatur, & ſicut congregatio Abiron abſorbeatur, fiat via illius tenebræ, & ludibrium, & Angelus percutiens perſequatur eum. Pecuniariam etiam pœnam non evadat; ad quingentos bizantios optimi auri cunctis Firmanæ urbis concivibus communiter perſolvere cogatur: & hoc noſtræ remiſſionis, & conceſſionis decretum ſemper firmum, & illibatum permaneat. Quod ut conſtantius, & ſtabilius permaneat, & inviolabilius, ſigilli noſtri impreſſione confirmamus, & corde devotiſſimo corroboramus. Quod decretum denique ego Firmo Cauſidicus a prædicto Liberto Epiſcopo, & primatibus Eccleſiæ rogatus complevi, & abſolvi.

Actum eſt hoc anno Dom. Incarn. MCXXIII. Idus Decembris. Indictione II. Firmi. Item concedimus eidem præfatæ Eccleſiæ beati S. Savini decimationem . . . quam beat. mem. prædeceſſor noſter B. Grimaldus Epiſcopus dedit, intra hos fines, a capite, via, quæ vadit per pedem de monte S. Savini, & ad rivum de Parapini, & currit in Sennam ab uno latere flumen Sennæ, ab alio vallis Mannarina, & vadit per viam rectam ad pontem Moriſchi, a pede rivus Moriſchi, & pergit in Sennam, & in aliis locis, & vocabulis intra hos fines. Concedimus, & donamus dictæ Eccleſiæ decimationes, de Bojano ſcilicet, atque Catelliano, & montem S. Martini, quæ hos habet fines, a primo latere viam, quæ venit a Fraxineto, & vadit ad D. Bartholomæum, & pergit in Sennam, a ſecundo latere rivum de Fraxeneto, & intrat in rivo Decelli, & currit in Sennam, a tertio latere Senna; quam donationem, & conceſſionem me, meoſque ſucceſſores firmam tenere promitto. Si quis contra hæc diabolo ſuadente ire tentaverit, omnes ſuprascriptas maledictiones incurrat, & cunctæ conceſſiones, quæ ſuperius leguntur, in ſoliditate ſua permaneant.

Ego Gentilis, & Suppo filii Adæ Firmanæ Eccleſiæ advocati in hoc decreto conſenſimus, & confirm.

Ego Berardus comes filius Giberti comitis, & Albertus de Cypriano.

Ego Gibertus Ingezonius, & Rogerius Paſanelli, & Baroncellus Uberti, & Sulcerus Rodaldi.

Nos Segninus, & Rodaldus Petri, & . . . . Rodaldi Nicolaus Giſonis, & Tholomæus Bonfilius Petri, Joannes Alberti, & Albertus Magnus, Albertus Rex, Juſtus Adæ, Ruſticus Boniromini, Firmo Savini, Buccaplana, Albertus Duni cum fratribus, & Maurus cujus Dominici, Gerardus Burcoini, Gerardus comes, & Bonusfilius Scrofa, Joannes Leucii, Petrus Univerſalis, & Tractatus, Rodaldus Medius, Rodaldus Joannis, Firmo Azoni, Joannes Brictoni, hujus decreti rog. a prædicto Epiſcopo teſtes ſumus, &c.

Ego Oſſo Archipresbyter Firmanæ Eccleſiæ in hoc decreto conſenſi, ac ſſ.

Ego Firmo Præpoſitus in h. D. ſubſc.

Ego Libertus, Dei gratia, Firmanus Epiſcopus, hoc noſtræ conceſſionis decretum propria manu ſubſc. & ſigillo noſtro corroboravi.

Ego Maſſo decanus in hoc decreto conſenſi, & ſſ.

Ego Petrus presb. manſionarius in h. D. conſenſi, & ſſ.

Ego Joannes presb. & plebanus in h. D. ſſ.

Ego Manſionarius minor in h. D. ſſ.

Ego Biccianus presbyter, & Cardinalis in h. D. ſſ.

Hic idem Libertus, fundum liberaliter donavit, ut ibidem Montis ſancti caſtellum a Laureto quinque tantum milliariis diſtans ædificaretur, Firmanæ diœceſis futurum, cum ſibi prius reſervaſſet jus procedendi in homicidas, fures, atque adulteros, incoliſque poteſtatem fecit hoſpitio excipiendi Pontifices, Imperatores, cum illuc contigiſſet tranſire.

29. BULIGANUS 1148. in ſuæ Eccleſiæ favorem, Villæ franchæ caſtellum, cum ſuis pertinentiis, boniſque a comitibus Bernardo, Rogerioque ſibi dilargitis acquiſivit. Idem omnes largitiones, indultaque ſuorum prædeceſſorum erga Abbatem, monachoſque S. Sabini, in hanc formam ratas habuit. XXIX

Cauſam cognitionis teſtium committit Firmano Epiſcopo Alexander III. cap. e literis de Teſt. & atteſt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ego Buligarius, Dei gratia, Firmanus Epiſcopus, dilecto fratri Ramerio venerabili Abbati monaſterii s. Savini, quod juxta civitatem Firmanam ſitum eſt in monte Viſiano, ſuiſque ſucceſſoribus in prædicti monaſterii regimen rationabiliter ſubſtituendis, &c. . . . . dare conſultum, & præſentis habetur vitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis ſpectare cernitur præmium. Propterea quæ a prædeceſſoribus noſtris bon. mem. Firmanis Epiſcopis, Uberto ſcilicet, & Herimundo, & Olderico, & Guldegando, & Liberto, ſive ab aliis religioſis viris prædicto monaſterio quacumque ratione data, ſive conceſſa jura, vel in poſterum rationabili providentia a quacunque perſona tributa fuerint, in ſua volumus ſtabilitate perſiſtere, & ut futuris firmiter obſerventur temporibus, ſpecialis confirmationis munimine roboramus. Cuncta itaque, dilecte in Domino fili Rameri, quæ antedictum monaſterium rationabiliter poſſidere dignoſcitur, vel in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus illibata permaneant, in quibus hæc propriis vocabulis duximus exprimenda; videlicet plebem s. Archangeli in fundo Regiano, & Puellare, monaſterium s. Petri ſitum in fundo Monteriano, & Eccleſiam s. Laurentii ſitam in fundo Fructeriano, & medietatem s. Angeli in fundo Mōteriano, & medietatem s. Mindii in plano Rotæ bellæ, & monaſterium s. Salvatoris in plano Sennæ ſub Montone, & portionem s. Angeli in fundo Fallenario, & Eccleſiam s. Blaſii ſitam in fundo Loviano, & Eccleſiam s. Petri in fundo caſtri, & portionem s. Mariæ, & s. Donati, & s. Angeli, & medietatem s. Vincentii in fundo paterno, & ipſam cellam s. Michaelis, & s. Simeonis juxta Etam, & eccleſiam s. Elpidii in colle Gorgiano, & s. Petri de caſtello, & medietatem s. Petri de Caſtello, & medietatem s. Petri de Collina, & Eccleſiam s. Joannis in Lolleniano, & Eccleſiam s. Crucis de monte Morino, & s. Paulum juxta turrem Palmæ, & s. Marinum ſupra Pennam, & s. Joannem de Cratelliano, & partem s. Joannis Borlalio, & partem s. Andreæ ſub Monte ſicco, & s. Bartholomæum de Bojano, & s. Michaelem de Viſiano, & s. Germanum juxta præfatum monaſterium s. Savini, & s. Mariam de Materno in vico Morretano, & Eccleſiam s. Nicolai in Podio ejuſdem ſancti, & medietatem s. Barbaræ ſub monte Tranario, & in civitate Firmana Eccleſiā s. Martini, & s. Leonis. Has omnes ſupradictas Eccleſias, & ſi quæ ſunt aliæ in hujus decreti pagina non comprehenſæ, quæ ad jus prædicti monaſterii pertineant, cum omnibus rebus tam mobilibus, quam immobilibus jure, vel uſu pertinentibus, ſicut a prædeceſſoribus noſtris ſupradicto monaſterio data, ſive conceſſa ſunt, ita nos eidem monaſterio concedimus, & cum omni jure hujus decreti auctoritate confirmamus. Concedimus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in prænominatis eccleſiis ſacerdotes canonice collocare, ipſoſque rationabiliter removere, ac legitime officii interdictione cohibere. Excipimus Epiſcopalem portionem decimationum, & oblationum, & mortuarii in his Eccleſiis de ſupradictis, de quibus nos, & prædeceſſores noſtri ſoliti ſumus talia recipere. Confirmamus, & prænominato monaſterio caſtelli Ripæ ſub Monteſicco medietatem cum littore maris, & piſcatione, & omnibus, quæ ad totum prædicti caſtelli curtem pertinent, & totum jus, quod habetur in caſtello Londiano, tam in ipſo caſtello, quam in curte ejus extra caſtellum in podiis, ſilvis, aquis, & aquarum curſibus, & caſtrum, quod vocatur Collicellum

cum

cum omnibus ſuis pertinentiis. Poſtreme, quod in urbe Firmana, vel in caſtris, podiis, ſeu villis prope, vel longe poſitis, aut ubicumque habere cognoſcitur, quod vel decreti auctoritate defenditur, vel inſtrumentorum probatione munitur, totum jam dicto monaſterio confirmamus, & conſolidamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur univerſalibus monachorum, aliorumque ibidem ſervientium, pro quorum gubernatione conceſſa ſunt, modis omnibus profutura. Si qua igitur in poſterum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ confirmationis, & conceſſionis paginam ſciens temere violare tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de iniquitate perpetrata cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini, & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem venerabili loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ operationis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis 1154. *menſe Junii Indict.* 2.

Ego Buliganus, Dei gratia, Firmanus Epiſcopus in hoc decreto ſubſcripſi.
Ego Gerardus decanus in hoc decreto ſubſcripſi.
Ego Joannes presbyter manſionarius in hoc decreto ſſ.
Ego Jacon s. Elpidii Præpoſitus in hoc decreto ſſ.
Ego domnus Petrus in hoc decreto ſubſcripſi.
Ego Firmo ſubſcripſi.
Ego Manſionarius diaconus in hoc decreto ſſ.
Ego Albertus presb. & Card. in hoc decreto ſſ.
Ego Mauritius presb. in hoc decreto ſubſcripſi.
Ego Oſſo Archipresb. Firmanæ Eccl. in hoc decreto conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Hippolytus canonicus, & plebanus de civitate in hoc decreto conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Albertus presbyter, & Cardinalis plebanus S. Mariæ matris Domini in hoc decreto conſenſi & ſubſcripſi.

Cæterum inter hunc Epiſcopum, Vameriumque Muri Vallium Marchionem ejuſdem caſtelli occaſione implicita ſane lis oborta eſt anno 1160. quam cum coram Friderico Imperatore aliquandiu agitaſſent, demum per Rufum, Albertumque judices Cameræ Imperialis pro tribunali ſedente Alberto Tridentino Epiſcopo Imperatoris vicario, in eccleſia S. Paterniani Fanenſis, in ſavorem Epiſcopi dirempta eſt. Scripſit ſententiam Morandus publicus notarius ſacri palatii coram Friderico Imperatore, teſtibus Joanne Ugolini de Ugone de Fano, Ptolomæo de caſtro, Hermanno de Monte S. Joannis, Alberto Guidonis Morelli de Fano, Offreducio de bono Comite, Uguccione Guidonis, Andrea de Pezzio, Baſilicoque de Civitate nova. * Sententiæ documentum exſcribo ex veteri charta, in quo Buliganus Epiſcopus in diptycis hujus Eccleſiæ dictus, Baligranus vocatur, Varnierius Marchio Caſtri Murri-Vallis, Gervarius dicitur, inter quos oborta lis erat; accipe documentum.

* Ex App. tom. 9.

In nomine S. & individuæ Trinitatis, ac B. Mariæ Virginis, quæ augeat vitam Federici glorioſi Principis Anno Domini 1164. *Ind.* 12. *Octava die Lunæ exeunte Menſe Februarii. De controverſia, quæ vertebatur inter Belignanum Epiſcopum Firmanum, & Marchionem Guarnerium de Caſtro Murro de Vallis, quod Caſtrum D. Albert. Epiſcopo Domini Imperatoris Vicario ſedente pro tribunali prope eccleſiam S. Paterniani de Fano, Ugo Rufus, & Albertus Aldecherii filius, Imperialis aulæ Judicis, utriuſque partis delegationibus viſis, judicavere prædictum Caſtrum Murrum de Vallis reſtituendum eſſe Epiſcopo Firmano, & officialibus Eccleſiæ Firmanæ, & abſolvere prædictum* A *epiſcopum Firmanum à petitione Marchionis, & hoc totum factum fuit in præſentia Federici Imperatoris. Interfuerunt Joannes Ugolini de Ugone Fanenſis, Telomæus de Caſtro, Guido Morellus de Fana, Honeſtus de Alberto, Offredutini de Bonocomite, Uguccio de Guidone, Andreas de Peſſo, & Baſilicus de Civitate nova, & plures Clerici & Laici.*

Ego Morandus ſacri Palatii notarius juſſu prædictorum Judicum hanc ſententiam ſcripſi.

Hic Epiſcopus unus ex illis Præſulibus fuit, qui in favorem Friderici Imperatoris contra Alexandrum III. verum Pontificem ſententiæ ſubſcripſerunt. Quamobrem honore Epiſcopatus ſpoliatus eſt, atque Eccleſiaſticis cenſuris innodatus. Dum hic idem Epiſcopus ad Firmanum clavum ſederet, Præpoſitus, canonicique Firmani ampliſſimum a Friderico retulerunt diploma in favorem clericalis capituli anno 1164.

In nomine ſanctæ. & Individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum B *Imperator, & ſemper Auguſtus. Ad hæc ſumma Dei pietas ſuper thronum Imperii ſua nos providentia ſublimavit, ut univerſis Eccleſiis Dei ſub noſtra dominatione conſtitutis, tam vicinis, quam longe poſitis, gratiæ noſtræ patrocinium clementer impendamus, & eos, qui pro itineris difficultate ante noſtram majeſtatem frequenter venire non poſſunt, benignitatis noſtræ munimine roboremus. Ea propter cognoſcant univerſi fideles Imperii per Italiam conſtituti præſentes, & futuri, quod nos primitus æternæ retributionis intuitu, ſecundario pro honeſta, & pia petitione decani Gerardi, & præpoſitorum Firmanæ Eccleſiæ, videlicet presbyteri Michaelis, & Firmonis, prædictam Firmanam Eccleſiam, & ejus canonicos, bona quæque, & poſſeſſiones, quas nunc juſte habent, vel in poſterum Deo juvante rationabiliter acquirere poterunt, ſub noſtram Imperialem protectionem, ac tutelam benigne ſuſpicimus, & ex conſueta Imperialis clementiæ benignitate eis concedimus, & confirmamus noſtra Imperiali auctoritate, ut de prædiis ad canonicam s. Firmanæ Eccleſiæ juſta per-* C *tinenſibus cum præpoſito, quem ipſi eligunt, liberam habeant poteſtatem ad commodum, & utilitatem Eccleſiæ Firmanæ ſine omnium contradictione inde faciendi, quod illis placuerit, tam in caſtellis, quàm in villis, vineis, olivetis, terris, cultis, & incultis, pratis, paſcuis, & molendinis, aquis, aquarum decurſibus, in decimis, & oblationibus, & cæteris omnibus ad eandem canonicam juſto modo pertinentibus. Adiicientes quoque firmiter jubemus, ut nullus Epiſcopus, nullus marchio, nullus comes, nulla perſona magna, vel parva in caſtellis .... & villis, & poſſeſſionibus, portu quoque ipſorum, videlicet s. Georgii, & litoribus, & generaliter in omnibus ejuſdem canonicæ pertinentiis, quæ modo canonica Firmana juſte habet, vel in futuro legitime poterit adipiſci, placitum tenere, vel cauſas tractare, vel vexationes facere præſumat; præter ſolum Legatum noſtrum, cum a nobis pro feudo colligendo ſpecialiter deſtinatus fuerit, ſed bona canonicorum intus, & extra ſalva, & quieta permaneant, ſalva per omnia Imperiali Juſtitia. Ipſi etiam canonici, vel eorum præ-* D *poſitus, ubicumque homines, vel caſtella, vel aliquam poſſeſſionem, & in quibus caſtellis poteſtatem habent, vel adhuc juſte habituri ſunt, placitum ſuum teneant, & debitas inde functiones requirant, abſque omni contradictione eis perſolvantur, ſalvo, ſicut diximus jure curiæ. Concedimus etiam, ut ſicut in privilegio eorum continetur dato ab Henrico V. Rege Romanorum non plures, quam triginta ex iis, etiam, quot ipſi eligant in ipſa canonica adjunxerint. Si quis vero hanc noſtram auctoritatem violare præſumpſerit, centum libras auri pro pœna ſe compoſiturum cognoverit, dimidium fiſco noſtro, dimidium Firmanæ Eccleſiæ, & ejus canonicis.*

Signum D. Friderici † Romani Imperatoris Inv.

Ego Chriſtianus vice Domini Rainaldi Coloniæ Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarii recognovi. Actum ergo eſt anno Dom. Incarn. 1164. *Indict.* 12. *Datum apud S. Salvatorem juxta Papiam* 6. *Nonas Maji, regnante D. Friderico Romanorum Imperatore Sereniſſimo, anno regni ejus* 12. *Imperii vero* 8.

Digitized by Google

XXX 30. PETRUS ſub Alexandro III. Concilio Laterano interfuit anno 1179. Deceſſit cum ex Germania rediret, ubi apud Fridericum Imperatorem graviſſima explicuerat negotia.

XXXI 31. PRESBYTER Archidiaconus Eccleſiæ Firmanæ Petro ſucceſſit anno 1184. Quem Lucius Papa III. in Epiſcopum inauguravit die Dominicæ Reſurrectionis, ut idem ipſe affirmat in quodam privilegio a ſe indulto Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ, ac S. Thomæ Cantuarienſis ab ipſo fundatæ, dum Firmanus Archidiaconus eſſet.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis, & S. Mariæ Magdalenæ.

Dei eſt hoc procul dubio donum, & rarum hominis meritum, cum quis voragine hujus mundi poſitus, & præſentis ſeculi vanitatibus applicatus illius temporis recordetur, de quo dicit Scriptura: Si annis multis vixerit homo, & his omnibus lætus factus meminiſſe deberet tenebroſi, & dierum malorum, qui cum vixerint, vanitatis redarguentur omnia præterita. Et alibi: Quicquid poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opes, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia proderunt tibi apud inferos, quo tu properas. Et iterum Salomon. Fili memorare noviſſima tua, & non peccabis in æternum; & alibi legitur de eodem tempore, quod dicent miſeri peccatores montibus, cadite ſuper nos, & collibus, cooperite nos, tunc enim omnes creaturæ armabuntur in ultionem inimicorum Dei. Dono igitur omnipotentis Dei, & gratia inſpirante divina, Ego Presbyter Firmanæ Eccleſiæ Epiſcopus peccator, & indignus conſiderans fragilitatem meam, & pœnam æternæ damnationis evitare deſiderans, cum eſſem in Archidiaconatu meo Eccleſiam ad honorem Dei, & S. Mariæ Magdalenæ, & B. Thomæ Martyris Cantuarienſis Archiepiſcopi, & omnium Sanctorum pro emundatione peccatorum meorum fundare diſpoſui. Quam ſanctam diſpoſitionem die, noctuque in mente revolvens, beatæ memoriæ prædeceſſorem meum Petrum Epiſcopum adii, & obtenta ab ipſo licentia, etiam lapide benedicto, in ſummitate arcis Firmanæ in loco mei allodii cum . . . ſua deſignato, qui locus ab habitatoribus terræ Frullum nominatur, ædificare aggreſſus ſum; quod ædificium, cum domibus ad utilitatem ejus pertinentibus ita ſubito de meo habere per Dei gratiam conſummatum, & perfectum eſt, ſicut manus voluit operari divina. Ad hanc domum prætaxatus bon. mem. Epiſcopus devota, qua mente ſolebat, veniens, potius divino, quam noſtro deductus amore primo ibi divina celebravit officia, & Eccleſiam Firmanam ei parochiam, ſine contradictione conceſſit, videlicet, a domo Gentilis montis Nordini ſicut intratur per portam, & iter per pedem Saxi uſque ad Maſſatium Rainarei Deuconis, & inde verſus ſolem, cum omnibus, qui ibi habitant, ſicut in ſuo continetur privilegio. Volens etiam, ſicut dicebat ſæpe, partem divinæ retributionis habere pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, perpetuo partem ſuam mortuarii de omnibus immobilibus rebus in domibus, vineis, caſis, quam aliquis, ſive in vita, ſive in morte præfatæ Eccleſiæ pro anima ſua obtulerit, præfato Oratorio, ſicut in ſuo ſimiliter continetur privilegio, pro anima ſua, ſuorumque prædeceſſorum perpetualiter donavit. Qui paulo poſt cum in Alemanniam ad Imperatorem pro negotio Eccleſiæ ſuæ perrexiſſet, in reditu animam Cœlo reddens, migravit ad Dominum. At ego prænominatus Epiſcopus Presbyter, & per Dei gratiam ſuccedens, & in die Reſurrectionis Domini a B. Papa Lucio feliciter conſecratus ſum anno Dominicæ Incarnationis 1184. & domum rediens, primam illam Eccleſiam, cujus fundator extiteram, magno deſiderio conſecravi, & privilegium prædeceſſoris mei de parte mea mortuarii, &c. de immobilibus, quam etiam de parochia, cum additione, quam ego feci uſque ad domum Adæ palatii infra arenam, & inde uſque ad prædictum Maſſatium confirmans, &c. Cathedraticum cenſum ibi conſtitui, videlicet quatuor candelas annualiter in quatuor feſtivitatibus S. Mariæ Virginis ad altare ſuum pro luminaribus deportandis, unam in Nativitate, aliam in Annunciatione, tertiam in Purificatione, quartam in Aſſumptione, quarum magnitudo ſit ad modum magnitudinis capellani, qui pro tempore in Eccleſia fuerit, a ſummitate manuum, uſque ad extremitatem pedum. Prohibens, & ſub pœna excommunicationis injungens, ut nullus unquam noſter ſucceſſor, vel canonicus, vel alius in præfata Eccleſia præter hæc debitum requirant, ſed libera, & ab omni exactione ſecura maneat in æternum, excepta etiã una turtella tum ſocaccia, quam canonici pro capellula S. Petri habere debent, ſicut eorum taxa a nobis confirmata continetur. Huic inſuper tam glorioſæ Sponſæ Chriſti, tanquam fundator, dotem de meo proprio aſſigno, videlicet campum de valle S. Mariæ in Montone, campum cum vinea de Sancti, hortum in monte ſanctæ Palatiates, & omnia alia, quæ pro Dei gratia a prædeceſſore meo habet, vel a me, & ſucceſſoribus meis, vel ab alio juſte, & canonice poterit in poſterum adipiſci. Concedimus etiam, & ſub eadem pœna inhibemus, ut nullus ſucceſſor noſter altari B. Mariæ Magdalenæ, & B. Thomæ, quod primum conſecravi, per ſe, vel per nuncium ſuum, officium tollat, excluſis tamen ſi quando apparuerint, ab Epiſcopo interdictis, & excommunicatis. Sancimus inſuper, ut nullus ibi ponatur Capellanus, niſi quem clerici, cum diſcretioribus Parochianis, ſibi elegerint proponendum, qui electus, ſtatim in præſentia clericorum Eccleſiæ, & parochianorum ſtabilitatem loci, ſicut mos eſt, & poſſeſſiones Eccleſiæ non alienare, & hanc noſtram conſtitutionem firmam, & illibatam tenere, jure jurando promittat. Volumus inſuper, ut non plures, quam Capellanus, cum duobus præbendatis in eadem Eccleſia ordinentur ſcholares, & ſervientes prahabito Capellano habeantur. Ad hæc beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & divina fiſus auctoritate omnibus, qui in feſtivitate B. Mariæ Magdalenæ, & B. Thomæ Martyris ad præfatam Eccleſiam venerint, & de bonis a Deo ſibi collatis ſuo altari obtulerint, de pœnitentia ſibi injuncta quadraginta dies de criminalibus, & unum annum de venialibus condonamus. Indicimus, & ſub pœna anathematis maranata præcipimus, ut nullus unquam ſucceſſor noſter, nullave alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis, hanc noſtram conſtitutionem infringere, vel diminuere, diabolico vexatus ſpiritu, præſumat. Quod qui fecerit, & Epiſcopus, cum canonicis, & capellano prædictæ Eccleſiæ tribus vicibus per menſem requiſiti defendere, & in ſua juſtitia manu tenere noluerint in . . . . & in proprietatem ſummi Pontificis deveniat. Ita tamen, ut pro mei memoria nihilominus luminaria altari B. Mariæ Virginis tribuantur: & ut quæ ſuperius ſcripta ſunt, firmius teneantur, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus roborari.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis 1188. menſe Julii Ind. VI. D. Clemente ſummo Pontifice in ſede B. Petri feliciter præſidente, regnante Imperatore Friderico, & filio ejus Rege Henrico. Scripſi ego Acto Ledicus Notarius, a præfato Epiſcopo rogatus.

Ego Gentilis Archidiaconus confirmo.
Ego Simon Archipresbyter confirmo.
Ego Matthias Cuſtos confirmo.
Ego Tolomæus Decanus confirmo.
Ego Hippolytus Præpoſitus confirmo.
Ego Chriſtianus confirmo.
Ego Suppo Præpoſitus confirmo.
Ego Rugerius confirmo.
Ego Martianus confirmo.

Ego Joannes Magiſtri Jacobi Notarius dictum privilegium fideliter exemplavi, legi, & aſcultavi coram R. viro D. Gerardo Plebano plebis S. Joannis, venerab. Patris D. Philippi miſeratione divina Firmani Epiſcopi Vicario generali de verbo ad verbum nihil addens, nihil minuens, nec mutans, vel forte punctum, lineam, vel ſyllabam, quæ ſenſum, ſive intellectum mutet, & de mandato dicti D. Gerardi Vicarii prædictum exemplum in publicam formam redegi ſub anno Domini 1296. Indict. IX. die 15. menſ. Novemb. Actum in clauſtro canonicorum majoris eccleſiæ Firmanæ in camera, ubi habitat D. Gerardus, præſentibus D. Fermo capellano eccleſiæ S. Germani, & Stephano Bartholomæi Præbendato eccleſiæ S. Martini teſtibus, &c.

Epiſcopus autem Presbyter, apud Fridericum Imperatorem mire gratioſus fuit, a quo in favorem


ſuæ

ſuæ Eccleſiæ, hujuſmodi retulit privilegium 1185.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Ratio ſuadet, & juſtitia exigit, ut juſtis precibus fidelium noſtrorum aures noſtræ benignitatis accommodemus, & ad ſubveniendum eorum neceſſitatibus, atque pro removendis ipſorum oppreſſionibus, eis auxilium gratiæ noſtræ impendamus. Eapropter cognoſcant univerſi Imperii noſtri fideles per Italiam conſtituti, qualiter fidelis noſter presbyter Epiſcopus Firmanus ad noſtræ majeſtatis præſentiam veniens, graves querelas coram nobis depoſuit, quod graviſſimas injurias, & vexationes inſolitas a malefactoribus ideo acrius per Epiſcopatum ſuum ſuſtineret, quod Epiſcopatus ſuus aliis remotior, ab aliis noſtræ protectionis pro difficultate aſperi itineris, ad aures noſtras jugiter proclamare nequiret. Nos itaque ejus preſſuris, & gravaminibus condolentes, quia noſtri juris eſt omnes eccleſias Imperii noſtri in pace, & juſtitia tueri, & manutenere fideli noſtro prædicto Epiſcopo benigne concedimus, & annuimus, & qua debemus Imperiali auctoritate præcipimus, ut nullus marchio, nullus comes, nulla perſona magna, vel parva in noſtra civitate, vel in caſtellis, quæ noſtra Eccleſia Firmana juſte habet, vel in futurum legitime poterit adipiſci, nec in cæteris bonis ſive ad Epiſcopatum de jure pertinentibus, placitum tenere, vel cauſas tractare, vel aliquas exactiones facere præſumat, præter ſolum Legatum noſtrum, cum a nobis pro fodro colligendo ſpecialiter deſtinatus fuerit, ſed bona ſua ſalva, & quieta permaneant, ſalva in omnibus Imperiali juſtitia; adiicientes quoque jubemus, ut tales juſtitiæ, quæ vel de placito, vel de bando, vel de mercato, ſive de platea, vel pontibus extra civitatem per Epiſcopatum, vel de cæteris regalibus, ſive in civitate, ſive extra Epiſcopatum proveniunt, prædicto Fideli noſtro Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus cum omni integritate, & abſque contradictione perſolvantur, & eas in pace habeant, ſalvo ſicut diximus jure noſtro. Inſuper jubemus, ut nullus deinceps Epiſcopatum Firmanum inquietare, vel bona ejus capere, vel invadere, aut omnes ejus &c. moleſtare, vel per aliquam violentiam, vel injuriam gravare audeat. Si quis autem hoc contra noſtrum præceptum facere, vel infringere attentaverit, centum libras auri puri pro pœna componat, dimidium cameræ noſtræ, & dimidium Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ injuriam patienti, ut autem hoc verius credatur, ab omnibuſque inviolabiliter obſervetur, præſentem inde paginam conſcribi juſſimus, & majeſtatis noſtræ bulla aurea communiri. Hujus rei teſtes ſunt Gerardus Ravennas Archiepiſcopus, Albergun. Reginus Epiſcopus, Rodulphus Imperialis Aulæ Prothonotarius, Simon cantor, & canonicus, comes Bernardus . . . comes . . . . . marchio Obrodeſte, comes Hildebrandus de Sullia, magiſter Metellus, Oddo Novellus Mediolanenſis . . . Papienſis Imperialis curiæ judices, Rogerius, & Aſcanius Conſules Firmani, Juſtinianus advocatus Firmanus, Senebaldus de Giberto . . . Albertus de Rolando, Bernardus de monte Lupono, Brudus de Podio.

Sign. D. Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Ego Gottifredus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. 1185. Indictione III. regnante D. Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus 33. Imperii vero ejus 31.


Datum apud Caſtellaranum XVII Kalen. Martii. Feliciter &c.

Eaſdem autem immunitates, quas Fridericus pater Presbytero Epiſcopo indulſerat, Henricus VI. filius hoc ſequenti privilegio confirmavit, rataſque habuit anno 1192.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus VI. Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Ratio ſuadet, & juſtitia exigit, ut juſtis precibus fidelium noſtrorum aures noſtræ benignitatis accommodemus, & ad ſubveniendum eorum neceſſitatibus, atque pro removendis ipſorum oppreſſionibus, eis auxilium gratiæ noſtræ impendamus. Eapropter cognoſcant univerſi Imperii noſtri fideles per Italiam conſtituti, qualiter fidelis noſter Presbyter Epiſcopus Firmanus ad præſentiam ſereniſſimi patris noſtri Friderici quondam Romanorum Imperatoris Auguſti veniens, graves querelas coram ipſo depoſuit, quod graviſſimas injurias & inſolitas vexationes a malefactoribus ideo acrius per Epiſcopatum ſuum ſuſtinet, quod Epiſcopatus ſuus aliis remotior ab aliis Imperialis protectionis pro difficultate aſperi itineris ad aures ſuas jugiter proclamare nequiret; nos itaque ejus preſſuris, & gravaminibus condolentes, quia noſtri juris eſt omnes Eccleſias imperii noſtri in pace, & juſtitia tueri, & manutenere, ad imitationem ſereniſſimi patris noſtri, fideli noſtro prædicto Epiſcopo benigne conceſſimus, & annuimus, & qua debemus Imperiali auctoritate præcipimus, ut nullus marchio, nullus comes, nulla perſona magna, vel parva in ipſa civitate, vel in caſtellis, quæ modo Eccleſia Firmana juſte habet, vel in futurum poterit adipiſci, nec in cæteris bonis ſuis ad Epiſcopatum de Jure pertinentibus placitum tenere, vel cauſas tractare, vel aliquas exactiones facere præſumat, præter ſolum delegatum noſtrum, cum a nobis pro fodro colligendo ſpecialiter deſtinatus fuerit, ſed bona ſua ſalva, & quieta permaneant, ſalva in omnibus Imperiali juſtitia; adiicientes quoque jubemus, ut tales juſtitiæ, quæ vel de placito, vel de bando, vel de mercato, ſive de platea, vel de Portubus extra civitatem, ſive extra per Epiſcopatum proveniunt, prædicto fideli noſtro Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus cum omni integritate, & abſque contradictione perſolvantur, & eas in pace habeant, ſalvo ut diximus jure noſtro. Inſuper jubemus, ut nullus deinceps Epiſcopatum ſuum inquietare, vel bona ejus rapere, vel invadere, aut omnes moleſtare, vel per aliquam violentiam gravare audeat, Si quis autem hoc contra noſtrum mandatum infringere attentaverit, centum libras auri pro pœna componat, dimidium cameræ noſtræ, & dimidium Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ iniuriam patienti. Ut autem hoc verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter obſervetur, præſentem inde paginam conſcribi iuſſimus, & maieſtatis noſtræ ſigillo communiri. Huius rei teſtes ſunt Henricus Vvormatienſis Epiſcopus, Henricus Pragenſis Epiſcopus, Bertoldus Cicenſis Epiſcopus, Corradus Præpoſitus Vollaciæ, Corradus dux Suevorum, Bernardus dux Saxoniæ, Fridericuſque comes Palatinus de Vvidignesbach, Albertus comes de Vverningerode, Sabboto comes de Scarfelt, Ludovicus comes de Lanc, Rubertus de Durne, Burcratius Gebeardus de Magdeburg, Luno de Oſmzerte, Gentilis Archidiaconus Firmanus, Juſtinianus Advocatus, & alii quamplures.

Signum D. Henrici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Ego Conradus Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, & totius Germaniæ Archicancellarius recognovi.

Acta ſunt hæc anno Domini 1192. Indictione X. regnante D. Henrico VI. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno Regni eius 24. Imperii 2.

Datum apud caſtrum Hircesberg per manum Sigelci Prothonotarii 6. Kal. Novemb.

32 ADONULPHUS, ampliſſimum obtinuit Privilegium ab Innocentio III. Pontifice 1205. ut narrat Adamius in ſuis Fragm. Firm. lib. 1. c. 32. Reperitur

peritur conceſſiſſe in feudum Comitibus S. Floræ medietatem oppidorum aliquorum. Omnia privilegia, indultaque a ſuis prædeceſſoribus monaſterio S. Sabini aliquando conceſſa, deprecante Adamo ejus monaſterii Abbate ſingularis ſanctimoniæ viro, rata habuit, confirmavitque anno 1209. ut ſequens perantiquum habet monumentum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Nos quidem Adonulphus Firmanus Epiſcopus dilectis filiis ſuis venerabili Patri Adæ Abbati S. Savini, Monachis, Fratribus & conventui ejuſdem Eccleſiæ, nec non venerabilibus Clericis ipſius Eccleſiæ ſuppoſitis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Quamquam ex officio nobis injuncto teneamur omnibus juſta petentibus conſenſum congruum impertiri, vota illorum tum venerabilium fratrum dicti monaſterii S. Savini, & eorum Clericis, & Eccleſiis, quos mores, & vita repræſentat laudabiles, quæ a rationis tramite non diſcordat, effectus ſunt auctore domino proſecutione complenda. Inprimis ſiquidem ut ordo monachalium in eodem monaſterio conſtitutus eſſe dignoſcatur, qui ſecundum Deum, & D. Benedicti Regulam perpetuis ibidem temporibus obſervetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium præſenti tempore juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis, qui vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant, licet vobis nihilominus clericos, & laicos e ſæculo fugientes libere, & abſolute in monaſterio veſtro, & ad monachatum recipere, & eos ſine aliqua contradictione retinere. Inſuper autem inhibemus ex officio Epiſcopali, ne nos, vel noſtri ſucceſſores, vel alia quælibet perſona ad ſynodos, vel conventus vos ire præcipiant, vel in judicio ſæculari, vel pro veſtra ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domus veſtras tam ordinis celebrandi . . . ſeu venire præſumat. Item ſi nos jam dictus Epiſcopus, vel noſtri ſucceſſores cum humilitate, qua convenit, requiſiti confirmare electum in Abbatem, benedicere, & alia ad officium Epiſcopale pertinentia vobis conferre infra annum renuerimus, vel diſtulerimus, præter vitium ſimoniæ, homicidii, & hæreſis licitum ſit vobis omnia a ſede Apoſtolica . . . vel ejus legatis, aut vicariis, qui pro tempore fuerint in Marchia, quæ a nobis, vel noſtris ſucceſſoribus fuerit denegata . . . cauſa retardata, vel impedita quoquomodo, ſeu cauſa. Item concedimus, & firmiter ſtatuentes, ut non liceat nobis, aut noſtris ſucceſſoribus vobis, & dictæ Eccleſiæ S. Savini, & ejus Eccleſiis occaſione legis Diœceſanæ, vel juriſdictionis, vel viſitationis, vel correptionis, vel alia qualibet de cauſa procuratorium, tertiam partem mortuariorum, vel legatorum pro alicujus anima relictorum detrahere, vel aliud petere, vel exigere, vel juriſdictionem aliquam in vobis, & veſtris Eccleſiis temporalibus, vel ſpiritualibus exercere, in quibus Eccleſiis duximus exprimenda vocabula; videlicet Eccleſiam S. Archangeli ſitam in fundo Regiano, & Puellara, montem S Petri ſitum in fundo Monterano, & Eccleſiam S. Laurentii ſitam in fundo Fructoriano, medietatem S. Angeli in fundo Monterano, & Eccleſiam S. Michaelis ſitam in eodem fundo, eadem & monaſterium S. Salvatoris in Plano Sennæ ſub Montone, & portionem S. Angeli in fundo veteri, & medietatem S. Petri in Monterano, Eccleſiam S. Ambroſii in fundo . . . & medietatem S. . . . & Eccleſiam S. Gregorii ſuper ſtratam, & S. Silveſtrum ſub Alteta, & S. Zenonem ſub Alteta, & caſtrum, quod vocatur collicellum, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam S. Martini ejuſdem caſtri, & decimationes ipſius caſtri cum tertia parte oblationum, quæ pro mortuis offeruntur, & caſtellum, quod dicitur Lonianum cum pertinentiis ſuis, & cum Eccleſiis videlicet S Blaſii, S Petri, S. Mariæ. S Donati, & S Angeli, & i nfundo Paſſano Eccleſiam S. Barsbolomæi, & S. Apollinaris, & decimationes ipſius Loniani, & Paſſani, & cum 3 parte mortuariorum, & oblationum, quæ offeruntur pro mortuis, & in fundo Paterno medietatem S. Vincentii, & in monte Riano Eccleſiam S Petri de collina, & Eccleſiam S. Michaelis juxta Etam cum ſuis pertinentiis, & cum aliis omnibus, quæ fuerunt S. Luciæ, & S. Elpidii, & Eccleſiam S. Simonis juxta Etam, & Eccleſiam S. Martini in Plumbarano, & Eccleſiam S. Crucis

A *de Monte Marino, &; Eccleſiam s. Elpidii in Gorgiano colle, & Eccleſiam S. Petri de caſtello, & S. Paulum juxta turrem Palmarum, & S. Joannem in. . . S. Martinum ſuper Sennam, S. Joannem de Catelgiano, partem S. Andrea ſul monte Sicco, & Eccleſiam S. Joannis in Suburbio, & Eccleſiam S. Salvatoris in Maviano, & Eccleſiam S. Benedicti in Gualdo, S. Bartholomæum in monte Falconis cum S. Michaele, & Eccleſiam S. Germani juxta præfatum montem, Eccleſiam S. Mariæ de . . . & Eccleſiam s. Nicolai in podio eodem, & medietatem s. Barbara ſul monte Granario, medietatem s. Bartholomæi de Patriniano, & 3. partem s. Donati in Pulsano, & in civitate Firmana Eccleſiam s. Martini de Platea, & s. Leonis, & decimationes de . . . . Viſiani, Viterani, Ungiani, Caſtelliani, & montis s. Marini uſque ad Rivum. Has omnes donationes, & ſupradictas Eccleſias, & omnia ſupradicta prædicto monaſterio damus, concedimus, & confirmamus. Conce-*
B *dimus etiam tibi, tuiſque ſucceſſoribus in prænominatis Eccleſiis clericos, Sacerdotes, præbendatos eligere, & canonice collocare, ipſoſque rationabiliter removere, excommunicatione, ac legis offi . . interdi . . etiam cohibere, nec liceat nobis, noſtriſque ſucceſſoribus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus pœnam excommunicationis, interdicti, vel ſuſpenſionis imponere aliquo modo, ſeu conſtitutione, vel præmiſſorum in futurum nos, aut ſucceſſores noſtros facienda, niſi pro contumacia ſecundum jus procedendi cauſa in judicio dictus Abbas, & conventus non convenirent: vos tamen, & monachi, qui pro tempore fuerint in dicto monaſterio, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus teneamini ſolvere tres libras . . . in quolibet anno pro cenſu, quæ omnia ſuperius, & inferius leguntur, promittimus pro Firmana Eccleſia, & iis qui pro ea ſunt, & erunt, & pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus vobis nomine veſtri monaſterii, & Eccleſia recipientibus, & veſtris ſucceſſoribus prædicta firma tenere, & obſervare, nec unquam contravenire. Et ſi nos,*
C *vel noſtri ſucceſſores contra hoc venire tentaverint in totum, vel in aliquo ſaltem articulo, & non emendaverint, dictum monaſterium S. Savini in jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ deveniat pleno jure. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conceſſionis, donationis, & confirmationis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit temere, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, ream ſe a divino judicio exiſtere pro perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo corpore, & ſanguine D. N. Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in arctiſſimo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem venerabili loco jura ſua ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ operationis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen.*

Acta ſunt hæc in præſentia horum Firmanæ Eccleſiæ canonicorum, videlicet Aegidii Archidiaconi, Bartholomæi Archipresbyteri, Bonifacii decani, Matthiæ mā-ſionarii, Griſonis canonici presbyteri, Gualderii Jacobi,
D *Ruſtici Berardi Bernardi montis Luponis, Adenulphi Albutini . . . ad hæc omnia aſſenſum omni voluntate præbentium. Hujus rei teſtes ſunt Raynaldus montis viridis, Manſilinus, Rogerius Rogerii, presbyter Baldus S. Gregorii, presbyter Joannis S. Mariæ Magdalenæ, presbyter Albertus Capellanus Epiſcopi, & alii plures in Palatio Epiſcopali Firmanæ civitatis adſtantes, & nos jam dictus Epiſcopus ad perpetuam firmitatem, & memoriam præſens privilegium ſigillo noſtro fecimus ſigillare, ut fidem in omnibus, quæ in dicto privilegio continentur, plenam faciat, & ut obtineat robur perpetuæ firmitatis, fecit præſens ſcriptum, & privilegium ſupradictum anno Dominicæ Incarnationis 1209. Indictione XII. die . . intrante Februario, tempore D. Innocentii Papæ III. & ego Alebrandus Sadhei notarius rogavi & mandato Epiſcopi memorati, & conſenſu canonicorum ſupradictorum ſcripſi, & publicavi inviolabiliter, &c.* a tergo vero dicti privilegii de alterius litera, & manu, ſicut reperiebatur videlicet: *privilegium ſancti Savini monaſterii de Firmo.*

33. UGO Adenulfo ſucceſſit. Hic Epiſcopus XX XIII.

com-

Digitized by Google

compulit Joannem Albertoneum, a legatione contra Albigenſes reverſum, quo illum Innocentius III. direxerat, ut Eccleſiam S. Thomæ Firmanæ civitatis ejuſdem domui propemodum junctam, prope Palatium Pompeii magni, cum ſuis pertinentiis S. Dominico Ord. Prædicatorum Patriarchæ, cum quo in Galliis magnam neceſſitudinem contraxerat, ad ædificandum cœnobium perpetuo attribueret. Quod quidem opus anno 1214. Ugo Epiſcopus non modo precibus, ſuaque auctoritate, ſed etiam grandi pecuniæ ſumma promovit. Sic enim in antiqua chronica ejuſdem cœnobii legitur.

Anno Domini 1214. circa finem dicti anni Innocentio III. ſummo Pontifice, Ugone Firmanam Eccleſiam gubernante, Joannes Albertonus Rector Eccleſiæ S. Thomæ ſita in civitate Firmana rediit a legatione, qua ex commiſſione dicti Papæ Innocentii functus fuerat contra hæreticos Albigenſes; in qua legatione charitativam familiaritatem cum S. Dominico contraxit. Anno 1216. in feſtivitatibus Nativitatis, D. Joannes Albertonus conſentiente ſummo Pontifice prædicto Ugone Epiſcopo Firmano renunciavit S. Dominico ſuam Eccleſiam prædictam S. Thomæ ſitam in civitate Firmana ſub caſtello Firmano prope domos fratris dicti Joannis Albertoni, qui ejus frater dicebatur Paccaronus & prope Palatium dirutum Pompeii magni una cum ſuo horto, qui eſt contiguus, cum horto S. Agathæ.

Hic Joannes Albertonus fratrem habuit cui Paccaroni nomen celebre fuit, unde poſteri illud traxere, relictoque priſco Albertonum cognomine, ad hæc tempora continua ſerie transfudere. Celebrat communis fama, pluraque monumenta teſtantur Albertonum familiam oriundam è Nortmania, Tancredique ducis temporibus ſub illius ſignis, Antonium, Joannem, Stephanum, ac Thomam fratres meruiſſe, quorum poſteri ſub Roberto Calabriæ duce, qui Firmum Eccleſiæ eripuit, in ea urbe ſedem fixerint, ibi genus ſuum propagarint, abjectoque antiquo Albertonum nomine, Paccaronis Joannis fratris viri fortiſſimi, belloque exercitatiſſimi nomen ſibi conciliarint. Inter primores urbis familias illa generis claritate effulſit, viros litterarum, armorumque gloria florentiſſimos tulit; nec levem inter eos ſuæ patriæ ſplendorem Thomas Paccaronus, qui ſacræ D. Dominici familiæ præfuit, ac Bonaventura Ordinis Minorum vir ſanctitate vitæ, editiſque poſt mortem miraculis clariſſimus affudere. Nec mihi a re alienum viſum eſt, antiquum hujus familiæ mo-



numentum adducere, vetuſti videlicet ſigilli ærei formam, qua Stephanus Paccaronus ſub Innocentio IV. Baſilicæ Vaticanæ canonicorum Prior utebatur, in cujus ſuperiore parte D. Petrus remigantis ſpecie conſpicitur, antenniſque, ac malo claves Apoſtolicæ affixæ viſuntur, pulcherrimo ſane, atque erudito argumento ad hujus baſilicæ omnium magnitudine principis, atque auguſtiſſimæ dignitatem illu- A ſtrandam, cujus caput divus Petrus Apoſtolorum Princeps, ipſiuſque ſucceſſores ſacris Eccleſiæ gubernaculis admoti fideles toto orbe ſparſos moderantur, ac pro vexillo claves auctoritatis ſummæ inſignia præferunt, ut populi ad ipſam in petendis legibus, æternaque ſalute ineunda confugiant. In ſubjecto naviculæ mari gentilitia Stephani, ac familiæ illius antiquiſſimæ arma expreſſa videntur, in quibus ſuperiore corporis parte ſectus Leo emicat, ac tres faſciæ inferius appictæ, in extremo vero illius orbe ſubjecta verba adſcripta ſunt.

S. DOMINI STEPHANI DE PACCARONIBUS PRIORIS S. PETRI.

Sigillum ea, quam vides, forma eſt, atque amplitudine, quod hodie in ejus baſilicæ ærario aſſervatur, dono Franciſci Gualdi Ariminenſis, Equitis S. Stephani. In hujus nobiliſſimæ familiæ optime de hac Eccleſia meritæ laudem hæc ſilentio obruere noluimus, cum maxime proximis noſtris temporibus Paccaronus canonicus ad Sixtum V. orator miſſus B fuerit, ut hanc urbem Archiepiſcopatus dignitate inſigniret, atque adeo ſtrenuam navarit operam, ut ad optatum exitum opus perduxiſſet, ni mors intempeſtiva ipſius conſilia evertiſſet. Sepulchro conditus eſt in templo D. Marcello ſacro, ubi ad commendandam ejus memoriam illuſtre epitaphium marmore inſculptum legitur.

D. O. M.

Paccarono Paccarono I.V.P. patritio, & Canonico Firmano, prudentia integritate Doctrina Viro gubernis cum laude perfuncto ad Sixtum V. cui fuit ut Epiſcopalem ſedem Metropolitanam efficeret, Patriæ Oratori, ad majores dignitates properanti erepto Anno ætatis xxxxiiij. ſalutis M. D. LXXX VII. Cæſar Ottinellus Art. Phi. & J. U. D. Firmanæ civitatis procurator M. P.

Cæterum Ugo erat piis operibus apprime addictus, ac religioſorum ordinum fautor præcipuus, ita ut anno 1216. multa bona, immunitateſq; monaſterio C S. Catharinæ ex ordine S. Benedicti indulſerit, ut illic ſacræ virgines tranquillius divinum opus urgerent. Ejus liberalitatis ejuſmodi eſt monumentum.

Ugo, Dei gratia, Firmanus Epiſcopus dilectæ in Chriſto filiæ Conſtantinæ Deo dicatæ virgini S. Catharinæ virginis, & martyris de novo fundatæ juxta civitatem Firmanam, auctrici ejuſdem loci, tuiſque ſucceſſoribus religioſam ibidem vitam profeſſis in PP. M. Prudentibus virginibus, quæ ſub habitu religionis accenſis lampadibus per operam ſanctitatis jugiter ſe præparant obviam ſponſo ire, Epiſcopalis auctoritas debitum patrocinium impertiri, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet. Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium S. Catharinæ, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monachalis, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe D *dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, hortum, & vineam, & alias poſſeſſiones omnes poſſideat, fines, & limites tales eſſe cenſentur, videlicet a pede via, venit ſurſum a Maſſaria de Petra longa, & reſpicit ad ſilum cum gaba, ſeu via, quæ vadit per caput terræ filiorum Berardi Credonis, & pergit poſtea per curſum Gravariæ, ſicut Gravaria deſcendens de civitate, vel fontanellis antiquitus, & naturaliter currere conſuevit ad ima uſque ad Defiſſorium, quod eſt in pede terræ dictorum filiorum Berardi, & erit in*

viam juxta currentem ibidem, & tendit ſurſum per viam eandem uſque ad aliam viam venientem a s. Michaele de Sorvane, & extra ſupra dictam viam terra filiorum Leonardi Gualtli in eo, quod attinet Eccleſiæ s. Liberatoris uſque ad limites Eccleſiæ s. Michaelis, & pergit poſtea per eandem viam verſus civitatem, uſq; ad dictum rivum, ſeu pedem via venientis a Maſſaria dicta Petralonga, infra quos fines, & limites nulli liceat Eccleſiam, oratorium, hoſpitale, vel alium quemvis locũ religioni annexum aliquatenus ſine veſtra licentia adificare. Liceat vobis nihilominus clericos, laicos, & mulieres ex ſeculo fugiẽtes libere, & abſolute in monaſt. veſtro ad converſionem, & monachatũ recipere, & eos, eaſque ſine contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatiſſæ ſua licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium veſtrarum litterarum cautione, nullus audeat retinere. Inſuper auctoritate inhibemus Epiſcopali, ne nos, vel noſter ſucceſſor, vel alia qualibet perſona ad ſynodos, vel conventus forenſes vos ire, vel judicio ſeculari de prædicta ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domus veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, conventus publicos convocandi, venire præſumat, nec regularem electionem Abbatiſſæ veſtræ impediat, aut reſtituenda ea, vel removenda, quæ pro tempore fuerit, ſe aliquatenus intromittat. Item ſi nos jam dictus Epiſcopus, vel noſtri ſucceſſores cum humilitate, ac devotione, qua convenit, requiſiti ſubſtituendam Abbatiſſam benedicere, & alia, quæ ad officium Epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerimus, licitum ſit vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ a nobis, vel noſtris ſucceſſoribus fuerint indebite denegata. De noſtra inſuper auctoritate liceat veſtræ Eccleſiæ, & Abbatiſſæ, quæ in dicta Eccleſia in poſterum eligetur, pro tempore interim donec confirmetur, nihilominus Abbatiam cum omnibus bonis monaſterii tenere, & adminiſtrare plene, libere, & abſolute, nullo obſtante. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro monaſterio excluſis excommunicatis, & interdictis, divina officia celebrare, ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe cenſemus, ut eorum quoque devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati ſint, vel interdicti, nullus obſiſtat, ſalva tamen illarum juſtitia Eccleſiarum, a quibus vivorum, & mortuorum corpora aſſumuntur. Item liceat vobis inſtituere ſacerdotem unum, vel plures ſine repræſentatione, ac deſtituere pro veſtro velle. Ad hæc concedimus firmiter ſtatuentes, ut non liceat nobis, aut noſtris ſucceſſoribus, vobis, vel dictæ Eccl. S. Catharinæ occaſione legis diœceſanæ, vel juriſdictionis, vel viſitationis, vel correptionis, vel alia qualibet de cauſa procurationem, mortuaria, vel aliud quicquam petere, vel exigere, vel juriſdictionem aliquam in vobis, & dicta Eccleſia temporaliter, vel ſpiritualiter exercere, ſed vos, & præfata Eccleſia cum omnibus, quæ in præſentiarum habetis, vel poſtea juſte poteritis adipiſci, ſitis ſemper abſolutæ, & liberæ, & immunes. Vos tamen, & mulieres, quæ pro tempore fuerint in dicto loco annuatim in aſſumptione B. Mariæ dabitis altari Firmanæ Eccleſiæ duodecim libras ceræ, aut monetam per terram currentem in æquivalentem, cujus præſentationis jus non liceat nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, aut aliquibus, vel alicui modo in alium transferre, & ſi factum fuerit, non valeat, & Eccleſia Firmana tali jure privetur eodem jure in Rom. Eccl. devolvente. Si quando, aut nos, vel aliquem ſucceſſorum noſtrorum ad locum veſtrum exhortationis, vel alia quacumque de cauſa venire contigerit, per hoc vobis, & libertati prædictæ, ac immunitati nullum præjudicium generetur, & omnia prædicta firma, & illibata perſiſtant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtram conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, ream ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore, & Sanguine domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; & ſi Epiſcopus, vel canonici contra hæc venire tentaverint, in totum, vel in aliquo ſaltem articulo, & requiſiti, ut dictum eſt, non emendaverint, dicta Eccleſia s. Catharinæ in jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ deveniat pleno jure. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Ad robur autem perpetuæ firmitatis conſervandæ præſentes literas per manus magiſtri Valentini notarii publici ſcribi nos dictus Epiſcopus juſſimus, & noſtro ſigillo roborari.

Acta ſunt hæc, anno Domicæ Incarnationis 1216. indictione IV. menſe Aprilis, tempore D. Innocentii Papæ III. in palatio epiſcopali civitatis Firmi, præſentibus, & conſentientibus Acidio Archidiacono, Bartholomæo Archipresb. Bonofante decano, presb. Gualderio, presb. Philippo, presb. Bernardo, Berando M. Luponis, Gerardo Maſſonis Paupis, Jacobo Ruſtici, Luppone Juxtamare, Ugucciono Montis Robiani, Thebaldo Joannis Giberti, Firmanis canonicis. Hujus rei teſtes Bonus Jacobus capellanus S. Apoſtoli, Berardus prior hoſpitalis s. Mariæ, Maſenianus Theobaldus, Raynaldus Credonis, Rogerius, & Uvillelmus Gualderii, Bonifacii Aſtoceranus Salinguerra, Philippus judex montis Ulmi, Matthæus Rambenis judex, Gualderius Alberti Guarnerii Monſactonis Cambonis, & alii quamplures eodem in palatio adſtantes.

Ego Valentinus notarius rogatus ſcripſi, & publicavi feliciter.

34. Ugo vita functus PETRUM Romanum excepit anno 1216. ab Honorio III. electus, qui & ipſe idem monaſterium S. Catharinæ hujuſmodi privilegio exornavit, auxitque. XXXIV.

Petrus Dei gratia Firmanus Epiſcopus, natione Romanus dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ S. Catharinæ, & conventui ejus, necnon & ſucceſſoribus ejuſdem ſalutem, & perpetuo gaudere in Domino Jeſu Chriſto. Amen.

Quoties a nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Quia teneo . . . noſtri Epiſcopatus officium divino auxilio exercemus, & exinde beatitudinis præmium ſecurius expectamus, ſi perſonis religioſis, & præſertim in ſexu fragili conſtitutis diligenti, & honeſto curaverimus ſtudio, atque ſolertia providere. Ea propter quæ a prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ Firmano Epiſcopo, Ugone ſcilicet, prædicto monaſterio D. Catharinæ quacumque ratione data, ſive conceſſa ſunt, vel impoſterum rationabili providentia tributa fuerint a quacumque perſona, in ſua volumus ſtabilitate perſiſtere, & in futuris firmiter obſerventur temporibus, ſpecialis confirmationis munimine roboramus. Cuncta itaque dilecta in Domino ſoror, & filia . . . quæ antefatum monaſterium rationabiliter poſſidere dignoſcitur, vel in futurum conceſſione Pontificum, Regum, vel Principum largitione, fidelium oblatione, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, & ut generalius loquamur, & ſub brevitate omnia, quæ in privilegio per memoratum prædeceſſorem noſtrum Ugonem Epiſcopum bonæ memoriæ veſtro monaſterio indulto ſcripta per ſeriem continentur, illa modis omnibus approbamus pariter & confirmamus, ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur uſibus monialium, aliarumque perſonarum ibidem Deo famulantium, pro quarum gubernatione conceſſa ſunt, modis omnibus profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona noſtræ conceſſionis, & confir-

mationis hanc paginam ſciens temere violare tentaverit, ſecunda, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione digna correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de iniquitate perpetrata cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & ſanguine domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem venerab. loco ſua jura ſervantibus, ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ operationis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Ad robur autem perpetuæ firmitatis conſervandum, nos dictus Epiſcopus noſtro juſſimus ſigillo muniri, atque roborari. Acta ſunt hæc in præſentia horum Firmanæ Eccleſiæ canonicorum, videlicet Ægidii Archidiaconi, Bartholomæi Archipresbyteri, Bonifantis decani, Bartholomæi Manſionarii, presbyteri Philippi, presbyteri Bernardi, Bernardi Berardi, perempteque Theobaldi, Joannis Giberti, Uguccionis Montis Robiani, Theobaldi Viviani, Jacobi Ruſtici, laudantium hæc omnia, & communi voluntate conſentientium. Hujus rei teſtes ſunt Donnus Dionyſius S. Crucis, & donnus Petrus ejus capellanus, Raynaldus Donisdei, donnus Cambius Sacriſta Epiſcopatus, magiſter Raynaldus Phyſicus, Suppo Jacobi, Jo. Raynaldi Seguini, Philippus Mori, Albertus Clericus Turris palmarum quondam, & alii plures in palatio Epiſcopali Simarii civitatis adſtantes anno Dominicæ Incarnationis 1218. Indict. VI. die menſis Aprilis II. tempore D. Honorii Papæ III.

Ego Valentinus notarius rogatus, & mandato Epiſcopi memorati, & conſenſu canonicorum ſupradictorum ſcripſi, & publicavi feliciter.

Honorius deinde III. in favorem Epiſcopi Petri confirmavit privilegium, quod Firmanæ Eccleſiæ indulſerat Innocentius III. ſequentique favorabiliter auctum eſt.

HONORIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei, venerabili fratri Petro Firmano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Et ſi univerſis Eccleſiis, ex injuncto nobis adminiſtrationis officio favoris noſtri gratiam exhibere illis tanquam ad nos utroque jure pertinere noſcuntur, & potius providere volumus, & debemus, quo Apoſtolicæ ſedi amplius ſunt ſubjectæ. Licet igitur Firmana Eccleſia in ſpiritualibus Apoſtolicæ ſedis privilegiis ſit munita, volentes tamen eidem ſuper temporalibus etiam Eccleſiæ Romanæ præſidium impertiri ad exemplar felicis recordationis Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri, auctoritate Apoſtolica diſtricte prohibemus, ne quis præter Eccleſiæ Romanæ legatum in civitate Firmana, vel caſtellis, videlicet S. Elpidio, caſtro civitatis novæ, Monte ſancto, Montecanſarum, Murro Valenti, Podio S. Juliani nunc Macerata, Caſali S. Claudii, monte Ulivi, ſancto Juſto, Cerqueto, Qualdrani, Montegranario, Monte Aſtone, Marano, & Furcella, & aliis, quæ Firmana Eccleſia juſte nunc poſſidet, aut legitime adipiſci poterit in futurum, aut aliis modis ſpectantibus ad eandem, exactionem facere, tenere placitum, vel cauſas tractare, abſque ſpeciali Apoſtolicæ ſedis mandato præſumat, ſed omnia bona ejus integra maneant, & quieta conſiſtant, ſalvo in omnibus jure noſtro. Adiicimus etiam, ut omnia, quæ de placito, bando, mercato, platea, vel portubus extra civitatem per Epiſcopatum, vel cæteris Regalibus in civitate Firmana, vel extra proveniunt tibi, tuiſque ſucceſſoribus, ſine diminutione, vel contradictione qualibet perſolvantur, ſalva Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Nulli ergo omnino hominum Epiſcopatum Firmanum inquietare liceat, aut rapere, vel invadere bona ejus, aut ipſos omnes moleſtare aliquatenus, vel gravare. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, aut prædictum privilegium in aliquo moleſtare, centum libras auri puri pro pœna componat, dimidium ſacro Lateranenſi palatio, reliquum vero ſibi, vel ſuis ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, ſoluturus.

Ego Honorius Catholicæ Eccl. Epiſc.
Ego Vuido Præneſtinus Epiſc.
Ego Corradus Portuen. & S. Rufinæ Epiſc.
A *Ego Fr. Nicolaus Tuſculanus Epiſc.*
Ego Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem presb. Card.
Ego Stephanus baſilicæ XII. Apoſtolorum presb. Cardinalis.
Ego Gregorius tit. S. Anaſtaſiæ presb. Card.
Ego Thomas tituli s. Sabinæ presb. Card.
Ego Uvidus s. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Card.
Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diac. Card.
Ego Gregorius s. Theodori diac. Card.
Ego Raynerius S. Mariæ in Coſmedin diac. Card.
Ego Romanus s. Angeli diac. Card.
Ego Stephanus ſancti Adriani diac. Card.
Ego Aldobrandinus s. Euſtachii diac. Card.
Ego Aegidius SS. Coſmæ, & Damiani diac. Card.

Datum Laterani per manum Raynerii S.R.E. Vicecancellarii... Idus Martii Indict. 7. Incarn. Dominicæ 1219. Pontificatus vero D. Honorii Papæ III. anno 5.

Cæterum Petrus S. Michaelis templum ultra flu-
B men Letum ſolemni ritu conſecravit, ut tabula marmorea eidem ſuffixa Eccleſiæ in hæc verba prodit.

Anno Chriſti M. CC. XXII. ind. 10. die 3. menſis Maii conſecrata eſt hæc Eccleſia a Petro Præſule Firmano in honorem S. Michaelis, & Ss. Fabiani, & Sebaſtiani, Vincentii, & Anaſtaſii, Elpidii, Baſilidis, Naboris, & Cyriaci, & S. Luciæ virginis. Hic delictorum relevatur mole . . Quiſquis ad dies annum ſibi quiſque meretur, hic Domine cœli ſacris his ſi veneretur. Quis fieri fecit ſi quæris? Cambicis presbyter ornatus monachus Chriſto bene gratus.

35. RAYNALDUS Monaldi nobilis vir, ſic XXXV.
lego in regeſt. Vaticano, Subdiaconus, & Apoſtolicus Capellanus, in demortui Petri locum electus Epiſcopus anno 1223. 10. Kalend. Julii ab Honorio III. ut habetur eodem in regeſt. Vatic. epiſt. 193. fol. 60. clero, & populo Firmano. Hic ille eſt, qui ab eodem Pontifice territorio Firmano inveſtitus fuit,
C ut ex ſequenti bulla videre eſt.

HONORIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei venerabili fratri Raynaldo Firmano Epiſcopo, ciuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Et ſi univerſis Eccleſiis ex iniuncto nobis adminiſtrationis officio teneamur favoris noſtri gratiam exhibere, illis tanquam utroque iure pertinere, & providere volumus, & debemus, quo Apoſtolicæ ſedi amplius ſunt ſubiecta. Licet igitur Firmana Eccleſia in ſpiritualibus Apoſtolicæ ſedis privilegiis ſit munita, volentes tamen eidem ſuper temporalibus etiam Eccleſiæ Romanæ præſidium impertiri, ad exemplar felic. recordat. Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri, auctoritate Apoſtolica diſtrictius prohibemus, ne quis præter Eccleſiæ Romanæ legatum in civitate Firmana, vel caſtellis, videlicet S. Elpidio, caſtro civitate nova, Monte ſancto, Monte canſario, Monte vallenti, Podio S. Juliani, nunc Macerata, caſalia S. Clau-
D *dii, Monte ulmi, ſancto Juſto, Cerqueto, Qualdrani, Monte granario, Monte aſtono, Ripatranſono cum Agello, Capite montis, Monte antiqui, & Muſſiani, Marani, & Furcilla, & aliis, quæ Firmana Eccleſia iuſte nunc poſſidet, aut legitime adipiſci poterit in futurum, aut aliis bonis ſpectantibus ad eamdem, exactionem facere, tenere placitum, vel cauſas tractare, abſque ſpeciali Apoſtolicæ ſedis mandato præſumat, ſed omnia bona ejus integra maneant, & quieta conſiſtant, ſalvo in omnibus jure noſtro. Adiicimus etiam, ut omnia, quæ de placito, Bando, mercato, platea, vel portubus extra civitatem, & per Epiſcopatum, vel cæteris legalibus in civitate Firmana, vel extra proveniunt, tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſine diminutione, vel contradictione qualibet perſolvantur, ſalva Apoſtolicæ ſedis Auctoritate. Nulli ergo omnino hominum Epiſcopatum Firmanum inquietare liceat, aut rapere, vel invadere bona ejus, aut ipſius homines moleſtare aliquatenus, vel gravare. Si quis autem contra hæc venire præſumpſerit, aut præſens privile-*

gium in aliquo moleſtare, centum libras auri puri pro
pœna componat, dimidium ſacro Lateranenſi palatio,
reliquum vero ſibi, vel ſuis ſucceſſoribus, qui pro tem-
pore fuerint, ſoluturus.

Ego Honorius cathol. Eccl. Epiſ.
Ego Pelagius Albanen. Epiſ.
Ego Corradus Portuenſis,& S. Rufinæ epiſcopus.
Ego Nicolaus Tuſculanus epiſ.
Ego Stephanus baſilicæ XII. Apoſtolorum presb. car.
Ego Gregorius tit. S. Anaſtaſiæ presbyter card.
Ego Joannes tit. S. Praxedis presbyter card.
Ego Octavianus card. Ss. Sergii,& Bacchi diac. car.
Ego Greg. S. Theodori diac. card.
Ego Stephanus S. Adriani diac. card.
Ego Petrus S. Georg. ad velum aureum diac. card.

Datum Laterani per manum magiſtri Vuidonis D.
Papæ capellani . . . Id. Februar. Ind. 12. Incarn. Do-
min. an. 1224. Pontif. vero D. Honorii Papæ III. ann. 8.

XX 36. PHILIPPUS Raynaldo defuncto ſuffectus
XVI. eſt. Hic Firmanam ſacram rem vix cœperat admi-
niſtrare, cum Priori S. Salvatoris de Firmo, qui a
Friderico II. Eccleſiæ hoſte multa perpeſſus fuerat,
cœpit conſulere velle. Quamobrem eidem poteſta-
tem fecit ad ſe trahendi eam eleemoſynarum par
tem, quæ ex largitate piorum pauperibus obvenire
ſolebat, ſub dat. Anconæ anno 1227. ut hic manifeſte
perſpici poteſt.

Philippus Dei gratia Firmanus Epiſcopus dilecto in
Chriſto filio Priori S. Salvatoris Firmani ſalutem in
D. I. C. Quoniam dignum eſt, & conſentaneum rationi,
ut qui pro Eccleſiis, fide, ac juſtitia tribulationes, &
anguſtias plurimas patiuntur, per Eccleſiam conſolen-
tur, utque quod injuriarum eſt occaſio, illis ſit cauſa
conſolationis, atque ſalutis. Eapropter, dilecte in
Chriſto fili, recolentes multa gravamina, anguſtias,
& preſſuras, quæ in perſona, & rebus ab iniquis mini-
ſtris perfidi quondam principis Friderici ſuſtinuiſti pro
Eccleſiæ libertate, diſcretioni tuæ recompenſationem
tuis meritis exigentibus, & ſi non condignam, tamen
quam poſſumus, duximus faciendam, ſi ſanctiſſimi Pa-
tris noſtri D. Papæ placuerit pietati, tibi tenore præ-
ſentium indulgentes, ut partem, quæ pauperibus debe-
tur de his, quæ a Firmanis civibus pro anima relin-
quuntur, tibi liceat percipere, ac habere, uſque ad
ſanctiſſimi Patris ſummi Pontificis placitum, & man-
datum, cum dicta portio nulli certo loco, vel perſonis
ſit hactenus aſſignata, ulterius, & pauperibus aliqui-
bus erogata. Ad cujus rei fidem omnibus faciendam,
fecimus tam manu publica præſentes ſcribi, quam no-
ſtri ſigilli munimine roborari ſub anno Domini 1247.
Indictione V. die XI. Febr. intrante. Quam conceſſio-
nem noſtram Eccleſiæ tuæ, & tibi tantum duximus
faciendam.

Actum Anconæ in domo D. Vuidonis Nauchi, ubi
ſupradictus D. Epiſcopus hoſpitatur, præſente D. Lau-
rentio Abbate S. Crucis de Clenſo, D. Archidiacono
Raynaldo Ariminenſi, D. Matthæo . . . D.
Epiſcopi, D. Matthæo Bartholomæi Florentini Tale-
meri, & Rotundo camerario dicti D. Epiſcopi teſtibus
rogatis.

Ego Acto Imperialis aulæ auctoritate notarius, ea,
quæ ſuperius leguntur, mandato ſupradicti D. Epiſc.
& rogatus ſcripſi, & publicavi.

Eodem anno, ab omni lege diœceſana xenodo-
chium appellatum Rivicellum olim ſuæ juriſdictio-
nis Philippus exemit, eidemque multa privilegia,
indultaque conceſſit.

In nomine ſanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Univerſis Chriſti fidelibus per Firmanam diœceſim
conſtitutis, futuris, & præſentibus, Philippus, miſe-
ratione divina, Firmanus Epiſcopus, ſalutem, & ſin-
ceram in Domino charitatem. Cum inter cæteras di-
gnitates ſit dignorum libertas, & utilior habeatur, de-
cens eſt, atque conveniens ut pauperibus Chriſti, miſe-
rabilibuſque perſonis, & infirmis, leproſis tribuatur
eadem retributorum exactio, ne Chriſti pauperes ali-
quod ſentiant incommodum, & gravamen, imo de ſua-
vi, & perfecta quiete poſſint, & valeant in Domino
congaudere: & quia gratum Deo munus creditur offer-

A re pariter, & acceptum, qui miſerabilium perſonarum
relevandis incommodis debita pietatis obſequio ſatagit
providere, & quæ maxima corruptione perpetua labo-
rantes ob ægritudinis gravioris horrorem a communis
vita hominum privata in locis mœſtæ ſolitudinis exu-
lare coguntur. Nos igitur, ut piæ poſtulationi infirmo-
rum, atque leproſorum ad Rivumcelli commorantium
gratum præbeamus aſſenſum, qua per eos a nobis humi-
liter poſtularunt, necnon & per dilectum filium noſtrum
Raynaldum Moricactii, eorum autem procuratorem,
ſyndicum locum hoſpitalis eorum, ipſum hoſpitale poſi-
tum in loco, qui dicitur Rivuſcelli Firmanæ diœceſis,
in quo manent cum oratorio, & cum omnibus, quæ nunc
habent, & in futuro Domino volente, poterunt adipi-
ſci, ac etiam perſonas, & quæ poſt eas illuc venturæ
ſunt, necnon & omnes alias ad hoc ſervitium, eorumque
ſubſidium in ipſo loco permanentes poſſimus puro per
Deum omnipotentem, & reverentiam D. N. I. C. nec-
non & beatiſſimi Marci, in cujus honorem jam dictum
hoſpitale factum eſt, & ædificatum pro noſtra, noſtro-
B rumque ſucceſſorum ſalute, ipſum hoſpitale, & locum
cum oratorio, clauſuris, hortis, vineis, agris, & cum
poſſeſſionibus omnibus cultis, & incultis, & cum omni-
bus aliis bonis, quæ nunc habent, & tenent, ac in fu-
turum permittente Domino largitione alicujus poterunt
habere: Perſonas quoque eorum, & quæ poſt eas illuc
venturæ ſunt, & omnes alias ibidem manentes ad ſer-
vitium Dei, & eorum juvamen per nos, noſtroſque
ſucceſſores communicato capituli noſtræ Eccleſiæ con-
ſenſu tam in temporalibus, quam ſpiritualibus eximi-
mus pleno jure ab omni jure Epiſcopali lege diœceſana,
& cujuſcumque alterius conditionis, obligatione nihil
nobis, noſtriſque ſucceſſoribus in prædictis omnibus re-
ſervantes, niſi pro temporalibus unam libram ceræ tan-
tum nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annuatim cenſus
nomine perſolvend. & pro ſpiritualibus conſecrationem
Eccleſiæ, & altaris, necnon & alia Eccleſiaſtica ſa-
cramenta, cum ab eis fuerimus requiſiti ſit a nobis gra-
tis, & abſque ulla pravitate voluerimus eis exhibere,
alioquin liceat eis illa recipere a quocunque Catholico
C Epiſcopo communionem, & gratiam Apoſtolicæ ſedis
habente. Remittimus etiam eis partem mortuariorum,
ſive in teſtamentis, vel alio modo eis relictorum jure
aliquo nobis competentem; perſonas vero ad eundem lo-
cum, vel eccleſiam e ſeculo fugientes liberas eſſe volu-
mus, & ab omni exactione cum omnibus rebus ſuis im-
munes; ſepulturam quoque in eodem loco liberam eſſe de-
cernimus. Præterea quod non ſit licitum fratribus, vel
infirmis antedicti loci aliquem excommunicatum, vel
intus dictum nominatum recipere, nec tenere. Præterea
volumus, quod ſi infirmi, aut leproſi ex toto inde rece-
derent, & locum prædictum dimitterent penitus prohi-
bitus locus remaneat ſolutus Romanæ Eccleſiæ. De
ſepulturis autem dicimus, & exceptamus jure illarum
eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora ſumuntur. De
excommunicatis vero ſic eſt intelligendum, & de inter-
dictis nominatim, quod eos non recipiant, niſi primo fue-
rint abſoluti. Sane ne alicui liceat noſtra, vel alicujus
auctoritate ad eundem locum, vel ad perſonas ibidem
exiſtentes manus extendere rapacitatis præſenti ſcripto
D præcipimus pariter, & inhibemus, ne aliquis Plebanus,
vel aliqua perſona ab ipſo loco, vel a perſonis . . .
manentibus recipere, petere audeant, vel extorquere.
Si quis vero Epiſcoporum, vel quilibet alius, quod Deus
avertat, calliditate, aut cupiditate commotus ſuperius
comprehenſa temerario auſu viol. t. e. ſeu diminuere præ-
ſumpſerit, divina ultione proſtratus, iram ſummi Dei
incurrat, anathematis vinculo, niſi reſipuerit, perpetuo
illigatus ſubjaceat, pecunialem quoque pœnam centum li-
brarum . . . . loco nihilominus perſolvere te-
neatur, præſente ſcripto rato manente; ad cautelam
namque, & certum argumentum hujus exceptionis, &
remiſſionis a nobis perceptæ volumus, & mandamus præ-
ſens ſcriptum per Paulum Notarium propriæ ſubſcri-
ptionis publicari, & noſtri ſigilli munimine roborari.
Inſuper nos de Dei benignitate, ac miſericordia confiſi,
omnibus, & ſingulis perſonis bene facientibus loco ante-
dicto, & infirmis manentibus in eo, annum unum de ve-
nialibus, & quadraginta dies de criminalibus ſuorum

pec-

Digitized by Google

peccatorum , de quibus veram ſupraſcriptam pœnitentiam miſericorditer in Domino relaxamus, offendentes autem res , & perſonas antedicti loci , & non . . . dantes , maledictionem habeant ſempiternam , & cum iniquis ſempiternam damnationem .

† *Ego Philippus Epiſcopus ſanctæ Firmanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi .*

† D. *Joannes Archidiaconus , & canonicus Firmanæ eccleſiæ hoc decreto perfecto conſenſit & nomen ſuum fecit ſubſcribi .*

† D. *Rainaldus Archipresbyter , & canonicus Firmanæ eccleſiæ in prædicto conſenſit , & ſuum nomen ſcribi voluit .*

† D. *Gerardus decanus , & canonicus Firmanæ eccleſiæ conſenſit, & ſuum nomen juſſit apponi .*

† D. *Salimbene Manſionarius, & canonicus Firm. eccleſiæ conſenſit, & ſuum nomen fecit ſubſcribi.*

† D. *Thebaldus Jo. Giberti Firm. eccleſiæ conſenſit , & ſuum nomen fecit conſcribi .*

† D. *Thebaldus Vvianus Firmanæ eccleſiæ canonicus conſenſit , & nomen ſuum ſcribi fecit .*

† D. *Albertus Ruſtigi canonicus eccl. Firm. conſenſit, & fecit ſuum nomen apponi .*

† D. *Gibertus D. Jo. canonicus Firm. eccl. conſenſit , & nomen ſuum fecit apponi .*

† D. *Maſſus Gentilis canonicus Firmanæ eccleſiæ conſenſit, & nomen ſuum fecit apponi .*

† D. *Arnoldus doctor canonicus Firmanæ eccleſiæ conſenſit, nomen ſuum fecit apponi .*

† D. *Nicola . . . . canonicus Firmanæ eccleſiæ conſenſit, & nomen ſuum ſcribi voluit .*

† D. *Gentilis Simonis canonicus Firmanæ eccleſiæ conſenſit, & nomen ſuum fecit apponi .*

† D. *Alexii canonicus Firmanæ eccleſiæ conſenſit , & nomen ſuum fecit apponi .*

Hæc peracta ſunt in civitate Firmana in domo D. Nicolai Domini Suppi , & . . . , ſive in Eccleſia majori, præſentibus D. Joanne Domini Epiſcopi Camerario, D. Manente Capellano ipſius D. Epiſcopi, D. Palmerio Plebano ejuſdem, D. Priore hoſpitalis, fratre Jacobo de Offida, fratre Antonio de Ordine Fratrum Minorum, Fratre Jacobo de Civitate Nova ejuſdem Ordinis, Magiſtro Jacobo de monte Ulmo, magiſtro Adeacto de S. Severino , magiſtro Petrucciolo Parmiſiano, magiſtro Damiano Notario , D. Jacobo Alberti Alexandri, Conrado Viviani Jo. Antii, Jo. Denteſalvi, D. Jacobo Juxtamare, & pluribus aliis teſtibus vocatis, & rog.

Facta ſunt hæc omnia ſub anno D. N. J. C. 1227. Indict. 1. menſe Aprili, die Martis, temporibus D. Gregorii Papæ IX. & D. Friderici Romani Imperatoris .

Hic idem Philippus aliquot loca conceſſit Joanni Columnæ Cardinali S. Praxedis , Picenique Legato anno 1233. Eodemque anno Berengaria, Hiſpaniæ Regis ſoror, uxorque Joannis Brennæ Regis Hieruſalem coram Joanne Columna Legato Eccleſiam S. Dominici Firmi fundavit, in cujus fundatione legatus primum lapidem jecit in angulum verſus plateã S. Martini, cum hac inſcriptione . *Quam dilecta Tabernacula tua Deus* . Secundum lapidem jecit Philippus Epiſcopus in angulum, ubi Eccleſia erat, hortuſque S. Thomæ , his præludentibus verbis : *Fundamenta ejus in montibus Sanctis* . Prope vero lapidem, quem primum jecerat Cardinalis Columna , Reges Joannes , ac Berengaria adjecere tertium cum hac precatione : *Protector noſter aſpice Deus* . Prope lapidem ab Epiſcopo Philippo jactum, quartum collocavit Guillelmus Alemannus, pro Imperatore , Senatuque Firmano dictæ civitatis adminiſtrator . Complebant vero tunc Firmanum ſenatum , Mannus Mannius , Petrus Buſſorius, Jacobus Autus, Franciſcus Albertonus filius Paccaronii, Guiſcardus Siriti Guiſcardi, Greſſeruſque Griſſerius .

Hic idem Epiſcopus Eccleſiam S. Martini S. Frãciſci alumnis conceſſit , quæ tunc ditionis Firmanæ erat, vocabaturque de Offeda. Hodie vero ad Aſculani Epiſcopi ſpectat arbitrium. Conſule Vvaddingum in Ann. Minorum tom. 2. Philippi obitus memoratur in veteri Fontis Avellanæ Kalendario die 24. Maji .

XXXVII. 37. GERARDUS Epiſcopus Firmanus electus anno 1250. Clericali capitulo conceſſit jus conferendi Eccleſias , ac ſacerdotia S. Zenonis, S. Spiritus, S. Luciæ , ſanctique Germani ; eodemque anno Eccleſiam S. Mariæ de Monte Sancto donat Priori , & Fratribus Ordinis S. Auguſtini de Bretin. Donationem confirmat Innocentius IV. an. VIII. 12. Kal. Octob. in quo Gerardus vocatur electus. Hujus Epiſcopi temporibus inter moniales S. Catharinæ , ſanctæque Mariæ de ædificatione cujuſdam Oratorii gravis, diuturnaque exarſit lis anno 1254. quam Epiſcopus Gerardus anno 1257. tandem compoſuit. Extat in Regeſt. Vatic. Urbani IV. epiſtola contra Gerardum hunc Firmanum Epiſcopum , præcipuum fautorem, Monfredi Tarentini, data anno 1263. 11. Kal. Januarii, Pontificatus 3. epiſt. 29. fol. 87 Eodemque ann. exceſſit Gerardus . Meminit hujus Epiſcopi Toſſignanus lib. 2. hiſt. Seraph.

XXXVIII. 38. PETRUS Epiſcopus Firmanus , ex Epiſcopo Camertino ad hanc ſedem translatus ab Urbano IV. circa annum 1264. Deceſſit anno 1273.

XXXIX. 39. PHILIPPUS Præpoſitus Cathedralis X. Gregorio jubente ad hanc ſedem aſcendit an. 1273. die 25. menſis Maji , ex Regeſt. Vatic. epiſt. 140. fol. 42. In ea dignitate vixit uſque ad annum 1300. obque ſingulares animi dotes , ſpectatamque prudentiam , ſub Romanis Pontificibus , trepidis , graviſſimiſque muneribus eſt perſunctus. Siquidem ſub Nicolao III. Romæ jus dixit ; idemque Pontifex illum legavit in Pannoniam ad Regem Ladislaum , compulitque illum redire , unde diſceſſerat, hoc eſt, Pontificis Romani parere imperio, quod abuſibus admiſſis, eluctari fuerat conatus. Hujus Legationis meminit Antonius Bonfinius lib. 8 . Rerum Hung. Dec. 2. Thomaſque Boſius de Sign. Eccleſ. lib. 5. Sig. 17 a. Qui hunc Philippum civem , & Cardinalem appellant . Falluntur autem , dum arbitrantur ad hujuſmodi Legationes tunc temporis non fuiſſe in moribus niſi purpuratos admitti . Mittebantur enim tunc & ſimplices Presbyteri, Monachi, ac Præſules Eccleſiarum , quorum in tranſigendis negotiis eſſet perſpecta dexteritas. Cæterum Philippum non fuiſſe Cardinalem non ſolum ex epiſtola Bonifacii VIII. ad ſucceſſorem Albericum , verum etiam ex hac ſubjecta Scriptura facile liquebit , quæ continet Gentilem, ſyndicum , ac procuratorem Religioſorum hoſpitalis S. Marci de Firmo coram Epiſcopo comparuiſſe , nec tamen ibi ulla de Cardinalatu ejuſdẽ mentio extat .

a Et Ciaconius novi edit. t. 2. p. 250.


In nomine Domini Amen .

Anno ejuſdem 1296. Indictione nona die 6. menſis Septemb. tempore D. Bonifacii Papæ VIII. Appareat omnibus evidenter, quod frater Gentilis de hoſpitali S. Marci de Rivicellorum de Firmo ſyndicus, Prioris, & Conventus ipſius hoſpitalis conſtitutus coram venerab. D. Philippo Dei gratia Firmano Epiſcopo ſyndicario nomine dicti Prioris , & Conventus, ſive capituli quandam proteſtationem in ſcriptis interpoſuit in hunc modum. Coram vobis venerab. Patre D. Philippo Dei gratia Firmano Epiſcopo frater Gentilis de hoſpitali S. Marci de Rivicellorum conſtitutus ſyndicus nomine dicti hoſpitalis , tanquam frater dicti loci proteſtatus proteſtatur . . . inſtantia , quod nullam procurationem , nullum decretum occaſione alicujus Legati , vel dominii ſpiritualis, & temporalis, tenentur perſolvere, & non poſſunt compelli ad dicta ſolvenda tam ex privilegiis dicti hoſpitalis eidem indultis a SS. Pontificibus, & Epiſcopis Firmanis Catholicis contra eos non faciatis aliquas exactiones , & tam ex antiqua conſuetudine obtenta tanto tempore , cujus non extat memoria , & ſi quam facitis , quod non credit , vel facere intenditis , quod non præjudicet eis, cum ſit violenta, & illicita proteſtando prædicto omni modo , & jure quo poteſt . . . Facta fuit dicta proteſtatio Maceratæ in domibus plebis S. Juliani , præſentibus D. Silveſtro Plebano plebis de monte Aſtono , D. Jacobo Maſcaris de Firmo , & Paulo . . . plebis montis Ulmi .

Et ego Bonaventura , olim Raner . . . Imperiali auctoritate Notarius publicus, prædicta, &c. rogatus ſcripſi , & publicavi .

XL. 40. RICHARDUS Firmanis jus divinum dicebat, ut nonnullis placet. Verum neque in Regeſtis Apoſtolicis, neque in lib. Proviſionum nulla de eo mentio ſpectatur; immo in bulla Bonifacii VIII. in qua Albericus a Placentina ſede ad hanc Firmanam transfertur per obitum Philippi notatur; unde Richardus, de quo habetur mentio in ſequenti inſcriptione, aliis, quam Firmanis præfuiſſe potuit: tamen poſt mortem Philippi hanc Eccleſiam ante Alberici translationem commendatam habuiſſe an. 1300. an. ſcilicet ſeculari, quem Bonifacius VIII. inſtituerat, ut legitur in marmorea tabula in Eccleſia S. Salvatoris affixa.

Ianua ſalutis cunctis fuit prævia tutis
Munere benigno, Richardo Præſule digno
Gratia tanta Dei Prioris nomine veri
Tempore facundo Salvator undique mundo
Salutem dedit, qui Romam pergere quærit
Limina Sanctorum viſitet pietate decorum
Anno milleno currentibus ordine pleno
Et tercenteno vigebat in orbe ſereno.



XLI. 41 ALBERICUS Vicecomes *a*, civis antea ac Placentinus Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1300 *b*. 2. Kal. Martii, ex Reg. Vatic. epiſt. 38. fol. 11. Ubi habetur, quod Philippo demortuo ſucceſſerit. Hic executor fuit cujuſdam bullæ Benedicti XI. qua alterius bullæ Bonifacii VIII. contra Dominicanos, Franciſcanoſque pondus abrogabatur; cujus rei meminit Michael Pius in Chron. Ord. Præd. Hoc ſequenti monumento Maceratenſis publica res, ſuorum civium quoſdam apud Albericum Epiſcopum excuſat, quod cum Firmum profecti eſſent, ut ibidem Aſcenſionis diem venerarentur, haud debitum parenti filii, oveſque paſtori detulerint obſequium. Monumentum dignum viſum eſt, quod hic adſcriberetur. * Etſi à pleriſque, vel ſuppoſititium, vel ad libitum corruptum exiſtimetur, quod neque inficior, neque affirmo, ut veritas aliquando locum habeat; ut inde perſpiceret ſecutura poſteritas, quam veteres religioni ducerent ſuos non excoluiſſe Paſtores.

a De hoc conſule Campium in hiſt. Placen. pa. 3. Manuſſ. 1301.

* Ex App. tom. 3.

In Dei nomine Amen.

D *Anno Domini* 1314. *Indictione* 12. *Eccleſia Romana Paſtore vacante die* 17. *menſis Junii. Id. quod hoſtis inſtigatione .... qui nocere humano generi ... quotidie invenitur, & qui a principio ejus ruinæ conatus eſt aſtutia ſua unitatem fidelium reſcindere, ac bonorum operum dulcedinem invidia felle inficere, & omnibus modis humanum genus evertere, & perturbare; nam dolet ſatis, & erubeſcit charitatem, quam ipſe nequit habere, homines conſtantes ex lutea materia in terra tenere, quod proxime accidiſſe, ſcilicet inter Capitaneum, & cuſtodes a venerab. in Chriſto Patre, & D. D. Alberico Firmano Epiſcopo deputatos, & prænominatos pro feſto Aſcenſionis Domini noſtri proxime præcedentis ad Eccleſiam Domini Claudii ex parte una, & quoſdam incolas, ſeu habitatores terræ Maceratæ ex altera ſeditionem exortam, in qua aliqui ex ipſis habitatoribus terræ Maceratæ malignis .... non uti eos decebat ad venerandum feſtum, & Sanctum prædictos, non ad venerandum Patrem eorum, & D. Dominum Epiſcopum prælibatum, non ad honorandum*

A *matrem eorum, & Dominam civitatem Firmanam, cujus etiam Epiſcopus prænominatus, de qua erant ſupradictus Capitaneus, & nonnulli ex dictis Cuſtodibus attendentes peccare . . . in eas volentes commune, & univerſalitas omnes terræ Maceratæ, quibus omnibus ea per dictos malignos commiſſa præcordialiter diſplicuerunt, quantum poſſunt eorum humilitate emẽdare, convocatis majori concilio, ſcilicet ſpeciale, & generale, videlicet univerſis hominibus de qualibet . . . & omnibus aliis hominibus terræ Maceratæ ad dictum concilium venire volentibus., & congregato in eorum Palatio more ſolito ad ſonum campanæ, & vocem præconum de mandato, & auctoritate venerab. viri D. Joannis, D. Nicolai de Aſcolo dictæ terræ Maceratæ poteſtatis unanimiter, & concorditer nemine diſcrepante fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, & ordinaverunt magiſtrum Lambertutium, magiſtri Petri de dicta terra Macerata eorum, & ipſius communis Syndicum ad eundum ſimiliter ad civitatem prædictã Fir-*

B *manam, & ad exponendum reverenter coram venerabili Patre, & D. D. Epiſcopo ſupradicto, & coram magnificis, & egregiis viris Dominis Poteſtate, Capitaneo, Prioribus, & Concilio ipſius civitatis, quomodo ea mala commiſſa eis præcordialiter diſplicebant, quod quantum eorum poſſibilitati conceditur., ea, quæ per dictos malignos imprudenter facta fuiſſent, ipſi tanquam filii humiles de benignitate ipſius Domini Epiſcopi, & Patris eorum, & de pietate ipſius civitatis matris eorum, & Dominæ . .. . emendare effectualiter intendunt, & ad ponendum ſe dicti communis, & hominum terræ Maceratæ nomine cum omni reverentia ſupradicta emendare in manibus eorum, ut poſſint ſupra ipſam mandare, & præcipere quicquid eis placet alto, & baſſe, & ad obediendum eiſdem mandatis, & præceptis, & quidquid per ipſum Syndicum factum, ſeu actum fuerit, & quidquid per prælibatos Dominos Epiſcopum, Poteſtatem, Capitaneum, Priores, Concilium, & Commune civitatis prædictæ fuerit decretatum, mandatum, ſeu præceptum ſuper hac promiſerunt*

C *nobis infraſcriptis Notariis nomine terræ prædictæ ... firmum, gratum, & ratum habere, nec moleſtiam aliquam occaſione, ſeu cauſa ſub obligatione bonorum ipſius communis.*

Actum Maceratæ in Palatio dicti Communis, præſentibus D. Bernabeo de monte Lupone, & D. Franciſco de Fabriano, D. Benvenuto Matthæi, D. Conrado D. Pauli, D. Camillo Berando, D. Boethio, D. Pauli, & Boninfante Bentivolii, & Pererio Fedrici teſtibus, & aliis pluribus & Bertino Jacobutii Notarii una mecum de prædictis rogatis . . . .

Et ego Joannes Antonii magiſtri Actonis de eadem Notarius, omnibus, ut ſupra legitur prædictis interfui rogatus prædicta publicavi.

Ego Bertinus Jacobutii Taliaferri de Macerata Notarius, his omnibus interfui rogatus una cum dicto magiſtro Joanne Notario me ſcribere, vel ſubſcribere; ideo me ſubſcripſi, & publicavi, meumque ſignum appoſui conſuetum.

XLII. 42. FRANCISCUS Gentilis militis de Mo-

D gliano filius, a Joanne XXII. ſublectus eſt an. 1318. 7. Kal. Octobris, irritata electione Rainaldi Jacobi, & Jacobi Rogerii canonicorum a minori parte capituli facta. Ex Reg. Vatic. Hujus Epiſcoi temporibus S. Juliani caſtellum, quod hoc tempore Maceratam vocamus, idem Pontifex a Firmana juriſdictione ſejunxit, juſſitque in civium unitatem coire, eiſdem attributo Paſtore, quo Recanatenſes paulo ante privaverat. Rem accurate perſequitur Hieronymus Rubeus in Ravennati Hiſtoria lib. 6. evenitque ejuſmodi rerum converſio 1322. Obiit Franciſcus ann. 1328. commendaturque Eccleſia Firmana ad beneplacitum Apoſtolicum Franciſco de Sylveſtris de Cingulo Epiſcopo Florentino die 12. Kal. Aug. an. 12. Joannis 22. Quo anno ab Antipapa Nicolao V. Corbario fuit electus Vitalis quidam, qui conſecratus fuit in curia ejuſdem PſeudoPapæ per Laurentium Epiſcopum Arianum ſchiſmaticum 9. Kal. Julii anno 1. Antipontificatus, ex Reg. ejuſdem.

Digitized by Google

XLIII 43. Fr. JACOBUS de Cingulo per revocationem commendæ ſupradictæ, electus eſt an. 1334. 5. Idus Martii, ut habetur in lib. Proviſ. Prælatorum: deceſſit autem 1349. Hic Syndico S. Mariæ Novellæ charitatis Firmanæ poteſtatem fecit Xenodochium fundandi, pluraque illi privilegia impendit.
* Ex Append. 9. *Fuit Jacobus iſte Ord. Prædic. alumnus, Verbi Dei concionator eximius, Sacræ Theologiæ inſignis magiſter.

XLIV 44. BONJOANNES Placentinus in Pannonia antea Boſnenſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1349. V. Kalendas Februarii. Hic cum majori altari Cathedralem Eccleſiam conſecravit anno 1351. cum incolis caſtelli Othoni multas, ut vocant, conventiones tranſegit 1355. Hunc reperi vixiſſe anno 1359. declaraſſeque quoddam teſtamentum in favorem Monialium S. Catharinæ, eidemque declarationi ita ſe ſubſcripſiſſe.

Bonjoannes, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus, ac Princeps Firmanus.

B Nullum antiquiorem repereris, qui ſibi principis Firmani titulum uſurpaverit. Translatus eſt Bonjoannes ad Archiepiſcopatum Patracenſem anno 1363.


XLV. 45. Fr. ALPHONSUS de Tauro Ordinis Minorum, electus Epiſcopus Firmanus 3. Non. Maii 1363. ſucceſſit Bonjoanni, qui cum annos ſeptem hanc rexiſſet Eccleſiam, ad Aſtoricenſem ſedem in Hiſpania tranſlatus eſt anno 1370. Reperi in tabulis Eccleſiæ Firmanæ Antonium quendam Epiſcopum vixiſſe anno 1363. ſuſpicor autem ex incogitantia ſcribentium, Alphonſum in Antonium tranſiiſſe; nam ut vidimus ex regeſto Vaticano, Alphonſus Bonjoanni ſucceſſit; huic vero Nicolaus anno 1370. eodemque abductum errore fuiſſe crediderim, qui Ægidii Albernotii Cardinalis vitam perſcripſit, dum condito teſtamento quemdam Roduiphum Epiſcopum Firmanum teſtem ſubjecit anno 1364. vigeſima nona Septembris, ſiquidem Alphonſus tunc hanc regebat Eccleſiam. Hic multa cum laude pietatis aliquot ſanctorum reliquias in
C eccleſiam S. Luciæ tranſtulit. Anno vero 1370. aliquot condidit decreta in favorem caſtelli Montis Othoni Firmanæ juriſdictionis.

XLVI 46. NICOLAUS, Peruſinus, Epiſcopus Piſaurienſis, ad hanc ſedem tranſlatus anno 1370. Kalendis Julii, ex regeſt. Vatican. De diœceſis limitibus gravem litem exercuit cum Maceratenſi, ac Recanatenſi Epiſcopo, atque ob eam rem reperitur condita procuratio in perſona Matthæi Philippi 1372.

XLVII. 47. ANTONIUS de Vetulis, Viterbienſis, ad hanc dignitatem promotus eſt circa annum 1375. de eo chronic. manuſcript. Firmana, quæ extat apud clariſſimum virum Carolum Strozzam patritium Florentinum, ſic habet. *Anno* 1380. *die* 20. *Martii frater Antonius Epiſcopus, & princeps Firmanus abſolvit omnes tam mares, quam fœminas, mandato D. Papæ Urbani de rebellione facta contra Eccleſiam. In eodem chronic. paulo poſt anno* 1384. *die* 20. *Mar-*
D *tii venerunt bullæ, ſeu literæ Papales qualiter D. Antonius Epiſcopus Firmanus aufugerat, & ideo ſi poterant, caperent.* Hinc poſtea reperio ab Urbano VI. honore Epiſcopatus fuiſſe ſpoliatum 1385. tametſi me cauſa lateat; potuit autem adhæſiſſe Antipapæ Clementi, cum per ea tempora Eccleſiaſticos viros teterrimum ſchiſma jactaret. Etenim mortuo Angelo Firmano Epiſcopo, qui fuerat degradatus, fortaſſe ſuffectus. Bonifacius IX. Pontifex ad eandem Firmanam civitatem iterum illum aſſumpſit, eundemque appellat Antonium, Epiſcopum olim Firmanum, noviterque ad eandem dignitatem aſſumptum. Eundem Bonifacius Januam legavit, gubernatoremque generalem Campaniæ, ac Maritimæ effecit. Compulit ad fœdus Peruſinos ex fœda diſcordia diſſipatos 1393. ut refert D. Antoninus 1397. Palatium exædificandum curavit, ubi hæc inſcriptio legitur.

Reverendiſſimus Antonius de Vetulis de Vi-
A *terbio, Legum Doctor, Dei gratia Epiſcopus, & Princeps Firmanus conſtrui fecit has Epiſcopales domos in honorem Virginis glorioſæ anno M.CCC.LXXXXI.*

Certam pecuniæ ſummam imperavit Antonius ab incolis Montis Othoni exigendam, ut inde Grottarum oppidum redimeretur. Romæ condidit ſuum teſtamentum anno 1405. domoſque paternas ſitas in regione Pinnana Eccleſiæ S. Petri legavit. Quamobrem clericale capitulum quotannis in die defunctionis ejus inferias celebrat gratitudinis ergo. E vivis autem exemptus tumulatus eſt in Vaticano.



48. ANGELUS de Perleonibus de Urbe ſucceſſit Antonio Vetulo depoſito anno 1385. electus memoratur in bulla Urbani VI. 14. Kalendas Novembris anno 8. Defunctus eſt ſub Bonifacio IX. eidemque ſuffectus eſt idem Antonius Vetulus, reſtitutuſque eſt ad ſuam olim Eccleſiam. XLVIII.

49. M. LEONARDUS de Phyſicis de Sulmona, Epiſcopus antea Aſculanus, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Camerarius, ab Innocentio VII. ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1406. uſque ad annum 1412. deinde provectæ ætatis è vita diſceſſit, dignus profecto, qui ob ſingularem doctrinam, vitæque probitatem majoribus dignitatibus inſigniretur. XLIX

50. JOANNES Formanus è Firmo, quem Clementinus in hiſtoria Ariminenſi Hieronymum de Seravalle appellat, Savonenſis primum Epiſcopus, mox & Aſculanus, ad Eccleſiam demum Firmanam tranſlatus eſt 1412. 13. Kal. Auguſti. Conſtantienſi Concilio interfuit, atque a Martino V. Columna Viſitator, & corrector monialium S. Catharinæ Firmanæ adhibitus eſt, quæ ſub S. Benedicti regula vitam degebant. Firmanam Eccleſiam per quinque omnino annos adminiſtravit, illumque deinde idem Martinus tranſtulit ad Fanenſem Epiſcopatum 1417. Kal. Decemb. ex lib. proviſ. Prælat. L.



51. PETRUS de Melioratis, filius Ludovici principis Firmani, nepoſque Innocentii VII. Joanni ſuffectus eſt 1418. Illius meminit Michael Pius in chron. S. Dominici anno 1422. cum Epiſcopo Corinthi poteſtatem fecit conſecrandi majus altare Eccleſiæ S. Dominici de Firmo, cujus erat alumnus. LI.

52. JA-

LII. 52. JACOBUS de Melioratis, hujus Eccleſiæ adminiſtrator adſcitus eſt 1425. uſque ad annum 1426. ut extat in monumentis archivii dictæ Eccleſiæ.

LIII. 53. DOMINICUS Capranica, filius Nicolai, Romæ natus eſt 1398. pridie Kalendas Junii. Nobiliſſimæ indolis fuit, ingenioque flexibili ad omnia. Patavii, Bononiæque ſuorum ſtudiorum tyrocinium fecit; cumque bonarum artium lauream ibidem conſecutus fuiſſet, illamque ſingulari vitæ probitate cumulaſſet, a Martino V. Apoſtolicæ Cameræ Clericus, ſecretarius, ac prothonotarius declaratus eſt, Æmiliæque provinciæ gubernator adſcitus. Quam provinciam cum incorrupte adminiſtraſſet, Firmanæ Eccleſiæ Epiſcopatu ab eodem Pontifice ornatus eſt, atque legatione Peruſiæ, Spoletanique Ducatus 1426. eundemque ſub vitæ finem Cardinalem creavit; tametſi Pontifex hoc ſuum poſtremum placitum non ſiviſſet dimanare in vulgus. Cæterum ſecuta morte Martini, haud pro Cardinali Dominicus habitus eſt, dum purpurati Patres ad novum creandum Pontificem ingrederentur Comitium. Ibi evaſit ad ſedem Eugenius IV. qui inter cæteros parum æquos Cardinales, tacite obtentam Cardinalitiam dignitatem invidioſe viſus eſt præreſudiſſe Capranicæ, ſic ut nec poſtea novo tiaræ lætus honore adduci potuerit, ut deprecanti Dominico Cardinalitia inſignia conferrentur. Quamobrem jus ſuum tutaturus, ſtatuit ſibi in Germaniam ad Cæſarem, atque ad Baſileenſis Concilii Patres, adjuncto ſibi Ænea Silvio, qui poſtea Pius II. fuit, ſecretario, proficiſcendum. Qui juribus mature penſatis, ſecundum Capranicam judicarunt, cenſueruntque Cardinalitia inſignia illi reſtituenda. Nimium excanduit ad decretum Eugenius, advocatoque publico Patrum purpuratorum conſeſſu non modo non rata habuit, quæ ſtatuiſſet Concilium; verum etiam Dominicum omni honore privavit, Firmanumque Epiſcopatum Bartholomæo Valvenſi Epiſcopo adminiſtrandum attribuit. Itaque duriorem fortunam Capranica expertus eſt, donec quod jure non potuit, animi denique demiſſione eſt aſſecutus. Florentiæ ſiquidem, ubi tunc Pontifex morabatur, ad oſcula pedum beatorum accedens veniam impetraturus, & a leniori jam Pontifice promeruit veniam, & cum opimis ſacerdotiis purpura ſub titulo S. Crucis in Hieruſalem eſt inſignitus. Igitur ex eo quaſi porrecta fronte Capranicæ fortuna arriſit, vacavitque illi, ejuſdem favorem exaggeratis foventi virtutibus. Pontifex namque non modo deinceps amavit Capranicam, ſed eidem etiam tanquam confidentiſſimo trepidiora demandavit expedienda conſilia. Illum ſiquidem difficillimo tempore in Picenum legavit, hoc eſt tunc cum Franciſcus Sfortia victricibus illatis armis provinciam illam infeſtam haberet, cumque illo pro Eccleſiaſtica libertate collatis ſignis, plane oſtendit, viriles animos haud degenerare ſub purpura. Itaque civitatem Firmanam recuperavit; ſolemni ritu eam ingreſſus eſt 5. Januarii 1446. Arcemque Giroſalci excidit, Peruſinaque legatione egregie perfunctus eſt. Nicolaus V. ad Alphonſum Neapolitanum Regem illum legavit, qui Tyburtinam civitatem Eccleſiaſticæ ditioni ademerat; Itaque Capranica compulit Regem, ut quæ abſtuliſſet, Pontifici reſtitueret. Ea legatione feliciter perfuncto ſumma Pœnitentiaria demandata eſt. Per ea tempora Byzantium invaſerant Turcæ; quamobrem idem Nicolaus, ut obſiſteret progredientibus, per Capranicam inſtituit exorare principes Chriſtianos, ut in tantam rem vellent expedire arma; factoque initio a Neapolitano Rege, cæteros principes ita diviſos expertus eſt, ut nulla medicina ad communem ſalutem exulceratis ambitione animis poſſe fieri videretur. Januenſes tamen fœda diſcordia diſſipatos ad pacem adegit. Duodecim omnino legationibus feliciter obitis inclaruit, ſed nulla major unquam in eo virtus enituit, quam moderatio animi, divitiarumque deſpicientia. Cujus virtutis fructus ſingulariter aliquando percepere Ciſtercienſes. Etenim cum Eugenii IV. temporibus ex vecordia cujuſdam Juliani Lapini Abbatis Septimi nobiliſſimi cœnobii ex ordine Ciſtercienſi fortunas contigiſſet labare, funditusque everti, Pontifex coactus Abbatem deturbavit de ſede, Septimianumque cœnobium, ac monaſterium Boniſolatii ejus ditionis Capranicæ commendavit. Quid ibi Dominicus? anxiam ſane curam ſuſcepit, opes refecit. Quin effuſis propemodum theſauris, cum pleraque recuperaſſet, quæ luxus perdiderat, florens iterum cœnobium Septimianis monachis de ſaniori eligendo Paſtore deliberaturis, raro exemplo ad poſteritatem attribuit. Inde puriores mores, monaſtica inde diſciplina reſtrictior, progreſſus uberiores ad perfectionem extitere; Ita ut inde deinceps emiſſis monachorum coloniis, Ciſtercienſis Italica congregatio dimanaverit. Monachi proinde, haud beneficiorum immemores, præ foribus veteris Caſtelli, quod Septimianæ ditionis erat, in marmorea tabula egregii facti voluerunt extare memoriam. Quin annuas, perpetuaſque inferias pro eodem in Septimo, cæteriſque Hetruſcis monaſteriis celebrandas cenſerunt, ut vel oblivioſis nullo unquam tempore, tantus pater, ac patronus munificus poſſet excidere. Cæterum Dominico in ferendis ſententiis, proferendaque veritate erat libertas tanta, ut cum aliquando Pontifex ipſe narraret, ſe de conſilio fratrum ſuorum Cardinalium aliquid facere, retulerit Capranica; ſe unum, quicquid illud erat, latere. Principibus Chriſtianis maximo in pretio fuit: nec minus omnis ordinis homines illum amabant, quod in eo illæ elucerent virtutes, quæ vere principem, optimumque Prælatum decerent. Amicos præcipue coluit, maxime autem eos, quos aliqua ſingularis virtus commendaverat. Itaque amicos, alumnoſque habuit Pium II. Piccolomineum, Amicum Aquilanum, Jacobumque Ammannatum, cui Ticinenſis Cardinalis adhæſit cognomen, alioſque quamplures, qui ſeculum illud immortalitatis fama compleverant. Bibliothecam nobilem imprimis inſtruxit, quam duobus millibus pretioſis codicibus ditaſſe narratur. In domibus paternis nobile ſtudentium coadunavit collegium, quod ex auctoritate Capranicæ tulit cognomen. Nominationem unius ſcholaris Firmanis Epiſcopis ſuis ſucceſſoribus honoris ergo attribuit, idemque jus decrevit eſſe Septimiano Abbati, in quod monaſterium præcipua olim contulerat fortunarum ornamenta. Plura ſub vitæ finem piè dum conderet teſtamentum, legavit, quæ omnia felici executioni mandavit Angelus Capranica frater Cardinalis. Jam quinquaginta, & octo natus annos Romæ deceſſit, dum ſacra ſedes vacua foret, eidemque defuncto ob ſingularem vitæ probitatem omnium omnino lachrymæ parentarunt, anno 1456. 19. Kalendas Septembris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam, in cujus marmoreo ſepulchro ab Angelo, defuncto fratri erecto, hanc inſcriptionem legunt prætereuntes.

Sedente Paulo II. Dominico Capranicenſi tit. S. Crucis in Hieruſalem presb. Cardinali, Antiſti Firmano, Majori Pœnitentiario, xij. Apoſtolicis legationibus claro, Pacis Italicæ in annos xxv. conſtitutori, doctrina, religione, & ſanctis ſemper operibus admirabili, Angelus ejuſdem tit. Cardinalis, unanimi fratri, ac ſibi commune monumentum hoc fecit. Vixit idem Dominic. ann. LVIII.

Dominici vitam enarravit Joannes Baptiſta Podius, Jacobus Cardinalis Papienſis, Veſpaſianus Florentinus vulgari ſermone, nondum cuſam; ejuſdemque meminit Garimbertus, Ciacon. noſter Andreas Victorellus in ſuis additionibus ad Ciaconium, Baccetius Abbas Ciſtercienſis in ſua manuſcript. Septimiana, noſque demum, qui Septimiano cœnobio præfuimus, non potuimus erga illud monaſterium non recordari plane regiam munificentiam. Narrat S. Antoninus Florentinorum Antiſtes 3. par.

hi-

Digitized by Google

hiſtor. Capranicam poſt mortem lumbos cilicio præ- A
cinctum fuiſſe repertum.

Scripſit hic optimus Cardinalium parvum tractatum quemdam de contemptu mundi, quem manuſcript. monachi Ciſtercienſes Florentiæ in ſua Bibliotheca diligentiſſime aſſervant, tanquam irrefragabilem teſtem moderationis ejuſdem. Litteratorum hominum munificentiſſimus ipſe Mecœnas fuit Dominicus, juſtitiæ, & pacis amator, de quo Antonii Gerardini muſa non ſiluit in Pubellea quinta, quæ inſcribitur illuſtris ad Angelum Sueſſanum Epiſcopum, extatque manuſcript. apud Honuphrium Gerardinum.

Poſt illam roſeo ſinuoſa in veſte galero
Effigies titulo eſt quinta notata brevi.
Delectus Firmi Martino præſide rerum
Præſul Cardineo preſſit honore caput,
Et Naſica bonus ſacro cenſente ſenatu
Pontificum famam de probitate tulit.
Utque Cato ſapiens ab eodem eſt ordine cenſus
Cenſor, & alterius more ſeverus erat,
Conſuevit cuſtos rigidi ſanctiſſimus æqui
Juridica populis ponere fronte modum.
Conſuevit populis ultricia bella movere
Dux pro juſtitia ſæpius arma gerens.
Idem Italiæ fecit legatus fœdere pacis,
Idem diſcordes vinxit amore duces.



LIV. 54. ÆNEAS Sylvius Piccolomineus Cardinalis, Epiſcopuſque Senenſis, poſt Capranicæ mortem Firmanam Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit uſque ad annum 1458. Hic ille eſt, qui ſub Pii II. nomine Apoſtolicam evaſit ad ſedem; denique dedit pretioſam Tiaram Cathedrali.

LV. 55. NICOLAUS Capranica, filius Antonii, Dominici autem, ac Angeli Cardinalium nepos, a Pio II. Epiſcopus adlectus eſt 1458. die 23. menſis Auguſti. In pervigilio Natalis Domini ejuſdem anni urbem ſolemni pompa ingreſſus, illam Eccleſiam adminiſtravit ad quatuordecim annos; Romæque fato conceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Marcum in marmoreo ſepulchro, ubi oſſa Pauli Archiepiſcopi Beneventani requieſcunt, cum hac inſcriptione ambobus communi.

Deo omnipotenti ſacrum. Paulo Archiepiſcopo Beneventano è Capranica orſundo, qui ob morum clementiam, & præclaras animi dotes Martino V. Pont. Max. charus, dignuſque, cuius fidei ſecreta ſua, & Cardinalis, & Pontificis crederet, ac ad ſummos honores eveheret, maioribus ſuis eximia virtute præluxit, & ſacellum moriens è ſuo dotatum familiæ ſuæ Capranicen. reliquit. Et Nicolao Epiſcopo Firmano Antonii fratris filio, inſignibus virtutibus conſpicuo, honoribus amplifs. a ſummis Pontiff. ornato, Angelus Epiſcopus Prænestinus, S. Crucis in Hieruſalem fratri, & nepoti B. mer. ob pietatem poſuit anno Chriſti M.CCCC.LXXVI.
Sixto IV. Pont. Max.



B

LVI. 56. ANGELUS Cardinalis Capranica poſt nepotis exceſſum, hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit, ibique ſatis ſalubrem ſynodum celebravit 1473. quæ diligentiſſime in archivio ejuſdem Eccleſiæ aſſervatur. Eccleſiam Fratrum Minorum de obſervantia conſecravit, illiuſque temporibus Sixtus IV. Firmanam Eccleſiam exemit a juriſdictione legatorum Apoſtolicorum. Denique cum Firmanam Eccleſiam adminiſtraſſet uſque ad annum 1475. illam reſignavit, Reatino Epiſcopatu contentus. E cujus Eccleſiæ denominatione ſemper deinceps Reatinus Cardinalis appellatus eſt. Conſule ſupra, quæ de eodem ſcripſimus, cum de Reatina Eccleſia eſſet nobis inſtituta narratio.

C




LVII. 57. HIERONYMUS Capranica ex ceſſione Angeli Capranicæ Cardinalis, Epiſcopus adlectus eſt anno 1475. 15. Kal. Julii Sixto IV. ſedente. Romæ deceſſit 1479. ſepultuſque eſt apud S. Marcum prope Nicolaum ſuum conſanguineum, ac prædeceſſorem.

LVIII 58. JO: BAPTISTA Capranica Romanus, ad hanc ſedem aſcendit 1479. 6. Kal. Auguſti. Hic Præſul (ut aliqui ſcribunt) haud ſecutus eſt ſuorum veſtigia gentilium. Populo enim ad parum ejus religioſum exemplum tumultuante, coactus eſt Sixtus IV. Eccleſiam illam Franciſco Piccolomineo Cardinali tradere adminiſtrandam. D Tametſi autem conatus ſit diluere, quæ a populo ſibi obiiciebantur, nihilominus tamen eventus docuit haud ex corde reſipuiſſe. Etenim cum eximiæ nobilitatis, ac pulchritudinis fœminam miſerrime deperiret, veſanoque amore devius, ejus ſe intuliſſet in domum, a conſanguineis repertus, cæſus eſt, ſuoque cruore madens de feneſtra præcipitatus in viam. Hujus teterrimæ cædis meminere Volaterranus in ſuis Urbanis comment. Leanderque Albertus, qui addidere a Firmano populo cædem illam fuiſſe patratam. Falluntur tamen, ſi ulla Joanni Bertachio fides, in tract. de Gabellis p. 9. num. 4. qui narrat fuiſſe devolutum de feneſtra palatii die, quo ſacro cinere expiantur, admonenturque fideles. Tametſi autem ſuſpicionis compertus, ſepulchrum tamen in cathedrali ob cæteras ejus eximias animi dotes accepit, quod hujuſmodi inſcriptione Franciſcus Piccolomineus exornavit.

Joanni Baptiſtæ de Capranica Principi ac

Præ-


Præſuli Firmano digniſſimo Franciſcus Piccolomineus S. Euſtachii Diac.Card.Senenſis adminiſtrator Firmanus prædeceſſori ſuo.



LIX. 59. FRANCISCUS Cardinalis Piccolomineus, qui poſtea Pontifex, Pius III. appellatus eſt, diuturniori mora Firmanæ Eccleſiæ adminiſtrator fuit, antequam Capranica diſceſſiſſet e vita. Cui adminiſtrationi cum Auguſtinum nepotem ſuum cum ſpe futuræ ſucceſſionis adſciviſſet Coadiutorem, conceptam ſpem importunum fatum abrupit. Deceſſit enim Romæ 1496. die 3. m. Julii. Poſt cujus exceſſum eandem Eccleſiam cuidam Ludovico, ſervato ſibi regreſſu reſignavit; quo etiam defuncto, ejus Eccleſiæ adminiſtratio rediit ad Franciſcum: 1503. autem ſublimatus eſt ſancto Eccleſiæ Throno, Piiq; III. fecere illi cognomen.

LX. 60. LUDOVICUS Firmanus Epiſcopus, in monumentis Archivii reperitur vixiſſe 1500.

LXI. 61. FRANCISCUS Cardinalis Romelinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Surrentinus, Firmanæ Eccleſiæ perpetuus adminiſtrator declaratus eſt a Pio III. Pontifice anno 1503. die 4. m. Decembris. Quam ille Eccleſiam fere ſemper abſens adminiſtravit annum uſque 1516. Quo ipſo anno deceſſit. De quo infra in Archiepiſcopis Surrentinis.




LXII. 62. JOANNES Salviatus Cardinalis Florentinus, poſt Romelinum, Firmanam Eccleſiam ſuſcepit perpetuo adminiſtrandam anno 1516. die 8. Februarii; quam demum in favorem Nicolai Gaddii reſignavit 1521. Cui Tireſia Foſcararius dicat divi Franciſci Umbrigenæ geſta verſu heroico conſcripta, quæ M.S. extant apud me: eumque ſic alloquitur in præfatione.

Auguſte Antiſtes, quo ſoſpite Romula ſedes
Inclyta honoratum tollit in aſtra caput.
Ne vana interdum pertentent otia mentem,
Ingeniumque gravi torpeat inde ſitu;
Accipe, quæ facili jam luſimus alta camœna,
Carmina non animo diſplicitura tuo
Hic vitam, hic mores, & grandia facta videbis,
Umbrigenæ cecinit quæ mea muſa tibi.
At ſi quid, doctas erratum offenderit aures
Corrige, nam, ut placeam, diſplicuiſſe dolet.

De Salviato vero lege ſupra in Epiſcopis Ferrarienſibus, ubi pro Vaſconienſem, lege Vaſionenſem.

A



LXIII 63 NICOLAUS Gaddius Florentinus, Apoſtolicæ Cameræ Clericus, electus eſt Epiſcopus Firmanus X. Leone ſedente 1521. die 16. menſis Octobris. Nondum auguratus aliquot annos tranſegit;
B donec Adrianus VI. Pontifex Firmanam Eccleſiam ab omni juriſdictione legatorum Picentinæ Provinciæ fecit immunem; in quo gratioſo diplomate Gaddium declarat electum Firmanum.

Dilecto filio Nicolao de Gaddis electo Firmano
Adrianus Papa VI.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum fel. record. Sixtus IV. ad tunc Nicolai Epiſcopi Firmani, & Angeli Epiſcopi Praneſtini, & deinde pia mem. Innocentius VIII. ad Franciſcum S. Euſtachii diac.card. poſtremoque Leo X. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri ad Franciſcum Epiſcopum Albanenſem, & ultimo ad Joann. Ss. Coſmæ, & Damiani diac. card. qui ſucceſſive Eccleſiam Firmanam in tit. adminiſtrationis, ſeu alias obtinuerunt, vitam, ſeu quamdiu eidem præeſſent, Eccleſiam prædictam ſub eorum ac S. Apoſtolicæ ſedis immediate protectionem receperunt, atque ab omni ſuperioritate, & juriſdictione legati, ſeu gubernatoris judicis ſpiritualium, & aliorum quorumcumque officialium provinciæ
C *Marchiæ penitus exemptam eſſe voluerunt, prout in Sixti, Innocentii, & Leonis prædeceſſorum prædictorũ literis, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem certis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, te utpote nobis gratum, & acceptum pari prærogativa gaudere cupiamus, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia Eccleſiam prædictam, quamdiu illi præfueris, noſtræ, & Apoſtolicæ ſedi immediate ſubjectam, & ab omni Provinciæ noſtræ Marchiæ Legatorum, gubernatorum, judicum, & officialium juriſdictione, & ſuperioritate, prout tempore Epiſcoporum ſuperius nominatorum fuit, exemptam eſſe volumus, & decernimus per præſentes mandantes propterea legato, vicelegato, gubernatori, judice dictæ Provinciæ, Theſaurario, cæteriſque noſtris & S.R.E. officialibus, commiſſariis, & omnibus, ad quorum officium ſpectat, ne Eccleſiam prædictam, illiuſque perſonas, ac ſubditos moleſtent, aut in illas aliqua juriſdictione, vel ſuperioritate, ultra quam*
D *præfatorum Epiſcoporum tempore factum fuerit, utantur, vel exerceant, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, ſeu quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.*

Dat. Romæ apud s. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 22. Maii 1523. Pontificatus noſtri anno I.

Tametſi autem Gaddius Firmanam abſens adminiſtravit Eccleſiam, in eam tamen omnia, quæ potuit, contulit ornamenta, ſive ſupellectilem ſpectes, ſive Palatii Epiſcopalis reſtaurationem. Magno, excellentique ingenio fuit; in tranſigendis autem negotiis dexteritate tanta, ut Clementi VII. charus purpuram ſit aſſecutus; in ea, apud eundem Pontificem, laudem tulit prudentiæ, quæ ſummos deceret. Poſt Romanam cladem, ac populationem, dimiſſumque Pontificem, inter obſides fuit datus Cæſarianis, ut pactis induciis conſtantior extaret

fides.

A

fides. Romam reverſus, ubique, & ſemper Pontificis Clementis fortunam indiviſibiliter ſecutus eſt. A Franciſco I. Gallorum Rege Sarlatenſem Epiſcopatum obtinuit; a Cæſare autem Abbatiam S. Leonardi in Apulia, Coſentinumque Archiepiſcopatum. Dominus Colliſcipuli, & aliorum oppidorum fuit. Poſt Alexandri Medicei Florentinorum Ducis indignam cædem, Gaddius in iis Cardinalibus fuit, qui contra Coſmum Mediceum ad recuperandam jam expiraturam Florentinam libertatem ſeditioſis conſiliis aſpirarunt. Sed cum in irritum cecidiſſent conatus, coactus eſt cum collegis Romam redire, ibique vitam traducens tranquillius, tametſi abſens Eccleſiam Firmanam multa cum laude pietatis adminiſtravit: quam denique curis feſſus Laurentio Lentio nobili Florentino, cum regreſſu reſignavit 1544. Deceſſit deinde Florentiæ 1552. optimi paſtoris relicta fama, ſepultuſque eſt apud s. Mariam Novellam, in ſuæ gentis elegantiſſimo Sacello. Hujus optimi Cardinalis honorifice meminere quamplures; nuper autem Franciſcus Pona, & Jacobus Gaddius vir nobilis, ac eruditione præclarus in ſuis elogiis. Demortui nomen Elegia, ac Epigrammate honorifico decoravit Pavonius; nobis autem ſat erit hæc pauca de Gaddio tetigiſſe, quorum ſatis ampla coronis erit Epitaphium ejus affixum ſepulchro.

D. O. M.

Nicolao Gaddio Thaddei filio S. R. E. Cardinali de Repub. Chriſtiana optime merito, ſepulchrum hoc tanto Patruo deberi Nicolaus Gaddius cenſuit Ann. Sal. M.D.LXXVII. Vix. Ann. LXI. M. VII. die XX. Obiit an. M.D.LII. XVII. Kal. Februar.



LXIV 64. LAURENTIUS Lentius nobilis Florentinus, Card. Gaddii ex ſorore nepos, ex ceſſione patrui hunc obtinuit Epiſcopatum 1544. die 5. menſis Decembris. Militaris ingenii fuit; itaque ſub Paulo IV. Carafa Eccleſiaſticum exercitum adminiſtravit, armiſque Gallicis junctis ad confinia Neapolitani Regni excubias egit. Vicelegatione Avenionenſi perfunctus eſt, ubi pompa auguſtiori Carolum IX. Reginamque Catharinam Regnum inviſentes, excepit. Sub duobus ſummis Pontificibus, Paulo IV. Pioque IV. legatione functus eſt, Nuntii nomine ad Carolum IX. Regem Gallorum, ubi ad multos annos Pontificia negotia tranſegit, ea dexteritate, curaque, ut Aulicorum plerique eidem emeritam purpuram deſtinarent. Cæterum deceſſit in Gallia 1571. ibidemque ſepulchrum accepit. Ab eo condita aliquot decreta reperiuntur, dum Picenatibus jus diceret, velletque clerum ad meliorem frugem traducere. Fuit Laurentius vicarius Archiepiſcopi Urbinatis temporibus Ranutii Farneſii, ut refert Rubeus in Hiſt. Ravennati. Qui cum duobus in locis illum commemoraſſet, inque altero Alexandrum vocaſſet, aliquibus ſcriptoribus fallendi materiem præbuit.



65 Fr. FELIX Perettus de Monte Alto, is ille, qui ex infima ſorte, ad ſupremam Apoſtolicam ſedem aſcendit ſub nomine Sixti V. Hic cum eſſet S. LXV

B

Agathæ Epiſcopus, atque a Pio V. vocatus ad purpuram ab eodem etiam ad Firmanam Eccleſiam translatus eſt 1571. die 17. menſis Decembris. Firmanam Eccleſiam adminiſtravit ad ſex annos, tanto amore charitateque in cives, ac ſi Firmi natus fuiſſet, atque ibidem educatus, edoctus. Revera enim Felix è Monte Alto oriundus erat, rametſi natus in Caſtello Grottarum Firmanæ juriſdictionis ad mare. Quamobrem nil mirum ſi præcipuo amore tamquam bonus civis Firmanam civitatem proſecutus eſt. Illam enim, ut ſupra docuimus, erexit in Metropolim, inque ea jam olim a Bonifacio VIII univerſale diſciplinarum domicilium inſtitutum, inſtauravit. Quamobrem Firmani cives gratitudinis ergo, hæc ad perennitatem Pontifici Sixto inſcripſerunt in marmore.

Sixto V. Pontifici Maximo, Patria Firmano, ob Epiſcopalem in Metropolitanam erectum, & Gymnaſium Generale Reſtitutum S. P. Q. F. Poſ.

C

66 DOMINICUS Pinellus a Januenſis, ſublectus eſt Epiſcopus Firmanus 1577. die 14. menſis Augusti ex ceſſione Cardinalis Montalti. Natus Dominicus eſt 1541. 10. Kal. Novembris nobilibus parentibus, ac opulentis civibus. Prima diſciplinarum rudimenta Januæ, Pataviique poſuit, cumque legibus ſtuduiſſet, lauream tulit, numeratuſque eſt inter juriſperitos Januenſes; deinde cum maxime valeret ingenio, Januenſes terminos ſuæ virtuti arbitratus anguſtos fortunam experturus Romam conceſſit. Ibi Pius IV. perſpecta Pinelli virtute, morumque elegantia illum Referendarium Apoſtolicæ utriuſque ſignaturæ effecit, litterarum Apoſtolicarum correctorem, fabricæ s. Petri ex conſiliariis unum, ordinariumque judicem ejuſdem, Romanorum tribunalium reformatorem, locumq; tenentem Generalis Auditoris Cameræ Apoſtolicæ; ſub Gregorio vero XIII. inter Interamnenſes ac Narnienſes confiniorum litem Apoſtolicus commiſſarius diremit, viceſque gerens fuit S. R. E. Camerarii. Deni- LXVI

a De eo Oldoinus in Athen. Rom. Liguſt. & Auguſto. Mandoſ.

D


que his perfunctus muneribus, ad ſibi concreditam Firmanam Eccleſiam ſe contulit, illamque exornavit, atque ad majorem Dei cultum, fructumque animarum in civitatem Firmanam è Societate Jeſu Patres introduxit, illoſque, qui Oratorii vocantur: cleri mores correxit, atque in ſeptem annorum mora, quibus illam Eccleſiam adminiſtravit, nihil ſane omiſit, quod curam boni ſane Paſtoris requirere videretur: quin ipſe in cauſa fuit, cur Sixtus V. erexerit illam in Metropolim, a quo Nuncius in Hiſpaniam deſtinatus, ornatus denique purpura eſt ſub titulo S. Laurentii in Paniſperna 1586. die 12. menſis Januarii: contraque prædones, ac graſſatores illum legavit, delevitque per duorum menſium ſpatium, quibus ille inſectatus eſt teterrimum illud hominum genus. Fuit Propœnitentiarius, atque Archipresbyter S. Mariæ Majoris, Præfectus Signaturæ Gratiæ, Pontificiæ claſſis Præfectus, in iiſque Cardinalibus numeratus, qui Septimum decretalium

compilarunt. Sub Gregorio XIV. Umbrica Legatione perfunctus eſt, ac Peruſina. Helvetiorum, atque Carmelitarum fuit protector. In pretio ſemper habitus eſt ob rariſſimas animi dotes. Romæ deceſſit Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis 1611. die 9. menſis Auguſti, ſepultuſque apud S. Mariam Majorem, cujus Eccleſiam ſæculari anno exornaverat, ubi Portam ſanctam aperuerat, cum hac inſcript.

Dominicus Cardinalis Pinellus Archipresb.
Vivens noviſſima cogitans ſibi fieri mandavit Anno Jubilæi M.DC. Ætat. LX.

ARCHIEPISCOPI FIRMANI.





LXVII 1 SIGISMUNDUS Zannetinus a Bononienſis, filius Franciſci celebris juris conſulti, cum viginti, & ſeptem annos celebriores Italiæ Academias publice leges interpretando nobilitaſſet, ac ſub Gregorio XIII. pauperum cauſas defendendas accepiſſet, exigentibus meritis, ad Firmanam ſedem ſubvectus eſt 1584. die 12. menſis Decembris. In ſibi creditam Eccleſiam multa contulit ornamenta, ſacrariumque ædificavit, ac exornavit, ut brevis marmorea memoria habet. Primus Archiepiſcopus fuit, ex quo Sixtus V. in Metropolim Firmanam erexit Eccleſiam. Sixti vero diploma eſt hujuſmodi.

a De hoc videndus Carthariu in Syllabo Advoc. Conſiſt. p. 154. & Galeottus de viris illuſ. Bonon. p. 1 pag. 10. Mandoſ.

SIXTUS EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Univerſi Orbis Eccleſiis, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt meritis licet imparibus præſidentes in omnes agri Dominici partes oculos noſtræ mentis vigilis more paſtoris, intendimus, inſpicientes quid Eccleſiarum ipſarum præſertim cathedralium inſignium ſtatui, & decori maxime conveniat. Atque hoc quidem pro zelo charitatis noſtræ, tanto liberalius, promptiuſque curandum cenſemus, quanto magis, non ſolum petentium ſubditorum preces, & merita id depoſcunt, ſed nos etiam ad omnipotentis Dei, & beatæ Mariæ Virginis gloriam, animarumque ſalutem, & fidelium diſciplinam confirmandam, nec non Eccleſiarum, quibus paterna dilectione, Apoſtolicaque auctoritate conſulimus, utilitates, ornatumque pertinere, & recte cognoſcimus in Domino expedire. Cum itaque nos compertum haberemus Eccleſiam Firmanam ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectam, ac pridem ante annum a partu Virgineo quingenteſimum in cathedralem erectam, cui alias nos, dum in minoribus conſtituti eſſemus, & Cardinalatus fungeremur honore, laudabiliter præfuimus, cuique etiam hodie venerabilis frater noſter Sigiſmundus Epiſcopus Firmanus præeſſe dignoſcitur, lapidibus marmoreis quadratis conſtructam ad collem in media civitatis Firmanæ parte collocatam, ſingularem, atque pulcherrimam, ſpectantium oculis multis paſſibus a dicta civitate Firmana ſeſe efferentem, in provinciæ fere medio, in qua nulla eſt metropolis Eccleſia, in tranquilla

A *aeris temperie, in loco diſtanti ab urbe ſupra centum, & triginta milliaria ſitam, B. Mariæ Virg. dicatam, tribus dignitatibus, videlicet Archidiaconatu pro uno Archidiacono, & Archipresbyt pro uno Archipresbytero, & Decanatu pro uno Decano, necnon 12. canonicatibus, & totidem præbendis pro duodecim canonicis, & octo præterea manſionariis pro octo manſionariis, duabuſque ſacriſtiis pro duobus ſacriſtis ipſi Eccleſiæ inſervientibus præſtare, quamplures Epiſcopos, præterea Orthodoxæ fidei defenſores, quorum nomina, tum ſanctitatis opinione, tum præſtantia ſingulari præfulſerunt, alioſque Cardinalatus honore decoratos, alios etiam S. R. Eccleſiæ moderamini admotos habuiſſe, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Firmanum Principatus inſignia, & ornamenta, præventionemque in multis cauſis, quoad legatos, gubernatores retinere, & omnimodam juriſdictionem ex privilegiis Apoſtolicis jam pridem emanatis, a fel. record. Sixto Papa IV. prædeceſſore noſtro uſque in hæc tempora confirmatis, in ſuos commenſales, familiares, colonos, & officiales etiam privative quoad legatos, & gubernatores quoſcunque, ac montem viridem caſtellum in omnem juriſdictionem retinere, nec non*
B *Firmum, Piceni urbem, Romanorum coloniam extitiſſe, ac ex qua ubi Chriſtiana Religione imbuta fuit ſub Decio Imperatore, ſeptuaginta Firmani martyres prodiiſſe recenſentur, in qua multa corpora ſanctorum, ac innumerabiles aliæ reliquiæ magna cum veneratione aſſervantur, multis privilegiis, & indultis, tam a piæ memoriæ Gregorio VII a quo tunc temporis exiſtens Epiſcopus Firmanus, Crucis deferendæ facultatis confirmationem obtinuit, a Gregorio VIII. IX X Honorioque III. qui eidem Epiſcopo ut principis nomen, juriſdictionemque ſpiritualem, & temporalem retinere conceſſit, Innocentio III. & VII. Eugenio IV. & Calliſto III ac quam plurimis aliis Romanis Pontificibus etiam prædeceſſoribus noſtris, tum claræ memoriæ Friderico II. & Henrico III multiſque aliis Romanis Imperatoribus illuſtratam, ampliſſimam, in qua nihil fere perſpicitur quod ejus longe, aliqueque repetitam antiquitatem non præſeferat, in colle aeris ſaluberrimi, amœnitatis non exiguæ in media Piceni parte ad ſinum Adriaticum, non longe ab Apenninis montibus ſitam, & quemadmodum*
C *Firmum, Picenum olim nominabatur, ita aliis temporibus Marchia Firmana vocabatur, quod Firmum primaria civitas in dicta Provincia exiſteret. Princeps quoque in ſuam juriſdictionem Marchiam vel receperit, vel redegerit in dicta civitate ſedem, domiciliumque collocaſſe, ac ſemper detinuiſſe, eodemque exemplo ſub Romanis Pontificibus, multis annis curiam generalem Legationis Marchiæ, tamquam in loco honorabiliori inibi reſediſſe, nec non generale ſtudium, ad inſtar ſtudii Bononien a recol. mem. Bonifacio Papa VIII. ſimiliter prædeceſſore noſtro, & poſtea ab Eugenio IV. & Calliſto III. prædeceſſoribus prædictis, ac multis aliis Pontificibus confirmatum, & a nobis denuo erectum, & reſtitutum floruiſſe, & florere, in eaque extare collegium juriſconſultorum jam inde ab immemorabili tempore ornatiſſimum, ac in numero, & doctorum præſtantia inſigne, hoc quidem tempore ultra ſeptuaginta doctores conſcriptos reperiri, eiſdemque modo, & ratione quamplurimos procuratores, & notarios eſſe, in ea quoque ſeminarium ex Concilii Tridentini decreto inſtitutum, aliorumque illuſtrium virorum fide ſtudioſiſſimorum,*
D *pietate, & Religione ſummopere deditorum, nec non Epiſcopi, & Paſtores ſui, ita officioſiſſimorum, ut nihil unquam prætermiſerint, quod ad ipſius Epiſcopi commoditatem, & dignitatem augendam facerent, ac multæ per Firmanos donationes, etiam caſtellorum priſcis illis temporibus Epiſcopo factæ reperiantur, copia refectum, quibus plurimum ſemper delatum fuerit, tum quod ipſa civitas ſita loco arte munito, ac hominum robore, & fortitudine, ac ingenii acumine, & præſtantia adeo ornata fuit, ut cæteris Marchiæ civitatibus hujuſmodi timorem maximum inicere ſoleat, multaque obſequia erga ſedem Apoſtolicam prædictam perpetuo præſtiterit, atque propriis actibus ab imperio Deſiderii Longobardorum Regis ſe vindicarint, ſeque, ac ſua omnia ſimilis memoriæ Adriano Papæ I pariter prædeceſſori noſtro, ſedique Apoſtolicæ prædictæ ſponte dederint, ipſaque civitas fidei cauſa, & ſinceræ devotionis gratia, quam gerere ſolita eſt erga ſedem eandem, cum Fridericum I agnoſcere noluiſſent, igne fere aſſumpta fuerit, eademque de cauſa, & alias ſæpe multa*

Digitized by Google

damna, & detrimenta ſubjerit, & in ſummas difficultates, & calamitates ſæpius inciderit, ut ſe ab eorum dominatu, qui Marchiam in ſuam ditionem, contra ſedem Apoſtolicam redegerint, vindicaret, & ad ipſam ſedem, ejuſque Imperium redire poſſet, veluti ſub Eugenio eodem ac aliis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & noviſſime in bello Ferrarienſi, ſimilis mem. Julio II. & poſtea Clementi VII. Pontificibus Maximis pariter prædeceſſoribus noſtris, præſto fuerint, monaſteriorum inſuper tam virorum, quam mulierum opulentiſſimorum æque, atque in quavis alia civitate, parochialium præterea Eccleſiarum, ac Confraternitatum, & Hoſpitalium quamplurimorum frequentia commendabilem, diœceſim denique Firmanam prædictam ita opulentam, & amplam extare, ut major in dicta Provincia non reperiatur, agri ubertate fertiliſſimam, frumento, vino, oleo, & frugibus cum ſuis generis, vel etiam ſale, & rebus omnibus ad victum neceſſariis adeo abundantem eſſe, ut non ſolum cæteris Provinciæ civitatibus ſuppeditare, ſed ad Dalmatas, Illyricos, Venetos, ac alios tranſportare ſoleat, ita ut plane huic diœceſi deferenda ſit fertilitatis laus, quæ in agro Piceno paſſim tribuitur. Nec non ejus comitatum, terras, caſtra ſexaginta fere habere, quo quidem comitatu Firmum ſinitimum, ac confine exiſtit cæteris fere omnibus civitatibus dictæ Provinciæ, cujus majorem partem occupare conſtat. Nos aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui eodem honore decorarunt Eccleſias, quibus olim in minoribus dum conſtituti eſſent, & Cardinalatus fungerentur honore, præfuerunt, veſtigia ſecuti, ad illam meritis honoribus augendam, & promovendam adducti, piis quoq; ſupplicationibus dilectorum filiorum communitatis, & hominũ ejuſdem civitatis nobis per dilectum filium Cæſarem Ottinellum civem Firmanum V. I. D. eorum procuratorem ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutum deſuper porrectis excitati, poſt habitam cum venerabilibus fratribus noſtris prædictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus maturam deliberationem, de eorum conſilio, atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Maceraten. Tolentin. Ripan. Montis Alti, & S. Severini in dicta Provincia conſiſtentes, necnon dictæ ſedi etiam immediate ſubjectas Eccleſias, earumque civitates, & diœceſes cum omnibus, & quibuſcumque eorum territoriis, & terminis, ac dilectos filios earum ſingularum, Clerum, & populum univerſum, cum ſuis collegiatis, parochialibus, & aliis Eccleſiis, necnon monaſteriis utriuſque ſexus, cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis ordinum, & militiarum regularibus, necnon hoſpitalibus, domibus, collegiis, & locis religioſis quibuſcumque ab ejuſdem ſedis immediata ſubjectione, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo dividimus, & ſeparamus, necnon a dictæ ſedis immediata ſubjectione, viſitatione, correctione, & omni, & quacumque alia juriſdictione etiam perpetuo eximimus, & liberamus, ipſamque Eccleſiam Firmanam ad laudem, & honorem omnipotentis Dei, ac B. V. Mariæ, necnon fidei Catholicæ exaltationem, & totius militantis Eccleſiæ gloriam, in Metropolitanam Eccleſiam, & ſedem Epiſcopalem Firmanam, in Archiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſq. & Metropolitani Præſidis ſedem, & Provinciæ caput pro uno deinceps Archiepiſc. qui pallii, & Crucis uſum aliorum Archiepiſcoporum more habeat, omnibuſque aliis inſignibus Archiepiſcopalibus, necnon privilegiis, honoribus, & prærogativis, Archiepiſcopis debitis, & conceſſis gaudeat, ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac nomine, titulo, ac honore Archiepiſcopali, & Metropolitan. decoramus. Præterea Eccleſias prædictas Maceraten. Tolen. Ripanen. Montis Alti, & S. Severini Eccleſias prædictas, modernoſque, & pro tempore exiſtentes illarum Præſules, ſeu adminiſtratores pro ſuis, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Firmani ſuffraganeis, qui tanquam membra capiti, eidem Archiepiſcopo Firmano jure Metropolitan. ſubſint, ita quod Archiepiſcopi Firmani in eiſdem Maceraten. Tolentin. Ripan. Montis Alti, & S. Severini civitatibus, & diœceſibus jus Metropoliticum ſibi vindicent, necnon Maceraten. Tolent. Ripan. Montis Alti, & S. Severini prædictæ eidem Archiepiſcopo, & Metropolitano ad omnia, & ſingula habeantur, & ſint adſtricti, ad quæ ſuffraganei ſuis Metropoliticis Eccleſiis, & Metropolitanis tenentur, & obligati ſunt, ut indicentur ſecundum canonicas ſanctiones, ac eidem Archiepiſcopo Firmano prædictos ſuos ſuffraganeos conſecrandi, ad Provinciales ſynodos evocandi, ac cum eis etiam Eccleſiaſtica negotia terminandi, de eorum Eccleſiis diſponendi juxta ſtatuta ſacrorum Canonum, omniaque alia, & ſingula quæcumque, quæ de jure, vel conſuetudine, aut alias quoquo modo ad Archiepiſcopos, & Archiepiſcopale munus ſpectare, & pertinere ſolent, & debent, gerendi, faciendi, exercendi, plenam, & omnimodam auctoritatem tenore præſentis concedimus facultatem. Provinciæ quoque Firmanæ clerum, & populum univerſum pro eorundem Eccleſiæ, & Archiepiſcopi Firmani Provincialibus pariter etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Maceraten. Tolentin. Ripan. Montis Alti, & S. Severini Eccleſiarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Eccleſiis, illarumque Præſulibus, Adminiſtratoribus, & capitulis, ac quibuſcumque aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, atque ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & ſub quibuſvis verborum formis, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium etiam tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1589. Nonis Kal. Julii Pontificatus noſtri anno 5.

Deceſſit autem Sigiſmundus 1595. 1. die Octobris; ſepultuſque eſt in ſua Metropolitana.



2. OCTAVIUS Bandinus, Florentinus, filius Petri Antonii, atque Caſſandræ Cavalcantis, cum eſſet Vicelegatus Bononiæ, a Clemente VIII. ſecundus Archiepiſcopus Firmanus adlectus eſt die 29. menſis Julii 1595. incredibili congratulatione, plauſuque Firmanorum civium, quibus ſub Sixto V. Pontifice incorrupte jus dixerat; quam paulo poſt lætitiam idem Clemens VIII. cum Bandinum vocaſſet ad purpuram, mirifice cumulavit. Fuit etiam Legatus Flaminiæ, mox & Piceni. Octavum Clementem Ferrariam proficiſcentem, quam paulo ante receperat, ſecutus eſt, cumque Cardinali Brandata Margaritam Auſtriacam novam nuptam III. Philippi Hiſpaniarum Regis Legatus excepit. Bandinum Clemens VIII. unice dilexit, penſatiſque ejuſdem animi dotibus, ad ardua quæque negotia ſemper LXVIII.

A illum admovit; nec minus in pretio fuit Pontificibus Paulo V. Gregorio XV. atque Urbano VIII. qui ob ſingularem viri prudentiam Bandinum ſuſpiciebant, appellabantque venerandum ſenem, ſacrique Senatus delitias, ac ſuæ patriæ decus, nec ſane immerito; ſiquidem a puero continenti tenore virtutum,ſecundaque probitatis fama, ad ſenilem pervenerat ætatem. Ergo factus ſenior, Firmanam Eccleſiam reſignavit nepoti, aliiſque duobus ſucceſſive 1606. quos paterno affectu dilexerat.Deceſſit Romæ Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ſacrique Collegii Decanus 1629.Kal.Auguſti, ſepultuſq; eſt apud S.Sylveſtrum in monte Quirinali in ſuorum majorum Sacello, ubi ea inſcriptio legitur, quam in Epiſcopis Oſtienſibus attulimus.



LXIX. 3. ALEXANDER Strozza a, Cardinalis Bandini ex ſorore nepos, ex ceſſione patrui, cum utriuſque Signaturæ Referendarius eſſet, tertius Archiepiſcopus ſublectus eſt Paulo V. ſedente 1606. die 10. C menſis Aprilis. Henricus IV. Rex Gallorum hunc Præſulem unice amavit,quem cum de ſua promotione Strozza feciſſet certiorem,hanc ſequentem a tanto Rege retulit congratulationem.

a De eo Gamurrinus de familiis vol. 4. p. 79. & 107. *Mandoſ.*

A Monsù l' Arciveſcovo di Fermo.

Monsù l' Arciveſcovo di Fermo.

Ho havuto à piacere l'aviſo, che me havete dato con le voſtre delli 13. del paſſato di voſtra promotione al governo, & amminiſtratione d'una Chieſa coſi celebre, e nominata, come è quella di Fermo, e me ne ſono rallegrato con voi, come io ſo con queſta, ſicuro che quanto più ſarete eſaltato in dignità, tanto maggior modo haurete di metter in prattica, & effettuare la buona volontà, laquale havete ſpeſſo moſtrato verſo il mio ſervitio, & utile, e grandezza di queſto ſtato. Continuatela io ve ne prego, e ſiate ſicuro, che nell'occaſioni, che s'appreſentaranno, io la riconoſcerò. Secondo che io ho comandato al Signore Alincourt mio Ambaſciatore di farvelo più a pieno intendere, al quale remittendomi, prego Dio Monsù l' Arciveſcovo di Fermo, che vi conſervi nella ſua ſanta, & degna cuſtodia. Scritto a Parigi li 11. Luglio 1606.

Henrico

Ad eundem Villaroy prolixiores litteras dedit, oſtendebatque Strozza ea ambitioſe expetita Gallorum amicitia ſe veteri Strozzeanæ gentis inſtituto unam Gallorum potentiam impenſius adorare. Juvenis adhuc deceſſit, dum ſuam Eccleſiam præſens adminiſtraret 1621. die 11. menſis Februarii, hora 18.ejus diei, ſepultuſque eſt in Metropolitana, non ſine mœrore populi Firmani.

LXX. 4 PETRUS Dinus, b Florentinus ſtemmate nobilis, item ipſe Cardinalis Bandini ex ſorore nepos, a Gregorio XV. quartus Archiepiſcopus electus eſt anno 1621. die 9. menſis Aprilis. Præſul quidem, ut mihi ſe Romæ prodidit, candore morum, affabilitateque nulli ſecundus; ea vero eruditione, ut non minus Græce, quam Latine peritiſſimus ſit, videaturque patrui exaggeratas virtutes

b De eo in Notitiis viror. illuſt. Academiæ Florent. par. 1. p. 285. *Mandoſ.*



proxime imitari, exprimereque feliciter. Cæterum eo dignitatis gradu, præclaraque eruditione eum ætate B florentem importuna mors rapuit 1625. die 14. menſis Auguſti, ſepultuſque eſt in Metropolitana prope affinem Strozzam, cum prius S. Philippi Sacellum exornaſſet, elegantemque poſt ſe Bibliothecam reliquiſſet. At de Dina familia omnes fere Florentini Hiſtorici loquuntur, cujus vetuſtiſſima origo iis duobus carminibus explicuit noſter Varinus lib. 2. de Illuſtr. urbis Florent.

Syllana Dinus ducit de ſtirpe penates,
Hinc ſacra Pontificis ſoli cenſura recepit.



5. JO. BAPTISTA Rinuccinius c Florentinus avorum ſanguine clarus, tertius ex ſorore nepos Cardinalis Bandini, duobus ſuis conſobrinis in Archiepiſcopatum Firmanum proxime ſuffectus eſt, Urbano VIII. ſedente 1625. menſ. Septemb. cum antea Cameræ Auditor eſſet in civilibus cauſis, Secretariuſque Rituum Congregationis. In Hibernia hoc ipſo anno 1645. Apoſtolicus Legatus miſſus eſt ab Innocentio X. Pontif. Max. * Tandem Præſulatus ſuo anno 28. doctrina, pietate ac probitate D morum inſignis moritur, non ſine ſanctitudinis fama Idibus Decemb. 1653. in Summo Templo Archiepiſcopali ſur tumulatus, hoc Epitaphio exornatus,quod nuper commiſit marmori Franciſcus Rondinellius rogatu Thomæ Rinuccinii in defunctum fratrem. LXXI.

c De eo Ciacon. t. 4. col. 698. & in ſupradictis memoriis Academ. Florent. *Mandoſ.*

* Ex Ant. tom. 9.

Chriſto. Mortuorum. Primogenito.

Jo. Baptiſtæ Rinuccinio Florentino, Archiepiſcopo & Principi Firmano, ad Fæderatos Catholicos Hyberniæ Pontificia Legatione ſtrenue functo, Viro ſpiritu Apoſtolico, ac Paſtorali vigilantia præfulgenti, qui lumbos præcinctus Innocentiæ ac ſcientiæ ardentes Lampades e manibus nunquam depoſuit, cujus dextera & aperta & clauſa fecit virtutem Miſericordiæ, plena ſemper, ad pauperes extenſa,quos moriens dixit hæredes ex aſſe, contracta calamo plurimos erudivit; cujus pedes pacem evangelizantis mirè ſpecioſi

gregem

gregem irrequieto labore circumierunt, atque ultimum Terra perluſtravere: Ita Eccleſia omnis Epiſcopis forma Virtutum factus; totidem quot acceperat ſuperlucratus talenta, in Domini gaudium, uti ſpes eſt, intravit, Id. Decemb. An. ſal. M.D.C.LIII. Ætat. lxi. nondum expleto. Thomas Rinuccinius Camilli Sent. fil. S. Stephani Eques ac. Sereniſſ. Victoria Magna Ducis Etruria Cubiculo Præfectus, Fratri. Opt. Mer. Mæſtiſſ. P.

LXXII. 6. * CAROLUS Cardinalis Gualterius Urbevetanus die 5. Octob. 1654. Firmanus Archiepiſcopus electus, concreditam ſibi Eccleſiam ſingulari animi ſui pietate, prudentia, & incomparabili virtute adminiſtrat, cujus eximias dotes cum priſca familiæ ſuæ nobilitate alii enarrarunt; ſatis enim mihi fuit delibaſſe, ne purpurati Principis, ac digniſſimi Archipræſulis onerarem modeſtiam.

* Ex Apt... tom. 6.

A D D I T I O.

(„ *Hanc denique Eccleſiam dimiſit die 12. Aprilis 1668. De eo conſulendi Cartharius in ſyllabo Advocatorum Conſiſtorialium p. 276. & Ciaconius noviſſ. editionis tom. 4. col. 702. ubi etiam de ſequenti Jannotto.*

LXXIII. „ JANNOTTUS *Gualterius, Nobilis Urbevetanus, ſupradicti Cardinalis ex fratre nepos, I.U.D. annorum 33. Eccleſiam Firmanam ſuſcepit regendam die 30. Aprilis 1668. Anno vero 1683. die 13 Maji diem clauſit extremum in ſponſa ſuæ gremio.*

LXXIV. „ JO: FRANCISCUS *S.R.E. Diaconus Cardinalis Ginettus præfectus fuit huic Eccleſiæ die 5. Junii 1684. Deceſſitque Romæ menſe Septembri an. 1691.*

LXXV. „ BALTHASSAR *S. R. E. Presbyter Cardinalis Cincius, Romanus, mortuo Ginetto ſuffectus eſt die 20. Novemb. 1697. qui cum duodecim forme annos ſumma vigilantia, atque pietate concreditum ſibi gregem cuſtodiiſſet, obiit virtutum fama, vitaque ſanctitate commendatus menſe Majo an. 1709.*

LXXVI. „ HIERONYMUS *de Matthais, Romanus, Archiepiſcopus Nazarenus, & apud Venetam Rempublicam Nuncius Apoſtolicus ad hanc Eccleſiam translatus eſt die 21. Novemb. 1712.*

MACERATENSES
EPISCOPI.



MAcerata civitas nobilis Epiſcopalis Piceni, Academia, ſedeſque Legatorum, ac Præfectorum illius Provinciæ, haud admodum antiqua eſt. Siquidem, ut refert Blondus, aliique quamplures, poſt irruptionem Gothorum, ac Barbarorum in Italia ex ruinis, maceriiſque Helviæ Recinæ ædificata fuit anno ſalutis 410. Macerata appellata eſt. Poſt ædificationem in tantam amplitudinem excrevit, ut Piceni digniſſima habeatur. Ibi Provinciæ Præſes reſidet, ibi popularium graviſſimis de rebus judicia celebrantur, ibi Picena juventus congregata litterarum ſtudiis operam navat. In altiſſimi montis faſtigio perbelle extenſa, inſertaque fructiferis collibus circumcirca leviter aſſurgentibus, inde jucundi campi viridantibus hinc, atque inde tumulis, tecti ad fauces Cimaræ vallis porriguntur. Hinc

A urbis hujus amœnitatem, conſpectuſque varietatem prædicant omnes, ædificiis publicis, & privatis ſplendida, nobilis, & magnifica. Turrim in platea magna mirabilis altitudinis, & egregiæ ſtructuræ, & in tota Italia celebrem inter alias habet. Quatuordecim millibus exornatur civibus, qui vere civiles, & humani ſunt. Rerum affluentia in toto Piceno celebris eſt. Duo flumina radices montis lambunt, uti nobiliter ædificata aſſurgit, Cluentum, & Potentia. De ea ita Baptiſta Mantuanus in D. Nicolai Tolentinatis ſuo Poemate cecinit.

In Picente ſolo collem inſurgit in altum
Terra duos Amnes inter, qua reſpicit Umbros,
Et Boream, ſummis demiſſa Potentia ſaxi
Labitur; Auſtrino qua ſydera reſpicit ore,
Defluit ex alto demiſſus Seravalle Cluentus.
In dorſo Macerata ſedet, poſt bella Gothorum
Edita, & ex priſcis Ricinæ generoſa ruinis.

In Maceratæ nomen pereleganter ludit Franciſcus Pamphilus in lib. 2. de Laudibus Piceni.

B *Filia Ricenei cineris reparata, remoto*
Ponitur, at contra nunc Macerata jungo:
Iſta ſuum nomen gladio ſibi ſumpſit ab ipſo,
Quod nimis hoc vigeat juſta Machera ſola.
Omnibus acceſſu multorum nota virorum
Cum ſit Pontificis Præſidis iſte locus.
Seu quod maceriæ putris reparanda ſit apta,
Italia de caſu pulverulenta ſui.
Sive quod equuleo cincto, variiſque flagellis
Præſidis imperio maceret iſte reos.

Philippus vero Belluccius in ſuo itinerario de hac ipſa urbe ſic loquitur, eamque Regiam appellat.

Macerata tuas urbs Regia portas
Ingredimur, quæ ſola tuo moderaris habenas
Imperio, & campis Picenis jura miniſtras.

Eam inter alias Piceni urbem nobilem, & ſitus magnitudine, & ædificiorum pulchritudine præclaram prædicat Andreas Scottus, caput, & Metropolis Piceni provinciæ non ſemel enunciatur in Pontificiis diplomatibus. Univerſitatem, celebremque
C academiam ibidem inſtituit Nicolaus IV. Pontif. Max. anno 1290. eamque iterum reſtituit Paulus III. die 1. Julii 1540. omnibus privilegiis, quibus Bononienſis, Patavina, cæteræque Italiæ pollent univerſitates; ab eo tempore, & ſemper floruit frequentiſſimo juvenum concurſu, doctaque interpretum fama. Gymnaſium Maceratenſe nobile, almum, ſolemne, & celeberrimum vocat Borell. de Regis Catholici præſtantia, & celebrem paſſim celebrant ſummi Pontifices, ex eo enim tamquam ex equo Trojano innumeri prodierunt, qui literarum ſplendore orbem illuſtrarunt, ut Sixtus V. Pontifex Maximus, & purpurati multi. Duplici decoratur collegio, quod tamquam ſingulare inter alias univerſitates a pleriſque commendatur, unum eſt ex nobilibus civibus tantum, alterum provinciæ, & curialium. Medici vero, Theologi, ac Philoſophi propria etiam habent collegia, quæ Maceratenſibus civibus exornantur. Duas habet academias, quarum una eſt Catenatorum celebris, & antiqua,
D altera Avinctorum, quæ nobilis eſt frequenti concurſu virorum. Viget in ea urbe ſacræ Rotæ Auditorium, in quo totius Piceni cauſæ tam ſeculares, quam Eccleſiaſticæ per quinque celebres juriſconſultos terminantur, ad quos omnium cauſarum appellatio devoluitur, quæ ad Romanum Pontificem, alioſve interponuntur; cudendi monetas facultatem habet argenteas, aureaſque, quarum multiplex circumfertur cumulus; inter quas nonnullæ antiquæ reperiuntur, quibus ex una parte inſculptus videtur D. Julianus tutelaris equo inſidens, & vexillum geſtans, quod intus molam Maceratæ inſigne includitur his literis *S. Julianus*, ab altera vero parte Crux exprimitur, *De Macerata*. Geſtat pro inſigni argenteam molam in parma rubea, regia corona inſignita, ex vetuſta patrum inſtitutione, quam Urbanus VIII. præcipuo diplomate confirmavit 15. Januarii 1638. curante Pompejo Compagnono nobili Maceratæ patritio, olim in patrio gymnaſio inter-

prete. In Cathedrali D. Juliano patrono ſacra, tredecim numerantur Canonici cum Archidiacono, quorum unus præbendam Theologalem, alter Pœnitentialem obtinet, aliique clerici ad divinum cultum præordinati, cum quinque manſionariis; Archidiaconus, & Canonici in eccleſiaſticis functionibus, cappas violaceas cum pellibus Armellinorum, & rocchetto ad inſtar canonicorum Vaticanæ baſilicæ ex privilegio ejuſdem Urbani VIII. deferunt. Dives eſt Eccleſia nobili ſupellectili ſacrorum indumentorum, & vaſorum cælati argenti cujuſque generis ad eccleſiaſticum miniſterium accommodati. In ea inſignes ſpectantur reliquiæ, inter quas haud reticendum, ſervari ibidem ſacrum linteum corporale ſanguine Chriſti madidum, qui anno* 1356. cecidit ex corpore ſanctiſſimi domini noſtri Jeſu Chriſti in Eccleſia S. Catharinæ Maceratæ, dum ibi ſacerdos celebrans, ſacram hoſtiam frangens hæſitabat in fide. Quod ad tanti miraculi fidem ad hæc uſque tempora integrum non maculatum, ſed ſanguinis ſanctiſſimi purpura, quaſi de recenti aſperſum inſpicitur, & quolibet anno Dominica die 1. poſt Pentecoſten ſolemni pompa ſacrorum per civitatem cryſtallino, argenteoque incluſum vaſculo toto ſpectante Piceno circumfertur. In ſacello Roſinæ familiæ aſſervatur inſignis reliquia Andreæ Apoſtoli, quam ex Amalphitana Eccleſia huc transferendam curavit Julius Roſinus nobilis Maceratenſis ejus urbis Archiepiſcopus. In alio ſacello juriſpatronatus antiqnæ, & nobilis familiæ Carbonæ ſervatur in argentea theca una ex ſpinis, quibus Chriſtus Jeſus Salvator noſter coronatus extitit ad opprobrium; ibidem oſſa plurimorum SS. Innocentium, qui proprio ſanguine martyrii primitias Chriſto naſcenti conſecrarunt. Viſitur etiam in hac Cathedrali brachium S. Juliani inventum anno 1442. ut dicemus. Campanaria Turris nobilis ſpectatur a Maceratenſi populo erecta, ut ibidem marmorea Inſcriptio indicat hujus tenoris.

Divo Juliano patrono populus Maceratenſis
ære publico novam a fundamentis exſtruxit,
conſtruxitque anno ſalutis M. CCC. LXX.
VIII. ſedente Sixto IIII. Pontifice Max.

* Ex App. tom. 5.

Duodecim in hac civitate religioſorum cœnobia recenſentur, quinque Monialium, duo hoſpitalia unum pauperibus ægrotis, alterum pro peregrinis, & alia duo orphanorum, puellarumque cura Epiſcopi ex teſtamento Vincentii Berardi nobilis Maceratenſis fundatoris. Quinque parochiales Eccleſias habet, præter aliam collegiatam Canonicorum S. Salvatoris ſub Præpoſito, quarum curati, Archipresbyteri dignitate decorantur; ſeptem ſecularium hominum ſodalitates, inter has prælucet ſocietas S. Hieronymi, quæ nobilibus aliiſque pauperibus, quibus mendicare non licet, liberaliter omni tempore ſubvenit, ut vitæ, & familiæ decorem ſervent, præſtito juramento reticendi ſecreto, nomina pauperum, qui petunt, eleemoſynamque recipiunt. Extat clericorum ſeminarium a Cardinale Centino Epiſcopo erectum, ſpectatur collegium Caſſinum a Ludovico Caſſino nobili Maceratenſi exædificatū, ut juventus ibi liberalibus poſſit artibus inſtitui ad gymnaſii gloriam ſub Patrum Societatis Jeſu diſciplina: duo oratoria viſuntur ſecularia, unum ſub invocatione S. Philippi Nerii, alterum ſub tutela S. Antonii de Padua, cujus inſignem reliquiam obtinuit Maceratenſis populus ab Epiſcopo Patavino Cornario, quæ ibidem honorifice cuſtoditur; montes duo divites ad pauperum neceſſitates ſublevandas habet. Populoſa civitas eſt, fœtaque populo ad omnem artem, & ſcientiam aptiſſimo, ex eoque viri in omni facultate excellentes, & dignitate illuſtres prodierunt.

Cæterum Joannes XXII. hanc civitatem ſuppreſſa Recanatenſi Epiſcopali dignitate ornavit an. 1320. *(hoc enim anno, qui fuit quintus Pontificatus Joannis XXII. Papæ inſtitutus eſt Maceratenſis Epiſcopus.) tranſtulitque illam in plebaniam S. Juliani in Cathedralem erectam, & præfatam Recanatenſem, ejuſque diœceſim cum omnibus juribus, & pertinentis Maceratenſi Eccleſiæ ſubeſſe voluit, ut clare habetur in ſequenti diplomate; Cujus exemplar ab originali deſumptum, quod extat in archivio Maceratenſi, eſt hujuſmodi.

* Ex App. tom. 5.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Sicut ex debito rationis indevotis filiis etiam ingratis pro culpis pœna merito noſcitur infligenda, ſic æquitas ſuadet, ut fidelibus, & devotis condigna rependatur pro meritis retributio præmiorum. Ac ſancta ſiquidem Romana Mater Eccleſia, quæ de continuo filiorum redditur proſperitate ſollicita, materna recenſionis attentione conſiderat, quod Terra, & Populus Recanatenſis infra Marchia Anconitana provinciam ad nos, & præfatam pertinentem Eccleſiam conſtituti tūc ſequendo rectis greſſibus vias ejus ſuis devotis beneplacitis adhærebant, & eam cum reverentia filiali colebant, ut matrem, & propterea matris ipſius larga benignitas illos prærogativa ſpecialis dilectionis gratioſe præveniens Terram præfatam civitatis vocabulo, & Epiſcopalis dignitatis honore liberaliter inſignivit, eis Epiſcopali ſede conceſſa. Sed demum tempore procedente iidem Terra, & populus per infidelitatis devia, & abrupta culparum, tanquam perceptorum beneficiorum ingrati de ipſius matris gremio lapſu præcipiti corruentes, ſuamque ponentes cum ipſius percuſſoribus Eccleſiæ portionem, in eadem etiam fideles ejus per dictæ perſecutionis ſævitiam adeo detrimenta gravia congeſſerunt, quod tanto honore merito ſe reddentes indignos illos eadem Eccleſia memoratæ dignitatis honore privavit. Cumque poſt longi temporis ſpatium Terra, & populus antedictus ad gremium ejuſdem Eccleſiæ pœnitudinis prætendentes ſpiritum rediiſſet, ipſos Eccleſia præfata, quæ repetentibus frænum ejus non conſuevit miſerationis ubera denegare, benigne recepit ad gratiā, & deinde ad honorē reſtituit priſtinæ dignitatis. Verum Terra, & populus memorati tantorum beneficiorum, & miſerationis obliti proximis temporibus retroactis, ut canes ad prioris fœditatis vomitum redeuntes, dum dilectus filius Amelius Præpoſitus Belli montis, Capellanus noſter, ejuſdem Rector provinciæ, circa ipſius perſecutionem regiminis ſtudioſe vacaret, quendam Pontium Arnaldum de Caſtro Verdunen. conſobrinum, & Mareſciallum ſuum ad dictam Recanatenſem terram, tam pro exequutione quarundam ſententiarum contra Poteſtatem, capitaneum, conſilium, & commune, ac univerſitatem terræ ipſius, & populum ſupradictum, & quaſdam ſingulares perſonas ex eis juſtitia exigente latarum, quam pro Terræ ipſius ſtatu, quam ſibi quidam ſubjugaverant, ſicut adhuc ſubjugare tyrannica ſervitute conantur, prout ad ſuum ſpectabat officium reformando in melius deſtinaſſet; Idē Mareſciallus publice per terram præconizari fecit eandem, quod ipſe pro perſona, vel rebus offendere neminem intendebat, ſed civitatem ipſam reducere ad ſtatum pacificum, & tranquillum, & ad noſtram, & eorundem Eccleſiæ, ac rectoris obedientiam revocare, quodque omnes Recanatenſes cives de provincia ipſa banniti, non obſtantibus quibuſcunque proceſſibus, ſententiis, & condemnationibus habitis, & factis præteritis temporibus contra eos infra certum terminum ad hoc præfixum eiſdem ſe præſentaret perſonaliter coram eo: idem vero Poteſtas, capitaneus, conſilium, & commune, ac univerſitas, & populus ſupradictus, velut perpetuæ maledictionis alumni contra nos, & præfatam Eccleſiam dominam eorundem per motus deteſtabiles, & effrænos cervicem rebellionis præſumentes erigere, dictæque privationis ignominiam, quam expreſſam deferunt frontibus, non verentes, una cum populo, & univerſitate Auximana, quos eis colligatio neſanda conjunxerat, ad hoc ſpecialiter advocatis, & latenter in civitatem introductis eamdem, & quibuſdam aliis complicibus eorumdem in Mareſciallum, & eos, quos habebat in ſua tunc temporis comitiva, adhuc termino ipſo pendente, armis muniti bellicis, ſicut publica famæ indicabat aſſertio, & manifeſta veritatis notorium divulgabat, hoſtiliter irruerunt, eodem Mareſcialle,

& non-

& nonnullis de comitiva ipſa, & concivibus eorundem A
uſque ad trecentorum numerum in ore gladii trucidatis.
Et demum tam quibuſdam de concivibus ipſius, qui caro de carne, & os de oſſibus eorundem, extiterunt, quique Mareſciallo præfato fideliter pro hujuſmodi reformatione ſtatus adhæſerant, quam aliis, qui tunc evaſerant manus cadentium captivatis, & deinde per civitatem tractis eamdem aliquos ex eis juſſerunt in plateis publicis, ubi domus eorum fuerant, quas fecerant ſæva tyrannide dirui, funditus fecerant ſepeliri, aliquos ſuſpendi patibulis, & quibuſdam de prædictis concivibus, quos detinuerant antea carceratos per menſes aliquos reſervatis, demum eos fecerunt truncari capitibus, ab eis prius extortis bonorum ſuorum venditionibus, & donationibus violenter. Et quod omnem exceſſum impietatis excedit, in pueros infantes, & impuberes truculenta rabie ſævientes, nec attendentes, quod reus legis ſubditur, & capitalis ſententiæ ſubjacet ultioni, qui necat infantem, quodque ſervari ex ſtatuto frequenter in bellorum congreſſibus conſuevit, ut facies, quam pubertas non noverat, gladium bellatorum evaderet, B
& vita incolumis ſervaretur plurium puerorum, infantium, & impuberum, quorum parentes vel ſana rabies Recanatenſium eorundem crudeliter vita privarat innoxium, qui ad nos clamat de terra, ne poſt ipſos temere remanere contingeret, ſanguinem effuderunt, Mareſcialli, & aliorum de comitiva prædicta. Equis, armis, pecunia . . . & concivium prædictorum, qui dicto Mareſciallo, ut præfertur, adhæſerant, quos de manibus eorum per fugæ ſubſidium miſeratio divina protexerat, & multorum aliorum tam clericorum, quam laicorum, quos de terra prædicta rabies perſecutionis ipſorum in eos crudeliter armata fugaverat, bonis mobilibus omnibus hoſtili prædatione direptis, & Epiſcopalibus domibus Recanatenſis Eccleſiæ deditis in ruinam. Et inſuper ipſorum mentibus in omnem viam malitiæ turpiter inquinatis, & ſceleſtis actibus data licentia, in raptum virginum deteſtabiliter proruperunt, dehoneſtarunt caſta conjugia, ſanctimonialium pudicitia violata, monaſteriorum Abbatiſſas de ipſis ejecerunt monaſteriis, violenter de facto intruſis aliis in eiſdem, C
& alios exceſſus nefarios, & atroces, qui ſeriem longæ narrationis exigerent, in ſummi Regis offenſam, noſtram, & Apoſtolicæ ſedis contumeliam, & contemptum enormiter perpetrarunt, exinde in oppreſſionem Eccleſiarum, & clericorum depreſſiones, Eccleſiaſticæ libertatis deſtructionem pauperum, & fidelium aliorum, & univerſale provinciæ memoratæ diſſidium, gravibus ſcandalis ſuſcitatis. Ideoque, nos quantumque præmiſſa ſcelera innoteſcerent evidenter, & publice vulgarentur de ſedis prædictæ manſuetudine copioſa, quæ libentius emendat in ſubditos peccata, quam puniat, nec ferrum exhibet præciſionis in morbos, qui poſſunt ex levi fomento recipere ſanitatem, præfata Poteſtatem, capitaneum, conſilium, & commune, univerſitatem, & populum Recanatenſem, & alios culpabiles in præmiſſis per litteras noſtras proceſſibus per dictum rectorem diverſas pœnas, & ſententias continentibus habitis contra ipſos in ſuo robore duraturis requirendo duximus attentius, & monendos, diſtricte præcipientes eiſdem, ut eorum culpas modeſta correctione ſanante non traheret eos ad deſperationis laqueum magnitudo peccati, ſed pie porrecta D
manus Apoſtolicæ diſciplina reduceret ad ſalutem, infra unius menſis ſpatium, poſtquam monitio, & mandatum noſtrum hujuſmodi ad ipſorum notitiam perveniret, vel per eos ſtaret, quominus pervenire poſſet præciſe ad noſtra, & eorundem Eccleſiæ, & rectoris mandata, & veram, ac plenam obedientiam redire curarent. Nobis, & eiſdem Eccleſiæ, & rectori ſuper dictis rebellione, injuriis, exceſſibus, damnis, ſpoliationibus, ſceleribus, & offenſis infra dictum terminum ſatisfactionem debitam impenſuri, ipſique Poteſtas, capitaneus, & ſinguli de prædicto conſilio Recanatenſi, & alii in præmiſſis culpabiles, ut præfertur, perſonaliter, dd. vero commune, & populus, ſive univerſitas, per ſufficientem ſyndicum, & procuratorem idoneum peremptorie Apoſtolico ſe conſpectui præſentarent, mandatis noſtris ſuper præmiſſis plenarie parituri, ac facturi, & recepturi, quod juſtitia ſuaderet, eoſdem Recanatenſes inter alias pœnas, & ſententias, quas illis in hujuſmodi noſtris monitis, & mandatis parere contemnerent, per diverſos eis terminos ſucceſſive præfixos intulimus ab Epiſcopalis dignitatis honore Apoſtolica duximus auctoritate privandos, dantes præfato rectori per noſtras ſub certa forma literas in mandatis, ut proceſſus noſtros dd. pœnas, & ſententias continentes per ſe, vel per alium, ſeu alios prædictis Recanaten. præſentaret, aut illos, necnon & eaſdem pœnas, & ſententias in locis, de quibus ei videretur eidem, quod ad ipſorum poſſent notitiam pervenire, ſi adire non poſſet, tute præſentiam eorundem ſolemniter publicaret. Et licet poſtmodum rector ipſe per ſe, & alios cum ad dictam terram Recanatenſem tutus non pateret acceſſus, in diverſis ejuſdem provinciæ locis, de quibus illos nequaquam ambigitur ad eorum notitiam perveniſſe duxerit publicandum, ipſis tamen monitis, & mandatis, & vocationi noſtris hujuſmodi contumaciter obturantes auditum, & inobedientiæ terga nobis contemptu ſuperbo vertentes, nec eiſdem noſtris monitis, & mandatis, & vocationi parere, aut venire, vel procuratorem, vel ſyndicum deſtinare infra dd. terminos, nec etiam poſtquam ipſos expectari diutius curaverunt, propter quod eos dictæ privationis, & alias pœnas, & ſententias in dd. contentas proceſſibus non eſt dubium incurriſſe. Quia igitur non decet, nec expedit dictum Epiſcopatum diu carere nomine, atque ſede, ac diligentius attendentes, quod caſtrum Maceratæ infra dictam provinciam conſtitutum dictæ terræ Recanati vicinum, inter alia de partibus illis inſignis, populoſus, & aptus locus exiſtit, ad ipſorum Epiſcopatus, & Cathedræ obtinen. honorem, ac benigne conſiderationis examine recenſentes, quod univerſitas, & populus prædicti caſtri Maceratæ tanquam ejuſdem Eccleſiæ devoti filii, & fideles poſt ipſius Eccleſiæ ſacra veſtigia rectis greſſibus incedentes, & eidem Eccleſiæ perſonarum excidiis, & facultatum diſpendiis non vitatis, multiſque ſpretis laboribus, & oneribus expenſarum adhærentes ſtabiliter in proſperis, & adverſis præfato rectori, & aliis, qui eum in provincia memorata præceſſerit regimine ſic adſtitiſſe dicuntur fideliter, & conſtanter, quod eos, ut fertur, nulla provinciæ ſupradictæ commotio a propoſito fidelitatis aſſumptæ turbarit, & nulla pericula temporis perverterunt. Ipſi quidem dicta fluctuante provincia, ingruentibus commotionum fluctibus non ceſſerunt, nec quovis hoſtilitatis turbine imminente, in ſiniſtri partem lateris claudicarunt. Digne igitur populus, & univerſitas ſupradicti ſibi noſtram, & eidem Eccleſiæ benevolentiam vendicarunt, & digne virtus ipſorum perſeverantiæ promeretur, ut eorum, & eidem terræ Maceratæ ſtatus, & nomen ex noſtra promotione concreſcat, Apoſtolicis benedictionibus amplietur, & honoris, ac laudis ſuſcipiat incrementum. Præmiſſis igitur paterna benignitate diſcuſſis, prædictum caſtrum Macerata, quod partim Firmana, & partim Camerinen. diœceſis exiſtebat ad laudem, & gloriam S. & individuæ Trinitatis, reverentiam, & honorem præcelſæ, ac beatiſſimæ, & Chriſtiferæ Virginis Mariæ dominæ noſtræ, ac totius curiæ cœleſtis, dictique Maceraten. populi ad laudem ejuſdem Eccleſiæ Romanæ conſolationem, & gaudium, & eorum Recanatenſium perfidorum confuſionem perpetuam de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis a venerabilium fratrum noſtrorum Firmani, ac Camerinenſis Epiſcoporum, ac Firmanæ, & Camerinenſis Eccleſiarum, Capitulorum, & quorumlibet aliorum ſpirituali juriſdictione eximentes totaliter, hac fidelium adſtante multitudine copioſa in civitatem erigimus, & honore, ac titulo, & vocabulo civitatis de ſpecialis dono gratiæ inſigniti, Eccleſiam, ſeu plebem S. Juliani Macerat. in Cathedralem Eccleſiam erigentes, & ad illam Epiſcopalem ſedem, quam olim Eccleſia, & terra Recanatenſis obtinuit cum Epiſcopalis dignitatis honore, & ipſius Capitulo, & canonicis eiſdem numero, gradibus, ordine, ac dignitatibus, in quibus in eadem Eccleſia Recanatenſi hactenus exiſtebant, niſi per proceſſus noſtros, vel alias ſint forte privati, necnon & bonis omnibus dudum ad menſam Epiſcopalem ipſius Eccleſiæ Recanatenſis, dictumque Recanatenſe

Digitized by Google

Capitulum communiter, & diviſim ſpectantibus transferentes, ita videlicet, quod bona, quæ ad præfatam menſam Epiſcopalem eidem Eccleſia Recanatenſi ſpectabant, ut prætenditur, ad menſam Epiſcopalem eidem Eccleſiæ Maceratenſi pertineant, & bona, quæ ad præfatum Recanatenſe Capitulum pertinebant communiter, vel diviſim ad Capitulum Maceraten. pertineant conjunctim, vel etiam ſeparatim, ſicut ad prædictum Recanatenſe Capitulum pertinebant. Decernimus inſuper venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Maceratenſem vocari perpetuo Maceratenſem Epiſcopum, & prædictam Recanatenſem Eccleſiam, Capitulum, & canonicos de cætero Maceratenſem Eccleſiam, Capitulum, & canonicos nominari. Prohibitioni ſubiiciendo perpetuæ nominationem Epiſcopi, & Eccleſiæ Cathedralis, Capituli, & canonicorum Recanatenſium eorundem, præfatam vero terram, & totam diœceſim olim Recanaten. cum omnibus juribus, & pertinentiis eorundem Eccleſiæ, & Epiſcopo Maceratenſi prædictis, & ſucceſſoribus ejus Epiſcopis Maceraten. qui pro tempore fuerint pro parte diœceſis eorum habendū, & perpetuis per eos tenendum, & poſſidendum temporibus aſſignamus, ac nobis limitationem reliquæ partis diœceſis eiſdem Epiſcopo, & Eccleſiæ Maceratenſi aſſignan. cum de limitibus ejus plenam ad præſens nequeamus habere notitiam, reſervamus prædictis Firman. & Camerinen. Epiſcopis redditibus, ſi quos in dicta civitate Maceraten. ad Epiſcopales Eccleſiarum ſuarum menſas ſpectantibus obtinent reſervatis. Volumus autem, quod illi de præfato Capitulo, qui ſunt forte privandi, illud jus in canonicatibus, & præbendis, ac dignitatibus Maceraten. habeant, & non amplius, quod eis in Recanaten. canonicatibus, præbendis, & dignitatibus competebat. Hanc autem exemptionem, erectionem, translationem, & aſſignationem, ac prohibitionem noſtras ſic factas ſalubriter, & utiliter ordinatas perpetuis valituras temporibus robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædicta diſtrictius inhibemus, ne aliquis cujuſcumque præeminentiæ, ordinis, conditionis, vel ſtatus exiſtat, & quacumque præemineat dignitate hujuſmodi exemptionem, erectionem, translationem, & aſſignationem, & prohibitionem noſtras, ſeu aliquod, vel aliqua de contentis in eis quovis quæſito colore, vel modo, cauſa, vel occaſione quomodolibet adinventis ſcienter turbare, vel impedire præſumat. Nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, & nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrarium præſumpſerint, niſi infra quindecim dierum ſpatium, poſtquam hujuſmodi prohibitio noſtra pervenerit ad notitiam eorundem, vel per eos ſteterit, quominus potuerit pervenire, a turbatione, vel impedimento hujuſmodi reſipuerint cum effectu excommunicationis. In conventus vero, capitula, ſeu collegia ſuſpenſionis, & univerſitates delinquentes quomodolibet in hac parte interdicti ſententias, de prædictorum fratrum conſilio promulgamus, a quibus nullus ab alio, quam a Romano Pontifice, niſi ab eodem excommunicationis ſententia, in mortis dumtaxat articulo valeat abſolutionis beneficiorum obtinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum exemptionis, erectionis, translationis, conſtitutionis, & aſſignationis, reſervationis, inhibitionis, & promulgationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Avenion. 14 Kal. Dec. Pontiſ. noſtri an. 5.

Hactenus Joannis diploma pro erectione novæ Cathedralis Maceratenſis Eccleſiæ, & ſuppreſſione Recanatenſis Epiſcopatus. Verum non perpetuo hujusmodi fœdus permanſit, iterum enim a Recanatenſi ſeorſim rem ſuam geſſit, donec Sixtus V. ſuppreſſa iterum Recanatenſi Eccleſia, ab illius vinculo exſoluto Galeatio ambarum tunc Eccleſiarum Epiſcopo, cum Tolentinate, quam noviter erexerat in Cathedralem, juſſit inire fœdus, ea tamen lege, ut Maceratenſis Epiſcopus denominaretur, tametſi in expeditionibus ad civitatem, & diœceſim Tolentinam ſpectantibus, ſe ſubſcriberet Epiſcopus Maceratenſis, & Tolentinas. Bullam erectionis Tolentini Epiſcopatus, ejuſdemque unionis cum Maceratenſi, infra reperiet lector, cum ſeorſim de Tolentinate Eccleſia ſermonem inſtituerimus.

Epiſcopus tandem Maceratenſis a primæva ſua Inſtitutione ſolum Romani Pontificis reverebatur arbitrium ab omni Metropolitano jure exemptus, donec idem Sixtus V. poſt Tolentinæ Eccleſiæ erectionem, conſtituta in Metropolitana Firmana Eccleſia, ejus Archiepiſcopo ſuffraganeum eſſe juſſit Maceratenſem, & Tolentinatem Antiſtitem. Quod cum id ægre tuliſſent Maceratenſes, Archiepiſcopum Firmanum Rotæ Maceratenſi Sixtus ſubjecit quoad cauſarum reviſionem, quæ Archiepiſcopo in eccleſiaſticis cauſis inhibendo, præcipiendoque procedit; ſicque utriuſque civitatis librata poteſtate, Epiſcopum Maceratenſem Firmano Archiepiſcopo, & Maceratenſi Rotæ Archiepiſcopum Firmanum ſubjecit. Maceratenſis Eccleſiæ proventus ſunt ſcutatorum 1600. quibus ſi ſummam ſcutatorum 400. Tolentinatis Eccleſiæ cum ea unitæ addas, pro Epiſcopo ſummam conſtituunt ſcutatorum bis mille; taxantur vero hæ Eccleſiæ in lib. Cameræ ad floren. a 106. Porro Præſules, qui in eis floruerunt, ſequentes ſunr, quorum ſeriem ex actibus Romanis, aliiſque monumentis ex fide deprompſimus.

A D D I T I O.

(„ *Maceratenſis Cathedralis, quæ Sanctiſſimæ* „ *Deiparæ Conceptioni dicata eſt, decoratur 17. Ca-* „ *nonicis, inter quos eſt utraque Præbenda, cum Ar-* „ *chidiacono, 5. Præbendatis, 4. Manſionariis, mu-* „ *ſices Magiſtro, & chorali Clerico, aliiſque inferio-* „ *ris ordinis miniſtris, qui divinis in ea celebrandis* „ *interſunt officiis. Inibi animarum cura exercetur à* „ *duobus Vicariis perpetuis a Canonicorum Capitulo* „ *eligendis. In urbe vero Sacrarum Virginum cœno-* „ *bia quinque enumerantur præter Monaſterium mu-* „ *lierum, quæ ad meliorem frugem convertuntur, &* „ *conſervatorium puellarum Orphanarum. Religio-* „ *ſorum autem cœnobia ſunt omninò octo præter Socie-* „ *tatis Jeſu nobile Collegium, atque Oratorium Pres-* „ *byteror. ſecular. s. Philippi Nerii. Laicales confrater-* „ *nitates quatuor ſolummodo recenſentur. Adſunt* „ *etiam quatuor montes frumentarii. Urbs alit fere* „ *decies mille mortalium capita. At Diœceſis duabus* „ *tantum Terris conſtat*, Monte *ſcilicet* Milone, *ubi* „ *duo virorum, unum mulierum cœnobia viſuntur,* „ *deguntque tria circiter Animarum millia, &* Urbiſalia, *in qua adeſt S. Franciſci de Paula Conventus,* „ *vivuntque duo ferme millia mortalium.*)

1. FEDERICUS Recanatenſis Epiſcopus, ſuppreſſa Recanatenſi Eccleſia, ad Maceratenſem de novo erectum Epiſcopatum a Joanne XXII. translatus eſt anno 1322. 12. Kalen. Decembris Pontif. 5. ut habetur Epiſt. 291. p. p. lit. commun. in Regeſt. Vatic. fuitque primus Maceratenſis Epiſcopus, pauloque poſt translatus ad Senogallienſem Eccleſiam. Eo Præſule Andreutius Carbonus, & Gentilutius Bartholomæi Compagnioni nobiles Maceratenſes Eccleſiam S. Mariæ de Pace extra Urbem in via, quæ Lauretum ducit, ædificarunt. Parva quidem eſt Eccleſia ſed pulchra, picturis, opereque fornicato nunc bene ornata. In ea hæc ſubjecta legitur inſcriptio.

In Dei nomine Amen.
Anno Domini mill. trecenteſimo vigeſimo
tertio indict. 6.
tempore D. Joannis Papæ XXII.
die 23. Martii.
Redificata fuit Eccleſia S. Mariæ Pacis
per Andreutium Carbonum,
Gentilutium Bartholomæi, & Julianum
Pauli de Macerata
primo anno quo facta fuit civitas auctoritate
D. Federici Epiſcopi Maceratenſis
tempore D. Melis Rectoris Generalis Marchiæ.

2. Fr.

II. 2. Fr. **PETRUS** ex Ordine Minorum Maceratenſis Epiſcopus creatus eſt anno 1323. 8. id. Junii per translationem Federici ad Senogallienſem Eccleſiam, cujus præter illius promotionem in Regeſtis Vaticanis nihil reperi memoria dignum, tametſi conſuluerim ejus temporis monumenta. Obiit an. 1347. * die 29. Octobris, ætatis ſuæ 90. Fert inveterata opinio hunc fuiſſe virum ſanctiſſimum ex nobiliſſima familia de Compagnonibus Maceratæ natum, cujus nomen uti domus familiari more aſſumpſit alius frater Petrus Compagnonus Capuccinus virtutum ſanctimonia clarus. Eoque Præſule Eccleſia S. Franciſci Ordinis apud Maceratenſes ædificari cœpta eſt, de qua Wvaddingus noſter.

* Ex App. tom. 5.

III. 3. **VIDO** Archipresbyter Vercellenſis Eccleſiæ, Maceratæ Epiſcopus delectus eſt a Clemente VI. anno 1347. Non. Novembris, ex Regeſt. Vatic. Epiſt. 55. fol. 50. Parum hanc rexit Eccleſiam, cum anno 1348. 2. Kal. Novemb. ad Maſſanenſem in Hetruria Eccleſiam fuiſſet translatus. Ejus meminit Turſellinus in Lauretana hiſtoria.

IV. 4. Fr. **NICOLAUS** de S. Martino *a*, Piſanus natus ibidem in via S. Martini, Ordinis Prædicatorum inſignis Theologus, verbi Dei facundus concionator, vitæ ſanctimonia ſpectabilis, poſt multas ſui Ordinis præfecturas obitas, Vicarius Generalis Ordinis extitit. A Piſanis Archiepiſcopus, mox a Lucenſibus Epiſcopus poſtulatus, tandem Maceratenſis Epiſcopus a Clemente VI. electus eſt anno 1349. 12. Kalen. Novembris, ut habetur in Regeſto Vatic. Epiſt. 169. fol. 50. Hic primum ab eodem Pontifice Maceratenſis Epiſcopus tantum electus eſt, mox etiam & Recanatenſis, cum Innocentius VI. ſummus Pontifex civitatem illam in gratiam recepiſſet an. 1357. Deceſſit autem an. 1367.

a De eo Fontana in Theatro Domin. & de Rom. Prov. p. 310 Mandoſ.

V. 5. **OLIVERIUS** ex Decano Nigripontis, & Papæ Capellano electus eſt Epiſcopus Maceratenſis, ac Recanatenſis 3. Kalen. Martii 1367. ex Regeſt. Vatic. De eo mentio habetur in monumentis Firmanis ann. 1372.


6. **BARTHOLOMÆUS** de Bononia utrique Eccleſiæ præfuit *b*. * De eo mentio habetur in monumentis Eccleſiæ Maceratenſis 1379. die 23. Novemb. in erectione beneficii S. Hieronymi in Eccleſia S. Catharinæ, ubi vocatur Joannes Bartholomæi de Bononia. Deceſſitque anno 1383. quo anno, ſede vacante, eoque defuncto diruta fuit Eccleſia S. Antonii Ord. Cruciferorum ampliationis magnæ plateæ civitatis gratia, novaque a populo Maceratenſi constructa eſt eo in loco, ubi hactenus Cruciferi degunt.

b Electus an. 1374. omittiturque ut intruſus.
* Ex App. tom. 5.

7. **PAULUS** earundem Eccleſiarum Antiſtes adlectus eſt a Clemente VII. Antipapa anno 1383. ut in lib. ſolutionum ejuſdem Antipapæ habetur ſub die 27. Januarii, quo Paulus ſolitum ſubſidium exſolvit, habeturque a multis pro Pſeudo Epiſcopo.

* Hic quoque omittitur ut intruſus.

VI. 8. **NICOLAUS** patria Florentinus, Epiſcopus Feſulanus, ad has Eccleſias legitime translatus eſt ab Urbano ann. 1383. ejuſque Epiſcopatus iniit poſſeſſionem, tametſi Bartholomæus, & Paulus unus poſt alium ſe intruſiſſent.



VII. 9. **ANGELUS** Cinus Epiſcopus Maceratenſis, & Recanatenſis. * Ejus prima mentio extat in monumentis Maceratenſibus anno 1390. ſuum condidit teſtamentum anno 1392. Hic eſt ille Angelus, quem Gregorius XII. an. 1408. ad purpuram extulit ſub titulo S. Stephani in Cœlio monte, habuitque has duas Eccleſias commendatas, deceſſitque 1412. ut diximus tom. p. in catalogo Recanatenſium Præſulum, de quo ibi. Angeli temporibus Maceratæ defunctus eſt anno 1390. Andreas Bontempus S. R. E. Card. Epiſcopus Peruſinus, & in cathedrali Maceratenſi tumulatus, cui diverſa ſacra indumenta, vaſaque argentea ex teſtamento reliquerat. Hunc Recanati obiiſſe, ibidemque tumulatum in cathedrali fuiſſe retulimus in noſtro pr. to. dum de Epiſcopis Peruſinis ageremus, decepti ſiquidem a Ciaconio, ut patet ex publico documento die 19. Maii 1391. quando de mandato Andreæ Thomacelli Bonifacii IX. fratris, & Piceni marchionis, indumenta ſacra ejuſdem Cardinalis Angelo Cino *c* Epiſcopo tradita fuere. Idem expreſſe habetur in Martini V. diplomate ad favorem Maceratenſis Eccleſiæ, e qua ſacra illa indumenta ablata, ad Recanatenſem Eccleſiam translata fuerant. Extat diploma in Archivio Maceratenſi tenoris ſequentis.

* Ex App. tom. 5.

c Sub Angelo Cino, non Baleono ea omnia acta fuiſſe, quæ de Andrea Bontempio Cardinale diximus, certè deprehendimus ex nuperis monumentis nobis tranſmiſſis. Ughellus in Append. t. 8.

MARTINUS QUINTUS
Dilecto fratri Aſtorgio Epiſcopo Anconitano, & Provincia Marchie locumtenenti ſalutem, &c.

Nuper dilecti in Chriſto filii oratores civitatis noſtre Maceraten. nobis expoſuerunt, quod olim bon. mem. Andreas Cardinalis Peruſinus reliquit Eccleſia Maceraten. in qua ſuum corpus eſt ſitum, omnia paramenta ſua, & ornamenta ſacerdotalia, & Pontificalia, & Mitram, & crucem argenteam, & crocciam argenteam & cum poſtmodum præfata paramenta, & ornamenta devenerint ad manus quondam Andreæ Thomacelli tunc Marchionis Provincie, qui certificatus per fide dignos de legato hujuſmodi, & ipſius cardinalis voluntate donaverit, & conſignaverit eidem Eccleſiæ Maceraten. omnia hujuſmodi paramenta, que cum poſtea ad Eccleſiam Recanat. tranſportata eſſe dicantur præter intentionem ipſius, & ipſius Eccleſie Maceraten. injuriam, & dedecus. Nos volentes, ut prædicta donatio ſuum ſortiatur effectum non ad alterius &c. ſed motu proprio, & ex certa ſcientia dictam donationem tenore præſentium confirmamus & approbamus, mandantes tibi, ut præfata donatione comprehenſa reſtitui facias omnino Eccleſiæ Maceraten. & ad illam deponi & in ea conſervari ad uſum ipſius Eccleſie. Quia æquum eſt & debitum, ut ad cultum ſuum, & ornamentum ipſius Eccleſie Macerat. deputentur, & in qua corpus dicti Cardinalis ſepultum eſt, & cui fuerunt conceſſa; non obſtantibus &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum Pontif. noſtri an. 12.

10. **JAQUELLUS** prædictarum Eccleſiarum Præſul * electus poſt Angeli ad Cardinalatus aſſumptionem hoc eſt, anno 1408. deceſſit anno 1409. ex lib. obligat. VIII

* Ex App. tom. 5.



11. **ANGELUS** Baleoneus *d*, Peruſinus, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Epiſcopus creatus eſt 1409. die 9. Septemb. Fato functus eſt 1412. ex eodem lib. IX.

d De eo Oldoinus in Athen. Aug. Mandoſ.

12. Fr. **NICOLAUS** de Caſcia, *e* Prior Generalis Ordin. Eremitarum S. Auguſtini, dictarum Eccle- X.

e De eo

cle-

Jacobillus in Bibl. Umbriæ. pag. 211. Mand. ... cleſiarum Præſul effectus eſt 1412. 13. Kalend. Auguſti ita in lib. cit. Conſule ea, quæ ſcripſimus in Epiſcopis Recanatenſibus in pr. tom. Obiit 1418.

XI. * Ex App. tom. 5.

13. MARINUS, ſive Martinus de Tocco * Theatinus, Aprutinus antea Epiſcopus, a Gregorio XII. ad has Eccleſias translatus eodem anno, quo Nicolaus a Joann. XXIII. ad eas ipſas promotus fuerat, quarum poſſeſſionem haud adipiſci potuit Nicolao ſuperſtite; quo defuncto, juſſu Martini V. anno 1418. eas adminiſtrandas ſuſcepit, fuitque ſub eodem Pontifice Marchiæ Prolegatus an. vero 1429. tranſiit ad Eccleſiam Theatinam.

XII. a De eo Oldoinus in Athen. Auguſt. Mandoſ.

14. BENEDICTUS Guidalottus a Peruſinus, Aprutinus antea Epiſcopus ad prædictas Eccleſias translatus eſt 1429. 7. Id. Januarii: e vivis exemptus eſt eodem anno, ut ſupra retulimus p. tom in Epiſcopis Recanat. Eo defuncto Martinus Quintus harum Eccleſiarum adminiſtratorem conſtituit Joannem de Tricarico Abbatem ſecularem ex bulla ejuſdem dat. Ferrentinii 5. Kal. Septemb. an. 12.

XIII.

15. JOANNES Vitelleſcus harum Eccleſiarum Præſul adlectus eſt 11. Kal. Maii ann. 1431. evaſitque poſtea Cardinalis ad Florentinam ſedem, atque Patriarchatum Aquilejenſem, de quo ſupra in Florentinis Archiepiſcopis.



XIV. b Plura de eo apud Thomaſinum in Elog. illuſ. vir. vol. 2. p. 30. & Sanſovinũ in Opere, cui titulus: Venetia. Mand.

16. Fr. THOMAS Thomaſinus (1), Venetus b, ex Ordine Prædicatorum, Epiſcopus antea Polenſis, Æmonienſis, mox Urbinas, inde Tragurienſis, ad has Eccleſias translatus eſt 1435. quam annos quinque rexit. Anno vero 1440. iterum ad Feltrenſem, & Bellunenſem Eccleſias translatus ibidem obiit 1445. de quo infra in Urbinatis Eccleſiæ Epiſcopis plura.



XV. c De eo plura Cõpagnonus in Regia Picena. p. 338. & ſequentibus Mand. * Ex App. tom. 5.

17. NICOLAUS de Aſtis c, Forolivienſis, harum Eccleſiarum electus Antiſtes anno 1440. 6. Id. Octob. ab Eugenio IV. ex Reg. Vatic. obiit anno * 1460. vel circa ſepultus in cathedrali Recanatenſi, cui ſocietas S. Luciæ anno 1470. ſepulchrum erexit, addiditque ſimplex, quod legitur, Epitaphium a nobis in pr. tom. relatum, dum de ipſo ageremus in Epiſcopis Recanatenſibus, ubi corrige annum obitus, & pro 1470. quo erectum fuit Epitaphium, lege, è vivis exemptus eſt anno 1460. Hujus Epiſcopi temporibus Maceratæ inventum fuit brachium S. Juliani civitatis tutelaris, cujus inventio hiſce verbis habetur in monumento tabularii ejuſdem Eccleſiæ, quod hic exſcribere libet.

Quod die ſanctæ Epiphaniæ exiſtente eodem Epiſcopo Macerat. & Recanaten. in Pontificalibus cum capitulo, & clero Maceraten. in Eccleſia S. Juliani Maceraten. adſtantibus DD. Prioribus, & vicario domini Epiſcopi D. Poteſt. dictæ civitatis Archidiac. & canonicis, & magna populorum multitudine prodiit in medium quidam ſpect. vir Philippus Nicolai grandævæ ætatis, & optimæ famæ dicens jam per multa tempora ante a quodam nobili cive præmortuo intellexiſſe reliquiam S. Juliani fuiſſe inter duas columnas, quæ ſunt ante altare majus dictæ Eccleſiæ. Quo intellecto dictus Epiſcopus cum univerſo clero cantante Hymnum Veni creator Spiritus, & litanias pervenit ad locum prædictum, ubi dictus Epiſcopus incepit, & cœpit fodere, & tandem repertus eſt unus parvus cophanus, quem cum magna reverentia dictus Epiſcopus poſuit ad altare majus, & illo coram omnibus aperto invenit unam pixidē, in qua deſuper erat una ſcriptura in carta hadina vetuſtiſſima, quæ dicebat: hoc eſt reſiduum brachii S. Juliani; & ſub ipſa ſcriptura erant aliquæ petia carnis ſatis magna, & aliqua oſſa. demum dictus Epiſcopus extraxit Brachium ſimul cum manu ejuſdem S. involuta cum ſerico antiquiſſimo, cui erat alligata una ſcripta de carta hedina antiquiſſima, in qua legebatur, hoc eſt brachium S. Juliani, qui interfecit patrem, & matrem. Hactenus membrana ab omni clero ſubſcripta. * En publicum & integrum documentum hujuſce inventionis exſcriptum ab ipſo originali, quod aſſervatur in tabulario Maceratenſis civitatis. * Ex Append. t. 9.

Univerſis, & ſingulis ad quos præſentes advenerint,

Nicolaus de Aſtis de Furlivio, Epiſcopus ſanctarum Eccleſiarum Maceraten. & Racanaten. ſalutem in Domino ſempiternam.

Notum vobis facimus per præſentes, qualiter anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1442. die vero 6. menſis Januarii, die s. Paſchæ Epiphaniæ poſt Miſſarum ſolemnia per nos in Pontificalibus, cum Capitulo, & Clero noſtro in Eccleſia Cathedrali noſtra s. Juliani Maceraten. devote pro poſſe ſolemniter celebrata adſtantibus Mag. Mariotto poteſtati Maceraten. ac magnifico mag. Maſſio Serlippi Franciſco s. Joannis, s. Franciſci, Nicolao Antonii, & Antonio Simeonis civibus, ac Dom. Prioribus dictæ magnificæ civitatis Maceraten. necnon venerabilibus, & egregiis viris D. Juliano Matthæi Vicario noſtro, ac Præpoſito, & Canonico Maceraten. D. Dominico Auguſtini Archidiac. dictæ Eccleſiæ Maceraten. ac D. Joan. Antonio Ritii, Dom. Antonio Bartholomæi, D. Ranaldo Sanctutii, Dom. Antonio de s. Severino. D. Venantio Antonii Venantii, D. Dominico Marci de Monte Sancto, D. Thoma Sacriſta, & aliis Clericis multis, & religioſis viris, ac magna populi multitudine utriuſque ſexus tam ſpectabilium civium, quam aliorum inferiorum prodiit in medium quidam venerab. & ſpectabilis civis nominatus Philippus Nicole, vir utique grandævæ ætatis, & optimæ famæ dicens, jam per multa tempora ante à quodam ſpectabili cive præmortuo intellexiſſe ſacratiſſimam reliquiam brachii S. Juliani ſepultam fuiſſe inter duas columnas, quæ ſunt ante altare majus dictæ Eccleſiæ; & ſtatim abſque temporis intervallo, nobis cum univerſo noſtro Clero cantantibus: Veni creator Spiritus, & letanias incœpimus, & fecimus fodi in loco per prædictum egregium civem deſignato, & tandem ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & ſuæ ſanctiſſimæ Matris Virginis Mariæ, ac glorioſiſſimi s. Juliani repertus eſt unus præcipuus Coſanus, quem cum magna reverentia, ut decuit manibus propriis portavimus ſuper altare majus, & illo coram omnibus præ-

(1) Hic à nonnullis perperam confunditur cum altero Thoma Thomaſino ejuſdem Ordinis, qui his quoque temporibus florebat, Pharenſis Epiſcopus, ſubſcripſitque an. 1439. Florentino Concilio · *Rincepulus*.

prædictis aperto, primo detraximus unam pixidem, in qua deſuper erat una ſcripta de litera, & charta hœdina vetuſtiſſima, in qua erat ſcriptum. Hoc eſt reſiduum brachii s. Juliani, *& ſub dicta ſcripta erant aliquæ petie carnis ſatis magna, & aliqua oſſa; demum extraximus brachium ſimul cum manu ejuſdem ſancti, quæ erat involuta de ſerico antiquiſſimo, cui erat alligata una ſcipta de charta hœdina antiquiſſima, in qua erat ſcriptum.* Hoc eſt brachium S. Juliani, qui patrem, & matrem interfecit; *quod omni populo oſtendimus. Demum ipſo repoſito in coſano prædicto ſimul cum pixide prædictam portavimus ad Sacriſtiam noſtræ prædictæ Eccleſiæ Maceraten. & dictum coſanum in quadam forti, & pulchra caſſa in præſentia prædicti magnifici Poteſtatis, & dictorum Magnificorum Dominorum Priorum, ac vener. Capituli noſtri, & Sacriſtæ noſtri, ac coram aliis principalibus Clericis poſuimus, & d. caſſam cum duabus clavibus clauſimus, quarum unam dedimus in cuſtodia magnificis Dominis prædictis, & aliam prædicto Capitulo noſtro, quod brachium intendimus Domino concedente facere claudi in argento, gemmis, & lapidibus precioſis circundato pro meliori conſervatione, ac honore dictæ ſacratiſſimæ Reliquiæ, ac etiam intendimus facere fabricari unum Altare in honorem beatiſſimi Juliani, & in illo dictum ſacratiſſimum brachium ſic ornatum includi, ut cum omni ſecuritate in dicto loco conſervetur, & ut Populus frequentans dictam Eccleſiam, ac ſacratiſſimam reliquiam, cum gaudio, & devotione valeat illam devote viſitare ad laudem Omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimi ſancti Juliani, ut ipſe ſicut antea continuè fuit Patronus, & cuſtos hujus magnificæ civitatis, ita continuè in futurum patrocinari dignetur, tam pro ſalute animarum, quam etiam corporum, & omnium bonorum ejuſdem, & ut eo amplius creſcat totius populi noſtri prædicti devotionis effectus de conſilio venerab. noſtri Capituli prædicti volumus, & ordinamus, quod de cætero ſingulis annis in perpetuum duraturis in ſimili die Paſchæ Epiphaniæ ſolemniter in prædicta Eccleſia noſtra Cathedrali s. Juliani Maceraten. ſolemniter celebretur officium inventionis prædictæ vener. reliquiæ, & quod dicta die tam in primis veſperis, quam in majori Miſſa d. feſti quam in ſecundis veſperis omnes, qui dictis officiis interſunt, aut qui libenter intereſſent ſeu legitimè impediti intereſſe non poſſunt, & qui ſunt in ſtatu gratiæ, vel erunt, infra octo dies proximè futuros habeant quadraginta dies de vera Indulgentia, quam auctoritate ordinaria noſtra concedimus, ſeu de commiſſis peccatis pœnitentias injungendas quadraginta dierum pro qualibet horarum prædictarum dictæ feſtivitatis cuilibet in Domino relaxamus, & ſimili modo in feſto S. Juliani, & in feſtis Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Reſurrectionis ejuſdem, ac in Aſcenſione, & in Dominica prima poſt Aſcenſionem, & Pentecoſtem feſtivitatibus. In quorum perpetuam fidem hanc literam manu propria ſubſcripſimus, ac fecimus Magnificum Dominum poteſtatem prædictum, & Magnificos Dominos priores prædictos, & Capitulum noſtrum prædictum, ac Sacriſtam manibus propriis ſe ſubſcribere, ac noſtro magno Pontificali ſigillo muniri.*

Anno Domini 1432. die 27. menſis Januarii in noſtro Epiſcopali Palatio, ubi ad præſens reſidemus tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. noſtri D. Eugenii Papæ IV. anno 11.

Ego Nicolaus de Aſtis de Forlivio Dei gratia Epiſcopus Maceraten. & Recanaten. manu propria me ſubſcripſi in fidem omnium ſupraſcriptorum.

Ego Marionus Antonii de Monte Luſco de Aret. Poteſtas tunc temporis dictæ civitatis ſuprad. omnibus interfui, & præſens fui, in quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum mea propria manu ſſ.

Ego Maſſius Serlippo de Macerata unus ex Prioribus dictæ civitatis ſupradictis interfui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu mea ſſ.

Franciſcus ſer Joannis de Surchinappis unus ex prioribus dictæ civitatis ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu ſſ.

Ego Antonius Simon ſancti Jacomi unus, ex Prioribus dictæ civitatis ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu me ſſ.

Ego Marinus Sercole de Monte-Monaco, tunc Cancellarius dictæ civitatis, qui etiam prædictis interfui nomine Colai Antonii Nutii reliqui ex Prioribus me ſubſcripſi ex ipſius mandato, quod ipſe ſcribere ignorabat.

Ego Julianus Præpoſitus Eccleſiæ S. Salvatoris, & Vicarius Dom. Epiſcopi Maceraten ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu ſſ.

Et ego Dominicus Auguſtini Archidiaconus ſupradictus, ſupradictis omnibus interfui, in quorum fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum me propria manu ſſ.

Ego Joannes Andrea Ritii unus ex Canonicis Maceratenſibus ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium omnium ſupradictorum me propria ſſ. manu.

Et ego Antonius quondam Bartholomæi Simonis unus ex Canonicis prædictis, ſupradictis omnibus interfui, in quorum fidem omnium præmiſſorum me propria manu ſſ.

Et ego Venantius Antonii Venantii unus ex Canonicis prædictis omnibus interfui, & præſens fui, in quorum omnium fidem præmiſſorum me propria manu ſſ.

Et ego Donnus Raynaldus Sanuccii unus ex Canonicis prædictis omnibus interfui, & præſens fui, in quorum omnium præmiſſorum fidem me non propria manu, quia ſcribere ignoro, ſed præcedentis confratris calamo me ſcribere feci.

Et ego Dominicus Marchi de Monteſio unus ex Canonicis Maceraten. ſupradictis omnibus interfui, in quorum fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum me manu propria ſubſcr.

Et ego Bartholomæus quondam Renaldutii de civitate Macerata Cancellarius, & ſcriba ſupradicti Dom. Epiſcopi ſupradictis omnibus interfui, & præſens fui, in quorum fidem, & roboris firmitatem manu propria de mandato dicti Domini Epiſcopi me ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui.

Loco † ſigni dicti Notarii.

Loco † ſigilli pendentis dicti Domini Epiſcopi.

Hujus Brachii inventio ſolemniter nunc celebratur die ultima Auguſti. Nec reticendum hoc brachium cum manu ita hodie ſervari mirabiliter ad Dei gloriam, ut viventis hominis manus, & brachium eſſe videatur: ſervatur in theca argentea ad ſimilitudinem brachii, & manus, quæ affabre facta, gemmiſque decorata pietatem Nicolai Epiſcopi teſtatur, qui propriis expenſis eam fieri fecit, ut ejus inſignia teſtantur ibidem expreſſa. De S. Juliano, qui celebris venator parentes occidit, lachrymarumque imbre peccati maculam delevit, loquitur S. Anton. in Hiſt. Guil. Durand. Ration. Divin. lib. 7. cap. 5. Pancirol. & alii plures. Maceratæ etiam Nicolao Epiſcopo Ciſtercienſes monachi è Clarevallenſi cœnobio Flaſtræ evocati in Urbe Eccleſiam S. Trinitatis, nunc S. Marci, una cum juribus, & pertinentiis ſuis regendam ſuſceperunt, quæ hodie una cum nobili Abbatia patribus ſocietatis Jeſu auctoritate Gregorii XIII. commendata exiſtit.


18. PETRUS Georgius, Terami Præpoſitus, Maceratenſis, & Recanatenſis Epiſcopus fuit, ac XVI.
gubernator Umbriæ * circa annum 1460. quo Sanctam etiam domum adminiſtravit anno 1460. ejuſdemque hiſtoriam ſcripſit. Poſt Petri obitum Franciſcus Maurocenus Epiſcopus Parentinus has Eccleſias adminiſtravit ad annum uſque 1471. quo ex hac mortali vita exceſſit, & in cathedrali Recanatenſi tumulatus fuit.

* Ex Append. 5.

19. ANDREAS Pellius Fanenſis dictarum Eccleſiarum Præſul ſublectus eſt 1471. Non. Septembris. Quo Præſule Fratres Eremitarum S. Auguſtini congregationis Lombardiæ fuerunt introducti in Eccleſiam S. Mariæ de fonte. Deceſſit vero Andreas 1477. De eo Acta Conſiſt. XVII.

20. HIE-

Digitized by Google



XVIII 20. HIERONYMUS Baſſus Roboreus Savonenſis, Sixti IV. ex ſorore nepos, Epiſcopus antea Albingaunenſis, ad has Eccleſias translatus eſt 1477. pauloque poſt Cardinalis creatus, Recanatenſis Cardinalis eſt appellatus. Salubres conſtitutiones pro cleri Maceratenſis norma edidit, quæ adhuc obſervantur ab eodem. Obiit anno 1507.

XIX. 21. THESEUS de Cupis Romanus oriundus è Monte Falco, Maceratenſis, & Recanatenſis Epiſcopus electus 1507. die 20. menſis Octob. Hujus Epiſcopi temporibus Leo X. has Eccleſias diſſociavit die 7 Januarii 1516. Theſeoque Maceratenſe tantum ſacerdotium obvenit, Recanatenſis autem Eccleſia Aloyſio Taſſo collata eſt, ea conditionis lege, ut uter prior extremum diem obiiſſet, duarum Eccleſiarum Epiſcopus cenſeretur. Latronum manibus poſtea deceſſit Aloyſius, geminataque dignitas ad Theſeum rediit die 13. Maji 1519. ut Acta indicant Conſiſtorialia. Exceſſit Theſeus Clemente VII. Pontif. Max.



XX. 22. ALOYSIUS Taſſus, Bergomas, patruus Bernardi, Torquati Taſſi patris, non maternus avus, ut diximus in pr. tom. noſtro, dum de Recanaten. Epiſcopis loqueremur. Epiſc. Parentinus ad Recanaten. Eccleſ. cum regreſſu ad Maceratenſem, ſi Theſeo ſuperſtes fuiſſet, translatus an. 1516. Prope patriam a latronibus bonis, & vita ſpoliatus, ejus cadaver Bergomum relatum in Eccleſia S. Spiritus apud Canonicos Regulares ſepultum: hoc ad ejus marmoreum tumulum ſpectatur epitaphium,

Aloyſio Taſſo Parentii primum, deinde Racanati, Macerataque Pontifici, quem poſt quam Bergomum urbem reviſiſſet, a latronibus vita, & fortunis privatum tam univerſa deflevit patrem civitas, quam Dei manifeſta ulta fuit cito ira, Dominicus Eques ſplendidus, & Petrus Andreas fratres pientiſſimi & ſacer Canonicorum Regularium Ordo Benemerentiſſimo Poſſ. anno a partu Virg. M. D. XXIIII. vixit ann. LI. menſes x1. dies x1x.

XXI. 23. DOMINICUS de Cupis Cardinalis Tranenſis, Theſeo gentili ſuo ſuffectus, dictaſque Eccleſ. perpetuo adminiſtrandas ſuſcepit, ſub quo iterum Pontifex Paulus III. Eccleſias illas disjunxit anno

A 1535. iterum etiam 1546. ut habetur in Actis Conſiſt.

24. JOANNES Clericus, Gallus, Rom. Rotæ XXII.
Auditor, die 25. Januarii 1535. Maceratenſis Epiſcopus renunciatus eſt, cum regreſſu ad Recanatenſem, de conſenſu Cardinalis Tranenſis, ea lege, ut qui ſuiſſet ſuperſtes, eas divulſas Eccleſias ſua ſub poteſtate haberet novo fœdere junctas. E vivis Joannes Romæ diſceſſit circa annum 1546. cum ſolam Maceratenſem Eccleſiam adminiſtraſſet. Poſt ejuſdem obitum ad eundem Cardinalem Tranenſem Maceratenſis devoluta eſt. Memini me dixiſſe in 1. tomo, in Catalogo Recanatenſium Præſulum, Joannem hunc Recanatenſem tantum adlectum Epiſcopum an. 1535. cum revera tunc Maceratenſium adlectus ſolum fuerit Præſul, cum regreſſu ad Recanatenſem, ſi ille Cardinali Tranenſi ſuperſtes fuiſſet, ut referunt Acta Conſiſt. Unde Joannes ex albo Recanatenſium Præſulum expungendus, niſi ratione regreſſus, quem ille ad eam Eccleſiam habuit, inter eos numerari cenſeatur.

B 25. PHILIPPUS de Roccabella Recanatenſis, XXIII
Maceratenſis tantum Epiſcopus adlectus eſt an. 1546. die 27. Januarii. Cumque Paulus de Cupis Recanatenſis Epiſcopus deceſſiſſet, vacuam illam Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam, Maceratenſi Cardinali de Cupis relicta. Qui deinde diſceſſit an. 1571.

C



26. HIERONYMUS Melchiorius, Recana- XXIV
tenſis, Maceratenſis tantum Epiſcopus renunciatus eſt an. 1553. Julio III. Pontifice ſedente, poſtque obitum Roccabellæ Recanatenſem etiam obtinuit, quam Maceratenſi iterum adjunxerunt. Concilio Tridentino interfuit, atque utriuſque Eccleſiæ munere ſe exſolvit * 1573. Romamque reverſus Apoſtolicæ Cameræ Clericus fuit, atque Decanus: Bononienſibus jus dixit, æquitati viri applaudentibus cunctis. Romæ deceſſit cum eſſet Signaturæ Juſtitiæ Præfectus 1583. ſepultus eſt apud S. Mariam ſuper Minervam, ubi ſupra primam columnam pulcherrimo in tumulo hæc inſcriptio legitur.

* Ex Arr. tom. 3.

D. O. M.

Hieronymo Melchiorio, Epiſcopo Maceratenſi Cler. Cameræ Apoſtolicæ Decano, Concilii Tridentini uni ex Patribus: Signaturæ D *Juſtitiæ Præfecto, Bononiæ Gubernatori, ſumma apud omnes ordines gratia, genere, doctrina pietate illuſtri. Vix an. LXIV. Obiit V. kal Junii MDLXXX.III. Bernardino Hieronymi fratri germano I.V.C. forma, doctrina, virtute pari. Obiit XIX. Kal. Septemb. Anno Jubilæi MDLXXV. ætatis ſuæ LIII. Marcus Benedictus filius Patruo & Patri P.*

27. GALEATIUS, Antonii Moroni, Franciſ- XXV.
cæque Bertiæ, filius, Mediolanenſis, Abbas Commendatarius S. Martini Terdonenſis, utriuſque Signat. Referendarius, a Gregorio XIII. electus eſt Epiſcopus Maceratenſis, atque Recanatenſis die 19. Junii 1573. Sed cum deinde Sixtus V. Pontifex Recanatenſem Cathedralem ſuppreſſiſſet, Lauretanæque junxiſſet, etiam Tolentinatem imperavit Galeatii expectare arbitrium anno 1586. quamobrem Galeatius primus Tolentinas fuit Epiſcopus, atque

ita

Digitized by Google



ita factum eſt, ut Galeatius has Eccleſias, uſque ad annum 1613. adminiſtraret. Cathedralem Maceraten. & palatium Epiſcopale reſtauravit, eandemque Eccleſiam nobili, & diviti ſupellectili ſacrorum exornavit, baculum Paſtorale argenteum donavit. Synodum celebravit, moreſque Clericorum correxit. tandem ſupra ſeptem ſeptuagenarius è vivis eximitur, Italicorum propemodum Epiſcoporum Decanus die 7. menſis Septembris. Jacet in Cathedrali cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Galeatio Morono Mediolanenſi Maceraten. & Tolent. Epiſcopo ſumma prudentia, ac pietate XXXX. annis Eccleſ. rexit. Templum hoc extructione & ornamentis, quibus omnino carebat, inſigniri curavit. Aedium maximam partem a fundamentis erexit, & quos invenit penè collabantes reſtauravit. Decanus Epiſcoporum obiit ætatis ſuæ LXXVIII. Kal. Septemb. MDC. XIII. Jacobus Antonius frater & Marius Cõpagnionus nepos PP.


XXVI. 28. Fr. FELIX Centinus, Aſculanus, Ord. Minorum Conventualium, ſui Ordinis Procurator generalis, ſanctique Officii ſub Paulo V. Conſultor, a b eodem Pontifice creatus eſt presb. Card. S. Hieronymi Illyricorum anno 1611. die 17. Auguſti, ac paulo poſt Militenſis Epiſcopus declaratus, inde ad Eccleſias Maceratenſem, & Tolentinam translatus an. 1613. die 23. menſis Septembris, vulgo appellatus Card. Aſculanus. Qui indefeſſa quadam diligentia Eccleſiam ſibi creditam adminiſtravit, divinum cultum auxit, cathedralem Eccleſiam in parte ſuperiori picturis, ac opere fornicato, & aurato ornavit, Crucem argenteam ad uſum cleri in proceſſionibus, thuribulum argenteum, vaſemque cum aſperſorio, & duo candelabra pariter argentea eidem donavit. Seminarium clericorum ad normam Concilii Tridentini inſtituit, eique domum emit, uſum Capparum cum pellibus Armellinorum canonicis ſuis juxta modum, quo canonici Vaticanæ Baſilicæ incedunt, ab Urbano VIII. ſequenti diplomate obtinuit.

URBANUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Miniſterio ſacri Apoſtolatus licet immeriti præſidentes, ſicut neceſſaria temporum rerum, & perſonarum diſpoſitione monemur, ſic Eccleſiarum quarumlibet præſertim Cathedralium inſignium decori, & venuſtati conſulere, atque gratiarum munera, erga perſonas in eis degentes Canonicatus, & præbendas obtinentes liberaliter diſponere, itaut perſonæ ipſæ ſpectabiles ſedis Apoſtolicæ privilegiis decoratæ fiant in devotione erga ſedem ipſam per impenſionem donorum in dies propriis ſtudiis ardentiores. Sane pro parte dilecti filii noſtri Felicis tit. ſanctæ Anaſtaſiæ Presb. Card. Aſculani nuncupati Eccleſ. Maceraten. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſulis, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cum civit. Macerat. exiſtat, & in ea ſedis Apoſtolicæ Legati, & ejuſdem Provinciæ Gubernatores reſidere ſoleant, & in ea celebris ſcientiarum univerſitas vigebat, dicta vero Eccleſ. quæ antiqua & inſignis exiſtit, ac Archidiaconum, & Canonicos, cum numeroſo Clero Presbyterorum, & Clericorum habeat; etiam pro ejuſdem Felicis Cardinalis parte fuit humiliter ſupplicatum, quatenus infraſcriptis annuere de benignitate Apoſt. dignaremur. Nos igitur qui honeſtis petentium votis, præſertim ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ad Eccleſ. & perſonarum in eis divinis laudibus inſiſtentium, honoris, decoris incrementum libenter annuimus hujuſmodi ſupplicationibus inclinati. Ut ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus dignitates, & Canonicatus, & præbendas in dicta Eccleſ. Macerata, choro, capitulo, & inter Miſſarum, & horarum Canonicarum diur. & noctur. necnon Veſperarum, & aliorum divinorum officiorum celebrationem etiam extra Eccleſ. hujuſmodi celebrandarum, necnon in proceſſionibus, aliiſque actibus publicis, & ſecretis quibuſcumque anni temporibus, & diebus, ac alias quandocumque, ubicumque, & quotieſcumque opus fuerit, Cappas violaceas, cum pellibus Armellinorum, ac Rocchetto ad inſtar canonicorum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe palam, & publice, & libere, & licite deferre, geſtare poſſint, & valeant Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus. Decernentes, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Siquis, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominica 1624. 6. Kalen. Aprilis, Pontif. noſtri anno 1.

Diem obiit Felix 25. Januarii 1641. Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis, ſepultus in Eccleſia S. Franciſci ſui ordinis Conventualium, ut ipſe ex teſtamento præſcripſerat.



29. PAPYRIUS Sylveſter, nobilis Cingulanus, Franciſci Sylveſtri Epiſcopi Florentini, ante trecentos annos defuncti, gentilis, Romanæ Inquiſitionis Conſultor, pietate, morum integritate, ac doctrina ſpectabilis, ab Urbano VIII. Epiſcopus adlectus eſt hoc ipſo anno 1642. menſe Julii die 14. omnium bonorum ſumma cum gratulatione conſecratus eſt. XXVII.

ADDITIO.

(„ *Decem & ſeptem fermè annos huic laudabiliter* „ *præfuit Eccleſiæ, ſupremumque diem obiit menſe* „ *Februario anni* 1659.


„ FRANCISCUS *Cini, Clericus Auximanus,* „ *J.U.D. quinquagenario major, in urbe Advocatus* „ *eximius, evectus ad hanc ſedem eſt die* 15. *Novemb.* „ *an.* 1660. *Deceſſit autem in Reſidentia menſe Majo* „ *an.* 1684. *De eo agit Martorellus in hiſt. Auxim.* „ *p.* 444. XXVIII.

„ FABRITIUS *Paulutius, Nobilis Forolivienſis,* „ *J.V.D. annorum* 34. *præfectus fuit prædictis* „ *Eccleſiis die* 9. *Aprilis* 1695. *qui poſtquam munus* „ *Nuncii Apoſtolici apud Polonia Regem exercuiſſet,* „ *ab Innocentio XII. die* 22. *Julii* 1697. *creatus eſt* „ *S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. Ss. Joannis, &* „ *Pauli; annoque inſequenti* 1698. *ad Ferrarienſem* „ *Epiſcopatum translatus eſt. Nec diu poſt à Ss. D.* „ *N. Clemente XI. à ſecretis ſtatus declaratus, ſummuſque Pœnitentiarius hæc munera nunc quoque magna ſui nominis laude exercet.* XXIX

„ ALEXANDER *Varanus de Camerino,* „ *Nobilis Ferrarienſis, Presbyter ſ. Theologiæ Do-* XXX

„ *ctor, annum ætatis ſuæ agens 51. harum Eccleſia-*
„ *rum infula decoratus eſt die 21. Julii 1698. Vivit*
„ *adhuc.)*

MONTIS ALTI EPISCOPI.



MONS ALTUS, Picenatium nova civitas, Sixti V. Pont. Max. patria, duodecim a Firmana Metropoli, decem ab Aſculo paſſuum millibus diſſitus inter Aſonem, & Tiſinum flumen ſitus in vertice altiſſimi montis reſidet. Eum condidere Patritii, quos non niſi de Aſculana colonia fuiſſe conſtans eſt majorum memoria. Quemadmodum vero Mons ipſe leviter acclivis geminum caput attollit, ut vel unum in duplicem, vel duplicem in unum collem agnoſcas, ita geminam dividentes in regionem montem Patritium, alteram a ſe ipſis, alteram autem Montem ſimpliciter, quem deinde accolæ a loci parvitate ſubtracto cognomine Montaltellum nuncupavere. Quando autem, quomodove fuerit illa condita, non ſatis certum; tamen ante Longobardorum Regis Luitprandi tempora, in unum ita coiviſſe Montem, ac montem Patritium, ut hoſtium incurſionibus virtus eorum unita fortior eſſet, pro certo habetur. Qui montem igitur, ſive Montaltellum numero forte, & viribus pollentiores deſerentes, in montem advenere Patritium, cum civibus, tum fortunis recentioribus auctum oppidum, novo Montalti voluerunt illuſtrare cognomine. Sic uno Montalti nomine appellata lego hæc duo oppida in Henrici IV. Imperatoris ampliſſimo confirmationis documento, Farfenſi cœnobio conceſſo anno 1074. Kalendis Junii, Imperii viii. *Confirmamus*, inquit, *jam dicto monaſterio, quicquid in ſuperioribus continetur præceptis, videlicet quicquid habere videtur in territorio Salinenſi. Item Patrinionem, Montem Altum, Apponianum, Montem S. Mariæ in Georgio, &c.* Geminata vero hæc nomina Montis, & Montis Patritii facile invenerit is, qui Urbani IV. diploma legerit, quo eidem Farfenſi monaſterio 1261. ſeniorum Pontificum conceſſæ immunitates confirmantur: *Item*, ait, *caſtrum, quod dicitur Caſiniani, item caſtrum Porchiæ, caſtrum Ripæ Tranſenis cum eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis, caſtrum Montis, caſtrum Montis Patritii, caſtrum Montis Dovenen. &c.* Hoc factum affirmat Cæſar Octavius in patriæ hiſtoria, ut omnino idem ſummus Eccleſiæ Pontifex ibi nomina caſtrorum Montis, & Montis Patritii retinere voluerit, non quod ea tempeſtate talibus deſignarentur nominibus, verum quia ſic in aliorum Pontificum diplomatibus ea repererit nomina. Civitas non adeo ampla eſt, ſed fœta populo, & non injucunda, civilibuſque moribus ornata, atque ad quinque millia hominum alit. Collis verticem expanſum ſoli, facilem aſcenſu, totius Piceni, Marſorumque tractibus objectum, & quoquoverſum pene ſpatiando percommodum civitas occupat. Cœlo fruitur utili, Zephyro ſemper ſpirans, nullique contagio obnoxio, unde non unum extitiſſe, quem centum & decem, imo & viginti annorum curſum vitæ ſuæ ſupergreſſum fuiſſe narretur. Aquarum ſaluberrima copia abundat. Territorium Bacchi pretioſi liquoris, cæterarumque re-

A rum ad humanum uſum ſpectantium feraciſſimum habet, cujus palumbas laudat Franciſcus Pamphilus hiſce carminibus in Piceni deſcriptione.

Rupibus aereis Mons poſtmodum tollitur Altus,
Si lapis inde prius ſeptimus actus erit.
Hinc tua torquatæ complebant lina Palumbes,
Ne credas, Venerem debilitare tuam.

A ſui exordio Mons Altus Epiſcopali caruit dignitate, donec Sixtus V. Pontif. Maximus bono Chriſtiani orbis omine in eo natus, ad gratæ poſteritatis exemplar, illum in civitatem, & Eccleſiam collegiatam S. Mariæ, quam nova, nobilique ſtructura exædificandam occœperat, in Cathedralem erexit ann. 1586. die 14. Novembris, Pontificatus ſui anno II. propriam, & peculiarem ex aliis diœceſim attribuit, ut Firmanæ dignitatis ſuffragaretur, hoc cuſo diplomate.

SIXTUS PAPA QUINTUS.

Ad perpetuam rei memoriam.

B *Super univerſas orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet inſufficientibus conſtituti levamus in circuitu agri Dominici oculos noſtræ mentis mere pervigilis Paſtoris inſpecturi, quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium ſtatui, & decori congruat, & quid operis circa illas, earumque ſtatum proſperum, & felicem impendi debeat, & divino fulti præſidio, quo cuncta, & æqua benignitate pro populorum ſuorum fidelium ſalute diſponantur, ad ea, quæ ſtatui Eccleſiarum hujuſmodi congruunt, noſtri officii partes ſalubriter, & utiliter intendere curamus, prout in Domino conſpicimus expedire. Sane cupientes terram Montis Alti, Ripanæ Diœceſis, quæ felicem noſtris dedit ortum natalibus, ut in celeberrimo, & eminenti loco ſita, & muris undique cincta eſt, & in qua ſecularis, & collegiata Eccleſia S. Mariæ ad Collem eleganter conſtructa, & duas dignitates, & decem canonicatus, & totidem præbendas ac ſacriſtiam, aliaque ad cultum divinum neceſſa-* C *ria habens, & duæ aliæ Eccleſiæ, una ſcilicet S. Georgii, & S. Petri, & alia oratorium nuncupata S. Nicolai, in qua confraternitas ſub invocatione ſanctiſſimi Sacramenti canonice inſtituta reperitur, necnon domus circiter trecentæ nobiliter ædificatæ, ac plateæ lateribus ſtratæ exiſtunt, ac ſingula quaque feria cujuslibet hebdomadæ emporium, ad quod ex omnibus locis circumvicinis fit magnus concurſus, celebratur, & ex qua denique viri, & in Theologia, ac jure, & medicina, aliiſque ſcientiis excellentes prodierunt, ac ſecularem, ac collegiatam Eccleſiam hujuſmodi dignioribus titulis, & nominibus decorare, habita ſuper his cum fratribus noſtris matura deliberatione, ac de illorum conſilio ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac ejuſdem beatæ Mariæ honorem, ac Chriſti fidelium devotionis augmentum, prædictum Montis Alti, & Portulæ, ac Patrignonis, necnon Montis de Neven. & Rotellæ, ac Furciæ a dicta Ripan. nec non montis Elpari, Communantiæ, ac montis Monachi a Firmana, & denique Caſtagnoni terras, ſeu loca, aut caſtra, eorumque omnium* D *territoria ab Aſculana diœceſibus, quibus in ſpiritualibus ſubjecta ſunt, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaque, & eorum incolas, & habitatores, Eccleſiarum rectores, beneficiatos, priores, & alia inibi beneficia eccleſiaſtica obtinentes, ac monaſteria, & domos fratrum, aliaque pia loca ab omni juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione venerabilium fratrum noſtrorum Ripan. Firman. & Aſculan. Epiſcoporum, nunc, & pro tempore exiſtentium, necnon ſolutione decimarum eiſdem Epiſcopis per eos debitarum, ac de cætero facien. perpetuo eximimus, & liberamus. Necnon terram Montis Alti in civitatem, & ſecularem collegiatam Eccleſiam hujuſmodi in Cathedralem ſub invocatione eadem ejuſdem beatæ Mariæ Virginis pro uno Epiſcopo Montis Alti nuncupando, qui juriſdictionem Epiſcopalem habeat, & exerceat in ſpiritualibus cum menſa Epiſcopali, arca, ſigillo, aliiſque inſignibus, honoribus, & privilegiis, quibus alii Epiſcopi de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet in eiſdem ſpiritualibus utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere quomo-*

vel bes

dolibet poterunt in futurum, de ſimili conſilio, auctoritate, & tenore præmiſſis erigimus, & inſtituimus, ac civitatem, & Cathedralem Eccleſiam ſic erectas, & inſtitutas, necnon Epiſcopum Montis Alti ſedi Apoſtolicæ, ac ipſius Eccleſiæ Montis Alti Capitulum immediate ſubiicimus ſub protectione beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eidemque Eccleſiæ ſic in Cathedralem inſtitutæ pro ſua, ſeu menſæ ſuæ Epiſcopalis dote, monaſterium B. Mariæ de Monte ſancto, ordinis S. Benedicti dictæ Aſculanæ diœceſis, certo, quem haberi volumus pro expreſſo, modo vacante, ſimiliter perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ac ſylvam, ſeu tenutam Bonettini concedimus, necnon terras, & territoria pro diœceſi Montis Alti; illorum vero, necnon dictæ civitatis Montis Alti Eccleſias, perſonas pro clero, & habitatores pro populo, etiam perpetuo aſſignamus, ut eos, quoad ſuperioritatem, & jura Epiſcopalia Montis Alti ſubeſſe, & tanquam membra capiti obſequentes de juribus Epiſcopalibus reſponderi volumus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus noſtris de unione committendis ad partes vocatis, quorum intereſt, ac exprimendo vero valore, & de non tollendo jure quæſito, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure præmiſſis fieri prohibentis, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ripan. Firman. & Aſculan. Eccleſiarum juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illarumque Præſulibus, capitulis, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiã ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſo derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno incarn. Dominicæ 1586. VIII. Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno 2.

Patriam paulo ante quam illam civitate, Epiſcopalique dignitate decoraſſet, cohoneſtaverat Sixtus ſanctorum reliquiis multis, pretioſa ex puriſſimo auro, & argento, pretioſiſque lapillis exornata theca incluſis, ut in ea æternum paterni ſui animi, filialemque ſui amoris extaret monumentum. Theſaurum inæſtimabile, & dignum viſu, per Lælium Morellum cõcivem ſuum Epiſcopum Caputaquenſem in patriam delatum, publicæ communitatis curæ perpetuo conſervandum traditur, ſic ſuis in literis jubente Pontifice.

Sixtus Papa V. Dilectis filiis Prioribus, ac Univerſitati, & Prioribus Terræ Montis Alti patriæ noſtræ chariſſimæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Quanta dilectione, & charitate chariſſimum patrium ſolum noſtra incunabula ipſam terram Montem Altum proſequamur, tum ex multis a nobis uſque in hanc diem collatis in eam gratiis, & beneficiis, tum ex hoc potiſſimum munere, quod nuper venerab. fratre Epiſcopo Caputaquen. concivi veſtro ad vos perferendum dedimus, facile intelligere poteritis. Siquidem ſi res ipſa etiam primo tantum a vobis perpendatur, profecto eam eſſe non parvi pretii, ac non mediocris artificii agnoſcetis; ex auro enim, & argento opus ipſum fabrefactum lapidibus, & gemmis arte mira diſiunctis contextum reperitur. Sin autem verſus, & efficaciam illarum, quæ inibi includuntur, reliquiarum, interiori oculo inſpiciatis, proculdubio ineſtimabile, atque adeo pretioſiſſimorum munerum locupletiſſimum donum eſſe apparebit. Quæ quidem reliquiæ, & ſi modica, & perexigua martyrum fragmenta videantur, tamen eandem illis ineſſe virtutem, quæ in eorum corporibus, ac

A in ipſis animabus, quæ in cœlo exiſtunt, utique probat auctoritas magni illius Theologi Gregorii Nazianzeni dicentis, quod ſanctorum vel ſola corpora idem poſſunt, quod animæ ſanctæ, ſive manibus contrectentur, ſive honorentur, quorum vel ſola ſanguinis gutta, atque exigua paſſionis ſigna idem poſſunt, quod corpora. Suſcipite igitur vos benedictionis filii hæc ſacra pignora, quæ non ſolum erunt pietatis noſtræ in ipſam patriam, noſtrique in vos paterni animi monumentum, ſed etiam ad veſtri omnium cuſtodiam, munimen, ad pulſandos hoſtes arma fidelia, ad conciliandam, conſervandamque inter cives pacem ſacra vincula, ad luem, omnemque morbum pellendum cæleſte remedium, ad omnia denique bona tam cæleſtia, quam terrena comparanda certiſſima fiducia; ſicque exiſtimate vos complurium prædeceſſorum noſtrorum hujus ſanctiſſimæ ſedis Antiſtitum, qui ad univerſalis Eccleſiæ Apoſtolatum aſſumpti domum paternam in Eccleſiam commutatam ſacris ſanctorum martyrum reliquiis ex diverſis locis ſumma induſtria conquiſitis ornarunt, exempla, atque veſtigia

B ſectantes paternam domum, quam non brevibus metimur anguſtiis, ſed patria delectatione eam eſſe cenſemus, quæ in unum omnes vos concives amplectitur: Terram ſcilicet ipſum Montaltum hiſce ſanctorum martyrum pignoribus decorare voluiſſe. Quo circa vos, quantum cum Deo poſſumus, hortamur, & monemus, ut hanc inſignium reliquiarum thecam in palatio ejuſdem terræ Montis Alti in loco congruo, & decenter ornato perpetuis futuris temporibus aſſervandum collocetur. Mandantes deſuper, ut ibi ſub quatuor clavibus, quarum una penes collegiatæ Eccleſiæ Decanum, altera penes primum Priorum, tertia penes primum ex Notariis, quarta vero penes Syndicum manere debeat, concluſa, atque conſignata habeatur, ac ut res ſacra perpetuo inalienabilis ſit. Indeque nec extrahi, nec aſportari queat, niſi convocato prius conſilio ejuſdem patriæ, quod parvum appellatur, ejuſque voto ſolemniter perquiſito, & obtento, quodquidem votum demum perquirendum, & poſtulandum erat, ubicumque in ipſa terra proceſſiones per vos certis anni temporibus

C indicendæ celebrandæ erant. Cujus ſane celebrationis diebus, ut uberiorem in vos, populumque veſtrum gratiam noſtram agnoſcatis, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſanctiſſima Euchariſtiæ Sacramento refectis, qui hujuſmodi proceſſionibus, vel prædictæ reliquiæ ea, qua decet, reverentia per ipſam terram circumferentur, devote interfuerint, & pro Chriſtianorum Principum concordia, & S. Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſumque extirpatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem; illis autem, qui ſtatutis a jure temporibus firmum confitendi, & ſacroſanctam Euchariſtiam pariter ſuſcipiendi propoſitum habent, ducentos annos, & totidem quadragenas, de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnis in forma Eccleſiæ conſueta, de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi miſericorditer in Domino concedimus, & relaxamus. Plura autem noſtro nomine idem E-

D piſcopus coram vobis exponet, cujus orationi fidem habebitis.


Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 28. Julii 1586. Pontificatus noſtri anno II.

Iis aliis donis, ac privilegiis Sixtus patriam exornavit, hinc jure merito Pater Patriæ meruit appellari. Patriæ denique Epiſcopum, & patrem dedit, quæ patrem ibi, & cunabula dederat, unde quidam perbelle cecinit in eundem Epiſcopali dignitate patriam decorantem.

Montaltum Sixto patriam donavit habere;
Montalto Sixtus donat habere patrem.

Cæterum hæc Eccleſia taxatur in lib. Cameræ florenis 200. verus valor ad mille, & quingenta ſcuta Romanæ monetæ aſcendit. Epiſcopi vero, qui hactenus in ea fuere, ſequentes ſunt.

Digitized by Google



I.

a Laudatur in vita Card. Commendoni l. 2. c. 6. & à Rubeo in hiſ. Raven. Mandoſ.

1. PAULUS ÆMILIUS Joanninus *a* è Porchia Marchiæ villa, Lucæ, & Pomponiæ Gettiæ filius, J. U. D. Medicinæ, & Philoſophiæ in academia Maceratenſi publicus olim profeſſor, vir doctiſſimus, parique bonitate celebris, in Galliam cum Sebaſtiano Gualterio Viterbienſi Epiſcopo Apoſtolico Nuncio, mox in Hiſpaniam cum eodem, in Poloniam cum Cardinali Commendone legato profectus, ſumma ingenuitate ſecretarii munere functus, ex canonico Ravennatenſi, & Eccleſiæ Cæſenatis Vicario generali a Sixto V. inter cæteros, vetereſque amicos delectus, dilectæ novæ ſuæ Cathedralis Eccleſiæ Montis Alti Epiſcopus declaratus eſt 26. Novemb. 1586. Qui ſibi creditam Eccleſiam viginti ipſos annos tanta pietate adminiſtravit, ut merito dignus plane videretur, qui primus noviter erectæ Eccleſiæ Præſul adhiberetur, meruitque videre ſuā iterum Cathedralem pretioſis ornamentis a Sixto Pontifice exornari, candelabris ſcilicet ſex cum cruce ex ſolido argento, ponderis tertiæ ſupra centeſimam libram, ac Faldiſtorio ex orichalco, ad uſum Epiſcopi fabrefacto, quibus una cum Pontificiis literis ipſe, populuſque totus ſumma exultatione recepit in Cathedrali, repoſuitque faldiſtorium in ſacrario. Porro literæ Sixti erant hujus tenoris.

Sixtus Papa V. Dilectis filiis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Magno nos æſtuantes deſiderio Eccleſiam civitatis Montis Alti patriæ noſtræ chariſſimæ ſuperioribus menſibus e nobis in Cathedralem de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſenſu, ut noſtis, erectam, non ſolum ſpiritualibus gratiis, ac donis decorandi, ſed etiam pretioſis, & eximiis ornamentis, & muneribus, quibus potiſſimum omnipotentis Dei cultus, & univerſi illius populi devotio in dies magis augeri valeat, ditandi prætermittere hoc tempore noluimus, quia dilecto filio magiſtro Mercolino utriuſque noſtræ Signaturæ Referendario iſtuc ad regimen Præſidatus ejuſdem civitatis Montis Alti a nobis nuper et demandatum properanti ſex candelabra argentea, ac crucem pariter argenteam, cui Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti ex ſolido etiam argento imago affixa pendet, ponderis in totum plus minus tertiæ ſupra centeſimam libram, ac faldiſtorium, quæ eſt Epiſcopi rem ſacram celebrantis ſedes, ſuperiori ex parte ex oricbalco fabrefactum ad vos noſtro nomine perferenda daremus. Quæ quidem munera, ſi ex noſtra erga vos paternæ charitatis, & benevolentiæ, quibus illa ad vos miſimus, affluentia, & magnitudine, uti decet, metimini, proculdubio non modicum, aut vulgare amoris, & gratiæ noſtræ ſignum, ac monumentum eſſe agnoſcetis, & judicabitis. Illud autem vos hortamur, & admonemus, ut hujuſmodi ſacra ornamenta in loco a vobis in iſta civitate eligendo, congrue tamen, & decenter ornato perpetuis futuris temporibus aſſervanda, & cuſtodienda, excepto faldiſtorio, quod præfatæ Eccleſiæ Epiſcopo per præſentes donamus, collocetis, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſc. 2. Maji 1587. Pontif. noſtri anno 3.

Deceſſit tandem Paulus Æmilius 6. die Auguſti anno 1606. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Pauli Æmilii Joannini Primi Epiſcopi
Montis Alti monumentum M.DC.VI.



II.

b Romanus, de quo Mandoſius in Bibl. Rom.

2. TIBERIUS Mandoſius, nobilis Amerinus *b*, Juſtini I. C. filius, Romæ natus, ex Canonico Vaticanæ baſilicæ inſtante Alexandro Cardinali Peretto, hujus Eccleſiæ Epiſcopus conſtitutus eſt a Paulo V. die 11. menſis Decembris 1606. Fuerat is in utroque jure ſatis verſatus, & ſuperioris Cardinalis familiaris, una cum fratre Mandoſio equite Hieroſolymitano commendatore a Sixto V. aulæ nepotis negotiis præpoſitus, & canonicatu exornatus, ex qua gente Mandoſia apud Amerinos vetuſta nati ſunt viri clariſſimi Rogerius patriæ Epiſcopus Angeli frater, Jacobus Urbis Proſenator, Innocentio VIII. Pontifice, Nicolaus utriuſque Signaturæ Referendarius, ſub Paulo III. poeta venuſtus, qui libros Imperialium inſtitutionum legalium carminibus vertit, ac Lyricum volumen ſacrorum reliquit: Antoninus Leoni X. charus ille, qui præpoſituræ Amerinæ Eccleſiæ dignitatis ſuæ familiæ obnoxiæ fundator extitit; Quintilianus I. C. clariſſimus, Pauli IV. Auditor, qui tot volumina inſignia in canonico, legalique jure publici juris fecit: Horatius ejus filius magni nominis Advocatus; Fabritius Urbis pro Cardinali Vicario Viceſgerens, qui tractatum de juſtitia diſtributiva optime ſcripſit; quibus addam Marcum Antonium Joan. Baptiſtæ Advocati in Urbe primarii filium, Epiſcopum Neocaſtrenſem, ſub Urbano VIII. immaturo fato ereptum, de quo in 6. noſtro tomo; deque iis omnibus fuſius noſter Honuphrius Geraldinus de Catenacciis nobilis Amerinus Juris Conſultus in ſua Umbria illuſtri, quam præ manibus habet. Sed noſter tandem Tiberius tot avorum, propriaque virtute ſpectabilis brevis hujus Eccleſiæ Pontifex fuit, quippe qui nonum vix menſem in ea dignitate vixit, mortuuſque eſt menſe Novembri anno 1607. & in Cathedrali humatus inglorius jacet, nulla proloquente inſcriptione ad tumulum. Romæ tamen Archangelus germanus frater in Eccleſia S. Mariæ ad Montes, ut vocant, memoriæ titulum ex marmore erexit hoc cenotaphio exornatū.

D. O. M.


Tiberio Mandoſio, Patritio Romano, Baſilicæ Vaticanæ Canonico, Montis Alti Epiſcopo, ubique gloria immortalitate viventi, Archangelus Mandoſius fratri mœrens, & memor monumentum poſuit. Obiit anno M. DC. VII. 4 j. Non Novembris, ætatis ſuæ LIII.

Aſtra petens vivus fruitur nunc mortuus aſtris
Clarus ubique homini; clarus ubique Deo.

Aquilam, quam in rubra parma pro inſigni geſtant Mandoſii, a Lothario III Imp. habuiſſe gloriantur, dum ille ad tollendum teterrimum ſchiſma a Petro Leone contra Innocentium II. Pontificem excitatum, in Italiam exercitum trajeciſſet.

3 Fr.

Digitized by Google



III. 3. Fr. PAULUS genere Urſinus, *a* filius Hieronymi ex dominis Galeſii & Lauræ Carducciæ, frater Octavii Epiſcopi Venafrani, poſtea Signini, Ordinis Prædicatorum in conventu S. Mariæ ſuper
B Minervam puer profeſſus, ſatiſque juvenis, nobilitate generis, rerum divinarum ſcientia, & ingenio præſtans, a Paulo V. in Epiſcopali ſede collocatur die 14. Julii 1608. Sedit annos triginta duos. Obiit anno 1640. ſepultus in Cathedrali, quam paucis ante diebus nobili ſacra ſupellectili ditaverat.

a De eo Fontana in Theatro de Prov. Rom. p. 11[?]. Mandoſ.



IV. 4. HORATIUS Juſtinianus *b* Pauli ſedem conſecutus eſt die 10. Septembris 1640. Is ex vetuſtiſſima æque, ac nobiliſſima Juſtinianorum Januenſium ſtirpe Chii, aliarumque Ægei maris Inſularum domina, patre Joſepho naſcitur. Adoleſcens in literas propenſus Romam acceſſit, ingenuis diſciplinis primum non leviter delibatis, in ſacra Theologia doctus, patrum, & conciliorum lectione eruditus evaſit. Vix annum quintum ſupra vigeſimum attingens ad ſaniorem divini ſervitii ſcientiam anhelans S. Philippi Nerii in Vallicelliana Eccleſia inſtitutis ſe addixit, qui non modo in ea vivendi norma animi, morumque candore præditus prudentia viris magnis, & præſertim Urbano VIII. Pontifici Maximo mirifice acceptus fuit, a quo Vaticanæ bibliothecæ primarius cuſtos inſtitutus, univerſalis Inquiſitionis, & propagandæ fidei conſultor, aliiſque congregationibus adhibitus eſt. Acta ſacroſancti Concilii Florentini hactenus ignorata collegit, ejuſdemque hiſtoriam ſcripſit, & eruditis notis illuſtravit. Anconam pro ſancta Apoſtolica ſede de rebus maximis cum Patelaro Græco Conſtantinopolitano Patriarcha agendis adiit, quod onus tam ſingulari dexteritate ſuſtinuit, ut Græcum Antiſtitem in ſui obſequium, & Urbanum Pontificem in admirationem traxerit; nec multo poſt idem ſummus Pontifex, hujus Eccleſiæ quartum Epiſcopum præfecerit, conſecratum in Eccleſia monialium S. Catharinæ Senenſis, die 16. Septembris 1640. a Cardinali Pamphilio, qui nunc ſub nomine Innocentii X. ſedem Petri feliciter regit. Montem Altum aſcendit zelo eccleſiaſticæ diſciplinæ nobiliter imbutus; ſolemni ritu exceptus eſt; Clerum, populumque ſibi creditum verbo, & exemplo cœpit inſtituere ad normam priſcorum Epiſcoporum ipſe vitam traducens, ut in eo nil
A appareret, quod poſſet offendere intuentes. Rebus Eccleſiæ ſuæ ad tranquilliorem ſtatum redactis, controverſiam inter anteceſſores ſuos, civeſque longo tempore excitatam ea dexteritate compoſuit, ut cives Eccleſiæ, & Eccleſia civibus contulerit commodum. Defuncto Urbano, Innocentius X. Pontifex Maximus ſucceſſor jamdiu virtutum Juſtiniani ſpectator, eum ad Eccleſiam Nucerinam tranſtulit die 16. Januarii 1645. mox S.R.E. presbyterum Cardinalem tit. S. Onuphrii creavit 6. Martii, eundemque ad univerſalis Eccleſiæ utilitatem, libere Epiſcopatu Nucerino dimiſſo, detentum in curia univerſalis S. Inquiſitionis, Concilii Tridentini, Epiſcoporum, & Regularium, propagandæ fidei, Indicis librorum, examini Epiſcoporum, ac aliis congregationibus adſcripſit, & in S.R.E. bibliothecarium delegit. Vivit, quem ſervet Deus Optimus Max. Epiſcoporum decus, ſacrique Senatus ornamentum, toti Eccleſiæ Catholicæ diu incolumem, ac felicem.

b Perbelle laudatur à Genuino l. 3. Anagra. & Oldoino in Athen. Liguſt. Mandoſ.



5. HIERONIMUS Codebò *c* Mutinæ ex generoſo ſtemmate natus, patre Andrea Mutinæ Ducum a conſiliis viro clariſſimo, juris utriuſque Doctor, Carpenſis inſignis Eccleſiæ collegiatæ in ju- V.
C ventute præpoſitus fuit, & Alexand. Ateſtini Card. Auditor, quod munus etiam Raynaldo ejuſdem ſereniſs. gentis Card. præſtitit. Per decem & octo omnino annos utriuſque Signaturæ Referendarius, ſanctæ ſedi operam ſuam navavit, eidemque in regendis Tibure, Interamna, Reate, Benevento, Spoleto, Camerinoque eccleſiaſtici imperii civitatibus ſumma fide inſervivit. Ab Urbano VIII. Gravinenſis Epiſcopus deſignatus, Innocentii X. Pont. Max. munere, ad hanc Montis Alti ſedem, tranſlato Juſtiniano, evehitur die 6. Febr. 1645. eamque ſingulari animi ſui pietate hactenus adminiſtrat.

c Hujus meminit Juſtinianus in hiſ. ampliata Tibur. pa. 158. Mand.

ADDITIO.

(„ *Ad Regienſem denique Eccleſiam translatus eſt*
„ *die 24. Januarii an. 1661.*

„ CÆSAR *Lancellotus ex Epiſcopo Vigilien.* VI.
„ *Montis Alti Epiſcopus effectus eſt die 26. Junii an.*
„ *1662. Undecim omnino an. hanc rexit Eccleſiam,*
„ *obiitque in Reſidentia die 27. Junii ann. 1673.*

D „ ASCANIUS *Paganilli, Camerinenſis Presby-* VII.
„ *ter, J.V.D. Aulicus primum Cardinalis Pallota, mox*
„ *intimus Cubicularius Clementis Papæ X. anno ætatis*
„ *ſuæ 37. ad hanc ſedem evectus eſt die 11. Septembris*
„ *an. 1673. quo in munere diutiſſimè vixit, fatoque*
„ *raptus eſt in Eccleſiæ ſuæ gremio menſe Aprilis*
„ *ann. 1710.*

„ LUCAS *Antonius Colombonus, Nobilis Eugu-* VIII.
„ *binus, Presbyter annorum 45. J.U.D. Vicarius Ge-*
„ *neralis Albanen. alias Civitatis Plebis, & Vicarii*
„ *Apoſtolici Soræ, atque Terracinæ munere perfun-*
„ *ctus Aſcanio ſuffectus eſt die 11. Maii ann. 1711.*)

Digitized by Google

RIPAE TRANSONIS EPISCOPI.



Ripa Tranſonis, antiquior locus, a Traſone ſuo Conſtructore ſic appellarus eſt, ut Franciſcus Pamphilus cecinit lib. 3. de Laudibus Piceni.

Interius Traſo poſuit munimine Ripam
Nulli Picentum vicinior ipſa loco,
Hæc fuerat quondam Montana cacumina Cupra;
Nomine ſic dictus monſtrat in urbe locus.

Fœta populo eſt, itaut ſex millia mortalium alere dicatur, iiſque commoditatibus abundat, quæ optime conſtitutæ civium unitati videantur poſſe ſufficere. Apoſtolicæ ſedi ſubjecta eſt, illamque Pius V. dignitate loci perſpecta, in civitatem erexit, ſanctique Juliani principem loci Eccleſiam in Cathedralem dedicatam Pontifici Romano immediate ſubjecit. Sixtus autem V. cum Firmanam Eccleſiam Metropolitanam effeciſſet, ei Ripanos Præſules ſuffragari mandavit. Cathedralis elegantis architecturæ eſt, gaudetq; duabus dignitatibus, Archipresbyteratu ſcilicet, atq; Archidiaconatu. Duodecim ibi Canonici, cum pluribus aliis minoribus Sacerdotibus divinum cultum diligentiſſime promovent. Præbendis tam Theologali, Pœnitentialique deſtituitur. Palatium Epiſcopale majoris utilitatis gratia, Eccl. proxime adjecerunt. Quatuor Eccleſiæ paroch. in civitate viſuntur, quarum ſingulæ adminiſtrant Baptiſma. Quinque Regularium monaſteria ibidem ſunt, monialium duo, octoque virorum ſecularium Confraternitates, ac cum duobus Pietatis Montibus, Xenodochium unum. Seminarium item ibi inſtitutum eſt, ubi ad divinum obſequium promovendum decem, & octo pueri educantur. Diœceſis tota coaleſcit terris, caſtelliſque omnino octo. Redditus Epiſcopatus octingenta explet ſcutata, tametſi in Cameræ libris taxetur florenis 172. Diploma erectionis hujus Cathedralis ſequens eſt.

PIUS EPSICOPUS

Servus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Illius fulciti præſidio, cujus ſunt terræ Cardines, & cui cogitationes hominum præparantur, ac cujus providentia ordinationem ſuſcipiunt univerſa, ut Chriſti fideles nobis, & ſedi Apoſtolicæ, etiam temporali dominio ſubditi, ob eorum erga nos, & eandem ſedem, fidem, & devotionem ſpecialem, conſolationem cum divini cultus augmento ſuſcipiant, & in oppidis inſignibus, & populoſis novæ ſedes Epiſcopales plantentur, libenter, cum a nobis petitur, opem, & operas noſtras impendimus efficaces. Sane cum oppidum Ripæ Tranſonis Firmanæ diœceſis ſitum in agro Piceno, inter Aſculum, & Firmum, in conſpectu Adriatici ſinus, muro, & foſſa vallatum, mille & ultra familiis conſtans, & a quatuor viris Antianis nuncupatis in Palatio communis cum honeſta familia reſidentibus gubernatur, ac multis, & variis mercium apothecis, & officinis refertum, & diverſorum ordinum virorum, & mulierum monaſteriis, conventibus, ſeu domibus, & in quibus multa pia, & charitatis opera exercentur, quatuor confraternitatibus, & uno hoſpitali, nec non quatuordecim parochialibus Eccleſiis, & honorificis incolis decoratum, habens amplum territorium, ubi familiæ tercentum, vel circa inhabitant, & decem, &

A *octo ſine cura Eccleſiæ, quarum qualibet ſuum habet Rectorem, adſint, inter cætera Provinciæ noſtræ Marchiæ Anconitanæ oppida admodum inſignia exiſtat, noverimuſque incolas eidem ſedi ſemper fideliſſimos, ac devotiſſimos extitiſſe, dignum quin potius debitum reputamus, ut in ea ſedes Epiſcopalis collocetur. Cumque præſertim ipſius oppidi univerſitas, quæ pluries nobis deſuper ſupplicavit, propriis impenſis Eccleſiam S. Benigni ipſius oppidi, quæ parochialis exiſtit, ſi in Cathedralem erigatur, una cum ejus domo pro Epiſcopi habitatione ampliare, & ornare pollicita eſt, & validis obligationibus ſpopondit, necnon ipſam Cathedralem erigendam, in ſcutis annuis ſexcentum, & fructibus, & redditibus, ſeu terrarum, tenimentorum ipſi Eccleſiæ erigendorum ſolemniter conſignatorum unius videlicet ſeptuaginta ſex in contrada dicta di Coco, & alterius capacitatem centum, & triginta Salmarum, menſura illarum partium, in contrada Guardia, & territorio dicti oppidi, ad ipſam univerſitatem ſpectantium, & pertinentium, dotavit, & una cum conſilia-*
B *riis dicti oppidi, qui ut ſinguli ad id ſe obligaverunt menſæ Epiſcopali erigendæ eccleſiæ hujuſmodi in proprietatem, & in perpetuum aſſignavit. Nos qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere annuum valorem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio, & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, oppidum præfatum cum toto illius territorio, Eccleſiis, & perſonis tam ſecularibus, quam Eccleſiaſticis, a diœceſi Firmana, necnon a juriſdictione, & ſuperioritate Firmani, Aprutini, & Aſculani Epiſcoporum, necnon Abbatis, vel Commendatarii, monaſterii Campifellonis Ordinis S. Benedicti nullius diœceſis pro tempore exiſtentium, vel alterius Epiſcopi, Capituli, Abbatis, & Monaſterii, quibus in totum, vel in parte fuiſſe dignoſcitur, perpetuo ſegregamus, diſmembramus, ſeparamus, & exi-*
C *mimus, ipſumque oppidum in civitatem Ripæ Tranſonis nuncupandam, cum juribus, honoribus, & præeminentiis, quibus aliæ civitates, & earum cives utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, & Eccleſiam S. Benigni hujuſmodi in cathedralem ſedi præfatæ immediate ſubjectam ſub eadem invocatione S. Benigni, & in ea ſedem Epiſcopalem pro uno Epiſcopo Ripano nuncupando, qui eidem Eccleſiæ, illiuſque civitati, & diœceſi præſit, illamque in perfectam cathedralis Eccleſiæ formam ordinet, & redigat, Abbates, Prælatos, & alios ad Synodum convocet, evellat, deſtruat, ædificet, plantet, ac omnia, & ſingula officia, & jura Epiſcopalia habeat, & exercitet, cum ſuis capitulo Epiſcopali, & capitulari menſis, cæteriſque omnibus cathedralibus, & Pontificalibus inſignis, necnon juribus, juriſdictionibus, facultatibus, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, & indultis, realibus, perſonalibus, & mixtis, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ, earumque Præſules, capitula, & perſonæ quo-*
D *modolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, necnon ut ipſa cathedralis Eccleſia Ripana ex omni parte reddatur perfecta, in illa duas dignitates, videlicet unum Archipresbyteratum, dignitatem inibi poſt Pontificalem majorem, pro uno Archipresbytero, qui curam animarum parochianorum Eccleſiæ S. Benigni in catedralem erectæ hujuſmodi exerceat, & unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, necnon duodecim canonicatus, cum totidem præbendis pro duodecim canonicis, qui eidem Eccleſiæ in divinis deſerviant, & inſimul unum capitulum conſtituant, moderni quoad eccleſiam S. Benigni prædictam illius Rectoris ad hoc accedente conſenſu, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac ejus glorioſiſſimæ Genitricis Virginis Mariæ, totiuſque curiæ cæleſtis honorem, & fidei Catholicæ exaltationem perpetuo erigimus, & inſtituimus. Oppidumque prædictum civitatis, ipſius Incolas civium, necnon Eccleſiam S. Benigni prædictam cathedralis*

Ec-

Digitized by Google

Eccleſia honore, nomine, titulo, & inſigniis decoramus, ac dicta Eccleſia Ripana, & illius menſa Epiſcopali pro dote dicta, due petia terrarum, ut præfertur conſignatarum, necnon Archipresbyteratus Eccleſia Ripana hujuſmodi res, bona, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque Eccleſia S. Benigni præfata perpetuo applicamus, & appropriamus. Archidiaconatui vero S. Mariæ Annunciationis de Agello, cum ſuis ruralibus, & uni, & una SS. Nicolai, Ruſtici, & Eleutherii Plebania, ac alio, & alia S. Angeli de Colle, & alio, & alia S. Maria de Valle, & alio, & alia SS. Salvatoris, & Antonini, & alio, & alia S. Thoma in Cletis, & alio, & alia s. Blaſii de Platea, & alio, & alia Ss. Hippolyti, & Caſſiani, & alio, & alia Ss. Gregorii, & Margaritæ Prioratus, & alio, & alia s. Angeli de Raſſiano, & alio, & alia s. Rocchi, & Paſtoris, & alio, & alia s. Eumerii præpoſitura nuncupata, necnon reliquo, & reliquæ canonicatibus, & præbendis prædictis, reliquam S. Salvatoris de Agello parochiales Eccleſias in dicta civitate Ripa Tranſonis ſitas, & fundatas, vacantes ex nunc, reliquas vero ex nunc, prout ex tunc cum primum illas, ſeu ipſarum aliquas, per ceſſum, vel deceſſum, aut privationem illas nunc obtinentium, aut alias quovis modo vacare contigerit, etiamſi nunc vacantes per liberas reſignationes quorumvis de illis in Romana curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factas, aut conſtitutionibus fel. record. Joannis Papæ XXII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit; Execrabilis, vel aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ad ſedem eandem legitime devoluta, ipſeque Eccleſiæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter collata exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lites, quarum ſtatus præſentibus haberi volumus pro expreſſis, pendeant indeciſæ, dummodo earum diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, cum omnibus, & ſingulis illarum, & earum cujuslibet annexis, ita quod liceat eiſdem Archipresbytero, Archidiacono, & canonicis pro tempore exiſtentibus, illarum corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & proventus, propria auctoritate percipere, exigere, & levare, & in ſuos, & cujuslibet ipſorum uſus, & utilitatem convertere, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Ac Epiſcopo, & canonicis prædictis, ut pro ſalubri directione, & proſpero ſtatu, felicique ſucceſſu cathedralis Eccleſiæ erectæ hujuſmodi, & illius perſonarum prædictarum, divinorumque officiorum in ea celebratione, fructuumque, redditium, proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, ac diſtributionum quotidianarum perceptione, & inter eos diviſione, & reparatione, ac quibuſvis rebus, & occurrentiis ſuis quæcumque ſtatuta, ordinationes, & capitula (rationabilia tamen, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria) condere, & condita quoties opportunum fuerit immutare, limitare, corrigere, & interpretari ſecundū rerū, & temporū qualitates, & loco illorū alias ordinationes, capitula, & ſtatuta, quoties eis expedire viſum fuerit, de novo edere, & facere, quæ omnia poſtquam edita, & facta fuerint, ex nunc, prout ex tunc, & è contra (ſi licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria fuerint) eadem auctoritate etiam cum defectuum ſuppletione confirmata ſint, & eſſe cenſeantur, eo ipſo concedimus, & indulgemus. Cumque civitas Ripæ Tranſonis præfata in quatuor regiones diviſa exiſtat, ita ut in qualibet regione una tantum parochialis Eccleſia pro uno parocho, qui curam parochianorum inibi habitantium exercere poſſit, videlicet in Agelli, S. Benigni in cathedralem erecta, in S. Dominici S. Angeli de Roſſlano; in montis Antiqui SS. Nicolai, Ruſtici, & Eleutherii, & in capitis montis nuncupatis regionibus, SS. Gregorii, & Margaritæ Eccleſia ſufficere videantur, parochianos, & vicinos omnes, & ſingulos utriuſque ſexus ab aliis parochialibus eccleſiis civitatis Ripæ Tranſonis, & jura parochialium Eccleſiarum hujuſmodi ſeparamus, & diſmembramus, & curam animarum in illis perpetuo ſupprimimus, illoſque, & illam, ac jura præfata quoad Agelli ad S. Benigni in cathedralem erectam; quo ad S. Dominici, ad S. Angeli de Roſſlano; quoad montis Antiqui, ad SS. Nicolai, Ruſtici & Eleutherii; quo vero ad parochianos, & vicinos capitis montis regionem hujuſmodi, ad SS. Gregorii, & Margaritæ parochiales Eccleſias præfatas, ita ut quælibet Regio proprium habeat ſacerdotem, & Paſtorem, perpetuo transferemus. Necnon eorundem S. Angeli, & S. Nicolai, Ruſtici, & Eleutherii, ac SS. Gregorii, & Margaritæ parochialium Eccleſiarum rectoribus, dictæ cathedralis Eccleſiæ canonicis, ut illis per Vicarios perpetuos ab ordinario loci approbandos, in divinis deſervire facere, illorumque parochianorum animarum curam gerere poſſint indulgemus. Necnon Archipresbyteratus, Archidiaconatus, ac duodecim canonicatus, cum præbendis a primæva erectione hujuſmodi vacantes, Eccleſia videlicet S. Benigni in cathedralem erectæ, qui ſit archipresbyter dictæ Eccleſiæ Ripanæ, & in ea poſt Pontificalem dignitatem majorem obtineat; & Eccleſia S. Mariæ Annunciationis de Agello, qui ſit Archidiaconus ejuſdem Eccleſiæ Ripanæ, & dignitatem, non tamen poſt Pontificalem majorem, obtineat; alias vero parochiales Eccleſias, ut præmittitur, unitas, quarum cujuslibet fructus, redditus, & proventus viginti quatuor ducatorum auri de Camera ſecundum cōmunem æſtimationem, valorem annuum non excedunt, eorundem Rectoribus, qui canonici ejuſdem Eccleſiæ Ripanæ exiſtant, conferimus, & de illis etiam cum plenitudine juris canonici providemus. Volumuſque, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, in choro, capitulo, proceſſionibus, & aliis actibus publicis, ſeu privatis Archipresbyter primum, Archidiaconus ſecundum locum, canonici vero nuper creati poſt Archipresbyterum, & Archidiaconum prædictos, juxta illorum receptionem, & admiſſionem, ſi ad id conſenſerint, unuſquiſque illorum loca habeant. Cumque fructus, redditus, & proventus, canonicatuum, & præbendarum dictæ eccleſiæ Ripanæ ſatis tenues videantur, perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione S. Angeli Villæ magnæ ritus dictam civitatem Ripæ Trāſonis, de conſenſu illius rectoris perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, illiuſque, & illi annexorum fructus, jura, & obventiones quæcunque, necnon decimas fructuum, redditium, & proventuum quorumcunque ex novalibus dictæ univerſitatis de Fulgaja nuncupatis, de ejuſdem univerſitatis conſenſu, ſingulis annis eidem capitulo, & illius menſæ capitulari in diſtributionibus quotidianis, juxta providam Epiſcopi Ripæ Tranſonis ordinationem, inter dignitates obtinentes, & canonicos præfatos diſtribuendas, perpetuo applicamus, & appropriamus. Necnon pro majori Chriſti fidelium illarum partium commoditate, & ſpirituali conſolatione, Colmnellæ, Aquævivæ, S. Benedicti, Marani, S. Andreæ, Grottarum ad mare, Giſſi, Quinzani, montis Prandoni, Furcanum, Montis Alti, montis de Novem, Rotella, Porcula, Coſſignani, & Paſſignani loca, caſtra, & oppida Aſculanæ, Firmanæ, & nullius reſpective diœceſis in provincia Marchiæ prædictæ, & ubivis conſiſtentia, & quæ nunc, & pro tempore exiſtentibus, monaſterii Farfenſis abbatibus, ſeu commendatariis, & Firmanis, & Aſculanis Epiſcopis, ratione monaſt. & Firmanæ, & Aſculanæ Eccleſiarum hujuſmodi, mediate, & immediate reſpective ſubjecta reperiuntur, necnon in eis conſiſtentia, collegiatas, parochiales, & alias eccleſias, monaſteria, præpoſituras, præpoſitatus, prioratus, & alia quæcunque, cum cura, & ſine cura, ſecularia, & quorumvis ordinum regularia beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi ſecularia, canonicatus, & præbenda, perſonatus, adminiſtrationes, officia etiam curata, & electiva etiam in collegiatis Eccleſiis, regularia vero beneficia hujuſmodi, præpoſitatus, præpoſitura, dignitates etiam conventuales, perſonatus, adminiſtrationes, & officia etiam clauſtralia, capellania, capella, hoſpitalia, & alia pia loca fuerint, & ad dignitates, prioratus, præpoſituras, & præpoſitatus hujuſmodi conſueverit, qui per electionem aſſumi, ac eorundem locorum, caſtrorum, & oppidorum utriuſque


ſexus perſonas, habitatores, & incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, & religioſos quoſcunque, cujuſcunque ſtatus, ordinis, & conſtitutionis exiſtant, a juriſdictione, poteſtate, dominio, & quavis alia ſuperioritate Firmanæ, & Aſculanæ Eccleſiarum, ac Farſenſis monaſterii, & illorum nunc, & pro tempore exiſtentium Epiſcoporum, Abbatum, ſeu Commendatariorum, quibus nunc loca, caſtra, & oppida hujuſmodi, earumque Eccleſiæ, & perſonæ præfatæ ſubjecta dignoſcuntur, etiam perpetuo diſmembramus, ſeparamus, & eximimus; locaque, caſtra, & oppida hujuſmodi, illorumque perſonas tam ſeculares, quam Eccleſiaſticas, & quorumvis ordinum regulares Eccleſias, monaſteria, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, & alia beneficia eccleſiaſtica, hoſpitalia, & loca pia hujuſmodi, cum ipſorum juribus, & pertinentiis univerſis, eccleſiæ Ripanæ prædictæ pro diœceſi, clero, & populo, ita quod liceat Epiſcopo eidem eccleſiæ Ripanæ, tam hac prima vice, quam in poſterum præficiendo, per ſe, vel alium, ſeu alios ejus nomine, corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi adminiſtrationis, ſpiritualitatis, & omnimodi juris diœceſani, propria auctoritate Firmani, & Aſculani Epiſcoporum, ac ejuſdem monaſterii Farſenſis abbatis, ſeu commendatarii nunc, & pro tempore exiſtentium licentia deſuper minime requiſita apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere, de ejuſdem poteſtatis plenitudine ſimiliter perpetuo concedimus, & aſſignamus, ac ejuſdem eccleſiæ Ripanæ, illiuſque Præſulis pro tempore exiſtentis juriſdictioni, dominio, poteſtati, & ſuperioritati, eiſdem modo, & forma, quibus Firmanis, Aſculanis eccleſiis, ac monaſterio Farſenſi, illorumque Epiſcopis, abbati, vel commendatario hujuſmodi reſpective ſuberant, ſubiicimus, & ſupponimus. Non obſtantibus priori voluntate noſtra, ac de non tollendo jure quæſito Concilii Lateranenſis noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibentis, necnon piæ memor. Boniſacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, aliiſque Apoſtolicis, ac in provincialibus, & Synodalibus conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Firmanæ, & Aſculanæ Eccleſiarum, & Farſenſis monaſterii, & Ordinis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, Firmanis, & Aſculanis eccleſ. & Farſen. monaſt. illorumque capitulis, conventibus, ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſvis tenoribus, ac quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis etiam conſiſtorialiter in genere, vel in ſpecie conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum cauſas, & effectus præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod Firmanæ, Aprutin. & Aſculan. Eccleſiis, & Farſenſi, & Campi Fellonis monaſteriis, illorumque Præſulibus, Abbatibus, ſeu commendatariis, nunc, & pro tempore exiſtentibus prædictis, per ſeparationem, diſmembrationem, & exemptionem hujuſmodi, quoad bona temporalia, ſi quæ in dictis locis ab eis ſeparatis, diſmembratis, & exemptis hujuſmodi habeant, & quoad ſuperioritatem, quæ Farſenſe, & Campi Fellonis monaſteria, & illorum Abbates, ſeu commiſſarii hujuſmodi, in monaſteriis, ſeu prioratibus regularibus dicti ordinis, in locis ſeparatis prædictis exiſtentibus habent, nullum præjudicium inferatur, ſed Epiſcopatus Ripæ Tranſonis, in monaſteriis prædictis eam tantum habeat, & exerceat juriſdictionem, quam cæteri Epiſcopi in ſimilibus habere, & exercere ſolent. Nulli ergo, &c. ſi quis autem, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dom. 1571. *Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno 6.*

Epiſcopi, qui in Ripana Eccleſia floruerunt, ſunt ſequentes ex monumentis Romanis.

A D D I T I O.

(„ *In Ripana Cathedrali, quæ D. Gregorio Pontifici dicata eſt, quatuordecim enumerantur Canonici, quos inter duæ dignitates Archidiaconatus nempe, & Archipresbyteratus, & utraque Præbenda, Theologalis ſcilicet, & Pœnitentialis, ac tres Beneficiati, aliique inferiores Clerici, qui divinis in ea incumbunt officiis. Sub ara majori reconditum quieſcit corpus S. Deodati. Præter autem Cathedralem tres aliæ in hac urbe viſuntur Parochiales Eccleſiæ. Virorum verò cœnobia tria, videlicet Fratrum Dominicanorum, s. Auguſtini, & s. Franciſci, & Oratorium ſecularium Sacerdotum s. Philippi Nerii: Monialium autem duo s. Claræ, & s. Catharinæ ſub regula s. Dominici, & utraque reguntur ab Epiſcopo. Urbis cives ſunt circiter quater mille. Extra verò civitatis mœnia duo item repeririuntur Regularium monaſteria, Franciſcanorum videlicet, & Capuccinorum, aliudque Fratrum antea Carmelitarum, quod, cum ab iiſdem fuiſſet derelictum, nunc regitur a civitatis magiſtratu, qui ſacerdotem ad ejus curandam Eccleſiam Capellani titulo eligit. At diœceſis, quæ late patet, Oppida ſunt:* Coſignano, *ubi duæ Parochiales Eccleſiæ:* Acquaviva, *ubi duo Regularium Conventus:* monte Prandone; *Patria B. Jacobi, quem vulgus della* Marca *appellat, ubi inſignis adeſt Collegiata cum octo Canonicis;* Colonella, *ubi duo pariter Eccleſiæ Parochiales, atque Fratrum Minorum Conventualium monaſterium: & prope mare* S. Benedetto; Grotta a mare; *ubi Collegiata, & duo Religioſorum cœtus.* S. Andrea, e Marano, *In his omnibus ſeptem circiter animarum millia vivunt.*)



1. LUCIUS Saxus, a Neapolitanus, filius Marii nobilis Nolani, ſublectus eſt primus Epiſcopus Ripanus, vir ſingularis experientiæ, quam ſub Cardinale Verallo didicerat. Sub Julio III. clericalem vitam profiteri inſtituit, brevique evaſit utriuſque Signaturæ Referendarius. Sub Pio IV. Peruſinis jus dixit. Pius vero V. illum primum Ripanum creavit Epiſcopum 1571. 3. menſ. Octobris; quam Eccleſiam cum ad quatuor annos rexiſſet, a Gregorio XIII. qui illum Romam adſciverat, eo munere exſolutus. Vicarius S. Joannis in Laterano, ac Pœnitentiariæ Regens effectus eſt 1575. Urbanus VII. tametſi breviſſimus Pontifex, ſanctæ ſedis Datarium eſſe voluit, a quo munere nec Greg. XIV. nec Clem. VIII. ſubſecuti Pontifices Lucium dimoverunt. Quin Clemens ob ſingularem viri probitatem, illum vocavit ad purpuram ſub titulo SS. Quirici, & Julitæ. Sed cum jam 71. ageret annum, inter Cardinales S. Officii numeratus. Romæ deceſſit ann. 1604. prid. Kal. Martii, ſepultuſque eſt apud S. Joannem in Laterano cum hoc epitaphio.

I. a De eo videndus Jo: Flor. in Calabria illust. to. 3. p. 391 Mon. ...

D. O. M.

Lucius Saxus Epiſcopus, ſacræ pœnitentiariæ regens a Clemente VIII. in ordinem Cardinalium cooptatus H. S. E.

Ibidemque in pulchro marmoreo ſepulchro hoc ſequens elogium ſpectatur.

D. O. M.

Lucio Saxo Neapolitano tit. SS. Quirici, & Julitæ, S.R.E. presb. Card. qui viri clariſſimi Marii Saxi patris ſui quondam Caroli V. Imp. Aug. in Regno Neapolitano con-

filia-

ſiliarii, ab eodemque ad varias provincias regendas adhibiti, laudem æmulatus, cum ſe Romam contuliſſet, ob doctrinam, atque prudentiam inter Juſtitiæ Referendarios, a Julio III. adſcriptus, primuſque ad Epiſcopatum Ripæ Tranſonis a Pio V. provectus, ſacræ inde Pœnitentiariæ a Greg. XIII. præpoſitus, per annos fere xx. Vicarius, ab Urbano VII. Datarius creatus, in eodemque munere a duobus ſequentibus Pontificibus Greg. XIV. Innoc. IX. confirmatus tandem a Clemente VIII. ſola aſſiduorum pro Apoſtolica ſede laborum inſpectione prima electione, una cum illuſtriſſimis nepotibus nominationis prærogativa in ampliſſimum ordinem adſcitus, non minus ex eo accepit, quam eidem contulit ornamenti. Marius Saxus Fabii filius hæres patruo optime merito, atque honore digniſſimo poſuit. Vixit ann. LXXXII. menſes iv. dies viii. Obiit pridie Kalend. Martii anno Chriſtianæ ſalutis M. DC. IV.



II. 2. PHILIPPUS Segha *a*, Bononienſis ex Gubernatore Piceni, ſecundus Ripanus Epiſcopus adlectus eſt, Gregorio XIII. ſedente 1575. die 20. menſis Maji Auximi ab Æſino Epiſcopo inauguratus eſt. Cæterum breviſſima mora Eccleſiæ ſibi creditæ opem attulit. Pontifex enim primum illum legavit in Flandriam, deinde in Hiſpaniam, mox & eundem tranſtulit ad Eccleſiam Placentinam 1578. die 13. menſ. Octobris, inque in Luſitaniam illum direxit. Graviſſima ſemper negotia explevit, præcipuo autem in Gallicano fœdere, ubi cum res feliciter tranſigeret, ab Innocentio IX. inter purpuratos adlectus eſt. Galliarumque legatus 1591. communique omnium voce appellatus eſt Placentinus Cardinalis. Deceſſit Romæ 1596. die 29. menſis Maji, ſepultuſque eſt apud S. Honuphrium. De quo ſupra commemoravimus in Placentina Eccleſia.

a De eo Galeottus de viris illuſtr. Bonon. par. 2. p. 10. Mandoſ.

III. 3. NICOLAUS Aragonia, vulgo Junior appellatus, tertius Ripanus Epiſcopus adlectus eſt 1578. die 3. menſis Octobris, cum eſſet canonicus baſilicæ Vaticanæ. Breviori mora Ripanam adminiſtravit Eccleſiam, tranſlatuſq; fuit ad Aſculanam in Piceno.



IV. 4. TROILUS Boncompagnus *b*, Fulginas, ejuſ-

b De eo

A dem Eccleſiæ dictus Epiſcopus eſt 1579. die 3. menſis Auguſti. Anno vero 1582. die 30. menſis Junii ad Eccleſiam Fulginatem tranſlatus eſt. Vide ſupra, quæ de ipſo plura narravimus.

Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 163. Mandoſ.



B

V. 5. GASPAR Sellingardus *c* Mutinenſis, utriuſque legis Doctor eximius, adlectus eſt die 18. menſis Junii 1582. ac poſt novem annos, ex quo Eccleſiam illam gubernavit, ad Mutinenſem Epiſcopatum tranſlatus eſt. De quo alibi plura.

c Laudatur à Silos in hiſt. Cler. Regul. par. 1. p. 558. Mandoſ.

VI. 6. POMPONIUS de Nobilibus Lucenſis, declaratus eſt Epiſcopus a Gregorio XIV. 1591. die 29 menſis Maji, dictamque Eccleſiam annos ſexdecim adminiſtravit.

C



VII. 7. SEBASTIANUS Podius *d*, Lucenſis, Pomponio immediate ſucceſſit 1607. die 7. menſis Maji, Paulo V. ita cenſente. Tredecim annos Ripanam adminiſtravit Eccleſiam, vitæque purioris, ac ſecurioris ſtudio eo munere ſe exſolvere conatus, ut in Societatem Jeſuitarum poſſet cooptari, ſed reluctante Pontifice, non potuit obtinere, quod tantopere concupiverat. Itaque Romæ deceſſit 1628. ſepultuſque eſt in templo Jeſu dicato cum hoc epitaphio.

d De eo Gamurrinus de familiis vol. 2. p. 407. Mand.

D. O. M.

D *Sebaſtiano Poggio patritio Lucenſi, & Epiſcopo Ripano, ob egregias virtutes vita digniſſimo, quam amiſit, niſi meliorem meruiſſet. Obiit anno ſalut. MDC. XXVIII. ætat. LXVIII. condi voluit in ſepulchro Patrum Societatis Jeſu, quorum ordinem recipere voluerat vivens ablegato jam Epiſcopatu, ac diu orata, ſed nequaquam exorata a ſummis Pontificibus facultate Patres ejuſdem Societatis teſtamento hæredes monumentum grati animi P. P.*

VIII 8. LAURENTIUS Azzolinus *e*, Firmanus, nepos illius quondam Azzolini Cardinalis, Ripanus Epiſcopus declaratus eſt 1630. die 17. menſis Februarii, Urbano VIII. ſedente. Qui etiam S. Conſultæ ſecretarium eum eſſe decrevit; fuitque deinde tranſlatus ad Eccleſiam Narnienſem 1632. die 2. menſis Auguſti, pauloque poſt, cum illi videretur arridere fortuna, morte Romæ ſublatus eſt. Cujus vitam brevi, ſed erudito elogio ſcripſit Janus Nicius Erythræus in ſua illuſtrium virorum Pinacotheca.

e De eo Erythræus in Pinacoth. Imag. 156. Mandoſ.

9. Fr.

IX. 9. Fr. ANTONIUS Arigonius a Galbiato, diœceſis Mediolanenſis, ex ordine S Franciſci de obſervantia Doctor Theologus, ac ſui Ordinis Commiſſarius generalis, ab Urbano VIII. Epiſcopus adlectus eſt die 3. menſis Aprilis 1634. Cæterum triennalis tantum Pontifex fuit; deceſſitque mœrentibus cunctis, qui ejuſdem exaggeratas virtutes propius fuerant venerati. * In Cathedrali cum hac inſcriptione ſepultus. * Ex App. tom. 5.

Deo. Glorioſiſſimo. Optimo. Maximo. Hic jacet Fr. Antonius Aregoneus Mediolanenſis: inter Minores de Obſervantia vixit; ejus vita majoris obſervantiæ fuit. Lector, & Prædicator, doctrina veritatem docuit, exemplo mores; aliis ſæpe regendis Præpoſitus, dignus Minorum filius, Fratribus fuit omnibus Pater. Ob vitæ integritatem, animique candorem Ferdin. II. charus. In Germania, & Ciſmontana familia Commiſſarius Generalis, omni fuit dignitate ſublimior. Tandem ab Urbano VIII. Ripæ Epiſcopus creatus, & ab eodem Commendator S. Spiritus in Saxia de Urbe nominatus. Obiit die vi. Martii MDCXXXVI. Sed ejus non obiit memoria, quæ ſemper vivet, fama, gloria, ſanctitate. Ejus corpus hic jacet, honorificentius reconditum eſt ab Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Domino Ulyſſe Urſino Epiſcopo Ripano MDCLV.

X. 10. NICOLAUS Urſinus de * Apiro Camertinus, electus anno 1636. decima nona Septembris. * Mortem obiit anno 1653. * Ex Append. 5. * Ex App. tom. 7.

XI. 11. ULYSSES Urſinus Amerinus, Romanus Patritius, litteris eruditus; in juventute Martem ſecutus, catafractorum Centuriæ pro S.R.E. Præfectus aliquos conſumpſit annos, deinde Eccleſiaſticam vitam amplexus, Vaticanæ Baſilicæ Beneficiatus, Canonicatu, ac Prioratu SS. Secundini, & Sylveſtri de Origleano cohoneſtatus, ex Prothonotario Apoſtolico Ripano Epiſcopatu donatus ab Innocentio X. anno 1653. 4. Kalen. Decembr. Romæ conſecratur à Card. Barberino die 25. Januarii ſubſequentis anni, aſſiſtentibus Papyro Sylveſtro Maceratenſi, & Alexandro Argolo Verulanenſi Epiſcopis. Nunc ſupereſt omni laude digniſſimus Præſul, qui gregem ſibi commiſſum omni ſollicitudine pergit ad viam ſalutis adducere.

A D D I T I O.

(„ *Obiit Ulyſſes Urſinus in Reſidentia menſe Novembri ann.* 1679.

XII. „ JOANNES *Georgius Mainardus, Nobilis Anconitanus, Presbyter J.U.D. annorum* 50. *circiter, Archipresbyter Eccleſiæ Cathedralis Anconitanæ, cum Viſitatoris, Provicarii, & Conſultoris S. Officii muneribus in Patria perfunctus fuiſſet, donatus Mitra Ripana eſt die* 11. *Martii* 1680. *Deceſſit menſe Novembri* 1693.

XIII. „ FRANCISCUS *Azzolinus, Nobilis Firmanus, S. Theologiæ Doctor, annum ætatis agens* 57. *Abbas mitratus S. Bartholomæi de Campo Fellone, cum fuiſſet antea Primicerius Metropolitanæ Eccleſiæ Firmanæ, & deinde Canonicus Baſilicæ S. Mariæ Transtyberim de urbe, ornatus eſt infula Ripana die* 15. *Martii* 1694. *qui eodem anno fato raptus eſt.*

XIV. „ PETRUS *Alexander Procaccini, Nobilis Pennen. J.U.D. Vicarius Generalis Pennenſis, deinde Maceratenſis, & tandem Montisflaſconenſis, creatur Epiſcopus Ripanus die* 24. *Januarii* 1695. *dum eſſet annorum circiter* 40. *Translatus deinde fuit ad Eccleſias Abellinenſem, & Frequentinenſem die* 15. *Decembris* 1704.

XV. „ JOSAPHAT *Baptiſtellus, Presbyter Foroſempronienſis Diœceſis, I.V.D. Vicarius Apoſtolicus Urbinatenſis, cum extitiſſet ſucceſſive Vicarius generalis Civitatis Caſtellanæ, Foroſempronienſis, Firmani, Æſini, & Lauretani Præſulum, tandem evectus ad hanc ſedem eſt die* 8. *Junii* 1705. *deinde translatus fuit ad Fulginatenſem* 10. *Maii* 1717.

XVI. „ GEORGIUS *Laurus, Presbyter Nobilis Anagninus, Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis, & Vicarius generalis Anagninus, annorum* 56. *Baptiſtello ſufficitur die* 12. *Julii* 1717.)

S. SEVERINI EPISCOPI.



EX antiquæ Septempedanæ civitatis ruinis, quam a fundamentis Gothi, vel ut tradunt ævi medii ſcriptores, Longobardi exciderunt, S. Severini nobile oppidum extulit muros, crevitque; priſcique a nomine illius glorioſi S. Severini Septempedanorum Præſulis poſtremi, qui cum ſacrato ejus cadavere mirabili portento tranato flumine primum templum ejus nomini fundare cœperunt, adjectiſque humilibus caſis materiem præbuit noviter exſurrecturæ civitati creſcendi, S. Severini denominatur. In Piceno ſita eſt inter colles Apennino finitimos, videturque hactenus retinere priſcam nobilitatem, cum municipium olim Romanorum ſpectabile videretur, teſte adhuc pulcherrima inſcriptione, quæ legitur in vetuſto lapide in foro ipſius civitatis.

MAGNO PRINCIPI
FLAVIO VALERIO CONSTANTINO
NOBILISSIMO
ORDO SEPTEMPEDANORUM
D. N. M. F.
PUB.

Ejus meminit Strabo, Plinius, aliique quamplures, populoſque Septempedanos vocarunt. Sancti Severini vitam (qui in domino requievit anno 543.) reſque præclare geſtas nuper & erudite ſcripſit Joannes Baptiſta Cancellottus Societatis Jeſu, ubi Septempedanæ civitatis ruinam, novæque S. Severini ædificationem, eorumque ſanctorum, illuſtriumque virorum memoriam, antiquitatem, originem, & incrementa ex patriæ Hiſtoria Valerii Cancellotti equitis S. Stephani parentis ſui, nondum publici juris facta, ſumma fide ac diligentia recenſuit. De ejus vero magnitudine, atque nobilitate Franciſcus Pamphilus patriæ ſuavitate illectus, hæc carmina panxit lib. 2. de laudibus Piceni.

Millibus hinc placidis fluit ipſe Potentia terris,
Ter ſinus hinc Venetus quinque remotus abeſt.
Ad decimum lapidem procul hinc mea patria diſtat,
Condita jam dextris, ſed modo læva manet.
Inclyta Picenſis fuerat Septempeda quondam
Nomine de ſeptem ſic vocitata ſatum.
Aut quod in his ſeptem florebant mœnibus artes,
Ut padia poteſt voce movere ſua.
Hæc pedes ſeptem fuit hac amplexa vigorum;
Collibus effoſſis, rudera multa jacent.
Vel ſibi menſuræ ſumpſit de nomine vocem,
Incola conceſſum dum bove ſignat agrum.
Imperio totas Piceni ſubdidit Urbes;
Omnibus una dabat publica jura viris.
Undique magnus erat populi concurſus ad urbem,
Et dabat ingentem curia lata ſonum.
Flavius hic faſces tenuit Conſtantinus oris,
Flavius invicti Cæſaris ille ſatus.
Lucius hanc etiam rexit celeberrimus urbem;
Hic Juvenum princeps Aurelianus erat.
Hic quoque Valterius, poſt Bondinarius acer,

Agmi-

Digitized by Google

Agmina Gothorum maxima ſtravit humi.
Expulit egregie crudelem à manibus hoſtem:
Intulit & patria digna trophea ſua.
Omnia ſed pereunt, cum venerit ultimus ille
Terminus, immites quæ poſuere Deæ.
Nil valet Imperium, vel robur, forma, juventus,
Vilius id caſſa mors facit ipſa nuce.
Ut leve grande facit breviter concordia regnum;
Omnia ſic ſubito ſeditione ruunt.
Funditus imperium diſcors delabitur omne,
Et ſuper una domus decidit atra domum.
Quam non tanta manus Gothorum vicerat arcem,
Vicit non aries, non catapulta, fames.
Unius arte mala falleris concidit albi,
Hoſtibus a victis nocte cremata fuit.
Sed poſtquam in cineres verſa eſt Septempeda nigros,
Et modo, qua inſignis regia, campus erat.
Ille Severinus, redimitus tempora mitra,
Præſul erat tanti religione loci.
Sive huic Unnorum fuerat de gente profectus,
Sive hunc Veſtinis gens Amiterna dedit,
Seu fuit indigena genitus de ſangine patris,
Accola vicini vel fuit iſte loci.
Res fugit humanas, & vita fungitur ipſa,
Nec patitur cippo mortua membra tegi.
Mira facit; variis ſanat languoribus ægros.
Lumina dat cœcis, loripedique gradus.
Poſt aliquot luces rheda componitur una,
Juſſerat in ſomnis ſic agitare viro.
Ducitur indomitis dum per loca frigida tauris,
Bruma fuit, flores qualibet herba dabat.
Flumine tranſito, veterem, quam cernimus Aedem,
Fecerunt, minimam gramine plauſtra moram.
Ut ſummum tetigere jugum, procumbit uterque
Pronus humi, ſedes hic poſuere ſacras.
Illic reliquias miſit Septempeda cunctas,
Juſſit & illius nomen ineſſe loco.

Ubi primum Epiſcopali dignitate inſignita eſt, cathedralemque S.Severino ſacratam accepit, Sixto V. ita jubente, unius Apoſtolicæ ſedis arbitrium immediate venerari occœpit; ſed cum deinde Firmanam Eccleſiam idem Pontifex in metropolim erexiſſet, S. Severini Præſulem dictæ metropolis ſuffraganeum effecit. Cæterum antequam paucos, qui in ea ſede floruerunt, Epiſcopos extendam in ſeriem, operæ pretium mihi viſum eſt, erectionis Epiſcopatus hic totam bullam exſcribere.

SIXTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Superna diſpoſitione, cujus inſcrutabili providentia incrementum ſuſcipiunt univerſa pro ſedis Apoſtolicæ excellenti præeminentia, dignum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ agro novas Epiſcopales ſedes, & Eccleſias plantare, ut per hujuſmodi novam plantationem, ſingulorum Chriſti fidelium augeatur devotio, divinus cultus effloreat, & animarum ſalus ſubſequatur, humiliaque loca dignioribus, & eminentioribus titulis, ac condignis favoribus illuſtrentur, ut propagatione novæ ſedis, honoratique Præſulis aſſiſtentia, & regimine cum Apoſtolicæ poteſtatis amplitudine, ac orthodoxæ fidei profectu, & exaltatione, ipſi Chriſti fideles æternæ felicitatis præmium noſtri Redemptoris ineſtimabili charitate media valeant adipiſci. Sane cum oppidum S. Severini in agro Piceno Camerinenſis diœceſis, inter cætera partium illarum oppida ſatis inſigne, ac percelebre, nec non benedicente domino habitatorum, ac incolarum multitudine refertum exiſtat, ac dilecti filii illius univerſitas, & homines pro eorum, ac oppidi hujuſmodi, nec non ejus cleri, ſingulorumque habitatorum, & incolarum prædictorum decore, & amplitudine, ac divini cultus incremento, & animarum ſalute, oppidum ipſum civitatis nomine, & cathedralis Eccleſiæ honore decorari ſummopere deſiderent, iidemque univerſitas, & homines pro ſecularis, & collegiata Eccleſia dicti oppidi, in qua una dignitas, quæ inibi principalis dignitas exiſtit, Prioratus nuncupata, ac ſex canonicatus, & totidem præbendæ fore noſcuntur, ſi in cathedralem Eccleſiam erigerentur, menſæ Epiſcopalis dote, redditum annuum, ſeu cen-

A *ſum mille ſcutorum monetæ illarum partium, decem Julii pro quolibet ſcuto hujuſmodi computatis ſuper molendinis ejuſdem oppidi, ad ipſos univerſitatem, & homines legitime ſpectantibus aſſignare parati ſint: nos pium, & ſalutare univerſitatis, & hominum propoſitum, & deſiderium hujuſmodi volentes amplecti, illique favere, ac cultum divinum augere, & ſpirituali animarum profectui hujuſmodi, quem exinde ſperamus provenire, ſalubriter promovere intendentes, ipſoſque univerſitatem, & homines, ac eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quis quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, matura ſuper his cum fratribus noſtris deliberatione præhabita, nec non univerſitate, & hominibus præfatis, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantibus, de eorundem fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad omni-* B *potentis Dei laudem, & gloriam, ac glorioſiſſimæ ejus genitricis Mariæ, totiuſque curiæ cœleſtis honorem, ac fidei catholicæ exaltationem, & habitatorum, ac incolarum prædictorum animarum ſalutem, oppidum præfatum cum illius comitatu, & territorio, nec non omnibus, & ſingulis caſtris, villis, locis, terminis, diſtrictibus, ac clero, perſonis, Eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, & aliis piis locis, ac beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & ordinum quorumcumque regularibus a diœceſi Camerinenſi prædicta Apoſtolica auctoritate perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, ac ab omni juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio, & poteſtate venerabilis fratris noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis Camerinenſis, eorumque vicariorum, & officialium, ac quorumcumque aliorum, nec non ſolutione quorumvis jurium Epiſcopo, capitulo hujuſmodi per oppidi, ac ſingulorum caſtrorum, villarum, locorum hujuſmodi habitatores, & incolas, ac clerum, perſonas, Eccleſias, monaſteria, & alia beneficia hu-* C *juſmodi ratione juriſdictionis, & ſuperioritatis prædictarum, reſpective debitarum, dicta auctoritate, & de ſimili conſilio, etiam perpetuo penitus eximimus & totaliter liberamus; nec non oppidum S. Severini præfatum, civitatem S. Severini nuncupandam, ac in ea cathedralem Eccleſiam pro uno Epiſcopo S. Severini etiam nuncupando, qui ipſi Eccleſiæ S. Severini præſideat, ac in illa, & civitate prædicta, ipſiſque Eccleſiæ S. Severini aſſignanda diœceſi omnia, & ſingula, quæ ordinis, & juriſdictionis, ac cujuſcumque alterius muneris Epiſcopalis ſunt, exerceat cum ſede, & menſa, aliiſque inſigniis, ac juriſdictionibus Epiſcopalibus, nec non privilegiis, immunitatibus, & gratiis, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ, & earum Præſules de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, de pari conſilio, eadem auctoritate ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac oppidum civitatis, & Eccleſiam cathedralis, nec non comitatum S. Severini* D *hujuſmodi, ac illius territorium, univerſam diœceſim, incolas vero & habitatores præfatos civium nomine, & honore decoramus, eidemque ſic erectæ Eccleſiæ S. Severini oppidum præfatum, ut præfertur, in civitatem erectum pro civitate, & univerſum comitatum, ac illius territorium hujuſmodi cum omnibus illius caſtris, villis, locis, & diſtrictibus per eoſdem univerſitates, & homines ſpecificandis, & ſtatuendis pro diœceſi ipſarum civitatis, & diœceſis S. Severini Eccleſias, & habitatores pro clero, & populo concedimus, & aſſignamus. Nec non Eccleſiæ S. Severini, menſæ Epiſcopali, pro illius dote redditum annuum, ſeu cenſum mille ſcutorum hujuſmodi per ipſos univerſitatem, & homines, ut præfertur aſſignandum, ex nunc prout ex tunc, & e contra, poſtquam aſſignatus fuerit, pariter perpetuo applicamus, & appropriamus, ac S. Severini, aliaque ejuſdem comitatus oppida, & comitatum ipſum, ſingulaque illius caſtra, villas, loca, territorium, clerum & populum hujuſmo-*

in

Digitized by Google

A *di eidem Epiſcopo S. Severini, qui pro tempore fuerit, quoad omnem ordinariam juriſdictionem, & ſuperioritatem perpetuo ſubiicimus. Et inſuper capitulo, clero, civitati, & diœceſi S. Severini hujuſmodi, ipſarumque civitatis, diœceſ. incolis, & habitatoribus, ac eorum ſingulis & omnibus, & etiam ſingulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, ſavoribus, & indultis, quibus aliarum Eccleſiarum cathedralium capitula, aliaque civitates, & diœc. ac earum clerus, incolæ, & habitatores utuntur, & potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate prædicta indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1586. 6. *Kal. Decemb. Pontif. noſtri anno* 2.

A D D I T I O.

(,, *Septempeda, antiqua ſatis urbs, cujus Ptolomæus in 6. tabula Europæ, Antoninus in Itinerario,* B *aliique veteres ſcriptores meminere, adhuc libertate fruebatur an. 473. ab urbe condita, quo cum cæteris Piceni civitatibus amicitiæ, ſocietatiſque fœdera cum Romanis junxit. At P. Sempronio, & Appio Claudio Coſſ., qui Picenos an. 478. perdomuere, ipſa quoque jugum ſubire coacta eſt. Municipium fuiſſe Romanorum, præter inſcriptionem ab Ughello relatam, ſequens etiam teſtatur, inter veteris urbis macerias non ita pridem reperta.*

IMP. CÆSARI
L. DOMITIO AURELIANO
PIO. E. AUG. INVICTO
P. M. TRIB. POT. CONS.
P. P.
PRINC. JUVEN.
OR. SEPT. PUB. D.D.

Sicut item hæc alia, quam refert Andreantonellus in hiſt. Aſcul. l. 2. p. 64.

CAMURENÆ
C. FIL.
C CELERINÆ
FL. FERON.
MUNICIPES SEPTEM.
MUNICIPES T. INCOL.
TUF. UTRAQ. SEXUS
OB MERITA. E US.
H. A. I. R.

Neque ſolum urbs hæc regebatur à Nobilium Patritiorum cœtu, quem Ordinem Septempedanum allatæ nuper inſcriptiones appellant, ſed a celebris maximeque auctoritatis, qui faſces publicè geſtabat cum jure vitæ & necis, Duumvirorum magiſtratu, ut colligitur ex ſequenti pervetuſta inſcriptione:

D. CATINIO C. F. CURVO
DUO VIR.

Celebre in ea Jovis Fanum olim extitiſſe ex fragmento lapidis injuria temporis undique exeſi liquet, in quo adhuc ſequentia remanent legenda.

. . . . PP. . . . .
D . . TRI. . M. . R. . .
. . JOVEM. . . . LI. . . .
. . . V. . . . F. . I . M. . . .
. . . . . NIA. . . . . . UL. . . .

Cæterum ipſis Apoſtolorum temporibus Evangelii lucem eidem innotuiſſe per s. Apollinarem ſunt, qui veriſimiliter aſſerant. Certum illud eſt ſeculo ſexto proprios habuiſſe Paſtores, atque circa an. 540. conſecratum fuiſſe a Vigilio Pontifice Septempedanum Epiſcopum s. Severinum, qui triennio poſt die 8. Januarii obiit. Neque à vero fortaſſe aberrant, qui opinantur alios Septempedanos Epiſcopos & præceſſiſſe, & ſucceſſiſſe s. Severino, licet eorum nulla ad nos memoria pervenerit. Septempeda autem ſeu à Gothis, ſeu à Longobardis penitus exciſa, ejus cives, qui montes palabundi incolebant, duce s. Severini corpore, non longe à diruta civitate novam condidere, atque ejus nomine appellandam cenſuere. Variis paruit Dominis, nunc Apoſtolicos faſces veneratur, & colit. Cathedralis s. Severini, cujus corpus ſub ara majori quieſcit, dicata eſt, ornaturque duabus dignitatibus, Archidiaconatu, & Presbyteratu, tredecim Canonicis, quos inter Theologus, & Pœnitentiarius, quibus addendus eſt decimus quartus de jure Patronatus Familiarum Gentiliæ, & Tucciæ, quinque Manſionariis, duobus Cæremoniarum magiſtris, Diacono, Subdiacono, ſacriſta, aliiſque Clericis, atque Cantoribus cum muſices præfecto, qui omnes divinum in ea promovent cultum. Inibi animarum cura exercetur per tres Curatos à Capitulo eligendos. Altera item Parochialis Eccleſia in urbe reperitur, videlicet s. Laurentii, inſignis olim Monachorum s. Benedicti Abbatia, nunc nobilis commenda, in qua octo Capellani, Diaconus, Subdiaconus, Cerimoniarum magiſter, ſacriſta, Vicarius Curatus, aliique ſacerdotes, & Clerici ſacris interſunt officiis. Adſunt præterea in hac urbe ſeptem Regularium monaſteria præter oratorium Presbyterorum ſecularium s. Philippi Nerii, tria ſacrarum B *Virginum, ſeptem confraternitates laicales, duodecimque aliæ piæ ſecularium ſocietates, Xenodochium, mons Pietatis, Clericorum ſeminarium, aliaque tum Commendæ, tum Prioratus, quæ omnia facile arguant Septempedanorum in Deum, ejuſque Sanctos eximiam pietatem, & cultum. Urbs modo civibus valde diminuta tria tantum mortalium millia intra murorum ambitum complectitur, octo vero millia tota Diœceſis; quæ ex decem præcipuè oppidis coaleſcit, & ſunt:* Ficano, Frontale, Iſola, Ilcito, Caſtel S. Pietro, Aliforni, Seralta, Petino, Colleluce, Carpignano: *continetque villas 35. & 25. Parochiales Eccleſias. Fructus hujus Epiſcopatus 1000. ſcuta moneta aſcendunt, taxanturque 260. Cæterum plurimis hæc urbs ditatur ſanctorum lipſanis, atque in Eccleſia Fratrum Dominicanorum præter alia ſanctorum Corpora, requieſcunt ſub ara majori ſacræ exuviæ B. Camillæ Gentiliæ illuc translatæ, dum antiqua hujus Gentis Capella reficeretur. Vivit nunc ex hac pervetuſta illuſtri familia,* C *quæ à Gentile Rovellonis Domino originem trahere gloriatur, cujuſque majores urbis magiſtratui vendidiſſe Inſulæ, & Frontalis Caſtella an. 1306. ex rogito Maſcii Manconii reperiuntur, nobile germen, Bernardus Gentilius, vir doctus, atque eruditus, patriæque ſuæ antiquitatum callentiſſimus, cui accepta debemus, quæcumque hactenus de hac urbe protulimus.)*



I. 1. HORATIUS Marzarius Vicentinus, prothonotarius Apoſtolicus, primuſque Collateralis Capitolinæ curiæ, a Sixto V. primus S. Severini Epiſcopus adlectus eſt anno 1586. die 10. *a* menſis Decembris. Urbem ſolemniter ingreſſus die 19. *b* Januarii 1587. Qui Eccleſiam ſibi creditam tanquam bonus Paſtor, & qui Pontificis de ſe opinionem ne latum quidem unguem feſellit, egregie adminiſtravit: etenim illum prius expertus fuerat Sixtus, cum Aſculum, Spoletum, Burgumque Romanum eidem traderet adminiſtrandum. Apud S. Severinum deceſſit 3. Junii 1607. ſepultuſque eſt in ea cathedrali poſt aram principem in communi Epiſcoporum oſ-

a 25. Novembris. *Gentil.* *b* 11. Januarii. *Lucen.*

ſuario

ſuario, ubi in marmore hæc pauca verba leguntur. A

MONUMENTUM
EPISCOPORUM.

Hujus meminit Marzarius in ſua hiſtoria Vicentina.

II. 2. ASCANIUS Sperellus de Aſſiſio a Paulo V. datus eſt coadiutor cum futura ſucceſſione Horatio die 5. Maii 1607. Epiſcopus Claudinopolitanus cõſecratus, eoque defuncto ſucceſſit eodem an. 1607. Urbem ingreditur ſolemni ritu exceptus die 5. Julii ejuſdem anni; octodecim fere annos ſumma cum ſui nominis laude hanc rexit Eccleſiam, jamque valetudinarius, & ſenex effectus, a Gregorio XV. impetravit, ut ſibi coadiutorem cum futura ſpe ſucceſſionis nepotem adſciſceret anno 1621. die 24. Decembris. Deceſſit vero die 22. Julii 1631. ſepultus in Cathedrali.

III. 3. FRANCISCUS Sperellus, Aſcanii nepos, patrui coadiutor, & Epiſcopus Conſtantinæ cum futura ſucceſſione effectus eſt an. 1621. die 13. menſis Septembris; ſucceſſit vero 1631. Exceſſit vero B anno 1646. m. Februarii. Jacet in Cathedrali prope patruum. (,, *Hic ſacellum Deiparæ Virgini Matris* ,, *Carmeli dicatum à fundamentis exſtruxit, dotavit,* ,, *& eleganter ornavit*. Gentilius.)

IV. 4. Fr. ANGELUS Maldachinus, *a* Viterbienſis, Ord. Prædicatorum, ex Epiſcopo Aquinati fit Præſul quartus hujus Eccleſiæ munere Innocentii X. Pontificis Maximi anno 1646. menſe Octob. Sedit feliciter.

a De eo Fontana in Theatro, & de Rom. Piot. p. 342 Mendoſ.

A D D I T I O.


(,, *Huic præfuit Eccleſiæ Maldachinus 31. annos,*
,, *deceſſitque die 22. Junii 1677. tumulatus in Cathe-*
,, *drali, quam argentea ſupellectili, aliiſque pretio-*
,, *ſis muneribus ditaverat. Extat ſupra lateralem*
,, *portam ejuſdem Cathedralis ſequens monumentum,*
,, *quod adhuc viventi Maldachino beneficiorum me-*
,, *mores Canonici ad perennem memoriam excitarunt.*
,, Præſidium Turris, nobis ſunt aſtra ſecunda;
,, Angelus eſt cuſtos, ergo Acheronta procul.
,, Illuſ, & Rev. D. Fr. Angeli Maldachini C
,, Ord. Prædic. liberalitatem erga decorem
,, domus Domini ſpectator intuere, & ex
,, operibus hic ſplendide geſtis benefici An-
,, tiſtitis argue pietatis indicia. Hic enim
,, ſacram ſponſam, quam prudentiſſime re-
,, git, munificentiſſimè exornat, & illu-
,, ſtrat. Unde Archidiaconus, & Canoni-
,, ci in humilis obſequii ſignum ad ejus no-
,, minis immortalitatem hoc marmor ap-
,, poſuere anno Dom. MDCLXXIII.

V. ,, SCIPIO *Nigrellus, nobilis Ferrarienſis, Julii*
,, *Marchionis, diu Romanæ urbis Senatoris filius,*
,, *Patriæ Cathedralis Primicerius, & Utriuſque ſigna-*
,, *turæ Referendarius, Prælatis Sacræ Congregationis*
,, *Indulgentiarum adſcriptus, huic Eccleſiæ præfectus*
,, *eſt ab Innocentio XI. die 13. Septembr. 1677. dum*
,, *annum ætatis ſuæ ageret 35. Mortalitatem explevit*
,, *die 11. Maii an. 1702. diutino podagræ diſtentus*
,, *morbo, opimo poſt ſe Apoſtolico fiſco dimiſſo ſpolio;*
,, *tumulumque accepit in Cathedrali.* D

VI. ,, ALEXANDER *Avius, Camertinus, a Cle-*
,, *mente X. Cathedralis patriæ Archidiaconus, & ab*
,, *Innocentio XI. Piſaurenſis Epiſcopus creatus, de-*
,, *mum à Ss. D. N. Clemente XI. ad Septempedanam*
,, *Eccleſiam tranſlatus eſt die 2. Octobris 1702. Inſe-*
,, *quenti anno 1703. die 15. Septembris obiit prope*
,, *ſeptuagenarius.*

VII. ALEXANDER *de Calvis, Andreæ Organi &*
,, *Annæ Mariæ Falcucciæ filius, Nobilis Pratenſis,*
,, *in Romana curia primum Advocatus, tum in utra-*
,, *que Signatura Referendarius, & Votans, ac Viſi-*
,, *tator Collegiatæ Eccleſiæ S. Angeli in Foro piſcium*
,, *de urbe, decoratus eſt hujus Eccleſiæ Inſula die 2.*
,, *Martii 1705. Fuerat jam Vicarius Eccleſiarum S.*
,, *Nicolai in Carcere, & S. Mariæ in Coſmedin, &*
,, *hujus in abſentia Cardinalis titularis Vicarius Apo-*
,, *ſtolicus, nec non Gubernator Tuderti. Nunc utili-*
,, *ter præeſt huic Eccleſiæ, in cujus Cathedrali duo*
A ,, *erexit, ornavitque Altaria, atque alia præſtitit*
,, *beneficia. Clericorum Seminarium rurſum inſti-*
,, *tuit, & in eo præter neceſſarios Miniſtros undecim*
,, *modo aluntur, atque inſtituuntur Clerici.* Genti-
,, lius.)

TOLENTINI
EPISCOPI.



TOLENTINUM Piceni pervetuſta civitas in eminenti, amœnoque colle ſita eſt, inter Camerinum, & Maceratam ab Ancona, & Fulgineo diei itinere diſtans, cujus radices Cluentus adluit fluvius. Ejus meminit Ptolomæus lib. 3. cap. 1. Incolæ Plinio *Tolentinates* lib. 3. cap. 13. Latet ejus origo, tametſi vetuſtam eſſe oportet, cum de conditore multa fabuloſa circumferantur a pleriſque. Arbitrantur quidam, Taverum Græcum ducem eam exædificaſſe, & ab ipſo Taveram primo dictam, vel a portentoſa voce, in ea condenda urbe de cœlo dilapſa, & non ſemel audita, *tolle, tene locum* Tolentinum fuiſſe appellatam, ut ex vetuſta patrum memoria Hippolytus Euriſpa non ignobilis poeta in patriæ elegia fuſius commemorat.

Dicitur, & forſitan, quia tantæ conditor Urbis,
Ut multi, nomen tradidit ille ſuum.
Iliades Romam ſic dixit Romulus olim, C
Sic etiam a Tevero Tevera dicta fuit.
Vel quia dum dubitant nunc hic, nunc conderet illic
Mœnia, nec firmus conditor ipſe foret.
E cœlo, ut referunt, vox eſt audita ſereno,
Talia quæ dixit; tolle, teneque locum.

Cenſentur alii a Toleno ejus conditore, Toleni nomen a forma rotunda, qua condita fuit, teſte Philelpho apud Pamphilum de laudibus Piceni, nomen accepiſſe, quam poſtea recentiores vetuſti Tolentinum appellaviſſe.

Si qua fides patrio nunc eſt tribuenda Philelpho,
Eſſe quod hæc penitus dicta rotunda fuit.

Nec deſunt, qui affirment a Cluento flumine Tolentinates aliquando Cluentini denominatos fuiſſe, unde Pamphilus.

Et multi ad ripas quod ſit ſituata Cluenti,
Jure Cluentini nomen habere putant.

Hanc olim Romanorum coloniam, & municipium fuiſſe aliqui recentiorum ſcriptum reliquere, D quod neque apud Frontinum, neque apud veterum ſcriptorum quempiam legiſſe oporteat, cum illi ſuis in commentariis de hac re altum tenuiſſent ſilentium. Fuiſſe tamen vetuſtam urbem, ut antea monui, documento eſt, quod paſſim multæ in ejus agro fertiliſſimo antiquorum ingentes ruinæ, vetuſti Romanorum nummi, antiquæ reperiantur inſcriptiones, inter quas ſpectatur illa ad parietes Prætorii, quæ olim non longe ab ea urbe refecta hiſce verbis proſtat legentibus.

Ex. S. C.
Schola. Aug. Colleg. Fabror
Tignuar. impendis. ipſorum. ab. in
choato. extructa. ſolo. dato. ab. T. Fu-
rio. primigenio. qui. &. dedic. ejus. H.S.
X. N. ded.
Ex. cujus. ſumm. redit. omnibus. annis
XII. K. Auguſt.
die. natalis. ſui. epulentur

In Romanorum poteſtate fuit, quandiu illi majeſtatem retinuerunt Imperii, deinde Gothorum & Longobardorum, ut cæteræ Piceni civitates jugum ſuſtinuit, iiſdemque profligatis in Cæſarum, Romanorumque deinde Pontificum venit arbitrii. Hinc fiduciario jure Alexandri IV. beneficientia a Varranis Camertinis Dynaſtis aliquandiu poſſeſſa eſt, donec Bernardo ejus gentis tyranno a Tolentinis occiſo in deditionem Pontificum rediit, ſub quibus hoc tempore feliciſſime conquieſcit. Populo frequens eſt, omniumque rerum affluit copia. Cathedralem habet Deiparæ Virgini beatiſſimæ dicatam, ubi clerus numeroſus divinum perſolvit penſum. Ejus prima dignitas poſt Pontificalem Archidiaconatus eſt. Aliæ inſignes in ea recenſentur Eccleſiæ, virorum, monialiumque cœnobia aliquot, piaque loca Tolentinatium pietatem teſtantia: in quorum ditione, agroque fertiliſſimo ferunt eſſe ad Fiaſtram, qui in Cluentum ſe exonerat, nobiliſſimam quondam Ord. Ciſtercienſis Abbatiam Claræ-vallis ditiſſimi cenſus, olim ſuperſtite D. Bernardo fundatam, ubi per plura ſæcula inſignes ſanctitatis, aliarumque virtutum illuſtres prodire viri, floruitque donec commendatariorum ignavia, & avaritia perpulit monachos ad alia tranſmigrare cœnobia, in eamque pene deſolatam, dirutamque Gregorii XIII. beneficio illati ſunt Patres Societatis Jeſu Romani Collegii, qui hactenus literariæ reipublicæ bono tenuerunt. Incolæ ſummis præditi ſunt ingeniis ad litteras, ad arma prompti. Tolentini nomen illuſtrarunt Nicolaus Auguſtini Ordinis Eremita dignus, ut divorum catalogo adſcriberetur, cujus oſſa ſumma veneratione in Eccleſia ejus nominis dicata aſſervantur, & B. Thomas Ordin. Minorum, qui pro Chriſti nomine in Perſide vitam amiſit, cujus caput in patria relatum in argentea theca recluſum apud fratres ſuos venerantur fideles. Ortu etiam ſuo hanc urbem nobilitarunt Franciſcus Philelphus vir litteratiſſimus, Marius ejus filius, Franciſcus Ozzarius J. C. clariſſimus, Aſcanius Pariſanus Cardinalis, Julius ejus nepos Epiſcopus Ariminenſis, ejuſdemque familiæ, Hieronymus Epiſcopus Polignanenſis. Nicolaus item Maurucius, cognomine Tolentinas, militiæ gloria, rebuſque geſtis magnus, Reipublicæ Florentinæ Generalis dictator, Chriſtophorus, Joannes Franciſcus Regalis, armorum ductor, & Joannes, aliique ex eadem gente Maurucia inclyti viri, quorum egregia facta non tacuit Pamphilus. Cumulat tandem Tolentini gloriam Chriſtiana pietas priſcis temporibus in eo proſeminata, cum in primis Piceni civitatibus cenſeatur, quæ ab Apoſtolorum Petri, & Pauli principum diſcipulis illuminatæ fidem Chriſti amplexatæ ſunt, Catervio inter Romanos nobiliſſimo verbum divinum prædicante, qui ibidem glorioſo certamine pro Chriſto una cum Baſſo ejus alumno palmā ſumpſit martyrii: cujus rei vetus meminit epigramma in marmore ad parietes templi Catervii exarato.

Sacra Tolentinum docuit te lingua Catervi,
Et verum oſtendit, quem ſequerere, Deum.
Hoc tibi præ cunctis decus eſt, & gloria terris;
Dicaris Chriſti prima ſubiſſe jugum.
Sed cave degeneres, iterumque ad falſa traharis
Numina, Tartareis aut capiare dolis.

Excitarunt priſco illo ævo Tolentinates divo ſuo tutelari Catervio nobile hoc templum cum cœnobio pro Benedictinis Monachis, invidioſiſque opibus nobilitarunt, quibus poſt multa ſæcula obſoleſcente in divum Benedictum pietate, & ipſi coacti ſunt exulare; templum cum cœnobio in canonicorum Lateranenſium uſum tranſiit ſub Julio II. Pontifice. In eo conſervantur, eodemque clauduntur tumulo ſacra Catervii lipſana una cum corporibus Septimiæ Severinæ ejus uxoris ſanctiſſimæ, quæ virgo cum ipſo vixit, & S. Baſſi ejus diſcipuli, & in paſſione ſocii. Vetuſtum in eo ſepulchro ſpectatur epitaphium, ab eadem ſancta Severina dulciſſimo viro, & martyri ſuo ad æternitatem poſitum, & inſigniis martyrum characteribus exornatum, quibus poſteros admonuit fideles, Catervium ſuum pro Chriſto ſanguinem fudiſſe, ac deinceps quieviſſe in pace; ut Prothomartyri Stephano in Actis Apoſtolorum accidiſſe narratur, qui poſtquam a Judæis lapidatus eſt, obdormivit in domino. Inſcriptio vero Catervìani ſepulchri eſt hujuſmodi.

FLI. VL. Catervius. V.C.
ex. Praef. Praetorio
Qui. vixit. cum. Septimia.
Severina. C.F.
dulciſſima. conjuge. annis. XVI. minus
D. XIII.
Quievit. in. pace. annorum. LVI.
dierum. XVIII. XVI Kal. Nob.
depoſitus. eſt. III. K. Dcb.
Septimia. Severina. C.F.
marito. dulciſſimo. ac. ſibi. ſarcoſagum
& Panteum. cum. tricoro. diſpoſuit.
& perfecit.



Hanc inſcriptionem a Ferrario in catalogo ſanctorum Italiæ ſatis corrupte relatam, vindicavit ab originali, eamque nobis Romam tranſmiſit patriæ antiquitatis ſcientiſſimus Joannes Matthæus Savius J. C. clariſſimus, in qua pro *Fl. VI. urbis Conſul.* ut corrupte refert Ferrarius, legitur *Fli. Vl. Catervius V. C.* hoc eſt *Flaſius Ulpius Catervius vir clariſſimus, vel vir conſularis*. Cætera, de quibus in Actis ejuſdem Catervii dubitat Ferrarius, alii judicent periti. Horum ſanctorum martyrum feſtum celebratur die 11. Decembris, quæ dies tranſlationis eſt. Cæterum incredibile eſt, ut Tolentinum, quod in primis Piceni civitatibus Chriſtum agnoviſſe ſupra retulimus, primis illis temporibus Epiſcopali caruerit dignitate, dum in Romana Synodo ſub Cœlio Symmacho Papa anno ſalutis 500. Baſilius Tolentinus Epiſcopus ſe ſubſcripſit, tametſi ante illum, ac deinceps uſque ad noſtra tempora, vorante antiquitate, nulla Tolentinatium Epiſcoporum propemodum extet memoria, quam tandem tot ſeculis obſoleſcentem Sixtus V. Pontifex Max. anno 1586. vel reſtituit, vel de novo in ea erexit urbe, dum nobile oppidum civitatis jure donavit, & collegialem Eccleſiam S. Mariæ Epiſcopali exornavit dignitate, eamque ſanctæ Sedi immediate ſubjecit, quam poſtea novæ Firmanæ Metropoli ſuffraganeam fecit; ſtatuitque, ut unus, idemque Epiſcopus Maceratenſi, & Tolentinati præeſſet Eccleſiis, quarum diœceſes diſtinxit perbelle; voluitque, ut Epiſcopus dum in Tolentinati ditione eſſet, in publicis documentis Maceratenſis, & Tolentinus Epiſcopus enunciaretur, propriumque Generalem vicarium apud Tolentinum perpetuo aſſeſſurum deſignaret. Sixti diploma tale eſt, in quo diœceſis fines explicantur, aliaque de hac civitate ſcitu digna referuntur.

SIXTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Super univerſas Orbis Eccleſias, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, quamquam ſine noſtris meritis conſtituti, levamus in circuitu agri Dominici oculos noſtræ mentis, more pervigilis paſtoris inſpecturi, quid provinciarum, & locorum quorumlibet ſtatui congruit, ac deſuper diſponi debeat: unde divino fulti præſidio, dignum quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ plantare, ut per hujuſmodi novas plantationes popularis augeatur devotio, divinus cultus floreat, & animarum ſalus ſubſequatur, loca inſignia præſertim, quorum incolæ benedicente Domino multiplicari noſcuntur, ipſique incolæ honoratorum Præſulum adſiſten-

tia,

Digitized by Google

tia, regimine, & doctrina ſuffulti, in via Domini magis magiſque in dies proficiant. Sane attendentes oppidum Tolentini, Camerinæ diœceſis in agro Piceno, & territorio fructifero, ac loco ſatis amœno, & pervio ſitum, admodum celebre, ac muris firmiter cinctum, plurium ædificiorum ornatu decorum, copioſo incolarum numero habitatum, ac mille ad minus ultra caſtra Colmurani ſibi ſuppoſiti focularia, ſive domus continere, ac in eo una S. Mariæ cum campanili, campanis, organo, choro, ſacriſtia, Plebano, ac canonicis, & aliis ad cathedralem Eccleſiam requiſitis, ac alteram Eccleſiam collegiatam S Jacobi, cum priore, & canonicis, præterea S. Catervii, S. Auguſtini Canonicorum regularium, in qua ejuſdem S. Catervii, & S Septimiæ, ac S. Baſſi corpora reperiuntur, nec non S Nicolai de Tolentino nuncupati fratrum Eremitarum ejuſdem S Auguſtini, in qua extitit unum brachium Innocentium, & corpus ejuſdem S. Nicolai, qui ob vitæ ſanctimoniam, in vita & poſt ejus obitum miraculis coruſcans numero ſanctorum meruit adſcribi, cujus etiam feſtum nuperrime in toto ſtatu Eccleſiaſtico celebrari, & cuſtodiri mandavimus. Ad hæc S Franciſci Conventualium Minorum, & S Mariæ Ciſoloni Fratrum Minorum de Obſervantia, ac S. Petri Fratrum Minorum Capuccinorum nuncupatorum, nec non S Hieronymi, ac S. Agnetis monialium S. Claræ Ordinum monaſteria, & regulares domos, ac quamplures alias Eccleſias, ac duo hoſpitalia pro pauperibus, & infirmis recipiendis ſatis commode extructa adeſſe, & ex eo Cardinales, Epiſcopos, Referendarios, & ſtrenuos milites, capitaneos, & duces generales ſtatus Eccleſiaſtici, alioſque illuſtres & egregios, ac religione, & doctrina præclaros viros prodiiſſe. Nos cupientes oppidum Tolentini præfatum, cujus dum Cardinalatus honore fungeremur, Protectores, & fautores fuimus, cujuſque dilectos filios communitatem, & homines ſingulari dilectione proſequimur, nec non collegiatam Eccleſiam S. Mariæ hujuſmodi dignioribus titulis, ac nominibus decorari, habita ſuper his cum fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio, & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac ejuſdem B. Mariæ Virginis honorem, & Chriſti fidelium devotionis augmentum, oppidum, & caſtrum hujuſmodi, ac villas comitatus Tolentini, eorumque territoria a dicta diœceſi, cui in ſpiritualibus ſubjecta ſunt, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſeparata & diſmembrata, ac illarum incolas, habitatores, Eccleſiarum Rectores, beneficiatos Priores, & alios inibi beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, Monaſteria, domos regulares, aliaque pia loca omnia ab omni juriſdictione Epiſcopi Camerinen. nec non ſolutione decimarum eidem Epiſcopo per eos debitarum de cætero facienda auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo eximimus, & liberamus. Inſuper oppidum Tolentini in civitatem Tolentini, & collegiatam Eccleſiam S. Mariæ hujuſmodi in cathedralem ſub invocatione ejuſdem S. Mariæ, ac in ea dignitatem, ſedem, & menſam Epiſcopalem pro uno Epiſcopo Tolentino nuncupando, qui eidem Eccleſiæ Tolentinæ præſit, ac juriſdictionem Epiſcopalem habeat, & exerceat, cum omnibus privilegiis honoribus, juribus, & inſignibus debitis, & conſuetis, ac quibus alii Epiſcopi de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet in ſpiritualibus utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum; nec non Plebaniam ipſius in Archidiaconatum, qui inibi dignitas major poſt Pontificalem exiſtat, ejuſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus; ipſamque Eccleſiam ſic in cathedralem erectam ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjicimus, ac ſub protectione beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſuſcipimus. Præterea canonici ejuſdem Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ ut almutias per canonicos aliarum cathedralium Eccleſiarum deferri ſolitas, deferre libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore præſentis, pariter perpetuo indulgemus. Ipſamque Eccleſiam ſic in cathedralem erectam, cum Eccleſia Maceratenſi unimus, ita ut pro tempore exiſtens Epiſcopus Maceratenſis ſit ambarum Eccleſiarum unitarum hujuſmodi Epiſcopus, & licet vocetur Epiſcopus Maceratenſis, tamen in litteris & expeditionibus pertinentibus ad civitatem, & diœceſim Tolentini, ordinarie ſe ſcribere debeat Epiſcopus Maceratenſis, & Tolentini: Teneatur retinere unum Vicarium in dicta civitate Tolentina, qui non recognoſcat ſuperiorem, nec ab eo habeatur recurſus ad vicarium dictæ civitatis Maceratenſis, ſed tantum ad dictum Epiſcopum. Eidemque Eccleſiæ Tolentinæ ſic in cathedralem erectæ pro illius menſæ Epiſcopalis dote, redditum annuum quadringentorum ſcutorum monetæ Marchiæ per Epiſcopum Tolentinum propria auctoritate percipiendum de ſemeſtri in ſemeſtre, & in fine cujuslibet ſemeſtris, vel in fine cujuslibet menſis pro rata, arbitrio ipſius Epiſcopi, quem præfata communitas Tolentini eidem Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ ſuper redditibus molendini ipſius communitatis, quouſque tot prædia ipſa communitas emat, & eidem Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ conſignet, quorum fructus ad dictam ſummam quadringentorum ſcutorum aſcendat, conſtituerunt, & aſſignarunt, ac domum contiguam dictæ Eccleſiæ Tolentinæ, pro uſu, & habitatione ipſius Epiſcopi Tolentini applicamus. Ac ipſi Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ civitatem Tolentini, ejuſque incolas, & habitatores pro civitate, & civibus, nec non terras, villas, & caſtrum Colmurani præfata, eorumque territoria pro ejus diœceſi, ac etiam clerum, & populum civitatis, & diœceſis Tolentin. pro clero, & populo auctoritate prædictis etiam perpetuo aſſignamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ S. Mariæ, & Camerinen Eccleſiarum prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis, illis, earumque Præſulibus, capitulis, perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis etiam motu proprio ac conſiſtorialiter, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ &c.

Datum Romæ apud S Petrum, anno Incarn. Dom. 1586. IV. Idus Decemb. Pontif noſtri anno 2.

Taxatur vero Tolentina Eccleſia in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos . . verus valor, cenſuſque Epiſcopi aſcendit ad ſcutata 400. monetæ Romanæ. Epiſcopi vero tres tantum a Sixti inſtitutione in ea floruerunt, de quibus pauca enarrabimus, cum de illis fuſius ſupra tum in 1. tom. dum de Recanatenſibus, tum in hoc 2. tomo de Maceratenſibus Epiſcopis locuti ſumus.

ADDITIO.

(„ Tolentina Cathedralis Sanctiſſimæ Virgini Aſſumptæ dicata eſt, ornaturque Archidiaconali dignitate, 13. Canonicis, quos inter Theologus, atque Pœnitentiarius, aliiſque Beneficiatis, & Clericis, qui divinum in ea promovent cultum. Animarum cura inibi exercetur, & licet aliæ duæ reperiantur in urbe Parochiales Eccleſiæ, in ſola tamen Cathedrali Baptiſmi Sacramentum adminiſtratur. Altera inſignis Collegiata viſitur in hac urbe, in qua unica dignitas Prioratus, 10. Canonici, aliique Beneficiati ſacris operantur. At Religioſorum cœnobia præter Oratorium Sacerdotum Secularium S. Philippi Nerii noviſſime inſtitutum, quatuor enumerantur, duo Monialium, octo laicales Confraternitates; adeſtque hoſpitale pro infirmis, atque peregrinis, mons Pietatis, & Clericorum Seminarium. Epiſcopale Palatium Cathedrali adhæret. Totius civitatis capita ad 5000. aſcendunt. Diœceſis exigua eſt, complectiturque unicum Caſtellum, quod Colmurano appellatur, in quo duæ exiſtunt Parochiales Eccleſiæ, treſque villas, ideſt, Paterno, S. Angelo, & S. Andrea. Intra fines hujus Diœceſis jacet pariter inſignis olim Claravallis Abbatia, quam Patres Societatis Jeſu modo incolunt.)



I. 1 GALEAZIUS Moronus Mediolanenſis, Epiſcopus Maceratenſis, factus eſt primus Epiſcopus Tolentinus anno 1586. eo ipſo die, quo Sixtus V. Tolentinatem Eccleſiam erexit in Cathedralem. Sedit Maceratenſis, & Tolentinas Præſul. an. 27. Mortuus eſt Maceratæ an. 1613. die 7. Septemb. Jacet in Cathedrali cum epitaphio, ut ſupra retulimus.

II. 2. Fr. FELIX Centinus, Aſculanus, Ordinis Minorum, S. R. E. Cardinalis a Paulo V. creatus, ex Epiſcopo Militenſi ad Maceratenſem & Tolentinatem Eccleſiam translatus eſt anno 1613. die 23. Septemb. Obiit Maceratæ 25. Januarii 1641. Epi-

A ſcopus Cardinalis Sabinenſis, & in Eccleſia S. Franciſci humatus fuit.

3 PAPYRIUS Sylveſter, nobilis Cingulanus, ex Canonico S. Mariæ in Via lata de Urbe factus eſt hujus Eccleſiæ tertius Epiſcopus, inſimulque & Maceratenſis ab Urbano VIII. die 18. Julii anno 1642. Vivit, diuque vivat &c. III.

A D D I T I O.

(,, *Decem & ſeptem fermè annos huic laudabiliter*
,, *præfuit Eccleſiæ, ſupremumque diem obiit menſe*
,, *Februario anni* 1659.
,, FRANCISCUS *Cini, Clericus Auximanus,* IV.
,, *J. U. D. quinquagenario major, in urbe Advocatus*
,, *eximius, evectus ad hanc ſedem eſt die* 15. *Novemb.*
,, *an.* 1660. *Deceſſit autem in Reſidentia menſe Majo*
,, *an.* 1684. *De eo agit Martorellus in hiſt. Auxim.*
,, *p.* 444.
,, FABRITIUS *Paulutius, Nobilis Forolivien-* V.
,, *ſis, J. V. D. annorum* 34. *præfectus fuit prædictis*
,, *Eccleſiis die* 9. *Aprilis* 1695. *qui poſtquam munus*
B ,, *Nuncii Apoſtolici apud Poloniæ Regem exercuiſſet,*
,, *ab Innocentio XII. die* 22. *Julii* 1697. *creatus eſt*
,, *S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. Ss. Joannis, &*
,, *Pauli; annoque inſequenti* 1698. *ad Ferrarienſem*
,, *Epiſcopatum translatus eſt. Nec diu poſt à Ss. D.*
,, *N. Clemente XI. à ſecretis ſtatus declaratus, ſum-*
,, *muſque Pœnitentiarius hæc munera nunc quoque ma-*
,, *gna ſui nominis laude exercet.*
,, ALEXANDER *Varanus de Camerino,* VI.
,, *Nobilis Ferrarienſis, Presbyter s. Theologiæ Do-*
,, *ctor, annum ætatis ſuæ agens* 51. *harum Eccleſia-*
,, *rum infula decoratus eſt die* 21. *Julii* 1698. *Vivit*
,, *adhuc.*)

Digitized by Google

ITALIA SACRA

FERD. UGHELLI

Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA SEXTA,

SIVE UMBRIA SENONUM,

In qua Urbinatenſis unica Metropolis cum ſuis ſuffraganeis Eccleſiis recenſentur.

IN hac ſexta Provincia, haud mihi animi eſt de illa commemorare, quæ vere antiquis Umbria eſt, tituloque Spoletani Ducatus cenſetur. Quoniam ipſius Civitates, quæ Epiſcopatus munere nobilitantur, magna ex parte cum unius Romani Pontificis arbitrium intueantur, in Latium, Romanamq; provinciam rejecimus, tanquam Romani Pontificis ſuffraganeas. Sic Burgum S. Sepulchri, ſuo Florentino Metropolitano attribuimus.

A De Umbria igitur Senonenſi, quam etiam Galliam Togatam appellant, nobis erit inſtituta narratio, qui & Ducatus Urbinas etiam eſt, cujus ab Oriente Sole flumen Aeſium definit confinia, ab Occidente Iſaurus, Apennini montes a Meridie, a Septentrione autem Adriaticum mare. Hæc Senonenſis Umbria, quam etiam, ut non ſemel dico, Urbinatem Ducatum appellant, unam Metropolim continet ejuſdem provinciæ caput, quod Urbinum eſt, cum ſeptem aliis civitatibus, quas habet ſubjectas. Umbriæ Senonicæ meminerunt omnes fere ſcriptores.

Digitized by Google

URBINI METROPOLIS

Cujus Suffraganei ſunt

Epiſcopatus

- Callienſis.
- („ *Eugubinus*, *ſed controverſus.*)
- Fori Semproniensis.
- Leopolis, alias Montisferetrani.
- Piſaurenſis.
- Senogallienſis;
- Vadenſis, ſeu S. Angeli in Vado.
- Urbanienſis, ſeu Caſtelli Durantis.



URBINUM Civitas, quæ inter Sepim, & Follam amnes, in eminentiori monte ſuſtulit muros, haud ſatis latis terminis definitur, ſedeſque ſemper fuit Ducum, virorum fortium, qui in Urbinates populos exercuerunt Imperium. Antiquiſſimæ fundationis eſt, cujus meminit Tacitus, Procopius, Paulus Diaconus: Pliniuſque commemorat Urbinates, Ortenſes, & Metaurenſes. Situm, locumque Urbini deſcribit Procopius lib 2. rerum Gothicarum ſequentibus verbis: *Sita eſt Urbinum in colle rotundo, & admodum ſublimi, & collis ipſe neque præruptus, neque acceſſu inciſus, ſed difficilis tantum prorſus eſt, quia admodum acclivis ſub ipſa urbe, unum vero ſolum aditum in plano habet Septentrionem verſus.* Ac poſt pauca: *Fons erat Urbini unus, ex quo omnes incolæ aquabantur.* Hactenus Procopius. Municipium Romanorum fuit, quorum fortunam ſemper ſecuta eſt uſque ad declinationem Romani Imperii. Capta fuit a Beliſario, ac pene exciſa. Reſtaurata deinceps, Monteſeltrorum ſenſit tyrannidem, cujus gentis Princeps fuit Vvido Comes temporibus Bonifacii VIII. Cujus poſtea ſucceſſores a Sixto IV. Pontifice Ducis titulum obtinuerunt. Extincta vero tam Monteſeltrorum, quam Ubaldinorum proſapia, Urbinatium Ducatum Roborea familia arripuit, quæ elapſis annis, cum Franciſco Maria poſtremo Duce funerata eſt; poſt cujus exceſſum rediit Urbini Ducatus ad ſanctum Eccleſiæ Thronum Urbano VIII. ſedente. Roboreæ au-

A tem gentis ſolum Victoria ſuperſtes eſt, ex Federico Franciſci Mariæ filio, atque Claudia Principe Medicea genita, hoc tempore Magna Hetruriæ Duciſſa. Dux etiam Urbini Laurentius Medices fuit, quem eidem civitati patruus Leo X. Ducem impoſuerat, cum prius Roboreos, intentatis armis, eo imperio evertiſſet. Cæterum hæc nobilis civitas eſt lautiſſima, ſplendideque ſatis ædificata, bono, & fœcundo agro. Arcem habuerunt extra eam Urbinates fortiſſimam, quam Guidobaldus Dux, ne noxia eſſet, dejecit. Novam vetere diruta intra muros ab fundamentis exſtruxit (teſte Merula) Fridericus Dux, ædibus Epiſcopi, & templo D. Dominici contiguam, ita ædificatam, ut poſſit equo in turres, & ad tectum ipſum iri, quemadmodum Venetiis turris D. Marci, & Romæ Pontificis Palatium. Præter quos ſupra memoravimus veteres, vix ulli noſtræ memoriæ grati ſcriptores reperti videntur, qui illius ex inſtituto meminerint, ſi Balthaſſarem Caſtillioneum, Sabellicum, Fla- B vium Blondum, Leandrum, Joan. Villanum, Volaterranum, Merulam, & Vincentium Mariam Cimarellum excipias, qui tamen ſatis jejune de ea ſermonem inſtituerunt. Quando vero Chriſtiana ſuſcepit ſacra, aut a quibus, non plane conſtat, licet illud unum fateantur omnes, jam inde a Conſtantini Magni temporibus Epiſcopali dignitate fuiſſe nobilitatam, ac proinde multo ante Præſulem habuiſſe, qui ob Gentilium perſecutionem uſque ad ea tempora latuerit, poſtea, reddita Eccleſiæ pace, apertiſſime cœperit ſua munera exercere. Quam-

obrem

Digitized by Google

obrem haud inſulſa cordatorum conjectura eſt, ab illis ipſis Evangelii lucem hauſiſſe, a quibus tota Umbria fuerat edocta. Antiqua traditio tenet, Urbinates ex divino inſtinctu Typhernatibus denſiſſima oppreſſis caligine S. Creſcentinum martyrem abſtuliſſe, devexiſſeque Urbinum, ubi pro tutelari divo illum venerantur, & colunt. Urbinas Epiſcopus elapſis temporibus Romano Pontifici immediate deferebat obſequium, donec a Pio IV. Metropolitanus declaratus eſt, cum ſupra a nobis commemoratis ſuffraganeis, anno 1563. die 9. menſis Junii. Noviter autem Urbanus VIII. cum oppidum Durantem, & S. Angeli in Vado erexerit in Cathedrales, deque ſuo nomine primum Urbaniam Civitatem appellari voluerit, illam Urbinatis Archipræſulis ſuffraganeam fore decrevit. Cathedralis eximiæ architecturæ eſt, Deiparæ Virgini Aſſumptæ conſecrata, atque S. Creſcentino Martyri urbis patrono, cujus corpus ſub majori altare aſſervatum venerantur fideles. Numeroſior ibi clerus urget, peragitque divinum obſequium. Quinque ſunt in hac Cathedrali dignitates, prima Præpoſitura, quæ jam in choro, capitulo, cæteriſque publicis locis primum obtinet locum, ſecunda Archidiaconatus, tertia Archipresbyteratus, quarta Decanatus. Canonici olim quindecim erant. Archiepiſcopus Sanctorius ad augendum divinum cultum ſextumdecimum addidit: ii omnes Byrrum violaceum ferunt: opera ejuſdem Sanctorii, id eis ab Urbano VIII. Pont. Max. indultum eſt, quorum olim habitus almutium atri coloris fuerat; ibi etiam quindecim alii capellani, ſeu manſionarii, cum aliis minoris ordinis clericis recenſentur, qui divinum quotidianum penſum cum canonicis perſolvunt. Animarum cura, quæ in hac urbe ad 7000. cenſentur in totum, ſex Eccleſiarum Rectoribus demandata eſt. Seminario quoque quindecim clericorum exornatur. Monaſteria virorum, duobus in ſuburbiis computatis, decem ſunt in totum, monialium vero ſex, inter quæ celebre eſt illud ſanctæ Claræ ſummæ exiſtimationis, & nuperus locus miſerabilium puellarum, quæ Orphanæ appellantur, extat, cum nobili, & divite xenodochio ſanctæ Mariæ de Miſericordia. Diœceſis in longitudinem milliaria decem & octo, in latitudinem vero ſexdecim continet. Ab Oriente habet diœceſes conterminas Piſaurenſem, & Foro Sempronienſem, a Meridie Callienſem, ab Occidente Feretranam, a Septentrione Ariminenſem. Plura oppida, pagoſque complectitur ad numerum triginta nobiliora. Parochiales Eccleſiæ ſunt ſeptuaginta quinque; harum aliquæ ſunt Archipresbyteratus titulo inſignitæ, numerus vero animarum in ea ditione aſcendit ad viginti millia. Cætera pia loca, ac religioſorum domus, laicorumque ſodalitates paſſim enumerantur, in quibus non parum incolarum pietas exornatur. Cæterum Urbini inſignis extat bibliotheca illa, quam Duces Roborei immenſis opibus congregarunt. Nec minus ſpectabile palatium eſt ab eorundem Ducum plane regia liberalitate profectum. Vnde Pontificius legatus ejus Provinciæ incolis reddit reſponſa, conditq; decreta. Taxatur in lib. Cameræ florenis 300. Vrbinas Eccleſia, cujus Epiſcoporum ſeries, qui illic aliquando dignitate fulſerunt, ſequens eſt, quam nos ex illius Eccleſiæ ſcripturis, aliiſque monumentis ex fide depromplimus.

A D D I T I O.

(„ Urbini celeberrima Umbria (ut antiqui omnes
„ unanimiter teſtantur, quamvis à recentiorum non
„ paucis in Piceno collocetur) Civitatis ad Metaurum
„ ſitæ præter veteres ſcriptores ab Ughello memoratos,
„ meminere etiam M. Ter. Varro lib. 7. de lingua la-
„ tina, Cicero Philip. 12. & Sextus Propertius: quod
„ quidem eſſe Metaurenſe, & non Ortenſe, ut poſt
„ Cluverium videtur crediddiſſe Ughellus, ubi de Urba-
„ nia Epiſcopis loquitur, facilè probari poſſet, ſi eſſet
„ hujus loci. Inter recentiores autem omnium pleniſ-
„ ſime ejus laudes proſecutus eſt Bernardinus Baldus
„ Urbinas Abbas Guaſtallenſis in eleganti opuſculo
A *„ nuper edito, quod Patriæ encomium inſcribitur. Ex*
„ hiſce autem omnibus ſatis compertum eſt, à primis
„ quidem Romanæ Reipublicæ temporibus clarum fuiſ-
„ ſe Urbini nomen, vel ex eo, quod nobile eſſet muni-
„ cipium; ſed longè tamen majori gloria floruiſſe tem-
„ poribus ab ætate noſtra minus remotis ſub Feltriis,
„ & Ruvereis Principibus ſtrenuiſſimis tum belli Du-
„ cibus, tum literarum, & literatorum amantiſſi-
„ mis, non modò ob bellicam laudem, ſed potiſſimùm
„ ob eloquentiæ, omniumque bonarum artium ſtudia,
„ quæ ea in Civitate adeo exculta fuere, ut totius Ita-
„ liæ Athenæ nuncuparetur, & eſſet. Urbini enim
„ prima, & vetuſtior totius Italiæ Academia, quam
„ Obſurdeſcentium, vulgò Aſſurditorum vocant, in-
„ ſtituta eſt; & in eamdem Civitatem, veluti ad mer-
„ catum quemdam bonarum artium undequaque eru-
„ diti homines ita confluebant, ut non ſatis doctiſſimus
„ quiſque ſuo ingenio, ac nomini conſuluiſſe putaret,
„ niſi ibidem aliquod vitæ ſpatium traduxiſſet, quo
„ nobiles eos coetus doctrinarum, virtutumq; omnium
B *„ ſodalitia poſſet frequentare. Hinc factum eſt, ut in*
„ ea aliquando commorati ſint Poeſeos, & eloquentiæ
„ laude viri celeberrimi, Areoſtus, Bembus, Bibie-
„ na, Mutius, Aretinus, uterque Taſſus, Guerinus,
„ Brunus, Marinus, Strozza, Bonarellus, Balthaſ-
„ ſar Caſtillioneus, aliique non pauci. Sed famam,
„ quam in hanc Urbem advenæ contulere, ea longè ſu-
„ perat, quæ illi à civibus ſuis acceſſit, quorum nullo
„ in genere doctrinarum ei deficit egregius. Nam in
„ Theologicis præſtantes habuit Bartholomæum Urbi-
„ natem Epiſcopum, auctorem milleloquii ex Augu-
„ ſtini, & Ambroſii ſcriptis excerpti, & Proſperum
„ Urbanum. In Philoſophia vero, ac Matheſi ex-
„ celluere, in illa quidem Jo: Matthæus Virgilius,
„ Matthæus Battiferri, Federicus Bonaventura, Fe-
„ lix Pacciottus, in hac autem Federicus Commandi-
„ nus, pluribus vulgatis operibus, quibus Matheſim
„ fere jacentem excivit, & inſtauravit ubique nomi-
„ nis clariſſimi, Alexander Georgius, Mutius Od-
„ dus, Joannes Baptiſta Theophilus, Jacobus Mitha-
C *„ lorius. Juriſprudentiæ legumque peritia eminent Pe-*
„ trus Cartholarius Feretranus Epiſcopus, Frideri-
„ cus Junca, Aurelius Corbolus, Horatius Albanus
„ Urbis Senator, Joannes Carolus Rivera, Blaſius
„ Michalorius. Hiſtoriarum ſcribendarum laude,
„ eloquentiæ fama, cæteriſque optimis artibus celebris
„ ubique vir, Polydorus Virgilius, Petrus Antonius
„ Paltronus, Gentiles Becci Aretinus Antiſtes, An-
„ tonius Gallus, Annibal Albanus Vaticanæ Biblio-
„ thecæ Præfectus, Marius Alexandri Epiſcopus Mi-
„ letenſis, Gaſpar Vivianus Rhitymnenſis ante,
„ deinde Anagninus Epiſcopus, & præſtantiſſimum
„ illud Urbini lumen, literiſque omnibus excultum
„ ingenium Bernardinus Baldus. In amænioribus mu-
„ ſarum ſtudiis, & in Poetica facultate præclarum no-
„ men habuere Angelus, & Antonius Gallus, Augu-
„ ſtinus, & Ludovicus Staccoli, Marcus Montanus,
„ Jo. Baptiſta Fatius, Jo. Leo Sembronius, plureſque
„ alii non modò viri, ſed etiam fœminæ, quæ longè ſu-
„ pra ſexum inſtructæ ad virorum ſolidiorem gloriam
D *„ acceſſere. Urbini præterea non mediocris, & conte-*
„ mnenda laus eſt, quod ex ea prodierint viri immorta-
„ lis nominis Bramantes Lazari, qui ſe à proximo in
„ Urbinate agro Aſdrubalis ſepulchro Aſdrubaldi-
„ num vocavit, & divinus Raphael Sancti, quorum
„ ille Architectonicam, hic verò miram pingendi ar-
„ tem, utramque ferè extinctam, ac jacentem excivit,
„ ac reſtituit, ut tot alios Urbinates prætereamus, qui
„ in iiſdem artibus magnum ſibi nomen quæſiverunt,
„ uti ſunt Bartholomæus Cantogatti, qui primam
„ Italicarum civitatum Urbinum aggeribus, & propu-
„ gnaculis cinxit, Franciſcus Pacciottus militari ar-
„ chitectura præſtantiſſimus, quem Antuerpienſis, &
„ Taurinenſis celeberrimæ Arces, & præclariſſima in
„ Hiſpania ædificia auctorem agnoſcunt, Horatius
„ Fontana verus fictilium picturæ ornandorum, ac pri-
„ mus auctor, Federicus Baroccius Pictorum nemini ſe-
„ cundus, aliique non pauci. Nec tantum majorum
„ memoria fertile ac fæcundum in magnis viris gignē-

dis

,, dis fuit Urbini ſolum, quin plures etiam, & quidem A
,, præſtantiſſimos hac noſtra tulerit ætate. Siquidem
,, Urbinates fuere Federicus Comes Veteranus, ſupre-
,, mus copiarum Leopoldi Cæſaris ductor, atque, ut vo-
,, cant, Campi Mareſcallus, & in ſeptem Caſtrorum pro-
,, vincia, quam Tranſylvaniam dicunt, ſumma cum
,, poteſtate Legatus, & Raphael Fabretus, ille quidem
,, Italicæ militiæ immortale decus, & ornamentum,
,, hic verò eruditorum ſui ævi facilè princeps, ut edi-
,, ta ab eo opera teſtantur. Et qui reliquorum omnium
,, laudem longo nimis ſuperat intervallo, Clemens XI.
,, Pontifex maximus Urbinas etiam ipſe eſt, qui Pon-
,, tificiam dignitatem primus in patriam intulit, quod
,, decus cum ad multas pertineat civitates, talem ta-
,, men ille in ſumma poteſtate ſe præbet inaudito ante
,, novarum virtutum ſplendore coruſcans, ut non mul-
,, tis communem habere gloriam in hoc cive, quem Pa-
,, trem nunc veneratur, ſe jure jactare poſſit Urbinum.
,, Nec ſunt hic alii nobiliſſimæ Albanæ familiæ proce-
,, res prætermittendi Annibal Cardinalis, Alexan-
,, der Abbas, & Eques Hieroſolymitanus, & Caro- B
,, lus Tereſiæ Borromeæ Mediolani ſummo loco natæ
,, matrimonio junctus, qui omnes, Urbini ex Horatio
,, Clementis XI. fratre orti, nunc ſuis virtutibus Ro-
,, manum cœlum exornant. Ut alios ex eodem ſolo
,, profectos taceamus præclaros in Romana Curia Præ-
,, ſules, vel Epiſcopos vigilantiſſimos, de quibus agi-
,, tur ſuis locis.
,, Civitas Urbinum nunc perindè ac Ducum tempore
,, totius Provinciæ, quæ ab ea nomen ducit, princeps
,, eſt, & caput, Cardinalis a latere Legati, & juridici
,, ſui conventus ſedes. Imo præterea reſidet in ea duo-
,, decim Juriſperitorum Collegium a Julio II. ampliſ-
,, ſimis privilegiis inſtitutum; quod quidem ea aucto-
,, ritate pollet, ut ad illud ex tota Urbinatenſi ditione
,, provocetur, & nemini ſubditorum, eo inconſulto,
,, atque omiſſo, ſupremos etiam Romanæ Curiæ Judi-
,, ces appellare liceat, quod non ſemel Romæ decretum
,, eſt etiam à congregatione, quam Signaturam ap-
,, pellant.
,, A Clemente X. Academia, ſeu ſtudiorum univer- C
,, ſitate fuit aucta, in qua adoleſcentes omni diſcipli-
,, narum genere à præſtantibus artium omnium magi-
,, ſtris inſtituuntur, & præter exteros non paucos, qui
,, aſſiduè confluunt, Urbinatenſis Provinciæ Cives
,, omnes, quicumque ea inſigniri cupiunt, doctoratus
,, lauream accipere tenentur. Cui inſtituto, ut hoc etiam
,, honore Patriam decorarent, præclara etiam Alba-
,, næ familiæ lumina, & fratris Filii Regnantis Ponti-
,, ficis, qui tantæ moderationis exemplum ab eis dari
,, voluit, Annibal, & Alexander obtemperaverunt,
,, nam Romæ literis inſtructi, non alibi tamen quam
,, Urbini Doctoralis laurea ornari voluerunt.
,, Præter Academiam, ſeu univerſitatem habet nunc
,, Urbinum etiam nobilium collegium a Sanctiſſimo
,, Domino Noſtro Clemente XI. à fundamentis ma-
,, gnificè excitatum, in quo à Scholarum Piarum Pa-
,, tribus Nobiles adoleſcentes literis, & moribus in-
,, formantur. Sed Bibliotheca Feltria & Ruverea,
,, cujus meminit Ughellus, nunc caret Urbinum, nam
,, libri cum typis impreſſi, tum manu exarati, quibus D
,, ad ingentem numerum erat referta, Romam fuerunt
,, advecti, Pontifice maximo Alexandro VII. & par-
,, tim in Vaticana Bibliotheca, partim in altera Ro-
,, manæ Sapientiæ repoſiti: quod quidem eo conſilio ab il-
,, lo factum fuiſſe credimus, ut in Principe Urbe loca-
,, ti ſelectiſſimi codices & ſervarentur tutius, & ſtu-
,, dioſorum orbis totius, à quibus frequentatur in dies,
,, commodis magis paterent.
,, Non miramur, quod potuerit Ughellus Palatium
,, hoc cum arce confundere, cum alii non pauci id fe-
,, cerint; verùm res ſunt prorſus aliæ, ac diſtinctæ: nam
,, nulla nunc eſt Urbini arx, niſi Palatium Principis
,, arcem appellare velint, neque intra, neque extra mœ-
,, nia, ſed in loco, ubi eadem exſtructa fuit, nobilis nunc
,, extat Carmelitarum Excalceatorum Conventus,
,, qui ſummitatem montis, in qua degunt, cultura, &
,, arte amæniſſimam reddiderunt. Palatium verò inter
,, magnificentiſſima Italiæ ædificia facilè numerandum
,, ſartum tectum adhuc ſervatur, nec Dominicanorum
,, Eccleſiæ, ut ſcribit Ughellus, contiguum, ſed è re-
,, gione eſt, Metropolitanæ verò Eccleſiæ ex parte dex-
,, tera adnexum. Hoc autem perindè, ac Bibliotheca
,, non à Ducibus Roboreis, ſed à Feltriis excitatum
,, fuit; & quidem circa medium ſæculi XV. quando
,, nec Romæ ſimile aliquod ædificium conſpiceretur;
,, quod ſanè ejus magnificam, concinnamque ſtructu-
,, ram intuentibus non parum admirationi eſſe ſolet.
,, Bibliothecam verò Roborei non parum auxerunt.
,, Corporis S. Creſcentini tranſlationem celebrant
,, Urbinates die 18. Decembris. Majus verò Altare,
,, ſub quo ejus oſſa ſunt recondita, nunc longe elegan-
,, tiori forma conſtructum cernitur, ac eſſet Ughelli
,, ætate, adeo enim marmoreis æneiſque ornamentis,
,, atque ſelectiſſimis lapidibus, ſingularique ſtructura
,, conſpicuum eſt, ut in amplo & magnifico Templo
,, pulcherrimè exurgat, & emineat celebrioribus ipſius
,, etiam Romanæ Urbis meritò comparandum: id au-
,, tem debet Urbinum munificentiæ, ac pietati præſtan-
,, tiſſimi Civis ſui Clementis XI. a quo & alia non pau-
,, ca in Metropolitanam, & Clerũ Urbinatenſem pro-
,, fecta ſunt beneficia, & ornamenta, quorum memo-
,, riam è ſuorum Civium animis nulla unquam delebit
,, oblivio. Nam è fundamentis excitavit nobile alte-
,, rum Sacrarium in Canonicorum commodum, Ec-
,, cleſiam tabulis elegantiſſimè pictis ornavit, Cande-
,, labris, aliiſque argenteis vaſis miri artificii ditavit,
,, ſacram omnem ſupellectilem, precioſiſſimis aulæis,
,, pannis ſericis, ac ſacris indumentis omnis generis
,, auxit. Canonicorum (qui quidem novemdecim mo-
,, do ſunt, & non ſexdecim, ut tempore Ughelli,
,, inter quos quatuor, & non quinque, ut idem inquit,
,, dignitate præeminent, & ſunt Præpoſitus, Archi-
,, diaconus, Archipresbiter, & Decanus) Præben-
,, das uberiores reddidit, perpetua eis penſione tributa
,, ſuper Abbatia S. Mariæ Clarevallenſis, nullius,
,, vel Diœceſis Senogalliæ: ex qua redditus quinde-
,, cim antiquiorum ex Urbinatenſis Metropolitanæ
,, Canonicis, quinquaginta argenteis ſcutis Urbina-
,, tenſis nummi ſunt aucti. Sex etiam beneficiatos alia
,, ſuper eadem Abbatia penſione impoſita ex integro
,, inſtituit.
,, Et hæc quidem in Cleri, atque Eccleſiæ commo-
,, dum, & ornamentum; quibus minora non ſunt, quæ
,, Urbi præſtitit univerſæ, ut vel illud, quod cum Ur-
,, bini reſpublica ære alieno eſſet gravata ad quadra-
,, ginta millia Romanorum aureorum, eo Patriam ut
,, levaret, paterno planè affectu, ut ea certam num-
,, mi ſummam ad multiplicum [ut dicunt] dari juſſe-
,, rit; undè jam tantùm pecuniæ collectum eſt, ut ſol-
,, vere quibus debet, poſſit Urbinum.
,, De Urbinatenſi Metropolitana Eccleſia illud mi-
,, nimè prætermittendum putamus, eam videlicet in
,, civitate, ac Diœceſi, iiſdem Privilegiis, & jure
,, frui, quibus S. Petri fabrica gaudet in tot Provinciis,
,, quæ propterea in Urbini Diœceſi nullum jus, juriſdi-
,, ctionemque exercet: hac autem prærogativa illa gau-
,, det ex ſummorum Pontificum indulgentia, qui ple-
,, rumque decimo quolibet anno Privilegium olim da-
,, tum confirmare ſolent.
,, Adeſt etiam in illa Sanctiſſimi Sacramenti Sacel-
,, lum a pluribus tum in Eccleſiaſtica, tum in ſeculari
,, dignitate conſtitutis viris præſidente Archiepiſcopo
,, adminiſtratum. Hujus redditus imminutos & jura
,, facilè peritura reſtituit, firmavitque Clemens XI.
,, quamobrem divinus in ea Eccleſia cultus magis auge-
,, ri potuit, & muſici alii, qui ſacra concinant, numero
,, plures, & modulis præſtantiores.
,, Ubi virorum Monaſteria, quæ Urbini, vel in il-
,, lius agro ſunt, refert Ughellus, illud S. Angeli præ-
,, termittit, fortaſſe nulli aliorum ſecundum, quod eſt
,, in Urbini Territorio ad Metauri dexteram ſitum,
,, eo in loco, qui à Procopio deſcribitur, ubi olim Toti-
,, la fuſis copiis victus fuit. Gaiſa id nomen habet, &
,, ab Olivetanis Monachis nunc incolitur.
,, Ultimo loco advertendum putamus, immeritò ab
,, Ughello Feltreos Comites Tyrannos appellari, cum
,, nemo fortaſſe inter Principes humanius ſe cum ſibi
,, ſub-

Digitized by Google

,, *ſubjectis geſſerit, ac illi fecerunt; nec ante obtentum* ,, *ducis titulum ab Eugenio VI (& non à Sixto, ut* ,, *ſcribit auctor*] *Urbinatibus, finitimiſque populis* ,, *aliter imperarunt, quam ut ſedis Apoſtolicæ Vicarii.* ,, *Quæ idem Ughellus ſcribit*: extincta verò tam ,, Montefeltrorum, quàm Ubaldinorum Proſapia: ,, *non obſcurè ſignificant eum putaſſe Ducem Federi-* ,, *cum filium fuiſſe comitis Bernardini Ubaldini, quod* ,, *etſi à nonnullis memoriæ proditum ſit, conſtat tamen* ,, *tum ex Comitis Guidi Antonii Feltrii teſtamento,* ,, *tum ex ejuſdem Federici legitimatione id minimè* ,, *verum eſſe, nec Federicum ab alio fuiſſe prognatum,* ,, *quam ab eodem Comite Guido Antonio. Poſt Fel-* ,, *trios autem Roboret Principes Urbino imperitarunt* ,, *translato ad eos Principatu ab ultima fœmina, quæ* ,, *ex Feltreis remanſerat*. Riviera.)

I. 1 EVANDER Epiſcopus Urbinas Romano concilio (1) interfuit anno 313.

II. 2 LEONTIUS temporibus Magni Gregorii vixit circa annos Domini 592. cujus idem Gregorius meminit lib. 2. epiſt. 24. ac Jo: Diac. in vita ejuſdem Pontificis.

III. 3 EXHILARATUS ejuſdem civitatis Epiſcopus Romano concilio interfuit ſub Agathone Papa anno 680. cui concilio ita ſubſcripſit:

Exhilaratus Epiſcopus Metaurenſis.

IV. 4 MARIANUS *a* interfuit concilio Romano ſub Eugenio II. anno 826.

a Al. Maurianus.

V. 5 CONSTANTINUS ejuſdem civitatis Epiſcopus an. 853. concilio Romano interfuit ſub Leone IV. Pontifice, in quo concilio omni honore ſpoliatus eſt, ae religionis telo fœdiſſime ictus Anaſtaſius presb. Cardinalis, quod ſibi credita relicta parochia, vagabundus in partibus Aquilejæ demoraretur; adeo intereſſe credebant antiqui Paſtores ſuarum Eccleſiarum præſentes agere curam. Quod ipſum adeo hoc tempore Urbano VIII. cordi fuit, ut abrogato decreto Præſulibus abſentiam indulgente, ſeveriſſimo diplomate caverit, ne quis in poſterum ſibi creditum gregem relinqueret, abſenſque dirigeret. Quæ ſanctius certe lex lata debet videri, quod nemo jam fere doctorum reperiatur, qui ambigat, ad proprium gregem paſtores divino jure urgeri.

VI. ,, (*PETRUS ex hac ſede interfuit Conc. Lateranenſi* ,, *an. 861 à Nicolao I. habito, cujus acta ſupra retuli-* ,, *mus in ſerie Ravennenſium Præſulum, ibique voca-* ,, *tur Petrus* Urbianus.]

VII. ,, (*JOANNES Urbinas Epiſcop. ſubſcripſit an. 877.* ,, *Epiſtolæ Ravennenſis Concilii, qua poſſeſſio Flaviniaci* ,, *ci monaſterii, & Tiliniaci villa Adalgario Æduenſi* ,, *Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur, ut videre eſt* ,, *apud Harduinum in noviſ. Concil. editione tom. 6.* ,, *pag. 191.*)

VIII. 6 ALBERTUS donationi in favorem monaſterii S. Crucis ſe ſubſcripſit, eidem monaſterio ab Theodoſio quondam Epiſcopo Firmano dilargitæ anno 887.

IX. 7 THEODORICUS, is ille, qui veterem Eccleſiam Cathedralem conſecravit 1021. (,, *Vivebat* ,, *adhuc anno 1037. quo interfuit Concilio Romano in* ,, *cauſa Andreæ Peruſini, ut conſtat ex noſtro primo to-* ,, *mo in Peruſinorum ſerie.*)

X. 8 THEUZO anno 1050. de quo Petrus Damianus epiſt. 17.

XI. 9 B. MAYNARDUS Romano concilio interfuit ſub Nicolao II. 1059. Ad hunc literas dedit Petrus Damiani Cardinalis in obitu Nicolai II. epiſtola 50. ejuſdemque meminit in vita S. Creſcentini. Memoratur etiam in bulla Alexandri II. anno 1062. conceſſa Eccleſiæ Foro Semproníenſi. Ejus opera è Typherno Urbinum translatum eſt corpus S. Creſcentini martyris anno 1068. temporibus Gregorii VII. in Cathedrali humatum, quod deinde an. 1499. poſt multa ſecula, decentiori loco collocatum fuit, ut ex marmorea inſcriptione ibidem legitur in Cathedrali.

Guidubaldo Urbini Duce, ac Joann. Petro Arivabeno Præſule 11. Kalend. Junii M. CCCC.LXXXXVIIII. Corpus beati Maynardi Urbinatum Epiſcopi translatum, & ſub hoc altari collocatum fuit.

XII. 10 PETRUS in eadem ſede floruit 1088.

XIII. 11 GISO concilio Laterano interfuit ſub Alexandro III. 1179. extatque ejuſdem memoria anno 1162.

XIV. 12 UGO Urbinatibus floruit 1192. præſens fuit conſecrationi Eccleſiæ S. Crucis de Avellana anno 1197. de quo fit mentio in can. cum veniſſent, de eo, qui mitt. in poſſ. ea. rei ſervan. & in can. cum cauſa de empt. & vend.

XV 13 RAYNERIUS, vero anno 1214. forte ille, quem ex canonico Ariminenſi ad hanc Cathedralem evectum narrat ann. 1200. Cæſar Clementinus lib. 3. par 1. hiſt. Arimin.

XVI. 14 ODDO, ſive Otho, cum ſubdiaconus eſſet Honorii III. Pontificis, ab eodem Pontifice Urbinas Epiſcopus creatus eſt, Pont. ſui anno 5. qui fuit a partu Virginis 1220. ex ejus regeſto Vaticano ep. 66. cujus tenor talis eſt.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Decano, & Capitulo Juſtinopolitano, &c.

Dilecto filio magiſtro Othone ad regimen Eccleſiæ Urbinatis electo, nos onus debitorum ejuſdem Eccleſiæ attendentes inhiberi mandavimus Eccleſiarum Prælatis, in quibus idem Electus beneficia obtinebat, ne aliquid de beneficiis ipſis diſponerent abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, ſed eidem electo interim de ipſis beneficiis reſponderent. Nuper autem in noſtra propoſuiſti præſentia conſtitutus, quod venerabilis frater noſter Andegavenſis Epiſcopus tibi liberaliter contulit præbendam, quam idem electus in Andegavenſi Eccleſia obtinebat, quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut ſuper hoc tibi gratiæ noſtræ favorem impendere dignaremur. Nos igitur meritis tuæ probitatis inducti, prædictam collationem gratam habentes, & ratam, præbendam ipſam auctoritate tibi Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ipſi tamen electo, donec fuerit conſecratus, de fructibus dictæ præbendæ volumus more ſolito reſponderi, niſi forſan tantum differret munus conſecrationis ſuſcipere, quod dignum eſſet nos aliter providere. Nulli ergo omnino, &c. noſtræ confirmationis infringere Si quis autem, &c.

Datum Laterani 15. Kal. Aprilis anno 5.

XVII. 15 PETRUS eidem præfuit Eccleſiæ 1250.

XVIII 16 VVIDO electus anno 1259. xiii. Kalendas Septembris, ex regeſto Vaticano, epiſtola 162. fol. 215. fuitque generalis rector Marchiæ Anconitanæ ſub Gregorio X. Pontifice. Obiit 1285. die 8. Octobris.

XIX. 17 ÆGIDIUS item an. 1285. 5. Nonas Octobris, ex Archidiacono Spoletano eligitur ab Honorio IV. anno 1. Pontif. ex reg. Vat. ep. 135. fol. 49.

XX. 18 Fr. CONRADUS ex ordine Eremitano S. Auguſtini vir longe doctiſſimus, a capitulo electus confirmatur a Clemente V. an. 1309. 8. Id. Aprilis, ex regeſt. Vatic. ep. 260. fol. 51.

XXI. 19 ALEXANDER de comitibus Guidiis, filius Aghinolfi Comitis de Romana, electus 1329. obiit 1342.

XXII. 20 Fr. MARCUS Ronclonius Piſanus *b* de Nobilibus de Ripafracta Ordinis Prædicatorum, cum pietate, & religione, Theologica facultate eximie cultus, Piſanæque reipublicæ apprime charus, cum poſt exceſſum Simonis Salterelli, ad Piſanam ſedem a clero fuiſſet ſubvectus, eamque electionem Clemens VI. Pontifex irritam declaraſſet, Archiepiſcopatus Piſanus Dino ex Comitibus Radicoſani demandatus eſt, Marcus vero Urbinatium Præſul dictus, anno 1342. xii. Kalendas Decembris, ex regeſto Vatic. epiſt. 86. fol. 169. anno 1. Qui cum ex Avenione ejus Epiſcopatus pergit adire reſidentiam, fluminis cujuſdam abſorptus vorticibus mire interiit, ut Michael Pius narrat in libro de Viris illuſtri-

b De eo Fontana in Theatro, & de Roman. Prov. p. 110 Altamura in Bibl. Domin. p. 119. & Truncius in hiſt. Piſana p. 149 Mendoſ.

(1) Ab Optato Milevitano, dum inter alios hujus Concilii Præſules Evander recenſetur, dicitur *Evandrus ab Vrſino*, adiicitque Baronius ad an. 313. pro *Vrſino* fortaſſe Urbino legendum, vel Urſentino Civitate Lucaniæ. Sed pro Urbino accomodatior extat lectio.



luſtribus S. Dominici. Hic librum cenſuum ad Eccleſiam ſuam ſpectantium confecit, quem deinde Bonifacius IX. Pontifex confirmavit. Obiit anno 1347. Nec ſilendum, quod pervetuſta hæc Roncionia familia, è qua proſeminatus eſt noſter Epiſcopus Marcus, unam ex illis ſeptem familiis eſſe, quas Otho Imperator (teſte Volaterrano) cum primum Piſas appuliſſet, in ea urbe reliquit ibi habitare volentes, eaſque facultatibus, & honoribus ornavit. Hanc deinceps cum ejus alumni oppidum Ripæ fractæ ædificaſſent, eo in loco, quem Manfredus primus in ea urbe Ronconiæ familiæ auctor ab Othone Imperatore dono acceperat, de nobilibus Ripæ fractæ, ſeu de Roncionibus ex Ripæ fractæ nobilibus hactenus appellarunt. Donationis documentum Othonianæ munificentiæ in Manfredum, poſteroſque ſuos authenticum exemplar extat apud me. *Datum Papiæ 3. Non. Auguſti anno Incarnationis Dominicæ 996. Indict. 9. anno regni 13. Imperii 1. Heribertus cancellarius vice Petri Epiſcopi Archicancellarii recognovit*. Protulit item gens iſta & in bello fortes, & in literis clari nominis viros, non ſemel recenſitos in patriæ hiſtoriis a Raphaele Rōcionio Eccleſiæ Piſanæ canonico, & I. C. interprete clariſſimo, floruitque de ea, eo ipſo ſeculo, quo vixit noſter Marcus Epiſcopus Urbinas; Gothofredus, aliis Gothocredus Roncionius Mazarienſis *a* Eccleſiæ in Sicilia Præſul eximius, defunctus anno 1316. de quo alibi. Cujus etiam familiæ ſurculum Romæ proſeminavit Alexander Piſanus Patritius anno 1507. qui extat vetuſtæ majorum nobilitatis retinens dignitatem. (,, *Ex hac antiqua, & pranobili familia, & ex eodem ſurculo, qui in Vincentio ,, M. Aurelii filio Romæ adhuc cum ſplendore floret, ,, videas inter Epiſcopos Ferentinates Octavium Ron- ,, cionium illius Eccleſiæ Præſulem*. Riviera.)

a Item alter Gothofredus Agrigentinus Epiſcopus de an. 1263. teſte Roccho Pyrrho in Sicilia ſacra. *Mandoſ.*


XXIII 21. Fr. BARTHOLOMÆUS Simeonis de Caruſis, Urbinas *b*, ex ordine Eremitano S. Auguſtini, inſignis Theologus, ac illuſtris Concionator, Auguſtini Anconitani alumnus, doctorque Pariſienſis, auctor fuit millelоquiorum, quibus, ut narrat Pamphilus, tam D. Auguſtini mare, quam Ambroſii ſupernatavit flumen: Opus Petrarchæ judicio, majoris laboris, quam ingenii. Patriæ ſuæ adlectus Epiſcopus eſt ann. 1347. 2. Idus Decembris, ut in epiſt. 38. fol. 44. lib. 3. par 1. regeſti Vaticani Clement. VI. anno 6. majora, ut ait Petrarcha, ſperare juſſus. Hanc Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1350. quo ipſo anno deceſſit. Hujus etiam meminit Philippus Bergomas in ſupplemento chronicarum, ipſumque narrat aliquot Theologica opuſcula perſcripſiſſe.

b De hoc videndus Gandulfus in diſſert. de 200. Script. Auguſt. p. 92. *Mandoſ.*

XXIV 22. FRANCISCUS Branchaleo, Transmundi filius, Abbas S. Chriſtophori Caſtri Durantis, ex Epiſcopo Æſino Bartholomæo ſucceſſit ann. 1350. quinto Nonas Maii, ex reg. Vat. ep. 107. fol. 65. lib. 3. par. 1. illius memoria extat an. 1360.

XXV. 23. Fr. GUILLELMUS ex ordine Minorum, Urbinas Epiſcopus. Hic cum Antipapæ Clementis partes impenſius conſectaretur, anno primo Antipapatus ejuſdem Pontificis, ad Conſtantinopolitanum Patriarchatum translatus eſt, Hydruntinamque Eccleſiam ſibi commendatam, accepit Fundis XII. Kalendas Februarii. Quamobrem Urbanus VI. Guillelmum telo religionis ictum omni honore ſpoliavit cum aliis pluribus Epiſcopis, & Cardinalibus. Quam ille cenſuram ad multos Principes direxit, alteramque ad Raymundum Capuanum 1375. ex Ordin. Prædicat. quæ in archiv. S. Dominici Senenſis adhuc diligentiſſime aſſervatur.

In libris etiam proviſionum ejuſdem Antipapæ extat memoria cujuſdam Franciſci Urbinatis Epiſcopi, ejuſdem Pſeudopontificis fautoris, qui ſolitum tributum ſacro collegio diſſolviſſe narratur. Hunc etiam crediderim dolo malo Urbinatem obrepſiſſe ad ſedem.



24. ODDO Columna, Romanus, Urbinatium Præſul erat ann. 1380. Hunc Oddonem arbitror fuiſſe Cardinalem, ac deinde nomine Martini V. Apoſtolicam evaſiſſe ad ſedem: tametſi de hujuſmodi re conjectura vacillet. In lib. autem Bonifacii IX. hujus Oddonis mentio extat cognomine gentis, patriæque ſuppreſſo. In Urbinatibus tamen tabulis notatur, hunc illum Oddonem fuiſſe Columnam, qui poſtea dictus Martinus V. univerſam Eccleſiam adminiſtravit *c*. Sub Oddone hoc Præſule Bonifacius IX. ſingulari diplomate ab hac diœceſi diſiunxit, ſuique juris fecit celebre cœnobium S. Chriſtophori Caſtri Durantis, quod nunc Epiſcopali dignitate inſignitum, ſub nomine Urbaniæ Eccleſiæ templum eſt Cathedrale; diplomatis vero tenor ex originali ſic ſe habet. XXVI

c Inſigna Oddonis Columnæ, tiara ſuperpoſita, viſuntur adhuc Urbini marmore ſculpta in interiori atrio Archiepiſcopalis palatii. *Riviera*

BONIFACIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Et ſi cunctos ſibi ſubditos, & devotos Apoſtolicæ ſedis copioſa benignitas circa gregis Dominici ſuæ curæ commiſſi profectum, & tranquillitatem providens, eidemque, ut debito incumbit officii Paſtoralis, diligenter proſpiciens, & intendens, benignis favoribus proſequatur, illis tamen propenſioris liberalitatis ſuæ munera impartitur, a quibus grata devotionis obſequia juxta ingruentium negociorum, & temporum qualitatem ſe noverit recepiſſe. Sane ſicut accepimus fide dignorum teſtimoniis monaſterium S. Chriſtophori de caſtro Durantis Ordinis S. Benedicti Urbinatenſis diœceſis adeo eſt honorabile, & famoſum, ac laudabiliter hactenus in ſpiritualibus, & temporalibus rectum extitit, & honeſtiſſime gubernatum, atque dilecti filii univerſitatis, homines incolæ, & habitatores Durantis prædicti, nec non Saxocorbari, ac montis Lovi, ac S. Angeli in Vado, montis Maj, ac Sorbetuli dictæ diœceſis caſtrorum inconcuſſæ fidelitatis, conſtantiæ ad nos, & Roman. geſſerunt, prout gerunt etiam inceſſanter, quod per fidem prædictam condignis honoribus attolli merentur, & favoribus Apoſtolicis augmentum. Hinc eſt, quod nos præmiſſis, & aliis rationalibus ſuadentibus cauſis tam monaſterium, quam caſtra prædicta, ipſorumque, ac cujuslibet eorum diſtrictus, & territoria, quæ dilectus filius, & nobilis vir Petrus Franciſcus de Branchaleonibus domicellus dictæ diœceſis, & ad præſens almæ Urbis Senator ex conceſſione Apoſtolica, cum aliis de domo ſua in Vicariatum obtinet ſpecialibus prærogativis proſequi volentes, & exemptionis titulo decorato, motu proprio, non ad alicujus

no-

*nobis ſuper hoc oblatæ petionis inſtantiam, ſed de no-
ſtra mera liberalitate, monaſterium, necnon caſtra, di-
ſtrictus, & territoria prædicta, ac monaſteria, Eccle-
ſias, capellas, beneficia Eccleſiaſtica, hoſpitalia, &
alia omnia, & ſingula pia loca in eiſdem conſiſtentia
cum clero, & populo, omnibuſque perſonis, tam eccle-
ſiaſticis, quam ſecularibus utriuſque ſexus in eiſdem
degentibus præſentibus, & futuris ab omni dominio,
jure, actione, & omnimoda juriſdictione, & poteſta-
te, ac etiam lege diœceſana Epiſcopi Urbinat. pro
tempore exiſten. & dilectorum filiorum capituli Urbi-
nat. ac quorumcumque judicum ordinariorum auctori-
tate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia
abſolvimus, eximimus, & perpetuo liberamus, ipſum-
que monaſterium S. Chriſtophori, cum perſonis, mem-
bris, ac poſſeſſionibus, bonis, juribus ſuis, quæ in præ-
ſenti legitime poſſidet, & in poſterum dante Domino
juſtis titulis poterit adipiſci, ſub B. Petri, & ſedis præ-
dictæ, ac Eccleſiæ Romanæ protectione ſuſcipimus, at-
que noſtram nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis
Pontificibus canonice intrantibus ac dictæ ſedi imme-* B
*diate volumus ſubjacere. Itaque Epiſcopus, capitu-
lum, & judices præfati in monaſterium S. Chriſtopho-
ri, caſtra, diſtrictus, territoria, membra, perſonas, poſ-
ſeſſiones, bona hujuſmodi, utpote prorſus exempta non
poſſint excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti
ſententias promulgari, aut alias etiam ratione deli-
cti, ſeu contractus, aut rei, de qua agetur in judicio, vel
ubicunque committatur delictum, vel initur contra-
ctus aut reſcripta conſiſtat, poteſtatem, ſeu juriſdictio-
nem aliquam exercere felicis recordationis Innocen-
tii III. prædeceſſoris noſtri circa exemptos edita, quæ
incipit: Volentes, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis
in contrarium editis non obſtantibus quibuſcunque
proceſſus quomodocunque & quaſvis pœnas, & ſenten-
tias continent, quas, & quos contra Abbatem, & con-
ventum ejuſdem monaſterii S. Chriſtophori, & alios
præſcriptos contra tenorem, & formam exemptionis
hujuſmodi quomodolibet promul. & haberi contigerit,
irritum decernimus, & inane. Cæterum volumus, &
dicta auctoritate ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod* C
*clerus, populi, & perſonæ hujuſmodi in eiſdem caſtris,
diſtrictibus, & territoriis degentes præſentes, & poſte-
ri, quemadmodum Epiſcopo, & capitulo, ſeu judicibus
præfatis in ſpiritualibus, vel in temporalibus commu-
niter, vel diviſim parere tenebantur hactenus, & erant
ſubjecti, ſic de cætero Abbati, rectori monaſterii S. Chri-
ſtophori prædicti, qui nunc eſt, & erit pro tempore in
eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus, communiter, &
diviſim teneantur obedire, & ſint ordinario jure ſubje-
cti, & quod collatio, proviſio, & præſentatio, electio, ac
quævis alia diſpoſitio monaſteriorum, eccleſiarum, ca-
pellarum, beneficiorum, hoſpitalium, & piorum loco-
rum, necnon inſtitutio, & diſtitutio ipſorum rectorum,
ac omnimoda juriſdictio, quemadmodum ad Epiſco-
pum, & capitulum prædictos, ſeu quoſvis alios com-
muniter, vel diviſim per antea pertinebat, ad Abba-
tem, ſeu rectorem, & conventum prædictos pertineant,
& pertinebunt. Et ne propter hoc menſa Epiſcopalis
Urbinas in ſuis juribus minime lædatur, volumus
& dicta auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, quod* D
*in recompenſam præmiſſorum homines dictorum ca-
ſtrorum teneant, & debeant emere dictæ menſæ E-
piſcopali infra unum annum à data computan. tot
poſſeſſiones, & bona mobilia pro dicta menſa, quod eo-
rum verus valor, & pretium emptionis aſcendat ad
ſummam, & quantitatem mille ducatorum auri, quæ
ex nunc ipſi menſæ in recompenſam congruam aſſigna-
mus. Itaque exinde Epiſcopus Urbinat. qui nunc eſt, &
erit, pro tempore poſſit, & poterit percipere annuatim
diligentia adhibita tantum fructuum, & redituum,
quantum ex ipſa juriſdictione, & aliis prædictis aut
hujuſmodi liberationem, & exemptionem, ſicut fide di-
gnorum relatum habemus, comperimus, percipiebat,
& ipſa non ſecuta potuiſſet percipere in futurum. Nul-
li hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis,
exemptionis, liberationis, protectionis, conſtitutio-
nis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temera-
rio contravenire. Si quis autem hoc attentare præ-*

A *ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, &
beatorum Petri, & Pauli, noverit ſe incurſu-
rum.*

*Datum Romæ apud S. Petrum 8. Idib. Martii Ponti-
ficatus noſtri anno xiij.*

25 MATTHÆUM ex Palatio Plani, & Prior
S. Pauli in Urbinatem ſedem XII. Gregorius intru-
ſit, quem deinde publice quietis gratia Joannes
XXII. die 13. menſis Auguſti 1412. ad Eccleſiam
Forojulienſem tranſtulit, ſed irrito effectu. Repe-
enim illum anno 2. Pontificatus Martini V. 141
ſupplicaſſe Pontificem, ut ſua auctoritate mon
rium S. Chriſtophori Caſtelli Durantis, atq; aliqu
alia caſtella ad Urbinatem juriſdictionem ſpecta
tia, & quæ inde injuſte diſceſſerant, redire juberet
Cognoſcendæ ejus cauſæ de jure Abbas S. Angeli
Gaiſa Urbinatis diœceſis delegatus eſt, ex lib. de d
verſis formis Martini V. Pontificis.

26 GEORGIUS Abbas S. Petri de Eugubio,
Joanne XXII. adlectus eſt anno 1413. Quo ipſo tem-
B pore, memoratum Matthæum in Urbinatem ſede
intruſum fuiſſe conſtat. Neque vero ſatis diſcern
poteſt, quis Eccleſiarum verus extiterit Paſtor
quando per ea tempora tres de Papatu vehementiſſi-
me contendebant. Dicendum itaq; eſt Italicarum r
rum per illud tempus illum principatum tuliſſe, at
adminiſtraſſe, qui majoribus opibus, ſuffragiis, pote
tiaque quamvis injuſte uſurpata, cæteris prævalere



27 Fr. THOMAS Thomaſinus, *a* Venetus
origine Tuſcus ex ea gente Thomaſa nuncupata
quæ cum aliis nobilibus familiis anno 1309. Flore
tia pulſa, Venetias, alioque ſe recepiſſe noſtra ref
runt monumenta. Ex ea gente natus Thomas li
teris operam dedit, factuſque Dominicani Ordin
alumnus, Theologus inſignis evaſit, eamque fac
tatem diu docuit utiliſſime. Sui Ordinis munera n
ſemel cum prudentia geſſit, adeoque ejus fama vi
tutis divagata eſt, ut Martino V. Pontifici Max. i
notuerit in Concilio Conſtantienſi, à quo Polen
primum, tum & Æmonienſis, mox ad hanc Ur
natem Eccleſiam translatus eſt die 18. menſis Oct
D bris 1423. quam cum tantum per annum adminiſtra
ſet, ad Tragurienſem tranſivit, deinde ad Recan
tenſem, & Maceratenſem, demum Feltrenſi,
Bellunenſi, duobus ſimul unitis prædivitibus ſace
dotiis ditatus exceſſit è vivis an. 1445. De Sanctiſſi-
mæ Euchariſtiæ veneratione heroici carminis op
reliquiſſe, ſuiſque impenſis Eccleſiam Corpo
Chriſti Venetiis à fundamentis inſtauraſſe, ejus
tiam diverſorum ſermonum eſſe volumen, tradit
Pilone Jacobus Philippus Thomaſinus ejus gen
lis Æmoniæ Epiſcopus more ſuo eruditiſſime in el
giorum Illuſtr. virorum libro.

28 Fr. JACOBUS de Balardis, *b* ſive Arrigon
Laudenſis, ex Ordine Prædicatorum eximiæ fam
Theologus, ſacrique Palatii Magiſter, Laudenſis
piſcopus adlectus eſt 1407. Piſano, Conſtantienſi
conciliis interfuit, ubi non ſemel de rebus per
tempora controverſis ſumma cum eloquentiæ lau
peroravit, ex eo relicta Laudenſi Eccleſia, ad Te

ge-

geſtinenſem Epiſcopatum tranſlatus eſt, Martino V. Pontifice ita cenſente. Cæterum Leander, Albertus, Razzius, Michael Pius, & alii, catalogusque Epiſcoporum Laudenſium, quos omnes ea tranſlatio latuit, toto cœlo aberrant, dum Jacobum narrant Laudæ, ejus civitatis Præſulem deceſſiſſe 1418. Etenim per plures deinde annos ſuperſtes fuit, annoque 1424. 3. Id. Decembris, ab Eccleſia Tergeſtina tranſiit ad Urbinatem, ut habent acta Conſiſtorialia. Urbini deceſſit 1435. die 12. menſ. Septembris, ſepultuſque eſt apud S. Dominicum. Poſt cujus exceſſum cleri ſenatus, contra Pontificium placitum, qui eam electionem graviſſimis de cauſis in ſe traxerat, effuſis ſuffragiis, Joannem quendam de Præfectis ad Urbinatem ſedem evexit, ſacrorum Canonum alioquin doctorem eximium, cathedraliſque Præpoſitum. Qui cum annuiſſet electoribus, profectuſque ad Pontificem Eugenium Florentiam eſſet, ubi tum commorabatur, ut ſuam Pontifici electionem probaret, indeque robur ad ſedem pacifice obtinendum conſequeretur, ab Eugenio repulſus abiit, tanquam vitio electus, eique ſuffectus eſt quidam Antonius de ſancto Vito, ut dicemus. Originaria autem monumenta electionis Joannis, hæc, quæ ſequuntur, ſunt, quæ cùm Dominico Capranica Cardinali, tanquam ejus cauſæ judici delegato delata fuiſſent, adhuc in archivio celebris monaſterii Septimi aſſervata viſuntur, unde hæc exemplaria ex fide depromſimus, atque hic exſcribenda curavimus.

In nomine Domini.

Anno ejuſdem nativitatis Domini 1435. Indictione 13. tempore ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, D. Eugenii divina providentia Papæ IV. & die 14. m. Novembr. in civitate Urbini in camera infraſcripti Reverendi Patris D. Joannis de Præfectis, ſita infra domos canonicæ, cui à primo latere clauſtrum decanorum domus, & à ſecundo Studium, à tertio hortum, à quarto camera antiquioris canonici. C *Univerſis, & ſingulis preſens publicum inſtrumentum inſpecturis, vel audituris notum ſit, & pateat evidenter, qualiter vacante Eccleſia Cathedrali, ſeu ſede Epiſcopali Urbinenſi per mortem Reverendi in Chriſto Patris, & D. D. Jacobi de Laude ſacræ Paginæ Profeſſoris ultimi, & Paſtoris, & Antiſtitis dictę Eccleſię, ejuſque corpore tumulato, Venerab. & honeſti viri D. D. Felix Prior Eccleſię S. Sergii ſuo nomine, & nomine, & vice D. Petri Matthæi Guidonis de Matiglana, cujus vocem habet, & patet per manus D. Franciſci de Arſovichis Notarii publici, D. Antonius ſer Nicolę, D. Leonardus Sabatini, D. Jacobus Thomaſi, & D. Andreas, omnes canonici dictæ cathedralis Eccleſiæ pariter congregati in hoc conſueto juxta juris formam ad tractandum de electione futuri Antiſtitis dictæ Eccleſiæ. Conſiderantes pro diutina vacatione convenit Eccleſiis eſſe damnoſa, tandem vocatis vocandis deliberaverunt ad hujuſmodi electionem procedere per viam divini inſpiraminis, & Spiritus ſancti gratia invocata repente una voce, nulloque tractatu præcedente,* D *venerab. & egregium virum decretorum doctorem D. Joannem de Præfectis Præpoſitum dictæ Eccleſiæ, virum prudentem, docibilem, moribus temperatum, vita caſtum, ſobrium, ſuis negotiis ſemper cautum, humilem, affabilem, miſericordem, litteratum, & in lege Domini inſtructum, doctum, pavidum, & irreprehenſibilem, in eorum & dictæ Eccleſiæ elegerunt Epiſcopum, & Antiſtitem, & Paſtorem, prout clarius, plenius, & serioſius, continetur in publicis inſtrum. manus ſer Joannis D. Matthæi de Urbino Notar. pub. Attendenteſque quod de jure competit proprio Pontifice Eccleſiam vacare non debere, ne defectu Paſtoris Dominicum gregem lupus diſperdat, & Eccleſia viduata in ſuis facultatibus grave diſpendium patiatur, prædicti Domini Canonici legitime, ut præmittitur, congregati, ipſam electionem ſic concorditer, & canonice factam manu Dei . . . . prædicto D. Joanni, & coram eo exhibuerunt, & præſentaverunt, petentes*

A *prædicti D. Canonici, ac pariter ſupplicantes eum, & qua decuit reverentia, quatenus dignaretur idem D. Joannes dictam electionem, & onus prædictum acceptare, & ſuſcipere, & prædicta dixerunt, & fecerunt omnimodo, quo melius potuerunt, rogantes me Notarium, ut de prædictis publicum conficerem inſtrumentum. Qui quidem D. Joannes electus prędictus electionem hujuſmodi ſibi pręſentatam, licet ex humilitate ſe inſufficientem, & indignum aſſereret, & multipliciter ſe excuſaret, tum dictis canonicis vehementer inſtantibus, timens, ne divinis diſpoſitionibus contradicendo contrairet, jugo divino vocatus cervicem cordis humilians, invocato divinę pietatis auxilio humiliter votis fratrum aſſentiendum duxit, non tam timide, quam devote electionem ipſam acceptando, & officii onus, quod impoſitum, ut prodeſſe valeat, ſuſcepit, & acceptavit omni modo, quo melius potuit. Acta fuerunt hæc temporibus, & loco, quibus ſupra præſentibus nobili viro Georgio de Baronis Gubernatore dictæ civitatis, & D. Valentino Thomaſi Rectore Eccleſię s. Bartoli de dicta civitate,* B *& Baptiſta Bartorelli omnibus civibus dictæ civitatis omnibus teſtibus ad hęc dictis, vocatis, rogatis. Et ego ſer Antonius D. Andreæ de Palmonibus de Urbino publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & ſingulis interfui, & præſens fui, & ea rogatus ſcribere ſcripſi, & publicavi, ſignumque meum appoſui conſuetum.*




29 **ANTONIUS** de S. Vito Archidiaconus Aquilejenſis, ab Eugenio IV. electus 6. Id. menſis Februarii 1436. Ab eodem Pontifice in Germaniam legatus eſt, ut novi Cæſaris intereſſet electioni, ut Bzovius narrat in Annal. Ecc. Deceſſit autem hic Præſul 1450. XXXI
(,, *Ortus eſt Antonius iſte apud Foro-*
,, *julienſes è nobiliſſima Altanorum familia, Caſtri*
,, *Salvaroli Domina, cujus egregia decora, ſtem-*
,, *mata, & antiqua monumenta nuperrime edita*
,, *ſunt Venetiis. Dictus eſt autem à nonnullis ſcripto-*
,, *ribus* de S. Vito, *non à Patria, ſed ab ejuſdem*
,, *nominis oppido in diœceſi Concordienſi poſito, in*
,, *quo tunc temporis, quemadmodum & nunc Alta-*
,, *na Gens una cum familiis Cæſarina, & Malacri-*
,, *da juri dicundo præficiebatur. Fuit autem Anto-*
,, *nius cum Theologicis ſcientiis, & ſacra eruditio-*
,, *ne, tum potiſſimum utriuſque juris peritia ætate*
,, *ſua oppidò inſignis: ingenii verò acumine, pru-*
,, *dentia, rerumque agendarum dexteritate prædi-*
,, *tus ſingulari. Aquilejenſis primò Archidiaconus*
,, *fuit electus; deinde cum Eugenio IV. Pontifica-*
,, *tum gerente Romam acceſſiſſet, ab eo ſacræ Ro-*
,, *manæ Rotæ Auditor renunciatus eſt. Sed cum in*
,, *dies tanti viri virtus Pontifici magis probaretur,*
,, *gravioribus cœpit illum oneribus diſtinere. Anno*
,, *ſiquidem 1432. ad Baſileenſe Concilium cum Joan-*
,, *ne Archiepiſcopo Tarentino, Andrea Coloſſenſi &*
,, *Bernardo Magallonenſi Epiſcopo, iterumque anno*
,, *1436. cum Ambroſio Camaldulenſium Priori Gene-*
,, *rali Antonium Apoſtolicum Nuncium miſit, ubi*
,, *etiam pro tuenda Apoſtolicæ ſedis dignitate egre-*
,, *gie peroravit. Inde Romam reverſus Urbinati E-*
,, *piſcopatu amplificatus eſt ſexto idus Februarii*

,, *ejuſ-*

Digitized by Google

A „ *ejuſdem anni 1436. Sexto autem idus Quintilis*
„ *proximè inſequentis pro reſtituenda Eccleſiaſtica*
„ *diſciplina, aliiſque longe graviſſimis componen-*
„ *dis rebus in Scotiam ad Jacobum regem cum am-*
„ *pliſſima decernendi poteſtate ab eodem Pontifice le-*
„ *gatus eſt. Difficillimis Scotiæ rebus inopinata Ja-*
„ *cobi regis nece magis, magiſque perturbatis, rite*
„ *compoſitis, ad Anglorum regem, Ducemque Bur-*
„ *gundiæ dirigitur, ut diſcordes principum animos*
„ *ſanctiori pacis vinculo uniret. Æſtu belli pactis*
„ *induciis moderato in Italiam rediit, cum prius eo-*
„ *dem itinere in Baſileenſi Concilio Pontificis man-*
„ *data tertiò explicuiſſet. Haud ita tamen multo*
„ *poſt, anno ſcilicet 1438. Nicolao Cardinali S.Cru-*
„ *cis in Germaniam proficiſcenti comes additus eſt:*
„ *& cum Sigiſmundum Imperatorem tum temporis è*
„ *vivis abiiſſe contigiſſet, ad Comitia Francòfur-*
„ *tenſia miſſus eſt, ubi apud eos principes, qui*
„ *eligendi Imperatoris jus habebant, tantum va-*
„ *luit auctoritate, ut ejus ſuaſu, id quod maxime*
„ *conducebat Eccleſiæ, Albertus ex illuſtriſſima Au-*
„ *ſtriæ domo Cæſar deſignaretur. Anno 1444. nova,*
„ *trepidaque ad Regem Galliæ Antonio commiſſa*
„ *eſt ab Eugenio legatio, qua quidem in obeunda*
„ *cum illa loca, per quæ tranſiturus erat, ſæviſſi-*
„ *mo bello agitarentur, plurimas moleſtias ſubire,*
„ *& tetrum carceris ſqualorem perferre captivus ne-*
„ *ceſſe habuit. Defuncto autem Eugenio cum ei Ni-*
„ *colaus in Pontificatum ſucceſſiſſet, hoc illi à novo*
„ *Pontifice in primis ampliſſimum munus eſt delega-*
„ *tum, ut D. Bernardini miracula, quorum fama*
„ *toto jam orbe celebrabatur, diligentius inquire-*
„ *ret. In Hiſpaniam deinde, ne ulla Europæ pars na-*
„ *vata Antonii opera caruiſſe videretur, ad nuptias*
„ *Friderico III. Imperatori conciliandas Pontificis*
„ *juſſu ſe contulit, promiſſo jam ſibi in urbem redeunti*
„ *Eminentiſſimo Cardinalatus faſtigio. Sed inter re-*
„ *deundum morbo correptus Barcinone diem clauſit*
„ *extremum, cum 14. ferme annos etſi ferè ſemper*
„ *abſens Urbinatenſi præfuiſſet Eccleſiæ.*




XXXII. 30 LATINUS Cardinalis Urſinus Urbinatem Eccleſiam ſibi commendatam accepit 1450. 10. Kal. Januarii, quam ad duos fere annos adminiſtravit, deinde eam curam ultro, libenſque depoſuit. Fuit hic Latinus Archiepiſcopus Barii, atque Tranenſis, de quo ibi plura.

XXXIII. 31 ANDREAS Epiſcopus Converſanus, tum & Bojanus in Neapolitano Regno, ex ceſſione Latini Cardinalis Urſini, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1452. 3. Id. Septemb.



32 HIERONYMUS Staccolus civis Urbina[s]
ſuæ patriæ Præſul fuit 1463. Ejus gentis hoc temp[o-]
re apud Ferdinandum II. Magnum Hetruriæ Du-
B cem Andreas Staccolus vir conſultiſſimus, prima-
rius conſiliarius, cauſas graviſſimas ſtatus cogno-
ſcit, atque expedit tanta incorrupti animi fama, u[t]
omnes ordinis homines eum venerentur, & colan[t]



C

33 JO: BAPTISTA Mellinus, a Romanus
Suavii, ac Pernæ Poncianæ filius, natus Romæ
eſt, anno 1405. 5. Id. Julii. Septennarius adhuc
Joanne XXIII. canonicus Lateranenſis Baſilicę a[d-]
lectus eſt; ſtuduit deinde legibus, inque jure docto[r]
evaſit eximius. Sub Eugenio IV. extitit Abbrevia-
tor de Parco majori. Sub Nicolao V. S. Petri in Va-
ticano Vicarius effectus eſt, Legatuſque in Galliam
ut ibi cum Cardinali Alano tumultibus, publicam
corrumpentibus pacem mederetur. Ergo cum Lega-
tionem illam tranſegiſſet feliciter, tantam inde
Carolo VII. gratiam dicitur collegiſſe, ut Romę i[l-]
lum Gallicarum rerum procuratorem renuntiave-
rit. Sub Pio vero II. tanto Pontifice, Apoſtolica-
rum litterarum Correctoris officio perfunctus eſt
eundemque Paulus II. utriuſq; Signaturæ Referen-
D darium declaravit, ac S. Sedis Datarium, pauloqu[e]
poſt Urbinatem Epiſcopum, hoc eſt, 1468. Roman[i]
Fridericum proficiſcentem hic idem Mellinus obſe-
quio coluit, Pontificiſque nomine excepit hoſpitio
Demum Sixtus IV. magni judicii Pontifex, penſa-
tis Melini exactæ virtutis momentis, inter Purpu-
ratos illum Patres adlegit 1476. Inſubribuſque mo-
tibus ſedandis eundem legavit. Qua legatione per-
functus feliciter, Romam rediit, ubi ſenio confectus
feſſuſque negotiis, e vita diſceſſit 1478. Cunctiſqu[e]
mœrentibus ad S. Mariam de Populo, ut vocant
ſepulchrum accepit, de quo in marmoreo ſepulchro
inſculptum hoc epitaphium legitur:

Joanni Baptiſtę Mellino utriuſq; juris Con-
ſulto, quem ob ejus religionem, prudentiam,
juſtitiam, meritaque erga ſedem Apoſtoli-
cam Xyſtus IV. Pont. Max. congratulantibus
omnibus in numerum Cardinalium retulit.
Petrus Mellinus fratri B.M. poſuit. Is ubi
Legatus poſt mortem Galeatii Ducis Inſu-

brum, Ligurumq; res turbatas compoſuiſſet, LXXIII. Ætatis anno moritur incredibili de ſe apud omnes deſiderio relicto. Vale, Qui legis, & opta, ut multi huic viro per ſimiles humano dentur generi. Obiit anno Dom. MCD.LXXVII. non. Kal. Auguſti.

Hujus Cardinalis vitam Platina diligenter enarrat, quam Victorellus noſter novo Ciaconiano operi noviter excuſam diſſerendam curavit. Habuit Mellinus aliquot fratres, quorum Franciſcus, Conſiſtorii multitudine premente, miſere vitam finivit, cum eſſet Senogallienſis Epiſcopus; noſtraque ætate ex eadem gente Joannem Gratiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem ſuſpeximus, hodieque floret virtutibus Ferdinandus Mellinus Imolenſium Præſul. („*Joannis mentio occurrit in diplomate Sixti IV. pro Monaſterio SS. Floræ, & Lucillæ Aretin. in quo habetur Joannes uti Procurator Abbatis dicti Monaſterii renuntiaſſe Abbatialem dignitatem in manibus Papæ. Ex Bullario Caſinen. tom. 2. p. 349.*)

XXXVI. 34 Fr. LAZARUS de Racanellis *a*, Eugubinus, Ordinis S. Dominici adlectus an. 1478. Id. Septemb. Sixto IV. ſedente: è vivis eximitur 1486.

a De eo Fontana in Theatro, Domin.



XXXVII 35 PHILIPPUS de Contronibus, Lucenſis, utriuſque legis doctor, Primiceriuſque Lucenſis, ad hanc ſedem ſubvectus eſt 1484. 12 Kal. Octobris ſub Innocentio VIII. Pont. Max. Romę deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſuper Minervam ante ſacellum S. Thomę Aquinatis, cum ſubjecto epitaphio, quod adhuc in marmorea tabula legitur.

Philippus de Contronibus Lucæ ortus, Romanę Curię alumnus, & prę meritis Præſulem Urbinatenſem ab Innocentio VIII. promotus, poſtquam maxima integritate Magiſtratibus Eccleſiaſticis functus eſſet, peroptime obiit, die XVI. Aprilis M.CCCC.LXXXXI. Ætatis ſuæ LIII.



XXXVIII 36 JO. PETRUS Arrivabenus, Mantuanus, vir nobili eruditione per ea tempora clarus, ut ex Politiani litteris ad eum ſcriptis conſtat. Hujus etiam meminit Æneas Sylvius, Mantuanuſque Baptiſta Poeta inſignis. Hic cum nomine Guidi Baldi Urbinatium Ducis apud Innocentium VIII. fungeretur legatione, Urbinas Epiſcopus adlectus eſt an. 1491. die 15. menſ. Aprilis: Secretarius Apoſtolicus fuit, ſanctæque Sedis apud Ferdinandum Neapolitanum Regem Legatus. In Cathedrali nobile ſacellum erexit, in quod ſolemni pompa S. Maynardi reliquias intulit. Palatium Epiſcopale reſtauravit, moreſque cleri ad purioris pietatis cotem exacuit. Jam ſenex apud ſibi creditam Eccleſiam deceſſit ann. 1504. Sepultuſque eſt in cathedrali, ubi in nobili depoſito hoc de ipſo legitur epitaphium.

Io. Petr. Arrivabenus Mant. trium Ro. Pont. domeſticus, & unius ex ipſis apud Regem Ferdinandum orator, ac Urbinas Epiſc. hoc ſepul. ſibi faciendum curavit. Obiit A.D. MDIIII. vix. ann. LXIIII. & menſes XI. ſedit Ann. XIII. & M. VII.

Ibidem in columna, hæc alia ex marmore de ipſo legitur inſcriptio.

Jo. Petri Arrivabeni Mant. viri Nobilit. Morib. Doctrina æque clari, Divini Cultus propagatoris, Eccleſiæ hujus Vigilantiſſ. Præſulis proximique Sacelli DD. Mart. Turo, & Tho. Cant. Epiſcopis dicati Fundatoris piæ memoriæ poſitum.

XXXIX. 37 GABRIEL de Gabrieliis, nobilis Fanenſis, filius Andreæ. Hic cum in Romana Curia, Alexandro VI. ſedente, Prothonotarius Apoſtolicus eſſet, Julianique Roborei Cardinalis fortunam Alexandro Pontifici inviſi conſequeretur, abſentiſque, ac voluntario exilio jactati, Romę res candide aliquandiu adminiſtraſſet, ita ſibi devinxit Julianum, ut cum ſub nomine Julii II. evaſiſſet ad ſedem, ab eo præcipuis aulæ honoribus, atque oneribus nobilitatus eſt. Primum enim Urbinas Epiſcopus adlectus eſt, mox & Cardinalis tit. S. Praxedis, tum & Legatus Umbriæ. Qua deinde legatione ex gravitate cœli, ſibique inſalubris, libens, volenſque abivit, Sypontinoque Cardinali curavit attribuendam. Cæterum Gabriel Romam reverſus, rariſſimo ad poſteritatem exemplo, omnem cenſum, pecuniamque, quę ex latis ſententiis juſte ſibi obvenerat, ad pedes Papæ lætanter effudit in ſanctæ ſedis commodum exponendam. Adeo ab avaritiæ ſordibus ſemper abhorruit, coluitque parabilem vitę cultum. Omnibus in pretio fuit ob candidiſſimos mores. Valuit adeo auctoritate conſilii, ut nullum alium Secundus Julius congreſſui illi ad Savonam Ludovici XII. Regis Gallorum, ac Aragonii Ferdinandi, quam Gabrielem adhibendum cenſuerit, ubi cum legati perſonam, Pontificiſque auctoritatem egregie ſuſtinuiſſet, Romā reverſus exceſſit è vivis anno 1511. 6. die menſis Novembris, defunctumque conjunctiſſimi tres nepotes, Ludovicus, Galeazzius, ac Petrus apud S. Praxedem cum hoc epitaphio honorifice ſepelierunt.

Gabriel ex Fano Fortunæ, ex gente ſui nominis cooptatus in ſacrum Collegium Cardinalium à Julio II. Pont. Max. pro clementia ſuæ ſanctitatis, rediens ex Legatione Perufina hic diem functus eſt. Vixit ann. LXVI. jacetque ſub hoc parvo lapide.

Hinc ne Urbinatium eximium ornamentum prętermittam, quod Gabriele Præſule, ejuſdemque ac Guidi Baldi Ducis intuitu Julius II. Pontifex anno 1509. contulit eis, afferam Urbinatis Collegii (quod Rotam appellant) fundationis diploma, quod ab originali exſcripſit, mihique tradidit Regius eques S. Michaelis Jo. Franciſcus Roſa J. U. Conſultus Urbinas, hujus tenoris.

JULIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Ad ſanctam Petri ſedem divina diſpoſitione ſublimatus ſingulis, quę pro perſonarum nobis, & Apoſtolicæ ſedis devotarum pace, commodo, & tranquillitate profutura fore cōſpicimus, Apoſtolicę providentię ſollicitudine libenter intendimus; & ad felicem eorum proſecutionem, & confirmationem, cum à nobis petitur, opem, & operam impendimus efficaces. Sanę exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilis viri

Guidi

Guidi Baldi Ducis Urbinatis, & univerſorum ſubditorum, cujus petitio continebat, quod licet olim felicis recordationis Alexander Papa VI. prædeceſſor noſter cupiens indemnitati univerſorum ſubditorum Ducatus Urbinatis conſulere, ipſum Ducatum, & civitatem Senogallien. illiuſque diſtrictum ab omni juriſdictione Rectoris provinciæ Marchiæ Anconitanæ ſegregaverit, & ſeparaverit, ad certum Collegium doctorum Rotam nuncupatam in Romandiola inſtituerit, ad quos omnes cauſæ appellationum in quibuſcunque cauſis eccleſiaſticis, & prophanis devolverentur, ordinaverit, & quod propter temporum conditiones hujuſmodi inſtitutio effectum ſortita non fuerit. Nihilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatibus, & commoditatibus dictorum ſubditorum ſuorum providere in civitate Urbini unum Collegium tredecim doctorum inſtituit, & quod corã eis omnes, & ſingulæ cauſæ eccleſiaſticæ, & prophanæ tractarentur, & diffinirentur etiam ordinavit, &c. Quanto pro parte Ducis, & ſubditorum hujuſmodi, necnon etiam dilecti filii nobilis viri Franciſci Mariæ Urbis Præfecti nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut inſtitutioni, & ordinationi Collegii tredecim doctorum in legibus, & decretis hujuſmodi Apoſtolicæ confirmationis robur adiicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos qui noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditorum commoditatibus intendimus, & quantum cum Deo poſſumus, ipſos ab expenſis, & oneribus relevamus, necnon præfati Ducis propoſitum plurimum in Domino commendamus, inſtitutionem, & ordinationem prædictas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac quod in ſecunda, & tertia inſtantiis omnes cauſæ tam eccleſiaſticæ, quam prophanæ, & mixtæ beneficialibus meris Eccleſiaſticis, dumtaxat exceptis Ducatus, & dominii temporalis nunc & pro tempore exiſtentis Ducis, & ſubditorum ſuorum hujuſmodi nunc, & pro tempore exiſtentium tam ratione Ducatus præſcripti, quam aliorum ejus dominiorum quorumcunque coram dicto Collegio tredecim doctorum eiſdem modo & forma, quibus coram rectore ſeu ſpirituali provinciæ Marchiæ hujuſmodi tractantur, tractentur, & finiantur. Ita tamen quod cauſæ prædictæ non poſſint expediri nec terminari niſi de voto, & conſenſu majoris partis doctorum dicti collegii, & alias ſententiæ latæ non teneantur, quæ nota ſecretè, & ſigillatim præſtari debeant, quandoque etiam ſi contingeret aliquem ſeu aliquos ex doctoribus dicti collegii exinde ſe abſentare quod per tunc præſentes factum, & determinatum fuerit, perinde valeat ac ſi omnes interfuiſſent, dummodo abſentes ultra dimidiam partem non exiſtent ac etiam quo cauſæ appellationum quarumcumque per ſubditos prædicti ducis a quibuſcumque ſententiis pro tempore interpoſitarum ad ipſum collegium interpoſitæ ſint & eſſe cenſeantur, niſi forſan a ſententiis ipſius collegii appellatum fuerit, quo caſu tunc ad ſedem Apoſtolicam appellari valeat, eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ipſoſque ſubditos, nec non ducatum, & ſtatum Urbinatem, ac etiam ſtatum, & civitatem Senogallien. ab omni juriſdictione, & ſuperioritate rectoris dictæ Provinciæ Marchiæ, nec non Bononienſi, & Peruſina legationibus prorſus eximimus, & ſegregamus, ac liberamus. Et inſuper eidem collegio, ut in cauſis ejuſmodi decidendis, & finiendis eiſdem prærogativis, indultis, & ordinationibus utatur, potiatur, & gaudeat, quibus dictus Rector prædictæ provinciæ utitur, & uti conſuevit, præfata auctoritate concedimus. Statuta quoque, & ordinationes per dictum collegium in cauſis decidendis, & terminandis edita, dummodo ſint licita, & honeſta, & ſacris canonibus non obviantia, dicta auctoritate confirmamus, & approbamus, ipſique collegio nova ſtatuta quatenus ſint licita, & honeſta condendi eadem auctoritate licentiam elargimur, & facultatem. Non obſtant. Apoſtolicis nec non dictæ provinciæ ſpecialibus, & generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus etiam ſi de illis quoque totis tenoribus pro illarum ſufficienti derogatione ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa, & individua non autem per clauſulas generales idem importantes ſed de verbo ad verbum mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, quodque collegium hujuſmodi nondum ad numerum tredecim doctorum deventum eſt cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, ſtatuti, ordinationis, exemptionis, ſegregationis, liberationis, conceſſionis, elargitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1507. 12. Kal. Martii Pontif. noſtri anno 5.

38. Fr. ANTONIUS Trombetta, a Patavinus, ſplendidi nominis Theologus, ex Ordine Minorum, a Julio II. Gabrieli defuncto ſuffectus eſt 1511. die 7. menſis Novembris. Lateranenſi concilio interfuit, rexitque ad tres annos Urbinatem Eccleſiam, eoque deinde munere volens abivit 1514. mortalitatem explevit Patavii Archiepiſcopus Athenarum; ibidem jacet in Eccleſia S. Antonii cum hoc epitaphio. XL.

Antonio Tubetæ Patavino Athen. antiſt. qui
pub. metaphy an. II. ſup. XL. profeſſus eſt di-
vi Antonii provinciæ an. II. præfuit XX.
plura mo. edidit an. ætatis altero & LXXX.
naturæ ceſſit hoſpitium hoc ad diem num-
quam reverſurum.

a De quo Portenarius in hiſt. Patav. l. 9. c. 9. Vvadding. de Script. Ord. Min. p. 38. *Mandoſ.*

39. DOMINICUS Cardinalis Grimanus Aquilejæ Patriarcha, Urbinatem Eccleſiam perpetuo adminiſtrandam ſuſcepit anno 1514. die 2. menſis Maii, ac poſt ann. 8. ea cura ſe exſolvit, de quo alibi plura. XLI.


40. JACOBUS Narduccius, Forojulienſis, Cardinali Grimano coadiutor attributus eſt cum ſpe futuræ ſucceſſionis 1523. die 17. menſis Julii, eidemque poſt mortem ſucceſſit. Hic novam cathedralem conſecravit. 1534. die 19. menſis Octobris. Deceſſit autem anno 1540. XLII.

41. DIONYSIUS Laurerius Beneventanus ex Ordine Servorum, presbyter Card. tituli S. Marcelli, Urbinas Epiſcopus adlectus eſt 1540. die 12. m. Februarii. Hic Beneventi ex modicis parentibus natus eſt, interque Servitas cooptatus adeo profecit in literis, ut omnem fere liberalem artem ſit aſſecutus, profitereturque publice per nobiliora Italiæ ſtudia, quas hauſerat, diſciplinas. In concionibus autem ſacris habendis, tanta ſacrarum literarum peritia, tantaque eloquentia fuit, ut plerumque mortales admiratione defixerit. Procuratorem generalem ſui ordinis jam factum Clemens VII. in trepida illa Religionis cauſa ad Henricum VIII. Angliæ Regem illum legavit, Romamque reverſum, per gratioſum diploma generalem ſui ordinis declaravit. Qui tanta moderatione animi fuit, ut ad pedes fratrum ſuorum in capitulo congregatorum abjecto diplomate, faſſus ſit, ſe prius privati fraterculi vitam velle peragere, quam ad hujuſmodi honorem per ambages, perque favorem aſcendere. In adeo de ſe demiſſe ſentientem aperta, plenioraque coiere ſuffragia, ſic ut ſemel oblatum honorem haudquaquam potuerit eluctari. Paulus deinde III. cum ob ingruentes Eccleſiæ neceſſitates, atque ab hæreticis dogmata ſacra proſciſſa generale cenſuiſſet convocandum concilium, ad omnes propemodum Europæ principes, qui Chriſtiano nomine cenſerentur, Laurerium deſtinavit legatum, tametſi deinde illum ad Jacobum Scotiæ Regem de graviſſimis rebus legaverit. Eo legationis munere perfunctum feliciter idem Pontifex extulit ad purpuram, tum & Urbinatem adlegit Antiſtitem, Campaniæ legatum, qui haud ita pridem eidem Paulo, ut erat in Mathematicis probe excultus, Pontificatum fuerat auguratus. Cæterum Dionyſius cum ad ſupremos honores, & fortunam videretur aſpirare, importuno fato ſublatus eſt, rariſſimi vir ſane exempli, atque exaggeratarum virtutum, ſi illum quandoque tranſverſum non rapuiſſet affectus, ac tum maxime quidem, XLIII

cum in publico totius orbis Chriſtiani congreſſu cõtra Franciſcum I. Galliæ Regem vehementiſſime, ut narrat in Hiſtor. Jovius, peroraſſet. Itaque a cordatis, qui tunc ita fabulabantur, Servita creditus eſt pluſquam ſervili adulatione erga Carolum V. laboraſſe. Poſtremam diem defunctum apud S. Marcellum ſui tituli templum in pavimento cum hoc epitaphio ſepeliere.

Dionyſio Laurerio Beneventano Tit. S. Marcelli S.R.E. Presb. Card. Urbinatenſi Epiſcopo, Religionis Servorum Generali graviſſimo, ac Legato Campaniæ, a Paulo III. Pont. Max. ordinato, viro fere omni ſcientiarum genere ornato R.M.P. Auguſtinus Aretinus ejus alumnus Generalis poſuit. vix. ann. XLV. Obiit die XVII. ſept. M. D. XLII.

XLIV 42. GREGORIUS Corteſius, Mutinenſis, Monachus S. Benedicti, presb. Card. tit. S. Cyriaci in Thermis, Laurerio in Epiſcopatum ſucceſſit anno 1542. 6. die menſ. Novembris. Hic antequam monachum indueret, ſub Severo monacho Septimiano Ciſter. Ordinis, e Varina gente nobili Placentino, ad ſummam in utraque linqua eloquentiam pervenit, indeque hauſtis nobilioribus diſciplinis, inter doctos eruditiſſimi illius ſeculi memoratus eſt. Itaque cum in legibus etiam haud ignobilem lauream tuliſſet, Joannes Mediceus, qui evectus ad ſedem Leo X. dictus eſt, in vertentibus cauſis illum habuit Auditorem. Cæterum Corteſius cum Romanæ Aulæ pertæſus ad ſua priſtina ſtudia rediiſſet, ex divino etiam inſtinctu Caſinenſibus monachis nomen dedit. Inde cum & fama probitatis, & doctrinæ apud Paulum III. inclaruiſſet, cum id minus cogitaret, ab eo ſacri Senatus purpuram tulit cumulatiſſimam, ac Urbinatenſium Præſul eſt dictus, cum eſſet tum S. Benedicti Mantuani opulentiſſimi Cœnobii Abbas. Romam cum veniſſet, doctis omnibus propemodum miraculo fuit. Quibus mœrentibus diem clauſit poſtremam 1548. 11. Kal. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Apoſtolum ante altare S. Eugeniæ. Meminere Corteſii Sadoletus, & Bembus, quorum alter doctiſſimum, alter excellentis doctrinæ virum appellat, ingeniique prope divini. Scripſit de peccato originali, de laudibus monaſterii Lyrinenſis; De Theologica inſtitutione lib. 4. S. Petrum Romæ fuiſſe ad Adrianum VI. de poteſtate Eccleſiaſtica. de deſcriptione urbis Januenſis. Epiſtolas ad diverſos, lib. Hymnos varii argumenti; librum diverſorum Poematum. De eo etiam meminit Paulus Corteſius de ſacro Senatu, Ciaconius, Victorellius, noſterque Nicolaus Baccetius quondam Abbas in ſua illa inſigni Apologia, cui titulus eſt, Monachus Severus defenſus.




XLV. 43. JULIUS Cardinalis Roboreus, Archiepiſcopus Ravennas, Urbinatem Eccleſiam regendam ſuſcepit 1548. Quo munere ſe exſolvit 1551. Deceſſit Urbini anno 1578. jacet in Eccleſia S. Claræ cum hoc epitaphio.

Julio Monfiltrio e Ruvere S. R. E. Cardinali Umbriæ bis legatione magna cum laude functo, Urbini, Ravennæ, aliarumque Eccleſiarum antiſtiti, Lauretanæ Domus, ac Sancti Franciſci ordinum patrono, juſtitia, pietate, benevolentia Principi celeberrimo Mortalitatem explevit Non. Sep. Anno Dom. MD. LXXVIII. ætatis vero XLIIII.

URBINI

ARCHIEPISCOPI.



1. FELIX Tyrannus e Callio, Urbinatibus Ducibus ob egregiam in agendo dexteritatem unice charus, eorundemque nomine multis legationibus functus, cum extuliſſet uxorem, e qua aliquot ſuſtulerat liberos, clericalem vitam inſtituit profiteri, atque a Julio III. Urbinas Epiſcopus eſt declaratus 1551. die 17[a] menſis Octob. Cumque Pius IV. Urbinum erexiſſet in metropolim, Felix primus ejus civitatis Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1563 Non. Julii, ut in ſequenti bulla erectionis Archiepiſcopatus ſpectatur. XLVI

[a] Die 18. Novemb. ex Actis.

PIUS EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Super univerſas orbis Eccleſias, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet inſufficientibus, a domino conſtituti, levamus in circuitu agri Dominici oculos noſtræ mentis, more pervigilis Paſtoris inſpecturi, quid Eccleſiarum ipſarum præſertim cathedralium inſignium ſtatui, & decori congruat. Quid vero operis circa illas, earumque ſtatum proſperum, & felicem impendi debeat, & divino fulti præſidio, quo cuncta ex benignitate pro populorum ſuorum fidelium ſalute dignoſcuntur, ad ea, quæ ſtatui Eccleſiarum hujuſmodi congruunt, noſtri officii partes ſalubriter, & utiliter impendere curamus, prout etiam fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium expoſcit devotio, noſque in Domino conſpicimus expedire. Sane conſiderantes Eccleſiam Urbinatenſem ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectam, cui venerabilis frater Felix Epiſcopus Urbinatenſis præeſſe dignoſcitur, & ad quam alias regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus per ceſſum, vel deceſſum dicti Felicis Epiſcopi, ac forſan in certos alios tunc expreſſos eventus dilecto filio noſtro Julio S. Petri ad Vincula diacono Cardinali de Urbino nuncupato Apoſtolica auctoritate conceſſum extitit, inter alias illarum partium cathedrales Eccleſias inſignem, ac nobilem, nec non civitatem ducatus titulo, egregiarumque perſonarum multitudine celebri, ac cleri, ac populi numeroſitate decoratam, ac metropolitica prælatione merito dignam exiſtere. Quodque ſi Eccleſia ipſa Urbinatenſis in metropolitanam, & in ea una Archipresbyteratus, ac alia decanatus nuncupandæ dignitates eligerentur, nec non Callien. Senogallien. Piſauren. Foroſempronien. Feretranen. & Eugubinen. Eccleſiarum præfatarum, ac illi pro tempore præſidentium Prælatorum, nec non dilectorum filiorum cleri, & populi civitatum, & diœceſum earundem commoditatibus, & utilitatibus plurimum conſuleretur, ex his, & nonnullis aliis rationabilibus cauſis, præfato Julio Cardinali, qui menſæ Epiſcopali dictæ Eccleſiæ Urbinatenſis, ultra illius fructus annuos quinquaginta, & Archipresbyteratui centum, & decanatui præfatis alia centum ſcuta, ex bonis ſuis patrimonialibus, pro illarum dote annuatim donavit, & aſſignavit, hoc ſummopere de-

ſide-

A ſiderante, ac nobis deſuper ſupplicante. Habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris deliberatione matura, ad omnipotentis Dei laudem, & honorem, nec non totius militantis Eccleſiæ gloriam, præfatam Eccleſiam Urbinatenſem in metropolitanam cum Archiepiſcopali dignitate, ac omnimoda juriſdictione, & ſuperioritate, nec non pallii, & crucis delatione, ac aliis metropoliticis inſignis, nec non in ea unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, ac unum decanatum, quæ inferiores inibi dignitates exiſtant, pro uno decano, qui poſt Præpoſitum, & Subdiaconum, ac ante omnes canonicos ejuſdem Eccleſiæ Urbinatenſis ſtallum in choro, locumque ac vocem in capitulo ipſius Eccleſiæ habeant, de ipſorum fratrum conſilio, & auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac eidem Eccleſiæ Urbinatenſi, Callien. Senogallien. Piſauren. Foroſempronien. Feretranen. Eugubinen. civitates, & diœceſes cum illarum diſtrictu & territorio pro ejus provincia, ac Præſules pro tempore exiſtentes pro ſuis ſuffraganeis Epiſcopis, nec non dilectos filios capitula ipſarum Callien. B Senogallien. Piſauren. Foroſempronien. Feretran. Eugubinen. Eccleſiarum, ac clerum, & Populum Callien. Senogallien. Piſauren. Foroſempron. Eugub. Feret civitatum & diœceſum, pro ſuis provincialibus, Callien. videlicet, & Senogallien. Piſauren. Foroſempronien. & Feretranen. ex nunc venerabilium fratrum noſtrorum Callien. Senogallien. Piſauren. Foroſempronien. & & Feretranen. Epiſcoporum ad hoc expreſſo accedente conſenſu Eugubinen. vero Eccleſias præfatas, ex nunc, prout ex tunc, & e contra cum venerab. fratris noſtri Mariani Epiſcopi Eugubini, & cui alias regreſſus, ſeu acceſſus & ingreſſus ad ipſam Eccleſiam Eugubin. in certos tunc expreſſos eventus dicta auctoritate conceſſus fuit dilecti filii noſtri Jacobi ſanctæ Mariæ in Coſmedin Presbyteri Cardinalis de Sabellis nuncupati ſucceſſerit aſſenſus alias ipſius Eccleſiæ Eugubinen. vacatione pro tempore occurrente, perpetuo concedimus, & aſſignamus. Nec non menſæ Epiſcopali Eccleſiæ Urbinaten. hujuſmodi quigenta, & Archipresbyteratui centum, C ac decanatui præfatis alia centum ſcuta per dictum Julium Cardinalem, ut præfertur, donata, & aſſignata etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, nec non eoſdem Præſules, clerum, & populum quoad omnia metropolitan. Archiepiſcopalem ſuperioritatem, juriſdictionem, ac jura pro tempore exiſtentia Archiepiſcopo Urbinatenſi ſubjectos eſſe, & tamquam membra capiti obſequentes, ac de Archiepiſcopalibus juribus reſpondere debere volumus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum erectionis, inſtitutionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejuſ ſe noverit incurſurum.

D *Datum Romæ apud S. Petrum an. Incar. Dom. 1563. pridie Non. Junii Pontif. noſtri an. 4.*

Conſenſere Apoſtolicæ deliberationi ſuffraganei omnes in diplomate deſignati Epiſcopi, præterquam Eugubinæ Eccleſiæ Epiſcopus, qui priſcam Eccleſiæ ſuæ libertatem, ſalva ſedis Apoſtolicæ reverentia, ſtuduit mordicus ſuſtinere (1), hactenuſque conſervat ſub immediata Apoſtolicæ ſedis ſubjectione, & tanquam eligens Epiſcopus juxta ſacri concilii diſpoſitionem ad Provinciale concilium ab Archiepiſcopo Urbinatenſi celebratum habita ſolemni proteſtatione, per procuratorem acceſſit. Cæterum Epiſcopi, qui conſenſerunt, ſequenti notula recenſentur a tergo originalis bullæ erectionis, hiſce verbis exſcripta.

Anno a nativitate Domini 1563. diebus vero 4. & 12. Julii Reverendi Patres domini Urbanus Vigerius de Ruvere Senogallien. Julius Simonetta Piſauren. nec non Illuſt. & Reverendiſſ. D. Ludovicus Card. Simonetta nuncupatus, unus ex ſacri concilii Tridentini Apoſtolici de latere legatus, cui medietas fructuum ac collectio, & proviſio omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum, & regreſſum ad Epiſcopatum Piſauren. Apoſtolica auctoritate reſervati exiſtunt pro omni ſuo jure & intereſſe. Ac Ennius Maſſarius Feretranen. & Aloyſius Ardinghellus Foroſempronien. Eccleſiarum reſpective Epiſcopi, per D. Lucam Antonium Fabrium clericum Urbinaten. & Reverendiſſimus Pater D. Chriſtophorus de Monte Presb. Card. perpetuus adminiſtrator Eccleſiæ, & Epiſcopatus Callien. per D. Nicolaum de comitibus Gengham eorum reſpective procuratores, retroſcriptis erectioni, & inſtitutioni, ac litterarum expeditioni reſpective conſenſerunt, &c. jurarunt, &c.

Felix ſuam exornavit Eccleſiam, organaque ad ſuaviorem Dei laudem eidem imponenda curavit, cumque Urbinatem Eccleſiam triginta omnino, & ſeptem annos adminiſtraſſet, e vivis decedens, optimi Paſtoris laudem promeruit, ſepultuſque eſt in metropolitana cum hoc epitaphio, quo filius defunctum parentem exornandum curavit.

Jeſu Chriſto Redemptori. Felici Tyranno Callien. Urbini Archiep. primo poſt operas Excellentiſs de Ruvere Principibus fideliſſime datas, Pauli Quarti, & Pii Quarti ſumm. Pontificum gratia florentiſſimo, quorum alteri in urbis Arce diligentiſſime cuſtodienda, alteri in univerſa domo, ac familia prudentiſs. gubernanda ſumma cum laude inſervivit. Vixit ann. LXIX. men. II. dies. xx. Obiit Urbini Kal. Feb. Anno D. LXXVIII. Petrus Tyrannus filius Patri optimo. & amantiſs. perpetuæ memoriæ monumentum P.

2 ANTONIUS Giannottus a Patavinus, Forolivienſis antea Epiſcopus, ſecundus Urbinatium Archiepiſcopus creatus eſt 1578. die 11. menſis Auguſti, cum VIII. Clemens clavum teneret. Avenioni Vicelegatione functus eſt. In quo munere omnis viſus eſt contendiſſe, ut Henricus IV. Romanæ Eccleſiæ rediret in gratiam. Inde ad Bononienſem Vicelegationem tranſivit, ubi ſumma cum laude cum inſudaret Eccleſiæ, poſtremam diem obivit 1597. ſepultuſque eſt apud S. Petronium.

XLVII.

a De eo ſort ineſius in hiſ. Patav. l. 9. c. 8. *Mandoſ.*



3. JOSEPHUS Ferrerius, Savonenſis, an. 1593. die 16 b. menſis Maji Archiepiſcopus Coloſſenſis dictus

XLVIII.

b 15. Martii, Ex Actis.

(1) Cauſa, cur Eugubini Epiſcopi Urbinatenſibus Archiepiſcopis ceu Metropolitis, eſto in Bulla Pii IV. expreſsè comprehenſi, ſubeſſe detrectant, eſt præcipuè, quia Civitatum Epiſcopi, quæ intra centeſimum ab Urbe lapidem ſitæ ſunt, ſecundum antiqua Eccleſiæ jura, nulli parere ſolent Metropolitæ, ſed Sanctæ ſedi immediatè ſubjiciuntur, & Eugubium, Eugubinorum ſententia, minus centum milliaribus diſtat ab Urbe. Sed cum hoc negent Urbinates, lis pendet adhuc in S. Concilii Congregatione, excitata pluries, & pluries etiam intermiſſa. Interim tamen Archiepiſcopi Urbinatenſes, ne ſuis juribus ceſſiſſe videantur, quod ipſos attinet, Metropolitica omnia in Eugubinos exercent, quamvis hi parere recuſent, & in propoſitione Eccleſiæ Eugubinæ habita in Conſiſtorio die 11. Aprilis 1707. Summus etiam Pontifex eorumdem rationibus conſuluit per hæc eadem verba, cum declaratione in literis Apoſtolicis exprimenda, quod per hoc Sanctitas Sua non intendit juribus Eccleſiæ Metropolitanæ Urbinatenſi, circa prætenſum jus Metropoliticum quomodolibet competens, ſuper quo lis pendet indeciſa, in aliquo præjudicare. *Riviera.*

Digitized by Google

A ctus eſt,ac Giannotto coadjutor adſcitus cum ſpe futuræ ſucceſſionis, cui etiam defuncto in Urbinaten. ſedem revera ſucceſſit 1597. exceſſitque e vita, cum Avenioni Vicelegationis munere fungeretur anno 1610.die 16.m.Martii, ubi & ſepulchrum accepit.

XLIX 4. BENEDICTUS Ala, Cremonenſis, Romæ cum Gubernator eſſet, a Paulo V. Archiepiſcopus Urbinas adlectus eſt 1610. die 5.menſis Maji. Urbini deceſſit, ibidemque jacet ſepultus 1621.

L. 5. OCTAVIUS Accoramboniusa, Eugubinus, Civis Romanus, paulo ante Foro Sempronienſis Epiſcopus, a Gregorio XV. ad Archiepiſcopalem Urbini ſedem translatus eſt 1621. die 17. menſis Maji. Hanc ſedem ille ad duos annos adminiſtravit, eoque munere volens abivit. Deceſſitque Romæ, cum jam effœtæ ætatis virum 95. annus pulſaret, Epiſcoporum decanus, ac inſigne decore ſenectæ venerabilis, ſepultuſq; eſt apud S.Gregorium in ſepulchro, quod memor mortis ſibi jampridem, cum ſcilicet eſſet Foro Sempronienſis Epiſcopus, impenſius præparaverat, exornaveratque hujuſmodi epitaphio.

a De hac familia fuſe Armannus in Epiſtol. *Mandoſ.*

B

D. O. M.


Octavius Accorambonius Epiſcopus Foro Sempronienſis, ſibi, gentilibuſque ſuis vivens poſuit anno Jubilei M.DC. ætatis LXI.

LI. 6. PAULUS ÆMILIUS Sanctoriusb, Caſertenſis, nepos Julii Sanctorii Cardinalis S. Severinæ vulgo appellati, paulo ante Archiepiſcopus Coſentinus, ad Eccleſiam Urbinatem translatus eſt Urbano VIII. ſedente anno 1623. die 10c. menſis Novembris. Vir ſane non modo ſpectata eruditione, ſed etiam ob egregiam Romanæ Eccleſiæ navatam operam. Hic cum fratre Julio Antonio Archiepiſcopo Coſentino haud deſituræ patrui memoriæ, pulcherrimum cum ejuſdem ſtatua ſepulchrum erexit, appoſuitque honorificum epitaphium apud S.Joannem in Laterano in ſacello ab ipſo conſtructo. Cæterum Paulus Æmilius Urbini deceſſit anno 1635. die 4. menſis Auguſti, ſepultuſque eſt in Metropolitana cum hoc epitaphio.

b De eo Erythr. in Pinac. 3. mag. 18. & Toppius in Bibl. Neapol. p. 241. *Mandoſ.*
c Die 20. Novemb. ex Actis.

C

Paulo Æmilio Sanctorio Caſertano Utr. Sign. Refer. Pœnit. Datario, S. Offic. Conſultori, Coſentin. deinde Urbini Archiepiſc. integerrimo, Summis Pontificibus charo, Hiſtoriarum ſcriptori præclariſſimo, cujus ope Eccleſia illa multis reparata, Canonici novo ornatu decorati, Civitas puellarum Orphanarum hoſpitio, & proſtibularum pœnitentium aucta refugio, Hebræi plures converſi, Virgines Deo dicatæ, tam ingenuo, ut ejus linguam cordis echo dixiſſes, tam pio, ut Pellicani pietatem in pullos ſuos, ejus nobilis familiæ ſtemmata ipſe inpauperes, ac divinum cultum expreſſerit. Obiit anno Domini MDCXXXV. ætatis ſuæ LXXV.



LII. 7. ANTONIUS Cardinalis de Sancta Cruce Romanus, Archiepiſcopus Theatinus, ab Urbano VIII. translatus eſt ad Eccleſiam Urbinatem 1636. 22d. Maji, quo cum ſe contuliſſet, ſumma cum incorrupti animi laude Eccleſiam illam adminiſtravit, princeps purpuratus tum ſua pietate, tum ante puram pluribus prudentiſſime obitis legationibus longe clariſſimus. Novit Bononia, quam ille incorrupte rem illam rexerit, quæ abeuntem, Romamque revertentem publicis propemodum lachrymis proſecuta eſt, fatebaturque mœrore, a ſui legati complexu vix ſe poſſe divelli. Romæ omnium bonorum mœrore deceſſit anno 1642e. die 25. Novembris hora 13. ſepultus jacet in eccleſia S. Mariæ de Publicolis juriſpatronatus ſuæ familiæ, quam a fundamentis venuſtiſſime reſtituit Marcellus ejus nepos Vaticanæ baſilicæ Canonicus, ac utriuſq; Signaturæ Referendarius. Sepulchrum pro ſe, ſuiſque erexit, ubi inter cæteros clariſſimæ ſuæ familiæ heroes quieſcit Honuphrius Epiſcopus Tricaricenſis defunctus anno 1471. de quo in 7. noſtro tomo.

d Die 9. Junii ex Actis.
e 1641.

8. FRANCISCUS Vitelliusf, nobilis heros Typhernas, nobilior tamen virtute, & prudentia clarus, pluribus pro ſancta ſede functus muneribus, Urbinenſi Archiepiſcopatu donatus eſt ab Urbano VIII. per reſignationem Card. Sanctæ Crucis anno 1639. dum ad Rempublicam Venetam Apoſtolicus Nuncius eſſet. Urbis deinde Gubernator fuit, paucisque menſibus exactis Urbinum ſeceſſit, ubi cum laudatiſſime eam annis aliquot rexiſſet, extrema clauſit anno 1646. menſe Februario, ſepultus in Cathedrali. Præſul æterna memoria dignus. LIII.

f De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 112. laudaturque a Caſalio in Opere de Urbis, ac Rom. olim Imp. ſplendore p. 176. *Mandoſ.*



9. ASCANIUS Maphæus Romanus, nobili genere natus, patre Auguſtino, matre Eleonora Cavalcante Florentina, vir prudentiſſimus, & rerum uſu clariſſimus, eligitur in Archiepiſcopum Urbinatem ab Innocentio X. Pontifice Maximo anno 1646g. videturque hactenus meruiſſe, ut Magnus Deus in ſuæ Eccleſiæ commodum in plures, feliceſque annos illi vitam extendat. LIV.

g Die 25 Junii.

A D D I T I O.

(„ Qui cum Urbinatenſem Eccleſiam annis 13. magna prudentiæ, ac pietatis laude rexiſſet, habita „ Diœceſana Synodo anno 1649, quæ Urbini typis „ edita fuit, Palatio etiam, & Sacris Templis in„ ſtauratis, atque in ampliorem, vel elegantiorem „ formam redactis, e vita deceſſit magno omnium mœ„ rore anno 1659. menſe Octobri. De eo ſequentes in„ ſcriptiones Urbini leguntur; altera in Parochia S. „ Sergii, alia verò in interiori atrio Archiepiſcopa„ lis Palatii.

D

„ *Prima in ædibus S. Sergii ita ſe habet.*

D. O. M.

„ Aſcanio Maffejo Patritio Romano in
„ nobilibus Eccleſiaſticæ ditionis præfe-
„ cturis, in hocque paſtorali munere Præſu-
„ li vigilantiſſimo, cujus eximiam pieta-
„ tem præcipuè teſtantur Archiepiſcopa-
„ les ædes ampliatæ, Sacrarium, Bonaque
„ menſæ locupletata, Cultus S. Creſcenti-
„ no Patrono, aliiſque Divis auctus, Con-
„ gregatio Sacerdotum ſub invocatione Ss.
„ Apoſtolorum pauperum ægrotantium
„ ſubventioni inſtituta, qui dum ad majora

pro

Digitized by Google

properat, ad Cœlum rapitur ſui deſiderio relicto anno 1659. Eadem Congregatio Ss. Apoſtolorum Benefactori optimo grati animi monumentum ponere curavit.

Altera, quæ extat in interiori Atrio Archiepiſcopalis Palatii, eſt, ut ſequitur.

Aſcanio Maffejo Archiep. Urbini, qui Palatium Archiepiſcopale in multis auxit, reſtauravit in pluribus, in omnibus ornavit, Jacobus de Angelis in Archiepiſcopatu ſucceſſor benemerito Anteceſſori venerandam memoriam ſibi & ſucceſſoribus imitandum poſuit exemplum anno ſalutis MDCLII.



LV. „JACOBUM *de Angelis, nobilem Piſanum, utriuſque ſignaturæ Referendarium, multis functum in ditione Eccleſiaſtica præfecturis, & Romæ muneribus, Urbinatenſi Eccleſiæ poſt Maffejum præfecit Alexander VII. anno 1669. die 20. menſis Decembris, qua aliquot annis magno diſciplinæ Eccleſiaſticæ zelo adminiſtrata ſe abdicare coactus eſt, quod Urbini Cœlum præ nimia aeris ſubtilitate, valetudini, & præſertim oculis obnoxium experiretur, quod & in Conſiſtoriali Congregatione fuit ab eo probatum, antequam Archiepiſcopatu abiſſet. Poſt hæc fuit in Urbe Viceſgerens vigilantiſſimus, & deinde Cardinalis ſacra purpura decoratus ab Innocentio XI.*



LVI. „Fr. CALLISTUS *Pucinellus Ordinis Servorum B. M. Virginis Concionator, ac Theologus egregius, Theologiam non modo apud ſuos Florentiæ, ac Lucæ, ſed etiam in Piſana univerſitate, non ſine ingenii, ac eruditionis laude profeſſus eſt. Concionandi munus in præcipuis Italiæ Urbibus, Bononiæ in ædibus S. Petronii, Venetiis apud Moniales S. Laurentii, Taurini, & alibi, cum auditorum plauſu, ac fructu exercuit. Joannis Caroli Cardinalis de Medicis multos annos à ſanctioribus fuit Conſiliis. In ſuo Ordine nullus eſt honoris, vel regiminis gradus, quem non obtinuerit; Magiſter, Regens, in Romana Curia Procurator, tum demum totius Ordinis generalis Moderator, quibus omnibus in muneribus pru-*

A *denter, ac religioſè ſe geſſit. Romæ cum eſſet, ejus opera uſæ ſunt Sacra Rituum Indicis, atque S. Officii Congregationes, earum Conſultoribus, vel Qualificatoribus adſcriptus. Libris etiam editis, eoque præcipuè, quo Cardinalis Pallavicini Hiſtoriam de Tridentino Concilio compendio collegit, ſuum nomen poſteritati commendavit. Tot tantiſque meritis ornatum Pucinellum Urbinatenſi Eccleſiæ præfecit Alexander VII. anno 1667. die 16. Martii, quam cum octo circiter annis prudenter adminiſtraſſet, obiit Urbini anno 1675. menſe Aprile.*

„JOANNES *Baptiſta Candiottus, Nobilis S. Angeli in Vado, vir in negotiis agendis miræ dexteritatis, & prudentiæ, qui in Galliam olim ab Urbano VIII. miſſus, ibidem Nuncii Vices aliquandiu geſſerat, piæ memoriæ Gregorii Cardinalis Barbadici Vicarii munus exercuit, denique Archiepiſcopatu Urbinatenſi poſt Pucinellum functus eſt, eo a Clemente X. ob præclara ejus in Sedem Apoſtolicam merita* B *ornatus an. 1675. menſe Septembris, quem cum optimi ac vigilantis Paſtoris fama rexiſſet annos novem, ex hac vita migravit anno 1684.* LVII.



C


LVIII „ANTONIUS *Franciſcus Robertus Recinatenſis ex antiqua, & nobili familia e Galliis in Picenum ante nonnulla ſæcula traducta, Candiotto in Urbinatenſis Eccleſiæ regimine ſuffectus eſt ab Innocentio XI. anno 1685. die 10. Septembris. Ad id muneris autem antequam elevaretur, plures Eccleſias ut generalis Vicarius adminiſtraverat, videlicet Lauretanam ſub Cardinali Creſcentio, Viterbienſem ſub Cardinali Brancatio, & Abbatiam Nonantulæ ſub Cardinali Roſpiglioſo, quam deinde & nomine Sedis Apoſtolicæ aliquandiu rexit. Ad Urbini Archiepiſcopatum promotus, morum probitate, & prudentia enituit. A Joanne Franciſco Cardinali Albano, nunc Clementi XI. quem Deus diu Eccleſiæ ſuæ incolumem ſervet, tum ob egregias animi dotes, tum* D *quod Patria ſua eſſet Antiſtes, pluris eſt habitus, qui deinde inter Epiſcopos throno adſiſtentes, & domeſticos Præſules ſub ipſis ſui Pontificatus primordiis eum adlegit. At Robertus non ita multo poſt non ſine gregis mærore vita functus eſt anno 1701. menſe Januario. De eo in Cathedrali Eccleſia, ubi ſepultus eſt ad lævam Altaris S. Caroli, hæc legitur inſcriptio.*

D. O. M.

Antonio Franciſco Roberto Julii F. Alexandri nep. Patritio Recinatenſi, Urbinatium Archiepiſcopo, ob ſingularem fidem, Religionem, erga inopes beneficentiam omnium judicio probatiſſimo, qui à Clemente XI. ob eximiam in ſuam Patriam merita inter adſtantes Ss. Pontifici Epiſcopos vix dum cooptatus præclaro tanti muneris benè geſti teſtimonio vitam abſolvit. Obiit anno ſalutis MDCCI. VII. Kal. Februarii annos natus LXXII. menſes XII. dies VIII. Marchio Tullius, & Iſidorus Roberti

Digitized by Google

,, F.F.Patruo Amantiſſimo M.P.
,, *Poſt Roberti Archiepiſcopi obitum vacavit Urbi-*
,, *natenſis Eccleſia annos octo, & menſes quatuor. In-*
,, *terea tamen ne Paſtoris abſentia vitia irreperent,*
,, *vel Eccleſiaſtica diſciplina relaxaretur, S. D. N.*
,, *Clemens XI. ejus curam zelo, ac vigilantia Seba-*
,, *ſtiani Antonii Cardinalis Tanarij in Urbini Pro-*
,, *vincia à Latere legati demandavit. Quod an. 1703*
,, *die 19. menſis Maji factum eſt. Injunctum onus ſin-*
,, *gulari prudentia, pietatis, ac generoſi animi laude,*
,, *nullo ex cura paſtorali percepto emolumento obivit*
,, *Tanarius uſque ad Antonii Franciſci Sanvitalis in*
,, *Urbinatenſem Archiepiſcopum electionem. Ex red-*
,, *ditibus autem Archiepiſcopalis menſæ interim, ſe-*
,, *de vacante, collectis, auctis etiam nummis non*
,, *paucis, quos ejuſdem S.D.N. Clementis XI. muni-*
,, *ficentia, ac liberalitas ſuppeditarunt, ejus ipſius*
,, *juſſu, & auctoritate Archiepiſcopale Palatium, quod*
,, *ad lævam Metropolitanæ Eccleſiæ ſitum eſt, eique*
,, *adhæret, penè ex integro ædificatum eſt, & quidem*
,, *ampliori, ac concinniori forma, quam unquam*
,, *fuiſſet.*



LIX. ,,FRANCISCUS *Antonius Cardinalis Sanvi-*
,, *talis, Parmenſis ex clariſſima comitum Sanvita-*
,, *lium familia, cum à teneris annis Clericali militiæ*
,, *nomen dediſſet, & deinde in Prælatorum Claſſe A-*
,, *poſtolicæ ſedi ſe mancipaſſet, varia obivit munera,*
,, *eaque præclara, tanta morum gravitate, ac pru-*
,, *dentia, ut ſatis laudari non poſſit. Signaturæ Ju-*
,, *ſtitiæ votantis munere functus eſt, & Vaticanæ Ba-*
,, *ſilicæ fuit Canonicus. Prolegatus Avenionenſem re-*
,, *xit comitatum; tum Florentiæ Nuntium geſſit, dein-*
,, *de S. Officii Adſeſſoratum, poſtremo Pontificii cubi-*
,, *culi Præfecturam exercuit, qua cum fungeretur,*
,, *primum in Urbinatenſem Archiepiſcopum die 6.*
,, *Maji 1709. tum duobus menſibus poſt in S.R.E. Car-*
,, *dinalem, omnibus plaudentibus, eum cooptavit S.*
,, *D. N. Clemens XI. menſe Julio. Haud ita multo*
,, *poſt menſe videlicet Octobri, novus Purpuratus Ur-*
,, *binum ſe contulit, ſingulari omnium plauſu, atque*
,, *acclamatione exceptus. Nec ſanè gregis vota, expe-*
,, *ctationemque feſellit: tanta enim vitæ integritate,*
,, *zelo, Religione, ac prudentia ſe geſſit, ut vivus Pa-*
,, *ſtor vigilantiſſimus ore omnium celebraretur, mo-*
,, *riens autem magnum apud omnes ſui reliquerit deſi-*
,, *derium. Univerſam diœceſim ſemel inſpexit, Sy-*
,, *nodum etiam Diœceſanam coegit, cujus decreta ab*
,, *omnibus ſummè probata, typis mandata fuere. Obiit*
,, *ex apopleſia ingenti omnium mærore, ac luctu, die*
,, *17. Decembris anno 1714. jacet autem in Presbyte-*
,, *rio, hoc ejus ſepulchro inſcripto Epitaphio, quod*
,, *vivens ipſe mortis haud immemor adornaverat.*

D. O. M.

,, Hic oſſa arida Cardinalis Antonii Fran-
,, ciſci Sanvitalis Parmenſis Archiepiſco-
,, pi Urbini expectant audire verbum Dei.
,, Obiit die XVII. menſis Decembris anno
,, MDCCXIV.

LX. ,,THOMAS *Maria Marelli, nobilis Taurinen-*
,, *ſis, Romanæ primùm Congregationis Oratorii Sa-*
,, *cerdos, illius deinde, quæ eſt Urbini, Præpoſitus,*
,, *Sanvitali in Archiepiſcopatu Urbinatenſi à Cle-*
,, *mente XI. ſuffectus eſt anno 1716. die 7. Decembris,*
,, *quo nunc fungitur magna prudentiæ, ac pietatis lau-*
,, *de, tum creditæ ſibi Eccleſiæ ſpei, tum judicio ſa-*
,, *tisfaciens, & proculdubio magis atque magis ſatiſ-*
,, *facturus in dies Sanctiſſimi Pontificis, qui eum ſuæ*
,, *Patriæ Paſtorem conſtituit.* Riviera.)

CALLIENSES EPISCOPI.



CALLIUM civitas in planitie inter Cantianum, & Boatium fluvios ad radices montis Petroni in Senonica Umbria ſita eſt. Calle vicus ab Antonino, Callis autem a Procopio Græco ſcriptore vocata, legiturque in itinerariis ad Callem, nec de aliquo alio, quam de Callienſi oppido inſtitutus ibi ſermo videtur. Ejus meminerunt etiam Svetonius, Servius, Tacitus, & antiquæ inſcriptiones, inter quas nobilis illa, quæ Romæ in horto Veliorum in Baſi.

B. Scabio Callienſi
Avento Druſi Cæſar. &
alumno Leg. VII. decus
German. atque Aſiat. bello
Moral. Cor. Din. viro fortiſſ.
T. Vibius Oſcus
M. Pomponius Umber
D. D. D. B. M. P.

Aliæ frequentes in ejus agro reperiuntur inſcriptiones antiquitatem teſtantes. Qui Callii originem fictitii Conradi Æſini, Anniique fabulatoris teſtimonio, in Phœbejum Sabinorum Ducem poſt conditam urbem ann. 19. reiiciunt, vel in priſcos Aborigines, Romanoſque reſtauratores conantur adſtruere, cum ipſis plane vaticinantur. Haud tamen mihi dubium eſt perantiquam, imo vetuſtiſſimam illam fuiſſe, tametſi nulla alia de ipſa extet memoria, quam communi Italiæ fato a barbaris fuiſſe exciſam, deinde ex ſuis ipſius ruinis novam, ſed aliquantum minorem ſtetiſſe Urbem, quam deinceps poſt multa ſecula inſaniorum civium factionum ſemidirutam in campo S. Angeli non longe ab antiquo ſolo an. 1289. die 1. ineuntis Februarii translatam, vocatamque fuiſſe civitatem S. Angeli Papalem ſub Nicolao IV. Pontifice, ac ſub Joanne Columna Marchiæ rectore, referunt Blondus, Leander, cæterique recentiores ſcriptores; ſed plenius, & planius idem Pontifex maximus in ſuis diplomatibus, quæ hic ex Vaticano regeſto ad majorem, verioremque cognitionem translatæ civitatis libet apponere.

NICOLAUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto, nobilique viro Joanni Columnæ Marchiæ Anconitanæ Rectori, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Intellectus diligenter indagine facta nuper in civitate Callienſi ſuper mutatione, & translatione ipſius per venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Groſſetarū, pependimus evidenter, quod de communi Callienſium civium voluntate procedit, ut in planum S. Angeli, ſeu Mercatuli prædicta civitas transferatur, & cum Eccleſiis, ac perſonis poſſeſſiones, terras, vel vineas in loco prædicto habentes, plena de ipſis ſatisfactio impendatur. Nos igitur ad ſtatum bonum, proſperum, & tran-

quil-

quillum civitatis ejuſdem paternis ſtudiis intendentes, & ſperantes, quod ad id etiam ſua vota concurrant; volumus, & per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ſublata moræ diſpendio, te ad civitatem prædictam perſonaliter conferas, ad mutationem, ſeu tranſlationem ipſius laudabiliter, & propere auctore Domino faciendam ſtudeas diligenter, & proinde, una cum civibus intendere memoratis circa illud potiſſimum ſtudium efficax, operamque ſollicitam impenſurus, & ſuper caſalenorum partitione, ſeu diviſione, ac aſſignatione ipſorum nulla pravitas intercedat, ſed in ea, ſecundum Deum, & juſtitiam procedatur; ita, quod exinde nulli detur juſta materia conquerendi. Muri autem, ſeu mœnia, & domus civitatis ejuſdem funditus diruantur, eccleſiis, monaſteriis, & aliis piis locis inibi conſtitutis in ſuo ſtatu reſervatis ad præſens. Fortalitia vero, & loca omnia civitatis prædictæ, de quibus poſſet haberi ſuſpicio, ne per ea, vel occaſione ipſorum aliqua in civitate prædicta valeret ſuboriri turbatio, facias cum omni diligentia, & ſollicitudine cuſtodiri, recepturus noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine idoneam cautionem, ut Eccleſiis, & eccleſiaſticis, ſecularibuſque perſonis, quæ poſſeſſiones, terras, & vineas in loco noſcuntur obtinere prædicto, de ipſis plenarie ſatisfiat; ita quod in hac parte ſerventur indemnes. Si vero civitatis ejuſdem in aliquem, vel aliquos prudentes viros concordari voluerit, per quem, vel quos hujuſmodi poſſeſſiones, terræ, ac vineæ perſonarum videlicet tantummodo ſecularium æſtimentur, & juxta æſtimationem eorum perſonis ipſis ſatisfactio impendatur, permittas id eis cum ſimus inde contenti: ſuper ſatisfactione vero impendenda in hac parte Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis memoratis, intendimus aliquam fidelem, & providam deputaſſe, ut eis ſecundum proviſionem, & ordinationem ipſius plenarie ſatisfiat. Sic ſe itaque habens in præmiſſis, ſic cura executionem eorum juxta datam tibi a Domino gratiam prudenter, & ſolerter intendas, ut exinde tua diſcretionis [illegible] magnitudo refulgeat, præmium conſequaris a Domino, & præter laudis humanæ præconium, ſedis Apoſtolicæ gratiam uberius merearis, Nobis quod ſuper his fieri contigerit, plenius reſcripturus.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Kal. Decemb. Pont. noſtri anno 1.

Civibus autem tranſlatæ civitatis idem Pontifex has literas dedit, in quibus antiqua eorum vetuſtæ patriæ privilegia, & jura confirmavit, ſtatuitque, ut deinceps futuris temporibus novæ civitati novum nomen imponeretur S. Angeli Papalis, cum in campo prope Eccleſiam S. Ang. eam contigerit ædificari.

NICOLAUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Communitati civitatis S. Angeli Papalis dudum civitatis Callienſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Reducentes ad ſedulæ recordationis examen, quod propter loci diſpoſitionem difficilis, nativo vallati munimine, in quo Callienſis civitas hactenus conſiſtebat, diſcrimina, turbationes, & ſcandala gravia pertuliſtis, & cupientes, ut vos per noſtræ proviſionis remedium opportunum, noſtræque ſollicitudinis ſtudium ab hujuſmodi periculis liberati, ſtatu favente Domino lætamini proſpero, & tranquillo, paterna ducti pietate volumus, ut prædicta civitas de loco præfato in planum ſancti Angeli transferatur. Dignum igitur, & congruũ arbitrantes, ut civitas eadem a tanti, & tam glorioſi vocabulo Principis, in cujus loco jam fundata dignoſcitur, nominetur. Volumus, decernimus, ſtatuimus, & ordinamus, ut dicta civitas ſic tranſlata, ex nunc ſanctus Angelus Papalis vulgariter nuncupetur. Quodque ipſa omnibus privilegiis, honoribus, juriſdictionibus, libertatibus, conſuetudinibus, quæ ante hujuſmodi tranſlationem habebat, plane, & libere gaudeat, eaque habeat ſicut prius. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

A *Datum Romæ 6. Idus Martii, Pontif. noſtri an. II.*

Hoc ipſum novum inditum nomen deinde conſenuit, atque a priſca illa ſemper Callium vocata eſt, etiam ante quam Epiſcopali dignitate nobilitaretur: Hinc Bartolus lege ejus, qui §. celſus num. 4. ff. ad municipales, & de incolis, de ejus deſtructione ruinaque ædificatione loquens, Callium vocat, S. Angeli ſtatim obſoleſcente nomine. *Civitas*, inquit, *Callii eſt in Marchia, quæ fuit deſtructa in uno loco, & reædificata in alio ejuſdem territorii, & propterea dicitur eadem civitas cum ea, quæ fuit deſtructa. Secus fuiſſet de civilitate, & civitate, ſi fuiſſet repoſita in alio territorio.* Hujus civitatis tranſlationis meminerunt fere omnes recentiores ſcriptores Sigonius, Leander Albertus, Hieronymus Ruſcellus, Dominicus Marius, Blondus, qui novam putant eſſe civitatem, ſed vetuſtum nomen haud retinuiſſe fatetur Philippus Ferrarius, Vincentius Maria Cimarellus, cujus, qui majorem deſiderat cognitionem, legat Franciſcum Bricchium eruditum Canonicum, ac Theo-
B logum Cathedralis Eccleſiæ in annalibus Callianis nuper ad patriæ ſuæ decus in lucem emiſſis. Illuſtrarunt plurimum nomen hujus urbis in primis Marcus Vinicius vir conſularis, ut Tacitus narrat, Scabius Druſi Cæſaris alumnus, cujus ſupra meminimus, Berardus de Berardis Epiſcopus Card. Præneſtinus, Bartholomæus Pelignotus J.C. clariſſimus, Sanſon Martinus, & noſtro ſeculo Felix Tyrannus primus Urbinas Archiepiſcopus. Hodie hæc civitas admodum anguſta eſt, cum ad quatuor tantum millia mortalium alere dicatur, nobilis tamen, & priſcam retinens dignitatem. Poſt Urbinatem Principatum ad Eccleſiam devolutum Romano Pontifici paret, cujus Epiſcopus per plura ſecula Romanum Pontif. immediate agnovit, donec Urbinatenſi in Metropolitanam erectæ, tanquam ſuffraganea ſubſervire, parereque juſſa eſt 1563. Ex antiquitate Callienſis Eccleſiæ haud inſulſa mihi conjectura eſt, ab exordiis vagientis Chriſtianæ fidei ſpectatæ nobilitatis, atque frequentiæ civitatem fuiſſe, alioquin haud di-
C gna fuiſſet habita, ex Pontificum decretis, conciliorumque ſanctionibus, quæ Epiſcopali dignitate inſigniretur; indeque haud cunctanter deduco, ſub Feliciano Senonicæ Umbriæ ſanctiſſimo Apoſtolo Chriſtiana ſacra ſuſcipere potuiſſe, atque uſque ad Conſtantini Magni felicia tempora, ob tyrannorum ſævitiam, ex Chriſtianorum more, rebuſque clanculum operaſſe divinis, poſtea ad Eccleſiæ redditam pacem cum cæteris Umbriæ civitatibus vexillum fidei in lucem mortalium erexiſſe. Siquidem non multis poſt annis reperitur Gratianus Callienſibus jus divinum dixiſſe, nec tamen conſtat, ejus civitatis primum Præſulem fuiſſe. Arbitrantur enim cordati plures anteceſſores extitiſſe, quorum memoria ex injurioſa vetuſtate perierit. Callienſis Cathedralis ſatis ampla, pulchraque divæ Mariæ Virgini in cœlum Aſſumptæ dedicata eſt. Gemina dignitate refulget, Præpoſitura ſcilicet, atque Archidiaconatu. Undecim ibi verſantur Canonici, quorum uni Theologalis præbenda attributa eſt, qui-
D bus duodecim Capellani, ditati non temnendis beneficiis, adjunguntur. Plurium Sanctorum reliquiæ illuſtrant, quarum S. Blaſii habentur inſigniores. Cæterum Callii nulla alia parochialis Eccleſia, aut collegiata habetur, curamque animarum, ac fontem baptiſmalem ad ipſam Cathedralem pertinere voluerunt. Sex ibi religioſorum monaſteria ſunt, ac tria monialium, viginti duo laicorum confraternitates, quarum pleræque vagos peregrinoſque hoſpitio excipiunt, denique ad ſublevandam pauperum inopiam, mons ibidem pietatis proſtat erectus. Satis ampla diœceſi gaudet, utpote quæ viginti haud temnendis locis contineatur, & Eccleſiæ rurales ſex & nonaginta recenſentur. Ejus Eccleſiæ cenſus in Cameræ libris taxatur 204. florenorum, tametſi revera mille tantum ſcutatorum Romanæ monetæ cenſeatur. Catalogus Callienſium Præſulum ſequens eſt, quorum nomina invidente antiquitate, non ſine labore expiſcati ſumus.

I. 1. GRATIANUS primus, cujus memoria extat, Callienſis Epiſcopus floruit anno Domini 359. Ariminenſi concilio interfuit, aſſiſtentibuſque quatuor centum Patribus, contra Arrianorum peſtilentiſſimam luem vehementiſſime peroravit, ut memorat Hilarius, haberurque in actibus Ariminenſis, ac Sardicenſis concilii.

II. 2. VITICANUS ſub Symmacho Papa concilio Romano quarto interfuit, ab eodem Pontifice celebrato an. 500. cujus decreta ſubſcripſit. Tametſi autem in quibuſdam exemplaribus reperiatur ſubſcriptus: *Viticanus Epiſcopus Colinenſis*, ac in aliis, *Celinenſis*: Cave lector: mendum enim eſt ex ſcriptorum incurla; caſtigatiores enim habent Callienſis, inque antiquiſſimo, atque emendatiſſimo membraneo exemplari Nonantulano legitur Callienſis, itaut de ea re nullum dubium videatur relinqui. Eidem concilio Giruntlus Ficodenſis Epiſcopus, hodie Cervienſis, Viticani amicus interſuit, quem non multo poſt tyrannorum reliquiæ perſequentes in Callienſi territorio miſere interemerunt, palmamque martyrii aſſecutus, a Callienſibus pro tutelari divo habitus eſt. Hujus martyrologium Romanum meminit ad diem 9. menſis Maji, Ravennas hiſtoria, Callianique annales, cujus vitam vulgari ſermone ſcripſit, ediditque amicus noſter Franciſcus Bricchius de antiquitate, deque Callienſi Eccleſia benemeritus.

III. 3 DONATUS ejuſdem Eccleſiæ Præſul floruit temporibus Gregorii II. Pontificis, interſuitq; Romano concilio anno 721. ubi Leo III. Imperator, Anaſtaſiuſque Patriarcha exauthorati ſunt. Quoniam vero eidem ſubſcriptus concilio reperitur quidam Podius Callienſis Epiſcopus, aſſerere oportebit, antequam Romanum abſolveretur concilium, deceſſiſſe Donatum, eidemque Podium ſucceſſiſſe.

IV. 4 PODIUS; ſive Paſſinus eidem concilio interfuit anno 721.

V. 5 ANASTASIUS Romano concilio interfuit ſub Gregorio III. anno 730.

VI. 6 RODULPHUS Romano concilio ſub Paulo I. Pontifice 761. apud Baronium.

VII. 7. ALDEFREDUS floruit anno 776. fuitque ille, qui Carolum Magnum revertentem a cæde Longobardorum, Romamque proficiſcentem comitatus eſt. Narrat Rubeus in Ravennate hiſtoria, hujus Epiſcopi temporibus Callienſem Eccleſiam a Carolo Magno, tanquam ſuffraganeam fuiſſe ſubjectam, ejuſdemque Imperatoris adſert gratio ſum diploma, quod bene penſatis omnibus, arbitror impoſturam, remque fictitiam. Etenim quis unquam ſomniavit, Imperatorum aliquando munus fuiſſe, dividere, partirique diœceſes Eccleſiaſticas, eiſdemque ſuffraganeos aſſignare, cum id tantum ex munere ſibi debito ad unos Romanos Pontifices videatur ſpectare? Cui noſtræ ratiocinationi etiam robur accedit ex ſuperbia Ravennatum Archiepiſcoporum, qui per id tempus de potentia, dignitateque cum Romano Pontifice ambitioſſime decertabant; nec credibile ſane eſt Carolum Magnum contra Romanum Pontificem, quem præcipue venerabatur, in meſſem alienam falcem miſiſſe. Huc accedit in nullo conciliorum hactenus reperiri Callienſem Epiſcopum Ravennatis ſuffraganeum fuiſſe, bene tamen inter Romanæ provinciæ Præſules numeratum, qui immediate ſuberant Romano Pontifici. Itaque hujus ſuſpecti privilegii apud eundem Rubeum fides eſto, certe apud cordatos, peritoſque antiquitatis, nunquam vim ſuam poterit retinere. E vivis exceſſit Aldefredus poſt annum 814.

VIII. 8. PASSINUS a, hujus nominis II. cujus memoria extat ann. 815. Hic in Romano concilio ſub Eugenio II. graviſſime ſententiam dixit anno 826.

a Al. Paſcus.

IX. 9. ANDREAS Paſſino ſucceſſit anno 848. Romano concilio interfuit, quod Leo IV. Romæ coegit 853. ſedit uſque ad ann. 870.

X. 10. JOANNES floruit anno 870. Hic nomine VIII. Pontificis ſcriptis literis ad concilium provocavit Archiepiſcopum Ravennatem, ut videre eſt in epiſtola decretal. tom. 3.

11. ADOLARDUS Theodoſii Epiſcopi Firmani donationem in favorem monaſt. S. Crucis ſua ſubſcriptione firmavit an. 887. ut ſupra retulimus. XI.

12. MARTINUS Ravennati concilio interſuit ſub Joanne Papa IX. coacto anno 898. XII.

13. JOANNES concilio interfuit, a Joan. XIII. congregato, erectionemque Metropolis Magdeburgenſis ſubſcripſit anno 968 b. Indictione XII. imperante Othone VII. ejuſdemque regni 34. ex chronic. Magdeb. Quo Præſule S. Romualdus Camaldulenſium pater ad montem Callienſem, & Petranum in utroque cellas exſtruxit, quarum pene diruta veſtigia adhuc viſuntur. XIII.

b vel potius 969.

14. LIUTULPHUS, cum aliquandiu ſibi creditam rexiſſet Eccleſiam, ſolitariæ, ac purioris vitæ tactus amore, eo munere volens, libenſque abivit an. 1045. ſtuduitque deinde impenſius pœnitentiæ operibus, ut refert Petrus Damianus Cardinal. in epiſtola 9. ad Nicolaum II. Liutulphi enim Callienſis exemplo, apud eundem Pontificem factum ſuum excuſat, quod Epiſcopale culmen cum monaſtica moderatione, demiſſioneque commutaſſet. XIV.

Noſtra, inquit, *ætate Liutulphus Callienſis Epiſcopus Epiſcopali ſe dignitate dejecit, ſucceſſori, qui nunc ſuperest, Eccleſiam tradidit, ſicque ſibi (ſi tamen non defuit animus) liberam facultatem ad agendam pœnitentiam provocavit. Felix ſcilicet ille, qui ſic conditionem vitæ ſuæ in hac mortalitate diſpoſuit, ut ei liceat pœnitendo plaudere, quod deliquit. Felix inquam, qui procul à ſe providus abiicit, quidquid illud eſt, quod in via ſibi veritatis obſiſtit. Quidquid enim in hac vita commiſimus, aut hic juxta peccati menſuram per flagella corrigitur, aut futuris procul dubio ſuppliciis reſervatur.*

15. MARCUS, quem alii Actium vocant, Liutulpho ſucceſſit, cum monachus eſſet, & Abbas S. Petri de Eugubio Benedictinæ temperationis circa ann. 1050. ſibique creditam Eccleſiam prudentiſſime gubernavit an decem. Interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Petri olim ſibi creditæ Abbatiæ cum aliquot Epiſcopis an. 1058. pauloque poſt ajunt è vivis exceſſiſſe. XV.

16. HUGO comes Fulconis Comitis filius nobili gente Sicarda, cum eſſet Monachus, & Abbas S. Geruntii Ord. S. Benedicti, ſubiectus fuit Callienſis Epiſcopus circa ann. 1060 pauloque poſt, hoc eſt an. 1062. memoratur in bulla Alexandri II. Eccleſiæ Foroſempronienſi conceſſa. Hujus etiam donationis extat memoria erga Eremum S. Nicolai ann. 1093. quem ad annum uſque 1128. ætatem extendiſſe refert m. ſ. catalogus Callienſium Præſulum, idque etiam narrat Bricchius in annalibus Callienſibus. Oportet igitur aſſerere Hugonem ſexaginta annos hanc tenuiſſe Eccleſiam, niſi duos fuiſſe Hugones hujus Eccleſiæ Epiſcopos hoc annorum ſpatio aſſerere velimus. XVI.

17. QUIRICUS civis, & Canonicus Callienſis, ſuæ patriæ adlectus eſt Epiſcopus an. 1128. de quo nil aliud invenitur, habeturque illum obiiſſe 1154. XVII.

18. RAYNERIUS Callienſibus divinum jus dixit ann. 1154. junctuſque amicitia fuit S. Ubaldo Epiſcopo Eugubino, cui poſt mortem apparuit, illumque rogavit, ut ſupremo funeri ſuo haud dedignaretur adeſſe. * Hic Raynerius anno 1175. ab Alexandro III. Papa Spalatenſis Archiepiſcopus renunciatus eſt, in eaque Eccleſia annis quinque laudabiliter ſe geſſit, & pro immunitate eccleſiaſtica occubuit 2. Nonas Auguſti anno 1180. de quo hæc habet Anonymus in hiſt. M. S. Spalatenſium Præſulum bibliothecæ Barberinæ. *Mortuo tandem Giraldo Archiepiſcopo in hac totius eccleſiæ Spalatinæ reſedit conſilium, ut neminem elegerint, ſed à ſede Apoſtolica Paſtorem idoneum poſtularent. Tunc miſerunt legatos ſuos ad curiam ſacerdotem quendam Jovinum ſacriſtam, & quendam alium, qui accedentes ad pedem D. Alexandri Papæ petitionem Spalatenſis Eccleſiæ porrexerunt. Erat autem tunc temporis magna controverſia inter clericos Callienſis Tuſciæ civitatis ex una parte, & Raynerium eorum Epiſcopum ex parte altera ſuper juribus Eccleſiæ ipſorum, ſteteruntque ambæ partes diu in* XVIII.

* Ex App. tom 3.

curia

curia implacabiliter litigantes; cumque non poſſet inter ſe eos tumultus diſcordia hujus mitigari, dominus Papa hanc viam invenire voluit formiter tanti rancoris utiliter extinguendi. Itaque abſolvit Raynerium ab adminiſtrationis vinculo, quo Callien. Eccleſiæ fuerat alligatus, & quia ſciebat eum virum valde habilem regimini paſtorali; vocatis Nunciis eccleſiæ Spalatinæ dedit ipſum illis in Paſtorem ſuæ Eccleſiæ deducendum. Tunc clerici Callien. licet ipſum odiis, & perſecutionibus perſecuti fuiſſent, multum tamen triſtes de amiſſo Paſtore affecti ad propria ſunt reverſi. Hactenus ille de translatione Raynerii. Pergit deinde acta ejuſdem in eccleſia Spalatenſi ad mortem uſque enarrare. Fuit translatus Raynerius à Callienſi Eccleſia ad Spalatenſem anno 1175. ſucceſſitque Gerardo Veronenſi olim ex capellano Apoſtolico ad hanc dignitatem evocato ab Alexandro, de quo redibit ſermo in noſtra Spalatenſium Archiepiſcoporum ſerie. Cæterum Raynerio in Callienſi Eccleſia ſedente, nobile cœnobium S. Geruntii in mœnibus Callienſibus ante annum 700. noſtræ ſalutis a Callienſium pietate divo tutelari ſuo exædificatum, opibuſque auctum pro Benedictinis monachis, Alexander III. anno 1170. ſuorum anteceſſorum exemplo ſub Apoſtolica protectione immediate ſuſcepit, cujus rei cauſa ſequens diploma ſcripſit, quod extat in archivio cathedralis Eccleſiæ. Cum vero deinceps nobile cœnobium a Duce Friderico Feltreſchio in totum dirutum in munitiſſimam arcem ſit converſum, ejuſque bona jubente Nicolao V. Pontifice Epiſcopali canonicorumque menſæ perpetuo fuerunt unita, de qua re hæc monumentis Epiſcopalibus ſcripta leguntur: *Eſt etiam unitum menſæ Epiſcopali Callienſi monaſterium S. Geruntii diœceſis Callienſis per dominum Nicolaum Papam Quintum, ejuſque bona communi ſorte applicata ſunt ipſi Epiſcopatui, & canonicæ Callienſi: & poſt modum per præfatum D. PP. inter Epiſcopatum, & canonicam ſingulariter diſtributa, ut patet per litteras, & bullas plumbatas ejuſdem D. PP. ſuper his omnibus confectas Erat autem præfatum monaſterium, ubi poſt, ſatis malo, conſilio Dux olim Federicus arcem civitati Callii imminentem ædificari juſſit, monaſterium prius deſtruens.* Sic patrum noſtrorum temporibus arce a fundamentis deſtructa eodem in loco cœnobium excitatum eſt, in quo hodie fratres Capuccini divinum cultum perurgent, quod olim ab Ordinarii juriſdictione ſegregatum Alexander III. Apoſtolicæ ſedi immediate ſubmiſerat. En diploma.

A L E X A N D E R E P I S C O P U S

Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Allodeno Abbati monaſterii S. Geruntii in comitatu Callii inter duo flumina Boatium, & Baranum ejuſque fratribus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Juſtis Religioſorum deſideriis dignum eſt nos facile præbere conſenſum, ut fidelis devotio celebrem ſortiatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus; & præfatum monaſterium, quod ſpecialiter ad jus, & proprietatem beati Petri ſpectare dignoſcitur, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Nicolai, & Alexandri Romanorum Pontificum ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant: adhæc adjicientes ſtatuimus, & auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut non liceat Callienſi Epiſcopo monaſterium veſtrum gravaminibus, vel aliquibus moleſtiis fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, &c. ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen. Amen.

Ego Alexander catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Bernardus Portuen. & s. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Tubaldus presb. Card. tit. s. Crucis in Hier.
Ego Albertus presb. card. tit. s. Laur. in Lucina.
Ego Robertus presb. card. tit. s. Pudentianæ tit. Paſtoris.
Ego Petrus presb. card. tit. s. Laurentii in Damaſo.
Ego Joannes presb. card. tit. s. Marci.
Ego Theodinus presb. card. tit. s. Vitalis tit. Veſtinæ.
Ego Hyacinthus diac. card. s. Mariæ in Coſmedin.
Ego Manfredus diac. card. s. Euſtachii jux. Templum Agrippæ.
Ego Vitellius diac. card. Ss. Sergii, & Bacchi.

Datum Veruli per manum Gratiani S. R. E. ſubdiaconi, & Notarii 4. Nonas Aprilis Ind. 3. Incarn. Dom. an. 1170. Pontif. vero Alexandri Papæ III. anno XI.

19. ALLODERICUS, quem Allodericum vocat Alexander III. in allato diplomate, civis Callienſis, monachus, & Abbas S. Geruntii Raynerio* ad Spalatenſem ſedem translato ſubrogatur anno 1175. XIX. Reperitur ſubſcriptus in actis concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. celebrati. Anno 1211. conſecrationem S. Crucis fontis Avellanæ ſua præſentia condecoravit, quo ipſo anno Corcelarem, montemque Epiſcopi ſuæ ditionis oppida publicæ Callienſi rei in feudum attribuit, nec multo poſt ſuperſtes fuit, cum nulla alia de eo mentio reperiatur. Quo etiam ſedente Clemens III. anno 1188. monaſterium S. Petri de Maſſa montis Neronis Ord. S. Benedicti hujus diœceſis ante annum 830. fundatum ſub ſua ſanctæque ſedis tuitione recepit, quemadmodum olim Joannes Papa hujus nominis XX. anno 965. Benedictus IX. & X. libenter fecerant. Clementis vero diploma eſt hujus tenoris ab originali, quod in archivio cathedralis aſſervatur.

* Ex App. tom. 3.

C L E M E N S E P I S C O P U S

Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Miloni Abbati S. Petri Maſſæ montis Neronis, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis, &c. Præfatum monaſterium in veſtro territorio conſtitutum & in Allodio beati Petri conſtructum, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuimus, ut ordo Monaſticus, qui ibi ſecundum Deum, & beati Benedicti Regulam inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, &c. uſque exprimenda vocabulis. *In comitatu Corcellano, Eccleſiam S. Mariæ in Sorripule. Eccleſiam s. Andreæ in Petroniano. Eccleſiam s. Chriſtophori in Barbiano. In comitatu Senogallienſi Eccleſiam s. Bartholomæi, cum pertinentiis ſuis. In comitatu Eugubino Eccleſiam s. Agathæ in Capite. Eccleſiam s. Mariæ in Villano. Eccleſiam s. Mariæ in Belforte. Eccleſiam s. Sylveſtri in Teſto, cum pertinentiis earum. Ad inſtar etiam prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Benedicti, & Benedicti, atque Joannis Romanorum Pontificum confirmamus vobis quicquid infra præſcriptos fines in præſenti indictione ſeptima poſſidere videmini, & infra hos fines. A primo latere terra Callienſis, a ſecundo aqua Glaciata, a tertio vallis Major; a quarto Aqua, quæ vocatur Partita. A quinto terra Major. A ſexto terra Lucelana. Necnon concedimus vobis, & confirmamus terram, quæ veſtro monaſterio in Maſſa montis Neronis pertinere videtur, ſalvo nimirum jure, atq; dominio ſanctæ R. E. cui Deo auctore deſervivimus, cujus juris ſuprad. omnia exiſtunt, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, a quocumque malueritis Epiſcopo recipietis (ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & id vobis abſque pravitate impendere voluerit) alioquin quemcumque malueritis Antiſtitem, qui noſtra functus auctoritate, quod poſtulatur, impendat. Sepulturam quoque loci ipſius liberam eſſe ſancimus, ut eorum donationi, & extremæ voluntati, qui illic ſepeliri deliberaverint (ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora efferuntur) Decernimus ergo, ut nulli omnino, &c. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen. Amen.*

Digitized by Google

Ego Clemens catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Joannes tituli s. Bacchi presbyter card.
Ego Laborans tit. s. Mariæ Tranſtiberim.
Ego Pandulphus presb. card. Baſil. XII. Apoſt.
Ego Albinus tit. s. Crucis in Hieruſ. presb. card.
Ego Bobo tituli s. Anaſtaſiæ presb. card.
Ego Alexander tituli s. Sylveſtri presb. card.
Ego Jacobus diac. card. s. Mariæ in Coſmedin.
Ego Gratianus Ss. Coſmæ, & Damiani diac. card.
Ego Gregorius s. Mariæ in Porticu diac. card.
Ego Bernardus s. Mariæ Novæ diac. card.
Datum Laterani per manum Moyſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi Vicem gerentis Cancellarii 18 Kal. Januarii ind. 7. anno Incarnationis Dominicæ 1188 Pontif. vero D. Clementis Papæ III. anno I.

XX. 20. ANSELMUS electus, & conſecratus eſt Epiſcopus Callienſis ab Honorio III. an. 1217. ut habetur in Regeſt Vatic. ad calcem anni ſecundi. Ipſo anno ab eodem Honorio Pontifice decimam oblationum ſui Epiſcopatus obtinuit, ut ſuppetias ferret iis, qui ad ſacrum bellum proficiſci volebant, idque his litteris certior factus eſt.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Anſelmo Epiſcopo Callienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Per tuas litteras ſignificaſti, ut cum inter Cruceſignatos, tam civitatis, quam diœceſis tuæ Callienſis, nonnulli ſint milites bellicoſi, & in armis ſtrenui, quibus ad exequendum votum ſuum propriæ non ſuppetunt facultates, eis in vigeſima oblationibus, & collectis civitatis, & diœceſis prædictæ, pro ſubſidio Terræ providere dignaremur. Nos igitur tuis precibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædicta duobus, vel tribus nobilibus Crucesignatis, Deum timentibus de dicta civitate, & diœceſi, quos prudentia tua adhoc duxerit eligendos, facias aſſignare, qui ea in ultra marinas partes deferant, in prædictorum, & aliorum pauperum Crucesignatorum civitatis, & diœceſis præmiſſorum ſubſidium fideliter convertantur.

Datum Romæ apud Lateranum. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Sedit Anſelmus* aliquot annos, & ſub Honorio functus eſt.

* Ex App. tom. 9.

XXI. 21.* ALBERTUS Callienſis erat Epiſcopus an. 1229. quocirca ipſo & Abbate S. Laurentii Bucaferrus tunc Callii Poteſtas, famulique ejus jurarunt obedire Eccleſiæ præceptis, & ab excommunicatione ac interdicto ab eodem Alberto Epiſcopo, & Abbate S. Laurentii abſolutionem accepere, ut in publico documento legitur, quod extat in tabulario Callienſis civitatis apud ſacrarium Eccleſiæ S. Franciſci cap. ſignat. F. ita me nuper monuit J. U. D. & venerandæ antiquitatis eximiè cultus Antonius Guccius Callienſis, qui patriæ hiſtoriam aggreſſus eſt conſcribere.

* Ex App. tom. 9.

XXII. 22. ÆGIDIUS Monachus Ord. S. Benedicti in locum Alberti defuncti ſubrogatur anno 1233. Vir religioſus, prudentia, auctoritate apud nos clariſſimus. Hic inſecuto anno a ſua electione S. Franciſci alumnos excepit, eiſdemque hortum, vineam, locumque attribuit, ut ibi monaſterium poſſent conſtruere. Implicitas, pluresque lites compoſuit, præcipue autem inter homines caſtri montis Epiſcopalis, atque Eugubinos, qui ejuſdem Corcelli oppidanos conabantur transferre ad oppidum Collis della Pergola, ut vocant; in cujus favorem has dedit litteras Gregorius IX. Conſiliariis, & Poteſtati Eugubinæ civitatis, quas legimus in Vaticano Regeſto hujus tenoris.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Poteſtati, Conſiliariis, Communi Eugubinenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Gravem venerabilis fratris noſtri Callienſis Epiſcopi recepimus queſtionem, quod vos homines caſtri montis Epiſcopalis ſibi & eccleſiæ ſuæ ſpirituali, & temporali juriſdictioni ſubjectos ad quoddam caſtrum veſtrum, videlicet Collem de Pergula, quod noviter extra ſuam A *diœceſim conſtruere incœpiſtis, conamini propria temeritate transferre in enormem ipſius Eccleſiæ læſionem, alias graves exiſtentes, ei plurimum, & moleſti. Quocirca univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ab hujuſmodi penitus abſtineatis: alioquin dilecto filio, & ſubdiacono, & capellano noſtro Ducatus Spoletani Rectori, per litteras noſtras injungimus, ut ceſſare vos ab his ſpirituali, & temporali diſtrictione, appellatione remota compellat.*

Dat. Interamnæ Kal. Novemb. Pontificatus noſtri anno nono.

Poſt paucos dies inſtante Ægidio idem Gregorius Spoletani Ducatus Rectori ita ſcripſit in favorem ejuſdem.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Gravem venerabilis Ægidii fratris noſtri Callienſis Epiſcopi recepimus queſtionem, quod poteſtas, con- B *ſiliarii, & commune Eugubii, homines caſtri montis Epiſcopalis ſibi, & eccleſiæ ſuæ ſpirituali, & temporali iuriſdictioni ſubjectos ad quoddam eorum caſtrum, videlicet Collem de Pergula, quod noviter extra ſuam diœceſim conſtruere incœperunt, conantur propria temeritate transferre, & in enormem ipſius Eccleſiæ læſionem, & alias graves exiſtentes ei plurimum, & moleſti. Ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictos poteſtatem, conſiliarios, & commune, ac homines Collis de Pergula, ne homines dicti caſtri montis Epiſcopalis recipiant, eoſque ne ad alium locum ſe transferre præſumant, moneas efficaciter, & inducas, & ſi neceſſe fuerit, ſpirituali, & temporali diſtrictione, appellatione remota, compellas proviſionem in univerſitatem Eugubinam excommunicationis, & interdicti ſententiam proferas, niſi ſuper hoc a nobis mandatum reciperes ſpeciale.*

Dat. Interamnæ 11. Kalen. Novemb. Pontiſ. noſtri anno nono.

C Exceſſit Ægidius bonus Epiſcopus an. 1259. cum laudabiliter annos 26. hanc rexiſſet Eccleſiam, laudatus in veterum monumentis, & pietate, & prudentia commendatus, cujus meritis Callium non mediocria expertum eſt beneficia, & cineres ſervat in cathedrali.

23. Fr. MORANDUS a Florentinus ex Ord. Prædicatorum eruditione, doctrinaque præclarus, celebriſque concionator S. Mariæ Novellæ ſui ordinis Florentiæ monaſterii inter primos alumnos, Ildebrandini Cavalcantis Urbevetani Epiſcopi in converſione ſocius, Aegidio monacho religioſus S. Dominici non minori bonitate ſucceſſit anno 1259. XXIII

a Fontan. de Rom. Prov. p. 11. & in Theatro Dom. Mandj.

Vix Morandus ſuam Eccleſiam adminiſtrandam acceperat, cum maxima orta diſſenſio, Ghibellina factio mirum in modum Callienſem civitatem divexavit, parteſque Manfredi Tarentini Romanæ Eccleſiæ perduellis amplexata, Guelphos exegit, & Urbanum IV. Pontificem Max. ad juſtam provocavit iram, qui ita incenſus, factioſos cives ſibi rebelles telo religionis devovit, civitatem ac diœceſim D Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, eamque Epiſcopali dignitate privavit, juſſit Epiſcopum apud Eugubinos exulare, quos per Apoſtolica ſcripta tamquam perpetuæ dignitatis æmulos in eam provocaverat. Unus omnino annus lapſus, antequam Callienſes ad cor redirent, tandem Monaldi Epiſcopi monitis flexi, Manfredum abjurarunt, Romanę Eccleſiæ imperium, & Urbanum Pontificem adorarunt, a quo intercedentibus amicis Peruſinis, benigne ſunt recepti, priſtinæ dignitati, ac communioni fidelium miſericorditer reſtituti, ita ut etiam impetrare potuerint, ut civitati Epiſcopalis dignitas, & ſedi Epiſcopali proprius reſtitueretur Præſul. Urbanus animi ſui affectum planius, & plenius iis gratioſis ſignificavit litteris ad Petrum de Ferentino Ducatus Spoletini rectorem ſcribens, pontif. ſui anno 2. qui fuit Chriſti 1263. Tenor illarum eſt hujuſmodi ex Annalibus Bricchii.

UR-

Digitized by Google

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecte filio magiſtro Petro de Ferentino dilecto Romano capellano noſtro ducatus Spoletini rectori ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Illum circa filios ſancta Mater Eccleſia ſervat pietatis affectum, ut ii qui ſub continua filiali reverentia, ut condecet, obſequatur, beneficia grandia largiatur, ac illos, qui poſt inobedientiam, & indevotionem ejus devote mandatis, & beneplacitis ſe committunt, a ſua gratia non repellens propitiationis ſinum, ac miſericordiæ januam benignius illi pandat. Sane nobilis vir poteſtas, commune, & conſilium civitatis Callienſis, ad gremium ipſius Eccleſiæ, a quo diabolica fraude ſeducti damnabiliter receſſerunt ſano ducti conſilio revertentes, a nobis devotione humili poſtulaverunt, ut ipſos ab excommunicationis ſententia, quam propter hoc incurrerant, abſolvi, ac interdictum, cui prædicta civitas, nec non & Callienſis diœceſis ſunt hoc prætextu ſuppoſita, relaxari de benignitate ſolita faceremus, dilectis filiis Peruſinis nobis, & Eccleſiæ prædictæ fidelibus ſuarum precum inſtantia ſuper hoc apud nos efficaciter inſiſtentibus pro eiſdem. Nos igitur, qui ad exemplar illius, qui cum iratus fuerit, miſereri non obliviſcatur, faciles ad veniam (ſalvo tamen juſtitiæ moderamine) cupimus inveniri, quique convertentibus ſe ad ſalutis ſemitas, libenter manum adjutricem porrigimus, ipſos ad reconciliationis gratiam clementer admiſimus & hujuſmodi eorum petitionibus favorabiliter duximus annuendum. Diſcretioni tuæ, de qua per familiarem experientiam approbatam plane confidimus, præſentium auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus ad civitatem prædictam, ad quam propter hoc deſtinandum providimus, accedas perſonaliter, prædictos poteſtatem, conſilium, & commune, ac univerſos & ſingulos, de ipſo communi, nec non judicem & tabellionem ipſius poteſtatis, & omnes officiales poteſtatis ejuſdem, & clericos, auctoritate noſtra ab hujuſmodi ſententia excommunicationis abſolvas, interdictum relaxes, ac inſuper venerabilem fratrem noſtrum Callienſem Epiſcopum, ad Epiſcopalem ſedem Callienſem reducas, memoratam civitatem Pontificali gaudere facias dignitate; volumus tamen ut circa prædictã abſolutionem infraſcriptam formam abſolvas, videlicet quod nominati poteſtas, conſilium, & commune, ac eorum quilibet, nec non judex, Tabellio, officiales, & clerici prædicti ante omnia jurent, quod Eccleſiæ mandatis parebunt, eiſque mandes ſub debito præſtiti juramenti, quod de cætero præfato Manfredo nullum omnino favorem, conſilium, vel auxilium, exhibebunt publice, vel occulte, quodque ab ipſo, nec litteras, nec nuncios, nec munera quacunque recipient, neque ſibi mittere attentabunt, quamdiu ipſe Manfredus in excommunicatione lata contra ipſum duxerit perſiſtendum: & nihilominus a prædictis omnibus, & eorum ſingulis, noſtro, & Eccleſiæ prædictæ nomine fidelitatis debita recipias juramentum, ſalvis aliis mandatis noſtris, quæ ſuper præmiſſis eis decrevimus facienda. Tu autem illam in hac parte ſollicitudinem & diligentiam ſtudeas adhibere, quod te poſſimus proinde merito commendare.

Dat. apud Urbem veterem 6. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Reſtituiſſe vero idem Urbanus Pontifex Callienſibus civibus omnem juriſdictionem, unaſ cum Epiſcopali dignitate, quibus & ab Alexandro IV. & ab ipſo dudum fuerant privati, docent ejuſdem Urbani litteræ ad illos datæ anno 1264. quas legimus tum in Reg. Vatic. tum vero apud Bricchium in Annalibus his conceptis verbis.

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis poteſtati, conſilio, & communi Callienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sedes Apoſtolica interdum verbera potius habens, maternam non deſerit pietatem, & delinquentes filios ad ſuam devotionem accipit, cum pœnituerint de commiſſis. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod nos vobis tunc adhærentibus Nunciis Manfredi quondam principis Tarentini, certum terminum peremptorium aſſignavimus, infra quem curaretis ad ipſius ſedis mandata redire, alioquin vos, & civitatem Callienſem ex tunc Epiſcopali privaſſe dicimur dignitate, litteris noſtris ſuper hujuſmodi privatione confectis. Porro licet poſtmodum redieritis, quia tamen in termino ipſo non rediſſis ad mandata ſedis ejuſdem, dubitatis ne per litteras prædictas poſſit vobis in poſterum præjudicium generari. Quare nobis humiliter ſupplicatis, ut providere vobis ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Cum autem noſtræ intentionis non extiterit privare vos vel civitatem ipſam hujuſmodi dignitate, ſed tantum comminari vobis, ut per hoc redieritis ad devotionem Eccleſiæ matris veſtræ, nolumus per privationem, vel litteras prædictas aliquod vobis præjudicium generari, quamdiu duxeritis in devotione noſtra, & Romanæ Eccleſiæ perſiſtendum.

Dat. apud Urbem Veterem 4. Kal. Maii Pontif. noſtri anno 3.

Morandus vero cum in tantis perturbationibus Callienſem adminiſtraſſet Eccleſiam, poſt annum ſextum ad Fanenſem Epiſcopatum translatus eſt a Clemente IV. an. 2265. 4. Non. Octobris Pontif. 2. ut habetur in Epiſt. 51. f. 56. Regeſti Vaticani.

24. HUGOLINUS de nobili gente Aquaviva Callienſis ſuæ patriæ Epiſcopus adlectus eſt 1266. atque a Clemente IV. in eo munere confirmatus an. 2. ſui Pontificatus Kal. Octob. ex Vat. Reg. Hic publicæ Callienſi rei Aquavivæ caſtellum, quod jure paterno poſſederat, liberaliſſime dono dedit, vitamque Clericalem inſtituit profiteri, brevique cathedralis canonicus evaſit, deinque exigentibus meritis Epiſcopus. Singulari probitatis exemplo ad decem annos Callienſem rexit Eccleſiam, e viviſq; excedens, apud ſuam Eccleſiam ſepulturam accepit 1276. Poſt cujus exceſſum, in eligendo novo Epiſcopo Canonicorum ſtudia fœde abierunt in partes. Pars enim Berardum Berardium nobilem Callienſem Gibellinæ factionis in Epiſcopum adlegit, pars Raynaldum Sicardium Abbatem S. Petri de Maya, alias de Maſſa montis Neronis Guelphium evexit ad ſedem. Cæterum litigantibus intervenit Honorius IV. cauſamque diligentius cognoſcendam Gervaſio Giancoletto Cardinali S. Martini in Montibus demandavit. Sed cum lis per jurium ambages longius protraheretur, Berardus, adhuc pendente lite, Auximanus Epiſcopus creatus eſt, Raynaldus vero in ipſo limine aſſequendæ dignitatis vita exceſſit, detonuitque illa ambitionis procella, quæ ab Ugolini exceſſu per decem ipſos annos tribunalia divexaverat. XXIV

25. GUILLELMUS Saſionis, e Maſtinorum gente de Callio, poſt diuturnum illud interregnum, ſuæ patriæ a clero electus Epiſcopus, confirmatur ab Honorio 1285. 12. Kal. Auguſti Reg. Vatic. Epiſt. 84. fol. 23 ann. 1. tenor vero litterarum Honorii eſt hujuſmodi. XXV.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis, Populo civitatis, & diœceſis Callienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex ſuſceptæ ſervitutis officio, &c. Dudum ſiquidem Callienſis Eccleſia per obitum bo. memor. Ugolini Callienſis Epiſcopi Paſtoris ſolatio deſtituta, capitulum ipſius Eccleſiæ in diverſa dividentes vota ſua, duas electiones in eadem Eccleſia, una videlicet de venerabili fratre noſtro Berardo Epiſcopo Auximano, tunc ejuſdem Eccleſiæ Canonico, aliam vero de Raynaldo Abbate monaſterii S. Petri de Maſſa montis Neronis Callienſis diœceſis in diſcordia celebravit. Sed demum dicto Berardo ad Epiſcopatum Auximanum aſſumpto, & eodem Raynaldo ante hujuſmodi ſuæ electionis confirmationem naturæ debitum perſolvente, præfatum capitulum, pro futuri ſubſtitutione Paſtoris vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe die ad eligendum præfixa convenientes in unum, & per viam ſcrutinii ad electionem hujuſmodi procedentes, dilectos filios Brancam Priorem, Baldum, & Ugutium canonicos dictæ Eccleſiæ ſuorum & aliorum canonicorum votorum ſcrutatores concorditer elegerunt, qui ſuis & ſingulorum canonicorum votis ſe-

creto ſingillatim diligentius perſcrutatis, illa publicarunt illico in communi, & comperto demum, quod tam ipſi ſcrutatores, quam ſinguli ex dicto capitulo in dilectum filium, Guillelmum electum Callienſem, tunc ejuſdem Eccleſiæ Canonicum, unanimiter conſenſerunt, dictus Branca unus ex ſcrutatoribus memoratis de conſenſu, & mandato ipſius capituli, ſuo & conſcrutatorum ſuorum nomine dictum Guillelmum in ipſius Eccleſiæ elegit Epiſcopum, & Paſtorem. Præſentato itaque nobis hujuſmodi electionis decreto ac Guillelmo, & capitulo prædictis, a nobis præſentibus confirmari. Nos electionis hujuſmodi per venerabilem fratrem Tuſculanum Epiſcopum, & dilectos filios noſtros Guffredum tituli S. Suſannæ Presbyterum, ac Benedictum S. Nicolai in Carcere Tulliani Diaconum Cardinales, examinari fecimus diligenter, & tandem quia electionem ipſam invenimus de dicto Gulielmo perſona idonea canonice celebratam, ipſam de fratrum noſtrorum conſilio duximus confirmandam, præficientes eundem Guillelmum ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, firma concepta fiducia quod actus ſuos altiſſima dirigente prædicta Eccleſia per ſuæ circumſpectionis induſtriam, ſpiritualibus, & temporalibus proficiet incrementis. Rogamus itaque &c.

Dat. Tibure 12. Kalend. Auguſti Pontificatus noſtri anno primo.

Hoc eodem anno cum Gibellinorum, atque Guelphorum mirum in modum rabies æſtuaſſet, eo utraque pars dementiæ venit, ut injectis in mutuam perniciem facibus, miſeram patriam inextinguibili incendio concremarint. Qui ex incendio evaſerant cives, petierunt a Nicolao IV. Pontifice, ut in planitiem ad radices montis Petroſi novum exædificandum Callium ſibi liceret transferre. Guillelmus interea inter exciſæ urbis ruinas cum clero vitam propemodum ſolitariam exigebat, donec novæ civitatis muri exſurgerent. A Bonifacio deinde VIII. ad Aquinatem Eccleſiam translatus eſt 1295. 5. Kalen. Aprilis Pontif. ſui anno 1. ex Vatic. Regeſt. epiſt. 9. fol. 21.

XXVI 26 Fr. OCTAVIANUS, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini electus eſt 1295. Non. Ianuar. ex eodem reg. epiſt. 599. fol. 133. atque a Cardinali Sabinenſi conſecratus. Hic antea Abbas erat S. Petri ad Aram Neapolitanæ diœceſis, quem cum Eugubinus clericalis Senatus in ejus civitatis Epiſcopum delegiſſet, eamque electionem Bonifacius VIII. non probaſſet, altero Eugubinis attributo paſtore, Octavianum Callienſibus præeſſe decrevit. Cæterum vix integrum annum in ea civitate explevit, deceſſitque ann. 1295. inque Cathedrali ſepulturam accepit ex reg. Vatic.

XXVII. 27 Fr. ANGELUS a, ex ordine Eremitano S. Auguſtini, ad hanc ſedem evaſit 1295. confirmatuſque a Bonifacio VIII. ab eodem inauguratus eſt 16. Kalend. Januarii. Duos omnino annos Callianam rexit Eccleſiam, ac deinde ad Feſulanam translatus eſt in Hetruria 1297. ex reg. Vatic.

a De hoc Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 41 & Gandulphus in diſſert. de 200. Auguſt. Scrip. p. 6. Mandoſ.

XXVIII. 28 LITUARDUS ex Cervata familia Cornetanus Umber, vir doctrina inſignis, primum Bonifacii VIII. Pontificis capellanus fuit, Romanæ Rotæ Auditor, Epiſcopuſque Nepenſis, deinde ab eodem Pontifice ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1297. X. Kalen. Maji, ita in regeſto Vaticano epiſt. 154. fol. 32. an. 4. Hujus Epiſcopi temporibus, in nova Callienſi civitate, nova Cathedralis extulit muros. Vixit autem Lituardus 1309. proque Romana Eccleſia fertur ubique & ſemper inſudaſſe.

XXIX 29. Fr. ROGERIUS de Todinis è Callio, Lituardo ſucceſſit 1209. decemque annos ſibi creditam Eccleſiam adminiſtravit.

XXX. 30 PETRUM Canonicum Urbinatem in hunc Epiſcopatum elegerunt, Berardus Archipresbyter Plebaniæ Biſoncigni Urbinatis diœceſis, Accurſuſque Florentinus, item Urbinas canonicus, quos Callienſis clericalis Senatus, ejus electionis elegerat compromiſſarios an. 1319. cujus electionem Joannes XXII. ratam habuit eodem anno 5. Kal. Martii ex regeſt. Vatic. Hunc poſtea idem Pontifex, una cum Jacobo Monteſeltrano Epiſcopo exauctoravit, quod Federico Monteſeltrenſi Dynaſtæ, per id tempus Eccleſiæ hoſti tuliſſent ſuppetias, ex bulla ejuſdem Pontif. Dat. Aven. 8. Kalend. Febr. Pontificatus ſui anno X.

31 Fr. ALBERTUS, ſive Robertus de Sicardis, ex Ordine Minorum, depoſito Petro, ab eodem Pontifice ſubſtitutus fuit 1328. Hic cum aliis Epiſcopis conſecrationi interfuit Eccleſiæ S. Franciſci Caſtelli Durantis. Obiit anno 1342. XXXI

32 GUIDO civis, & canonicus, electus eſt 1342. Non. Martii, ex regeſto Vaticano epiſt. 49. anno 8. Benedicti XII. Hujus nulla alia memoria extat, niſi quod ante adeptum Epiſcopatum plures è Romano ſolo erutas Sanctorum reliquias, in Cathedralem intulit, atque Eccleſiam S. Franciſci. Die 13. Septembris hunc obiiſſe notat vetus Fontis Avellanæ Calendarium. XXXII.

33 Fr. PETRUS (a Ordinis Prædicatorum) Callienſibus præfuit 1348 b. poſtremaque die Aprilis ejuſdem anni reperitur ſolviſſe ſolitum ſubſidium ſacro collegio, ex lib. ſolut. XXXIII.

b Male in an. 1346. hunc inducit Fontana de Rom. Prov. p. 118. Mandoſ.

34 Fr. THOMAS Sferratus ex Ordine Minorum, adlectus eſt 1353. cum Civitatenſis antea fuiſſet Epiſcopus. Hic novam Cathedralem abſolvendam curavit, civeſque impulit Callienſes, ut eidem operi, effuſis opibus, impenſius inſudarent. Deceſſit 1379. Dum autem viveret, evolavit ad ſuperos B. Joannes de Satiatis Callienſis, ex Ordine s. Franciſci, miraculorum gloria illuſtris. XXXIV.

35 Fr. AUGUSTINUS ex Ordine Eremitarum s. Auguſtini adlectus eſt 1379. quem deinde, hoc eſt, anno 1396. ad Cajetanam Eccleſiam tranſtulerunt, eidemque Callianam Eccleſiam attribuerunt adminiſtrandam, quo munere functus eſt uſque ad annum 1398. quo ipſo anno è vivis exceſſit. XXXV.

36 NICOLAUS de Marciariis, c Peruſinus, paulo ante Typhernas Epiſcopus, tum & Urbevetanus, a Bonifacio IX. ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1398. 3. Nonas Julii. Hic Cathedralem abſolvit, ſubſtruxitque Epiſcopale palatium, cum domo, in qua demorarentur Canonici. Callienſem rexit Eccleſiam uſque ad annum 1414. in quo anno ad Dionyſienſem Eccleſiam in partibus Infidelium translatus eſt; ex libro proviſionum Prælatorum. XXXVI.

c De quo Criſpoltus in hiſt. Peruſ. p. 144. Mandoſ.

37 JOANNES Bonus de Luciis, Callienſis civis, & canonicus, ad patriæ ſedem evaſit 1414. 3. Non. Novembris. Hic erga Callienſem gregem optimum ſe paſtorem exhibuit, enituitque tum maxime, cum S. Franciſci templum, monaſteriumque fortuito igne conflagraſſet. Haud enim prius quievit, quam ex integro, partim ex largitate ipſorum, partim ex ea, quam ipſe profudiſſet, pecunia, reficeretur. Fato functus eſt 1430. XXXVII.

38 GENESIUS, ſive Seneſius Parmenſis, Epiſcopus Callienſis creatus eſt 1430. die 20. menſis Februar. Martino V. ſedente, apud quem maxime gratioſus fuit ob ſingulares animi dotes, Peruſinis, & Aſſiſinatibus ſumma cum probitatis laude jus dixit. Monaſterium S. Petri ex Ordine S. Benedicti, cum altero ejuſdem ordinis monialium, quas vocant S. Cæciliæ, cœnobio, ad ampliorem Dei cultum conjunxit. Apud Cathedralem ſacram turrim erexit, unde ad divinum cultum excluderetur ſignum. Diem poſtremum obiit 1440. ſepultuſque eſt in Cathedrali. XXXVIII

39 ANTONIUS Severinus Urbinas, civis, & canonicus, eamdem ſedem obtinuit 1440. die 18. menſis Januarii, cum prius eſſet Abbas Commendatarius Novi montis ex Ordine S. Benedicti. Per quatuor annos Callianam rexit Eccleſiam, annò verò 1444. ad Eugubinam translatus eſt, ex libr. proviſ. Prælat. XXXIX

40 SIMON Paulus de Criſpignis d, Peruſinus, Abbas commendatarius S. Baſſiani extra muros Laudis Pompejæ, Epiſcopus dictus eſt 1444. 4. Kalend. Octobris. Nicolao V. Pontifici charus fuit, a quo in Germaniam ad Fridericum III. Imperatorem, XL

d De eo Oldoinus in Athen. Aug. Mandoſ.

deinde

Digitized by Google

deinde ad Alphonſum Neapolitanum Regem legatus eſt. Itaque pro Eccleſia multis perſunctus laboribus, e vita diſceſſit 1460.

XLI. 41 CONSALUTIUS è nobili Maſtinorum familia, Vvidoni Antonio, poſteaque Federico Urbinatibus Marchionibus apprime charus, cum prius eſſet Archipresbyter Mercatalis, Epiſcopus dictus eſt 1460. die 18. menſis Octobris. Hic ſummam pietatis laudem apud Callienſes tuliſſe viſus eſt, cum ad ejus preces, auxilioque Baptiſtæ Sfortiæ ſingularis pietatis fœminæ, Urbiniique dominæ, Montem Pietatis erexerunt. Cæterum Conſalutius uſque ad nonageſimum annum vitam extendit, nepotique Epiſcopatum conceſſit deinde fato functus eſt, ac ſepultus in Cathedrali. 1474.

XLII. 42 PETRUS ANTONIUS Conſalutii anteceſſoris nepos, ex ceſſione patrui a Sixto IV. Callienſem obtinuit Epiſcopatum 1474. V. Idus Martii, ex favore præcipue Federici Ducis Urbinatis, cujus negotia diuturniori mora tractaverat, expedieratque tum Romæ, tum Mantuæ. Graſſans contagium Conſalutium abſtulit, anno tertio, menſeque octavo ſui Præſulatus, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

XLIII 43 VVIDO Boncherius civis, canonicuſque Callienſis, Duciſque Federici conſiliarius, Petro Antonio in Epiſcopatum ſucceſſit 1478. Hic ingentem illam, utpote quatuor millium librarum, pulchramque campanam ſundendam, efficiendamque curavit, conſecratamque intulit in ſacram turrim, partemque labentis Epiſcopalis palatii munificenter refecit. E vivis exemptus eſt 1484. atque apud Eccleſiam S. Mariæ ſepulturam accepit.

XLIV 44 BAROZIUS *a* Peruſinus, ex Prothonotario Apoſtolico adlectus eſt a Sixto IV. Pontifice Maximo, cujus nomine legationis munere deinde functus eſt apud Britanniæ Regem, tum & in Gallia, proque Romana ſede in iiſdem regnis ſpolia collegit, tantumque gratiæ apud Carolum Septimum Regem Gallorum, Renatumque Andegavenſem Neapolitanum Regem dicitur collegiſſe, ut utrique Principi fuerit a ſecretis. Poſt multos pro Eccleſia exantlatos labores rediit ad Eccleſiam ſibi creditam, palatiumque Epiſcopale abſolvit, deceſſitque die 15. menſis Maji an. 1494. lachrymantibus cunctis, qui extincti deſiderium ferre non poſſe videbantur.

a Barzius de Barziis dicitur à Jacobillo in bibl. Umbriæ, & ab Oldoino in Athen. Auguſt. *Mand.*

XLV 45 BARTHOLOMÆUS Torellus *b*, Hetruſcus è caſtello S. Geminiani, magni nominis Theologus fuit, Alexandroque VI. a Confeſſionibus, a quo Callienſis Epiſcopus adlectus eſt die 23. menſis Julii 1494. Probatiſſimis moribus fuit, iiſque pietatis operibus, quæ viris ea laude præclaris æternam memoriam parere ſolent. Haud diu in ea dignitate vixit, deceſſitque 1498.

b De eo Coppius de viri illuſt. S. Geminiani p. 80 *Mand.*

XLVI 46 Fr. GASPAR de Gulfis è caſtello della Pergola, ut vocatur, Eugubinæ diœceſis, Ordinis Minorum, ob vitæ probitatem, ſpectatamque doctrinam ad hanc ſedem evaſit die 5. menſis Maji 1498. Hic cum Vidobaldum Urbinatium Ducem contra tyrannidem Valentini conatus fuiſſet tueri, ac proinde ab Italia tota fœdiſſimam ſervitutem avertere, ab Hiſpanis in teterrimum carcerem abductum Ugo Cardonius ſanguinarius miniſter tyranni, paulo poſt capitali ſententia punivit anno 1503. Alexandri VI. Pontificatus anno poſtremo.

XLVII. 47 LUDOVICUS de Logoria Hiſpanus, Alexandro VI. Pontifici a confeſſionibus, ab eodem Epiſcopus ſublectus eſt 1503. die 8. menſis Februarii. Hic ſuis conſiliis, ac quaſi locata opera in omne ſcelus proruentem Valentinum Ducem promovit, cujus favore ad Callienſem ſedem obrepſit, ſannio cucullatus, & quem tota Romana aula ex indignatione facti, porcorum antiſtitem appellabat. Ergo cum poſt exceſſum Alexandri, exactumque Valentinum, obtentam ſedem adire voluiſſet, ex nupera, indignaque Gaſparis cæde Callienſis populus indignabundus, parum abſuit, quin Manibus injuſte cæſi, novi Pontificis ſanguine parentaret. Averterunt a ſanguine aliqui de clero furentem populum, ille ve-

A ro clanculum, tranſverſiſque itineribus Romam profugit, ubi a Julio II. pro Callienſi Lavellinam in regno Eccleſiam regendam accepit, ut ille violentæ mortis horrore liberaretur; populi vero Callienſis odioſa Valentini memoria haud obverſaretur ob oculos.

48 BERNARDINUS de Leis Romanus, ex Canonico baſilicæ Lateranenſis primum aſſuptus eſt ad Ichienſem Epiſcopatum, mox & Caſtri Præſul eſt dictus, inde ad Lavellinam Eccleſiam translatus eſt, quam demum cum Callienſi commutavit anno 1504. die 13. menſis Febr. Romæ deceſſit die 6. menſ. Ianuarii 1506. ſepultuſque eſt apud S. Joannem in Laterano, cum hoc epitaphio. XLVIII.

Hic requieſcit Bernardinus de Leis
Epiſcopus Callienſis,
olim Canonicus hujus ſacroſanctæ
Lateranenſis Eccleſiæ,
qui vix. LIII.
Obiit vero M. D. VI. die 6. Januarii.

B 49 Fr. ANTONIUS de Caſtrianis a Saxo Ferrato inſignis Philoſophus, atque Theologus, Card. Alidoſii aulæ Magiſter, Franciſcique Roborei pauloante præceptor, Præfectus Senogalliæ, a Julio II. Callienſis Epiſcopus adlectus eſt 1506. die 30. menſis Januarii. Inde illum ad Epiſcopatum Monteſeltrenſem tranſtulerunt. XLIX

50 Fr. GREGORIUS *c* Benignius, Siculus è Syracuſa, Ordinis S. Franciſci in primi ſui temporis Theologis numerandus, hunc Epiſcopatum a Julio II. obtinuit 1507. die 21. menſis Maii. De natura Angelica doctiſſime ſcripſit, ut refert Gonzaga in Seraphicis hiſt. Franciſcum Mariam Roboreum Cardinalis Alidoſii interſectorem defendit: adeò etiam religioſa, doctaque pectora cupido gratiæ apud Principe plerumque fœde invadit. Interfuit etiam Gregorius Concilio Lateranenſi ſub Julio II. Quo defuncto Callienſem Eccleſiam cum Nazareth Epiſcopatu commutavit 1513. L

c GEORGIUS dicitur, & Raguſinus à Maraccio in Bibl. Mariana. De eo Mongitorius in bibl. Sicula t. 2. in Append. ad t. 1. p. 18. & Cartharius in Syllabo Advoc. Conſiſt. p. 221. *Mand.*

C



D 51 Fr. THOMAS de Albiziis, *d* nobilis Florentinus, Cæſenæ natus, è Nicolao, Caſtoraque Blonda, filia Blondi hiſtorici, nepos Raynaldi Albizii illius, qui temporibus magnifici Coſmi Medicei, in libera patria cum primoribus de principatu certavit, alternanteque fortuna, Mediceiſque vincentibus, cum ſuis affeclis apud Cæſenæ exilio mulctatus eſt, ibique Albizia gente plantata, ex eo germine Thomas, quem ſupra memoravimus, prodiit, nobiliſſimæ indolis adoleſcens, qui cum pietati colendæ, quam ſecularibus negotiis expediendis pronior eſſet, apud Dominicanos vota religionis nuncupavit, coluitque, ac feliciter aſſecutus eſt nobiliores diſciplinas, quarum commendatione X. Leonis gratiam promeruit, ejuſdemque favore ad Callienſem ſedem evaſit 1513. ſub eodemque Pontifice interſuit Lateranenſi concilio. Libertatem eccleſiaſticam acerrime defendit, Callienſique populo charus fuit, donec apud eundem populum collectam gratiam viſus eſt amiſiſſe, ex impenſiori ſtudio erga Laurentium Medicem contra Franciſcum Mariam LI.

d De quo, ejuſque familia Gamurrinus de familiis vol. 1. p. 119 *Mand.*

Digitized by Google

Urbinatium Ducem, qui cum priſtinam, avitamque ſedem recuperaſſet, veritus Thomas, ne quaſi ex ſopito cinere reviviſcerent ſimultates, Callienſem Epiſcopatum cum Bethleemitico commutavit, inani potius titulo contentus, quam rem ipſam poſſidere cum jurgio. Meminit Thomæ Albizii Ammiratus, cum ejus nobiliſſimæ gentis alumnos prolixius commemoraret. Thomas exceſſit in patria, ibique apud ſuos Prædicatores tumulatus. Ex Albizia gente nunc Romæ floret Franciſcus S. Officii Aſſeſſor, utriuſque ſignaturæ Referendarius, olim Neapol. regni Apoſtolici Nuncii Auditor. (*„ mox „ S.R.E.Cardinalis.*)

LII. 52 CHRISTOPHORUS de Monte Aretinus, Papæ Julii III. conſobrinus, Bethleem autem Epiſcopus, die X. menſis Februarii 1525. ad Eccleſiam hanc translatus eſt, quam ille Eccleſiam ad triginta & ſeptem annos per intervalla, perque plures vices adminiſtravit, miro amore in pauperes, implacabili odio in vitia. Cum Maſſilienſi Callienſem commutavit Eccleſiam 1550. declaratuſque Patriarcha Alexandrinus: ab eodem Julio Pontifice affini ſuo inter purpuratos adlectus eſt, vulgo nuncupatus Maſſiliæ Cardinalis. Non multo poſt cum Joannes a Monte deceſſiſſet, cui Callienſem Eccleſiam cum regreſſu renunciaverat, eandem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1554. poſtque decem ipſos annos, prope oppidum S. Angeli ad Metauri ripas obiit diem poſtremam 1564. octavo Kal. Octob. Ejus corpus apud Eccleſiam S. Angeli, cujus Archipresbyter fuerat, in ſacello a ſe conſtructo honorifice ſepelierunt, ubi marmori inſcripta hæc verba legũtur.

HÆC REQUIES NOSTRA IN SECULORUM SECULA
ET ERIT IN PACE MEMORIA EORUM.

LIII. 53 JOANNES de Monte, Baſtiani filius, Aretinus, Julii III. affinis adlectus eſt 1550. die 21. *a* menſis Junii. Deceſſit vero 1554. Id. Auguſti, quem pia liberalitate inſignem egeni inconſolabiliter luxerunt.

a 17. ex Actis.

LIV. 54 JO. BAPTISTA Torus Leonius Anconitanus, utriuſque legis nominatiſſimus doctor, ad hanc ſedem evaſit 1554. *b* die 7. menſis Februarii. Statim in initio ſui Præſulatus præclarum edidit ſpecimen pietatis, ſynodum quippe coegit, compulitque clerum, univerſamque Callienſem diœceſim ad præſcriptum Tridentini Concilii vitam inſtituere. Epiſcopale palatium inſtauravit, cumque conceſſiſſet Anconam, ut ex Callienſi cœlo contractum morbum eluctaret, ſub patrio cœlo nihilominus extinctus eſt 1557. 13. Kal. Auguſti. * Joannes Baptiſta dictus Torus Leoneus fuit ex nobili, ac perantiqua Truglionum Anconitana familia, dicta Tauri Leonis, cum in ſcuto gentilitio hodie Leonem, & Taurum geſtet, olim vero undas aureas in cyaneo ſcuto deferebat, in memoriam Gregorii XI Pont. Max. qui cum è Gallia Romam transfretaret, appuliſſetque Anconam, in ſplendida domo Nicolai Truglioni receptus, ſplendideque hoſpitatus fuerat. Valuit Nicolaus gratia, & auctoritate apud eundem Pontificem ob grata in ipſum, Eccleſiamque Romanam peracta ſervitia, quod idem Gregorius ſuis in literis ad Petrum olim Conchenſem Epiſcopum, tum Hiſpalenſem Archiepiſcopum electum, Marchiæque Anconitanæ Rectorem latere noluit, quæ hic exhibemus: cætera hujus prænobilis Comitum Truglionum familiæ geſta in noſtro de vetuſta Chriſtiana Italica nobilitate, ubi quæ, & quanta fuerit hujus gentis majorum claritas hauriet prudens lector. Porro literæ Gregorii ſic ſe habent.

b 1565. Nam poſt Io: obitum redit hæc Eccleſia ad Criſtophorum Cardinalem adhuc decennio poſſedit.
* Ex App. tom. 5.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Petro Epiſcopo olim Conchen. modo Archiepiſcopo Iſpalen. electo, Provinciæ Marchiæ Anconitanæ pro nobis, & Romanæ Eccleſiæ rectori ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum per nos accepto quod in civitate noſtra Anconitana erat quædam domus infra limites parochiæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Mercata Anconitan. conſiſtens juxta domos A *monaſterii ſanctæ Agnetis Anconitan. Ordinis ſancti Benedicti, & domum dilecti filii Paſqualini Marcellini civis Anconitani ſita, quæ olim extiterat Joannis Leppi, Franciſci de Mattelica Laici, & propter ipſius Joannis demerita, & rebelliones, ac exceſſus alias per eum perpetratas Cameræ Apoſtolicæ extiterat legitime confiſcata, & quod hujuſmodi domus nomine dictæ Cameræ per aliquod tempus tenta, & poſſeſſa extiterat, & adhuc tenebatur. Nos volentes dilectum filium Nicolaum Torilionis civem Anconitanum propter grata ſervitia nobis, & Eccleſiæ Romanæ per ipſum impenſa favore proſequi gratiæ ſpecialis, prædictam domum, quæ, ut aſſerebatur, valoris 600. floren. auri vel circiter exiſtebat cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis videlicet de . . . March. Pontificatus noſtri anno ſeptimo eidem Nicolao pro ſe, & ſuis heredibus auctorit. Apoſtolica conceſſimus, & donavimus, ita quod liceat eidem Nicolao, vel dictis heredibus eandem domum, & ejus proviſionem auctoritate propria libere apprehendere, ac licite retinere, prout in noſtris inde confectis litteris plenius* B *continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Nicolai petitio continebat, licet ipſe Nicolaus vigore dictæ gratiæ poſſeſſionem dictæ domus fuerit adeptus, & eam teneat, & provideat, tamen dilectus filius Ferrandus de Mera Caſtellanus rocchæ noſtræ Anconitanæ prætendens, quod dicta domus ad eum pertineat, ratione cujuſdam venditionis ſibi de eadem domo per dilectum filium noſtrum Robertum Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbyterum Cardinalem in partibus illis Apoſtolicæ Sedis legatum facta diu poſt conceſſionem, & donationem noſtram hujuſmodi videlicet die nona menſis Januarii prox. pro quadringentis florenis auri, & pro parte cujuſdam quantitatis pecuniæ, quam idem Ferrandus ſe aſſerebat à Camera Apoſtolica recipere debere, ſeque antequam idem Nicolaus poſſeſſionem dictæ domus aprahendiſſet, & hujuſmodi venditionem per nos confirmatam foret, eundem Nicolaum impedire præſumit, quo minus ipſe Nicolaus eandem domum poſſit pacifice poſſidere, quamquam pro parte ipſius Nicolai nobis fuit humiliter* C *ſupplicatum, ut providere ſibi ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ſi eſt vera, & tibi conſtiterit, quod hujuſmodi gratia, de dicta domo eidem Nicolao per nos, ut præfertur, facta præcedat venditionem hujuſmodi per D. Cardinalem, ut præmittitur, factam non obſtante quacunq; confirmatione, de venditione hujuſmodi, ſi qua forſan per nos conceſſa fuerit. prædictum Nicolaum, & ejus hæredes facias auctoritate noſtra prædictæ domus pacifica proſecutione gaudere. Contradictores per cẽſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtante ſi præfato Ferrando, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.*

Datum Romæ apud S. Petrum Id. Febr. Pont. noſtri anno octavo.

D Inſignia vero nunc Torglionæ familiæ hæc ſunt.



LV. 55. PAULUS MARIUS de Ruvere Piſauren-

ſis

A ſis ejuſdem Eccleſiæ creatus; Epiſcopus eſt 1567. die 3 a. menſis Septembris, Pio V. Pontifice Maximo ſedente, qui cum Pauli præclariſſimas animi dotes ſuſpiceret, Apoſtolici Viſitatoris munere illum inſignivit, ut provinciam Umbriam latis legibus repurgaret. Apud Philippum II. in Hiſpania oratorem Apoſtolicum geſſit. Deinde cum in Italiam reverti ſſet, Cathedralem pluribus ornamentis nobilitavit, prænobili ſcilicet organo, ut vocant, ad ſuaviorem Dei laudem, parvoque ſacello, incruentæ Hoſtiæ pro templo ſubſervituro. Supra privati fortunam munificentiſſimus fuit, tantamque apud Franciſcum Mariam Urbinatium Ducem iis regiis dotibus collegit gratiam, ut ab eodem & Roboreo cognomine, & gentilitiis ſtemmatibus conſtat donatum fuiſſe. Deceſſit 1591. inque Cathedrali ſepultus.

a Die 8. Octob. ex Actis.

LVI. 56. ASCANIUS Libertanus è Caſtello Barchio Fanenſis diœceſis, cum Melitæ inſulæ Inquiſitor eſſet, ab Innocentioque Epiſcopus declaratus eſt anno 1591. die 19. menſis Julii. B Nomine Franciſci Mariæ Urbini Ducis Clementi VIII. novam Pontificatus dignitatem gratulatus eſt. Deceſſit anno 1607. 6. Id. Martii, tulitque famam optimi, prudentiſque paſtoris. Hunc celebravit elegiaco carmine Antonius Gigas Foroſempronienſis.

LVII. 57. TIMOCRATES Aloyſius de Caſtro Apiculi Callienſis diœceſis, humilibus ortus parentibus, poſt quadraginta annorum ſpatium, quo Romæ Urbinatium Ducis res diligentiſsime curavit, ſub Paulo V. Callienſis Epiſcopus adlectus eſt an. 1607. die 17 b menſis Maji. Fato functus eſt anno 1610. die decima ſeptima menſis Februarii.

b Die 9. Maii ex Actis.

LVIII 58. PHILIPPUS Bilius c, Eugubinus, claro genere natus, Clericus regularis Theatinus, Theologus, & concionator inſignis, Timocrati ſucceſſit 1610. die 17. menſis Maji. Ædes Epiſcopales pene collabentes a fundamentis reſtituit, clerum ſanctioribus diſciplinis inſtituit, ſynodum celebravit, bonique paſtoris functus officio mortuus eſt an. 1629. die C 24. Auguſti. ſepultus in Cathedrali ad dexteram aræ maximæ.

c De eo Silos par. 2. hiſt. Cleric. Regul. Mandoſ.

LIX. 59. JOANNES Paſsioneus, ex nobili gente Urbinatis ditionis, hodie Foroſempronienſis, Romæ primum Referendarius utriuſque Signaturæ renunciatus eſt Urbano VIII. Pontifice Maximo, ac Fori Livii Gubernator adſcitus. In quibus provinciis obeundis adeo prudenter ſe geſſit, ut idem Pontifex Urbanus Epiſcopum Callienſem adlegerit an. 1629 d. illumque apud Ferdinandum II. Magnum Hetruriæ Ducem Nuncii munere fungi voluerit an. 1635. translatus deinde eſt ad Piſaurenſem Eccleſiam an. 1641. quam hactenus adminiſtrat.

d Die 1. Decemb.

LX 60. Fr. PACIFICUS Traſius, Romæ natus, ordinis S. Franciſci Aracœlani cœnobii alumnus, ejuſdem ordinis Romanæ provinciæ miniſter, Franciſci Card. Barberini Theologus, electus Epiſcopus Callienſis ann. 1642. die 24 e. Martii. Nunc ſupereſt.

e Die 24. Maii ex Actis.

ADDITIO.

(„ *Obiit Romæ circa finem Decembris* 1659.

LXI. „ CASTRACANUS *Caſtracani, ex nobilibus*
„ *parentibus Callienſibus Senogalliæ natus, Presby-*
D „ *ter annorum* 47. *J. U. D. & in urbe Advocatus, cum*
„ *fuiſſet Auditor Cardinalis Capponii, decoratus eſt*
„ *infula Epiſcopali Callienſi die* 5. *Maji* 1660. *Deceſ-*
„ *ſit Romæ menſe Octobri* 1669. *De eo tractat Gamur-*
„ *rinus de Familiis vol.* 2. *p.* 347.

LXII. „ ANDREAS *Tamantini, Romanus, J. U. D.*
„ *Baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe beneficiatus,*
„ *dum ageret ætatis annum circiter* 50. *adlectus eſt*
„ *Callienſis Epiſcopus* 6. *Octobris* 1670. *Fato ceſſit*
„ *menſe Martio* 1685.

LXIII „ JULIUS *Caſtellanus, Canonicus Regularis S.*
„ *Salvatoris Ordinis S. Auguſtini, Urbini ex nobili-*
„ *bus parentibus ortus, Abbas S. Agathæ Urbini, cum*
„ *multis ſuæ Religionis muneribus præſertim Procura-*
„ *toris Generalis, ac Abbatis Generalis cum laude*
„ *perfunctus eſſet, annorum* 66. *ad thronum Callien-*
„ *ſem evehitur* 1. *Aprilis* 1686. *Mortalitatem exple-*
„ *vit menſe Januario* 1694.

„ BENEDICTUS *Luperti, Nobilis Callienſis* LXIV
„ *J. U. D. in Britannia minori Prior, annorum circiter*
„ 65. *Patriam ſedem occupare juſſus eſt die* 19. *Aprilis*
„ 1694. *Fuerat jam Vicarius Generalis Cardinalis*
„ *Grimaldi in Archiepiſcopatu Aquenſi in Gallia.*
„ *Fato functus eſt an.* 1709. *menſe Octobri.*

„ ALPHONSUS *Bellincini, Presbyter nobilis* LXV.
„ *Mutinenſis, J. U. & S. Theologiæ Doctor, anno æta-*
„ *tis ſuæ* 50. *ad Epiſcopatum Callienſem aſſumptus eſt*
„ *die* 7. *Aprilis* 1710.

FOROSEMPRONIEN.
EPISCOPI.



AD ſiniſtram Metauri via Flaminia in Umbria ad meridiem Forum Sempronii civitas ſita eſt, quam Plinius in Umbriam mediterraneam reiicit: Strabo, Ptolomæuſque collocant in Vilumbria, recentiores autem inter Picenates urbes cenſuerunt dinumerandam. Municipium Romanorum fuit, præteritiſque ſeculis ſummæ exiſtimationis civitas, haud longe ab hac moderna antiquitus ſita. Siquidem & ipſa ex inundatione Barbarorum in Italiam miſerabile excidium paſſa fuit, ex illiuſque ruinis, quam modo ſpectamus, extulit muros. Romanis fideliſſime paruit, donec illorum vel Imperium conſenuit, vel barbara arma ejuſdem potentiam everterunt. Poſt multos belli exantlatos labores, Ducibus Feltrenſibus prædæ ceſſit, inde eccleſiaſticam juriſdictionem ſubivit. Cæterum ut ignoratur, quo potiſſimum tempore Chriſtiana ſacra amplexata ſit, ſic nec facile potuit indagari, quis prior illius fuerit Præſul. Conſtat tamen circa annum quingenteſimum noſtræ ſalutis proprium habuiſſe paſtorem. Ego in ea ſententia ſum, SS. Britio, atque Feliciano Umbriæ Apoſtolis prædicantibus cum cæteris ejus provinciæ civitatibus Chriſtiana ſuſcepiſſe ſacra, tametſi hoc ipſum haud palam auſa ſit profiteri, niſi poſt Magnum Conſtantinum ſacro Baptiſmatis fonte luſtratum. Illuſtrarunt eam ſuo ſanguine priſcis illis Chriſtianis temporibus Aquilinus, Geminus, Gelaſius, Magnus, & Donatus, quorum meminit martyrologium Romanum 4 Febr. Maurentii vero, & ſociorum martyrum 31. Auguſti meminit Ferrarius in catalog. Jam inde a priſcis temporibus Foroſempronienſis Epiſcopus unum Romanum Pontificem immediate agnoſcit, donec Urbinati Metropolitano attributus eſt ſuffraganeus 1563. Cathedralis ſub invocatione SS. Maurentii martyris, ac Aldobrandi Epiſcopi conſtructa eſt, cujus ibidem corpora requieſcunt. Præpoſitura gaudet, cum præbendis Theologali, atque Pœnitentiali. In ea animarum cura exercetur, cum nulla alia ibi habeatur vel collegiata, vel Eccleſia, cui animarum cura incumbat. Undecim ibi canonici divinum opus perurgent. Quatuor religioſorum monaſteria, duo vero monialium, xenodochium unicum ægrotis patet, diviniſque laudibus perſolvendis quinque laicorum confraternitates. Antiquam Cathedralem temporibus Bonifacii IX. dum novæ civitati, nova pararentur præſidia, demoliti ſunt, Eccleſiamque S. Maurentii, quæ in vicis erat, erexerunt in Cathedralem, eidemque S. Benedicti monaſterium cum cenſu, qui Epiſcopali menſæ ſufficeret, adjunxerunt an. 1392. Idib. Januarii. Satis ampla diœceſis eſt, cum tredecim omnino loca, quibus Jus dicit, conſtet numera-

re. Ejus Epiſcopatus taxa in Cameræ libris eſt 250. florenorum, tametſi certior cenſus mille aurea ſcutata exæquet. Catalogum Epiſcoporum hujus Eccleſiæ Joannes Baptiſta Landus Epiſcopus, vir ſummæ humanitatis hic apponendum nobis exhibuit, quem ex aliis ſcripturis, monumentiſque adauctum hic ex fide deprompſimus.

1. FELICISSIMUS Foroſempronienſis Epiſcopus Romano concilio interfuit ſub Symmacho Papa 500. (1)

I. 2 INNOCENTIUS ſub eodem Pontifice anno 504. *a* interfuit 3. & 4. ſynodis.

a an. 499 501. & 502.

II. (,, *LEOPARDUS Foroſempronienſis Epiſcopus ,, interfuit Concilio Romano Eugenii Papæ II. anno ,, 826.*)

III. 3. JOANNES in eadem ſede vixit anno 853. (,, *Anno vero 868. ſubſcripſit ſynodo ſub Hadriano de ,, profano Conſtantinopoli Conciliabulo congregato penitus abolendo.*)

IV. 4. PETRUS anno 876. ſub Joanne VIII. Pontifice Maximo, ab eodemque Pontifice legatus fuit ad ſynodum Pontigonenſem. Cujus meminit Aymon. lib. 5. de geſtis Francorum c. 23. & 35. Ab hoc Petro Imperatrix Richildes ſtemmate Imperatorio inſignita eſt. Hujus etiam meminit Sigonius de Regno Italiæ lib. 3. & Baronius. (,, *Anno 878. ſubſcri- ,, pſit Concilio Tricaſſino II. à Joanne Papa VIII. ce- ,, lebrato.*)

V. 5. N. . . . ex Archipresbytero hujus Eccleſiæ, cum Epiſcopus vita functus eſſet, populo, cleroque ita cenſente Foroſempronienſem evaſit ad ſedem 1044. Hunc Petrus Diaconus Gregorio IX. commendat, ut ejus electionem vellet habere ratam, tanquam qui a populo, cleroque cæteris melior, magiſque idoneus fuiſſet electus.

VI. 6. BENEDICTUS in eadem ſede floruit temporibus Leonis IX. & Alexandri II. ejuſdemque memoria extat in quadam bulla Honorii Tertii anno 1024. directa ad Monaldum Epiſcopum, qua ſententia Alexandri II. Pontificis contra Guillelmum Senogallienſem Epiſcopum in favorem Benedicti pro rata, legitimeque lata habetur. Hic idem Benedictus concilio Romano interfuit ſub Nicolao II. 1059. (,, *Anno 1049. ſubſcripſit Bullæ Leonis IX. ad ,, Joannem Portuenſem Epiſcopum, ut videre eſt in 1. ,, tomo in Portuenſibus.*)

VII. 7. ADAMUS, hic ille eſt, qui cum cunctaretur ingredi religionem, ut pollicitus fuerat, repentina morte oppreſſus eſt, ut Petrus Damiani ad Landulphum clericum Mediolanenſem ſcribit epiſt. 16. lib. 5. acciditque 1069.

VIII. 8. FULCOINUS, hic eſt, quem ann. 1076. ſimul cum Gebizone Epiſcopo Cæſenate legarunt in Dalmatiam ad ſynodum Salonienſem, ubi Fulcoinus Dalmatiæ, Croatiæque Regem declaravit, poteſtate ad id ſibi facta a Pontifice, Demetrium Ducem, ut refert Baron. tom. 11. Leoque Oſtien. in Chron.

IX. 9. GUALFRIDUS anno 1140. Huic Guamerius Dux, atque Marchio Eccleſiæ S. Mariæ quatuor caſtella dono dedit, Vallem ſanctam, Poratiaccum, montem Blondum, ac montem Celſum.

X. 10. NICOLAUS anno 1192. (2) interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Crucis Fontis Avellanæ ann. 1197. & Eccleſiis S. Euſtachii, & Laurentii in Lucina Romæ per Cœleſtinum III. dedicatis, una cum Octaviano Oſtienſi, Petro Gallocia Portuenſi, Jo. Albanenſi, Petro Archiepiſcopo Aggeren. Anaſtaſio Caputaquen. Sabariſio Bathonienſi Epiſcopis anno 1197. in Dominica, qua cantatur Modicum. Eccleſia vero S. Laurentii in Lucina dedicata eſt eodem ann. die 26. Martii eodem Nicolao cum aliis Epiſcopis præſentibus, ut in tabulis proſtant, quæ ad parietes earundem Eccleſiarum fuerunt appoſitæ.

XI. 11. MONALDUS, cui ſcribit Honorius III.

A anno 1217. 3. Id. Auguſti, ut ſe præſentet ad munus conſecrationis ab ipſo recipiendum, ex regeſt. Vat. epiſt. 145. anno 2. Illumque idem ſummus Pontifex ſub protectione Romanæ ſedis excepit 1224. die 24. Kal. Junii, hoc diplomate, cujus autographum aſſervatur in archivio ejuſdem Eccleſiæ.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Monaldo Foroſemp. Epiſcopo, ejuſq; ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In eminentis Apoſtolicæ ſedis ſpecula diſponente Domino conſtituti fratres noſtros Epiſcopos, tam propinquos, quam longe poſitos fraterna debemus charitate diligere, & commiſſas eorum gubernationi Eccleſias patrocinio ſedis Apoſtolicæ communire, quo ex ſuſcepti executione officii, tanto vigilantiores poſſint ſemper exiſtere, quanto a pravorum incurſibus ſecuriores ſe viderint permanere. Ea propter venerabilis in Chriſto frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Foroſempronienſem Eccleſiam, cui auctore
B *Deo præeſſe dignoſceris, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Victoris, Alexandri Secundi, Gregorii Septimi, Paſchalis, Innocentii, Eugenii, Anaſtaſii, Adriani, Alexandri III. Lucii, & Innocentii Romanorum Pontificum ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarũ juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci. firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Civitatem ipſam Foroſempronienſem, cum aliis, & omnibus ſuis pertinentiis, plebem S. Martini, cum capellis, & aliis pertinentiis ſuis, plebem S. Hippolyti, cum ipſo caſtro, quod dicitur caſtrum S. Hippolyti, cum capellis, & aliis pertinentiis ſuis, plebem S. Floriani, cum caſtro ipſius plebis, & capellis, & aliis pertinentiis ſuis, plebem S. Petri in Caruco, cum capellis, & aliis pertinentiis ſuis, caſtrum quod*
C *dicitur S. Andrea, cum omnibus pertinentiis ſuis, caſtrum montis Blondi, cum pertinentiis ſuis, caſtrum montis Ceraſoli, cum pertinentiis ſuis, caſtrum Paraſacchi, cum pertinentiis ſuis, caſtrum Scarleni, cum curte, & aliis pertinentiis ſuis, montem Felcinum cum pertinentiis ſuis, montem Oraſi, cum caſtro montis Converſorum, & omnibus aliis ſuis pertinentiis, montem, qui olim dicebatur caſtrum Salvatoris, cum pertinentiis ſuis, caſtrum Vallis, cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtrum Carpineti, cum pertinentiis ſuis, caſtrum Leviſſi Torquati, cum curte & omnibus ſuis pertinentiis, caſtrum Sorbilungi, cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtrum Caſpiſſe, cum curte, & aliis ſuis pertinentiis, caſtellarium quod dicitur Roſſundum, cum omnibus ſuis pertinentiis, manſum unum, quem tenet hæres Raynerii de Girardo in curte de Nubilaria, cum omnibus ſuis pertinentiis, monaſterium Sancti Chriſtophori de Caſtellaro, cum caſtro, & omnibus ſuis pertinentiis, monaſterium Sanctæ Fauſtinæ, cum omnibus ſuis pertinẽtiis, monaſterium S. Maurentii, monaſterium de A-*
D *ſtreto, monaſterium S. Terentii, cum omnibus ſuis pertinentiis. Inſuper in comitatu Fani, montem, qui dicitur mons Calvus, cum ſuis pertinentiis, & montem, qui dicitur mons Fani, cum pertinentiis ſuis, capellam S. Petri, cum toto ipſo caſtro de Plano, cum tota ipſa maſſa de Plano, cum vivorum, ac defunctorum redditibus univerſis, & aliis pertinentiis ſuis. In comitatu Foroſempronienſi terram in integrum, quam a juris noſtri palatii fuit, necnon & totum publicum, qui S. Romanæ Eccleſiæ pertinuit. In comitatu Callienſi caſtrum, quod dicitur mons Catulus, cum aquis, molendinis, ſuiſque aliis pertinentiis, plebem S. Joannis in Sorbitulo, cum capellis, & caſtellis omnibus, quæ ſunt in tota maſſa de Sorbitulo, cum decimis, & oblationibus vivorum, & de-*

(1) Synodo Romanæ à Symmacho habitæ an. 499. interfuit equidem, atque ſubſcripſit Feliciſſimus, ſed non Foroſempronienſis, ſed Caudinenſis Epiſcopus, poſt quem immediate ſubſcribit Innocentius Foroſempronienſis. In reliquis ejuſdem Pontificis Conciliis annorum ſcilicet 501. & 502. interfuit pariter idem Innocentius Foroſempronienſis, nullus Feliciſſimus. Conſule tomum ſecundum Conciliorum noviſſimæ editionis Harduini.
(2) Hic multo ante ad hanc ſedem pervenit: ſiquidem anno 1179. interfuit Concilio Lateranenſi II.

Digitized by Google

defunctorum redditibus, & conſecrationibus univerſis, cum ſilvis, aquis, molendinis, pratis, vineis, terris cultis, & incultis, & aliis omnibus eorum pertinentiis, capellam S. Andreæ de Loreto, cum caſtro, & aliis ſuis pertinentiis, monaſterium S. Mariæ in Portuno, cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtrum montis Aldani, cum omnibus ad ſe pertinentibus, de quibus ſupradictis annis ſingulis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ biſantium unum cenſus nomine Foroſempronienſis Eccleſia teneatur exſolvere. Ut autem majori parte gaudere poſſis in poſterum, fines Epiſcopatus Foroſempronienſis, tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, ſicut finibus ipſis idem Epiſcopatus diſtinguitur, & prædeceſſores tui eos uſque ad hæc tempora rationabiliter poſſediſſe noſcuntur. Qui utique fines tales ſunt, incipiunt ex parte Fani a Rivo majori, ubi intrat in Metaurum ſub ponte S. Cypriani, & aſcendit per ipſum rivum uſque ad Trivium Suffanariæ, & deſcendit in Rivum putridum, aſcenditque per eundem Rivum uſque ad alium Rivum, qui vocatur Dulce, & per ipſum Rivum uſque ad montem Aldi, & ſic aſcendit per Theſanum, uſque ad terram Urbinatam deſcendentes per pontem Maurum veterem, aſcenduntque iterum uſque ad Rivum Candiliani, & ſic durat per ipſum Rivum uſque in focem Petræ pertuſæ, & tranſilientes per montem Ferri tranſeunt uſque ad Spongiam, & vadunt uſque Rivum montis Catuli, & tranſeunt per caſtrum Noricle ad S. Blaſium, & hinc aſcendunt ad S. Petrum, & Campum, & deſcendunt ad apicem Albelli, aſcenduntque per foſſam S. Marci, uſque ad Crucem S. Martini, inde deſcendunt per foſſam Dulionis, & Faraſti aſcendunt ad foſſam Varangulæ, & ſic durans aſcenden. uſque ad terram Salatam emergunt ad Senum Cenſue, & aſcendunt in neulam Brungalenſem, & hinc uſque ad Suſannum fluvium tranſeuntes per Camajorem aſcendunt in terram Boccabelli, & ſic durant uſque in montem Bilii, & tranſeunt per Rovetum deſcendunt in Foratum longi uſque ad trivium Peoſſi, & aſcendunt ad Crucem S. Bartoli, et ſic per terram Morellam deſcēdunt in rivum Callis, ſic uſque in Metaurum, qui primus finis eſt. Jus autem Epiſcopale in eccleſiis, & capellis, ſive in monaſteriis, caſtris, & villis, quæ infra hos fines continentur, tibi, & ſucceſſoribus tuis duximus confirmandum, ſicut jus ipſum anteceſſores tui juſte percipere conſueverunt. Præterea ſententiam, quam piæ recordationis prædeceſſor noſter Alexander Secundus de plebe S. Ioannis, quæ dicitur de Sorbitulo, cum cæteris Eccleſiis de maſſa Sorbituli, inter bonæ memoriæ Benedictum prædeceſſorem tuum Foroſempronienſem, & Guillelmum Senogallienſem Epiſcopos protulit, & eam privilegii munimine roboravit, ratam habentes, eandem plebem cum præfatis Eccleſiis, decimis, oblationibus vivorum, ac defunctorum, & conſecrationibus univerſis, tibi, & Eccleſiæ tuæ Apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Ad majorem autem Eccleſiæ tuæ cautelam, ipſius ſententiæ formam, ſicut in ejus autentico continetur, inferius duximus adnotandam, cujus tenor talis eſt. Cum in Dei omnipotentis nomine, & reverentia in ſacroſancto Lateranenſi palatio D. Papa Alexander cum quampluribus reſideret Epiſcopis, quorum hic ſunt nomina, quæ ſequuntur. In primis Dominus Ildebrandus S. Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, necnon & D. Petrus Damianus Oſtienſis Eccleſiæ Epiſcopus, & D. Bonifacius Albanenſis Epiſcopus, & D. Mainardus Sutrienſis Epiſcopus, & D. Hugo Eugubinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & D. Mainardus Urbinaten. Epiſcopus, & D. Arduinus Fanenſis Epiſcopus, & D. Guillelmus Humanenſis Epiſcopus, & D. Hugo Callienſis Epiſcopus, & D. Dominicus Piſaurenſis Epiſcopus, & D. Lotharius Auximan. Eccleſiæ Epiſcopus, & alii quamplures, in quorum omnium præſentia ſurgens Guillelmus Senogallienſis Epiſcopus, inquit, Domine Pater Reverende veſtræ ſanctiſſimæ conqueror pietatis ſuper fratre noſtro Benedicto Foroſempronienſi Epiſcopo, qui quandam eccleſiam noſtræ diœceſis, cujus vocabulum eſt S. Ioannis, quæ dicitur in Sorbitulo, cum ſuis eccleſiis eidem maſſæ, quam nobis, noſtræque eccleſiæ ſacra contendit, & ſibi temere uſurpare præſumpſit, unde veſtram deprecor pietatem, ut noſtræ eccleſiæ juſtitiam facere dignemini. Tunc Dominus Petrus Damianus cœpit exponere, quatenus Dominus Victor ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Antiſtes, Foroſempronien. eccleſiæ motus pietate paupertatis ejuſdem cum decimis, & oblationibus vivorum, & defunctorum cum oblationibus univerſis miſerando conceſſerit, ſuoque dominio mancipaverit ejuſdem maſſæ eccleſias univerſas iiſdem redditibus prælibatis, quo referente idem cæteri proteſtati ſunt, hæc vera eſſet aſſertio. Quod audiens Dominus Papa Alexander, cunctis audientibus, placido ore inquit, quod a prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ D. Victore vobis referentibus ſtatutum agnovimus, firmum, & ratum eſſe cenſemus, & præcipimus, ut deinceps D. Guillelmus Senogallien. Epiſcopus, nec illius ſucceſſores inquietare audeant Benedictum Foroſempronien. Epiſcopum, vel ejuſdem ſucceſſores in perpetuum. Quod ſi amplius inquietare tentaverit, ſit in pœna ducentorum ſolidorum aureorum, medietatem Eccleſiæ ſupradictæ. Actum eſt hoc menſe Maji, die vero 10. indictione 13. Ego Sergius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Scriniarius hæc acta ſcripſi. Decernimus ergo &c. Si qua igitur &c. cunctis autem &c. Amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ epiſcopus.
Ego Hugus Hoſtien. & Veliternen epiſcopus.
Ego Pelagius Albanenſis Epiſcopus.
Ego Nicolaus Tuſculanen. epiſcopus.
Ego Leo tit. S. Crucis in Hier. presb. card.
Ego Guala S. Martini presb. card.
Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſtolor. presb. card.
Ego Gregorius tit. s. Anaſtaſiæ presb. card.
Ego Thomas s. Sabinæ presb. card.
Ego Ioannes tit. s. Praxedis presb. card.
Ego Dec. Ss. Sergii, & Bacchi diac. card.
Ego Gregorius s. Theodori diac. card.
Ego Romanus s. Angeli diac card.
Ego Stephanus s. Adriani diac. card.
Ego Petrus s Georgii ad velum aureum presb. card.

Datum Laterani per manum magiſtri Guidonis D. PP. notarii 14. Kal. Iunii Indictione 12. Incarn. Domini anno 1224. Pontif. vero D. Honorii Papæ III. an. 8.

12 S. ALDEBRANDUS (1) de Sorbetulo, Cæſenatis diœceſis, cum eſſet canonicus Regularis, Ariminenſiſque Præpoſitus, Foroſempronienſis Epiſcopus adlectus eſt, cujus ſacrum corpus adhuc in cathedrali aſſervatur, coliturque pro protectore, tutelarique hujus civitatis, cujus feſtum celebratur die 1. menſis Maji. Hujus meminit Ferrarius in Catalogo, Rubeuſque in Ravennati Hiſt. lib. 5. Res ejus geſtæ ita recenſentur in tabulis ejuſdem Eccleſiæ. XII.

Sanctus Aldebrandus, natus in quodam caſtro, quod vocatur Sorbetulo de Boybo ſeu de Galiata, de Romandiola prope Cæſenam, & inſtructus in grammaticalibus perrexit ad ſtudium in canonicam S. Mariæ de Portu de Ravenna de provincia Romandiola, ubi tunc ſeptem liberales artes docebantur. Et tunc canonici Ariminenſes carentes Præpoſito ipſorum fecerunt, ſicut alii capituli de dicta provincia Romandiolæ cum carebant Prælatis, & sic iverunt ad canonicam prædictam de Ravenna, & petierunt à domino doctore illius loci, unum hominem habilem, & ſufficientem pro eorum Præpoſito. Habito cōſilio, & deliberatione tribuerunt eis s. Aldebrādū, ſcientes ipſum eſſe ſanctum, & piū, & in ſacra Theologia, ac in decretalibus peritum, ſufficientem repertum; & cum devotione, & reverentia ſuſceperunt ipſum in eorum Præpoſitum. Et cum hoc eſſet, quod tunc non erant ordines mendicantium, ideo ipſe prædicabat populo ſuo Ariminenſi, & ſemel prædicando in platea ante Eccleſiam ipſius canonicæ Ariminenſis (quæ hodie Alogia vocatur) & præcipue de vico Patarania, & quod injuſte, & indebite detinebant Portum Ariminenſem, & partem de dicta platea, quæ bona erant dicti Ariminenſis capituli, inſurrexerunt cum furore unanimiter, & vo-

lacrunt

(1) Hunc defunctum eſſe tradit Clementinus in hiſt. Ariminen. lib. 3. an. 1119. ex ipſius fortè Ariminenſis Eccleſiæ, aut Urbis monumentis. Cui tanto ſecurius poſſumus credere, quanto majorem hiatum in confinio Seculi XI. & XII. oſtentans hic Catalogus, commodiorem præbet locum ipſius quantumlibet longinquo Epiſcopatui. Unde Aldebrandum inter Fulcoinum, & Gualfridum locandum cenſet Papebrochius in Actis Ss. Maii t. 2 pag. 158. Ubi de eo plura.

A luerunt ipſum capere, ipſe vero fugiens de pergulo, recuperavit ſe in campanile dicti capituli, in quo ſtetit per mediam diem, & videns ipſum populum perſeverantem volentem ipſum interficere, timendo mortem, petiit receſſum à civitate Ariminenſi. Exiens de civitate invenit in ſtrata (ante monaſterium S. Gaudentii) Nuncios deſtinatos ex parte capituli Foroſempronien. & populi, & genuflexerunt, & præſentaverunt ſibi electionem Epiſcopatus Foroſempron. Ipſe vero, gratias primitus detulit Deo, recepit, & acceptavit dictam poſtulationem cum intentu curare animas hujus populi, ut ait: qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Et confirmatus per Papam diſpoſuit ſe bonum operari, & tunc incepit Eccleſiam magnam, quia antea parva erat, prope puteum ipſius Eccleſiæ; quam Eccleſiam magnam conſummavit cum a parte tecti; reſiduum vero cum muris conſummavit D. Thomas Accarigis Archipresbyter Foroſempronien. capituli; & propter ſuam ſanctitatem præterea conceſſit Epiſcopatus Foroſempronien. Maſſam Sorbetuli.

a Ita locus emendatus à Papebrochio.

B Inter alia ſic agebat: cubiculum in camera pulchrum habebat, & de nocte inter lecticam, & parietem ſuper ſcamno, & palmitibus veſtitus jacebat, carnes non comedebat, vinum parum non guſtabat, Cilicium ferebat, ut plurimum jejunabat, & camipa aperta pro pauperibus ſtabat, ad domos pauperum cibos mittebat, diebus feſtivis Foroſempronienſi populo prædicabat. Et ſemel prædicando erant multæ hirundines in Eccleſia cantantes, prædicantem populus non audiebat, ipſe præcepit ut tacerent, & tacuerunt. Semel in die audientiam dabat, ita quod quilibet ſua neceſſaria facta narrare poterat. Manſuetus homo fuit, & gratioſus. Poſtea veniendo ad penuriam mortis, quia vixerat per ſpatium circa centum annorum, & quia nihil guſtabat, Pernix quædam decocta in duobus paropſidibus fuit præſentata adhoc, ut de ipſa guſtaret; ipſe vero reſpexit eam, & memorando quod carnes comedere non conſueverat, ſuper eam manu ſua fecit ſignum crucis, & præcepit ut ad foreſtam rediret, & ſtatim revixit, & receſſit viva volando coram præſentibus, & adſtantibus. Et ſtatim petiit de ceraſis, & erat de menſe Januarii. Domicilli cogitantes quod

C tempus non erat, tacebant compaſſionabiliter, & adſtantibus S. Aldebrandus ait; Ite ad altare, ſuper quo conſueveram celebrare, euntes invenerunt de Ceraſiis recentibus, & ſibi eas præſentaverunt. In infirmitate ſuæ mortis, & antea vivendo in ſanctitate ibant ad eum Dæmoniaci, & vexati à ſpiritibus immundis, & ipſe eos reſpiciebat, & cum riſu ſigno crucis ſignabat, propter quod Deus illæſos dimittebat. Multi de Ancona, & ab aliis locis diverſis infirmitatibus gravati ad ipſum perrexerunt, & liberati receſſerunt. Demum reddendo animam creatori de nocte præcedente ante Kalendas Maji in hora matutinali, tres campanæ, quæ erant in campanili Eccleſiæ Foroſempronien. Epiſcopatus miraculoſe nemine ipſas tangente à ſe ipſis pulſabant in cantu, ſecundum conſuetudinem pro mortuis. Et de mane ipſum corpus fuit in Eccleſia poſitum, & pluendo non pluebat ſuper medietatem Eccleſiæ, quæ medietas erat tunc diſcooperta, & non conſummata, & ſic in Kalen. Maji fuit ſepultus; ideo in tali die celebratur ipſius feſtum.

D Et ſepulto corpore canonici ordinaverunt, quod potus daretur multis, qui venerant de civitate Urbini, Callii, & ipſorum comitatu; & de uno vaſe vini capacitate quatuor quartarum biberunt bene duo millia perſonæ. Et non deficiente vino dicti vaſculi, quidam ex invidia (dixit) o diabole! quid eſt hoc, quod vinum iſtud non diminuitur? & tunc vinum in dicto Vaſe incepit deficere. Tranſactis duobus annis, ſacriſta veniens ad pulſandum matutinum audivit in dicta Eccleſia Angelicum cantum, propter quid timuit: ſed pergens ad cameram domini Archipresbyteri ipſum vocavit, & (venit) ducens ſecum canonicum, & ſtantes ante oſtium Eccleſiæ audiverunt divinum cantum, & magnā luminariam viderunt in dicta Eccleſia ſuper ſepulchrum in pede Eccleſiæ dicti S. Aldebrandi, ſuper quo ſepulchro tectum Eccleſiæ non erat conſummatum, & intrantes in Eccleſiam neminem viderunt, & ulterius audierunt; ſed lumen magnum ſtabat ſuper dictum ſepulchrum, & cogitabant diem eſſe, & hora erat matutinalis. Et nemo ipſorum loquebatur, ita ſtabant ſtupefacti, & ſteterunt uſque ad diem. Poſtea cogitando ſuper negotio miraculi tranſtulerunt ipſum corpus S. Aldebrandi in altare capellæ, quæ erat prope capellam magnam, & tunc Paganuccius Maſculi recepit unum reliquium digiti ſui, & morando in ſua domo ſtatim præſentit infirmitatem in corpore magnam. Cogitando de facto reportavit digitum: & aſtando ante altare ipſius genuflexo viſibiliter receſſit de ſua manu dictum reliquium ad ſuum corporis locum. Et quidam de Eugubio de nocte ivit ad lampadem dicti altaris, & accepit oleum de ipſa, & (ſtetit) amittens lumen, & ſenſum, nec poterat de dicta Eccleſia exire. De mane canonici poſuerunt ipſum ante altare, & ſtatim lumen oculorum recepit. Populus Fanenſis vicit civitatem Foroſempronienſem, & pro deſpectu aſportaverunt duas campanas de Eccleſia S. Aldebrandi, & poſitæ in campanili Fanenſi non pulſabant. Videntes miraculum reportaverunt dictas campanas ad priſtinum locum, & cum fuerunt in medio Pontis S. Cypriani, ipſæ campanæ, quæ erant ſuper currum, pulſare cœperunt.

B 13. B. RICHARDUS Foroſempronienſis Epiſcopus, haud ſatis conſtat, quo tempore vixerit; fatentur plerique ex Ordine S. Franciſci vitam inſtituiſſe. Hujus meminit Buſtus in Raſ: p. 2. ſerm. 27. XIII.

14. GENTILIS anno 1255. ad quem ſcribit Alexander IV. ut quiete Eccleſiam S. Joannis de Sorbetulo Senogalliæ diœceſis, & medietatem bonorum monaſterii S. Mariæ de Portino ejuſdem diœceſis menſæ Epiſcopali unitorum retineat. Datum Neap. 2. Id. Martii Epiſt. 225. fol. 30. an. 1. Reg. Vatic. Obiit temporibus Martini IV. XIV.

15. JACOBUS de Cluſan, ſubdiaconus Apoſtolicus, a capitulo electus confirmatur ab Honorio IV. an. 1285. 5. Kal. Martii ex Reg. Vatic. Epiſt. 322. fol. 88. Deceſſit anno 1295. XV.

16. MONALDUS Canonicus Salerburienſis a Bonifacio VIII. in demortui Jacobi locum ſubſtituitur anno 1295. 4. Id. Octob. ex Regeſt. Vatic. Ep. 563. f. 158. ann. 2. Obiit ann. 1304. XVI.

17. JOANNES ſucceſſit Monaldo ex Abbate S. XVII.
C Angeli de Gaifa Ordinis S. Benedicti Urbinatenſis diœceſis; a capitulo poſtulatus confirmatur a Benedicto XI. an. 1304. 13. Kal. Martii ex Reg. Vatic. Ep. 444. ann. 1. conſecratur eodem anno per Epiſcopum Card. Tuſculanum.

18. N. Ordinis Minorum, defuncto Joanne eligitur ab eodem Benedicto XI. an. 1305. Kal. Junii; ita habetur in Reg. Vatic. Ep. 789. XVIII.

19. PETRUS autem ex canonico Eugubinæ Eccleſiæ a capitulo electus confirmatur a Joanne XXII. an. 1317. 8. Kal. Maji, & per Nicolaum Epiſcopum Card. Oſtienſem Avenione conſecratur: translatus inde fuit ad Eccleſiam Eugubinam an. 1327. ut legitur in Reg. Vatic. XIX.

20. PHILIPPUS Archipresbyter Plebis de Monatello diœceſi civitatis Caſtelli creatus Epiſcopus Foroſempronienſis an. 1327. 7. Kal. Octob. ex Reg. Vatic. XX.

21. ARNALDUS vero 1334. translatus inde ad Eccleſiam Aptenſem In Gallia 1342. XXI.

D 22. UGOLINUS Præpoſitus Eccleſiæ Urbinatenſis, eligitur Epiſcopus a Clemente VI. anno 1342. 12. Kal. Decemb. ex Reg. Vatic. Ep. 84. fol. 168. ann. 1. lib. 6. Hujus meminit Alexander Carthagena lib. 5. conſ. 119. Obiit anno 1363. XXII

23. Fr. GALVANUS Patavinus, ex Ord. Eremitano S. Auguſtini effectus eſt 1363. 4. Id. Decemb. [„ *Hujus meminit Portenarius in hiſt. Patav. l. 9. c.* „ 27. Mandoſ.) XXIII

24. ODDO, Piſaurienſis, eadem Foroſemproniana dignitate fulſit 1379. Fuit Poeta inſignis, ac varia literatura clarus. Deceſſit anno 1408. ſepultuſque eſt in cathedrali cum hac inſcriptione, XXIV

Hic jacet extinctum corpus venerabile noſtri
Oddonis, Dominus Præſul, Paſterque benignus
Ipſe fuit virtute micans, doctorque Camœnæ
Piſauro genitus, Raneri ſanguine clarus.
Oſſa dedit terris, cœlumque animamque reduxit.
Milleſ. & . . bis quater exegit annis.

Digitized by Google

XXV. 25. ROELLUS de Roellis, Ariminenſis, factus Epiſcopus 1408. Deceſsit 1420.

XXVI 26. JOANNES de Verruculo Abbas Caſtelli Durantis adlectus eſt 1420. Id. Auguſti. E vivis exemptus eſt 1432. Hujus meminit Alex. lib. 5. conſ. 119.



XXVII. 27. DELPHINUS Gozzadinus Bononienſis Carthuſianus, Epiſcopus Pennenſis, ad hanc Eccleſiam translatus fuit 1432. 10. Kalen. Aprilis, de quo ſuperius lib. 1. Obiit 1434.

XXVIII. 28 ANDREAS de Monticulo Epiſcopus Carpulienſis, huc translatus 8. Id. Septembr. 1434. eodemque ann. 4. Kalend. Novembris ad Auximanam Eccleſiam translatus fuit, ex lib. proviſionum prælatorum. De translatione Andreæ ab Eccleſia Foroſemproníenſi ad Auximanam, mentionem facit Concilium Baſileenſe, ubi forte tunc Andreas præſens erat, in literis ad Auximanum populum datis, eo ipſo anno, quo Eugenius illum tranſtulerat: tenor literarum eſt hujuſmodi ab originali deſumpto, quod extat in archiv. Auximanæ Eccl.


Sacroſancta generalis ſynodus Baſileen. in Spiritu ſancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam repræſentans dilectis Eccleſiæ filiis prioribus, populo, & communitati civitatis Auximanæ ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Noviſſimis diebus uti percepimus S. D. Eugenius cupiens Eccleſiæ Auximanæ de optimo paſtore utiliter providere ad Eccleſiam ipſam tranſtulit venerabilem Andream de Monticulo decretorum doctorem olim Epiſcopum Carpulien. & nunc Foroſempronien. magnis ejus virtutibus ſic exigentibus, qui cum in hoc ſacro concilio longo tempore fuerit, & tamquam notabile, & utile membrum ipſius, circa negotia univerſalis Eccleſiæ, quæ hic ardua tractantur, prudenter cum magna diligentia ſemper ſe habuerit, adeo quod a nobis commendatione, honore, & dignitate quamvis magna dignitas judicetur, ſperamuſque quod hujuſmodi de eo translatio facta vobis erit grata. Eccleſiæ autem nondum grata, ſed futura eſt utiliſſima. Vos exhortamur in Domino, & attente rogamus, ut eum favorabiliter, & cum debita reverentia recommiſſum ſuſcipiendi velitis omnem diligentiam adhibere ad Dei, & Eccleſiæ ſacroſanctæ reverentiã, ac ejus ornamenta virtutum, quod dictæ Eccleſiæ poſſeſſionem faciliter conſequatur. Ipſe enim Epiſcopus cum nequeat perſonaliter, hic in negociis, & Eccleſiæ univerſalis implicitus ad dictam poſſeſſionem conſequendã accedere, procuratores ſuos legitimos mittit, & quoniam, ut diximus, pro fide hic diligenter laborat, rogamus vos, ut velitis dictis procuratoribus ſuis conſiliis, & favoribus aſſiſtere opportunis, adeo quod favore veſtro, ac etiam intuitu noſtro totius Epiſcopatus poſſeſſionem ſine aliquo impedimento poſſit obtinere, quod nobis certe gratiſſimum erit, & ex hoc ſacrum concilium vobis multum obligabitis, Eccleſiæ, & populo veſtro, ut diximus, de ejus perſona ſalubriter proviſum erit, & vos omnes poſtea nobis contentare poteritis.

Datum Baſileæ 10. Kal. Decemb. anno Domini 1434

Loco plumbi † ſacroſanctæ ſynodus Baſileen.

XXX 29 GABRIEL de Benveduto, Eugubinus,

A Epiſcopus adlectus eſt 1434. die 19. menſis Novembris; fato functus eſt 1449. hujus item meminit Alex. in ſuis conſ. lib. 5.




B

30. AUGUSTINUS Lanfranchus, nobilis Piſanus, Præpoſitus eccleſiæ S. Mariæ de Ponte novo Piſarum, hanc ſedem obtinuit 1449. 4. Kalend. Julii. E vivis exemptus eſt 1469. ſepultuſque eſt in Cathedrali in ara marmorea cum hoc epitaphio. XXX.

Auguſtinus Lanfranchus nobilis Piſanus ex nobili Lanfranchorum familia per annos xx. huic Eccleſiæ præſidens Epiſcopatum prædiis reddidit ampliorem, primum quotidianas diſtributiones Eccleſiæ ſervientibus dari inſtituit. Anno ætatis ſuæ LXXV. corpus hic, animam vero ſuperis reddens. anno Domini M.CD.LXIX. ſeptimo Kalendas Octobris.

C



31 HIERONYMUS Sanctuccius aUrbinas, adlectus eſt anno 1470. hic ampliorem, commodioremque ſedem ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus paravit, ut ex hac marmorea ſubjecta conſtat inſcriptione. XXXI

a Hujus meminit Meliorius in Floren. Illuſ p 443 eumque Bartholomæum vocat.

Beatis Aldebrando Pontifici, & Maurentio
D *martyri ſanctiſſimis, optimiſque Foroſempronienſium patronis, Epiſcopus eorundem Hieronymus Sanctutius Urbinas, ex Eccleſiæ redditibus in ſuam, ſuorumque modeſtam habitationem, procurante Franciſco de Actis diligentiſſimo negotiorum geſtore, novas domus has erexit, ac diſpoſuit melius.*

Cæterum Hieronymus Urbini deceſſit, ſepultuſque eſt in Cathedrali prope ſacrarium, cum hoc epitaphio.

Hieronymo Sanctutio Urbinati, Epiſcopo Foroſempronienſium, ſanctimonia, prudentiaque inſigni, nec minus de ſancta Romana Eccleſia, quam de ſua benemeriti fratres pientiſſimi poſuere. Vixit annos VI. & LX. menſes x. dies v. Obiit Urbini die v. & xx. Julii, anno ſalutis MCDXCIV.

32. PAU-


Digitized by Google



XX XII. a Laudatur à Valerio Andrea in Bibliotheca Belgica. Mandoſ.

32. PAULUS a Middelburgo è Zelandia ſui ſeculi Mathematicorum facile princeps, cujus egregias laudes, atque encomia Julius Cæſar Scaliger commemorat contra Cardanum exercit. 266. Foroſempronienſis adlectus Epiſcopus eſt, in favorem Maximiliani Imperatoris 1494. die 30. menſis Julii. Scripſit de recta Paſchæ celebratione, de die paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti. De numero armorum contra uſurarios, pluraque alia ingenii monumenta reliquit. Romæ exceſſit è vivis 1534. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Mariæ de Anima prope ſepulchrum Adriani VI. cum hac inſcriptione.

Paulo Antiſtiti Foroſemprononienſi Middelburgo inſigni inferioris Germaniæ oppido viro liberalium artium diſciplinis, pietate, animique moderatione longe omnibus anteponendo, a Julio II. et Leone X. Pontificibus ad præſidendum Lateranenſi concilio electo, et evocato, vitæ ſuæ curriculo annorum LXXXVIII. in gloria exacto, reſtitutaque Deo. Romæ inter Germanicas Eccleſiaſticas divinæ ſui parte, Petrus Vortius Epiſcopus Aquenſis Referend. & ſacra Rotæ Locumtenens, & Fodericus Clavarius utriuſque Cenſuræ Doc. & eques, executores poſ. Obiit xix. Kalend. Januarii anno a partu Virginis M. D. XXXIV.



XX XIII. b De eo Ghillinus in Theatro p. 1. pag. 83 & Gaddius de Scrip. t. 1. pag. 203. Mandoſ.

33. JOANNES Guidiccionius, Lucenſis, b ad hanc ſedem aſcendit anno 1524. die 18. menſis Decembris. Hic in poetica laude lauream tulit inſignẽ, in utraque lingua apprime excultus. Hetruſce autem ejus ſuavitatis erat, ut omnibus ſui ſeculi videretur anteferendus. Quamobrem plures edidit orationes, atque epiſtolas, in quibus ſolidioris doctrinæ non deſunt nervi, cum mirifico lepore dictionis. Romanis Gubernator adſcitus jus dixit, atque apud Regem Gallorum, Cæſaremque legatione functus eſt; cumque Æmiliam adminiſtraſſet, ac mox Picenum frænaret, vitam finivit in patria doctis omnibus luctus, ac mœror futurus anno 1541. ac in primaria æde ſepultus, cujus epitaphium hic aſcribendum putavi.

A *Joanni Guidiccionio Præſuli Foroſempronienſi ſapientiſſimo viro, literatura, judicii dexteritate ornato, legatione apud Cæſarem, Urbis, Flaminiæ, Piceniqué gubernatione cum laude functo, Pauli III. obſequiis domi, militiæque præclare exercito. Vixit an. LXI. Bartholomæus Cardinalis patruus, & Ant. frat. poſ.*


Ad Joannem elegiacum carmen ſcripſit de laudibus villæ Bartholomæus Guidiccionius, qui ſub Paulo III. Cardinalis, & Epiſcopus Lucenſis obiit, dum Lucano ruri, aulæ Romanæ vitandæ gratia ſeceſſerat, vitamque privatam hiſce carminibus delineavit.

Ad Joannem Guidiccionum.

Quis locus in terris umbroſo gratior antro,
Et quæ congeſto ceſpite tecta caſa eſt.
Seu tenduntur aperta patentis ubi æquora campi,
Sufficiuntque avido gramina læta gregi.
Sive ubi mons ſubjecta virens proſpectat in arva,
B *Cui ſylva intonſum veſtit opaca caput.*
Hic mihi ſecuram contingat ducere vitam
Inter paſtores, inter & agricolas.
Non ſomnos adimunt curæ, nec avara cupido,
Gloria nec falſis ludit imaginibus.
Pan pater, & ſpreto facilis Sylvanus olympo
Optarunt ruris dicier eſſe Dei.
Pieridas olim paſtor conſpexit in altis
Vallibus, Aſcræas dum ſequeretur oves.
Te dignum eſt, quæ monſtrat iter tibi vivida virtus,
Quâ tua mens cœpta tendere ſane via.
Parvus ut ingens creſcat tumefactus alumno,
Et lato certet Serchius Erydano.
Urbs tibi, ſeptenum quæ tollis ad æthera culmen,
Convenit; hæc curſu eſt area digna tuo.
Rura mihi, & ſola frondoſa palatia ſylva,
Regiaque anguſto non operoſa lare.
Hic pecore exiguo dives, & pauper agello
Inſcribam teneris carmina corticibus.
C *Ceſpiteque in viridi, & molli meditabor in umbra,*
Quæ dulci excipiat fiſtula blanda ſono.
At mons, convalleſque cavæ, & ſpecus omne ſonabit;
Diſcet & acceptos reddere ſylva modos.
Spreta nec ignavo ſqualebunt arva colono,
Raptori nec erit de grege præda lupo.
Nigroſcent culto proſciſſa novalia campo,
Ter lætam invertet vomer aduncus humum.
Et juga convertens captis aget ordine ſulcis
Urgens incœptum curvus arator opus.
Ipſe, laboranti dum terra condit aratrum,
Spumantem infundam pocula grata mero.
Iamque ſeges culmum, & teneras formabit ariſtas,
Quæ latuit jactis condita ſeminibus.
Aſt ubi jam matura manus armatus acuta
Falce feret dextrum meſſor in arva pedem,
Per ſulcos denſis ſternetur terra maniplis,
Quos palea obtorta vinciet agricola.
Huic meſſem plenis pubes bona ſuggeret ulnis,
Aſpiciam tacita gaudia mente mea.
D *At vitulus Cereri fumantes imbuet aras*
Diffuſus ſalſa cornua prima mola.
Nec ſentire ſinet, quos ſydere Phœbe calores,
Quoſque ſimul facies Bacche liquore tuo
Convivas ſuper intendens umbracula quercus,
Et buxus raucis curva foraminibus.
Virginibus mixti pueri cum plena tumeſcet
Uva imbuta pater nectare Bacche tuo,
Incedent tibi nec ferentes ſancte quotannis
Vimineis grati primitias calathis.
Ipſe levi argutos percurram pectine nervos
In medio, & tenui carmina culta ſono.
Ipſa ſimul feriet pede terram, & ſydera voce
Læta pio vatem turba ſecuta choro.
Fundentur ſtabulis mugitu in paſcua vaccæ,
Præcedet tardo, virque, paterque pede.
Paſtor aget, juxtaque canum cuſtodia ſolers,
Quâ vigil intentas arceat inſidias.
Gramen oves tenerum carpent dumeta capellæ,
Et ſaturæ referent ubera plena domum.
Caſeus, & nitidæ non deerunt vellera lanæ,

Can-

Candida, ſed variis inficienda modis.
Sæpe truces agitabit apros animoſa juventus,
Fortis in adverſos tela cruenta feret.
Aſt ego ſecura ſpeculabor ab arbore pugnam,
Hortatus celeres voce ſonante canes,
Quo minus inceſſent latratibus, undique denſi
Vibrantem rabido fulmina dente ferum,
Necnon & choreas juvenes, teneræque puellæ
Ducent, quos junctis nectet amor manibus.
In numerum læti ſaltabunt, & pede docto
Converſas repetent, ancipitesque vias.
Ut figulus facili componens pocula dextra
Currentem celeri verſat in orbe rotam.
Atque agiles aliquis qui ducat in aere gyros
Alterna invertens concita membra vice;
In caput, inque pedes circumvolvetur ut in ſe
Procurrunt tereti mala voluta fuga.
Turba chorum premet arcta, acuet, jacietque Cupido
Improbus è pharetra ſpicula lecta ſua.
Hæc mihi Dii firment, qui ſi dignabere ſylvas,
Et non ſpreta ſuis tu quoque rura Deis.
Horrentes umbras inter, ſaltuſque profundos,
Lympha ubi muſcoſo garrula fonte cadit,
Surgentis clivi in dorſo delubra tenebis,
Et cadet ante tuos hoſtia multa focos.
Et tibi Alexander, quæ Phœbo, ipſique Lyæo
Paſtores voti ſacra reifacient.
Occurrent ſatyrique bicornes, & pater ipſe,
Cujus in umbroſo vertice ſylva viret.
Sylva Deo nomen, capitique imponit honorem,
Et cultu dignum cana ſenecta facit.
Teque omnes mirati oſtro fulgente decorum,
E ſupero credent numen adeſſe choro.
Ipſe ſenex agreſte decus tibi, grandiaque ultro
Aptabit capiti lilia dempta ſuo.
Quin etiam (neque enim vox eſt obſcura Deorum)
Auditus ſacra Faunus in Albutia.
Farneſi manibus ſceptrum cape, quod tibi ſervo,
Et quæ te fatis debita regna manent;
Te Latii mea regna manent, & qua tibi ſeptem
Roma ſacrum oſtentat collibus alta caput.
Hæc ille excerpere ſuis de collibus ambo
Vocem, & de tumulo plauſit uterque ſuo.
Aureus ipſe pater quo rege incognita bella
Gentibus, & fruges terra inarata debeat.
Quique ſimul ſurgentem Eoo proſpicit ortu
Quaque cadet gemino reſpicit ore diem;
Tarpeja quatiens nubem de rupe coruſcam
Annuit, & lævum Jupiter intonuit;
Cumque ſupercilio terra ſola cærula ponti
Movit, & æthereas ſydera celſa domos.
Juſſerat immitis Rex, veteri Quirini
Roma tuum in Thuſcis fata perire vadis.
At neque Alexander dextro ſine numine divum
Servatus Thuſcis eſt tibi nuper aquis.
Nimirum, tua qui fatis ad ſceptra vocantur,
Læva queunt nullis perdere fata modis.



XX XIV. 34 NICOLAUS Ardinghellus a, Florentinus, Petri filius, ex canonico Florentino, & ſecretario Pauli III. atque apud Franciſcum I. legato, eadem

a De eo in Notitiis

A dignitate nobilitatus eſt 1541. die 29. menſis Julii, atque ab eodem Pontifice Senatoria purpura ſub titulo S. Apollinaris eſt inſignitus 1545. Romæ jam ſenex communi fato conceſſit, Præſul doctiſſimus, ac ſuaviſſimis moribus, ut Petrus Victorius in quadam pereleganti præfatione in Ciceronem ad eundem inſcripta, abunde teſtatur. De eo nos plura in noſtris additionibus ad Ciaconium. Apud S. Mariam ſupra Minervam tumulum accepit, cum ſequenti elogio.

vitor. Illuſ Acad Flor. par. 1. p. 69. Mazzuc.

D. O. M.

Nicolao Ardinghello Florentino primariæ nobilitatis viro, quem juris utriuſque Conſultiſſimum, omniſque virtutis, ac ſapientiæ laude præſtantem, ad Epiſcopatum Foroſempronienſem provectum cum Paulus Tertius Pont. Max. Piceno primum cum honore Vicariæ legationis imponeret, deinde ſupplicum libellis præficeret, demum in ſacrum Cardinalium Collegium adoptaret, tituloque

B *ſancti Apollinaris inſigniret, non tam hominem, quam honorem cohoneſtare viſus eſt. Annos natus quatuor, & quadraginta in medio virtutum, & honorum ereptus, acerbum ſui deſiderium reliquit omnibus 10. Kalendas Septembris M. D. XLVII. Alexander Ruſpulus, Bartholomæi, & Mariæ Ardinghellæ filius, ob memoriam erga conſanguineam optimam voluntatem poſ. anno poſt conditam ſalutem M. DC. I.*

35 ALOYSIUS Ardinghellus, Florentinus, frater ſupradicti Cardinalis, eiſdem Eccleſiæ Epiſcopus declaratus eſt ex ceſſione fratris 1547. die 16. menſis Martii. Peruſiæ, atque Viterbii vicelegatus fuit, cumque ſanguinis nobilitate ſummæ prudentiæ laudem conjunxit. Obiit poſtremum diem 1569. die 9. menſ. Feb. ſepultuſque eſt in Cathedrali. XX XV.

36. ALEXANDER Mazza ex oppido Bibiena Florentinæ diœceſis, a Pio V. Pontifice alias ſanctiſſimo, ad hanc ſedem evectus eſt 1569. prima die XX XVI

C ineuntis Aprilis: Cujus cum hic deinde dignitatis fulgor impares perſtrinxiſſet oculos, plane oſtendit, haud æque tutum eſſe in herili obſequio, ac in luce hominum cum dignitate verſari; Principeſque alioquin prudentia claros haud ſemper collimare ad ſcopum, cum ex affectu, ex domeſticis curis, ad publicas ſuſtulere indignos. Siquidem Alexander adeo in Foro-Semproniānæ Eccleſiæ adminiſtratione obtorpuit, ut modico cenſu inſperſum, Gregorius deinde XIII. Pontifex epiſcopali munere abire compulerit. Itaque Patavium profectus eſt, ibidemque vitam finivit.

37 HORATIUS Montegranellus, Eugubinus, civiſque Romanus, ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus adlectus eſt 1575. die 29. menſ. April. Deceſſit 1579. Aprili menſe; ſepultuſque eſt in Cathedrali. XX XVII

38 OCTAVIUS Accorambonus, Eugubinus, ac civis Romanus, Foroſempronianus declaratus eſt 1579. die 15. menſ. Martii, quam ille Eccleſiam ad 30. annos adminiſtravit. Palatium epiſcopale XXX VIII.

D ampliavit, ſacram turrim erexit, publicas ſupplicationes, preceſque inſtituit, appellatus Pater Pauperum, ac ſingularis caſtimoniæ titulo inſignis. Cum eo munere volens abiiſſet, ſpoliorum collector in Luſitaniam miſſus eſt, reverſumque in Italiam Archiepiſcopum Urbinatem Pontifex declaravit. Romæ è vita diſceſſit die 23. menſ. Maji, ſepultuſque eſt apud S. Gregorium in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat cum hac inſcriptione.

D. O. M.
Octavius Accorambonus
Epiſcopus Foroſempronienſis,
ſibi gentilibuſque ſuis
vivens poſuit anno Jubilei M. DC.
ætatis LXI.

39 JOANNES Canalius, Typhernas, ſucceſſit Octavio 1609. die 2. menſis Auguſti. Romæ poſtremum diem obiit 1612. XX XIX.

40 LAURENTIUS Landus, Velitrenſis, XL.

ejuſdem

Digitized by Google

A ejuſdem Eccleſiæ Præſul adlectus eſt an. 1612. die 4. menſis Julii. Hic Cathedralem exornavit, decentiori loco ſanctorum reliquias excepit Epiſcopales cenſus auxit. Deceſſitque 1627. ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Laurentio Lando Veliterno, hujus Foroſempronienſis Eccleſiæ Epiſcopo integerrimo, quem hic quieſcere ne putes, nam gregi, quem paſtor ſedulo pavit, nunc invigilat cuſtos. Deſiit eſſe mortalis anno Domini M. DC. XXVII. ætatis ſuæ anno LXIII. Benedictus Landus in Epiſcopatu ſucceſſor, & Clemens fratres patri amantiſſimo P. C.

41 BENEDICTUS Landus Laurentii fratèr, ad eandem ſedem evectus eſt 1627. cum Antonii Barberini Cardinalis S. Honuphrii Auditor eſſet. Hic Cathedralem reſtauravit elegantioris formæ ſchemate, diœceſimque ampliavit ex nova quinque oppidorum juriſdictone. Plures lites, ſimultateſque inter cives mucrone ſuæ prudentiæ jugulavit, aliaſque præclaras operas perfecit, quæ verum, piumque addecerent paſtorem. Vitæ autem tranquillioris deſiderio ſemel obtentæ Eccleſiæ nuncium remiſit anno 1632. in patria deinde extremos clauſit dies. Iacet in eccleſia S. Laurentii prope parentem, & fratres, ubi hæc leguntur cœnotaphia. XLI.

Aſcanio Lando Clementis, & Alexandra Biſcia filio,
patris virtutum æmulatori ſtudioſiſſimo, gentilitiæ nobilitatis
omnigena ſcientiarum cognitione cumulatori eximio,
ſex e Claudia Cælia conjuge lectiſſima filiorum,
quos a nobis fama nihil abeſſe præſentes etiam lapides conteſtantur,
educatori piiſſimo octogenario è vivis ſublato
Anno M. DC. VII.

Clementis doctrina, pietate,
ac prudentia non vulgari ornato,
fratrum ætate maximo,
ab iiſdem patris inſtar habito,
tanti amoris repenſori gratiſſime,
poſt multos liberos
ex Ormiſia Toruſia uxore
genii probitate æque, ac generis
ſplendore conſpicua genitos,
laudabili vita Romæ perfuncto
Anno M. DC. XXXVII.

Laurentio I. V. & politiorum literarum
peritiſſimo,
animi celſitudine admirando,
Pauli Quinti ſummi Pontificis ſapientia
Foroſempronenſium Epiſcopo creato,
tribus luſtris in exactiſſima paſtorali cura
exactis inter oves commiſſas
non ſine ingenti illarum mœſtitia ſepulturæ
commiſſo Anno M. DC. XXVII.

C

Baſilio inculpabili vita ſolerti,
œconomia,
varia literatura inſignito,
in referta laudum copia tumulato
Anno M. DC. XXVI.

Hortenſio I. C.
Eccleſiaſtica dignitatis poſt Landum
gentilem ſuum
Vaticanæ Baſilicæ Canonicum
trecentorum annorum ſpatio
in familia interpolatæ
inſtauratori,
Veliternen. Cathedralis Eccleſiæ
Canonico,
dehinc Archipresbytero immatura morte
oppreſſo Anno M. DC. X.

Benedicto juriſprudentia celeberrimo,
ex primariis Urbis Advocatis
ab Urbano VIII. Pontifice ter maximo
Card. S. Honuphrii fratris Auditori ſelecto,
Laurentio in Epiſcopatu ſucceſſori
meritiſſimo, inter ſacræ Viſitationis Apoſtolicæ
Antiſtites aſcito,
Ad meliorem vitam tranſlato
Anno M. DC. XXXVIII.

Hieronymo I. V. D. multis præturis,
ac muneribus decorato
undecima poſt Baſilium die
honeſtiſſima fama mortalitatem
exuto.

Joannes Baptiſta Epiſcopus Foroſempronien. & Franciſcus
Clementis filii parentibus, patruiſque grati animi monumentum
indiſſolubilis concordiæ
exemplum poſteritati imitandum P. P.
Anno M. DC. XL.

XLII. 42 JO. BAPTISTA Landus, Benedicti, ac Laurentii nepos, in hunc Epiſcopatum ſucceſſit, avitæ virtutis æmulus, ac prope par, Urbano VIII. Pontifice Maximo ſedente, an. 1633. die 24. menſis Januarii, quo ipſo die inauguratus fuit. Die vero 7. menſis Maji ejuſdem Epiſcopatus iniit poſſeſſionem. Ovium ſibi commiſſarum utilitati ſtuduit quam maxime, nullumque non movit lapidem, ut cum populo clerum ad puriores mores traduceret. Taurini ultimum vitæ ſpiritum pie Creatori reddidit anno 1646. menſe Maji, cum pro Innocentio X. Pontifice Maximo Apoſtolicæ ſedis Nuncii munere fungeretur.

XLIII * Ex App. tom 5. 43 * IO. BAPTISTA Zecchadorus utriuſque ſignaturæ Referendarius, Lando ſucceſſit die 24. Auguſti 1648.

A D D I T I O.

(„ *Conſervatorium Orphanarum puellarum excitavit, & S. Aldebrandi reliquias ſolemniter tranſtulit, repoſuitque ſub ara majori Cathedralis. E vivis abiit plenus meritis, & ætate die 19. Novembr. 1696. tumulumque accepit in Cathedrali.*

XLIV „ Fr. LAURENTIUS *Fabri, Bononienſis, Ordinis minorum Conventualium, cum in Patria univerſitate Metaphyſicam publice profiteretur, Romam vocatus S. Officii Conſultor eſt declaratus, deinde 6. Decemb. an. 1696. Foroſempronienſis Epiſcopus adlectus eſt. Obiit an. 1709. die 17. Aprilis nonagenarius, ſepultuſque eſt in Cathedrali, quam pretioſa ſupellectile ditaverat.*

D

„ CAROLUS *Palma, Urbinas, Patriæ Metropolitanæ Canonicus Pœnitentiarius, ad hanc ſedem evectus 1709. menſe Junio. Fratrum Capuccinorum Eccleſiam conſecravit; pergitque ſumma pietatis, & prudentiæ laudent commiſſum ſibi gregem cuſtodire.*) XLV.

LEO-

LEOPOLITANI, SIVE FERETRANI EPISCOPI.



SAncti Leonis civitas, quæ etiam Leopolis appellatur, in ſupino, arduoque colle conſtructa Urbinatis ditionis in Flaminiam provinciam ſpectans, tametſi perantiqua ſit, ex ingrato tamen ſcriptorum ſilentio, vix unquam apud antiquos ſcriptores ejus memoria occurrit. Unus Luitprandus narrat illuc Beringarium clariſſimum Ducem confugiſſe, cum Imperatoris Othonis iracundiam declinaret. Ex recentioribus meminerunt multi, ſed parce, nimiſque jejune, cujus perdifficilem acceſſum, ſitumque fortiſſimum ita deſcripſit Pamphilus in lib. 1. de laudibus Piceni.

Arduus aſper adit mons celſo culmine cœlos
Undique permagnis San Leo cinctus agris.
Hunc homini fas eſt nunquam conſcendere montem:
Aeriæ rupes, ſummaque ſaxa negant.
Frugifer haud tenuis ſedet alto vertice campus,
Sufficit & multis frugibus ille viris.
Limpidus undiſonis volitans è cautibus antri
Fons rigat herbiferos curſibus uber agros.
Difficiliſque aditus, vix tandem pervius uni:
Ictibus ulla nequit vertere bomba locum.
Theſauros Ducibus *ſervat diſcrimina totos,*
Si procul inſidiæ, ſi dolus omnis abeſt.
Sed tamen (ut vere jam dixerat ille Philippus)
Nil tutum, ſi auri pondere aſellus adit.
Omnis enim Ducibus *victoria digna modernis,*
Vel datur argento, vel datur ipſa dolis.
Lancea ſigniferis noſtris argentea bellum
Efficit, aut vulpes digna trophæa parant.
Natus Alexandri cupit jam Borgia Sexti,
(Sit licet aerius) proditione locum.
Hunc quoq; militibus Medices Leo Maximus urget,
Et capit ex hominum ſeditione brevi.

In maximæ tamen felicitatis partem hujus civitatis poterit computari, Feretranenſem clariſſimam protuliſſe gentem, tot Ducum, & Principum, tot bellatorum feraciſſimum ſeminarium, quæ demum in Urbinatium dominatu, Roboream gentem excepit, qua extincta antiquum Romanorum Pontificum jugum, Urbano VIII. Pontif. Max. ſedente, gratanter accepit. Jam inde a priſcis temporibus Epiſcopali dignitate inſignita eſt, cujus Præſul ab ejus monte, ubi conſtructa eſt civitas, quem totum Feretranum montem dixere vetuſti, Feretranus Epiſcopus frequentius denominatur, ſubjectuſque primum fuit Raven- nati Archiepiſcopo ex dono, & conceſſione Gregorii V. Papæ, quod fecit anno 996. Joanni Archiepiſcopo, quem Reverendiſſimum & ſanctiſsimum confratrem appellat, quemadmodum cognoſci luculentius poteſt ex Pontificiis ipſius Gregorii literis, quarum partem ex Urſiano tabulario ſic recitat Hieronymus Rubeus in ſua Ravennatenſi hiſtoria lib. 5. *Quapropter*, inquit Gregorius, *conſiderantes etiam univerſas hereſes in ſancta Catholica Eccleſia miſerabiliter ortas, dignas reſecari ſancta Ravennat. Eccle-*

A *ſiæ, tibi Joanni ejuſdem Eccleſiæ venerando Archipræſuli, tuiſque ſucceſſoribus, in perpetuum, paterno amore ſubvenimus. Placentinam etiam injuſte ſibi a meo anteceſſore ablatam, & contra canones ſub nomine Archiepiſcopatus locatam, ſibi, ejuſque ſucceſſoribus refutantes in perpetuum. Inſuper etiam a noſtro Apoſtolatu petiſtis, quatenus pro omnipotentis Dei amore, mercedeque animæ noſtræ & pro ſtatu regni domini inviɛtiſſimi tertii Othonis Imperatoris Auguſti Epiſcopatum Monteferetranum, cum omni integritate ſua, ex noſtro dono, ſub jure ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ donando, & Epiſcopum conſecrandi amodo in antea cui volueritis, tibi tuiſque ſucceſſoribus, noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis privilegio muniremus, in perpetuum. Propterea tuis flexi precibus ad honorem ſanctæ Ravennatis Eccleſiæ, & ſtabilem ejuſdem venerandi loci, ipſum jam factum venerabilem Epiſcopatum Monteferetranum, cum omni integritate ſua, ſcilicet Eccleſiis, capellis, caſis, caſalibus, curtibus, manſis, colonis, abbatiis, cellis, fundis, ſenteris, vineis, pratis, paternis etiam familiis utriuſque ſe-*
B *xus, & cum omnibus ad jas notati Epiſcopii legaliter pertinentibus ſalvum, & in cunctis quietum conſiſtere ſub jure ſanctæ Ravennatis ſedis, tuitione, ſine cujuslibet quacumque contradictione. Ita ſcilicet confirmantes, decernimus, ut Epiſcopus, qui in eodem Epiſcopio pro tempore fuerit, a te vel a tuis ſucceſſoribus ordinatus ſine omni contradictione, ſubjectionem impendant, & ut alii ſuffraganei, in omnibus ſecundum Eccleſiæ tuæ præfatum obediant. Inſuper namque ſub divini judicii obteſtatione, interminantes præcipimus, atque jubemus, ut nullus Imperator, vel Rex, vel Dux, aut marchio, de præfata conſecratione in aliquo te, tuoſque ſucceſſores lædere præſumat, ſed a præſenti decima indictione in antea uſque in perpetuum, quecumque eligere volueritis per noſtram conceſſionem, Eccleſiaſtico more, in præfato Epiſcopatu, Epiſcopum conſecrare debeatis remota omnium hominum contradictione.* Hæc atque alia in ſuis litteris Gregorius ſcriptis *manu Petri ſcriniarii notarii, & Regionarii S.R.E. in menſe Julio, Indict. ſuprascripta decima; datum Non. Julii per manus Joannis*
C *Epiſcopi ſanctæ Albanenſis Eccleſiæ, & Bibliothecarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis.* Diu Ravennatenſi Eccleſiæ ſuffraganeus fuit, deinde immediate Romano Pontifici, donec noviter Urbinatis erectæ metropolis ſuffraganeus declaratus eſt. Antiqua Cathedralis S. Leoni dicata eſt, fuitque conſtructa anno 1173. ut ad marmoream columnam hæc teſtantur inciſa verba.

ANNO DOMINI M. C. LXXIII.
CONSTRUCTA
ET ERECTA FUIT MIRABILIS
ET ARTIFICIOSA MOLES
EPISCOPATUS FORTISSIMÆ CIVITATIS DIVI LEONIS MONTIS
FERETRI.

Cæterum cum ob multa incommoda cuſtodientium militum exactiſſime inſignem illam, & munitiſſimam arcem S. Leonis, ubi cathedralis exædificata exiſtit, nunquam, aut exiguo temporis ſpatio Epiſcopi in ea reſederint, pro Epiſcopio, & cathedrali
D ante trecenteſimum poſt mille noſtræ ſalutis annum inſignem Abbatiam S. Anaſtaſii de Valle in medio Feretranæ diœceſis ſitam, adhæc uſque tempora delegerunt, tametſi Pius V. ultimo ſui Pontificatus anno, ac deinceps Gregorius XIII. peculiari diplomate ſanciverint, ut Epiſcopus in nobili oppido Pinnæ Biliorum, ubi S. Leonis antiquam cathedralem tranſtulerunt, erexerunt ejuſdem oppidi Eccleſiam collegiatam S. Bartholomæi in cathedralem Feretrani Epiſcopatus, ut æque principaliter in poſterum remanerent unitæ, & eadem invocatione, & nomine exornarentur. Priſcæ S. Leonis cathedralis capitulum quinque *a* habuit canonicos, unamque dignitatem Præpoſituræ: ii ad unam cathedralem tranſlati divinum penſum perſolvere tenentur, quibus Clemens VIII *b*. duas addidit dignitates, Archidiaconatus primam, Archipresbyteratus alteram, ea conditione, ut pro dote ſimplicium beneficiorum centum quinquaginta ſcutatorum redditus ſingulis earum

a Sex ut conſtat ex Bulla Gregorii.
b Pius V. ut conſtat ex citat. bulla.

Digitized by Google

conſtituerentur. Diœceſis Feretrana inter Maſſam Trebaniam, Picenum, Æmiliam, Sarſinates, & Tuſciæ fines, hinc ab Apennino ſeptimo circiter lapide accedens Ariminum, illinc ab Iſauro extendit ſe ad Sopim uſque, quibus terminis continentur oppida fere centum, parochiæ vero aliquanto plures numero, inter quas connumerantur ſexdecim rurales Archipresbyteratus, quibus præfatæ Parochiæ ſubjiciuntur; quatuor inſigniora oppida inter ea recenſentur, nempe S. Agathæ, Maceratæ Feltrinæ, S. Marini, & Pinnæ Billorum, cæteris conſpicuum ob translatum in illo Epiſcopium, & cathedralem. Numerantur in tota hac diœceſi ſex monialium cœnobia, viginti ſex Regularium virorum non ſpernenda monaſteria, ſimplicia beneficia fere triginta, confraternitates laicorum paſſim, & ubique conſpiciuntur. Cenſentur in hac diœceſi quadraginta circiter millia animarum, & ex ejus locis quædam ſed pauca imperio Sereniſs. magni Ducis Hetruriæ, cæteræ ſanctæ ſedi Apoſtolicæ immediate ſubduntur, quæ montis Feretri Epiſcopatus nomine comprehenduntur. Cujus Epiſcopus comitis titulo inſignitus reperitur in veteris ejuſdem Eccleſiæ monumentis, taxaturque in lib. cameræ flo. 250. Ejus Præſulum continuatam ſeriem haud potuimus expiſcari, quam modo interrupte dabimus, ex aliquibus monumentis non ſine labore deprompſimus: inde qui leget, fortaſſe omnes nervos contendet, ut uberiorem, ampilioremque conficiat.

ADDITIO.

(„ *S. Leonis civitas, quæ antiquitus mons Feretranus nuncupabatur, caput eſt totius Feretranæ Provinciæ, quam præter cætera minora duo alluunt præcipua flumina, Ariminum ſcilicet, & Cruſtumium. Antiqua mſ. Chronica aſſerit montem Feretranum nomen accepiſſe à Jove Feretrio, cujus exiſtebat inſigne templum, ubi nunc antiqua Cathedralis aſſurgit, viſu equidem digna propter mirabilem ſtructuram. Nam tribus prægrandibus navibus diſtincta, tam intus, quam extra lapidibus ſectis, & quadratis compacta eſt, itaut ipſi fornices quadrato lapide ſint omnino contexti. Columnæ, quibus arcus fulciuntur, ſunt pariter è quadrato lapide ordine Attico conſtructæ, quibus viciſſim interpoſitæ ſunt aliæ columnæ miræ magnitudinis è Græco marmore cum capitellis Ordinis Corinthii, in quorum fronte ſculpta adhuc viſuntur ſigna Jovis Feretrii, cujus templi, hæ ſunt reliquiæ. Quis vero fuerit Auctor, juſſeritque antiquitus tam mirabile opus aſſurgere, incertum eſt. Cathedralis autem hæc D. Leoni dicata fuit, qui creditur primus in hac regione Chriſtianam Religionem proſeminaſſe temporibus Diocletiani, & Maximiani Imperatorum: cujus licet in choro ipſius Cathedralis extet ſepulchrum marmoreum, tamen ejus corpus hodie quieſcit Ferrariæ in Eccleſia S. Stephani, illuc tranſlatum ab Eccleſia s. Leonis Vicohabentiæ à Gratiano Epiſcopo Ferrarienſi an. 1081. quo fuerat deportatum è Nonantulano Monaſterio, ubi antiquitus jacebat repoſitum ab Anſelmo Abbate fratre Ayſtulphi Longobardorum Regis, ut fuſius Ughellus in Epiſcopis Ferrarienſibus. Hinc Feretrana Diœceſis hunc s. Leonem veneratur ut patronum ſuum, celebratque ſolemniter ejus diem feſtum cum Octava Kalendis Auguſti. Abbatia s. Anaſtaſii, quam pro Epiſcopio poſtea Feretrani Epiſcopi tenuerunt, fuit antiquiſſimum cœnobium monachorum Cluniacenſium, jam antea ſuppreſſum. Amplam habet Eccleſiam, ex lapidibus ſectis, & quadratis exſtructam cum Palatio ad modum monaſterii. In ſacello intus magnifice ornato requieſcit corpus B. Alberici Monachi, miraculis, & aquarum ſalubrium fontibus non longe ſcaturientibus clari. Inter autem Leopolitanæ Diœceſis oppida commemorandum videtur illud S. Martini. Jacet hoc in ſummitate montis, qui vocabatur,* Acer mons, *ſive* Titanus, *ut colligitur ex Strabone, & refert Blondus. Narrant vero, quod, cum Marinus ex Arba Liburniæ cum Leone ejus ſocio Ariminum veniſſet reficiendæ civitatis gratia juſſu Diocletiani, ingraveſcente perſecutione contra fideles, Leo, & Marinus ſe abdiderint, hic in Titanum, ille in montem Feretranum, ubi quiſque fidem Chriſti plantaverit. At Marinus, cum montis Dominam, Felicitatem nomine, cum tota familia ſacris baptiſmalibus undis expiaſſet, ab ea montem ipſum cum annexis dono accepit. Quo concurrentibus ad lavacrum fidei gentibus, domus aliquot fuere conſtructæ cum parva Eccleſia D. Petro Apoſtolo dicata, ubi nunc eſt. Inde creſcentibus in dies ædificiis, & incolis a Marino locus nomen accepit, noviſque civibus dixiſſe fertur jam moriturus Marinus. Filii relinquo vos liberos utroque homine. Nec vanam adhuc fuiſſe ſancti viri prophetiam ajunt, ſiquidem ex eo tempore ad hanc diem libertatem ſemper retinuerint, qua nunc gaudent Reipublicæ titulo. Oppidum eſt ſatis amplum, duplicique muro circumdatum. Foetum eſt civibus, & ædificiis cum publicis, tum privatis nitet. Princeps Eccleſia D. Marino ſacra eſt, & in cacumine montis ad Orientem vergit, conſtructa lapidibus ſectis, & quadratis, tribus navibus ordine Etruſco diſtincta. In ea ſacris operantur unica dignitas, Archipresbyter ſcilicet, & Capitulum Religioſorum ſecularium, qui manſionarii vocantur. In ara majori requieſcit corpus S. Marini, aliaque ſanctorum lipſana. Nonnulla pariter hic viſuntur alia ſecularium confraternitatum Eccleſiæ, nobile ſacrarum Virginum Cœnobium, Fratrum Franciſcanorum Monaſterium, & Clericorum ſeminarium. Extra portam vero oppidi Occidentalem adeſt Capuccinorum Conventus, & ſuburbium populare cum duabus Eccleſiis: in infima autem parte Boreali aliud ſuburbium ſatis elegans, ubi habitant mercatores, & artifices, cum tribus Eccleſiis, & hoſpitali pro infirmis, & Peregrinis: & non longe Servorum B. M. V. cœnobium.*)

1 AGATHTO anno 826. in concilio ſub Eugenio II. I.

2 STEPHANUS Feretranus Epiſcopus floruit an. 853. ejuſdemque memoria extat apud Baronium. II.
(„ *Interfuit item Concilio Romæ habito ann. 861. ut patet in Ravennatibus.*)

[„ MAXIMINUS *Feretranus Epiſcopus ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua poſſeſſia Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur an. 877.*] III.

3 JOANNES memoratur in Epiſtola Joannis VIII. ad Ravennatenſem Archiepiſcopum Romanum. Vixit circa ann 880. IV.

4 ARDUINUS interfuit ſynodo Lateranenſi ſub Benedicto Papa VIII. anno 1015. ſubſcripſitque decreto ad favorem Vuillelmi Abbatis S. Benigni Fructuarienſis. V.

5 ADULPHUS ejuſdem civitatis Epiſcopus, Concilio Romano interfuit ſub Nicolao II. anno 1059. Defunctus eſt Gregorii VII. temporibus; ſcribit enim idem Pontifex clero, & populo Feretrano, cleroque, & populo Eugubino, quibus ſignificat ſe legatos his in Urbibus eadem cauſa miſiſſe, ut operam dent, ut idoneos Paſtores in eorum Eccleſiis eligant, cum retroactis temporibus non ſic vigilantes Epiſcopos habuerint, monetque, ut eis obedientiam exhibeant ſub datum Romæ 4 Non. Februarii Indict. 13. an. 1074. Epiſt. decret. tom. 3. Ep. 41. VI.

6 PETRUS an. 1125. ab Honorio II. nobile privilegium pro ſua Eccleſia accepit, cujus tenor ex originali talis eſt. VII.

HONORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Petro Feretrano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & utilitati ſalubriter auxiliante Deo providere. Proinde cariſſime in Domino frater Petre ſanctam Feretranam Eccleſiam, cui Deo auctore præſides, in Beati Petri tutelam, noſtramque protectionem ſuſcipimus. Statuentes præſentis privilegii auctoritate

Digitized by Google

*ctoritate, ut Eccleſiæ poſſeſſiones, & bona quæcumque,
quæ veſtra Feretrana Eccleſia in præſentiarum juſte,
& legitime poſſidet, ſive in futurum largiente Domino
juſte, atque canonice poterit adipiſci, firma ei, & illiba-
ta permaneant. In quibus hæc propriis duximus nomi-
nibus exprimenda, videlicet S. Pancratii capellam, S.
Martini in monte, capellam ſanctæ Sophiæ, capellam
s. Mariæ in Plebe cum curte ſua, Plebem s. Laurentii in
Folia cum pertinentiis ſuis, capellam s. Michaelis cum
curte ſua, monaſterium s. Mariæ in Scripino cum om-
nibus ſuis pertinentiis, Plebem s. Joannis in Carpineo
cum ſuis pertinentiis, capellam s. Marini, & poſſeſſio-
nem quæ eſt in Carpineo, Plebem s. Caſſiani in Piſino
cum omnibus ſuis pertinentiis, & fundum ſuum inte-
grum, capellam s. Theodori cum ſuis pertinentiis, &
terram in valle Cava, & Molledano, Plebem s. Theo-
niſti in loco, qui dicitur Corma cum omnibus pertinen-
tiis ſuis, Plebem s. Marini cum caſtello, & pertinentiis
ſuis omnibus, Plebem s. Agathæ cum omnibus pertinen-
tiis ſuis, & curte, quæ vocatur Farnito in loco, qui dici-
tur Ouilione, Plebem s. Martini in Murſiano cum per-
tinentiis ſuis, Plebem s. Hilarii cum pertinentiis ſuis,
Plebes s. Mariæ in Vico cum pertinentiis ſuis, Plebes s.
Stephani in Murlo cum pertinentiis ſuis, monaſterium
s. Martini in ſaltu cum pertinentiis ſuis, Plebes s. Petri
in cultu cum pertinentiis ſuis, Plebem s. Petri ad Miſ-
ſam cum pertinentiis ſuis, fundum Hermannum in in-
tegrum, fundum Adinum in integrum, Monaſterium s.
Salvatoris in fundo Cella Fauſti in integrum cum ſuis
pertinentiis, Plebem s. Martini in Vsvedo cum omni-
bus ſuis pertinentiis cum caſtello, quod vocatur Caſale
d' Ilice, Plebem s. Caſſiani in campo Juvenici cum per-
tinentiis ſuis in integrum, Plebem s. Mariæ in Roma-
nia cum omnibus ſuis pertinentiis, Plebem s. Muſtiolæ
cum pertinentiis ſuis, monaſterium s. Severini cum per-
tinentiis ſuis, capellam s. Proculi cum pertinentiis ſuis,
& tertiam partem de fundo Atiliano, tertiam partem
de fundo Bucuniano, tertiam partem de fundo ſtabulo,
tertiam partem de fundo juſtorum, cum campo, qui vo-
catur Martii in integrum, tres petiolas de terra fundi
Attiliani, qui vocatur Plegæ, fundum Plegni in inte-
grum, fundum Alſidiarum, qui vocatur campus Planus,
fundum frigi in integrum, fundum Antimaria in inte-
grum, fundum Columnella in integrum, fundum poſt
Cellina, capellam ſancti Archangeli in integrum, fun-
dum vallis Donatuli, maſſam Licinianam in integrũ,
fundum Auſi in integrum, Cella Fauſti, Scamnul as ma-
jores & minores in integrum, capellam ſanctæ Agathæ
cum caſtro, quæ vocatur Petra Anellaria, capellam s.
Georgii in integrum, fundum Cervianum in integrum,
fundum Capicianum, curtes quæ vocatur Grilena cum
omnibus pertinentiis ſuis in caſtello felicitatis, capellam
ſancti Martini in Caſtagnolo, capellam s. Sophiæ in A-
quaterio, capellam ſanctæ Mariæ in Methaviſtis in in-
tegrum, Eccleſiam Floræ in Scapinio, fundum Sititia-
num, fundum campo planum cum omnibus ſuis pertinen-
tiis, caſtellum novum, quod votur Petrella, ſalva in
omnibus Romanæ Eccleſiæ juſtitia, & reverentia. De-
cernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. Si
qua &c. cunctis autem, &c. Amen.*

Ego Honorius catholicæ Eccleſiæ Eccleſiæ Epiſcop.

*Datum Laterani per manum Americi S. R. E. dia-
coni Cardinalis, & Cancellarii 11. Kal. Maii indict.
3. anno Dominicæ Incarnationis 1125. Pontificatus
autem D. Honorii II. Papæ anno 1.*

VIII. 7. ARNOLDUS anno 1154. interfuit conſe-
crationi cathedralis Ariminenſis. Clemens. lib. 2. hi-
Ex Append. t. 5. ſtor. Arim. * Arnoldi mentio extat an. 1140. Indict.
1. in monumentis Monaſterii S. Mariæ de Campo
Martio de Urbe.

IX. 8. A. anno 1206. De quo Rub. in hiſtor. Raven.
lib. 6.

X. 9. JOANNES anno 1218. Ille eſt, qui ab Impe-
ratore Federico II. titulo comitis inſignitus, aliiſq;
privilegiis exornatus fuit. Diploma in Archivio
ejuſdem Eccleſiæ penè corroſum aſſervatur.

XI. 10. ROLANDUS anno 1222. de eo Rub. in
hiſt. Raven. lib. 6.

XII. 11. HUGO, ſeu Ugolinus, ex progenie comi-
A tum Montisferetri, frater Monfeltrani, & Cavalca-
contis, Epiſcopus hujus Eccleſiæ fuit anno 1252.
Qui eo anno relicto Friderico Imperatore, cujus
partes ſecutus fuerat, ad obedientiam ſedis Apoſto-
licæ rediit, de quo Rub. lib. 6.

12. * JOANNEM hoc eodem anno 1252. hujus XIII. * Ex App. tom. 5.
Eccleſiæ Epiſcopum electum, & conſecratum fuiſ-
ſe docet epiſtola Innocentii IV. ad eundem ſcripta,
cujus tenorem ex Regeſt. Vatic. exſcripſimus.

Joanni Epiſcopo Feretrano, &c.

*Ex tenore tuæ petitionis accepimus, quod cum olim
Eccleſia Feretrana vacante dil. fil. Capitulum ipſius te
in ſuum Paſtorem canonicè ac concorditer elegerunt,
dil. fil. N. Oct. S. Mariæ, &c. Apoſtolicæ Sedis Leg.
præſentatam ſibi electionem hujuſmodi auctoritate ſuæ
Legationis provide confirmavit, ac tibi fecit munus
conſecrationis impendi. Cum itaque laudabilis con-
verſationis, & vitæ, & ſinceræ devotionis cura ſed.
Apoſt. tibi ſicut accepimus ſuffragentur merita, ut à
B nobis favoris benigni gratia fovearis, nos ſuis ſuppli-
cationibus inclinati, quod ſuper præmiſſis circa te pro-
vide, & canonicè factum eſt, ratum, & firmum haben-
tes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, &c. Nulli
ergo noſtram confirmationem, &c. Datum Peruſii
Non. Novemb. anno decimo.*

Præter hanc Innocentii epiſtolam, nihil de Joan-
ne habemus, quod proferamus.

13. ROBERTUS ann. 1282. cui Martinus IV. XIV.
impoſuit, ut Ugolinum filium Guidonis de Monte-
feretro cuſtodiret, ex Reg. Vatic. f. 35.

14. CLARUS eandem ſedem obtinuit an. 1291. XV.
apud Luc. Vvadding. tom. 4. Annal. Minorum.

15. ROLANDUS anno 1293. Guelphæ factio- XVI.
nis princeps, & acerrimus propugnator.

16. UBERTUS anno 1295. adminiſtrator mo- XVII.
naſterii S. Hilarii de Galerata, ad quem ſcribit Bo-
nifacius VIII. 2. Non. Martii anno 1. Ep. 36. fol. 8.
Reg. Vatic. interfuit ſynodo Raven. habitæ a Rai-
C naldo Archiep. an. 1311. Obiit an. 1318.

17. BENVENUTUS ex Præpoſito cathedra- XVIII
lis Epiſcopus electus anno 1319. 6. Id. Januarii con-
ſecratus Avenione per Berengarium Epiſcopum
Portuenſem ex Reg. Vatic. Ariminenſis publicæ rei
oppidum Pennę vendidit an. 1321. auctoritate Joan-
nis XXII. ut ex ſequenti bulla liquet.

JOANNES EPISCOPUS &c.

*Magiſtro Aymerico de caſtro Lucii provinciæ Ro-
mandiolæ Rectori, &c. Accepimus nuper, quod Fede-
ricus olim comes de Monteferetro caſtrum, & Arcem
Pennarum ſancti Martini Feretranæ diœceſis, ad Ec-
cleſiam Feretranenſem ſpectantia, de quibus idem Fe-
dericus officialibus, & fidelibus noſtræ provinciæ Ro-
mandiolæ guerram frequenter movere præſumpſit, du-
dum violenter invaſit, & adhuc detinet occupata. Cum
igitur eadem Eccleſia Feretrana impotens ad Arcem,
& caſtrum prædicta recuperanda exiſtat, nec etiam il-
la poſſet, ſi recuperare contingeret, defenſare, diſcretio-
ni tuæ per Apoſt. ſcripta com. & man. quatenus diligen-
D tius inquiſito, quanto eadem Eccleſia Feretranen. ex
permutatione caſtri, & Arcis, quod meliorem poſſit ſuã
conditionem efficere de aliqua bona cum communi Ari-
minenſi, per quæ hujuſmodi poſſit ejuſdem Eccleſiæ Fe-
retranen. meliorari conditio, & Romana Eccleſia in
aliquo non lædatur, & conſenſu venerabilis fratris no-
ſtri Epiſcopi Feretr. auctoritate noſtra ipſius Eccleſiæ
Feretranen. nomine ſtudeas permutare, contradictores
per cenſuras Eccleſ. compeſcendo, attentius proviſurus,
ne de iis in præmiſſis agere te contingat, ut poſſit in po-
ſterum contrarium reperiri, quodque ſtatim per inſtru-
mentum publicum nos reddere ſtudeas certiores de om-
nibus, quæ in prædictis duxeris faciendum.*

*Datum Avenione 10. Kal. Decemb. Pontif. noſtri
anno ſexto.*

18. CLARUS, a filius Simonis de Peruzziis, XIX.
nobilis Florentinus, & Canonicus, electus Epiſco-
pus Feretranus 1350. 12. Kal. Februarii, ex Regeſt.
Vatic. Epiſt. 216. f. 75. ann. 8. Clem. VI. Vir magnę
exiſtimationis fuit, non ſolum propter generis cla-
ritatem, ſed ob ſingulares animi dotes. Ejus Floren-

a Hujus meminit Ammiratus in hiſt. Florent. p. mihi 526. 541. Mon. deſ.

Digitized by Google



tinæ legationis ad Neapolitanum Regem princeps fuit, quam clariſſimi cives explebant, Paulus ſcilicet Victorius, Jacobus Albertius, Petrus Philippi de Albiziis, Burna de Rubeis, Joannes Medices, ac Franciſcus Buondelmontes. Cumque deinde anno 1364. commoraretur Florentiæ, ſimul cum Georgio Scala, Caroloque Oricellario, ad Anichinum Cæſarianorum ductorem, qui per id tempus hoſtiliter in Hetruriam incurrerat, legatus eſt, ut furentis vel precibus frangeret iram. Extat hujus legationis memoria in magno literarum libro apud Florentinum Archivium Reformationum. Clarus diu ſuperſtes fuit, clariorque in dies virtutibus tranſivit ad ſuperos. De Peruzia gente noſter Varinus ita cecinit l. 3.

Romuleus ſanguis primi novus incola muri
Perutius fertur, primaque in limine portæ
Sunt monumenta domus.

XX. 19. LUCAS Clementis VII. Antipapæ ſectator, anno 1388. die 1. ineuntis Septembris ſacro Collegio, quod tunc Avenioni commorabatur, ſe ſolitum ſervitium perſoluturum promittit, ex lib. oblig. eodemque anno Pinus quidam Epiſcopus hujus Eccleſiæ commendatarius conſtituitur ab Urbano VI. ut notatur in eod. oblig. lib.

XXI. 20. BENEDICTUM Feretranum Epiſcopum Bonifacius IX. conſtituit Vicarium Patrimonii S. Petri 1390. ex bulla ejuſdem.

XXII 21. Fr. JOANNES Sechanius, Ariminenſis, Ord. Minorum, Feretran. Epiſcopus, S. Petri Patrimonii ſub Martino V. Columna Rector fuit anno 1422. Arimini deceſſit 1444. die 28. menſ. Sept. ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum. Hujus meminit Cæſar Clemen. in Arimin. hiſt. In Eccleſia S. Franciſci Arimini in argenteo Calice a Joanne dono dato, hæc inſculpta verba leguntur

Ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis
hunc Calicem fieri fecit
Rev. in Chriſto Pater D. Joannes de Arimino
Ordinis Fratrum Minorum
Dei gratia Epiſcopus Feretranus
pro ſalute ſua
ac animæ ſororis ſuæ Agnezia
ſub anno Domini M.CCCC.XXIIII.
de menſe Julio.

XXIII 22. FRANCISCUS Angelus de Clarevallenſibus, nobilis Tudertinus, majorum claritudine & propria virtute illuſtris, præficitur huic Eccleſiæ ab Eugenio IV. anno 1444. Ad ſex annos hanc rexit Eccleſiam; fato functus eſt 1450. de quo mentio in Actis Conſiſt.

XXIV 23. JACOBUS Theobaldus, Romanus, ex oppido Collis Scipionis oriundus, J. V. D. præcipuus, Epiſcopus adlectus eſt 1450. Non. Junii. Sub Caliſto III. Spoletani Ducatus, mox Peruſiæ Præſes, ab eodem an. 1456. presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ creatus, vulgo Card. Feretranus nuncupatus. Romæ deceſſit anno 1466. Sepultus jacet in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam, ſub marmoreo ſarcophago, iis verſibus exornato.

Qui fuit urbis honos generoſa prole Thebaldus,
Frigida marmoreo Jacobus tenet oſſa ſepulchro.
Cæſareas norat leges, montiſque Feretri
A *Præſul erat, nullique fide, & pietate ſecundus*
Pauperem tollebat humo, clariſque favebat
Ingeniis, juſtique Pater, moderator & æqui,
Cujus virtutem admirans, animumque pudicum
Cardineo divus decoravit honore Calixtus.

QUI OBIIT ANNO CHRISTI
M.CD.LXVI.
DIE QUARTA MENS.
SEPTEMBRIS
HORA DECIMA SEXTA.

B.



24. ANDREAS Jacobo ſucceſſit anno 1454. 5. Non. Novemb. Inter mortales eſſe deſiit 1458. XXV.

25. CONRADUS Marcellinus, Romanus, Canonicus, & Prior S. Mariæ in Via lata de Urbe, Epiſcopus Feretranus ad Terracinen. Eccleſiam translatus eſt 1458. die 12. Auguſti. XXVI

26. Octobris.

26. JACOBUS Epiſcopus Foliarum an. 1458. Conrado ſucceſſit 27. m. Octob. defunctus eſt poſt paucos menſes. XXVII.

C



27. ROBERTUS Adimarius, nobilis Florentinus, olim Volaterranus Epiſcopus, huc translatus anno 1459. 26. Aprilis. Vigintiquinque omnino annos illam rexit Eccleſiam, effœtæque jam factus ætatis eo munere ſe exſolvit an. 1484. eodemque anno, & XXVIII.
D menſe ex hac mortali vita diſceſſit. Sepultus jacet in Eccleſia Abbatiæ S. Anaſtaſii ſuæ diœceſis, in qua nobile palatium conſtrui fecit. Ad ejus ſepulchrum in marmorea tabula ſub gentilitiis inſigniis hæc brevis ſubſcriptio legitur.

Sepulchrum Roberti de Adimariis de Florentia Epiſcopi Feretrani, qui obiit die XI. Octob. M.CCCC.LXXXIIII.

In tiara ſupra parmam ad ſepulchrum ejuſdem Epiſcopi, comitum corona nobile ſignum ſpectatur, quod Feretrani Epiſcopi Friderici II. Imp. privilegio, eorum gentilitia inſignia exornarunt. Ejuſdem Roberti offendimus monumentum, in quo ſe Epiſcopum, & comitem S. Leonis denominat, cum ex Imperiali privilegio quemdam Petrum Franciſcum, tabellionem creat, quod in gratiam ſtudioſorum antiquitatum hic inſeri curavimus.

Robertus de Adimariis de Florentia Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus S. Leonis alias Feretri, & Comes.

Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis, ſalutem, & omne bonum. Noverit univerſitas veſtra, quod cum de imperialis plenitudine poteſtatis in Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & dominum Joannem Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopum Feretranum, ac ſucceſſores ejus per recolendæ, & divæ memoriæ D. Federicum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum creandorum tabellionum, & ad officium tabellionatus, & ordinariorum judicum contribuen. & conferen. facultas, auctoritas, & poteſtas emanarunt, & hujuſmodi auctoritas, & poteſtas Imperii gratia refunderetur in ſubjectos, ac quoſcunque alios benemeritos, prædictumque officium tabellionatus & judicis ordinarii auctoritas, facultas, atque poteſtas ut ſupra eidem Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis attributa, & conceſſa per præfatum dominum Federicum Imperatorem prænominatum ipſe Reverendus Pater dominus Joannes Epiſcopus prædictus, & ſucceſſores ejus in eadem Eccleſia ſancti Leonis canonice intrantibus in perpetuum libere dare, & conferre poſſent, ut antiquo privilegio præfati Imperatoris evidenter apparet. Nos Robertus Epiſcopus ſupraſatus dilectum noſtrum Petrum Franciſcum D. Matthæi de monte Grimano Feretran diœceſis præſens, & flexis genibus coram nobis exiſtent, ac devote, & humiliter officium, & auctoritatem tabellionatus, ac judicis ordinarii petens publicum, & autenticum tabellionem, nec non judicem ordinarium tamquam benemeritum prævia examinatione inſtituimus, fecimus, ordinavimus, atque creavimus, ipſumque de arte, officio, ac notariatus, tabellionatus, atque judicis ordinarii, tam in inſtrumentis, ultimis voluntatibus, & quibuſcunque judiciorum actibus autentice conſcribendis, quam omnibus, & ſingulis faciendi, exercendi, & operandi, quæ ad officium prædictum ſpectant per omnes, & ſingulas mundi terras, & loca quæ Romanum profitentur Imperium per Penniferi traditionem legitime inſtituimus, ipſumq; admittendum, computandum, ac numerandum fore, inter alios autenticos, & fide dignos tabelliones, & judices ordinarios; decernentes, dantes, & concedentes eidē Perfranciſco deinceps liberam auctoritatem, poteſtatem & facultatem omnia, & ſingula inſtrumenta, ultimas voluntates, & quæcumq; alia judiciorum acta publicare, & autenticare, & in ipſam publicam, & autenticam formam redigendi, & quicquid in poſterum per prædictum Perfranciſcum publice, & autentice fuerit publicatum, & autenticatum, plenariam obtineat roboris firmitatem recepto a ſe primitus, ut moris eſt, per nos in manibus noſtris, vice, & nomine Imperii corporaliter præſtito ſolito juramento fidelitatis, vid. ut ab hac hora in antea ſemper eris fidelis Imperatori, & ejus ſucceſſoribus, nec te reperies in conſilio, dicto, vel facto, ut ipſe, vel aliquis de ſuis ſucceſſoribus vitam, aut membrum perdant, vel capiantur mala captione, aut damnum aliquod patiantur in eorum perſonis, vel bonis ſuis, & quæcumque ſcies ad eorum incommodum evenire, ſibi, vel ſucceſſoribus, quatenus poteris, pandere procurabis, quodque inſtrumenta tam publica, quam privata, & ultimas voluntates & quæcumque judiciorum acta, aliaque omnia, & ſingula, quæ tibi ex debito ipſius officii facienda occurrerint, ſcripturas illas, quas facere in publicam formam debueris, rediges in membranis, & non in cartis abraſis legaliter, & fideliter conſcribendi, nec non ſententias, poſſeſſiones, dicta teſtium, & quæ de jure non erunt manifeſtanda partibus, donec fuerint publicata, & aperta ſub ſecreto fideliter, & legaliter retinebis, & omnia alia, & ſingula univerſa bene, rite, & recte, & legaliter facies, quæ ad dictum tuum officium de jure, & antiqua conſuetudine pertinere, & ſpectare conſueverunt, & ſolita ſunt &c. In quorum fidem, & teſtimonium præſentes noſtras patentes has fieri fecimus per nos, noſtrumque infraſcriptum, &c. Noſtrique Pontificalis ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum in monte Taxorum in domibus ad præſens reſidentiæ D. Epiſcopi, cui a tribus ſunt via, a quarto jura dicti communis anno Domini 1477. indictione 10. tempore ſanctiſſimi D. N. D. Sixti, divina providentia Papæ Quarti, die vero ſeptima Ju-

A *nii, præſentibus nobili viro Mainardo de Adimariis de Florentia habitatoris dicti caſtri montis Taxorum Feretranæ diœceſis, & venerabili viro D. Honorio rectori Eccleſiæ ſancti Sylveſtri de monte Grimano teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis & rogatis.*

Et ego Joannes de Arotto de Edua Prepoſitus Feretranus publicus Imperiali auctoritate notarius, & judex ordinarius &c. prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agebantur, interfui, & fieri vidi, eaque rogatus ſcribere, ſcripſi, & publicavi, ſignumque meum, & nomen appoſui conſuet. una cum ſigillo præfati Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & domini mei, & D. Epiſcopi Feretrani ad fidem, & teſtimonium omnium prædictorum.

B



28. CELSUS Mellinus, Romanus [a], Vaticanæ XXI.
Baſilicæ Canonicus, ab Innocentio VIII. adlectus eſt 1484. die 1. ineuntis Octobris. Romæ poſtremam obiit diem 1498. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo prope Joannem Baptiſtam Cardinalem Mellinum, ac Franciſcum Epiſcopum Senogallienſem fratres

a De Sanſovinus de f milit. 49. Ma

C 29. LUCAS Mellinus, Romanus, Canonicus S. XXX
Mariæ in Via lata de urbe, Celſi conſobrinus, in eadem dignitate Celſo affini ſuo ſucceſsit 1498. die 21. menſis Novembris. Obiit & ipſe Romæ anno 1507. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo prope ſuos affines.

30. ANTONIUS de Caſtriano, Saxoferratentenſis, XXX
Callii antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1507. die 21. menſis Maji. Exceſſit autem e vita annn 1510. die 11. Auguſti Arimini Gubernator.

31. PAULUS de Alexandris, Urbinas, ad hanc XX
dignitatem aſſumptus eſt anno 1510. die 9. menſis XI
Octobris, Feretranenſemque Eccleſiam 28. omnino annos plurima cum laude prudentiæ adminiſtravit. Ariminenſibus, Piſauriſque jus dixit. E vivis ſublatus eſt 1535.

32. ENNIUS Cardinalis Philonardus, paulo an- XXX
te Verulanus Epiſcopus, hanc Eccleſiam admini- III
ſtrandam ſuſcepit 1538. die 12. menſ. Auguſti. Quam
D cum ad decem annos adminiſtraſſet, eam dignitatem, annuente Pontifice, in nepotem transfudit. De quo alibi.

33. ENNIUS Philonardus de Maſſariis ſupra- XX
memorati Cardinalis nepos, ad Feretranenſem ſe- XIV
dem ſubvectus eſt, ex ceſsione patrui 1549. die 25. m. Aprilis. Tridentino Concilio interfuit, indeque ad Eccleſiam ſuam reverſus, dum ad cotem Tridentinæ cenſuræ expolit cleri mores, mortalem hanc cum immortali vita commutavit 1565.

34. CAROLUS Cardinalis Vicecomes, Medio- XX
lanenſis, Vigintimilienſis Epiſcopus, hanc Eccleſiam XV
adminiſtrandam ſuſcepit 1565. die 6. menſis Julii. Deceſsit vero 1567. de quo conſule noſtrum catalogum Præſulum dictæ Eccleſiæ.

35. Jo: FRANCISCUS Lormanus Mediolanen- XX
ſis Canonicus, Vicariuſque Mediolanenſis, Viſitator VI.
Apoſtolicus, qui ſub Pii IV. Pontificatu claruit, ab eodem Pontifice Feretranenſis Eccleſiæ dictus Epi-

ſcopus eſt 1567. die 6. menſis Martii. Floruit in ea ſede, proſpera fama virtutum, ad triginta quatuor annos. Cathedralem Eccleſiam in inſigni nobilique oppido Pennæ Billorum ornavit, auxitque, quam pridem ex. civitate S. Leonis tranſtulerat Pius V. mox Gregorius XIII. ex ſequenti diplomate.

GREGORIUS EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Aequum reputamus, & rationi congruum, ut ea, quæ ab Rom. Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu litteræ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint ſuum ſortitæ effectum. Dudum ſiquidem per fel. recordationis Pium Papam Quintum prædeceſſorem noſtrum accepto, quod Eccleſia Feretrana S. Leonis nuncupat. in oppido civitatem nuncupato ejuſdem S. Leonis Feretranenſis diœceſis dilecti filii nobilis viri Guidi Ubaldi Ducis Urbini temporali dominio ſubjecta erat, & in illa dumtaxat unus Præpoſitus, qui præpoſituram dictæ Eccleſiæ dignitatem inibi poſt Pontificalem majorem obtinebat, & ſex canonici exiſtebant; & quæ adeo turbinib. bellorum imminentibus ſuſpecta habebatur, qui dictus Guidus Ubaldus Dux pro ſui ſtatus tuitione, & conſervatione in dicto oppido, cum unus ex principalibus oppidis ſuæ ditionis ſubjectis reputaretur continuum militare præſidium, ac diu, noctuque cuſtodiam aſſidue habere cogebatur. Quique ob militum in eodem oppido continuo arctam cuſtodiam, ſive excubias facientium moroſitate, illorumque diverſum a ſtatu Eccleſiaſtica vivendi modum, & habitationum neceſſariarum defectum; tam venerab. fratri noſtro Franciſco, & tunc Epiſcopo Feretrano, quam dilectis filiis præpoſitus, & canonicis ipſius eccl. ad illam quoties opportunum, vel alias eis bene viſum exiſtebat, libere non pateret acceſſus, quo fiebat, ut tam Franciſcus Epiſcopus, quam præpoſitus, & canonici prædicti in dicta eccleſia debitam reſidentiam non faciebant; minuſque in ea divina officia præterquam in feſtivitate ejuſdem S. Leonis celebrantur in divini cultus diminutionem. Cumque in dicta diœceſi oppidum Penna Billorum nuncupatum ſituatione, & loci commoditate pulcherrimum, ac populi multitudine refertum, & minus, quod oppidum S. Leonis hujuſmodi ſuſpectum exiſteret, in illorum, ac prædicta diœceſi, una dumtaxat Collegiata Eccleſia, ſub invocatione S. Bartholomæi exiſteret, in qua divinus cultus per dilectos fil. ipſius eccleſiæ S. Bartholomæi Præpoſitum, & canonicos, qui inſimul ſex numero exiſtebant, exercebatur. Qui tam Franciſcus Epiſcopus, quam dictæ eccleſiæ Feretranæ canonici prædicti in eadem eccleſia S. Bartholomæi ſituatione, & loci commoditate prædictis attentis facile reſidere, ac cum canonicis eccleſiæ S. Bartholomæi hujuſmodi divina Officia decantare poterant. Præfatus prædeceſſor, qui divino cultui libenter intendebat; & ut cathedralis eccleſia ſituationem commodam haberent, ſinceris exhortabatur affectibus, quique dudum inter alia voluerat, quod ſuper unionibus commiſſio fieret ad partes; vocatis quorum intereſſet circa præmiſſa. Necnon de domicilio tam Franciſco & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Feretrano, quam ipſius eccleſiæ Feretranæ canonicis prædictis, ut facilius divina officia celebrare poſſent, & eis via excuſationis ac reſidentiæ, ac divinorum non celebrationis precluderetur, utque in dicta eccleſia S. Bartholomæi peramplius miniſtrorum numerus augeretur, opportune providere volens, ipſumque Franciſcum Epiſcopum, ac S. Leonis, & S. Bartholomæi eccleſiarum hujuſmodi præpoſitos, & canonicos, eorumque ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſiones, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant ad effectum infraſcriptorum dumtaxat conſequend. abſolvimus, & abſolutos fore cenſemus. Motu proprio non ad Franciſci Epiſcopi, & præpoſitorum; ac canonicorum prædictorum, vel alterius pro eis ſuper eo eidem prædeceſſori oblatam petitionem, & inſtantiam, ſed de ſua mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſub datum 6. idus Julii Pontificatus ſui anno 5. eccleſiam Feretranam prædictam hactenus non frequentatam, & in qua Franciſcus, & qui pro tempore fuerint Epiſcopi Feretrani, ac canonici dictæ eccleſiæ Feretranæ reſideant. Ad dictam Collegiatam eccleſiam una cum ejuſdem eccleſiæ cathedralis inſigniis auctoritate Apoſtolica tranſtulit, & tranſlata eſſe voluit; ita ut deinceps liceret Franciſco, pro tempore exiſtenti Epiſcopo Feretrano, ac ipſius eccleſiæ S. Leonis præpoſito, & canonicis prædictis in dicta eccleſia S. Bartholomæi reſidere, & divina officia inibi una cum illius canonicis prædictis decantare, quodque d. S. Leonis, & S. Bartholomæi eccleſiæ non amplius duæ cathedralis ſcilicet, & collegiata eccleſ. nuncupantur, ſed una tantum eccleſia cathedralis exiſteret, nuncuparetur, & reputaretur. Et eccleſiarum earum canon. unum corpus efficerent, ac canonici S. Bartholomæi prædicti hujuſmodi fructus ſuos percipientes canonici cathedralis eccleſiæ nuncuparentur, & nuncupari, privilegiiſque, honoribus, exemptionibus, libertatibus, necnon favoribus, gratiis, & indultis, quibus canonici aliarum cathedralium catenus uti, gaudere, & frui potuerant, & debuerant, & poſſint, & debeant uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite, ſeu formiter, & abſque ulla penitus differentia. Voluitque quod tam S. Leonis, quam S. Bartholomæi eccleſiarum canonici præfati unum dumtaxat capitulum inſimul facerent, præcedentibus tamen ipſius eccleſiæ S. Leonis ſic tranſlat. canonicis, Præpoſito, & canonicis dictæ eccleſiæ S. Bartholomæi in choro, proceſſionibus, & aliis actibus capitularibus, & quod de cætero ipſa eccleſia S. Bartholomæi non amplius collegiata vocaretur, ſed cathedralis eccleſia S. Leonis exiſteret, remanerent tamen eadem eccleſia Feretrana in dicto oppido S. Leonis ſub ejuſdem S. Leonis invocatione cum inſigniis cathedralis eccleſiæ, cujus feſtivitas coli die ejuſdem S. Leonis non deſineret dicta auctoritate perpetuo ſtatuit, & ordinavit. Et ut eadem eccleſia Feretrana in eandem eccleſiam S. Bartholomæi ſic tranſlata peramplius miniſtris honoraretur; ac dignitatibus accreſceretur more aliarum eccleſ. cathedralium inſignium, in illa unum Archidiaconatum, qui prima poſt Pontificalem pro uno Archidiacono, qui oculus Epiſcopi nuncuparetur, & unum Archipresbyteratum, quæ ſecunda inibi dignitates exiſterent pro uno Archipresbytero, qui in abſentiam dicti Archidiaconi caput capituli, & canonicorum exiſteret, etiam perpetuo erexit, & inſtituit, ac pro Archidiaconatus, & Archipresbyteratus prædictorum ſic tranſactorum, inſtitutorum dote, fructus, redditus, & proventus, quorumcumque ſimplicium beneficiorum Eccleſiaſticorum per Franciſcum ſeu pro tempore exiſtentem Epiſcopum Feretranum menſæ capitulari uniens ſummam centum, & quinquaginta ducatorum auri redditus non excedens eidem Archidianonatui, & Archipresbyteratui, ita quod cum primum duos, ut præfertur eis aſſignata, foret facta per ipſum prædeceſſorem de illis a primæva earum erectione vacantibus collectione, proviſione eidem eccleſiæ cathedrali profertur tranſlatæ deſervire inciperet, & continuo deinceps ſerviet, eadem auctoritate ſimiliter perpetuo applicavit & appropriavit. Necnon præpoſituram S. Leonis tertiam, ac etiam præpoſituram S. Bartholomæi eccleſiarum hujuſmodi, quæ principalis dignitas in ea exiſtebat quartam, quamdiu tamen tunc d. eccleſiæ S. Bartholomæi præpoſitus duceret in humanis, dumtaxat dignitates conſtituit. Et præpoſituræ S. Bartholomæi cernente vacatione per obitum tunc illius præpoſiti hujuſmodi, ad id ut tres dignitates dumtaxat in ipſa eccleſia Feretrana in eandem eccleſiam S. Bartholomæi tranſlata, remanerent, illam eandem perpetuo ſupponit, necnon quia tam S. Leonis, quam S. Bartholomæi eccleſiarum hujuſmodi, ac illarum menſarum capitularium fructus, redditus, & proventus adeo tenues exiſtebant, quod pro manutentione canonicorum prædictorum non ſufficiebant, cum S. Leonis quatuordecim, S. Bartholomæi vero eccleſiarum canonicatuum, & prebendarum decem ducatorum auri de camera fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excederent. Parochialem eccleſiam S. Nicolai de Billis nuncupat.

dicti

dicti oppidi Pennæ Billorum cujus fructus, redditus, & proventus quadragintaquatuor ducatorum auri ſimilium ſecundum æſtimationem prædictam valorem annuum excedebant, ex tunc prout ex ea die & e contra cum primum per ceſſuram etiã &c. permutationem, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illam tunc obtinentis etiam in aliquo ex menſibus ſedi Apoſtolicæ per conſtitutiones Apoſtolicas ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ clauſulas reſervatis, ſeu ordinariis etiam per conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu litteræ alternativarum, vel alias conceſſis, aut alias quovis modo vacare contingeret, etiamſi actu tunc vacarent, necnon etiam fructus, redditus, proventus ejuſdem præpoſitorum ſuperiorum capitulari menſa ſancti Leonis ſic tranſlata, & ſancti Bartholomæi eccleſiarum hujuſmodi pro diſtributionibus quotidianis inter canonicos pro tempore reſidentes, & in divinis inſervientes, ac in choro intervenientes dividens præfata auctoritate ſimiliter perpetuo univit, annexit, ac incorporavit, ac pro diſtributionibus hujuſmodi appropriavit, ita quod liceret præfato capitulo corporalem, realem & actualem poſſeſſionem ipſius eccleſiæ parochialis ſic unitæ per ſe, vel alium, ſeu alias propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque, necnon & d. ſic ſuppreſſæ præpoſituræ fructus, redditus, & proventus, in uſus, & utilitatem menſæ capitularis, ac diſtributionum hujuſmodi pro tempore exiſten. ſingulis canonicis prædictis dans & applicans convertere cujuſvis licentia abſque munimine reſervata. Necnon eidem parochiali eccleſiæ per unum ex ipſis canonicis ſufficient. idoneum, per ordinarium approbat. juxta providam ejuſdem capituli ordinationem ſatis faciens in divinis deſervire, & curam animarum illius parochianorum laudabiliter exercere, ac ſacramenta eccleſiaſtica illis miniſtrare. Decernens præpoſituram eccleſiæ S. Bartholomæi hujuſmodi, cum ut præfert. vacare contingeret, perpetuo ſuppreſſam exiſtere, & eſſe, ac litteras tunc deſuper conficien. nullo uſque tempore deſumptionis, vel abſumptionis vitio, ſeu intentionis ipſius prædeceſſoris, aut quovis alio defectu notari, ſeu impugnari, vel ad terminos juris reduci, ac in jus, & controverſiam poni, vel vocari nullatenus poſſe; neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, vel vacationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, & limitationibus tam per ipſum prædeceſſorem, quam ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices etiam in craſtinum eorum aſſumptionibus faciendis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, quoties illæ emanebunt tales in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutum, & denuo conceſſum eſſe, & concedi debere. Sicque per quoſcumque judices, & commiſſarios quavis auctoritate fulgentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi, ac diffiniendi facultatem, & auctoritatem judicari, diffiniri, & interpretari debere non obſtantibus priori voluntate ſua prædicta, ac Lateranen. concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis; necnon piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi etiam prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, ac S. Leonis, & s. Bartholomæi eccleſiarum prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquis ſuper proviſionibus ſibi facien. vel de dignitatibus ipſius eccleſiæ s. Bartholomæi, ac hujuſmodi ſpeciales, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ ſedis, vel Legatorum ejus litteras impetraſſent, etiamſi per eas ad exhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet extat proceſſum, quas quidem litteras, & proceſſus habit. per eaſdem ac inde ſecut. quæcumque. Idem Pius prædeceſſor, ad præpoſituram s. Bartholomæi, & parochialem eccleſiam ad beneficia unienda hujuſmodi voluit non extendi; ſed nullum per hoc eis quoad executionem beneficiorum aliorum beneficium generari. Et quibuſvis aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenor. exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, velut alias non inſerta effectus earum impediri valeret quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda eſſet in eiſdem lit. mentio ſpecialis. Præviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictam præpoſitura, & parochialis eccleſia, & beneficia unienda debitis non proceder entur obſequiis, & animarum cura in parochiali eccleſia, & ſi qua illi immineret præpoſitura, prædictis nullatenus negligeretur, ſed earum, ac beneficiorum uniendorum prædictorum congrue ſupportarent onera conſueta. Idem enim Pius prædeceſſor ex tunc irritum decrevit, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auct. ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ne autem de abſolutione, tranſlatione, voluntate, ſtatuto, ordinatione, erectione, inſtitutione, applicatione, appropriatione, conſtitutione, ſuſpenſione, unione, annexione, incorporatione, & decreto prædictis pro eo quod ſuper illis dicti Pii prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet excitari, ipſeque Franciſcus, ac pro tempore exiſtens Epiſcopus, necnon s. Leonis, & s. Bartholomæi eccleſiarum hujuſmodi præpoſiti, & canonici illorum fruſtrarentur effectu. Volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod abſolutio, tranſlatio, voluntas, ſtatutum, ordinatio, erectio, inſtitutio, applicatio, appropriatio, conſtitutio, ſuppreſſio, unio, annexio, incorporatio, & decretum Pii prædeceſſoris hujuſmodi perinde a dicta die 6. idus julii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei dat. confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes litteræ ad proban. plenæ abſolutionẽ, voluntatem, ſtatutum, ordinationem, tranſlationem, erectionem, inſtitutionem, applicationem, appropriationem, conſtitutionem, ſuppreſſionem, unionem, annexionem, incorporationem, & decretum Pii prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domini 1572. 8. Kal. Junii Pontificatus noſtri ann. 1.

Joannes vero Franciſcus deceſſit 1601. ſepultus in eccleſia S. Franciſci montis Madii ſuæ diœceſis.

(,, *Hoc Præſule inventum eſt corpus S. Marini in*
,, *ejus nominis oppido, ut patet ex ſequenti documento,*
,, *quod eruditiſſimus Pater Philippus Riccepius ſocietatis Jeſu nobilis alumnus mihi perhumaniter*
,, *tradidit:*

,, Quoniam in Terra perpetuæ libertatis S. Mari-
,, ni Feretranæ Diœceſis de corpore Sancti ejuſdem
,, nominis dubitabatur, & per talem ſuſpicionem
,, in dies magis ad dictum ſanctum devotio dimi-
,, nuebatur, licet in pede majoris Altaris plebis ejuſ-
,, dem ſancti prædictum corpus quieſcere ſuſpicare-
,, mur. Hinc ego Marinus Bonettus dictæ plebis
,, Archipresbyter corpus prædictum exquirere con-
,, ſtitui; & prius maturo habito colloquio cum il-
,, luſtriſs. & Reverendiſs. D. D. Franciſco Sormano
,, Mediolanenſi dictæ Feretranæ Diœceſis Antiſti-
,, te, precibuſque per aliquot dies una cum multis
,, Fratribus Capuccinis ad Deum pro hac re delatis,
,, tandem in feſto Inventionis S. Crucis de an-
,, no 1586. ad tres horas noctis cum interventu duo-
,, rum ex dictis Capuccinis ſummo cum timore, &
,, tremore pedem dicti altaris rupi; ibique mar-
,, moream urnam inveni, in qua hi duo verſus in-
,, ſcripti ſunt:
,, *Cluſa ab antiquis nobis aperta Marini*
,, *Sancta manent membra, nobis cunctis recolenda.*
,, Qua poſtea urna coram Illuſtriſ. & Reverendiſſ.
,, D. Antiſtite, & populo prædictæ terræ aperta,
,, clare vidimus omnes; ibi omnia Oſſa Corporis
,, ſancti præfati extare cum quadam parva cruce
,, ænea, & quibuſdam parvis nummis, quorum
,, imago minime agnoſcebatur. Poſt hæc die tertia
,, proximioris menſis Septembris, in qua ſancti ſo-

lemnia

„ lemnia agi ſolent, cum magno vicinorum con- A
„ curſu, licet imbres immenſi de mane reſtiterint,
„ prædicta Oſſa præfatus Antiſtes, & alii dignio-
„ res Clerici per tota Terram cum hymnis, Can-
„ ticis, & inſtrumentis muſicis devote aſportave-
„ re, & repoſita, prout nunc extat, ſuper prædi-
„ ctum altare majus, ibi majore, quam prius, vene-
„ ratione colantur ad laudem, & gloriam dei omni-
„ potentis, & ſancti prædicti.
„ Et quia prædictus Marinus Bonettus Archipres-
„ byter ut ſupra his omnibus interfui, hinc his ma-
„ nu mea propria ſcriptis, & ſubſcriptis indubita-
„ tam de omnibus fidem facit ſub hac die 4. menſ.
„ Octobris an. 1596.)

XX XVII 36. PETRUS Cartularius, Urbinas, Joanni Franciſco ſuffectus eſt 1601. die 29. mens. Nov. Hic Præſul vere Apoſtolicus cathedralem eccleſiā ampliavit, ſacrarium, & ſacellum ſacratiſſimi Corporis Chriſti a fundamentis erexit, organum confecit, ceræmoniarum magiſtrum inſtituit, ſynodum non ſemel coegit, clerum ad puriores mores reduxit, (B) canonicos ad divina peragenda officia in cathedrali, & chori munia, ut par erat, obeunda revocavit, & eccleſiaſticam diſciplinam pene collabentem ad præſcriptos S. Romanæ Eccleſiæ ritus, & ſacri Concilii inſtitutionem ibidem reſtituit; diœceſim ſemel in anno luſtravit, ac tandem omnibus charus maxima de ſe expectatione relicta deſiit mortalis eſſe 1607. Cujus laudes non tacuit Oliverius de Oliveriis Urbinas in oratione, quam in funere ipſius Urbini habuit, ubi jacet in eccl. S. Franciſci, cum hoc epitap.

D. O. M.

Petro Carthelario Urbini Ep. Feretrano. I. U. C. qui poſt plurimos primarios tam ſecu-lares, quam regulares Eccl. Magiſtratus ſumma cum virtute, integritate, ac laude geſtos egregiam in conſult. totius dominii Eccl. negotiis trib. Pont. Clem. VIII. Leon. XI. & S. D. N. Paulo V. navatam operam inſigni pietate erga pauperes præſertim exteros ad veram fidei lucem converſos omni virtute, ac laude cumulatus obiit anno ætatis ſuæ LXVI. ſalutis omnium MDC. VII. (C)

Franciſcus Carthelarius nepos P. C.

XXX VIII. 37. GONSALUUS Durandus è S. Angelo in Vado, ad hanc eandem ſedem a Paulo V. ſubvectus eſt 1607. die 19. menſis Februarii, vir litteris excultus, optimiſque moribus de ſua eccleſia optime meritus, ac ea vigilantia in ſuos, quam nullæ unquam præſtigiæ viſæ ſunt potuiſſe labefactare Obiit anno 1643. („ *Pluries Synodum habuit, & diſciplinam Ec-*
„ *cleſiaſticam reſtauravit. Magnum opus de Revela-*
„ *tionibus S. Birgittæ confecit. Obiitque Maceratæ*
„ *Feltrinæ in Abbatia Epiſcopali, ejuſque corpus, ut*
„ *juſſerat, tranſl. fuit in Cathed. S. Angeli in Vado.*)


XX XIX 38. BERNARDINUS Scala, Callienſis, Epiſcopus Vigilienſis huc tranſlatus die 18. Maii 1643. nunc ſupereſt.

A D D I T I O.

(„ *Diœceſanam Synodum convocavit, & poſtquam*
„ *hanc laudabiliter Eccleſiam gubernaſſet an. 24. e vi-* (D)
„ *vis abiit die 19. Januarii 1667. ſepultuſque fuit in*
„ *Cathedrali Pinnæ Billorum in ſacello, quod pro-*
„ *priis ſumptibus ædificandum curaverat.*



XL „ ANTONIUS *de Poſſentibus de Fabriano Ca-*
„ *merinenſis diœceſis, I.U. D. & Prothonotarius A-*
„ *poſtolicus, poſtquam Eccleſias Januen. & Cuſentinen.*
„ *Archiepiſcopales Vicarius Generalis rexiſſet,*
„ *Auditorque Rotæ Ferrarienſis fuiſſet, creatus eſt*
„ *Epiſcopus Feretranus die 3. Auguſti 1667. Syno-*
„ *dum celebravit, Palatium Abbatiæ s. Anaſtaſii re-*
„ *ſtauravit, & ſeminarium Clericorum juxta Cathe-*
„ *dralem cum exſtrui curaret, deceſſit die 12. Septem-*
„ *bris 1671. tumulatus in Cathedr. Pinnæ Billorum.*



XLI. „ JACOBUS *Bonus de Tedaldo diœceſis Burgi s.*
„ *Sepulchri, J. U. D. & in Urbe Advocatus, dum*
„ *annum ætatis ageret circiter 60. ad hanc ſedem eve-*
„ *ctus eſt die 8. Februarii 1672. Diœceſim inviſit di-*
„ *ligenter, cumque animadvertiſſet Cathedralem an-*
„ *tiquiſſimam s. Leonis neglectam incuria, & abſen-*
„ *tia Epiſcoporum, religione tactus eam perpurga-*
„ *vit, ac decenter ornavit erecto inibi ſacello: Pala-*
„ *tium item antiquum Epiſcopale refecit: & in Eccle-*
„ *ſia Abbatia s. Anaſtaſii alterum ſacellum conſtrui*
„ *fecit, repoſuitque honorificè corpus B. Alberici.*
„ *Tandem anno 1678. die 25. Februarii ad Epiſcopa-*
„ *tum Sutrinum & Nepeſinum tranſiit.*

XLII. „ BERNARDINUS *Belinccius. Civis nobilis*
„ *Reipublicæ s. Marini, Jacobo ſuffectus eſt die 5. Se-*
„ *ptembris 1678. Vir probatæ virtutis, & ſapientiæ:*
„ *cumque utriuſque legis peritiſſimus eſſet, Auditor*
„ *Generalis Legationis Urbini, & deinde Rotæ Fer-*
„ *rarienſis incorrupte jus dixit. Ad Epiſcopatum*
„ *evectus diœceſim totam luſtravit, Synodum habuit,*
„ *mores corruptos compeſcuit, s. Marini ſeminarium*
„ *Clericorum conſtruxit, aliaque optimi Paſtoris ſpe-*
„ *cimina edidit, donec die 25. Septembris 1702. ad*
„ *Eccleſiam Camerinenſem tranſiit, totius Feretra-*
„ *næ diœceſis lachrymis comitatus, ubi hodie octua-*
„ *genarius vivit, vivatque diutiſſime.*

XLIII „ PETRUS *Valerius Martorellus, Nobilis Auxi-*
„ *manus, Beneficiatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum*
„ *de Urbe, & in Romana curia Advocatus, alias*
„ *ſubſtitutus Commiſſarii R. C. Apoſtolicæ. & deinde*
„ *Auditor ſecretarii ſacræ congregationis Concilii ad*
„ *Cathedram Epiſcopalem Feretranam ſublectus eſt*
„ *die 5. Martii 1703.*)

PISAURENSES EPISCOPI.



PISAURUM antiqua civitas ſupra ripam Iſauri fluminis, qua mare Adriaticum ſubit, ſituata eſt. Eam Plinius in ſexta regione Umbrorum collocavit. Alii contendunt ad Picenates pertinere. Piſaurum vero dicta eſt ab Iſauro flumine, ſive quod in ea, ut Servio placet, Romani, Gallis victoribus, ut libertatem redimerent, aurum pependerunt, itaut ab auri illa penſione Piſaurum deinceps diceretur. Prior tamen opinio digniores auctores habet, ut ab Iſauro, ſive Pinſauro Pinſauri ferret cognomen. Hinc Pamphilus de laudibus Piceni lib.1.

Flumen Iſaurus, aquas volvens a montibus ortas
Foſſia Piceni terminus unus agri,
Unde ſuum nomen ſumpſerunt tecta Piſauri,
Sive quod a Gallis penſa moneta fuit.

Antiquiſſimam civitatem fuiſſe inde collige, quod adhuc ejus vera origo ignoratur. Conſtat tamen Coſſ. C. Pulchro, ac Lucio Portio Licinio, hoc eſt anno ab urbe condita 568. coloniam Romanorum factam fuiſſe. In cujus coloniis L. Actius Poeta fuit, ut fert ſententia Euſebii de temporibus. Cæterum cum ex terræmotu, ſolo hiſcente, propemodum abſorpta fuiſſet, in iterum inſtauratam M. Antonius Triumvir colonos deduxit, ut ſcribit Plutarchus in Anton. Fideliſſima Populo Romano fuit, ex cujus Imperii declinatione eas ærumnas, quas aliæ Umbriæ civitates, paſſa eſt. Conſtat a Totila miſerabile excidium paſſam fuiſſe, refectamque a Beliſario, ut narrant Procopius, atque Blondus. A diverſis tulit ſervitutis frænum, præcipue autem a Malateſtis, ac Sfortianis, in quibus Joannes Sfortia enituit, qui illam mirifice exornavit, arceque ad mare fundata, inexpugnabilem reddidit, in civitate vero ipſa amplum exædificavit palatium, unde Princeps honorificentius jus diceret, vitæque ſplendidiorem cultum tueretur. Secundum hos Ducibus Urbinatibus prædæ ceſſit, quorum ſtirpe extincta ad juriſdictionem eccleſiaſticam rediit. Uberrimum ſolum habet, tametſi æſtivis diebus aer inſalubris deſæviat, Quamobrē de ea merito Catullus ſcriptum reliquit.

Moribunda ſedes Piſauri.

Tametſi haud latius fines extendat, pulchra tamen eſt, atque elegantibus ædificiis exornata. Ejus meminerunt, præter citatos auctores, Cæſar, Cicero, Mela, Ptolomæus, Ant. Vellejus Paterculus, Agaſius Vitius, aliique non pauci. Ex modernis autem Leonardus, ac Guicciardinus, qui in 12. lib. ſuarum hiſtoriarum illam deſcribit, & Salvator de Salvatoriis J.C. clar. in hiſt. aliique. Inter præclaros, quos tulit viros, celebratur Pandulphus Collenutius, qui inter alia ſcripſit hiſtoriam Regni Neapolitani, & de machinæ tormentariæ inventione. Fama tenet, ac veriſimile eſt, Apoſtolicis temporibus ſacra Chriſtiana ſuſcepiſſe, traduntque Evariſtum Pontificem primum illi attribuiſſe paſtorem, hoc eſt anno ſalutis 120. cujus nomen, geſtaque, ac deinceps plurium, qui in ea ſede floruerunt, nomina interciderunt. Baptizato vero Conſtantino, illorum aliquot nomina emerſerunt ad lucem, donec ex continuata ſerie illuceſcerent poſteritati. Piſaurenſis Præſul unam olim Apoſtolicam ſedem immediate ſuperiorem agnovit; tametſi hodie noviter erectæ Urbinatis Metropolis, inter ſuffraganeas numeretur 1563. S. Terentium martyrem Tutelarem divum adorat, Deiparæque Virgini Aſſumptæ Cathedralis Eccleſia dedicata, Architecturæ ſane pulcherrimæ, in qua undecim canonici ſunt, cum duabus dignitatibus, nempe Præpoſitura, & Archidiaconatu, pluresque clerici, & manſionarii. Septem extant Eccleſiæ parochiales, virorum monaſteria octo, quatuor monialium. Diœceſis ſatis arcta eſt, ubi recenſentur decem & novem oppida, plebaniæ vero viginti ſeptem, pluraque oratoria, & xenodochia, ſicut etiam in ea civitate perplura templa viſuntur, quæ populi pietatem in Deum haud ſinunt latere. Ejus taxa in lib. Cameræ aſcendit ad florenos 300. Hanc ſeriem Epiſcoporum Piſaurenſium, quam damus, ex monumentis illius Eccleſiæ erutam, & ex actibus Romanis auctam, atque in gratiam ſtudioſorum ex fide digeſſimus.

B 1. FLORENTIUS primus Piſaurenſis Epiſcopus occurrit, cujus mentio certior habetur in actibus S. Terentii martyris, vixitque anno 247. Hic Cathedralem erexit, ubi corpus S. Terentii martyris civitatis patroni recondidit. I.

2. S. DECENTIUS natione Britannus, Epiſcopus, ac martyr Piſaurenſis anno 302. ex tabulis ejuſdem Eccleſiæ. II.

3. S. HERACLIANUS Epiſc. ac Tutelaris Piſaurenſis, floruit ſanctitate circa an. Domini 347. S. Severi Archiepiſcopi Ravennatis alumnus fuit, qui illum Piſaurenſem Epiſcopum inauguravit. Requievit in Domino 4. Id. Decembris, ſepultuſque in Cathedrali, ubi quievit, donec populus in templum ejus nomini conſecratum illum tranſtulit. Ejus feſtum celebratur prædicto die, quo ivit ad ſuperos. Ejus meminit Ferrarius in catalogo, Hieronymuſque Rubeus in hiſtor. Ravennati in vita S. Severi. III.

4. GERMANUS vixit anno 499. IV.

5. FELIX floruit ann. 500. ad quem ſcribit Gregorius Papa de decimis monaſt. epiſtola 46. V.

C 6. FELIX, ejus nominis II. anno 589. VI.

7. MAXIMUS 649. („ *Concilio Lateranenſi interfuit.*) VII.

8. BEATUS interfuit concilio Romano ſub Agathone Pont. 680. VIII.

9. ANDREAS eandem ſedem obtinuit 743. apud Baronium. IX.

10. DOMINICUS 820. („ *Interfuit Concilio Romano an. 826.*) X.

11. RAGUEL, quem Inghubel Baronius vocat, floruit an. 853. hic in cathedrali cum hoc epitaphio jacet ſepultus. XI.

IN HOC TUMULO
REQUIESCIT D. N. RAGUEL
EPISCOPUS.

(„ *Interfuit an. 861. Concilio Romæ habito à Nicolao I. de quo in Ravennatibus.*)

12. JOSEPHUS vivebat anno 869. concilio Romano interfuit 871. („ *Anno 868. præſens fuit Concilio Romano de profano Conſtantinopolit. Concilio abrogando.*) XII

D („ ADONIUS *Peſaurienſis Epiſcopus ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſia confirmatur an. 877.*) XIII.

13. LAURENTIUS donationem Theodoſii Epiſcopi Firmani in favorem monaſterii S. Crucis firmavit an. 887. XIV.

14. RAYNERIUS Epiſcopus Piſaurenſis, Laurentio ſucceſſit. XV.

(„ ADELBERTUS *Piſaurenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Romano a Gregorio Papa V. celebrato an. 998.*) XVI.

15. N. . . . ejuſdem civitatis Epiſcopus, de quo ſcribit Petrus Damianus ad Gregorium VI. Pontif. circa annum 1044. illumque appellat adulterum, atque perjurum, exhortaturque Pontificem, ut XVII.

omni

omni vitiorum labe pollutum deturbet de ſede. Idem ſcribit ad Gebrardum Archiepiſcopum Ravennatem, appellatque Piſaurenſem hunc Epiſcopum, atque Fanenſem, diaboli adminiſtros infames, nomineque paſtoris indignos lib.3.epiſt.3.

XVIII 16. PETRUS Romano concilio interfuit ſub Nicolao II. an.1059.

XIX. 17. DOMINICUS, de quo mentio eſt in bulla Alexandri II. Eccleſiæ Foroſempronienſi conceſſa an.1062.

XX. 18. MICHAEL floruit 1074. ad quem extant Gregorii VII. epiſt.46. lib.2.

XXI. 19. BAMBO 1123.

XXII. 20. STEPHANUS electus interfuit Venetiis an.1177. reconciliationi Alex.III. cum Frederico I. Imperatore.

XXIII 21. PETRUS eandem ſedem obtinuit, favitque Æneobarbo Imperatori, ob quam rem Alexand.III. Pontifex, illum prius fulmine eccleſiaſtico ictum exuit dignitate. Qui tandem poſt Frederici reconciliationem, in eandem reſtitutus dignitatem, Lateranenſi concilio interfuit ſub eodem Pontifice an.1179.

XXIV 22. VVIDO 1188.

XXV. 23. HENRICUS 1190.

XXVI 24. N. . , . electus, & conſecratus Epiſcopus ab Honorio III. anno 1217. ex reg. Vatic. ad calcem anni 2.

XXVII. 25. PEREGRINUS 1225.

XXVIII. 26. BARTHOLOMÆUS floruit 1228. & forte hic ille eſt Bartholomæus de Zambaſsis Bononienſis doctor, ac ejuſdem civitatis canonicus, vicarius Piſaurenſis Epiſcopatus, qui ſuo defuncto Epiſcopo ſuffectus eſt. Cujus meminit Nicolaus Paſqualinus Alidoſius de viris illuſtr. Bononien.

XXIX 27. HUGO Epiſcopus Piſaurenſis an.1268. translatus eſt ad Æſinam Eccleſiam, ut habetur in regeſt. Clementis Papæ IV. an.3. ep.116.

XXX. 28. NICOLAUS electus 1269. 14. Kalend. Martil, ex reg. Vatic. ep.4. fol.215. anno 4. Clem.IV.

XXXI 29. THOMAS ex Præpoſito Cathedralis electus fuit Epiſcopus a Gregorio X. an.1272. 5. Id. Octobris ex regeſt. Vatic. ep.68. fol.22. anno 1.

XXXII. 30. Fr. FRANCISCUS anno 1282. Obiit ſequenti 1283.

XXXIII. 31. ACCURSIUS Plebanus S. Adriani de caſtro Matelicæ Camerinæ diœceſis, a capitulo poſtulatus, confirmatur a Martino IV. an. 1283. Id. Decembris, Pontificatus 3. in regeſto Vatic. epiſt.85. fol.141. Exceſſit anno 1292.

XXXIV. 32. Fr. SALUUS ord. Prædicatorum a capitulo electus, confirmatur a Nicolao IV. anno 1292. 6. Kal. Febr. ex eodem reg. ep.697. fol.140. anno 4.

XXXV. 33. JULIUS è vivis exemptus eſt 1296.

XXXVI. 34. Fr. PETRUS ex ordine Minorum, creatus Epiſcopus a Bonifacio VIII. anno 1296. totius Franciſcani ordinis conſervator fuit, Clemente V. ita cenſente. Obiit diem poſtremam circa annum 1315.

XXXVII 35. JUNTA civis, & canonicus Piſaurenſis, poſt exceſſum Petri ſuffectus eſt a capitulo anno 1316. qui antequam inauguraretur, deceſſit.


XXXVIII. 36. Fr. PETRUS hujus nominis III. Ordinis Minorum, eligente capitulo Juntæ ſuffectus eſt anno 1316. cujus electionem Joannes XXII. ratam habuit 1317. Deceſſit autem 1343. conſule Lucam VVaddingum Annal. Minorum tom. 3. Cæſaremque Clement. in hiſt. Ariminenſi. („ *Anno 1336. interfuit Fani conſecrationi Eccleſiæ S. Franciſci, ut ex ſequenti inſcriptione, quæ ſupra ejuſdem Eccleſiæ januam legitur, patet.*

„ Hanc, quam cernis, humilis viator, Ec-
„ cleſiam D. Jacobus Epiſcopus Fanen. D.
„ Fr. Petrus Epiſcopus Piſauren. ac D. F.
„ Joannes Epiſcopus Senogallien. pie con-
„ ſecrarunt A. D. MCCCXXXVI. prima
„ Dominica menſis Maji.)

XXXIX. 37. Fr. FRANCISCUS Vinoli a Franco, ex Ordine Minorum, dictus eſt Epiſcopus, poſtquam Petrus fuiſſet fato functus 1343. 8. Kal. Decemb. ex

A regeſto Vatic. 190. anno 2. Clementis VI.

38. HOMODEUS 1346. die 18. menſ. Julii ex lib. obligat. XL.



39. BLASIUS Geminelli electus anno 1354. 4. Kal. Februarii, ex canonico Urbevetano ſucceſſit Homodeo, ita in reg. Vaticano ep.34. fol.41. an.2. Innoc. VI. translatus inde ad Eccleſiam Cluſinam anno 1357. XLI.

40. HENRICUS Archipresbyter Mediolanenſis Eccleſiæ, electus Epiſcopus anno 1357. 12. Kal. Septemb. ab Innocentio VI. ex reg. Vaticano epiſt. 41. fol.52. anno 5. lib. 1. Fuit inde, hoc eſt ſequenti anno 1358. translatus ad Aſculanam Eccleſiam in Piceno. XLII.

41. NICOLAUS eandem ſedem obtinuit ex Priore S. Auguſtini de Roſano Piſanæ diœceſis anno 1358. 4. Idus Julii, ex regeſto Vaticano epiſtola 31. fol. 36. anno 7. Innoc. VI. translatus deinde ad Firmanam Eccleſiam anno 1370. Kal. Julii. XLIII

C




42. LEALIS, filius Malateſtæ de Malateſtis, Piſauri Domini, patriam Tiaram aſſecutus eſt 1370. Kalendis Julii, ex eodem lib. Reperitur autem hanc Eccleſiam rexiſſe uſque ad annum 1373. deinde ad Ariminenſem translatus eſt. XLIV

43. Fr. ANGELUS Feduccius è Bibiena, oppido D territorii Caſentinatis in Hetruria, ex Ord. Minorum, adlectus eſt 1373. Hic altare ſacrorum Stigmatum de Vernia conſecravit, facta ad id ſibi poteſtate ab Epiſcopo Aretino. De eo Marcus Ulyſſiponenſis par.2. lib.9. c.33. hiſtor. Fratrum Minorum, & Cæſar Clementinus hiſtor. Ariminen. Hic tanquam Clem. VII. fautor Epiſcopatu privatus eſt ab Urbano VI. anno 1381. XLV

44. FRANCISCUS. Hujus memoria extat ab anno 1386. uſque ad ann. 1398. in quo ipſo anno vita functus eſt. XLVI

45. ANGELUS Roccius, Beneventanus, aliis vero eſt Neapolitanus, adlectus fuit Epiſcopus Piſaurenſis a Bonifacio IX. 1398. die 23. menſ. Decemb. quam ille Eccleſiam rexit uſque ad ann. 1407. ex eoq; translatus eſt ad Crotonienſem Epiſcopatum in Calabria. XLVII.

Digitized by Google



XLVIII. 46. ANTONIUS Caſinius civis Senenſis, patria Florentinus, ex canonico Florentino, Signiæque Plebano, ad hunc Epiſcopatum evaſit 1407. poſt duos autem annos ad Senenſem Eccleſiam translatus eſt, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ declaratus Theſaurarius, a Martino vero V. presbyter Cardinalis ad titulum S. Marcelli. Conſule vero ea, quæ de ipſo narravimus in Epiſcopis Senenſibus.

XLIX a Senenſem fuiſſe contendit Azzolinus in Pomp. Senenſibus t. 1. ubi de eo.

47. BARTHOLOMÆUS Caſinius a Florentinus monachus, & Abbas S. Muſtiolæ Cluſinæ diœceſis, ex Ordine Vallumbroſano, frater germanus memorati Cardinalis, ad hanc ſedem aſcendit 1409. 13. Kal. Auguſti. Hic ſynodum celebravit, in qua ſalutiferas admodum tulit leges, quæ adhuc hodie venerationi ſunt, & commodo clero Piſaurenſi. Rexit autem illam Eccleſiam uſque ad annum 1419. in quo ipſo anno deceſſit. Cæterum Cardinalis Caſinius præcipua charitate in fratrem cum an. 1429. conderet teſtamentum, certam pecuniæ ſummam Eccleſiæ Senenſi legavit, ut defuncto annuæ, ſolemneſque celebrarentur Inferiæ.

L. 48. JOANNES de Benedictis, civis Piſaurenſis, Caſinio ſucceſſit 1419. Hic diutiſſime vixit. Nicolao V. mittente 1449. apud Senenſes oratoris munere functus eſt. („ *Obiit die* 24. *Maji* 1455.)

LI. 49. BARNABAS Merlonius, Fanenſis, a Paulo II. creatus eſt 1471. 5. Kal. April. Romæ deceſſit 1475. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo. („ *Die* 10. *Junii* 1474. *ad Eccleſiam Interamnenſem* „ *à Sixto IV. tranſlatus eſt.*)

LII. 50. THOMAS de Vincentiis, ſive de Glagorellis, ejuſdē Eccl. electus Præſul eſt 1473. vita functus eſt 1468. („ *Thomas de Vincentiis, nobilis Fanenſis,* „ *Græca, latinaque litteratura valuit, fuitque Canonum callentiſſimus. Eum Pius II. Acolythum Apoſtolicum creavit, ejuſque opera multipliciter uſus eſt.* „ *Beſſarioni Cardinali fuit in primis charus, à quo* „ *an.* 1464. *per ceſſionem accepit Abbatiam S. Paterniani Fanenſis. Sixtus IV. illum in ſuum quæſtorem* „ *elegit, atque anno* 1474. *Interamnenſi tiara decoravit, annoque inſequenti* 1475. *ad hanc Piſaurenſem* „ *tranſtulit. Triennio poſt obiit, cum prius S. Paterniani Abbatiam Canonicis Regularibus ex Apoſtolico indulto renunciaſſet.*)



LIII. 51. LAURENTIUS Capoferrus, Romanus, filius nobilis viri Evangeliſtæ Magdaleni de Capiteferro de regione Pineæ, ad eundem Epiſcopatum aſſumptus eſt 1478. 4. Id. Decemb. E vivis autem exemptus 1487.

52. NESTOR b Malvaſia, Bononienſis, ex Equite Hieroſolymitano, Bononiæ commendatore, adlectus eſt 1487. die 8. menſis Novembris. Antequam inauguraretur, deceſſit; atque apud S. Mariam de Populo ſepultus; ubi quædam legitur inſcriptio, quam quia in ea memoria dignitatis Epiſcopalis dimittitur, etiam hic dimittendam curavimus. LIV. b Alior. & de familia Malvetia à nonnullis dicitur.

53. ASCANIUS MARIA Sfortia Mediolanenſis Cardinalis, hanc Eccleſiam perpetuo adminiſtrandam ſuſcepit 1488. donec illam in favorem Aloyſii renunciavit. LV.

54 ALOYSIUS Capra, Mediolanenſis, Cardinalis Sfortiæ familiaris, ex ejuſdem Cardinalis ceſſione, atque favore, obtinuit Epiſcopatum 1491. 3. Id. Junii. Romæ poſtremam diem obiit 1498. ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo prope principem aram, ubi in marmorea tabula hoc epitaphium legitur. LVI.

Aloyſio Capræ, patria Mediolanenſi, decretorum Doct. Epiſcopo Piſaurenſi, S. D. N. Referendario, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regenti juriſperitia, integritate, nobilitate, & magnis meritis Pet. Ant. heredes poſuerunt. Vixit ann. LX. menſ. vii. dies xx. Obiit xiij. Aug. M. CCCC. LXXXXVIII.



55 FRANCISCUS Oricellarius c, Philippi filius, nobilis Florentinus, Alexandro VI. in paucis chàrus, ob præclariſſimas animi dotes Piſaurenſis Epiſcopus eſt declaratus 1499. die 16. menſis Aprilis, ab eodemque Pontifice Vicelegatus Bononiam miſſus eſt 1502. Dum ſibi creditæ Eccleſiæ inſudaret, fato functus eſt 1504. Ex eadem clariſſima gente ſedente Clemente VIII. Hannibal Oricellarius Carcaſſonenſium Epiſcopus erat in Galliis, Romæque Gubernator, qui Romæ è vivis excedens, ſepultus eſt apud S. Andream de Valle, in ſacello ab Horatio Oricellario munificentiſſime exſtructo, cum hoc epitaphio. LVII. c De coſtamarrinus de famil. vol. 1. p. 280. Mandoſ.

D. O. M.

Annibali Oricellario Epiſcopo Carcaſſonenſi, humanitate magnificentia, integritate ſingulari, cujus opera ſummi Pontifices Paulus IV. & Pius V. in maximis, arduiſque Chriſtianæ reipub. negociis apud Henricum II. & Carolum IX. Galliæ Reges, Clemens vero VIII. in regendis urbibus, Ancona, Roma, Bononia, ac demum Pontificiæ domus Præfectura maxima cum laude uſi ſunt. Horatius Oricellarius jucundiſſimo fratri poſuit.

Ex hac familia floruit olim Bernardus inſignis hiſtoricus, de quo Varinus lib. 3.

Ex Oricella domus potens opibuſque viriſque,
Hiſtoricum cujus clarum de ſanguine cerno
Non ſolum ſcripto, ſed lingua apprime diſertum
Traxit ab æquoreo ſua prima exordia campo.

56 FRANCISCUS de Richardis de Anſa, ſive LVIII

Of-

Digitized by Google

Oſſunenſis, Oricellario ſucceſſit 1504.die 27.menſis Maji. Piſauri deceſſit 1508.die 24.men.Septembris, cum dies in 12. horas eſſet proclivior.



LIX. 57 ALBERTINUS Roboreus S. Spiritus præceptor in Saxia, Aſtenſis olim Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt an. 1508.die 16.menſis Septembris, qui ſedit uſque ad an. 1513.



LX 58 PARIS de Graſſis *a*, Bononienſis, apud Pontificem ceremoniarum Magiſter declaratus eſt 1513.die 4.menſis Aprilis. Inauguratus eſt in eccleſia S.Laurentii in Lucina ab Achille fratre Cardinali de Graſſis, aſſiſtentibus Epiſcopis Treviſino Romæ Gubernatore, Dyrrachienſique Sacriſta Pontificis, 6.die Maji, altero die poſt Pentecoſten. Solemni ritu, pompaque poſſeſſionem Epiſcopatus iniit die 18. Januarii 1515. Ephemeridas Romanas, ſumma libertate, ut tunc in moribus erat, dicitur perſcripſiſſe. Romæ tandem deceſſit 1528.die 10. Junii, atque apud S.Petrum ſepultus eſt, ubi prætereuntes hanc legunt brevem inſcriptionem.

Paris de Graſſis Epiſcopus Piſaur.
Apoſtolicæ Sedis
Ceremoniarum Magiſter
Colleg. hujus capellæ
A. B. M.

a Hujus meminit Jacobus à S. Carolo in Bibl. Pontif. Lz. Bumaldus in Bibl. Bonon. *Mandoſ.*

Refert Alidoſius de vir.illuſt.Bononien. Paridem in adminiſtrando Epiſcopatu habuiſſe coadiutorem cum futura ſpe ſucceſſionis Balthaſſarem Cataneum Bononienſem, Antonii filium, an. 1522.die 28.menſ. Aug.tametſi id non repererim in actibus conſiſtorial.

LXI. 59. JACOBUS Simonetta *b*, Mediolanenſis, ſacræ Romanæ Rotæ Auditor, Epiſcopus dictus eſt 1528.die 10.menſis Julii; an. vero 1535.a Paulo III. Senatoria purpura eſt nobilitatus, tranſlatuſque ad Eccleſiam Peruſinam, obtinuitque etiam deinceps Laudenſem Epiſcopatum, ut alibi docebimus.

b Hujus meminit Pallavicinus in hiſt. Conc. Triden. ac Picinellus in Athen p. 248. *Mandoſ.*

LXII. 60 LUDOVICUS Simonetta, Mediolanenſis, ex ceſſione patrui Cardinalis, eundem Epiſcopatum obtinuit 1536.quem uſque ad ann.1560.adminiſtravit. Deinde ſub Pio IV.cum evaſiſſet ad purpuram, Piſaurenſem cum Laudenſi commutavit. Vita functus eſt 1576.de quo alibi plura dicemus.


LXIII. 61 JULIUS Simonetta *c*, Ludovici nepos, Piſaurenſi ſede nobilitatus eſt 1560.die 9. menſis Julii. Tridentino concilio interfuit, deceſſitque 1576.

d De eo Siccus in Synopſi de Cler. Regul. S. Pauli. P. 231. *Mandoſ.*

LXIV. 62 ROBERTUS Saxatellus, Imolenſis, demortuo ſuffectus eſt 1576.die 4.menſ.Junii.Vita functus eſt 1586.

LVX. 63 CÆSAR Benedictus, Piſaurenſis civis, patriæ Epiſcopus declaratus eſt, Sixto V.ſedente an. 1588. die 28.menſ. Maji. Deceſſit autem 1609.

LXVI. 64 Fr. BARTHOLOMÆUS Georgius, ex Ordine Minorum de obſervantia, vir probatiſſimis moribus, electus eſt 1609.die 15.menſ.Junii. E vivis exemptus eſt 1612.atque apud ſuam eccleſiam ſepultus.



LX VII. 65 MALATESTA Baleoneus, *d* Peruſinus dictus Epiſcopus eſt Piſaurenſis 1612. die 16. menſ. Julii. Hanc ille Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ adminiſtravit, vir clarus nobilitate, & moribus; olim vicelegationis munere functus eſt, mox pro Urbano VIII. apud Cæſarem functus eſt item legatione; tranſlatus eſt ad Aſſiſinatem Eccleſiam an. 1641.

e De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ p. 196. Criſpoltus in hiſt.Peruſ. p. 1... & Oldoinus in Athen. Auguſt. *Mandoſ.*

LX VIII. 66 JO. FRANCISCUS Paſsioneus, Foroſempronienſis, ab Eccleſia Cailienſi ad hanc tranſlatus eſt anno 1641.27.Novembris. Vivit adhuc, ſecundaque fama prudentiæ eccleſiaſtica negotia pergit urgere, dignus ſane, cui Deus magnus in plures, feliceſque annos vitam extendat, toti olim Eccleſiæ maximo decori futurus.

ADDITIO.

(„ *Deceſſit menſe Auguſto an.* 1651.

LX IX. „ JOANNES *Lucidus Palumbara, nobilis Romanus, utriuſque Signaturæ Referendarius, cum s. Severini, Nurſia, Montis Alti, Aſculi, & Peruſii Gubernator extitiſſet, factus eſt Piſaurenſis Epiſcopus die* 1. *Aprilis* 1658. *anno vero* 1666. *vitam cum morte commutavit. Plura de hoc Præſule vide in Mandoſii Bibliotheca Romana vol.*1.*Cenſur.* 4.*n. margin.*91.

LXX „ ALEXANDER *Diotallevius, nobilis Ariminenſis, Canonicus Regularis Lateranenſis, Sac. Theologiæ Magiſter, pluribus Ordinis ſui muneribus, ſcilicet Deffinitoris, Viſitatoris, & Abbatis in urbe Auximana laudabiliter functus, tandem ad hanc ſedem evectus eſt die* 3. *Octobris* 1667. *Deceſſit Piſauri* 28. *Septembris* 1676.

LXXI „ HIERONYMUS *Valvaſorius, nobilis Mediolanenſis, Ordinis Eremitarum s. Auguſtini, ſacræ Theologiæ magiſter, cum plura Religionis ſuæ munia, præcipue vero Procuratoris generalis, & Miniſtri generalis egregiè impleſſet, hanc ſedem obtinuit die* 11. *Januarii* 1677. *Fato functus eſt in Reſidentia menſe Septembris* 1684.

LXX II. „ ALEXANDER *Avius, nobilis Camerinenſis, J. U. D. Prothonotarius Apoſtolicus, & Canonicus primum Theologalis patriæ Cathedralis, mox Archidiaconus, annorum* 52. *præfectus eſt Piſaurenſi Eccleſiæ die* 17. *Maii* 1688. *Tranſlatus deinde fuit ad s. Severini Epiſcopatum die* 2. *Octobris* 1702.

LXX III. „ PHILIPPUS *Carolus Spada, nobilis Spoletanus,*

Digitized by Google

,, nus, J.U.D. Fiſcalis jam s.Inquiſitionis Spoleti,
,, & Deputatus Conſervatorii s. Euphemiæ, & Mo-
,, naſterii Monialium s.Urbani de Vrbe, ex Baſilicæ
,, Lateranenſis Canonico Piſaurenſis Epiſcopus dictus
,, eſt die 20. Novemb. 1702.)

SENOGALLIENSES EPISCOPI.



CONSTAT Senogalliam à Gallis Senonibus
poſt captam Urbem fuiſſe ædificatam, dictam-
que fuiſſe Senam Galliam, ut diſcrimen intereſſet
inter Senogalliam, & Hetruſcam Senam: ſiqui-
dem illa ſpectat ad Umbros: eodem tempore colonia
fuit Caſtri, & Hadriæ, illamque appellaverunt
Senenſem coloniam ad ſuperum mare, ut ex Livio
a lib. 2. ſcribit Florus. Ejus meminit Polybius lib. 4 a. idem-
que Livius pluribus in locis, Strabo, Lucanus,
Plinius, Mela, Tacitus, Paulus Diaconus, Si-
lius, aliique quamplures. Prope Adriaticum litus
ſituata eſt, ideo aeris non valde ſalubris. In Umbriæ
antiquiſsimis civitatibus numeratur, quæ poſtquam
Gothorum excidium, ruinaſque eluctata eſt, ad ſi-
num ſanctæ Apoſtolicæ ſedis confugit. Traditio te-
net S.Sabinianum, qui fuit unus de ſeptuaginta duo-
bus Chriſti diſcipulis, ibi evangelium diſſeminaſſe,
atque Epiſcopali ibidem munere functum fuiſſe, ac
deinceps ejuſdem alumnos, alioſque quamplures
Chriſtiana ſacra foviſſe. Cæterum tyrannorum ra-
bies in cauſa fuit, cur haud facile iniri numerus
potuerit eorum, qui in ea ſede floruerunt. Hanc il-
la ſemper egregiam laudem tulit, à diſcipulis Chri-
ſti accepiſſe ſacra, unamque immediate Apoſto-
licam ſedem agnoviſſe. Hodie cum aliis Umbriæ
Epiſcopatibus Cathedrali Urbinati ſuffragatur. Ca-
thedralis ſub D.Petri invocatione jam olim conſtru-
cta eſt, ejuſdem antiquitatis clariſsimum argumen-
tum. Tribus dignitatibus gaudet, ac duodecim ibi
Canonici, quatuorque, ut vocant, Capellani cum
præbendis, Theologali, atque Pœnitentiali divi-
num opus perurgent. Montem pietatis habet, ac
unicum xenodochium, cum ſeminario. Principi
templo Epiſcopale palatium ſatis opportunum eſt.
Diœceſis ampla eſt, ſetaque populo, cum tribus
eccleſiis collegiatis, quatuor prioratibus, ac quinq;
vicariis, quadragintaque curatis eccleſiis, totidem-
que ſimplicibus beneficiis, tribus commendis, viginti
duobus religioſorum monaſteriis, ac ſeptem monia-
lium. Taxa hujus eccleſiæ eſt in lib. Cameræ flore-
norum 442. certior cenſus eſt ſeptem millium ſcuta-
torum. Ejus Eccleſiæ Præſulum ſeries ſequens eſt.

A D D I T I O.

(,, *Senogallia à Senonibus Gallis ædificata fuit non*
,, *poſt captam urbem, quod accidit anno ab ejus exor-*
,, *dio 363. ut conſtat ex tabulis Capitolinis apud Sigo-*
,, *nium in Comment. ad Faſtus Conſulares, ſed cum ii*
,, *primò in Italiam advenere, quod contigit anno 357.*
,, *ab urbe condita, ut docet Cluverius in Ital. antiq. t.*

A ,, *1. l. 2. c. 5. pag. 609. Neque antiquitus Senogallia ap-*
,, *pellabatur, ſed Sena Gallica, ut eam vocat Ptolo-*
,, *mæus lib. 3. cap. 1. Hujus civitatis antiqua Cathedra-*
,, *lis D. Paulino urbis Protectori erat ſacra, illamque*
,, *evertit Sigiſmundus Malateſta Senogalliæ Domi-*
,, *nus an. 1456. Vnde perperam Vghellus putat ejus an-*
,, *tiquitatis clariſſimum eſſe argumentum, quod D. Pe-*
,, *tro ſit dedicata. Hæc enim, quæ modo exurgit in*
,, *honorem Principis Apoſtolorum, nonniſi poſt exci-*
,, *ſam veterem Cathedralem, exſtrui cœpta eſt. Nunc*
,, *eidem inſerviunt XX. Canonici, quos inter tres di-*
,, *gnitates, Archipresbyteratus, Præpoſitura, atque*
,, *Archidiaconatus, & utraque Præbenda. Canonici*
,, *tres in Claſſes dividuntur. Octo enim componunt ca-*
,, *pitulum peculiare, quod* Antiquius *appellant, &*
,, Parochiale, *illiſque animarum cura incumbit,*
,, *quam exercent per miniſtrum ſub titulo Vicarii per-*
,, *petui: atque horum Canonicorum electio partim ſpe-*
,, *ctat ad Pontificem Maximum, partim ad Epiſco-*
,, *pum. Alii duo Canonici ſunt de jure Patronatus.*
B ,, *Reliqui verò decem aliud efficiunt Capitulum, quod*
,, *ab inſtitutore* Locatellum *vocitant: & hi è nobili-*
,, *bus familiis ſolummodo deſumuntur, eliguntur que*
,, *à Conſilio, ſenatuque Civitatis, ad quem item ſpe-*
,, *ctat electio ſex Manſionariorum ejuſdem Cathe-*
,, *dralis. In hac quatuor Capellani ab Vghello relati*
,, *amplius non viſuntur. Eccleſiæ autem Parochiales*
,, *in urbe tres ſunt, quæ quinque fere animarum millia*
,, *ſpiritualibus reficiunt alimentis. Intra, & propè*
,, *mœnia quinque enumerantur virorum Cœnobia,*
,, *Monialium unum, Oratorium Sacerdotum ſæcula-*
,, *rium s. Philippi Nerii, quinque Laicorum confra-*
,, *ternitates, hoſpitale, mons Pietatis, & ſemina-*
,, *rium. Oppida vero Diœceſis, in qua adhuc viſitur*
,, *inſignis olim Abbatia s. Gaudentii Ord. s. Benedicti,*
,, *a Theodelinda Longobardorum Regina an. 590. in-*
,, *ſtituta, præcipua hæc ſunt:* Monte Marciano,
,, Monte S. Vito, Morro, Belvedere, M. Alboddo,
,, S. Pietro in Vaccarile, Sorra de' Conti, Rocca
,, Contrada, Montale, Caſtiglione, Peticchio,
C ,, Barbara, Monte novo, Caſtel Leone, Corinal-
,, do, Ripe, Tomba, Porchezzone, M. Rado,
,, Roncitelli, Scapezzano, Mondolfo, Stacciola,
,, Caſtelvecchio, e Monte Portio. *Tiraboſchius.*)

1 B. SABINIANUS unus è ſeptuaginta duobus
Chriſti diſcipulis; primuſque fuit Senogallienſis E-
piſcopus (1), ſuaque prædicatione eam civitatem
ad fidem Chriſti convertit.

2 B. JUSTUS (2) Sabiniano ſucceſſit, plan-
tatamque fidem à magiſtro mirifice propagavit.

3 VENANTIUS ſub Symmacho Papa Roma- I.
næ Synodo interfuit ann. 499. (3)

4 B. BONIFACIUS, poſt excidium Senogal- II.
lienſibus à Gothis illatum, cum Joannis III. Papæ
cubicularius eſſet, ab eodem ejus civitatis Epiſco-
pus declaratus eſt anno 562. poſtulantibus Senogal-
lienſibus, à Pontifice optimum ſibi dari paſtorem.
Nec feſellit Pontificem opinio, quam de Bonifacio
conceperat. Siquidem cum Senogallienſem Eccle-
ſiam ſuſcepiſſet regendam, tum verbo, tum exem-
D plo populum Senogallienſem ad puriores mores in-
ſtituit. Luitprando Arriano diutius reſtitit, qui gre-
gi ſibi concredito imminebat armatus, cujus deniq;
potentia victus, ab hæreticis cæſus egregie teſtatus
eſt, gratanter pro eis profudiſſe vitam, quos ſemel
regendos ſuſceperat, die 13. menſ. Octobris.

5 SIGISMUNDUS vixit ann. 590. Hic S.Gau- III
dentii Epiſcopi ſacrum corpus Senogalliam divini-
tus delatum decentiori loco ſepelivit prope civita-
tem in templo, quod ejus nomini conſecratum Theo-
dolinda Longobardorum Regina munificentiſſime
erexerat, beatique Bonifacii ſui anteceſſoris reli-
quias honorificentiori loco excepit, beatoque Bene-

Oo dicto

(1) Sabinianus iſte Senonenſis Archiepiſcopus in Galliis fuit, ubi etiam requieſcunt ejus exuviæ, uti videre eſt apud Sammarthanos in Gallia Chriſtiana tom. 1. fol. 614. non autem Senogallienſis, ut vult Ughellus. *Tiraboſchius.*

(2) Hic quoque gratis aſſeritur Senogallienſis Epiſcopus, cum hujus rei nuſquam ullum reperiatur monumentum. Neque magiſtro in Senonenſi Cathedra ſucceſſiſſe ulla mentio apud Scriptores fit. *Tiraboſchius.*

(3) In Concilio Symmachi an. 499. non reperitur iſte Venantius inter Epiſcopos recenſitus. Interfuit quidem Synodo Romanæ ejuſdem Symmachi habitæ an. 502. & alteri an. 503. *Tiraboſchius.*

dicto eundem honorem habuit, Singulari ſanctimonia clarus fuit, itaut ſuis precibus Senogallienſem civitatem à contagio liberaverit. Floruit ſub Mauritio Imperatore, Riccardoque Wiſigothorum Rege, quem Sigiſmundus cum aliis Epiſcopis Arrianam ſectam compulit ejurare, ideoque ab ejus ſectæ hæreticis multa dicitur pertuliſſe. His fere temporibus floruit ſanctitate Leander Epiſcopus Hiſpalenſis in Hiſpania, cujus nomine Gregorius Magnus Papa ſuorum commentariorum moralium volumen inſcripſit. Cujus ideo modo meminimus, ut errorem Sanſovini in chronicis confutaremus, qui illum ex ſuo cerebro Senogallienſem facit Epiſcop.

IV. 6 MAXIMUS vixit anno 623. Hunc (1) Honorius Pontifex Conſtantinopolim legavit, ut Pyrrhi Patriarchæ reprimeret audaciam; ſed cum pervicaci nullam potuiſſet facere medicinam, in Italiam revertens, Cataniæ in Sicilia fato functus eſt, ubi adhuc ſepultus quieſcit.

V. 7 MAURUS anno 649. Lateranenſi Concilio interfuit ſub Martino I. Pontifice, cujus patres contra Monothelitas pugnabant, qui unam tantum in Chriſto cum unica natura voluntatem impie deprædicabant.

VI. 8 ANASTASIUS 761. apud Baron. („ *Interfuit Concilio Romano Pauli Papæ, ejuſque conſtituto ſubſcripſit de Eccleſia, ac monaſteriis a ſe erectis in paternis ædibus ſub titulo Ss. Stephani Papæ, & M. & S. Sylveſtri Papæ, & Confeſſoris.*)

VII. („ PAULINUS *Senogallienſis Epiſcopus erat anno 826. quo interfuit Romano Concilio Eugenii Papæ II. ut ex Harduini noviſſima Conciliorum editione tom. 5. p. 61. & ex Baronio. Fortaſſe hic ille Paulinus, cujus memoria ſancta habetur in Eccleſia Senogallienſi, atque ſolemni ritu quotannis celebratur die 4. Maji, habeturque præcipuus civitatis Patronus, de quo Ferrarius in Catal. Ss. Italiæ, & ex eo acta Ss. Maji t. 1. p. 499.*)

VIII. 9 SAMUEL apud eundem 855. („ *Samuel an. 853. interfuit Synodo Romanæ Leonis IV. qua Anaſtaſius Presb. Card. tit. S. Marcelli è numero Cardinalium ejectus eſt.*)

IX. („ ARTICARIUS *Epiſcopus Senogallienſis ſedit in Concilio Romano habito a Nicolao I. Pont. Max. an. 861. contra Joannem Archiepiſcopum Ravennatem. Acta hujus Concilii ex Cathedralis Mutinenſis inſigni tabulario addidit Clariſ. Bacchinus in appendice ad ſuum Agnellum Ravennatem. pag. 80. & ſeqq., & nos inde tranſtulimus in Ravennenſium Præſulum ſeriem hujus voluminis.*)

X. 10 PETRUS an. 871. hujus etiam meminit Baronius. Hunc Joannes Pontifex cum Petro Epiſcopo Foroſempronienſi legavit in Galliam ad Carolum Calvum Regem Francorum, ut narrat Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ. („ *Interfuit Petrus an. 868. Concilio Rom. ſub Hadriano: ſubſcripſit item Epiſtolæ Concilii Ravennenſis ſub Joanne VIII. habiti anno 877. Conſule Harduinum in novis. Concil. edit. tom. 5. & tom. 6.*)

XI. 11 SEVERUS ann. 882. hic gravi cenſura innodatam civitatem à Pontifice obtinuit ut exſolveretur, ſuiſque precibus, animique demiſſione diu exoptatam pacem obtinuit.

XII. 12 ORORIUS 885. apud Baron.

XIII. 13 BENEVENTUS, ſive Benvenutus, Theodoſii Epiſcopi Firmani donationem in favorem monaſterii S. Crucis ſubſcribit 887.

XIV. 14 JACOBUS in eadem ſede floruit ann. 897. Hunc fama eſt officium ſcripſiſſe exaltationis S. Crucis.

XV. 15 THEODOSIUS (2) Concilio Romano interfuit ſub Nicolao II. Pontifice ann 1059. Ad hunc ſcripſit epiſtolam 11. Petrus Damiani, illumque cum Rodulpho Epiſcopo Eugubino, ſuorum operum cenſorem inſtituit.

A 16 GUILLELMUS Epiſcopus Senogallienſis, tempore Alexandri II. Eccleſiæ Foroſempronienſis quædam jura ſibi uſurpavit; Pontifex vero, Petro Damiano Cardinali Oſtienſi ſuadente, eidem mandavit, ut omnia libere reſtitueret, ut ex bulla ejuſdem Pontificis liquet, data anno 1062. XVI.

17 TRANSMUNDUS Monachus Fontis Avellanæ, ſucceſſit Guillelmo. Synodo interfuit Fulginii celebratæ ſub Julio Cardinali legato 1146. Ejus obitus dies memoratur in veteri Calendario ejuſdem ſui monaſterii 23. Septembris. XVII.

18 JACOBUS eadem dignitate fulgens Concilio Lateranenſi interfuit ſub Alexandro III. 1179. XVIII.

19 HENRICUS interfuit conſecrationi eccleſiæ S. Crucis de Avellana cum 12. aliis Epiſcopis 1163. Hunc Innocentius III. legavit, arbitrumque honorarium fecit, ut inter Ravennatem Archiepiſcopum, & Auximates lites componeret ann. 1203. ut refert Rubeus in Ravennati hiſt. („ *Ejuſdem Innocentii extant literæ ad Senogallien. Epiſcopum,* B *ut una cum Ugone Urbinatium Epiſcopo controverſiam dirimat Abbatis S. Angeli c. 3. de eo qui mittetur in poſſeſſionem.*) XIX.

[margin note: a tempſ... da ... hæc conſecratio ... Jacobi II. in vitis ... Umbr. Tiraboſ.]

20 TRANSMUNDUS Monachus S. Crucis de Avellana Senogallienſis Epiſcopus, de quo hiſtoria Camaldulen. parte 2. lib. 5. ep. 16. & Arnoldus Wion. lib. 2. ligni vitæ. XX.

21 BENNO ſublectus eſt ab Honorio III. Epiſcopus Senogallienſis anno 1223. a quo obtinuit alteram partem civitatis de Porto, caſtellumque Verſatile cum temporaria juriſdictione, quod ipſum etiam ſuo ſucceſſori a Gregorio IX. indultum, confirmatumque eſt an. 1232. Privilegium Honorii III. Bennoni, ſucceſſoribuſque ejus canonice ſubſtituendis Eccleſiæ Senogallienſi ſequens eſt, ex reg. Vatic. deſumptum fol. 49. ep. 170. ann. 7. XXI.

HONORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

In eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula licet immeriti diſponente Domino conſtituti, fratres noſtros Epiſco- C *pos, tam propinquos, quam longe poſitos, fraterna debemus charitate diligere, & eccleſiis ſibi a Deo commiſſis, paſtorali ſollicitudine providere. Quocirca venerab. in Chriſto frater Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam Senogallienſem, cui, auctore Deo, præeſſe dignoſceris, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, &c. uſque illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: In civitate Senogallienſi s. Joannis Baptiſtæ, s. Petri, s. Martini, s. Georgii, s. Mariæ de Scottis, s. Laurentii, s. Salvatoris, s. Crucis, s. Bartholomæi, s. Paterniani, s. Brigidæ, & s. Severi eccleſias cum omnibus pertinentiis earumdem, & tertiam partem de omni redditu, ac datione diſtracto quoque, & placito, & de mercato, nec non de ripa, & portu, ſeu & de aliis ſupradicta civitatis vectigalibus, ſeliquatico, pedagio, menſuratico, & de aliis portis, & porternitis civitatis ip-* D *ſius, excepta porta s. Angeli, cujus noſtre in integrum ſunt proventus. In diœceſi Senogallien. monaſterium s. Gaudentii cum omnibus ejus bonis, & pertinentiis, & curtem quæ vocatur Turturaria cum molendinis, & ſuis pertinentiis, eccleſiam s. Viti cum hoſpitali s. Spiritus, eccleſiam s. Stephani cum curte, pratis, paludibus quoque, ac ſalinis omnibus à mari uſque ad muros dictæ civitatis, & cum omnibus poſſeſſionibus poſitis in monte s. Stephani planitiis, & curtem Senogalliæ, de jure epiſcopatus Senogallien. & curtem, quæ vocatur Tres baſilicæ, cum caſtello, quod vocatur Orgiolo cum omnibus hominibus, & eorum bonis, & ſuis pertinentiis, & caſtrum Vavarii, caſtrum Ramuſceti & Caſtellare filiorum Leonis, & Caſtellare Scorzaleporis, & caſtrum Montale, & caſtellare Caſtellionis, & caſtrum Farneti,*

(1) Maximus, qui ſtrenue pugnavit contra Pyrrhum Patriarcham Conſtantinopolitanum non fuit Epiſcopus Senogallienſis, ſed monachus Conſtantinopolitanus, de quo fuse Baron. Annal. tom. 8. Unde vero hauſerit Ughellus miſſum ab Honorio Conſtantinopolim Maximum Senogallienſem ad reprimendam Pyrrhi Patriarchæ audaciam viderit lector. Illud certum eſt Pyrrhum nonniſi defuncto jam Honorio ad ſedem Conſtantinopol. evectum. *Tiraboſchi.*

(2) Non *Theodoſius*, ſed *Viſedomus* appellatur ab Harduino in noviſſima Concil. editione tom. 6. ubi ex Vaticano Codice 1684 depromptas exhibet huic Concilio Epiſcoporum ſubſcriptiones.

ti, caſtrum Peticli, & caſtellare Foſſeceke, & caſtella-
re Montisſortini, & quidquid epiſcopatus habet in ca-
ſtro inſulæ Camartelli, & ejus curte, in curte inſulæ Hu-
guitionis, in caſtellare Campi longi, & ejus curte, in
curte Ravonis, in caſtellare Qunzan, & ejus curte, in
caſtro Montis Novi, & ejus curte, in caſtro Pendingar-
da, & ejus curte, in caſtellare inſulæ Caſelvacis, & ejus
curte, in caſtellare Montis s. Viti, & ejus curte, in ca-
ſtro Murrici, & ejus curte, in caſtellare s. Martini filii
Aldonis, & ejus curte, in caſtro Cerreti, & ejus curte,
in Folliano, & ejus curte, in Jaſſellare, & ejus curte, in
curte Arcæ Contratæ, Turris rupta, & in caſtellare
Albani, & ejus curte, cum hominibus, curtibus, & per-
tinentiis eorundem, monaſterium s. Geneſii, plebem
maſſæ, plebem s. Michaelis de colle Urbano, plebem s.
Apoſtoli, plebem ſcorzalepori, plebem s. Gervaſii de
bulgaria, plebem de paone, plebem de cavis, plebem s.
Hippolyti, plebem de murro, plebem s. Petri de colonia,
plebem plani, plebem de colle, & plebem montis porci,
plebem Orgeoli, plebem s. Gregorii, eccleſiam s. Mariæ
de Bodio, eccleſiam s. Jacobi cum hoſpitali, eccleſiam s. B
Mariæ de Filetto cum hoſpitali de maſſa, eccleſiam s.
Joannis de montenovo, eccleſiam s. Joannis de ſcapza-
no, plebem de Allano, plebem s. Martini filiorum Al-
donis, plebem s. Archangeli, plebem s. Paterniani de
Fractula, plebem de Caſertino, & plebem s. Clemen-
tis cum capellis in earum plebatibus poſitis, bonis, poſ-
ſeſſionibus, ac hominibus earundem cum plena juriſdi-
ctione, quam Senogallienſis Eccleſia noſcitur in iis ha-
ctenus habuiſſe. Præterea quod communi aſſenſu tui ca-
pituli, vel majoris partis ipſius conſilii ſanioris in tua
diœceſi per te canonice fuerit inſtitutum, ratum, & fir-
mum volumus permanere. Prohibemus inſuper ne ex-
communicatos tuos, vel interdictos ad officium, vel
communionem eccleſiaſticam ſine conſcientia, & con-
ſenſu tuo quiſquam admittat, aut contra ſententiam
tuam canonice promulgatam aliquis venire præſumat;
niſi forte periculum mortis immineat, aut dum præſen-
tiam tuam habere nequiverint, per alium ſecundum
formam Eccleſiæ ſatisfactione promiſſa oporteat liga-
tum abſolvi. Sacrorum quoque canonum auctoritatem C
ſequentes ſtatuimus, quod nullus Archiepiſcopus, vel
Epiſcopus abſq; aſſenſu Senogallienſis Epiſcopi in diœ-
ceſi Senogallienſi conventus celebrare, cauſas etiam,
& eccleſiaſtica negotia ejuſdem diœceſis, niſi per Ro-
manum Pontificem, vel ejus legatum fuerit eidem in-
junctum tractare præſumat. Decernimus ergo, ut nulli
omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere
perturbare, &c. uſque profutura. Salvo mandato ſedis
Apoſtolicæ ſpeciali. Si qua igitur, &c. cunctis autẽ, &c.
Datum Laterani, per manum magiſtri Guidonis D.
Papæ capellani 4. Kal. Junii, Indict. 12. Incarn. Do-
min. anno 1223. Pontificatus vero D. Honorii Papæ
III. anno 7.

XXII 22. JACOBUS Bennoni ſucceſſit an. 1232. vir
longe doctiſſimus, ac Gregorio IX. in paucis cha-
rus, qui illum Romam miſit ad reprimendum Han-
nibalem Hannibaldeſium, qui contra fidem Chri-
ſtianam plures ibidem ſparſerat errores. Qui ita de-
vio medicinam adhibuit, ut ſanus factus ejuraret er-
rores, compreſſoque tumultu, ad Romani Pontificis D
obedientiam decepti redirent. A Pontifice inde Ja-
cobus plurimam collegit gratiam, multiſque privile-
giis ornatus eſt, & in Livoniam Apoſtolicus legatus
ab eodem Gregorio miſſus, ut ex epiſtola 162. fol.
150. anno 5 in reg. Vatic. legitur. Hujus Epiſcopi
temporibus, civium exacerbatæ ſimultates Senogal-
liam pene totam everterunt, templis, ariſque profa-
natis, itaut deinde ad priſtinam illam amplitudi-
nem, dignitatemque redeundi omnis ſpes depoſitæ
civitati videretur ablata.

XXIII 23. Fr. PHILIPPUS ex Ordine Eremitano S.
Auguſtini, primus Epiſcopus fuit, qui Senogallienſi
exciſo populo inceperit imperare. Itaque reſtituit
clerum, ſibique deinde, & clero ſedem conſtruendam
curavit, expurgatoque nobili templo, illud Deipa-
ræ Virgini, ac S. Paulino Nolæ Epiſcopo conſecra-

A vit anno 1271. die 4. menſis Maii; hortatuſque ci-
ves eſt, ut eundem D. Paulinum tutelarem venera-
rentur, cumque reformando clero ſaluberrimas le-
ges tuliſſet, præfuiſſetque magna cum prudentiæ
laude, plenus meritis fato conceſſit.

24. I. . . . Epiſcopus Senogallienſis extre- XXIV
mis Gregorii X. temporibus defunctus eſt, poſt cujus
exceſſum capituli pars, Albertinum quemdam Ab-
batem S. Gaudentii Senogallienſis diœceſis elegit,
alia vero pars, & ſanior Federicum Præpoſitum po-
ſtulavit, qui à Martino IV. confirmatus fuit, ut le-
gitur in reg. Vatic. epiſt. 34. fol. 205. an. 4.

25. FEDERICUS Epiſcopus, & comes Seno- XXV.
gallienſis electus ann. 1284. tertio Idus Novemb. ex
Præpoſito, ut diximus. Fato functus eſt an. 1288.

26. SIGISMUNDUS Abbas monaſterii Sici- XXVI
nenſis Nucerinæ diœceſis, a Capitulo poſtulatus,
confirmatur a Nicolao IV. an. 1288. XI. Kal. Maii
ex reg. Vat. ep. 45. fol. 12. an. 1. Obiit an. 1291. com-
munitati Senogallienſi divendidit Montalis caſtel-
B lum, atque Ponticuli an. 1293.

27. THEODINUS, nobili genere procreatus, XXVII.
tunc clericus S. Joannis de monte Lupone Firmanæ
diœceſis, defuncto Sigiſmundo a capitulo creatus in
locum Lamberti plebani S. Paulinæ Ariminenſis
ditionis, qui electioni de ſe factæ conſentire noluit,
rejectaque alia poſtulatione quorumdam canonico-
rum, Alberici de Medicina canonici Ravennaten-
ſis, a Nicolao IV. confirmatur anno 1291. 3. Kal.
Octob. ex reg. Vatic. epiſt. 572. fol. 113. an. 4. Obiit
Theodinus 1294.

28. FRANCISCUS Epiſcopus Fanenſis, ad XXVIII.
hanc ſedem tranſlatus a Bonifacio VIII. an. 1295. 2.
Idus Decembris ex eodem reg. epiſt. 586. fol. 132.
anno 1.

29. JOANNES obiit anno 1308. XXIX

30. GRATIAS Abbas S. Victoris in Cluſis, XXX.
Ordinis S. Benedicti Camerinen. diœceſis defuncto
Joanne, a ſaniori parte capituli eligitur, contra fra-
trem Ugolinum Ordinis Minorum, ab alia parte
C poſtulatum, a Clemente V. confirmatus eſt anno
1309. (1) II. Kal. Julii, ex reg. ejuſdem epiſt. 492
fol. 95. anno 3. mortalitatem explevit Gratias an-
no 1318.



31. FRANCISCUS de Sylveſtris, nobilis Cin- XXXI
gulanus, eligitur a Joanne XXII. anno 1318. eidem-
que ſequentem ſcripſit epiſtolam, quæ extat in rege-
ſto Vaticano.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei, Ven. fratri Franciſco
Epiſcopo Senogallien. &c.

In ſuperna dignitatis ſpecula, &c. Sane Eccleſia
Senogallien. per obitum bonæ memoriæ Gratiæ Epiſco-
pi Senogallien. ſolatio deſtituta paſtoris, dilecti filii ca-
pitulum ipſius Eccleſiæ vocatis omnibus, qui debuerunt,
voluerunt, & potuerunt commode intereſſe pro electio-
ne futuri Epiſcopi celebranda, die ad hoc apud caſtrum
de Serra comitum Senogallienſis diœceſis, cum civitas
Senogallien. foret ſuppoſita interdicto, præfixa, conve-
nientes in unum, te tunc eorum concanonicum in ſub-

(1) Ex Authenticis ſcripturis Monaſterii s. Blaſii Fabrianenſis, membri monaſterii s. Victoris, conſtat Gratiam anno 1308. in Senogallienſem Epi-
ſcopum electum. *Tiraboſchius.*

diaconatus ordine, & ætate legitima conſtitutum per formam compromiſſi, in Epiſcopum Senogallienſem concorditer elegerunt, tuque poſtmodum præſentato tibi hujus electionis decreto, eidem electioni de te factæ ad inſtantiam capituli prædictorum conſentiens, ad ſedem Apoſtolicam perſonaliter acceſſiſti, & deinde tu tam per te ipſum, quam dictum capitulum per eorum certos procuratores, ac nuncios ab ipſis ad dictam ſedem propter hoc perſonaliter deſtinatos, eamdem electionem, illius nobis præſentato decreto, a nobis confirmari ſuppliciter poſtulaſti, in iis omnibus ſtatutis à jure temporibus obſervantis. Nos igitur tam ipſius electionis proceſſum, quam perſonam tuam per ven. fratrem noſtrum Nicolaum Epiſcopum Oſtienſem, & dilectos filios noſtros Nicolaum tit. S. Euſebii presbyterum, ac Neapolionem s. Adriani diaconum Cardinales examinari fecimus diligenter, & demum facta nobis ab eiſdem Epiſcopo, & Cardinalibus ſuper iis relatione fideli, ut ex conſiderationibus certis inductus omne jus, quod tibi ex electione hujuſmodi competebat, in manibus dilecti filii noſtri Joannis s. Theodori diaconi Cardinalis renunciationem hujuſmodi de mandato noſtro facto ſibi viva vocis oraculo admiſit, noſque ſubſequenter de proviſione dictæ Eccleſiæ, &c. attendentes, &c. & ſeparantes, &c. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua præfatæ Eccleſiæ, de prædictorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis providimus, teque illi in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus, ac temporalibus committendo, ac tibi in partibus illis poſt præſtitum per te electioni prædictæ conſenſum in diaconum, & poſtmodum apud ſedem prædictam in Presbyterum promovere per eumdem Epiſcopum Oſtienſem faciendo munus conſecrationis impendi, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod eadem Senogallienſis Eccleſia, Deo auctore per tua induſtria, & circumſpectionis fructuoſum ſtudium præſervabitur à noxiis, & adverſis, ac ſpiritualibus, & temporalibus proficiet incrementis. Jugum itaque domini tuis impoſitum humeris debita devotione ſupportans prædictæ Eccleſiæ tua regimen ſic &c. conſequaris.

Datum Avenione 11. Kal. Maii anno 2.

Contra occupatores, ac detentores bonorum Eccleſiæ Senogallienſis Franciſcus ſequens diploma ab eodem Pontifice obtinuit, quod legitur in eodem Regeſto.

JOANNES EPISCOPUS &c.

Ven. Fratribus . . . Fanen. & . . . Piſauren. ac . . . Anconitan. Epiſcopis &c. Ad hoc Deus nos prætulit in Familiam Domus ſuæ, ut opportuna ſingulis proviſionis auxilio fidelis ſervitutis injuncta prudentia pro tempore diſpenſantes, eorum præſertim neceſſitatibus intendamus, occurramus diſpendiis, ipſoſque ab oppreſſoribus relevemus, qui aſſumpti in partem ſollicitudinis Pontificalis ſunt dignitatis titulo inſigniti. Sane Ven. fratris noſtri Franciſci Senogallien. Epiſcopi conqueſtione percepimus, quod nonnulli Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ tam religioſæ quam ſeculares, nec non comites, barones, milites, univerſitates, & alii laici civitatis, & diœceſis Senogallien. & partium vicinarum nuper occuparunt, & occupari fecerunt Eccleſias, dominia, caſtra, terras, poſſeſſiones, redditus, & proventus, jura, juriſdictiones, & nonnulla alia bona immobilia, mobilia, & ſe moventia ad menſam ſuã Epiſcopalem Senogallienſem ſpectantia, & ea detinent occupata, ſeu hujuſmodi detinentibus præſtant auxiliũ, conſilium, & favorem; nonnullæ quoque aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, regulares, & ſeculares barones, & nobiles, ac univerſitates, & ſingulares perſonæ civitatis, & diœceſis, ac partium prædictarum de redditibus, proventibus, cenſibus, juribus, & rebus aliis ad dictam Epiſcopalem menſam ſpectantibus eidem Epiſcopo, vel ejus vicariis, ſeu procuratoribus nolunt aliquatenus reſpondere; nonnulli etiam civitatis, & diœceſis, & partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eidem Epiſcopo in caſtris, dominiis, terris, poſſeſſionibus, redditibus, juriſdictionibus, & rebus aliis ad menſam prædictam ſpectantibus multiplices moleſtias, ac injurias inferunt, & jacturas.

A Quare dictus Epiſcopus nobis humiliter ſupplicavit, ut cum valde difficile reddatur eidem pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere ſibi ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & injuratores hujuſmodi illo volentes eidem Epiſcopo remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos vel per alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſervatores, & judices præfato Epiſcopo quoad vixerit, & efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eum ſuper præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis ab eiſdem, vel quibuſcunque aliis occupatoribus, detentoribus, moleſtatoribus, præſumptoribus, & injuriatoribus indebite moleſtari, vel ſibi gravamina, ſeu damna, vel injurias irrogari facturi etiam Epiſcopo, cum ab eo, vel vicariis, aut Procuratoribus ſuis, vel eorum aliquo fueritis requiſiti de prædictis, & aliis B perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione Eccleſiarum, dominiorum, caſtrorum, poſſeſſionum, terrarum, juriſdictionum, jurium, & aliorum bonorum immobilium, ac mobilium, & ſe moventium, redditũum, & proventuũ, cenſuum, & aliorum quorumcunque bonorum prædictorum, nec non de quibuslibet moleſtiis, injuriis, atque damnis, præteritis, præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, in aliis vero, prout qualitas ipſorum exegerit juſtitiæ complementum, occupatores, ſeu detentores, moleſtatores, ſeu præſumptores & injuriatores hujuſmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotieſcumque expedierit per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur ne judices, & conſervatores, a ſede deputati prædicta extra civitatem, & diœceſim, in quibus deputati C fuerint contra quoſcunque procedere, ſive alii, vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diœceſis eorundem trahere præſumant, ſeu quod de aliis, quam de manifeſtis injuriis, & moleſtiis, & aliis, quæ judicialem indaginem exigunt, pœnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes, adjectis conſervatores ſe nullatenus intromittant, & tam de duabus dietis in concilio generali, dummodo ultra tertiam, vel quartam dietam aliquis extra ſuam civitatem, & diœceſim auctoritate præſentium non trahantur, quam aliis quibuſcunque conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de judicibus delegatis, quam conſervatoribus, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſint juriſdictioni in hac parte, aut poteſtati, ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare, ſive ſi aliquibus communiter, vel diviſim à dicta ſit ſede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad D verbum de indulto hujuſmodi, & eorum perſonis, & locis ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcunque tenoris exiſtat; per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtræ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Cæterum volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque à data præſentium ſit vobis, & unicuique veſtrum in primis omnibus, & eorum ſingulis cœptis, & non cœptis præſentibus, & futuris perpetuata poteſtas, & juriſdictio attributa, ut in eo vigore eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cœptis, & non cœptis præſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram nobis cœpta fuiſſent, & juriſdictio veſtra, &

cujus-

Digitized by Google

cujuslibet veſtrum in prædictis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper conſervatoribus & alia qualibet in contrarium non obſtante.

Datum Avenioni 2. Kal. Aug. anno. 2.

A Anno vero 1321. Franciſcus translatus eſt ad Eccleſiam Ariminenſem, mox ad Florentinam, ut vidimus.

XXXII. 32. Fr. UGOLINUS Ord. Præd. ad eandem ſedem pervenit 1321. die 8. m. Sept. promiſitque ſolitum ſubſidium ſacro collegio, ex lib. Proviſ. Prælatorum. Translatus ad Eccleſiam Foropopilienſem an. 1323.

XXXIII. 33. FEDERICUS ex Epiſcopo Recanatenſi, Senogallienſis Epiſcopus factus eſt, anno 1323. Qui & ſacro collegio pollicetur, quod ex more, ſui anteceſſores ſolviſſent. Hunc plures arbitrari ſunt eundem eſſe cum ſuperiore, vixiſſeque 1285: variiſque caſibus compellentibus, hanc Eccleſiam modo deſeruiſſe, modo reſumpſiſſe regendam, hoc eſt an. 1285.

B Quod cum æqua judicii lance perpenderem, reperi tandem merum commentum eſſe, nulla certa conjectura ſubnixum. Illud conſtat, hunc anno 1323*a*. Federicum Senogallienſium fuiſſe Epiſcopum, deceſſiſſeque an. 1328. (1) primum vero fato functum fuiſſe 1288. ut vidimus ex Reg. Vatic.

a 1329.

XXXIV. 34. Fr. JOANNES Anconitanus ex Ordine Minorum declaratus eſt Epiſcopus Senogallienſis 1328. Fundationi S. Auguſtini Anconitani interfuit 1337. annoque 1341. Reipublicæ Senogallienſi tertiam partem redditum ejuſdem civitatis reſignavit. Deceſſit vero 1349. De quo Vvaddingus tom. 3. Annal. Minor.

XXXV. 35. UGOLINUS ex Canonico cathedralis defuncto Joanni ſuffectus eſt anno 1350. 16. Kal. Januarii, ex Reg. Vatic. Ep. 220. fol 78. p. p. lib. p. an. 8. Clemen. VI. Hunc Dominicani Hiſtorici aſſerunt Religioſum fuiſſe Ordinis Prædicatorum; at, ut vidimus, ex canonico ad hanc ſedem vocatus fuit. Certe religionis, pietatiſque in Deum præcipuo ſtudio fuit, pluraque monumenta reliquit contra Hæreticos, vixitque uſque ad annum 1357. Kal. Decemb.

C XXXVI. 36. Fr. JOANNES de Pananeis Ordin. Minorum electus Epiſcopns Senogallienſis 1357. Kal. Decemb. ex Reg. Vatic. Ep. 60. fol. 62. Hic poteſtatem fecit populo venandi in territorio Senogallienſi, ea tamen lege, ut occiſarum ferarum capita ad Epiſcopatum Senogallien. deferrentur, cui etiam ſolvebantur portoria; unde colligi poteſt, Senogallienſem Epiſcopum tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus principatum geſſiſſe Senogalliæ. Hic etiam Joannes Giatus appellatur; ſed ex errore ſcriptoris: in Apoſtolico enim Regeſto inſcribitur Joannes. obiit 1368. de quo Joſeph Pamphilus *b* in chronicon Eremitarum.

b Vvaddingus in Annalibus Minorum.

XXXIX. 37. Fr. PETRUM Amelium de Bronacco *c* Gallum Toloſanum ex eodem ordine Eremitano Urbani V. ſacriſtam, atque Gregorii XI. olim etiam Pœnitentiarium, ac Bibliothecarium Apoſtolicum, ſedem Senogallienſem adeptum fuiſſe an. 1365. quem tametſi poſtea renunciatum fuiſſe Archiepiſcopum Tarentinum, Patriarcham Gradenſem, & Alexandrinum, Aquenſiſque adminiſtratorem Eccleſiæ in Gallia 1366. Senogallienſem tamen Eccleſiam retinuiſſe ad annum uſque 1367. & Romæ fato functum anno 1368. narrant (2). Ex Reg. vero Vatic. Joanni ſucceſſit Chriſtophorus an. 1368. Chriſtophoro Rodulphus, huic vero Joannes, ut dicemus.

c Brenaco. De quo videndus Gandulfus in differt. de 200. Scripp. Auguſt. p. 293 & Truncius in hiſ. Piſan. p. 443. Mand.

D XXXVII. 38. Fr. CHRISTOPHORUS Ordin. Eremitarum S. Auguſtini ad hanc ſedem promotus 1368. 2. Kalen. Septemb. obiit 1369. ex Reg. Vatic.

39. Fr. RODULPHUS de Caſtello, Ordinis & ipſe Eremitarum S. Auguſtini, Epiſcopatu nobilitatus eſt, defuncto Chriſtophoro 1369. 14. Kal. Septemb. obiit 1378 *d*. ex eod. Regeſt. Hic Eccleſiam S. Franciſci Arcis Contradæ ſub invocatione Deiparæ Virginis conſecravit. XXXVIII.


d 1375. vel 1370.

40. JOANNES Uguccio lus, gentis Faetinæ Ariminenſis electus anno 1378 *e*. 15. Kal. Februarii. Hic iniit poſſeſſionem S. Marcelli Aeſinæ diœceſis, olim Senogallienſis. Principibus Malateſtis charus fuit, ſingulariſque apud omnes exiſtimationis, ob ſuam integritatem, clariſſimaſque animi dotes. Compulit clerum ad ſolutionem annui cenſus, quam per multos annos omiſerat. Anno vero 1394 (3). 2. Id. Octob. ab Savonenſem Epiſcopatum in Liguria translatus eſt. XL

e Poſt an. 1378.

41. VICTOR *f* forſan intruſus poſt Joannem.

f Vel nullus, vel intruſus.



42. LAURENTIUS Riccius nobilis Florentinus ſub Joanne Papa XXIII. ex Anconitano Epiſcopo, ad hanc ſedem translatus eſt 1413. 8. Kalen. Januarii. Tametſi ex depoſitione ejuſdem Joannis in Conſtantienſi Concilio, ejuſmodi translatio in irritum ceciderit, eidem tamen Martinus V. eundem aſſeruit Epiſcopatum anno 1417. 11. Kal. Decemb. Quam ille Eccleſiam rexit uſque ad annum 1419. & ad Iſclanam 4. id. Junii ab eodem Martino translatus, & abſolutus a jure, ſi quod haberet in Eccleſia Senogallienſi; inde anno 1435. ab Eugenio IV. ad Ravellenſem iterum translatus, quam ad annum uſq; 1455. rexit; eamque cum dimiſiſſet, fato functus eſt. Conſule, quæ de ipſo ſcripſimus in Epiſcopis Anconitanis. Reperi in tabulis tamen hujus Eccleſiæ, Victorem quemdam titulo Senogallienſis Epiſcopatus inſignitum anno 1417. quod ſane haud potuit evenire, niſi forte aliquis Pſeudo pontifex hnjuſmodi titulum in illum contulerit. XLI.

43. Fr. SIMEON de Vigilantibus, Anconitanus, Prior Generalis Ordinis S. Auguſtini, Anconitanus antea Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt 1419. 2. Non. Martii. Vir in litteratis ſui temporis præcipuus, Pontificique charus in pau cis. Anconæ deceſſit ann. 1428. cum ſupra quatuor ſexageſimum ageret annum; ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Franciſci de Scala, ut vocant. XLII.

44 Fr. FRANCISCUS Mellinus *g* Romanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Abbas Monaſterii Cryptæ Ferratæ, electus eſt Epiſcopus a Martino V. an. 1428. 7. Kal. Iunii. Iſte filius fuit Suaccii Mellini Pernæ, fraterque Joannis Baptiſtæ, qui poſtea fuit Cardinalis. Hic prius fuerat ab Urbano VI. Baſilicæ XLIII

g De eo Sanſovinus de Familiis p. 67. & Raſponus de Baſilica Lateranen. p. 65. Mand.

(1) Hoc anno 1328. minimè defunctus eſt Federicus, ſed ad Ariminenſem Eccleſiam translatus eſt, ut teſtatur Vvaddingus in Annal. tom. 3. Ughellus ipſe in Ariminenſibus id fatetur factum anno 1329. *Tiraboſchius*.

(2) Optimè ex reg. Vatic. Joanni de Pananeis ſucceſſit Chriſtophorus, Chriſtophoro Rodulphus; at Rodulpho, ut notat etiam Herrera in Alphab. Auguſt. anno 1376 ſucceſſit hic Petrus Amelii, qui Senogallienſem rexit Eccleſiam ad an. 1381. quo ad Hydruntinam tranſiit. De ejus Epiſcopatu Senogallienſi tam clare patet, ut mirum ſit Ughellum in Regeſtis Vatic. nihil inveniſſe. Ipſe etenim Petrus Senogallienſem ſe Epiſcopum appellat in ſuo libro, cui titulus: *Ordo Romanus*, ut obſervarunt ſapientiſſimi Abbas Mabillon, & ſocius Germain in 1. tom. Italici Itineris p. 433. ubi ajunt. *In minimum ipſe ſe prodit in libri cap. 79* ita vidi ego Fr. Petrus Amelii Senogallienſis Epiſcopus obſervari. *Idemque in cap. 90. teſtatur ſe Sacriſtam, & Epiſcopum Senogallienſem Agnus Dei, ut vocant, confeciſſe anno 1379.* Anno demum menſis 1400 obiiſſe Petrum ex eo arguit Gandulfus in diſſert. de 200. Script. Auguſt. quod die 19 Maii ejuſdem anni 1401 Bonifacius IX duobus Commiſſariis per Bullam inſtitutis injunxit, ut è conventu Limoſi Bibliothecam, & ornamenta Fr. Petri de Brenaco facriſtæ Pontificali, tanquam ad ſedem Apoſtolicam pertinentia, exigerent. *Tiraboſchius*.

(3) Ex actis Cancellariæ Epiſcopalis Senogallienſis conſtat Joannem Faytanum obiiſſe Senogalliæ anno 1413. poſt cujus obitum in hanc ſedem intruſus eſt quidam Joannes Roellus Ariminenſis à Gregorio XII. ex Actis ejuſdem Cancellariæ. *Tiraboſchius*.

Digitized by Google



ſilicæ Lateranen. Canonicus adſcitus; deinde ea dignitate relicta, cum fugiſſet ad clauſtrum, vitam purius inſtituturus, eo virtutum progreſſus eſt, ut certatim omnes illum in concionibus vitia conſectantem indefeſſa aviditate audirent. Inde ille tantam a Martino V. gratiam collegiſſe narratur, ut Cryptæ Ferratæ Abbatem renunciaverit, ac poſtea etiam Senogallienſem Epiſcopum; in ejuſdemque favorem Ladiſlaus Rex Neapolitanus celebre Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ in vico Carbonario Neapoli conſtruxerit. Cæterum apparebat Franciſcum ex cætera ejus prudentia, probitateque recuperaturum fuiſſe priſtinam Senogallienſem dignitatem, niſi indigno tantis virtutibus fato fuiſſet ſubreptus. Siquidem cum Martino V. Eugenius IV. ſucceſſiſſet, acceptoque inſigne Regni conſiſtorium indixiſſet, eo populi concurſu ſubſellia oppleta ſunt, ut ſub multitudinis pondere cedentibus trabibus, locus minitaretur ruinam. Tum vero populus ſe conglobavit, implicuitque ad fugam, acceptumque medium miſerum Epiſcopum fortuita inundatione, oppreſſioneque per ſummum ludibrium imbecillis mortalitatis oppreſſit. Detulere cadaver ad templum S. Mariæ de Populo, illindque in ſacello ſuorum gentilium ſepelierunt, ubi adhuc ejus effigies leniter inſculpta ſpectatur in marmore cum iis carminibus.


Sacra Senogalliæ Franciſci Antiſtis oſſa
Hoc ſita ſunt tumulo Mellina è gente creati.
Hic ſapiens, fortiſque pater, cultorque decoris,
Pacis amator erat, & ſervantiſſimus æqui,
Occidit Eugenii tranquillo in tempore quarti,
In conſiſtorio, dictu mirabile, primo.

XLIV. 45 BARTHOLOMÆUS à Monticulo Picenatis caſtello, ex Scriptore Apoſtolico, & Eugenii IV. Datario, Franciſco ſucceſſit 1432. fato functus eſt 1438.

XLV. 46 Fr. ANTONIUS Columbella Recanatenſis, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini Epiſcopus evaſit 1438 *a*. Hic in periculoſa ſane tempora incidit. Cum enim Sigiſmundus Malateſta, filius Panduiphi Senogallienſe arripuiſſet imperium, utque nova urbi munimenta pararet, Epiſcopale palatium cum D. Pauli Templo vellet demoliri, Antonius egregie Tyranno reſtitit. Sed ille cum rebus ſecundis, potentiaque elatus utrumque demolitus fuiſſet, perfeciſſetque, ex ruinis illis Franciſcanam Eccleſiam jam pridem a Carolo Malateſta Arimini inchoatam, Antonius ex dolore, cum ſuo clero Epiſcopatum reliquit, execratuſque Malateſtæ tyrannidem, conceſſit Anconam, ubi poſtea in monaſterio Auguſtiniano ſui inſtituti vitam finivit 1466. ibidemque ſepulchrum accepit.


a Herrera in Alphab. Aug. ait electum Epiſc. an. 1447. 18. Kal. Junii, ex Reg. Vat.

A



XLVI 47. (1) Fr. CHRISTOPHORUS è Brandata Vercellenſis diœceſis, ex Ordine Servorum, Paulo II. Pontifici apprime charus, ab eodem Pontifice electus eſt Epiſcopus anno 1467. Hic in Senogallienſem civitatem ſuos Servitas introduxit, cumque illam Eccleſiam ad annos omnino ſeptem adminiſtraſſet, fato functus eſt 1474. Hujus meminit Archangelus Gianius lib. 2. capitulo 15. cent. 3. Annalium Servorum.

B



C

48. Fr. PETRUS Riarius Savonenſis, ex Ordine Minorum, Cardinalis, Archiepiſcopus Florentinus, Sixti IV. Pontificis nepos, hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1474 (2). Fato functus eſt 1477. Conſule, quæ de eo ſupra narravimus in Eccleſia Florentina.

XLVII. 49. Fr. MARCUS Vigerius *b* Savonenſis, ex Ordine Minorum, Urbani (3), & Nicolettæ Groſſæ Sixti IV. proneptis filius, nepos vero Marci Epiſcopi Natilenſis, Sixti ejuſdem præceptoris, qui in favorem magiſtri Regentem illum Patavini ſtudii creavit, tum & Romanæ Sapientiæ Magiſtrum Theologum, ac non multo poſt Senogallienſem Antiſtitem declaravit 1477. Non. Octob. Factus vero Epiſcopus cenſus Epiſcopales adauxit, in Arce Contrada palatium Epiſcopale ſubſtruxit, templum D. Mariæ Magdalenæ in ſuorum Fratrum uſum attribuit, pluraque geſſiſſet, niſi ad ſplendidiorem curam vocatus fuiſſet. Julius enim II. ſuffraganeum illum effecit Bononienſem, Moliſque Adrianæ Præfectum, anno vero 1505. inter Patres purpuratos adlegit ad titulum S. Mariæ in Tranſtiberim, legatumque contra Alphonſum Ducem Ferrariæ, Romamque adſcitum Lateranenſi Concilio præfecit, ut difficiliores cauſas circa fidem expediret. Contra Conciliabulum Piſanum doctam Apologiam compoſuit. Scripſit etiam alium libellum, cui Decachordi titulum fecit, alterum-

D

b De eo Carthar. in Athen. Rom. p. 323. & Oldoinus in Athen. Liguſt. Mandoſi.

(1) Abraham Ardicius, Viglevanenſis, à ſuis concivibus dicitur Senogallienſis Epiſcopus. En inſcriptio, quæ Viglevani legitur in Eccleſia S. Mariæ Magdalenæ. *D.O.M. Reliq. & Cineris D.N.I.C. & ss. etc. per nob. Abraham Ardicium S.R.E. Cardinalem ex civitate Senogallia, cujus fuit Epiſcopus, Viglevanum patriam ſuam allatis an. MCCCCXL. Antonius Ardicius abnepos PP. an. MDVI. Id. Junii.* Nulla hujus Cardinalis mentio reperitur apud Ciaconium, Victorellum, & Oldoinum. Hinc opinor has dignitates vel Abrahamo collatas ab aliquo ex Pontificibus, qui ante Martinum V. ſchiſmate divexarunt Eccleſiam, vel præfatis ſcriptoribus (*quod mihi non probatur*) minime innotuiſſe. Cotta in Muſæo Novarien. pag 31.

(2) Petrus Riarius revera Senogallienſi infula nequaquam potitus fuit, ſed ſolummodo titulo Senogallienſis Epiſcopi condecoratus à Sixto IV. anno 1471. juxta Vaddingum, quo tempore huic præſidebat Eccleſiæ Chriſtophorus è Brandata. Neque verum eſt Riarium deceſſiſſe anno 1477. cum Romæ obierit ineunte anno 1474. fatetur ipſe Ughellus in Florentinis. *Tirabaſchius.*

(3) Hic Auctor confundit Marcum Vigerium ſeniorem cum juniori. Marcus enim ſenior filius fuit Juliani Vigerii, & Moyſia Sogliofe, ut ex monumentis familiæ Vigeriæ, quæ Januæ ſervantur apud Senatorem Clementem Roborgum. Ceterum Marcus iſte ſenior Senogallienſis Epiſcopus electus eſt non anno 1477. ſed anno 1476. pridie Nonas Octobris juxta Vaddingum in Annal. Min. tom. 7. an. 1476. *Tirabaſchius.*

Digitized by Google

rumque de Lancea, & Veſte Chriſti. Romæ deceſſit 1516. die 18. menſis Julii, cum ſeptuageſimum ageret annum, ſepultuſque apud S. Mariam Tranſtiberim, cum per id tempus Epiſcopatum Præneſtinum aſſecutus fuiſſet, * ad cujus tumulum hæc legebatur ſemiexeſa inſcriptio.

* Ex Appendix 7.

D. O. M

Mordaces curæ, ſtudium, durique l . . . ,
Bis ſeptem per luſtra mihi exantlat . . .
Veſtra ope, quæ ſcripto moveat ut
Tranſvolet æternamque Marco Epiſcopo . . .
Senogallienſi moribus diſciplinarum genere
Vixit an. LXX. mor. Kal. Julii MDXVI.

Ejus laudes Camillus Porcarius in oratione contexuit. Ejuſdem etiam meminit Folietta in elogiis, Garimbertus, Toſſignanuſque in Seraphica hiſt.

XLVIII. 50. MARCUS Vigerius *a* ſuperioris Cardinalis fratris filius, ex ceſſione patrui adlectus Senogallienſis Epiſcopus, anno 1513. X. Leone ſedente, ſub quo Lateranenſi Concilio interfuit. Vir conſultiſſimi judicii, uſuque rerum inſignis. Picenum, Bononiam, Anconam, Parmam, Placentiamque frænavit, ſubque Paulo III. apud Luſitaniæ Regem Eccleſiaſticas cauſas peroravit. Primis Concilii Tridentini ſeſſionibus interfuit, ubi cum quæſtio illa agitari cœpiſſet, an Tridentinum Concilium generale dicendum eſſet, ex cognitione ad generalem, univerſamque Eccleſiam pertinente, an quia univerſi orbis Chriſtiani videretur patere proceribus, inque hanc poſtremam ſententiam quamplures inclinare perſpiceret, cum Marcus, vir infracti animi, ſe erexiſſet in pedes; *Mihi*, inquit, *Patres, non diverſarum gentium cœtum, ſed unam Romani Pontificis auctoritatem generale Concilium conſtituere; quæ ubi vel per ſe, vel per legates a latere, ut huic noſtro Tridentino indicto alicui concilio acceſſit, haud dubitandum eſt, illud ipſum cum priſcis illis, idem robur, eandemque omnino auctoritatem retinere. Sed ſit, ut volunt, voceturque generale concilium, quod ex univerſis Chriſtiani orbis Præſulibus coaleſcat, cur ergo citati ex pervicacia non accedunt, coactum ſenatum propemodum ludibrio habent? cur etiam ſplendidiores, pinguioreſque omnes non vocantur? uno igitur illi ſplendore vitæ contenti, ceſſabunt, nos tenuiores in explicandis graviſſimis cauſis, portabimus pondus diei, & æſtus? quod ipſum dixerim, non ut illos traducam, ſed ut conſcientiæ propriæ ſatisfaciam.* Enim vero non tulit de illis Marcum inſerentem ſermonem Cardinalis de Monte legatus, ſed indignabundus ad cœtum; *Num*, inquit, *Senogallienſi Epiſcopo etiam tacenda, narrare licebit?* ad quæ verba tantum abſuit, ut expalleret Vigerius, ut ſtatim retulerit: *Si me Conſularem non duces, nec ego te Conſulem arbitrabor*; innuens illius iracundiam parvi faciendam, quæ contra vera narrantem affectibus tumultuantibus ebullиretur. Occupavit autem proceſſuros in jurgio Cardinalis de ſancta Cruce, omnemque litem compoſuit. Suſpexere plerique Marci conſtantiam, ac libertatem, contumaceſque condemnarunt vecordiæ, ac cunctatores, unis Germanis exceptis, quos Regni Dietam retinere conſtabat. Cæterum Marcus cum ad ſuam rediiſſet eccleſiam, exciſam in totum a fundamentis reparavit, nobilique in territorio montis Bodii excitato palatio, auctiſque eccleſiæ cenſibus, mortalem vitam cum immortali commutavit Romæ, ſepultuſque eſt in parvo quodam ad montem Jordanum ſacello.

a De hoc citatus Oldoinus, Mand.

XLIX 51. URBANUS Vigerius *b* Roboreus, Stephani, & Catharinæ Gaſtodegnæ filius, ſupra commemorati Marci nepos, coadjutor patrui creatus eſt, cum futuræ ſpe ſucceſſionis 1550. die 18. menſis Septembris, eidemque ſucceſſit, ac Tridentino Concilio ipſe etiam interfuit, Pio IV. Pontificatum gerente. Senogalliæ deceſſit 1571. Sepultuſque eſt in cathedrali, cum ſingulari fama probitatis.

b De eo pariter Oldoinus in Athen. Liguſt. *Mandoſ.*

L. 52. HIERONYMUS Cardinalis Ruſticuccius Fanenſis, Epiſcopus Senogallienſis electus eſt 1571. Parentes habuit Ludovicum, ac Diamantem Leonardam, nobiles, ac pios 1537. Menſe Januario a puero parentibus orbatus eſt, atque ab affine ſuo educa-

A tus; qui cum nobilem pueri indolem introſpexiſſet, ad ſtudia illum compulit nobilium diſciplinarum. In quibus cum mirifice profeciſſet, jam viginti natus annos proficiſcitur Romam; periclitaturus aulæ fortunam, confugitque ad ſinum Michaelis Cardinalis Alexandrini, apud quem ſecretarii munere adeo eleganter, cumque fide perfunctus eſt, ut cum Alexandrinus Apoſtolicam evaſiſſet ad ſedem, ad graviſſima, Implicitaque Eccleſiæ negotia Ruſticuccium adhibuerit. In quibus explicandis adeo valuit, ut eundem inter purpuratos adlegerit ſub titulo S. Suſannæ anno 1570. pauloque poſt cum illi Senogallienſem eccleſiam attribuiſſet, etiam ditioribus cenſibus Hieronymum ditavit. Defuncto Pio, Sixtoque deinde V. atque Gregorio XIII. charus fuit, magnoque uſui in rebus agendis. Vicariatu enim Romanæ urbis, atque protectione Ordinis Ciſtercienſis ab ipſis ornatus eſt. Sub VIII. vero Clemente cum Cardinalium presbyterorum primus eſſet, ad titulum S. Mariæ Tranſtiberim, haud tamen S. Su-

B ſannæ titulo ſe abdicavit. Cujus perantiquum templum eleganti adhibita pictura munificentiſſime erexit a fundamentis, ſuperinductis aureis laquearibus. Frontem templi ex vario ordine architecturæ marmora Tiburtina ita eleganter contexere, ut nil videatur potuiſſe fieri elegantius. Sed nec minori pietate fuit in ſibi creditam Senogallienſem eccleſiam, quam cum non poſſet præſens adminiſtrare, optimum illi adhibendum Paſtorem impenſe curavit. Ipſe vero factus Epiſcopus Albanus, mox etiam Portuenſis, Romæ deceſſit 1603. ſepultuſque eſt apud S. Suſannam, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Hieronymus Ruſticuccius S R. E. Presbyter Cardinalis tit. hujus Eccleſiæ, Vicarius Papæ, monumentum ad ſanctos Martyres devotionis cauſa vivens ſibi poſuit. Anno ætatis ſuæ LIX. ſalutis humanæ M D. X C V.

Obiit. XIV. Junii MDC. III.

C 53 FRANCISCUS MARIA Henricus a Barchia ditionis Fanenſis, paulo ante Epiſcopus Nazarenus, ac ſuffraganeus Senogalliæ, ejus civitatis Epiſcopus adlectus eſt 1577. die 26. menſ. Novembr. fato functus eſt 1591. LI.

54 Fr. RODULPHUS *c* è Toſſignano, Ordinis Minorum, Conſultor S. Romani Officii, inſigniſque Theologus, ad hunc Epiſcopatum tranſlatus eſt a Gregorio XIV. cum prius Venuſinæ eccleſiæ à Sixto V. fuiſſet præpoſitus 1591. die 18. menſ. Februarii. Tribunam cathedralis, ut vocant, mirifice exornavit, Epiſcopale palatium inſtauravit, ſynodum celebravit, in qua ad puriores mores, leges ſaluberrimas tulit. Suæ Seraphicæ Religionis ſcripſit hiſtoriam, quam à ſcriptoribus plurimis ejus ævi celebratam, celebravit hac ode Cornelius Amaltheus. LII.

c De eo Marraccius in Bibl. Mariana par. 2. p. 371. Ghillinus in Theat. vol. 2. p. 217. Franchinus in Bibliosophia p. 521. & Vvaddingus de Script. Ord. Min. *Mandoſ.*

Edax vetuſtas atria principum,
Arceſque ovantum diruit urbium.
Illa & columnas; & coloſſos
Magna abolet monumenta Regum.
D *At ſola virtus perpetuo viget,*
Magiſque floret laudibus in dies,
Seu luctuoſo illa tumultu,
Sive rogo Libitina ſævit.
Æterna vivet ſæclo Rodulphius,
Simulque vivent docta volumina,
Quæ tot beata gentis acta,
Totque patrum celebrant honores.
Quorum ſereno pars micat æthere
Aſſueta divum colloquio frui
Aſſueta clari ſigna Olympi
Sub pedibus propius tueri.
Pars pene totum ſparſa per ambitum
Telluris acrem militiam colit,
Semperque palmas, ac trophæa
Victo erebo ad ſuperos reportat.

Hujus quoque Præſulis virtutem laudibus extulerunt alii ſcriptores, maximeque Franciſcus Gonzaga, Lucas Vvaddingus, idemque Amaltheus heroi-

Digitized by Google

A co carmine. Hic tandem cum æquiſſime decem om-
nino annos hanc rexiſſet Eccleſiam, deceſſit 1601.
ſepultuſque eſt in cathedrali cum hac inſcriptione,
quam frater ideo ponendam curavit, quod inſtitu-
tum a Rodulpho ſuffragium ad animæ ſuæ ſalutem
contineat.

D. O. M.

Fr.Petrus Rodulphus Toſſinianenſis ex Ord.
Min.Conv.qui primum ſua Religionis mune-
ribus perfunctus, a Sixto V. Romam voca-
tus, ab eodem Epiſcopus Venuſinus factus, a
Gregorio XIV.ad Eccleſiam Senogallienſem
translatus. Cavit ut ſingulis feriis ſecundis
Miſſa pro defuncto Epiſcopo, & ſingulis
Sabbatis Miſſa una in honoremConceptionis
B.Virginis ad anima ſua ſalutem celebretur.
Ferdinandus F. horum memoriam retinens
Juſpatronatus inſtituit 1. Julii M. DC.II.

LIII. 55 ANSALDUS de Anſaldis nobilis Urbinas,
ad hanc eandem ſedem ſubvectus eſt 1601. die 29.
menſis Novembris. Hic ad viginti tres annos Ec-
cleſiam ſibi creditam prudentiſſime rexit, cathedra-
liſque utramque præbendam fundavit, quarum jus
apud gentem ſuam voluit perpetuo eſſe. Argentea
ſupellectili, veſteque ſerica cathedralem adauxit.
Fato-conceſſit, cum præclaris operibus ſibi prius ſe-
cundiorem famam probitatis conciliavit 1624.Cun-
ctiſque mœrentibus in cathedrali ſepultus eſt.



LIV. 56 Fr. ANTONIUS Barberinus Florentinus
Presbyter Cardinalis tituli S. Honuphrii, frater
germanus Urbani VIII. Pontificis, cum per mul-
tos annos in inſtituto Capuccinorum incomparabili
exemplo vitam traduxiſſet, juſſu fratris Pontificis
ſubire purpuram coactus eſt, clauſtrique tranquilli-
tatem relinquere, curamque Paſtoralem Senogal-
lienſis Eccleſiæ ſuſcipere anno 1625. die 27. menſis
Januarii, cujus Epiſcopatus poſſeſſionem cum iniiſ-
ſet, optimi Paſtoris edidit exempla. Siquidem fru-
menti uberem copiam ſparſit in pauperes, Semina-
D rium ditiori cenſu adauxit, ut ibidem clerici ad di-
vinum obſequium alerentur commodius. Synodo-
que celebrata cum optimis conſtitutionibus Eccle-
ſiam ſuam inſtituiſſet, ejuſdemque diœceſim totam
luſtraſſet, ex vocatu deinde Pontificis Romam con-
ceſſit, gravioribus Eccleſiæ negotiis manum admo-
turus. Itaque volens, libenſque Epiſcopali mune-
re abivit ann. 1628. Romanæque aulæ incomparabi-
le exemplum fuit probitatis, & ut vixerat, ulti-
mum ſpiritum pie creatori ſuo reddidit annos natus
77. ſalutis vero 1646. hora nona advenientis diei 11.
Septemb. meritiſſima pompa elatus apud fratres ſuos
Capuccinos in nova a ſe cum Cœnobio conſtructa
Ex Append. t. 5. Eccleſia, ut ipſe mandaverat, terræ traditus eſt *
hac brevi nota ad ſepulchrum poſita.


Hic jacet Cinis, Umbra, Nihil.

LV. 57 LAURENTIUS Campegius, a filius co-
mitis Annibalis, Bononienſis ſenatoris, juvenis
adhuc Bononiæ Primicerius fuit, atque utriuſque
Signaturæ Referendarius. S. Severinum, Æſium,
Fanum, Spoletum, Anconam, Romanamque

a Laudatur à Creſcentio in Corona Nobilitatis Ital. par. 2. p. 414. Mandoſ.



Campaniam ſumma cum prudentiæ laude rexit.
B Deinde Romam vocatum, ſacræ Epiſcoporum
Congregationi Secretarium Paulus V. Pontifex il-
lum declaravit, eundemque Urbanus VIII ad Cæ-
ſenatem Epiſcopatum promovit, ſibique adſiſtere
voluit, ac demum in Sabaudiam illum legavit. Cum-
que Berengarium Giſſium idem Pontifex ad Cardi-
nalatum vocaſſet, qui Urbinates noviter receptos
frænaverat, eſſetque neceſſe eodem legare virum,
qui pari momento prudentiæ rem Urbinatem admi-
niſtraret, Laurentius ad eam graviſſimam curam
promotus eſt 1627. inſecutoque anno ad Senogal-
lienſem translatus Eccleſiam. Cæterum dum Cam-
pegius præeſſet Urbinatibus rebus, rationibus Pon-
tificiis ita ſtudebat, ut ſimul ſeneſcenti Duci magno
uſui eſſet, ac commodo. Siquidem per patentes li-
teras poteſtate ſibi facta a Duce, &, premebat ma-
giſtratus, & ubi res poſtulaſſet, noviter creabat,
leges dicebat armatis, paciſque promovebat mo-
menta. Itaque mortuo Duce ab Urbinatibus nomi-
C ne Pontificis accepto juramento fidelitatis, ita leni-
ter in Eccleſiaſticam ditionem rem Urbinatem viſus
eſt tranſtuliſſe, ut Princeps idem vivus adhuc ſuis
imperare videretur. Tulit igitur Campegius in eo
adminiſtrationis quinquennio ſummam prudentiæ
laudem, quod & rebus politicis converſione trepidis
par occurriſſet, & nihilominus Senogallienſem cu-
ram non contempſiſſet. Ex eo extra ordinem de re-
bus graviſſimis in Hiſpaniam Nuncius, ibidem con-
firmatus eſt, ut apud eundem Regem Eccleſiaſticas
cauſas peroraret. Inde reverſo boni omnes deſtina-
rant purpuram, niſi fortuna, quæ noſtræ mortali-
ti ſolet illudere, conceptas illas ſpes inique præci-
diſſet. Matriti mortalitatem explevit an. 1639.



58 CÆSAR Facchinettus b Bononienſis, Ludo- LVI.
vicus Marchionis, & Violantes ex Coregii Domi-
nis filius, nepos Antonii Cardinalis ſub Clemente
VIII. defuncti, Innocentii IX. Pontif Max. abne-
pos, vir eximie doctus ex Secretario ſacræ Epiſco
porum, & Regularium Congregationis ad Philip-
pum IV. Hiſpaniarum Regem ab Urbano VIII.
ſanctæ ſedis Nuncius eligitur. Poſt aliquot annos
revocatus ad curiam, S.R.E. Cardinalis creatur an-

b De eo in memoriis Acad. Gelat. Bonon p. 78. Mandoſ.

no

Digitized by Google

no 1643. in Senogallienſi Eccleſia Laurentio ſucceſſit an. 1645. *a* die 18. Maii, cui jure, & merito Neſtoreos annos peroptant, ac precantur mortales, ut inde quandoque non modo Senogallienſis, ſed etiam publica ſalus perennet. * Translatus deinde eſt Card. Facchinettus ad Eccleſiam Spoletanam vacantem per obitum Laurentii Caſtruccii die 2. Aug. 1655.

a 1644. ex Actis Cancel. Epiſc.

* Ex Arch. tom. 7.

LVII. 59 FRANCISCUS Card. Cherubinus factus eſt eodem anno, ac die Senogallienſis Epiſcopus. Exceſſit nondum exacto anno. Jacet in cathedrali. („ *Tumulatus fuit in Patria, monte ſcilicet Bodio,* „ *in Eccleſia Prioratus s. Crucis.* Tiraboſchius.]

LVIII. 60 NICOLAUS Cardinalis à Balneo evaſit Senogallienſis Præſul die 28. Maii 1657.

A D D I T I O.

(„ *Verum cum provectiori premeretur ætate, anno* „ *ſequenti 1658. onere ſeſe abdicavit.*

LIX. „ CLAUDIUS *Marazzanus Vicecomes Placentinus Nicolao datus ſucceſſor eſt ab Alexandro* „ *VI. an. 1659. die 28, Septembris. Vixit laudabiliter in Epiſcopatu ultra vicennium, & diem ſupremum obiit die 25. Februarii 1682.*

LX. „ RAYNUTIUS *Baſchius Urbevetanus ab Innocentio XI. Marazzano ſubrogatus eſt eodem anno* „ *1682. Brevis tamen Pontifex fuit; nam anno 1684.* „ *die 25. Septembris deceſſit ſepultus in Eccleſia Prioratus s. Crucis Montis Bodii, ubi diem clauſit extremum.*

LXI. „ MUTIUS *Dandinus, Caſenas Patricius, ab* „ *Innocentio XI. Senogallienſis Epiſcopus electus eſt* „ *die 1. Aprilis an. 1686. Fato ceſſit in ſponſa ſuæ gremio die 7. Auguſti anni 1712.*

LXII. „ JO: *Dominicus Paraccianus, Romanus, Presbyter Cardinalis tit. s. Anaſtaſiæ à Sanctiſs. D.N.* „ *Clemente XI. creatus die 17. Maii 1706. ab eodem* „ *Pontifice tiara Senogallienſi auctus eſt die 9. Julii* „ *an. 1714. Princeps valde pius, atque pauperum* „ *amantiſſimus; cujus largitas maxime enituit anno* „ *1715. quo diriſſima fame urbem premente effuſis opibus laborantis populo ſuppetias tulit. Anno 1717. Vicarius Romæ dictus fuit.* Tiraboſchius.]

URBANIENSES, ET S. ANGELI IN VADO EPISCOPI.



IN Provincia Maſſa Trabaria appellata Urbinatis Ducatus in explicata, amœnaque planitie ad Metaurum, oppidum Caſtri Durantis ſitum eſt, a Guillelmo Durante Speculatore Epiſcopo Mimatenſi Nuncio, atque Gubernatore pro ſancta Sede Apoſtolica in Umbria Senona Martini IV. temporibus an. 1280. ædificatum, quod de nomine auctoris Caſtrum Durantis placuit appellare, pluribuſque ſeculis illud nomen retinuit, donec ab Urbano VIII. Pontifice Max. an. 1635. Epiſcopalis ſedis dignitate, incredibili totius populi gaudio ornatum, abjecto priori nomine, ad accepti beneficii commendandam memoriam, Urbaniæ nomine eſt inſignitum. Ubi

A civitas hactenus ſtetit, ut ex probatiſſimis auctori-
bus, & monumentis exploratum habemus, denſiſ-
ſima ſylva Cappetto, ſeu Cerretto dicta, antiqui-
tus horrebat, in cujus medio nobiliſſima Abbati[a]
Branchaleonum opibus, ſub D. Chriſtophori Mar-
tyris patrocinio condita ſurgebat. In extremo ne-
moris confinio, non ignobilis extabat pagus, tun[c]
mœnibus incluſus, non longe vero à nemore anti-
quum oppidum, cui Riparum nomen colliculo im-
minebat, quod nonnulli credidere Urbinum Me-
taurenſe fuiſſe, de quo loquitur Plinius lib. 3. Natu-
ral. hiſt. cap. 14. & Cluverius idem affirmat lib. 2. cap.
6. antiquæ Italiæ: *Ab Occidentali via Flaminia*
inquit, *latere medio ſitum inter Metaurum Piſaurum-*
que flumina eſt Urbinum oppidum, &c. Metaurenſe[s]
haud dubie in ipſa Metauri amnis ripa fuerunt. Und[e]
nomen ſine controverſia illud, quod etiam nunc præd[i]-
cto ſitu antiquo nomine extat, cognominatum fuit Ur-
binum Hortenſe. Et muncipium Romanorum fuiſſ[e]
ſplendidum, ac magnificum innumeræ fere inſcriptio-
B *nes antiquæ teſtantur. At Urbinum Metaurenſe, quo*
ab ipſo amne Metauro, cui impoſitum habuiſſe nome[n]
dixi, id interpreter oppidum, quod nunc octo milli[a]
paſſuum ab Hortenſi Urbino in dextera amnis rip[a]
vulgo dicitur, Caſtel Durante, eſtque ſedes hodie Du-
cum Urbinatium, & aliquando fuiſſe municipium te-
ſtatur inſcriptio antiqua, quæ Romæ extat, in hæ[c]
verba.

REIPUB. MEDIOLANENSIUM.
REIPUB. NOLANORUM.
REIPUB. URBINATIUM
METAURENSIUM.

Exciſum eſt Riparum prædictum oppidum ab Ur-
binatibus Gibellinis anno 1277. cum illius incol[æ]
Guelphæ factionis ſedis Apoſtolicæ partibus ſtude-
rent. Urbinates enim cum exploratum haberen[t]
Ripenſes fortes viros in nundinis apud Forum s. An-
geli occupatos, improviſo impetu oppidum cepe-
runt, everteruntque ad ſolum; ſed audaciæ pœna[s]
brevi luere, dum onuſti præda Urbinum ſe reciper[e]
C feſtinarent. Ripenſes enim qui remanſerant, ſeſ[e]
collegerunt, & comparatis inſidiis ipſos fortite[r]
adorti, acceptam iniuriam, deleto hoſte, perbell[e]
vindicarunt, ut in m.ſ. perantiquo monumentoru[m]
libro, quod in ſanctiore tabulario hujus Eccleſi[æ]
aſſervatur, hiſce verbis proditum eſt: *Situs, u[bi]*
nunc eſt Caſtrum Durantis, erat olim noſtra Albatia
quem Monachi dederunt Domino Guillelmo, & ſcia[s]
quod caſtrum antiquum dirutum fuit anno Domini 127[7]
quod evenit incuria hominum, qui populatim iverant
ad s. Angelum, jam putantes poſſe frui pace, ſed ad[e]
egregie ſe ſubito in armis poſuerunt, & vias diligent[er]
occupaverunt, ut dicta victoria inimicis magno ſtet[e]-
rit, & fuerit valde cara. Diruto Riparum oppido
cives tribus annis vagi, ac palabundi per finitim[a]
loca ſe diffudere, donec Martinus IV. Papa eoru[m]
calamitatum miſeratus, eorumque in Apoſtolica[m]
ſedem fide permotus, Guillelmi Durandi tunc i[n]
illis partibus Pontificii Nuncii, copiarumque Ec-
cleſiaſticarum Præfecti opera, Riparum ruinas
D non in aſpero illo loco, in quo antea ad ſiniſtra[m]
fluminis ripam ſtabat, ſed in aperta planitie ex ad-
verſa parte inſtaurari juſſit, ut doctus Simon Majo-
lus Epiſcopus Vultoronenſis in vita ejuſdem Duran-
tis commemorat: *Qua tempeſtate,* ait, *cum Urbina-*
tes caſtrum Riparum Maſſæ Trabariæ funditus everti[s]-
ſent, hic idem Guillelmus Papæ Nuncius, & Roman-
diolæ Theſaurarius, Romani nominis tuendi cauſa
illud ipſum, quod antea in monte ſitum erat, in ip[ſa]
planitie confici, & refici juſſit, primumque fundamen[ti]
lapidem jecit loco amœniſſimo, ac ampliſſimæ planitie
qua Metaurus in peninſulæ forma caſtrum circumduci[t]
ſuoque de nomine, Caſtrum Durantis, appellavit. Hi[ne]
Pamphilus in Piceno.

Planitie in lata Durantis mœnia caſtri
Tradidit huic nomen conditor ipſe ſuum.

Confluxere mox veteres coloni ad noviter excit[a]-
tum oppidum, Pontifex vero oppido Branchaleone[m]
Armanni filium, ex illuſtri Branchaleonum ſtirp[e]

Prognatum præfecit, eumque Eccleſiæ perpetui Vicarii titulo inſignivit. Branchaleonem excepit Branca bellica gloria inſignis, qui dignitatem in Gentilem, & Petrum Franciſcum filios transfudit; hi vero tranſmiſere acceptum honorem in Almericum, Monaldumque, quos Guido de Montefeltro Urbini comes anno 1422. ea Præfectura exuit, quam ipſe a Martino V. pro ſe, ſuiſque deſcendentibus eſt adeptus ſub nomine Vicarii perpetui anno 1426. ut ex bulla ejuſdem Pontificis habetur eodem ann. 2. Januarii ann. 12. Pontificatus data, quæ extat in archivio. De Guidone, deque ejus ſucceſſione in comitatu Maſſæ Trabariæ, ſic loquitur lapis ad parietes communis ædis Urbaniæ appoſitus.

Terra Durantis ego, ſummo ſplendore coruſcans,
Nobilitate nitens, diris jam preſſa Tyrannis,
Libera nunc merui ſceptro ſubeſſe Guidonis,
Qui Montisferetri generoſo fonte creatus
Extitit ingenti quondam luſtratus honore
Innocens manibus Petri vexilla gerendi;
Nunc comeſtabulum tellus Trinacria magnum
Plauſit, & Urbinum, civitas Callienſis ubique
Inclytum Eugubii Populum, qui protegit Urbis
Trabariamque ſimul juſto regimine maſſam.
Me fecit exemptam Martini gratia ſummi,
Præfatumque mei comitem regnare Guidonem
Juſſit & excelſa tota cum prole ſuorum.

Ad Roboreos inde Duces, extinctis Feltrenſibus, ea ditio devenit, quorum poſtremus Franciſcus Maria venerabili ſenectute decorus, populis ingens ſui deſiderium reliquit, graviſſimoque omnium luctu, in hac Urbana civitate, ubi ſpiritum exhalarat, corpus conditum eſt die 28. Aprilis hora 20. anno 1631. Conſecrata eſt ibidem æternitati ejus memoria, nobiliſſima illa, atque adeo decantata Bibliotheca à Friderico comite antea inſtituta, ab ipſo ampliſſime locupletata. Sublato è vivis Roboreo Duce, nullaque maſculina prole relicta, Urbini Ducatus, una cum Durantino comitatu ad Romanam Eccleſiam eſt devolutus. Cæterum Durantini cives ad Urbanum VIII. Pontificem Max. Julium Cæſarem Scirum, & Franciſcum Mariam Minium Oratores miſere, ut Pontificis pedes, civium omnium nomine religioſe deoſcularentur, eundemque deprecarentur, ut oppidum civitatis titulo nobilitaret, & Abbatiale templum in cathedralem converteret. Illa porro Abbatia eſt, quam a Branchaleonum familia diximus excitatam, quæ cum redditibus aucta, ampliſſimaque ditione nobilitata, late dicundi juris dignitatem circumferret, Petri Franciſci Branchaleonę familiæ poſtremi, ac Bonifacii IX. familiaris opera Urbinatis Epiſcopi auctoritati ſubducta eſt an. 1403. nulliuſque certæ diœceſis terminis incluſa; quin etiam agri ab ipſa jus petituri limites circumſcripti, refuſi vero Urbinati Epiſcopo mille nummi aurei ad illatum ex eo ipſi damnum reſarciendum, ut ex diplomate Bonifacii perſpici poteſt. Abbatiæ adminiſtratio eo tempore, Armanni Petri Franciſci filio Epiſcopo Imolenſi demandata eſt; poſt hunc Beſſarionem Cardinalem, eoque defuncto, alios purpuratos ſenatores Commendatarios habuit, ac tandem in Franciſci Barberini Cardinalis Urbani VIII. nepotis poteſtatem incidit, qui in gratiam hujuſce populi, Abbatiam libere in ſummi patrui Pontificis manibus reſignavit anno 1635. Eamque in cathedralem excitandam curavit, quod tandem pro civibus nitente Pompejo Lazaro prænobili civi, & in aula Romana Advocato ad finem perductum eſt, civitatis nomine oppido, & Eccleſia Abbatialis cathedralis dignitate ornata, placuit ſummo Pontifici, ſublato priore Durantis nomine, Urbaniam indito ſuo nuncupare, ac in majoris benevolentiæ argumentum, gentilitiis ſuis ſtemmatibus, ut pro inſignibus uterentur, conceſſit. Urgebant quoque precibus eo tempore Pontificem antiqui, ac nobilis oppidi S. Angeli in Vado (quod ex ruinis vetuſti Tipherni Metaurenſis exædificatum aſſerit inter multos alios Leander) quinque tantum milliaribus ab Urbania diſſiti cives, ut illud civitatis privilegiis decoraret, Epiſcopalique dignitate in Eccleſiam S. Mariæ, ac D. Michaelis Archangeli ſacram excitaret, cum omnia ad id neceſſaria, quæ a civitatis haudquaquam nomine viderentur abhorrere, ornamenta, ſcilicet amplitudo oppidi, civium frequentia, emporii celebritas, opum magnificentia, ædium elegantia concurrere viderentur, de cujus frequentia ita cecinit Pamphilus.

Angelus hinc quintum lapidem circumſpicit alvus.
Limina mercator plurimus iſta petit.

Viſum eſt optimo Principi illud etiam civitatis nomine illuſtrare, ipſius agrum ab Urbanienſi ditione divellere, propriæ diœceſis limites circumſcribere, & ob locorum proximitatem, novum Epiſcopum ambabus Eccleſiis præficere, qui Urbaniæ, & S. Angeli Præſul diceretur. Horum Epiſcopatuum erectionem ſubjecto diplomate firmavit Urbanus, cujus tenor eſt talis.

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Pro excellenti praeminentia ſedis Apoſtolicæ, in qua poſt B. Petrum Apoſtolorum Principem, quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus in irriguo militantis Eccleſiæ agro Romanum Pontificem novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare dignum arbitramur, ut per hujuſmodi novam plantationem populorum augeatur devotio, divinus cultus efflo-reat, & animarum ſalus ſubſequatur, oppidaque, & loca inſignia noſtra præſertim, & S.R.E. ditioni ſubdita dignioribus titulis attollantur, & majoribus honoribus decorentur; ut propagatione novæ ſedis, honoratique Præſulis aſſiſtentia, & regimine, cum decenti miniſtrorum numero fideliter ipſi in devotione perſiſtentes, ac etiam devotionis hujuſmodi augmentum ſuſcipientes æternæ felicitatis præmium facilius valeant adipiſci, dignaque eorum veteribus aliis cadere poſſit in exemplum. Sane cum nobis alias pro parte univerſitatum, & hominum terrarum, ſeu oppidorum C. Durantis, & s. Angeli in Vado, nullatenus diœc. provinciæ Urbinaten. jurisdictionis pro tempore exiſtentis Abbatis monaſterii s. Chriſtophori terræ, ſeu oppidi C. Durantis hujuſmodi s. Benedicti, ſeu alterius ordinis humiliter ſupplicatum fuiſſet, ut utramque terram, ſeu alterutrum oppidum hujuſmodi in civitatem, ac monaſterii prædicti, & matricem, ſeu majorem Archipresbyteratum nuncupatum s. Michaelis Archangeli terræ, ſeu oppidi s. Angeli in Vado hujuſmodi Eccleſias alioquin ad id capaces, & idoneas, earumque alterutram in Cathedrales Eccleſias erigere, aliaque in prædicta facere, & exequi de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos vero negotium hujuſmodi congregationi ven. fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſultationibus, & rebus conſiſtorialibus propoſitorum examinandum demandaviſſemus, & ipſi capta deſuper diligenti, ac ſufficienti informatione utramque Eccleſiam talem eſſe, ut earum qualibet in eccleſiam Cathedralem erigi mereretur, retuliſſent. Nos in quorum manibus dilectus filius noſter Franciſcus s. Laurentii in Damaſo diaconus Cardinalis Barberinus nuncupatus, ejuſdem S. R. E. Vicecancellarius, noſter ſecundum carnem ex fratre germano nepos, qui monaſterium prædictum, cujus fructus ad centum florenos auri in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, in commendam ad ſui vitam, ex conceſſione, & diſpoſitione Apoſtolica, obtinebat, commendæ hujuſmodi, ac omni cuicunque juri ſibi in dicto monaſterio, illiuſque regimine, & adminiſtratione, vel ad illa quomodolibet competenti ſponte, & libere ceſſit, & Andreas Lazarus Præpoſitus nuncupatus s. Alexandri, ac Fabius Picolpaſſus s. Mariæ de Burgo etiam nuncupatus parochialium eccleſiarum ipſius oppidi C. Durantis rectores, dilecti etiam filii parochiales eccleſias prædictas, quas etiam nuper obtinebant, ad effectum prædictum ſponte, & libere reſignarunt, quique ceſſionem, & reſignationem hujuſmodi duximus admittendas, audita Cardinalium hujuſmodi relatione, exhibita ſuper his cunctis, & aliis S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, ac de illorum conſilio, & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad Dei omnipotentis laudem, ac glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & s. Chriſtophori, ac totius cu-

ria

ria cœleſtis honorem, fideique Catholicæ exaltationem, & incolarum oppidi C. Durantis prædicto ſpiritualem conſolationem, animarumque ſalutem, ac dicti oppidi C. Durantis decus, oppidi Caſtri Durantis hujuſmodi, quod ſicut accepimus, tam ob numerum nobilium virorum habitatorum, doctorum, militum, & aliorum in dignitate conſtitutorum, quam ædificiorum inſigne exiſtit, ac in quo uti inter cætera Ducatus olim Urbini primario, & capite provinciæ Maſſæ Trabariæ reſideat commiſſarius, fiſcalis, & officiales dictæ provinciæ, quodque alias ad inſtar aliarum civitatum Ducatus hujuſmodi pro conſiſtorio ducali octo virorum pro tota dicta provincia unum ex ſuis incolis pluries obtinuit, & deputavit, illudque Duces olim Urbini pro eorum reſidentia elegerunt, & præſertim claræ memoriæ Franciſcus Maria VI. & ultimus Dux, qui idem oppidum ſua inſigni bibliotheca, & ſepultura corporis ſui tandem decoravit, prævia perpetua Abbatiæ regularis tituli, & denominationis in ipſo monaſterio, ac tam in illo, quam illius membris, & dependentiis, & ejus Eccleſia hujuſmodi ipſius ordinis, ac omnis ſtatus eſſentiæ, & dependentiæ univerſalium, ſingulorumque illius officiorum, quæ pridem fel. record. Paulus Papa V. in literis mandatis erectionis ipſius eccl. s. Chriſtophori in collegiatam, ac unius dignitatis primordialis, ac certi canonicatuum, & præbendarum, & aliorum forſan beneficiorum numeri perpetuo ſub certis modo, & forma tunc expreſſis ſupprimi, & extingui mandaverat, & in s. Alexandri, ac s. Mariæ de Burgo parochialibus eccleſiis prædictis, ac earum ſingulis rectorum tituli, & denominationis perpetua ſuppreſſione, & extinctione in civitatem Urbaniam nuncupandam, ac eccleſiam s. Chriſtophori hujuſmodi antea inſignis Abbatiæ particulare, ac ſeparatum territorium habentis, ac jura Pontificalia, & juriſdictionem quaſi epiſcopalem in terra, ſeu oppido C. Durantis hujuſmodi exercentis dignitate perfulgentem, multiſque aliis nominibus inſignitum in Cathedralem Eccleſiam Archiepiſcopo Urbinaten. nunc, & pro tempore exiſtenti jure Metropolitico ſubjectam, atque ſuppoſitam pro uno Epiſcopo Urbanien. & s. Angeli in Vado nuncupando ejuſdem Archiepiſcopo perpetuo ſuffraganeo, qui prædictis Urbanien. & s. Angeli in Vado etiam per nos hodie in Cathedralem erigi conceſſis Eccleſiis ex nunc invicem perpetuo unitis, & utrique illarum æquo jure, & pari dignitate præſit, ac in illis, & utraque earumdem omnia, & ſingula, quæ ordinationis, juriſdictionis, ac dignitatis epiſcopalis, & Pontificalis exercitii ſunt, & ad illa, atque ad utriuſque Eccleſiæ ſynodi diœceſanæ convocationem, & celebrationem ſpectant, exerceat cum omnibus, & ſingulis privilegiis, honoribus, juribus, inſignibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, & gratiis, ac indultis, quibus alii Epiſcopi de jure, & conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & præterea in eadem Eccleſia Urbanien. unam dignitatem præpoſituram nuncupandam, primam poſt Pontificalem pro uno clerico, ſeu presbytero ſeculari Magiſtro in Theologia, ſeu juris utriuſque, vel ſaltem in decretis, vel altero jurium doctore, aut licentiato futuro ipſius Eccleſiæ Urbanien. præpoſito, qui tam in choro, quam in capitulo, proceſſionibus, & aliis actibus per obtinentes ſimilium Cathedralium Eccleſiarum dignitates, canonicos & alios beneficiatos habitus geſtari ſolitos, ac quibus alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, ac gaudere poſſunt, geſtare libere, & licite valeant, necnon etiam in ipſa Eccleſia Urbanien. octo canonicatus, ac totidem præbendas pro octo canonicis, & præbendatis, ac quinque perpetuos manſionarios perſonalem reſidentiam requirentes pro totidem aliis actu presbyteris ſecularibus, aut in ea ſaltem ætate conſtitutis, qui infra annum proximum ad ſacrum presbyteratus ordinem promoveri poſſint, & quibus cura animarum a dictis parochialibus eccleſiis abdicanda, & ab illis ad dictam eccleſiam Urbanien. transferenda alternis hebdomadis incumbat, & qui prævio examine per examinatores in ſynodo diœceſana juxta formam Concilii Tridentini pro tempore deputatos examinari, & approbari debeant, & omnes apud di-

A ctam Eccleſiam Urbanien. reſidere, ac unaquaque dignitate obtinente, & canonicis capitulum dictæ Eccleſiæ Urbanien. conſtituere, ac in ea ſingulis diebus horas canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, necnon conventualem, aliaſque miſſas ſervata eccleſiaſtica diſciplina celebrare, & decantare, ſeu recitare, aliiſque intereſſe, ac alias prædictæ Eccleſiæ Urbanien. laudabiliter in divinis deſervire, cæteraque onera, & officia eis pro tempore præſcribenda, ac ſingulis confraternitatum capellaniis, & parochialibus, ac ſine cura s. Barbaræ eccleſiis menſæ capitulari Urbanien. unitis incumbentia ſubire, curamque animarum, tam ipſius Cathedralis Eccleſ. Urbanien. quam ab aliis parochialibus eccleſiis unitis prædictis abdicatam, & ad dictam Eccleſiam Urbanien. translatam per ſe, vel manſionarios prædictos, aliaque parochialia onera, & officia per turnum alternis hebdomadis, vel prout melius videbitur debite ſupportare, ac parochianis ipſis ſacra eccleſiaſt. miniſtrare teneantur, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuo

B erigimus, & inſtituimus, ipſamque Urbanien. ſic erectam, & inſtitutam, ac s. Angeli in Vado Eccleſias hujuſmodi inſimul æque principaliter unimus, necnon prædicto Epiſcopo pro illius reſidentia ædes ſuppreſſi monaſterii, dum in ipſa Urbanien. & cum prædicta s. Angeli in Vado civitatibus reſederit, ædes Rectorales eccleſiæ s. Michaelis Archangeli in Cathedralem, ut præmittitur, erigi conceſſæ pro perpetuis illius uſu, & habitatione, ac ulterius ipſi Epiſcopo, ipſamet Urbanien. & s. Angeli in Vado civitates pro ejus civitatibus, & pro Urbanien. diœceſi terras antea juriſdictioni Abbatis ſuppreſſi monaſterii ſubjectas, non tamen prædictam s. Angeli in Vado, quæ una cum ſuo territorio, & diſtrictu eo ipſo ab omni, & quacunque alia juriſdictione, præterquam ipſius Epiſcopi s. Angeli in Vado libera, immunis, & exempta ſit, & eſſe cenſeatur, & per s. Angeli in Vado diœceſi remaneat; earumdemque civitatum communitates, & homines, & terrarum prædictarum univerſitates, & homines habitatores, & incolas pro ſuis populis, & diœceſanis, earumdemque

C cleros pro ſuis cleris, ac Eccleſiarum prædictarum ſic in Cathedrales erectarum vaſſallos pro vaſſallis dicta auctoritate concedimus, & aſſignamus, & inſuper eidem menſæ epiſcopali Urbanien. omnia, & ſingula ſuppreſſi monaſterii bona, motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, & præterea eidem menſæ capitulari Urbanien. omnia, & ſingula in inſtrumentis fundationum, præbendarum, & canonicatuum hujuſmodi reſpective contenta pro illius, ac præpoſituræ, canonicatuumque, & præbendarum hujuſmodi dote, & tam a nonnullis confraternitatibus laicalibus dictarum civitatum, ſeu ex priorum diſpoſitionibus, aut alias quomodolibet reſpective, tam aſſignata, quam aſſignanda, & pro collegii quinque manſionariorum in eadem Urbanien. Eccleſia erectorum hujuſmodi dote, onerumque illis incumbentium ſupportatione decimas, & quarteria antea capellanis ſolvi ſolita, ac trecenta ſcuta annua moneta illarum partium ſolvenda per communitatem Urbaniæ pro anno 20. dumtaxat, & non ultra, & poſtea per Epiſcopum

D Urbanien. pro tempore exiſtentem in perpetuum aſſignanda, & ſolvenda perpetuo applicamus, & appropriamus, ita quod liceat Epiſcopo, tam ſuppreſſi monaſterii, & s. Angeli in Vado hujuſmodi, quam aliorum, & præpoſito dictæ præpoſituræ, & ſingulis canonicis Urbaniæ, ac ſingulis eorum canonicatibus, & præbendis particulariter eis, & eorum cuilibet in ſpecie, & tam illis, quam capitulo Urbanien. reſpective unitorum, applicatorum, & aſſignatorum, prout ad eos, & eorum quemlibet reſpective ſpectat, & pertinet, ac pro tempore ſpectabit, & pertinebit illorum omnium, & ſingulorum veram, realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate, & abſque judicis, vel curiæ decreto, aut miniſterio apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere. Inſuper Epiſcopo, una cum capitulo hujuſmodi quæcumque ſtatuta, ordinationes, capitula, licita tamen, & honeſta, ſacriſque canonibus, & concilii Tridentini decretis, conſtitutionibuſque Apoſtolicis non contraria ſuper cele-

bratione

Digitized by Google

bratione divinorum officiorum, adminiſtratione ſacramentorum, ac perſonali reſidentia, diviſione, ac participatione, & reparatione diſtributionum quotidianarum, edendi, & condendi, ac edita, & condita pro temporum, & rerum varietate, & qualitate quoties opportunum, & expediens videbitur, limitandi, corrigendi, declarandi, & interpretandi, atque in meliorem formam redigendi, plenam, & omnimodam, liberamque facultatem motu, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimilibus concedimus, & impartimur. Denique Epiſcopo, præpoſito, capitulo, & canonicis Eccleſiæ Urbanien. hujuſmodi, aliiſque ejuſdem capituli, & eccleſiæ Urbanien. perſonis, atque miniſtris pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogativis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, favoribus, & gratiis, quibus alii Epiſcopi, & aliarum Eccleſiarum Cathedralium capitula, aliæque civitates, & diœceſes, ac earum clerus, incolæ, & habitatores, ac eorum res, & bona de jure, uſu, & conſuetudine, aut privilegio, vel alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, & quoad habitus delationem uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant motu, auctoritate, deque poteſtatis plenitudine ſimilibus concedimus, & indulgemus. Poſtremo communitati, & hominibus oppidi Caſtri Durantis ſic in civitatem Urbanien. erecti, ac confraternitatibus Montis in ipſa, ſeu alia Urbanien. Eccleſ. canonice inſtituta, aliiſque juxta formam fundationum factarum, earumque inſtrumentorum inſp. & perſonas idoneas Romano Pontifici, ſeu loci Ordinario pro tempore exiſtentibus ad præſentationem hujuſmodi inſtituendas quoties, & quacumque ex cauſa illos, & illas vacare contigerit ipſo Pontifici, ſeu Ordinario loci reſpective præſentandas, ac per ipſum Pontificem, ſeu Epiſcopum reſpective inſtituendas cum oneribus in inſtrumentis fundationum, & erectionum contentis motu ſimili reſervamus, concedimus, & aſſignamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de unionibus committendis ad partes vocatis, quorum intereſt, exprimendoque vero valore, & Lateranen. concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas niſi ex ceſſionis, vel alia probabili cauſa fieri prohibentis, ac quatenus opus ſit fel. record. Pauli Papæ II. aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & ſingularum capellaniarum, aliorumque beneficiorum prædictorum fundationibus, ſi in aliquo obſtent, ut in ſpecie beneficiorum, capellaniarum, & Eccleſiarum in executione ſupradictorum omnium, & ſingulorum deſtinatorum, applicatorum, unitorum, & aſſignatorum, quorum omnium, ac fundationum, ac fundatorum, teſtamentorum, & diſpoſitionum tenores, necnon ſingularum Eccleſiarum capellaniarum, & aliorum beneficiorum, aliarumque, & prædiorum apothecæ cenſuum, & aliorum bonorum prædictorum ſituationes, confines, vocabula, denominationes, qualitates, & quantitates, veroſque & annuos valores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, ac fundatorum voluntates ſi in aliquo obſtent, in & quo ad ſupradicta omnia, & ſingula ſufficienter, ſpecialiter, & expreſſe motu, auctoritate, & poteſtate ſupradictis commutamus, aliiſque quibuſvis Apoſtolicis, ac in ſynodalibus provincialibus conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac monaſterii, & ordinis prædictorum, & ſingularum confraternitatum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque omnium ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis clauſulis, & etiam irritantibus decretis in genere, vel in ſpecie, aut alias quomodlibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eo-

A *rumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importan. mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, ſeu quomodolibet alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe motu, auctoritate, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & eadem Apoſtolica auctoritate decernimus, quod ſi prædiorum cenſuum apothecæ, & aliorum bonorum menſæ capitulari prædicta pro dote, ſeu in partem dotis aſſignatorum, valores, & redditus aſſignati non ſint, juxta eorum aſſignationes bonorum correſpondentes, aſſignationes ad ſupplementum ratæ deficientis de ſuo proprio omnibus juris, & facti remediis neceſſariis, ac opportunis ab ordinario loci pro tempore exiſtente, ſive ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ manu regia cogi, & compelli poſſint, ac debeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis,*
B *unionis, conceſſionum, aſſignationum, incorporationum, applicationum, reſervationis, indulti, impartitionis, derogationis, commutationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ 1635. xii. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno xiii.

Porro antequam relatum Diploma palam exiiſſet, Urbanus cum volveret animo, ea devulſione, labefactatam admodum Urbaniæ dignitatem, ſuæque diœceſeos finibus S. Angelo attributis, anguſto limite circumſcribi, damnum illatum ſarcire ſtatuit, atque adeo Mercatellum, & Lamolam nullius diœceſis oppida, omniaque ab eis jura pendentia cum Urbanienſi Epiſcopatu ſubjecto diplomate coaleſcere juſſit.

C *URBANUS PP. VIII.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum nuper nos ad omnipotentis Dei laudem, & cultus divini augmentum Eccleſiam cathedralem Urbaniam nuncupatam ex Eccleſia S. Chriſtophori Abbatia nuncupatæ Caſtri Durantis, Eccleſiam cathedralem s. Angeli nuncupatam ex Eccleſia Archipresbyteratus nuncupati oppidi s. Angeli in Vado in Provincia Maſſa Trabaria provinciæ Urbinatenſis erexerimus, & pro diœceſi Epiſcopatus Urbaniæ diſtrictum Eccleſiaſticum dicta Abbatia nunc ſuppreſſa s. Chriſtophori aſſignaverimus excepto territorio, ſeu diſtrictu s. Angeli, quod pro diœceſi ejuſdem Epiſcopatus s. Angeli aſſignavimus, eaſdemque Eccleſias cathedrales Urbaniæ, & s. Angeli ad invicem æque principaliter erectas univerimus pro uno Epiſcopo, qui verbo, & exemplo, diſciplinaque Eccleſiaſtica, populos prædictarum civitatum invicem unitarum paſceret, & inſtrueret, prout in literis Apoſtolicis deſuper expediendis latius continebitur. Verum quia ut accepimus, prædictæ diœceſes non
D *multum amplæ ſunt, & prope illas extant terræ, ſeu oppida Mercatelli, & Lamolæ, quæ cum ſint, ut prætenditur, nullius diœceſis, melius in ſpiritualibus ab Epiſcopo, quam ab alio inferiori poterunt gubernari. Ideo nos volentes diœceſes prædictas ampliare, & ſubditis præfatarum terrarum, ſeu oppidorum Mercatelli, & Lamolæ, eorumque gubernio, & regiminis quoad ſpiritualia conſulere, tenoreſque, & compendia indultorum, & privilegiorum etiam Apoſtolorum eiſdem terris, ſeu oppidis tā per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, quam per quoſcunque alios cujuſcumque dignitatis, etiā Eccleſiaſtica, ſtatus gradus, cōditionis, & qualitatis etiā ſpeciali nota dignos quomodolibet, & quandocumque, cauſa quantumlibet rationabili, favorabili, publica, & pia, etiam in corpore Juris clauſa, etiam hic ſpecialiter exprimenda, & inſerenda conceſſorum, & emanatorum, ac etiam pluries approbatorum, & confirmatorum, ac uſu etiam antiquiſſimo receptorum, pro plene expreſſis, & inſertis habentes motu proprio, certaque ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolica poteſtatis plenitudine, eandem terram, ſeu oppi-*

dum

Digitized by Google

dum Mercatelli, ejuſdemque diſtrictum quoad juriſdictionem Eccleſiaſticam per Archipresbyterum Eccleſiæ collegiatæ dictæ terræ hactenus exerceri ſolitam eidē diœceſi Eccleſiæ Urbaniæ perpetuo ſine alicujus præjudicio annectimus, & incorporamus, eamdemq; juriſdictionem Eccleſiaſticam ſuper Eccleſiis, & perſonis quibuſcunque ejuſdem terræ ſeu oppidi Mercatelli, ejuſque diſtrictus exerceri ſolitam, & alias quomodolibet prædicto Archipresbytero competentem, eidem Epiſcopatui Eccleſiæ Urbaniæ, & Epiſcopo præfatæ Eccleſiæ nunc, & pro tempore exiſtenti, etiam perpetuo damus, & concedimus, ſtatumque, & eſſentiam nullius diœceſis etiam perpetuo tollimus, extinguimus, & abrogamus, eandemque terram, ſeu oppidum Mercatelli quoad ſpiritualia, & alia ad forum Eccleſiaſticum ſpectantia, eidem Epiſcopatui Urbaniæ pro ſua diœceſis ampliatione ſubjicimus, exceptis tamen illis ſex Eccleſiis parochialibus, quæ ſitæ ſunt in temporali territorio olim terræ ſeu oppidi, nunc autē præfatæ civitatis S. Angeli, quas Eccleſias earūq; Parochias, & Parochianos, nec non prædictam terrā ſeu oppidum Lamolæ, ejuſque diſtrictum Eccleſiaſticum. ac juriſdictionē Eccleſiaſticam, in illius, & illarū Eccleſias, & perſonas per Abbatem, ſeu commendatarium exerceri ſolitam, eidem diœceſi Eccleſiæ cathedralis S. Angeli quoad ſpiritualia pro ipſius diœceſis ampliatione etiam perpetuo, ſine alicujus præjudicio annectimus, & incorporamus, ſtatumque, & eſſentiam nullius diœceſis etiam perpetuo tollimus, extinguimus, & abrogamus, eamque terram, ſeu oppidum Lamolæ quoad ſpiritualia, & alia ad forum Eccleſiaſticum ſpectantia, eidem Epiſcopatui S. Angeli ſubiicimus, & ſupponimus. Decernentes præſentes litteras omniaque, & ſingula in eis contenta etiam ex eo quod quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes ad ea minime vocati, & auditi, minuſque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, ſeu juſtificatæ fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, & nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel conceſſo quempiam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces extare, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque per quoſcunque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, & alios quavis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus &c. uſque attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo jure quæſito, & quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque &c. uſque & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis non firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficiente derogatione, de illis, eorumque &c. uſque habentes, illis alias in ſuo &c. derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. in Arce Candulfi Albanenſis diœceſis ſub annulo Piſcatoris die 20. Octobris M.DC.XXXVI. Pontificatus noſtri anno XIV.

Tot beneficiis ab optimo Pontifice aucti, ornatique Urbanienſes, publico decreto ſtatuerunt accepti beneficii monumentum incisum marmore in publico communitatis Palatio, ad conſecrandam poſteritati ſecundi ſui conditoris memoriam expoſuere in hunc modum.

Urbano VIII. Pont. Max. Quod poſt auctam
ad Metaurum Eccleſiæ ditionem Metauren-
ſe Durantis Caſtrum civitatis jure donave-
rit, locumque ob Cœli ſalubritatem Urbina-
tium ducum ſedem addito Epiſcopo ſalubrio-
rem animis procuraverit, ac diœceſis fines
extenderit, Urbanienſes Gentilitiis Apibus
inſigniti aſſumpto Urbaniæ nomine, ut quo-
ties nominentur toties accepti beneficii admo-
neantur, conditori ſuo poſuerunt.

Nec minus S. Angeli Vadenſes cives ad agendas eidem Pontifici grates, defixumque altiſſimo pectori beneficii ſenſum illuſtrandum incubuere; ſequentem enim Epigraphem ſupra civitatis fores ſculpſere in lapide, ne ulla unquam ætas illud obſcuraret.

Hanc urbem quondam veteres dixere Tiphernum,
Nunc eſt aligerum nomine clara ducis.
Extinxere Gothi, Urbanus pietate decorus
Reſtituit Scythica quod rapuere manus.

Prodiere ex iis duabus novis urbibus pacis, bellique ornatiſſimi viri. Peperit Urbania, ut B. Philippum Ordinis Jeſuatorum ſileamus, de quo Paulus Morigia libr. 2. ſui Ieſuati Paradiſi loquitur, Franciſcum Branchaleonem nobilem Camertinum Epiſcopum ſub Joanne XXII. Jo. Antonium Lazarum Epiſcopum Amelienſem, virum ſanctimonia celebrem, de quo ſupra in Amelienſibus Præſulibus parce nonnulla retulimus, Sebaſtianum Delium Epiſcopum Betontinum, & Horatium Baſiliſcum Epiſcopum Minorenſem protulit, Clementis VIII. temporibus. Nec levis Urbaniæ eſſet gloria, ſi celebratiſſimum illum Bramantem Lazarum, Jo. Antonii Epiſcopi gentilem in lucem eduxiſſet, qui Architectonices elegantiam pene extinctam revocavit ad vitam, ac Vaticanæ Baſilicæ Templum, teſte Georgio Vaſario, architectatus magnificentiſſimo cultu extulit ad æternitatem; hoc enim ſolum illi comparando nomini, ejuſque cum cæteris urbibus conferendæ gloriæ ſuffecerat. Non mediocrem etiam ſplendorem attulere Conſtantinus Felix ſub Leone X. ſummæ exiſtimationis vir, & Sebaſtianus Maccius, quorum egregia opera in lucem emanarunt. Emerſere quoque S. Angeli Vadenſis civitatis viri omnium laudum genere cumulatiſſimi, inter quos Conſalvus Durantes, qui his temporibus defunctus eſt Epiſcopus Feretranus, homo doctus, cujus monumenta in manibus eruditorum teruntur: Matthæus Griffonus, bello clarus; Federicus & Thaddæus Zucchari ætatis eorum, Pictorum gloria coryphæi, emicuerunt dignitate.

Cæterum mille paſſus, & dimidium Urbaniæ civitas explet, alitque ad quatuor millia mortalium. Aere ſalubri gaudet, diſtatque octo milliaribus tantum ab Urbino, S. Angeli vero civitas ad tria millia hominum producit. Princeps Eccleſia Urbaniæ S. Chriſtophori eſt nobilis, olim ut diximus D. Benedicti quondam Abbatia, in qua dignitates quatuor, quarum prima eſt Præpoſitura, & duodecim inſtituti canonici, ſexve manſionarii, qui clericalem ſenatum conſtituunt. Quinque ibi ſpectantur Religioſorum monaſteria, duoque monialium, quorum duo intra civitatis muros includuntur, cætera in ſuburbiis ſita ſunt; ſex laicorum confraternitates, Xenodochia quatuor, atque egenorum ſublevandæ miſeriæ, Mons Pietatis, clericorum Seminarium. Epiſcopale Palatium prope templum eſt. Pro diœceſi, Abbatiæ territorium eſt attributum, quod per quinquaginta milliaria extenditur, pluraque oppida villaſque complectitur. At cathedrale templum S. Angeli Vadenſis civitatis, ſub S. Michaelis Archangeli invocatione, eleganti architectura molitum decenter exurgit. Ibi Archipresbyter eſt, cui animarum cura incumbit, duodecim canonici, quinque manſionarii, & alii ſacerdotes, qui horarum canonicarum penſum perſolvunt. Ibi etiam viſuntur quatuor religioſorum monaſteria, totidemque monialium, clericorum ſeminarium, duodecim laicorum confraternitates. duoque Xenodochia, egeniſque ſublevandis mons Pietatis. Epiſcopalis cenſus ex duabus hiſce Eccleſiis, extinctis penſionibus, quas Archipresbytero S. Angeli ſummus Pontifex aſſignavit, quod eam dignitatem renunciaſſet, ut Eccleſia S. Angeli cathedralis erigeretur, aſcendit ad ſcutata 1250. illius Provinciæ. Interea Urbanienſes, ac Vadenſes lætati ſunt quam qui maxime

Digitized by Google

ad Pontificium munus, quorum Præſul Metropolitanæ Urbinati juſſus eſt ſuffragari, & cæterarum Urbini Ducatus Epiſcopi, paulo poſt Urbanus Pontifex primum noviter inſtitutis civitatibus attribuit Præſulem, quem modo enarrabimus. Sed antequam ejuſdem inſtitutionem delibamus, non mihi abs re viſum eſt, Guillelmi Durandi Mimatenſis Epiſcopi Urbaniæ conditoris Epitaphium adducere, quod Romæ in S.Mariæ ſuper Minervam templo, marmorea tabula excuſum, ſub nobili tumulo, in quo arte muſiva ipſius jacentis imago, gentilitiaque ſtemmata ejuſdem expreſſa viſuntur.

HOC EST SEPULCHRUM
DOMINI GUILLELMI DURANTI
EPISCOPI MIMATENSIS
JOANNES FILIUS MAGISTRI COSMATI
FECIT HOC OPUS.

In Tabula marmorea infra ſepulchrum hæc leguntur carmina.

Hic jacet egregius doctor Præſul Mimatenſis:
Nomine Duranti Guilielmus regula morum:
Splendor honeſtatis, & caſti candor amoris:
Altum conſiliis ſpatioſum mente ſerenum:
Hunc inſignibat immotum turbine mentis:
Mente pius, ſermone gravis, greſſuque modeſtus:
Extitit infeſſus ſuper hoſtes more Leonis:
Indomitos domuit populos, ferroque rebelles
Impulit, Eccleſiæ victos ſervire coegit:
Comprobat officiis, paruit Romania ſceptro:
Belligeri comitis Martini tempore quarti:
Edidit in jure librum quo jus reperitur:
Et ſpeculum juris, & Patrum Pontificale:
Et rationale divinorum patefecit:
Inſtruxit clerum ſcriptis, monuitque ſtatutis,
Gregorii Deni Nicolai ſcita perenni:
Gloſſa diffudit populis, ſenſuſque profundos:
Jure dedit mentes corpus luce ſtudentum:
Quem memori laude genuit provincia dignum:
Et dedit a Podio Miſſone diœceſis illum:
Inde Biterenſis præſignis carica Papæ:
Dum foret Eccleſiæ Mimatenſis ſede quietus:
Hunc vocat Octavus Bonifacius, altius illum
Promovet, hic renuit Ravennæ Præſul haberi:
Fit comes invictus ſimul tunc, & marchio tandem:
Et Romam redit domini ſub mille trecentis
Quatuor amotis anni tumulante Minerva:
Sumpsit hunc feſtiva dies, & prima novembris:
Gaudia cum ſanctis tenet omnibus inde ſacerdos:
Pro quo perpetuo datur hac celebrare capella.

Ex hoc epitaphio, eorum lapſus convellitur, qui Guillelmum vita functum tradidere poſt ann. 1328. quemadmodum aberrarunt etiam alii, dum ſcriptum reliquerunt, Guilielmum hunc Speculatorem in Mimatenſi ſede ſucceſſiſſe alteri ejuſdem nominis. Succeſſit enim Stephano, per viam compromiſſi, a capitulo electus ex decano Carnotenſi, cum Guillelmus quidam Redonenſis Eccleſiæ Archidiaconus, ab eodem clericorum ſenatu poſtulatus, onus renuiſſet ſubire. Durandi electionem probat Honorius IV. anno 1. ſui Pontificatus 2. Non. Febr. ſalutis anno 1286. in Epiſtola ad eundem Mimatenſem electum, quæ habetur in Regeſt. Vatic. pag. 76. Ep. 281. & Ep. 177. fo. 49. Non. Novemb. ejuſdem anni. Exceſſit vero Speculator hic, noſtræ Urbaniæ conditor anno 1296. ut dilucide in epitaphio notatur, ſed clarius Bonifacius VIII. in Epiſtola ad Guillelmum ejuſdem Speculatoris nepotem Mimatenſem electum eorundem lapſum ſigillavit. Epiſtola, quæ eſt in ordine 501. fol. 140. tom. 2. ann. 2. Pontif. Regeſt. Vatic. ſic enim ſe habet.

Dilecto filio Guillelmo electo Mimatenſi.

In deſideriis noſtris avide gerimus univerſas Eccleſias, quibus auctore domino præeſſe dignoſcuntur, in ſtatum dirigere proſperum, & in eo continue conſervare. Et licet circa ſingularum commoda ſollicite vigilemus, de illarum tamen ſtatu fortius, & ſollicitius cogitare nos convenit, quæ ſolatio deſtitutæ Paſtoris, incommoda viduitatis deplorant, ut tales illis præficiamus Rectores, per quos ſpiritualiter, & temporaliter optatæ conſolationis remedia, favente domino conſequantur. Nuper ſiquidem Eccleſia Mimatenſis per obitum bonæ memoriæ G. Epiſcopi Mimatenſis, qui apud ſedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, nos de ipſius proviſione ſollicite cogitantes, ac intendentes ei de tali providere Paſtore, per quem ſalubriter regi poſſit, & utiliter gubernari, ad te ipſius Eccleſiæ Archidiaconum, quem ejuſdem Epiſcopi prædeceſſoris tui, cujus nepos fuiſti, conſideratione benevolentia gratioſa proſequimur, convertimus noſtræ conſiderationis intuitum, ad quod tam grata, & accepta obſequia per eundem Epiſcopum Eccleſiæ Romanæ impenſa, & gratioſi fructus, qui eidem Eccleſiæ Mimaten. ex ipſius provenerint opibus, quam laudabilia tuæ probitatis merita, quibus te fide dignorum teſtimoniis pollere didicimus, nos ſpecialiter induxerunt. Hoc igitur provida deliberatione penſantes, conſiderantes, quod tamquam vir providus, litterarum ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, & aliis circumamictus donis virtutum, præfati Guillelmi Epiſcopi inhærens veſtigiis Eccleſiam ipſam feliciter gubernabis, te ipſi Eccleſiæ de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolica plenitudine poteſtatis in Epiſcopum præficimus, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo ſupplentes de eadem plenitudine defectum, quem in ordinibus patereris, & etiam, ut aſſeritur, in ætate. Jugum itaque Domini &c.

Datum Romæ apud S. Petrum 16. Kal. Januarii anno 2.

De Guillelmo videndus Trithemius, Bellarminus de Scriptorib. Eccleſ. Fichudus de Vir. Juriſconſult. Poſſevinus, Claudius Robertus, & alii. At qui hujus clariſſimi viri facinora in illuſtriori luce collocata intueri cupiat, ad ipſius vitæ geſta a Majolo conſcripta ſe conferat. Sed ad primum harum Eccleſiarum noviter electum Epiſcopum redeamus, qui ſequens eſt.



1. HONORATUS de Honoratis a Æſinus Picenas, primus adlectus Urbanienſis, & S. Angeli in Vado Epiſcopus eſt an. 1636. die 19. Septemb. conſecratus Romæ 28. ejuſdem menſ. Urbem ſolemni ritu, a populo honorifice ſuſceptus, ingreſſus eſt die 24. Octob. Hic vero cum in utroque Jure conſultiſſimus eſſet, inque diverſis, pluribuſque civitatibus multas, graviſſimaſque cauſas explicaſſet, integerrimi viri, veteriſque Romanæ curiæ optimi curialis laudem tulit. In cujus laudem ſat fuerit ſemel dixiſſe tanto Pontifici dignum fuiſſe viſum, qui primus noviter erectis civitatibus Præſul conſtitueretur; cui Urbanus ſequentem ſcripſit Epiſt. quam ab erudito viro, nobis amiciſſimo Franciſco Felicio Urbanienſi J. U. D. cathedraliſque Eccleſiæ Archipresbytero, Honorati Epiſcopi honoratus Vicarius, ut alia pluraque accepimus.

I.
a De eo Baldaſſinus in Notitiis hiſt. Æſil. pag. [illegible]

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Honorato de Honoratis electo Urbaniæ, & S. Angeli in Vado, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolatus officium, meritis licet imparibus, nobis ex alto commiſſum, quo Eccleſiarum omnium Re-

gimini

A gimini, divina diſpoſitione præſidemus, utiliter exequi,
& adjuvante domino, cupientes, ſolliciti corde reddimur,
& ſolertes, ut cum de Eccleſiarum ipſarum regiminibus
agitur committendis, tales ois in Paſtores præficere
ſtudeamus, qui populum ſua cura creditum, ſciant
non ſolum doctrina verbi, ſed etiam exemplo boni operis
informare, commiſſaſque ſibi Eccleſias, præſertim novas
bene plantare, ac in ſtatu pacifico, & tranquillo velint,
& valeant (auctore Domino) poſt ſalubriter inſtitutas,
& regere, & feliciter gubernare. Dudum ſiquidem
Eccleſiarum omnium apud ſedem Apoſtolicam
tunc vacantium, & in poſterum vacaturarum, ordinationi,
& diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes
ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſcienter, vel ignoranter
contigerit attentari. Poſtmodum vero Urbanienſis,
& S. Angeli in Vado Eccleſiis insimul æqualiter, & æque
principaliter, Apoſtolica auctoritate perpetuo unitis, a
prima erectione, & inſtitutione per nos nuper factis, apud
ſedem prædictam vacantibus, nos ad proviſionem earum
Eccleſiarum celeriter, & feliciter, de quibus nullus
præter nos hac vice ſe intromittere potuit ſive po-
B teſt, reſervatione, ac decreto obſiſtentibus ſupradictis,
ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponantur incommodis,
paternis, ac ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationē,
quam de præficiendo eiſdem Eccleſiis perſonam
conſpicuam, utilem, ac fructuoſam cum fratribus
noſtris habuimus diligentem, demum ad te J. U. D. ex legitimo
matrimonio, & piis, honeſtis, ac catholicis parentibus
procreatum, in ætate legitima, a pluribus annis in
ſac. presbyteratus ordine conſtitutum, in Romana curia
diu verſatum, vitæ munditia, ac morum honeſtate decorum,
in ſpiritualibus his novis Eccleſiis ex ferventi tuo
zelo domus Dei, & publici boni providendi, ac in temporalibus
circumſpectum, ex magno rerum uſu, aliiſque
multiplicium virtutum donis, prout fide dignorum teſtimoniis
accepimus, inſignitum, direximus oculos noſtræ
mentis, hiſque omnibus debita meditatione penſatis, de
perſona tua, nobis, & fratribus ipſis, ob tuorum exigentiam
meritorum accepta prædictis Eccleſiis de eorundem
fratrum conſilio Apoſtolica auctoritate providi-
C mus, teque illis in Epiſcopum præficimus, & paſtorem,
curam, & adminiſtrationem ipſarum Eccleſiarum tibi
in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie concedendo,
firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod dirigente domino
actus tuos, ſicuti Romæ bene vixiſti, & aliis valuiſti,
ſic prædictæ Eccleſiæ te inſtitutore feliciter irrigabuntur,
dirigentur, & propagabuntur, & in ſpiritualibus,
& temporalibus maxima recipient incrementa.
Tu igitur noſtra ſponte, in vinea magni Patris familias
noviſſime vocatus, jugum Domini tuis impoſitum humeris,
prompta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem
prædictas, ſic æqualiter ſtudeas ſollicite, fideliter,
& prudenter, quod Eccleſiæ ipſæ gubernatori provido,
& fructuoſo adminiſtratori gaudeant ſe commiſſas.
Tuque per æternæ retributionis præmium noſtra, &
dictæ ſedis benedictionem, & gratiam exinde uberius
conſequi merearis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarn. Dom. M. DC. XXXVI. 10. Kal. Octob. Pontif. noſtri anno, 14.

D Interea Honoratus Epiſcopus In inſtituendis iis
cathedralibus Eccleſiis infinitos pene ſubivit labores,
clericorum ſeminaria Urbaniæ, Vadenſis, oppidique
Mercatelli erexit, clerum Eccleſiaſtico ritu
docuit, diœceſes periuſtravit, cathedrale templum
Urbaniæ dicavit, in cujus facti memoriam ibidem inſcriptionem
in marmore exaratam appoſuit In
hunc, quem vides, modum.

D. O. M.

Et D. Chriſtophoro Martyri Patrono vetuſtam hanc olim Abbatialem Eccleſiam pia munificentia & auctoritate Franciſci Card. Barberini perpetui Commendatarii ab Urbano VIII. Pont. Opt. Max. in Cathedralem erectam Honoratus de Honoratis Æſinus primus Epiſcopus ſolemni ritu dicavit die XXII. Novemb. an. Sal. M. DC. XXXVII.

Pontificatus ſui anno II.

A D D I T I O.

(„ *Tandem cum diutiſſime his præfuiſſet Eccleſiis,*
„ *ſenio gravis eas dimiſit menſe Auguſto an.* 1683.
„ HORATIUS *Hondedei, Eugubinus, J. U.* II.
„ *D. & in Romana curia cauſarum Patronus, anno-*
„ *rum 53. ad has ſedes evehitur die 10. Aprilis 1684.*
„ *Obiit Urbaniæ an. 1688.*
„ PETRUS *Baruſius, Fulginatenſis, I. U. D.* III.
„ *& Tribunalis Cardinalis Vicarii in Urbe Locumte-*
„ *nens in criminalibus, his Eccleſiis præpoſitus eſt*
„ *18. Novemb. 1688. R. P. D. Molzii tunc ſacræ Ro-*
„ *tæ Auditoris jam prius fuerat ſtudiorum auxiliator,*
„ *& deinde ejuſdem in Epiſcopatu Papienſi Vicarius*
„ *generalis, ac Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Joan-*
„ *nis Papienſis. Ad ſuperos adiit anno 1708. menſe*
„ *Majo.*
„ ANTONIUS *Antonellus, nobilis Veliternen-* IV.
„ *ſis, I. U. D. Canonicus Pœnitentiarius Cathedralis*
„ *patriæ Eccleſiæ, ſecundarum inſtantiarum, & ſacræ*
„ *inquiſitionis contra hæreticam pravitatem in prædi-*
„ *cta civitate judex, & aliàs ejuſdem Civitatis Vi-*
„ *carius Capitularis, & generalis, annorum 67. pro-*
„ *motus eſt ad hunc Epiſcopatum die 6. Maji 1709.*
„ *Biennio poſt deceſſit menſe Novembri an. 1711.*
„ JO. VINCENTIUS *Caſtellus, Chienſis, Ordi-* V.
„ *nis Fratrum Prædicatorum, Archiepiſcopus Mar-*
„ *tianopolitan. in partibus Infidelium, Orientis Ec-*
„ *cleſiarum Viſitator, mox Vicarius Apoſtolicus in*
„ *civitatibus S. Angeli in Vado, & Urbaniæ transla-*
„ *tus eſt ad earumdem ſedem die 21. Martii 1714. cum*
„ *retentione tituli Archiepiſcopi.*)

S. ANGELI IN VADO EPISCOPI. *

* *Ex App. tom. 7.*



AD ripam Metauri fluminis, haud procul a fonte ejuſdem in Maſſa Trebaria S Angeli in Vado civitas ſita eſt, quam Leander Albertus in Umbriam Senonicam reiicit, ubi tranſitus ab Etruria in Umbriam, eo ipſo amœno in loco, collibus, & montibus ſepto, ubi olim Tiphernum Metaurenſe quondam civitas Umbriæ vetuſtiſſima ſtetit: exædificata, poſtquam illud, ut ſcribunt, à Gothorum rabie immane excidium pertuliſset; ex ejus enim ruinis cives, qui ſuperfuerunt, novum, ac nobile, ſed non ejuſdem potentiæ oppidum excitarunt, cui, ut fertur, ab Eccleſia tunc conſtructa, divoque Michaeli Archangelo tutelari dicata S. Angeli nomen fecerunt, ac veteris patriæ Tipherni ſplendorem novis ædificiis, & nova populorum frequentia viſi ſunt deinde retinuiſſe. Tiphernatium Metaurenſium Plinius meminit lib. 3. cap. 14. Ptolomæus, plerique, tum veteres, tum recentiores ſcriptores, ſed multò magis ejuſdem commemorant ruinæ, quæ adhuc extant. & permulta antiquitatis monumenta, quæ paſſim ibi reperiuntur, ſtatuæ nēpe marmoreæ, aquæductus, numiſmata, aliaque hujus generis veſtigia, quibus magnitudo, potentia, ac veteris Tipherni antiquitas colligi poteſt. Viſuntur adhuc in ipſa civitate, & foro plures inſcriptiones antiquæ Tipherni teſtes inſignes, quarum una meminit ſacri flaminis Metaurenſis in hæc verba.

L. Acconio L. F. Clu. Staturea Leg. XI. C.
P. F. Leg. I. II Fl. Leg. V. Macedo. Ab Imp.

Trajano Auguſ. Germ. ob bellum Daci. Torq. XVI. Armill. Phaleris Corona Vallar & à prioribus Principibus eiſdem donis donato ob bellum German. Et Sarmat à Divo Trajano ex militia in Equeſtrem dignitatem translato Arimini Pontiſ. Quinq. Tiſerni Metauren. Flaminis Ponti.

Quinq. L. Acconius Staturea Flam. ex teſtamento ejus cujus dedicatione epulum Decurionibus, & plebi dedit L. D. D. D.

Flaminis dignitas non niſi nobilioribus urbibus concedi ſolita erat teſte Polid. Virg. de invent. rerum lib. 4. & Petrum Apoſtolorum Principem iis ſolum civitatibus Epiſcopos conſtituiſſe, quæ Flamine jam inde condecorarentur, ſcribunt Clemens Papa Epiſt. 1. ad Jacobum relata in Can. in illis 80. diſt. & Anacletus ad Epiſcopos Italiæ epiſt. 2. quæ refertur in can. 199 diſt. Unde Tipherni nobilitas argui poteſt. De Tipherni origine, & prima ædificatione, nullus, quem viderim, ſcripſit; hi autem qui in rebus à noſtra memoria longiſſime diſtantibus libenter fabulantur, in Janum Japhet, illoſque priſcos Italiæ cultores primas ædificationes reiiciunt. Illud conſtat, Trajani, & Commodi Impp. temporibus Tiphernum claram fuiſſe civitatem, cui æternæ memoriæ in marmorea baſi, ubi ſtatua erat inter ruinas reperta, hanc inſcriptionem poſuerunt.

L. ÆLIO AUR.
COMODO AUG. SARMATI
GERMAN. MAXIMO
BRITAN. PONT. MAX.
TRIB. POT. VIII. IMP.
COS. VI. P. P.

In alia baſi marmorea legitur.

L. ÆLIO CÆSAR IMP. CÆS. TRAJANI
ADRIANI AUG. PONT. MAX.
TRIB. POT. XXI.
IMP. II. COS. IV. P. PILIO
D. TRAJANI PARTICO
NEPOTI DIVI NERVÆ
PRONEPOTI TRIB. POT. COS. II.
Pit. F.

Plures aliæ inſcriptiones ibi leguntur, ac paſſim inveniuntur, nuperque in veteri excavata ciſterna lapis marmoreus inventus, ubi legitur. *Publica utilitati, & commoditati Tiſer. Metaur.* & in vetuſtiſſimo aquæductu plumbeo mirabilis magnitudinis ſculpta erant.

Ex indulgentia Divi Adriani Cæſar. Aug.
L. Pſidius ſumptibus ſuis erexit.

Sed relictis antiquis inſcriptionibus, & ruinis, quod ſpectat ad nos, potuit Tiphernum Metaurenſe Chriſtiana ſacra, & dignitatem Epiſcopalem ſuſcepiſſe eo ipſo tempore, quo reliqua Umbria, ſatagente Britio, ſanctiſſ. Umbrorum Apoſtolo, ſuave Chriſti jugum accepit, quando jam etiam anno ſalutis 464. Tipherni memorantur Epiſcopi, quam dignitatem poſt ejuſdem excidium amiſiſſe fatendum eſt. Verum cum deinde eo in loco S. Angeli oppidum exſurrexiſſet, poſt multa ſæcula, cum omnia ad id neceſſaria, quæ ab Civitatis haud quaquam viderentur abhorrere ornamentis, ſcilicet amplitudo oppidi, civium frequentia, ingeniorum excellentia, emporii celebritas, opum magnificentia, ædium elegantia concurrere cenſerentur, viſum eſt Urbano VIII. optimo Pontifici, illud civitatis nomine illuſtrare, & dignitate Epiſcopali exornare, vel potius antiquam reſtituere. Itaque anno 1635. in eo, inque Urbanienſi oppido Epiſcopatus erexit, Diœceſes proprias diſtinxit, ac limites circumſcripſit ſub uno, eodemque Epiſcopo, cui curæ eſſet rem divinam in ambabus Eccleſiis æquo jure, ac pari dignitate, & tempore adminiſtrare, qui S. Angeli in Vado, & Urbaniæ Præſul diceretur. Horum Epiſcopatuum erectionem ſingulis diplomatibus conſtabilivit idem Pontifex, quorum illud ad favorem Urbanienſis cuſum dedimus ſupra, dum novæ illius Civitatis inſtituiſſemus narrationem; modo hic ex-

A ſcribendum eſt alterum S. Angeli ex ipſo autographo exſcriptum.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti praeminentia Sedis Apoſtolicæ, in
qua poſt Apoſtolorum Principem B. Petrum cæleſtem
clavigerum meritis quamquam imparibus pariter in
cunctas Orbis Eccleſias, Terraque amplitudinem au-
ctoritate conſtituti ſumus, dignum, quin potius debitum
arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ agro novas
Epiſcopales ſedes, novellaſque plantare Eccleſias, ut
per hujuſmodi plantationes divinus cultus magis efflo-
reat, populorum devotio augeatur, animarum ſalus ſub-
ſequatur, & loca alias ſua antiquitate inſignia ditioni
noſtra maximè ſubjecta, ac eorum Eccleſiæ, licet ho-
die minores curam præſertim animarum habentes di-
gnioribus titulis extollantur, & majoribus honoribus
decorentur, illorumque habitatores & incolæ ſubditi
& vaſſalli noſtri facultates ſuas etiam ad id erogantes,
& tanti beneficii memores erga dictam Sedem, Noſ-
B *que, & etiam Gentem noſtram Barberinam eo magis*
grati animi perpetuò devotas, ac promptiores inde ſe
exhibentes honorati Paſtoris aſſiſtentia, & regimine,
cum decenti miniſtrorum in eiſdem Eccleſiis debitas
præpotenti Deo laudes perſolventium numero ſuffulti
votivis, & proſperis ſucceſſibus gratulentur, ipſarum
quoque Eccleſiarum ſtatui accommodè, prout illarum
utilitas, & locorum, ac temporum qualitas exigit, effi-
caciter provideatur. Sanè cum alias Nobis pro parte
dilectorum filiorum univerſitatis & hominum terræ,
ſeu oppidi s. Angeli in Vado nullius Diœceſis provin-
ciæ Urbinaten. Juriſdictionis pro tempore exiſtentis
Abbatis monaſterii s. Chriſtophori terræ, ſeu oppidi
Caſtri Durantis s. Benedicti, ſeu alterius Ordinis hu-
militer ſupplicatum fuiſſet, ut terram, ſeu oppidum S.
Angeli in Vado hujuſmodi in civitatem, ac illius ma-
tricem, ſeu majorem Archipresbyteratum nuncupatam
S. Michaelis Eccleſiam, alioquin ad id capacem, &
idoneam in Cathedralem Eccleſiam erigere, aliaque
infraſcripta facere & exequi de benignitate Apoſtoli-
C *ca dignaremur. Nos verò Congregationi venerabilium*
fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſultatio-
nibus, & rebus conſiſtorialibus Præpoſitorum negotium
hujuſmodi examinandum demandavimus, & ipſi, ca-
pta deſuper diligenti, & ſufficienti informatione, Ec-
cleſiam S. Michaelis Archangeli prædictam talem eſ-
ſe, ut ipſa in Cathedralem erigi mereretur, retuliſſent.
Nos, in quorum manibus dilectus filius Antonius Bra-
gantius dictæ Eccleſiæ s. Michaelis Archangeli Rector
Archipresbyter nuncupatus Eccleſiam s. Michaelis
Archangeli prædictam, quam tunc obtinebat, ad effe-
ctum infraſcriptum ſponte & liberè reſignaverat; Noſ-
que reſignationem hujuſmodi duxeramus admittendã,
audita & intellecta eorundem Cardinalium relatione,
& habita ſuper his cum eis, ac aliis venerabilibus fra-
tribus noſtris ejuſdem S. R. E. Cardinalibus matura
deliberatione, & de eorum conſilio, & aſſenſu homines
prædictos, illorumque, & univerſitatis hujuſmodi ſin-
gulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſu-
ſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris
D *& pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel*
cauſa latis, ſi quibus quomodocumque innodati exiſtant,
ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum ha-
rum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec
non ſingulorum & quorumcumque beneficiorum eccle-
ſiaſticorum & capellaniarum pro infraſcriptorum com-
plemento, & executione inſervientium, & deſtinato-
rum, ſeu alias applicatorum, fundatarum, ac fundato-
rum ipſorum teſtatorum tenores, eorumdemque benefi
ciorum eccleſiaſticorum, & capellaniarum, illorum-
que prædiorum, apothecarum, cenſuum, & aliorum bo-
norum ſituationes, confines, vocabula, denominatio-
nes, qualitates, & quantitates, veroſque, & annuos va-
lores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, mo-
tu proprio, non ad univerſitatis, & hominum prædicto-
rum, vel cujuſvis alterius pro eis Nobis ſuper hoc ob-
latæ petitionis inſtantiam, ſod ex certa ſcientia, & li-
bera voluntate Noſtris, ac de Apoſtolica poteſtatis
plenitudine ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam,

ac ejus glorioſiſſimæ ſemper Virginis Matris Mariæ, & Angelici exercitus Principis Michaelis Archangeli prædicti, nec non totius Curiæ cœleſtis honorem, ſideique catholicæ exaltationem, ac incolarum, & habitatorum Terræ, ſeu oppidi s. Angeli in Vado hujuſmodi decus & ornamentum, s. Angeli in Vado, videlicet Terram, ſeu oppidum, olim antiquiſſimæ civitatis titulo ſub nomine Tiferni Metaurenſis inſignitam, ſeu inſignitum, hiſce autem ſæculis temporum injuria illo deſtitutum, ſeu deſtitutam, ac juriſdictioni pro tempore exiſtentis Abbatiæ, & Monaſterii hujuſmodi ordinario jure ſubjectam, ſeu ſubjectum, in ejuſdem s. Angeli in Vado nuncupandam civitatem, illius verò matricem, ſeu majorem Eccleſiam hujuſmodi, prædiis ejuſdem Terræ, ſeu oppidi s. Angeli in Vado cum toto ſuo territorio, & diſtrictu ab hujuſmodi, & quacunque alia juriſdictione, præterquam Epiſcopi s. Angeli in Vado pro tempore futuri liberatione, immunitate, & exemptione, & in illius matrice, ſeu majori Eccleſia prædicta tituli & denominatione Rectoris Archipresbyteralis ſuppreſſione & extinctione in Cathedralem Eccleſiam veſtram, ac etiam per Nos hodie in ſimilem Cathedralem Urbaniam nuncupandam ſub certis modo, & forma tunc expreſſis erigi, & inſtitui conceſſam Eccleſiam dicti Monaſterii ex nunc invicem, & viciſſim, æqualiter & æquè principaliter perpetuo unitæ Archiepiſcopo Urbinatenſi nunc & pro tempore exiſtenti jure Metropolitico ſubjectas, atque ſuppoſitas pro uno duntaxat Epiſcopo s. Angeli in Vado, & Urbanien. reſpectivè nuncupando ejuſdem Archiepiſcopi perpetuo ſuffraganeo, qui Cathedralibus Eccleſiis prædictis æquo jure, & pari dignitate præſit, & in illis, ac utraque earumdem omnia, & ſingula, quæ ordinis, juriſdictionis, dignitatis Epiſcopalis & Pontificalis exercitii ſunt, & ad illa, ac quæ ad utriuſque Cathedralis Eccleſiæ prædictæ Synodi Diœceſanæ convocationem, & celebrationem ſpectant, & pertinent, exerceat cum omnibus, & ſingulis privilegiis, honoribus, juribus, inſignibus, exceptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis & indultis, quibus alii Epiſcopi de jure & conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poſſunt. Et præterea in eadem Cathedrali Eccleſia S. Angeli in Vado unam Archidiaconatus nuncupandam dignitatem primam poſt Pontificalem pro uno Archidiacono etiam nuncupando Clerico, ſeu Presbytero ſæculari magiſtro in Theologia, ſeu juris utriuſque, vel ſaltem in decretis, aut altero jurium doctore, ſive licentiato, qui tam in Choro, quam in Capitulo, proceſſionibus, & aliis actibus per obtinentes ſimilium Cathedralium Eccleſiarum dignitates Canonicos, & alios Beneficiatos habitus geſtari ſolitos, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, geſtare liberè, & licitè valeat, nec non etiam in eadem octo canonicatus, & totidem præbendas pro totidem Canonicis præbendatis, & juxta inſtrumenta fundationis quatuor perpetuas manſionarias perſonalem reſidentiam requirẽtes pro totidẽ aliis actu Presbyt. ſecularibus, aut in ea ſaltem ætate conſtitutis, qui infra annum tunc proximum ad ſacrum presbyteratus ordinem promoveri poſſint, quibus cura animarum dilectorum filiorum Parochianorum ejuſdem Matricis, ſeu Majoris Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ, & ad illam antea ſpectans alternis hebdomadis incumbant, & qui prævio examine per Examinatores in Synodo diœceſana juxta formam Concil. Tridentini deputatos examinari, & deputari debeant, & omnes apud cathedralem Eccleſiam s. Angeli in Vado prædictam reſidere, & una cum eiſdem dignitate, & canonicis, capitulum cathedralis Eccleſiæ s. Angeli in Vado hujuſmodi conſtituant, ac in ea ſingulis diebus Horas canonicas tam diurnas, quam nocturnas, necnon Conventuales, aliaſque Miſſas ſervata Eccleſiaſtica diſciplina celebrare, & decantare, ſeu recitare, illiſque intereſſe, ac alias eidem cathedrali Eccleſiæ s. Angeli in Vado laudabiliter in divinis deſervire, cæteraque onera, & officia pro tempore præſcribenda, ac alias incumbentia ſubire, ipſamque animarum curam, ac cætera parochialia munia alternis hebdomadis, ut

A præmittitur per turnum, vel prout melius videbitur debitè ſupportare, ac Parochianis ipſis ſacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrare teneantur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus. Nec non s. Angeli in Vado ſic erectam, & inſtitutam, & Urbanien. Eccleſias in cathedralem, ut præmittitur, erigi, & inſtitui conceſſam prædicta inſimul æqualiter, & æquè principaliter unimus, & ſimiliter ipſa Eccleſia s. Angeli in Vado ſic in cathedralem erecta, & inſtituta, illius Epiſcopo pro ſua reſidentia cum ibi reſederit ædes Rectorales Eccleſiæ s. Michaelis Archangeli in cathedralem, ut præmittitur, erectæ, & inſtitutæ hujuſmodi, ac pro perpetuo illius uſu, & habitatione, ac ulterius ipſammet civitatem s. Angeli in Vado, quam cum ſuo territorio, & diſtrictu hujuſmodi ex nunc eo ipſo, ab omni & quacunque alia præterquam ipſius Epiſcopi s. Angeli in Vado juriſdictione, ut præfertur, liberam, immunem, & exemptam eſſe, & cenſeri volumus cum dicto ſuo territorio, & diſtrictu pro ſua civitate, & diœceſi, & ipſius civitatis s. Angeli in Vado cives, ac illius, B & territorii, diſtrictuſque hujuſmodi alios homines, habitatores, & incolas pro ſuis populis, & diœceſanis, clerum quoque ejuſdem pro ſuo clero, & illius hujuſmodi cathedralis Eccleſiæ vaſſallos pro vaſſallis dicta auctoritate etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus, & inſuper menſæ Epiſcopali s. Angeli in Vado omnia & ſingula illius Eccleſiæ Cathedralis, olim Archipresbyteralis hujuſmodi, nec non Cathedratica antea prædicto Abbati ſolvi ſolita, motu, ſcientia, poteſtate, & authoritate ſimilibus perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus, illique pro Capitulo, Canonicis, & Manſionariis, & aliis, de quibus in inſtrumentis aſſignationum eorumdem factis, ſeu faciendis, & omnia & ſingula in eiſdem inſtrumentis fundationum, præbendarum & manſionariarum contenta, nec non per nonnullas Confraternitates laicales ejuſdem Civitatis s. Angeli in Vado vigore inſtrumentorum deſuper celebrandorum etiam ad id aſſignanda, & alias de piorum diſpoſitionibus quomodolibet provenientia, & ulterius pro dictis manſionariis etiam decima, & C quarteſia. Ita quod liceat Epiſcopo tam Eccleſiæ s. Angeli in Vado prædictæ, quam aliorum, Archidiacono vero, & ejus Archidiaconatui, ac ſingulis canonicis dictæ Eccleſiæ s. Angeli in Vado eidem Archidiaconatui, ac ſingulis canonicatibus, & præbendis particulariter eis, & eorum cuilibet in ſpecie, & tam illis quam capitulo hujuſmodi reſpectivè applicatorum, & aſſignatorum, & quæ etiam primò ad eos, & eorum quemlibet reſpectivè ſpectabant, & pertinebant, ſpectant, & pertinent, ac pro tempore ſpectabunt, & pertinebunt, omnium & ſingulorum veram, realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate, & abſque Judicis, vel curiæ miniſterio apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere etiam perpetuo applicamus, & appropriamus. Inſuper Epiſcopo s. Angeli in Vado una cum capitulo s. Angeli in Vado hujuſmodi, ut quæcunque ſtatuta, ordinationes, capitula, & decreta, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & dicti concilii decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria ſuper D celebratione divinorum officiorum, ſacramentorum adminiſtratione, & perſonali reſidentia, diviſione, & reparatione diſtributionum quotidianarum ratione Eccleſiæ cathedralis s. Angeli, & illius beneficiorum, dignitatum, canonicatuum, præbendarum, & manſionariarum, aliorumque hujuſmodi edendi, & condendi, ac edita, & condita pro tempore, & rerum varietate, & qualitate quoties opportunum, & expediens videbitur limitandi, corrigendi, declarandi, & interpretandi, atque in meliorem formam redigendi plenam, & liberam facultatem motu, & poteſtatis plenitudine paribus ſimiliter perpetuo concedimus, & impartimur. Denique Epiſcopo, Archidiacono, capitulo, & canonicis cathedralis Eccleſiæ s. Angeli hujuſmodi, aliiſque illorum perſonis, atque miniſtris pro tempore exiſtentibus, ut omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogativis, conceſſionibus, facultatib. indultis, favoribus, & gratiis, quibus alii Epiſcopi, & aliarum

Eccleſiarum cathedralium capitula, aliaque civitates, & diœceſes, & earum clerus, incolæ, & habitatores, illorumque res, & bona de jure, uſu, vel conſuetudine, aut privilegio, ſeu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, etiam quoad habitus delationem, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licitè poſſint, & valeant motu, & poteſtatis plenitudine paribus quoque perpetuo concedimus, & indulgemus. Poſtremò dilecto filio magiſtro Proſpero Fagnano in utraque Signatura noſtro Referendario, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ad Archidiaconatum, aliis vero perſonis, ac Communitati, & hominibus prædictis, necnon Confraternitatibus, & confratribus in inſtrumentis fundationum expreſſis, & ſpecificatis ad canonicatus, & præbendas dictæ cathedralis Eccleſiæ S. Angeli in Vado juxta formam earundem fundationum, earumque inſtrumentorum, juspatronatus, & præſentandi perſonas idoneas Romano Pontifici, ſeu loci Ordinario pro tempore exiſtenti, ac præſentationem hujuſmodi inſtituendas quoties, quacunque ex cauſa illos, & illas vacare contigerit, ipſi Romano Pontifici, ſeu loci Ordinario reſpectivè præſentandas, ac per dictum Romanum Pontificem, ſeu Ordinarium loci etiam reſpective inſtituendas cum oneribus in inſtrumentis prædictis contentis quoque perpetuo reſervamus, concedimus, & aſſignamus, non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris, & cancellariæ Apoſtolicæ regulis de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, exprimendoque vero valore, & Lateranenſis concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, ac quatenus opus ſit felicis recordationis Pauli Papæ II. aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis; nec non ſingularum Capellaniarum, aliorumque quorumcunque beneficiorum pro fundationibus hujuſmodi, & earum qualibet applicatorum, aſſignatorum, & deſtinatorum fundationibus, ſi in aliquo obſtant, & in ſpecie capellaniarum, ſeu beneficiorum, & aſſignationum pro erectione ſupradicti Archidiaconatus, aliorumque quorumcunque beneficiorum, capellaniarum, & Eccleſiarum in executionem ſupradictorum omniũ, & ſingulorum etiam deſtinatorum, applicatorum, unitorum, & aſſignatorum, illorumque fundatorum voluntatibus & ſi in aliquo obſtent, & quas tamen & quoad ſupradicta omnia, & ſingula ſufficienter, ac ſpecialiter, & expreſſo motu, auctoritate, & poteſtate ſupradictis commutamus, aliiſque quibuſcumque Apoſtolicis, etiam in Synodalibus, & Provincialibus, univerſalibuſque Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, & ſingularum confraternitatum prædictarum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, eorumque omnium ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, ac formis, ac cum quibuſcunque derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis clauſulis, necnon irritantibus decretis in genere, vel in ſpecie, aut alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialiter ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi perinde, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, eiſdem præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè motu, auctoritate, & poteſtate ſimilibus derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem quod ſi aſſignationes prædiorum, cenſuum, apothecarum, & aliorum bonorum menſæ capitularis Eccleſiæ cathedralis S. Angeli hujuſmodi pro dote, ſeu in partem dotis aſſignatorum valoris, & redditus aſſignati non ſint juxta illorum aſſignationes correſpondentes, aſſignatores ad ſupplementum ratæ deficientis de ſuo proprio omnibus juris, & facti remediis neceſſariis, & opportunis ab ipſo Ordinario etiam pro tempore exiſtente, ſive ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ manu regia cogi, & compelli poſſint, & debeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, liberationis, immunitatis, exemptionis, ſuppreſſionis, extinctionis, ſubjectionis, ſuppoſitionis, erectionis, inſtitutionis, conceſſionis, aſſignationis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, conceſſionis, impartitionis, indulti, reſervationis, commutationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Dom. Incarn. 1635. xii. Kalend. Martii, Pontif. noſtri anno 13.

Interea cives S. Angeli Vadenſes ad agendas perennes Urbano grates, ſequentem epigraphen ſupra civitatis fores ſculpſere in lapide, ne ulla unquam ætas illud obſcuraret.

Hanc urbem quondam veteres dixere Tiphernum,
Nunc eſt Aligerum nomine clara Ducis.
Extinxere Gothi, Urbanus pietate decorus
Reſtituit Scythica quod rapuere manus.

In hujus civitatis medio exſurgit cathedrale Templum D. Michaeli Archangelo decenter ornatum, antea Inſignis Collegiata Eccleſia, cujus Archipresbyter fuit aliquando Antonius de Monte Epiſcopus Card. Portuenſis Julii III. Pontificis patruus; ſed extincta hac dignitate, & inſtituta cathedrali, prima dignitas poſt Epiſcopalem Archidiaconatus eſt Fagnanæ gentis patronatus; ibi tres aliæ dignitates ab Epiſcopo inſtitutæ, Præpoſitus, Archipresbyter, Prior, & octo Canonici, quinque Manſionarii, aliique Sacerdotes, ac minorum gentium clerici, qui divinum quotidie penſum perſolvunt. In hac etiam civitate viſuntur quatuor Religioſorum monaſteria, totidemque Monialium; clericorum Seminarium, duodecim laicorum Fraternitates, duo xenodochia, egeniſque ſublevandis Mons pietatis. Epiſcopalis cenſus utriuſque Eccleſiæ aſcendit ad ſcutata 2000. illius Provinciæ, taxatur vero in libris fiſci Apoſtolici ad florenos 200.

Cæterum ex hac S. Angeli civitate plures docti, pacis, ac belli ornatiſſimi viri prodierunt, qui patriam ſummopere illuſtrarunt, ex quibus eluxere Matthæus Griffonus belli fulmen, qui quarto ſupra milleſimum Chriſti ſæculo vixit, ſupremus tum Florentinæ, tum Venetæ Reip. militum Ductor, Cremæ in Inſubria defunctus, ubi jacet in Eccleſia S. Dominici nobili tumulo, & inſcriptione celebratus.

Matthæus jacet hic Latiis notiſſimus oris,
Griffonumque decus Angele ſancte jacet.
Quo Duce Pontifices veſtros fudiſtis, & hoſtes
Sforzigenæ Tuſci Dux, Picenique ſimul.
Mox etiam turmis peditum, qui præfuit illi
Marcus ubique potens ſigna ferenda dedit.

Matthæi filius fuit Angelus Franciſcus, patris virtutum egregius ſectator, qui Cremæ familiam ſuam diſſeminavit. Conſaluus Durantes, qui noſtris temporibus defunctus eſt Epiſcopus Feretranus, homo doctus, cujus monumenta teruntur à doctis, Vincentius Candiottus nunc vivit Epiſcopus Balneoregienſis, Federicus, & Thaddæus Zucchari, qui ætatis ſuæ Pictorum coriphæi emicuerunt, Ghelfuccius de Ghelfucciis inſignis Mathematicus, Archimedis imitator egregius, Lucernæ inventor, quam Regi Hiſpaniarum dono dedit, in Regio Muſæo repoſitam: hic erudito calamo de duobus Tifernis opuſculum ſcripſit. Sed ſi omnes ii, aliique permulti viri illuſtres, qui ex ea floruerunt, abeſſent, una Fagnanæ gentis origine hæc civitas nobilitaretur, è qua noſtro hoc ſæculo duo Romanæ Curiæ Prælatorum clariſſima lumina orti ſunt, Joannes Franciſcus, & Proſper, ille Juris Canonici præclariſſimum decus, ſacræ Congregationis Tridentini concilii à ſecretis, Epiſcoporum examini, aliiſque munerib. à Paulo


A V. præpoſitus, egregium commentarium de Eccleſiæ immunitate adverſus Reipub. Venetæ deſenſores ſcripſit, quique ob eximias animi dotes præpropero fato extinctus, magnum de ſe apud omnes deſiderium reliquit; cujus tamen abſceſſum leniiſſe viſus eſt Proſper Fagnanus nepos. Hic ſuæ eximiæ virtutis, fidei, doctrinæ, prudentiæque aulam Romanam quadraginta ſex annorum ſpatio ſpectatricem habuit, hactenuſque mirantur omnes ab ipſo felici eventu pro Romana Eccleſia exantlatos labores; etenim vix annos natus vigintiduos à fel. record. Pauli V. S. Congregationis Tridentini concilii Interpretum à ſecretis deputatur, & poſt annos quatuordecim in eo munere inſumptos, ab Urbano VIII. ſanctæ memoriæ inter utriuſque Signaturæ Referendarios cooptatus, Signaturæ minoris gratiæ Præfectus, ſacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Corrector, Epiſcoporum examinator, ſacrarumque Congregationum Epiſcoporum, & Regularium negotiis, & conſultationibus Præ-
B poſitus, in qua per octo annos perſeveravit, Indulgentiarum, Oratoriorum, ac utriuſque Palatinatus conſtituitur à ſecretis. Ordinum præterea S. Baſilii, ac Ciſtercienſium aliquando Viceprotector fuit. Iis omnibus, aliiſque publicis muneribus ſedulam ubique, & ſemper operam ſuam navavit, adeo ut Pontifices Maximi eum charum habuerint; ſummiſque laudibus, & honoribus extulerint. Sed quod magis mirandum eſt, quamquam ob hujuſmodi nunquam intermiſſos labores in caſum oculorum inciderit, indefeſsè tamen, & ſumma fide conſiliis, ſcriptiſque ſuis Rempublicam adiuvare, & magnis, arduiſque conſeſſibus ubique intereſſe non deſinit, ſingularique peritia canonici Juris qua pollet, opus pergrande in ea facultate molitur propediem typis excudendum, quod ſummo deſiderio expectatur a doctis; quin etiam poſt caſum oculorum fel. mem. Innoc. X. illius fide, ac pietate fretus inſtituit eum à ſecretis alterius Congregationis a ſe deputatæ ſuper ſtatu ſeu Reformatione Regularium, quo graviſſimo munere etiam in præſenti fungitur magno zelo,
C & vigilantia, ac Regularium Ordinum profectu. Factus eſt etiam ejuſdem Pœnitentiariæ Apoſtolicæ ſigillator a Sanctiſſimo Domino noſtro Alexandro VII. Sacrarumque Congregationum rerum Conſiſtorialium ſacrorum Rituum, Immunitatis Eccleſiaſticæ, viſitationis Apoſtolicæ, & examinis per concurſum Parochialium Eccleſiarum Urbis, & aliarum, quæ extra ordinem ſæpe ſæpius haberi ſolent pro gravioribus negotiis, Conſultor in dies accitur. Quocirca venerabili ſeni, optimeque de Eccleſia merito longam vitam precamur, cujus etiam nepos Julius Cæſar Conſiſt. aulæ Advocatus ob egregiam indolem maximam de ſe apud omnes expectationem excitavit, unde ſperari poſſit, nunquam in Fagnana nobili familia, inque S. Angeli civitate defuturos, quorum virtute nitatur Romanæ curiæ ſplendor. Hanc urbem ferunt Bembum Cardinalem ſua præſentia nobilitaſſe, ut Muſas feliciori, amœniorique in loco colere poſſet, ac Chriſtophorum de
D Monte Card. Julii III. conſobrinum quieti vacaturum illic vitam cum morte commutaſſe ad Divi Michaelis Archangeli ſepultum, ubi diù ante purpuram, Archipresbyterum egerat. Et hæc pauca, inter multa de hac Vadenſi urbe, & Eccleſia ſeorſim ab Urbanienſi ſint dicta: nunc paucos illos Epiſcopos Tiferni Metuarenſis enumerabimus, quorum memoria perennavit ad poſteros, mox nomen Vadenſis Epiſcopi proferemus, qui Vadenſis & Urbanienſis nunc Præſul eſt.

1 EUBODIUS Tifernas fuit Epiſcopus, qui Romano concilio ſub Hilario Papa celebrato interfuit an. 465. Sed hic Tifernates Tiberinorum ſuum Epiſcopum adſtruere conantur: tamen cum ſimplici Tiferni dignitate denominetur, volunt Tiferni Metuarenſis fuiſſe Epiſcopum.

2 MARIUS Tiferninus Epiſcopus in Synodo II. a Symmacho Papa Romæ celebrata invenitur ſubſcriptus anno 499. Hic etiam Tifernates Tiberinorum contendunt ſuum fuiſſe Præſulem; tamen eadem ratione ſibi adſtruere conantur Metuarenſes; maximè cum Luminoſus Tiferni Tiberinorum, qui ſub Martino I. Papa interfuit Concilio Romano an. 649. Tiferni Tiberinorum ſubſcriptus invenitur.

3 INNOCENTIUS Tifernas Epiſcopus, Marii ſucceſſor interfuit 3. & 4. Synodo ſub eodem Pontifice Romæ celebratæ, & Tiferninus ſolus Epiſcopus notatur.

Hunc etiam Tifernates Tiberinorum volunt ſuum extitiſſe Epiſcopum; ſed eadem cogitatione ad Metaurenſes pertinere videtur. Poſt hunc extinctum, ac funditus deinde exciſum Metuarenſe Tifernum, cum ipſo deſiit eſſe Epiſcopalis dignitas, quam ut ſupra retulimus, noſtris temporibus reſtituit in oppido S. Angeli Urbanus VIII. Pont. Max. ac proprium Epiſcopum dedit, qui eidem, & Urbanienſi præeſſet Eccleſiis.



1 HONORATUS de Honoratis Æſinus primus adlectus eſt S. Angeli in Vado, & Urbanienſis Epiſcopus ab eodem Urbano anno 1636. die 19. Septembris, qui adhuc ſummo animi candore Eccleſias ſibi commiſſas pergit adminiſtrare; de quo etiam egimus in Urbanienſibus Epiſcopis [,, *Unde reliqua* ,, *Honorati, & ſucceſſorum petenda ſunt.*) I.

INDEX
SANCTORUM EPISCOPORUM

De quibus in hoc Secundo Tomo agitur.

Prior numerus Columnam, Secundus numerum Marginalem notat.

s. Aderitius *Raven.* pag. 327.2 A
s. Adrianus *Firman.* 682.1
s. Æduus *Bononien.* 8.2
s. Agapitus *Ravenn.* 328.10
B. Albertus de Pandanis *Placent.* 225.53
s. Aldobrandus *Foroſempron.* 830.12
s. Alexander *Firman.* 682.2
s. Apollinaris *Forolivien.* 576.5
s. Apollinaris *Raven.* 327.1
s. Apollinaris *Saſſen.* 654.7
s. Baſilius *Bonon.* 8.6
s. Bernardus *Parmen.* 168.28
s. Bonitius *Placent.* 210.41
B. Bonifacius *Senogallien.* 866.2
s. Colocerus *Ravenn.* 328.5
s. Cornelius *Imolen.* 623.1
s. Cyriacus *Firman.* 682.4
s. Datus *Ravenn.* 328.8
s. Decentius *Piſauren.* 858.2
s. Euſebius *Bonon.* 8.7
s. Eleocadius *Ravenn.* 327.3
s. Fauſtinus *Bon.* 8.3
s. Felix *Bonon.* 88.
s. Florianus *Placen.* 197.4
s. Gaudentius *Ariminen.* 412.3
s. Geminianus *Mutinen.* 76.4
s. Geruntius *Cervien.* 468.1
s. Heraclianus *Piſauren.* 858.3
s. Joannes *Raven.* 331.21
s. Jucundus *Bonon.* 10.14
s. Liberius *Ravenn.* 328.9
s. Leo *Ferrarien.* 517.3
B. Mainardus *Urbinaten.* 785.11
s. Marcellus *Ravenn.* 328.11
s. Maurelius *Ferrarien.* 518.12
s. Maurelius *Imolen.* 623.3
s. Maurus *Ceſen.* 446.26
s. Maurus *Placen.* 197.3
s. Martianus *Ravenn.* 327.4
s. Maximianus *Ravenn.* 335.29
s. Mercurialis *Forolivien.* 574.1
s. Paternianus *Bonon.* 10.12
s. Petronius *Bonon.* 9.9
s. Petrus Chryſologus *Ravenn.* 333.22
s. Philemon *Ceſen.* 442.1
s. Philippus *Firman.* 682.3
s. Probus *Ravenn.* 328.7
s. Proculus *Ravenn.* 328.6
s. Projectus *Imolen.* 623.2
s. Proſper *Regien.* 241.9
s. Ruphillus *Foropopilien.* 594.1
B s. Ruphinus *Saſſen.* 654.2
s. Sabinus *Placen.* 196.2
s. Severus *Ceſen.* 443.12
s. Severus *Ravenn.* 329.12
s. Theodorus *Bonon.* 10.17
s. Tertullianus *Bonon.* 10.13
s. Victor *Placen.* 196.1
s. Vicinius *Saſſenaten.* 652.1
s. Urſus *Ravenn.* 331.17
s. Zama *Bononien.* 7.1

INDEX
CHRONICUS EPISCOPORUM
In Secundo tomo Contentorum.

BONONIENSIUM.

An. Chriſt.			Column.
270	1	S. Zama.	7
	2	S. Ædius.	8
312	3	S. Fauſtinus.	ibid.
	4	Domitianus.	ib.
	5	Ioannes.	ib.
350	6	S. Baſilius.	ib.
381	7	S. Euſebius.	ib.
400	8	S. Felix.	ib.
429	9	S. Petronius.	9
	10	Adrianus.	10
	11	Marcellus.	ibid.
451	12	S. Paternianus.	ib.
470	13	S. Tertullianus.	ib.
485	14	S. Iucundus.	ib.
490	15	Iulianus.	ib.
500	16	Gerardus.	ib.
	17	S. Theodorus.	ib.
	18	Luſus.	ib.
556	19	Theodorus.	11
595	20	Edurenſis.	ib.
616	21	Petrus.	11
	22	Germanus.	ib.
	23	Conſtantinus.	ib.
	24	Iulianus.	ib.
	25	Deus dedit.	ib.
	26	Iuſtinianus.	ib.
648	27	Luminoſus.	ib.
	28	Domninus.	ib.
680	29	Victor.	ib.
716	30	Eliſæus.	ib.
	31	Gaudentius.	ib.
744	32	Chariſſimus.	ib
744	33	Barbatus.	ib.
	34	Romanus.	ib.
771	35	Petrus I.	ib.
789	36	Vitalis.	ib.
814	37	Martinus.	ib.
	38	Chriſtophorus.	ib.
855	39	Theodorus II.	ib.
	40	Martinus II.	ib.
	41	Petrus III.	ib.
	42	Urſus.	ib.
860	43	Ioannes II.	ib.
891	44	Severus.	12
891	45	Alambertus.	ib.
912	46	Ioannes III.	ib.
913	47	Petrus IV.	ib.
946	48	Ioannes IV.	ib.
960	49	Albertus, ſive Adelbertus.	ib.
990	50	Clemens.	14
1005	51	Ioannes V.	ib.
1015	52	Fulgerius, ſive Frugerius.	ib.
1034	53	Adelfredus.	ib.
1060	54	Lambertus.	16
1074	55	Sigifredus.	17
1079	56	Gerardus II.	ib.
1083	57	Bernardus.	ib.
1104	58	Victor.	18
1130	59	Henricus.	ib.
1145	60	Gerardus III.	ib.
1161	61	Ioannes VI.	ib.
1188	62	Gerardus IV.	ib.
1198	63	Gerardus V. Areoſtus.	19
1213	64	Henricus a Frata.	ib.
1240	65	Octavianus Ubaldinus.	21
1244	66	Fr. Iacobus Boncambius.	22
1260	67	Octav. iunior Ubaldinus.	ib.
1295	68	Schiatta Ubaldinus.	ib.
1298	69	Fr. Ioan. Iord. Sabellus.	23
1301	70	Vbertus Placentinus.	ib.
1322	71	Arnoldus Sabaterius.	ib.
1329	72	Stephanus Agonettus.	ib.
1332	73	Albertus Acciajolus.	24
1340	74	Beltraminus Paravicinus.	ib
1350	75	Ioann. VI. de Naſo Galer.	ib.
1361	76	Aymericus Chattus.	26
1371	77	Bernardus.	27
1378	78	Philippus Caraffa.	ib.
1386	79	Coſmatus Melioratus.	ib.
1392	80	Bartholom. de Raym.	28
		Bartholomeus.	ib.
1407	81	Antonius Corarius.	29
1412	82	Ioannes VIII. Bonon.	31
1417	83	Nicolaus Albergatus.	ib.
1444	84	Ludovicus Scarampus.	33
1445	85	Thomas.	34
1447	86	Ioann. IX. de Podio.	ib.
1448	87	Philippus II. Calandr.	35
1476	88	Franciſcus Gonzaga.	ib.
1483	89	Iulianus de Ruvere.	ib.
1502	90	Ioan. Stephanus Ferrer.	36
1510	91	Franciſcus Alidoſius.	ib.
1511	92	Achilles de Graſſis.	37
1523	93	Laurentius Campeggius.	ib.
1526	94	Alexander Campeggius.	39
1554	95	Ioannes X. Campeggius.	40
1564	96	Raynutius Farneſius.	ib.
1566	97	Gabr. Paleottus I. Arch.	41
1591	98	Alphonſus Paleottus.	46
1610	99	Scipio Burgheſius.	52
1612	100	Alexander Ludoviſius.	ib.
1621	101	Ludovicus Ludoviſius.	53
1632	102	Hieronymus Columna.	ib.
1645	103	Nicolaus Albergatus.	ib.
1651	104	Hieronymus Boncomp.	54
1688	105	Angelus Ranutius.	ib.
1690	106	Iacobus Boncompag.	55

CREMENSIUM.

An. Chriſti.			Column.
1580	1	Hieronymus Diedus.	60
1584	2	Iacobus Diedus.	ib.
1616	3	Petrus Emmus.	61
1629	4	M. Antonius Bragadinus.	ib.
1633	5	Albertus Baduarius.	62
1678	6	M. Antonius Zollius.	ib.
1702	7	Fauſtinus Ioſeph Griph.	ib.

S. DOMNINI.

An. Chriſti.			Column.
1603	1	Papyrius Picedus.	68
1606	2	Ioannes Linatus.	70
1620	3	Alphonſus Puteus.	ib.
1626	4	Raynutius Scottus.	71
1650	5	Philippus Caſonus.	ib.
1660	6	Alexander Pallavicinus.	72
1675	7	Cajetanus Garimbertus.	ib.
1686	8	Nicolaus Caranza.	ib.
1689	9	Iulius della Roſa.	ib.
1700	10	Alex. de Roncoveteri.	72
1713	11	Adrianus Sermattei.	ib.

MUTINENSIUM.

An. Chriſti.			Column.
103	1	Cletus.	75
339	2	Dionyſius.	ib.
358	3	Antonius.	ib.
387	4	S. Geminianus.	76
397	5	Theodorus.	82
452	6	Geminianus II.	ib.
477	7	Gregorius.	ib.
502	8	Baſianus.	83
680	9	Petrus.	ib.
743	10	Ioannes.	ib.
749	11	Lopicinus.	ib.
785	12	Geminianus III.	91
800	13	Giſo.	92
814	14	Adeodatus.	95
850	15	Ionas.	97
861	16	Hernidus.	ib.
876	17	Leodoindus.	ib.
898	18	Gamenulphus.	100
902	19	Gothifredus.	101
945	20	Ardingus.	103
946	21	Vvido.	ib.
969	22	Hildebrandus.	105
993	23	Ioannes.	106
1003	24	Varinus.	109
1023	25	Ingo.	112
1038	26	Vibertus.	115
1054	27	Herbertus.	ib.
1095	28	Benedictus.	116
1097	29	Ægidius.	ib.
1106	30	Dodo.	ib.
1136	31	Ribaldus.	118
1154	32	Ildebrandus Graſſus.	ib.
1157	33	Henricus.	119
1174	34	Vgo.	ib.
1178	35	Henricus II.	ib.
1179	36	Arditius.	ib.
1195	37	Ægidius.	ib.
1207	38	Martinus.	120
1222	39	Guillelmus.	ib.
1234	40	Albertus Boſchettus.	124
1264	41	Matthæus Pius.	125
1281	42	Arditius Comes.	ib.
1286	43	Bartholom. Boſchettus.	125
1287	44	Fr. Philippus.	ib.
1290	45	Iacobus.	126
1311	46	Bonadamus Boſchettus.	129
1315	47	Bonincontrus.	ib.
1318	48	Vvido de Guiſcis.	ib.
1337	49	Bonifacius.	ib.
1342	50	Fr. Alemannus Donatus.	ib.
1352	51	Aldobrandinus Eſtenſis.	130
1380	52	Vvido de Baiſio.	130
1384	53	Fr. Dionyſius de Reſtanis.	ib.
1400	54	Petrus Baiardus.	131
1401	55	Nicolaus Baiardus.	ib.
1414	56	Carolus Baiardus.	ib.
1436	57	Scipio de Mainentibus.	ib.
1444	58	Iacobus Anton. a Turre.	132
1463	59	Delphinus a Pergula.	ib.
1465	60	Nicolaus Sandonninus.	ib
1579	61	Io. Andreas de Bociaciis	132
1497	62	Io. Baptiſta Ferrarius.	10.
1502	63	Franciſcus Ferrarius.	134

1507.

Digitized by Google

An. Chr.			Column.
1507	64	Hippolytus Eſtenſis.	134
1519	65	Hercules Rangonus.	135
1527	66	Pyrrhus Gonzaga.	ib.
1529	67	Ioan. Moronus.	136
1550	68	Fr. Ægidius de Foſcharariis.	137
1571	69	Fr. Sixtus de Vicedominis.	ib.
1591	70	Iulius Cananus.	138
1593	71	Gaſpar Silingardus.	ib.
1607	72	Fr. Lazarus Pellizarius.	139
1610	73	Pellegrinus Bertachius.	ib.
1618	74	Alexander Rangonus.	ib.
1640	75	Opizo Eſtenſis.	ib.
1645	76	Robertus Fontana.	140
1655	77	Hector Molza.	ib.
1679	78	Carolus Molza.	ib.
1691	79	Ludovicus Maſdoni.	ib.
1717	80	Stephanus Foglianus.	ib.

PARMENSIUM

362	1	Philippus.	144
381	2	Henricus.	ib.
454	3	Cyprianus.	ib.
476	4	Artius.	144
518	5	Petrus.	ibid.
562	6	Cajus.	ib.
601	7	Tobias.	ib.
635	8	Pius.	ib.
680	9	Gratioſus	ib.
731	10	Aycardus.	ib
744	11	Alboinus.	ib.
775	12	Hieronymus.	ib.
781	13	Petrus.	ib.
824	14	Lampertus.	145
872	15	Vvidiboldus.	ib.
895	16	Elburgus.	152
920	17	Erchardus.	ib.
929	18	Sigefredus.	155
952	19	Adeodatus.	157
968	20	Humbertus, ſeu Albertus.	ib.
978	21	Sigefredus II.	160
1010	22	Elbunus, ſive Elburgus.	162
1015	23	Henricus.	ib.
1027	24	Hugo.	163
1046	25	Cadolus.	166
1079	26	Heberardus.	167
1106	27	N. . . .	168
1106	28	S. Bernardus Ubertus.	ib.
1133	29	Lanfranchus.	172
1174	30	Arialdus.	ib.
1179	31	Bernardus II.	ib.
1195	32	Opizzo Sanvitalis.	173
1224	33	Gratias.	176
1236	34	Martinus.	177
1243	35	Albertus Sanvitalis.	178
1255	36	Albertus Anſelmius.	ib.
1258	37	Petrus.	ib.
1260	38	Opizzo Sanvitalis.	ib.
1295	39	Joan.	ib.
1299	40	Gotfredus.	179
1300	41	Papinianus de Ruvere.	180
1317	42	Simeon Salterellus.	ib.
1323	43	Ugolinus de Rubeis.	ib.
1379	44	Bertrandus de Borſano.	184
1383	45	Joannes Ruſca.	ib.
1412	46	Bernardus.	ib.
1425	47	Delphinus	185
1463	48	Jo. Jacobus a Turre.	186
1475	49	Sacramorus de Sacramoris.	ib.
1482	50	Jo. Jacobus Scaſſinatus.	ib.
1497	51	Stephanus Taberna.	187
1499	52	Jo. Anton. de S. Georgio.	ib.
1509	53	Alexander Farneſius.	ib.
1529	54	Alexander II. Farneſius.	188
1535	55	Vvido Aſcanius Sfortia.	189
1560	56	Alexander II. Sfortia.	190
1575	57	Ferrantes Farneſius.	191
1606	58	Papirius Picedus.	ib.
1614	59	Alexander Rubeus.	192
1615	60	Pompejus Cornazanus.	ib.

An. Chr.			Column.
1650	61	Hieronymus Corius.	193
1651	62	Carolus Nembrinus.	ib.
1681	63	Thomas Saladinus.	ib.
1694	64	Joſeph Olgiatus.	ib.
1711	65	Camillus Marazzanus.	194

PLACENTINORUM

310	1	S. Victor.	196
381	2	S. Sabinus.	ib.
420	3	S. Maurus.	197
449	4	B. Florianus.	ib.
451	5	Majoranus.	ib.
456	6	Aricius, ſive Avitus.	ib.
457	7	Placidus.	ib.
483	8	Silvinus, ſeu Silvanus.	ib.
503	9	Joannes.	ib.
523	10	Seufridus.	ib.
540	11	Syrus.	ib.
560	12	Vindemialis.	ib.
590	13	Bonifacius.	198
595	14	Joannes II.	ib.
609	15	Catharifinus.	ib.
634	16	Domninus.	ib.
648	17	Florianus.	ib.
677	18	Placentinus.	ib.
698	19	Joannes III.	ib.
716	20	Hildoardus.	ib.
737	21	Thomas.	ib.
756	22	Deſiderius.	199
775	23	Maurus II.	ib.
780	24	Julianus.	ib.
809	25	Podus.	200
840	26	Seufridus.	201
870	27	Paulus.	ib.
889	28	Bernardus.	ib.
893	29	Everardus.	203
904	30	Vvido.	204
940	31	Boſus.	206
951	32	Sigulphus.	ib.
982	33	Ioannes IV.	ib.
997	34	Sigifredus.	ib.
1031	35	Petrus.	208
1038	36	Richardus.	ib.
1042	37	Ivo.	ib.
1045	38	Vvido II.	ib.
1049	39	Dionyſius.	ib.
1077	40	Mauritius.	210
1089	41	S. Bonitius.	ib.
1091	42	Vindicius.	211
1096	43	Addo, ſeu Aldus.	ib.
1112	44	Arduinus.	ib.
1147	45	Ioannes V.	214
1155	45	Hugo Perleonius.	216
1167	47	Theobaldus.	218
1192	48	Ardicius.	220
1199	49	Grumerius Porta.	ib.
1210	50	S. Fulco Scotus.	222
1217	51	Vicedom. de Caſſadochiis.	ib.
1236	52	Ægidius.	223
1243	53	B. Albertus de Pandanis.	225
1261	54	Philippus Fulgoſus.	226
1295	55	Albertus Vicecomes.	227
1301	56	Raynerius.	ib.
1302	57	Ubertus de Advocatis.	228
1302	58	Hugo de Piloſis.	ib.
1317	59	Federicus de Madiis.	ib.
1323	60	Bernardus de Cario.	ib.
1338	61	Rogerius Caccia.	ib.
1355	62	Petrus de Coconate.	229
1372	63	Franciſcus Caſtillioneus.	ib.
1373	64	Ubertus Zagnus.	ib.
1376	65	Corradus de Georgiis.	ib.
1380	66	Andreas.	230
1381	67	Guillelmus Centuaria.	ib.
1386	68	Petrus Filargus.	ib.
1388	69	Petrus Maynerius.	ib.
1404	70	Branda Caſtillionæus.	231
1411	71	Bartholomæus Caccia.	232
1412	72	Alexius de Siregno.	ib.

An. Chr.			Column.
1448	73	Nicolaus Amidarius.	232
1453	74	Ioannes de Campeniis.	ib.
1475	75	Michael Marlianus.	ib
1475	76	Sacramorus de Sacramoris.	ib.
1476	77	Fabritius Marlianus.	ib.
1508	78	Antonius Trivultius.	233
1509	79	Vaſinus Malabaila.	ib.
1519	80	Scaramutia Trivultius.	234
1525	81	Catalanus Trivultius.	ib.
1559	82	Io. Bernardinus Scotus.	ib.
1570	83	Paulus Areſius.	ib.
1577	84	Thomas Lilius.	235
1578	85	Philippus Sega.	ib.
1596	86	Claudius Rangonius.	236
1620	87	Ioannes Linatus.	ib.
1627	88	Alexander Scappius.	237
1654	89	Ioſeph Grandemaria.	238
1688	90	Georgius Barni.	ib.

REGII LEPIDI

60	1	Protaſius.	241
	2	Chromatius.	ib.
	3	Antoninus.	ib.
	4	Elias.	ib.
	5	Sanctinus.	ib.
	6	Coraſius.	ib.
451	7	Faventius.	ib.
458	8	Elpidius.	ib.
466	9	S. Proſper.	ib.
	10	Stephanus.	243
488	11	Deodatus.	ib
554	12	Theodoſius.	ib.
	13	Donodeus.	ib
	14	Adrianus.	ib.
	15	Benenatus.	ib.
	16	Lupinus.	ib.
680	17	Mauritius.	ib.
684	18	Ioannes.	ib.
701	19	Thomas.	ib
715	20	Conſtantinus.	ib
	21	Calliſtus.	ib.
753	22	Geminianus.	ib.
774	23	Apollinaris.	ib.
814	24	Adelmus.	247
824	25	Neodebertus.	ib.
828	26	Vitalis.	ib.
842	27	Robertus.	248
844	28	Sigifredus.	ib.
	29	Peregrinus.	249
860	30	Amon.	ib.
864	31	Rotfredus.	ib.
877	32	Azzio.	250
879	33	Paulus.	ib.
881	34	Aaron.	251
890	35	Azzius.	253
	36	Fredulphus.	255
904	37	Petrus.	ib.
914	38	Gothardus.	261
915	39	Petronius.	ib.
940	40	Gibertus.	ib.
942	41	Aribaldus.	ib.
945	42	Adelardus Triſſinus.	265
963	43	Hermandus.	268
993	44	Tauzus.	270
1030	45	Sigefredus.	277
1041	46	Condelardus.	280
1046	47	Sifredus.	ib.
1047	48	Adalbertus.	ib.
1050	49	Conon.	ib.
1062	50	Volmarus.	ib.
1082	51	Gandulphus.	282
	52	Eubertus.	284
1092	53	Ludovicus.	285
1101	54	Bonus ſenior.	286
1130	55	Adelmus.	288
1140	56	Albertus.	292
1164	57	Albericus.	298
1187	58	Petrus.	299
1213	59	Nicolaus Maltraverſus.	303

Digitized by Google

An.Chr.			Column.
1245	60	Guillelmus Folianus.	306
1290	61	Guillelmus de Bobio.	307
1301	62	Henricus Catalorcius.	ib.
1313	63	Vvido Abaiſius.	ib.
1318	64	Petrus.	ib.
1330	65	Vvido Robertus.	ib.
1336	66	Rotlandus deScarampis.	308
1339	67	Bartholomæus.	309
1363	68	Laurentius Pinotus.	ib.
1379	69	Seraphinus Tavaccius.	ib.
1387	70	Ugolinus Seſſius.	ib.
1395	71	Theobaldus Seſſius.	310
1439	72	Iacobus Anton. a Turre.	ib.
1444	73	Baptiſta Pallavicinus.	311
1476	74	Antonius Tromberta.	312
1478	75	Bonifacius Arlottus.	313
1503	76	Ioan. Lucas a Puteo.	ib.
1510	77	Hugo Rangonus.	314
1540	78	Marcellus Cervinus.	315
1544	79	Gregorius Andreaſſus.	ib.
1545	80	Io Baptiſta Groſſus.	316
1569	81	Euſtachius Locatellus.	ib.
1575	82	Franciſcus Martellius.	317
1578	83	Benedictus Manzolius.	ib.
1585	84	Iulius Maſerrus.	318
1595	85	Claudius Rangonus.	ib.
1621	86	Alexander Eſtenſis.	ib.
1625	87	Paulus Coccapanius.	319
1651	88	Raynaldus Eſtenſis.	ib.
1661	89	Hieron. de Codeboviis.	320
1662	90	Io: Auguſtinus Marlianus	ib.
1674	91	Auguſtus de Bellincinis.	ib.
1701	92	Octavius Piccinardi.	ib.

RAVENNATENSIUM.

An.Chr.			Column.
50	1	S. Apollinaris.	327
75	2	S. Aderitius.	ib.
98	3	S. Eleocadius.	ib.
112	4	S. Martianus.	ib.
132	5	S. Calocerus.	328
132	6	S. Proculus.	ib.
142	7	S. Probus.	ib.
175	8	S. Datus.	ib.
185	9	Liberius.	ib.
206	10	S. Agapitus.	ib.
232	11	S. Marcellinus.	ib.
346	12	S. Severus.	329
391	13	Liberius. II.	330
	14	Probus.	ib.
	15	Florentius.	ib.
	16	Liberius. III.	ib.
400	17	S. Urſus.	331
412	18	Petrus.	ib.
425	19	Neon.	ib.
430	20	Exuperantius.	ib.
432	21	S. Ioannes.	ib.
439	22	S. Petrus Chryſologus.	333
450	23	Ioannes II.	334
496	24	Petrus III.	ib.
503	25	Aurelianus.	ib.
524	26	Eccleſius.	335
534	27	Urſicinus.	ib.
540	28	Victor.	ib.
546	29	S. Maximianus.	ib.
553	30	Agnellus.	337
567	31	Petrus IV.	ib.
575	32	Ioannes III.	ib.
595	33	Marinianus.	339
605	34	Ioannes IV.	341
610	35	Ioannes V.	ib.
630	36	Bonus.	ib.
642	37	Maurus.	ib.
671	38	Reparatus.	342
677	39	Theodoſius.	ib.
691	40	Damianus.	ib.
708	41	Felix.	ib.
708	42	Ioannes VI.	343
752	43	Sergius.	ib.
770	44	Leo.	ib.
779	45	Ioannes VII.	344
786	46	Gratioſus.	ib.
794	47	Valerianus.	ib.
810	48	Martinus.	ib.
820	49	Pertinax.	ib.
838	50	Gregorius.	346
846	51	Deuſdedit.	ib.
853	52	Ioannes VIII.	ib.
879	53	Romanus.	350
889	54	Dominicus Ublatella.	351
898	55	Ioannes IX.	ib.
911	56	Petrus.	ib.
912	57	Ioannes X.	ib.
913	58	Conſtantinus.	ib.
923	59	Petrus.	ib.
971	60	Honeſtus.	ib.
983	61	Ioannes XI.	ib.
998	62	Gerbertus.	353
999	63	Hermutus.	355
1001	64	Fridericus.	359
1014	65	Arnoldus.	ib.
1019	66	Heribertus.	360
1027	67	Gebeardus.	ib.
1046	68	Humphridus.	ib.
1051	69	Henricus.	362
1070	70	Gibertus.	363
1080	71	Richardus.	364
		Otho.)	
		Hieremias.) intruſi.	ib.
		Philippus.)	
1119	72	Gualterius.	365
1144	73	Moyſes.	368
1154	74	Anſelmus.	ib.
		Vvido intruſus.	371
1172	75	Gerardus.	372
1182	76	Vvido.	373
1190	77	Guillelmus.	ib.
1201	78	Albertus.	ib.
1207	79	Ægidius.	374
1208	80	Hubaldus.	ib.
1215	81	Picininus.	377
1217	82	Simeon.	ib.
1228	83	Theodoricus.	ib.
1251	84	Philippus Fontana.	380
1274	85	Bonifacius Fliſcus.	381
1285	86	Opizzo Sanvitalis.	382
1303	87	Raynaldus Concoregius.	ib.
1322	88	Aymericus.	388
1332	89	Vvido Abaiſius.	ib.
1334	90	Franciſcus Michaelius.	ib.
1342	91	Nicolaus Canalius.	ib.
1347	92	Fortunerius Vaſellius.	389
1362	93	Petrochinus Caſaleſcus.	ib.
1370	94	Pileus de Prata.	ib.
1387	95	Coſmatus Melioratus.	390
1400	96	Ioannes Melioratus,	ib.
1411	97	Thomas Perendulus.	ib.
1445	98	Bartholom Roverella.	391
1476	99	Philaſius Roverella.	391
1516	100	Nicolaus Fliſcus.	ib.
1524	101	Petrus Accoltus.	393
1524	102	Benedictus Accoltus.	ib.
1549	103	Raynutius Farneſius.	ib.
1566	104	Iulius de Ruvere.	394
1578	105	Chriſtophorus Boncompagnus.	ib.
1603	106	Petrus Aldobrandinus.	395
1621	107	Aloyſius Caponius.	396
1645	108	Lucas Turrigianus.	ib.
1670	109	Paulutius Alterius.	397
1674	110	Fabius Guiniſius.	ib.
1692	111	Raymundus Ferrettus.	ib.

ADRIENSIUM.

An.Chr.			Column.
649	1	Gallioniſtus.	401
	2	Leo.	ib.
877	3	Theodinus.	ib.
920	4	Paulus.	ib.
953	5	Gemerius.	ib.
972	6	Aſtulphus.	ib.
1050	7	Benedictus.	401
1067	8	Atho.	ib.
1078	9	Petrus.	ib
1091	10	Iacobus.	ib.
1104	11	Iſaac.	ib
1125	12	Gregorius.	402
1134	13	Florius.	ib.
1140	14	Gregorius.	ib.
1143	15	Vitalis.	ib.
1150	16	Gregorius.	ib.
1179	17	Gabriel.	ib.
1213	18	Petrus.	ib.
1275	19	Iacobus.	ib.
1275	20	Peregrinus.	ib.
1280	21	Otholinus.	ib
1286	22	Bonifacius.	ib.
1309	23	Ioannes.	ib.
1323	24	Solon.	ib.
1327	25	Superantius.	403
1329	26	Benvenutus Borghiſinus.	ib.
1348	27	Aldobrandinus Eſtenſis.	ib.
1352	28	Ioannes.	ib.
1387	29	Antonius.	ib
1387	30	Ugo Robertius.	ib.
1391	31	Ioannes Anſelminus.	ib.
1404	32	Iacobus de Obizzis.	ib.
1409	33	Maynardinus.	404
1444	34	Ioannes de Obizziis.	ib.
1444	35	Bartholomæus Roverella.	ib.
1445	36	Iacobus de Oratoribus.	ib
1446	37	Blaſius Novellus.	ibi
1468	38	Titus Novellus.	ib.
1472	39	Martinus.	ib.
1484	40	Iulius.	ib.
1487	41	Nicolaus Eſtenſis.	405
1507	42	Beltrandus Conſtabilis.	ib.
1524	43	Hercules Rangonius.	ib
1524	44	Io Baptiſta Bragadinus.	406
1528	45	Io. Dominicus de Cupis.	ib.
1553	46	Sebaſtianus Pighinus.	ib.
1554	47	Iulius Cananus.	ib.
1591	48	Laurentius Laurettus.	ib.
1598	49	Hieronymus de Portia.	407
1612	50	Ludovicus Saregus.	ib.
1622	51	Ubertus Pappaſava.	408
1632	52	Germanicus Mantica.	ib.
1639	53	Io. Paulus Savius.	ib.
1656	54	Bonifacius Aliardus.	ib.
1667	55	Thomas Retanus.	ib.
1677	56	Carolus Labia.	ib.
1702	57	Philippus de Turre.	ib.
1717	58	Antonius Vaira.	409

ARIMINENSIUM.

An.Chr.			Column.
	1	N.....	411
307	2	Stemnio.	ib.
359	3	S. Gaudentius.	412
	4	Ioannes.	418
438	5	Ioannes II.	ib.
498	6	Ioannes III.	ib.
551	7	Stephanus.	ib.
590	8	Joannes IV.	ib.
592	9	Caſtorius.	ib.
596	10	Agnellus.	419
743	11	Agnellus II.	ib.
826	12	Stephanus.	ib.
861	13	Joannes V.	ib.
879	14	Vvaltonus.	ib.
887	15	Nicolaus.	ib.
961	16	Joannes VI.	ib.
1005	17	Ubertus.	ib.
1041	18	Monaldus.	ib.
1052	19	Humbertus.	ib.
1071	20	Obizzus.	420
1143	21	Obizzus II.	421
1143	22	Raynerius.	ib.
1160	23	Albergus.	423
1177	24	Obizzus III.	ib.
1179	25	Jocellinus.	ib.

An.Chr.			Column.
1190	26	Rufinus.	423
1194	27	Bonaventura.	ib.
1230	28	Benno.	ib.
1232	29	Ugolinus.	ib.
1250	30	Aloyſius.	ib.
1256	31	Jacobus.	424
1265	32	Ambroſius.	ib.
1277	33	Guido de Caminate.	ib.
1300	34	Laurentius de Ballachis.	ib.
1302	35	Federicus de Ballachis.	ib.
1321	36	Franciſcus de Sylveſtris.	ib.
1323	37	Hieronymus de Fiſicis.	425
1329	38	Federicus.	ib.
1329	39	Vvido Abaiſius.	ib.
1332	40	Alidoſius de Alidoſiis.	ib.
1353	41	Andreas.	426
1363	42	Angelus.	427
1366	43	Gerardus de Portalli.	ib.
1367	44	Bernardus de Bonavalle.	428
1371	45	Ugolinus Malabranca.	ib.
1374	46	Lealis Malateſta.	429
1[illegible]02	47	Bartholomæus.	ib.
1407	48	Bandellus Bandellus.	430
1418	49	Hieronymus.	432
1425	50	Antonius Corarius.	ib
1435	51	Chriſtophorus.	433
1445	52	Bartholomæus Malateſta.	ib.
1448	53	Jacobus Vannuccius.	434
1449	54	Ludovicus de Grailis.	ib.
1450	55	Ægidius.	435
1472	56	Barthol. de Coccapaniis.	435
1485	57	Ioannes de Rota.	ib
1488	58	Jacobus Paſſarellus.	ib.
1496	59	Oliverius Caraffa.	437
1497	60	Vincentius Caraffa.	ib.
1511	61	Simon Bonadies.	ib.
1518	62	Fabritius Urſinus.	ib.
1526	63	Franciottus Urſinus.	438
1529	64	Anton. Maria de Monte.	ib.
1529	65	Aſcanius Pariſanus.	ib.
1549	66	Julius Pariſanus.	ib.
1574	67	Jo Baptiſta Caſtellius.	ib.
1583	68	Vincentius Tophaninus.	439
1591	69	Julius Cæſar Salicinius.	ib.
1606	70	Berlingerius Gypſius.	ib
1619	71	Cyprianus Paonus.	440
1627	72	Angelus Cæſius.	ib.
1646	73	Federicus Sfortia.	441
1656	74	Thomas Carpineus.	ib.
1659	75	Marcus Gallio.	ib.
1687	76	Dom. Maria Curſius.	ib.
1698	77	Jo: Antonius Devia.	ib.

CÆSENATENSIUM.

92	1	S.Philemon.	442
109	2	Iſidorus.	443
232	3	Ignatius.	ib.
316	4	P.	ib.
334	5	Natalis.	ib.
350	6	Concordius.	ib.
361	7	Gregorius.	ib.
403	8	Ignatius.	ib.
	9	Veranus.	ib
465	10	Flavianus.	ib.
539	11	Ignatius.	ib.
565	12	S.Severus.	ib.
571	13	Florus.	445
590	14	Natalis.	ib.
614	15	Concordius.	ib.
649	16	Maurus.	446
679	17	Florus.	ib.
690	18	Conſtantinus.	ib.
701	19	Candidus.	ib
709	20	Marcellus.	ib.
742	21	Claudius.	ib.
804	22	Joannes.	ib.
826	23	Romanus.	ib.
861	24	Florus.	ib.
877	25	Petrus.	ib.
934	26	S.Maurus.	446
946	27	Conſtantinus.	ib.
954	28	Gotifredus.	ib.
967	29	Dodo.	ib.
997	30	Sergius.	447
1016	31	Mannatius.	ib.
1042	32	Ioannes.	ib.
1057	33	Deſiderius.	ib.
1065	34	Il....	ib
1075	35	Gebizo.	ib.
1106	36	Ugo.	ib.
1126	37	Benno.	ib.
1155	38	Oddo.	ib.
1175	39	Leonardus.	ib.
1186	40	Leto.	452
1207	41	Oddo.	ib.
1234	42	Manzinus.	ib.
1258	43	Michael.	ib.
1263	44	Franciſcus.	ib.
1270	45	Honerardus.	453
1274	46	Aymericus.	ib.
1291	47	Leonardus.	454
1315	48	Joannes.	455
1323	49	Gerardus.	458
1324	50	Thomas de Murro.	ib.
1326	51	Ambroſius.	ib.
1333	52	Jo Baptiſta Acciajolus.	459
1342	53	Bernardus de Martellinis.	ib.
1348	54	Guillelmus Muollus.	ib.
13[illegible]8	55	Vitalis.	460
1363	56	Bencivennus.	ib.
1368	57	Lucius.	ib.
1379	58	Jacobus.	ib.
1383	59	Averardus.	461
1391	60	Jacobus.	ib.
1394	61	Ioannes.	ib
1398	62	Iacobus de Saladinis.	ib.
1405	63	Gregorius Maleſardus.	462
1419	64	Victor.	ib.
1425	65	Sebaſtianus.	ib.
1426	66	Paulus Ferrantes.	ib.
1431	67	Auguſt. de Favaronibus.	463
1435	68	Antonius Malateſta.	ib.
1475	69	Dominicus Camiſatus.	ib.
1475	70	Ioannes Venturellus.	ib.
1486	71	Petrus Menzius.	ib.
1504	72	Fatius Sanctorius.	ib.
1510	73	Chriſtoph. de Spiritibus.	464
1545	74	Io. Baptiſta de Spiritibus.	ib.
1557	75	Odoardus Gualandus.	ib.
1588	76	Camillus Gualandus.	ib.
1609	77	Michael Angelus Tontus	ib.
1622	78	Franciſcus Sacratus.	465
1623	79	Laurentius Campegius.	466
1629	80	Petrus Bonaventura.	ib.
1655	81	Flaminius Marcellinus.	ib.
1677	82	Iacobus Elephantuccius.	ib.
1680	83	Iacobus Maria Urſinus.	ib.
1686	84	Io: Caſimirus Denoff.	ib.
1697	85	Io: Fontana.	467
1716	86	Marcus Battaglini.	ib.

CERVIENSIUM.

501	1	S.Geruntius.	468
650	2	Bonus.	ib.
853	3	Adrianus.	ib.
861	4	Ioannes.	ib.
967	5	Stephanus.	ib.
997	6	Leo.	ib.
	7	Lucidus.	ib.
1069	8	Bonus.	ib.
1151	9	Petrus.	ib.
1166	10	Albertus.	ib.
1174	11	Hugo.	469
1187	12	Theobaldus.	ib.
1200	13	Albertus.	ib.
1209	14	Simon.	ib.
1223	15	Ruſticus.	ib.
1232	16	Ioannes Urſarola.	ib.
1254	17	Iacobus.	473
1256	18	Ubaldus.	ib.
1266	19	Thomas.	ib.
1270	20	Theodoricus.	ib.
1307	21	Matthæus.	474
1317	22	Vvido Gennarius.	ib.
1324	23	Franciſcus.	ib.
1324	24	Gerardus.	ib.
1329	25	Superantius Lambertucc.	ib.
1342	26	Guadagnus de Majolis.	ib.
1364	27	Ioannes de Placentinis.	ib.
1370	28	Bernardus Guaſconus.	ib.
1382	29	Ioannes Viventius.	ib.
1383	30	Vvillelmus Alidoſius.	475
1390	31	Ioannes.	ib.
1394	32	Pinus.	ib.
1402	33	Paulus.	ib.
1431	34	Chriſtophorus.	ib.
1435	35	Antonius Corarius.	ib.
1448	36	Petrus Barbus.	ib.
1456	37	Iſidorus	476
1456	38	Franciſcus Portius.	ib.
1474	39	Achilles Mareſcottus.	ib.
1486	40	Thomas Cataneus.	ib.
1515	41	Petrus de Fliſco.	ib.
1528	42	Paulus Cæſius.	ib.
1528	43	Octavius Cæſius.	ib.
1534	44	Io. Andreas Cæſius.	477
1545	45	Scipio Sanctacrucius.	ib.
1576	46	Octavius Sanctacrucius.	ib.
1582	47	Laurentius Campegius.	ib.
1585	48	Decius Azzolinus.	ib.
1587	49	Annibal de Paulis.	ib.
1591	50	Alphonſus Vicecomes.	ib.
1601	51	Bonifacius Bevilaqua.	ib.
1627	52	Io. Franc. Guidius.	478
1635	53	Franc. Maria Merlinus.	ib.
1646	54	Pomponius Spretus.	ib.
1655	55	Franciſcus Gherius.	ib.
1662	56	Anſelmus Dandinus.	ib.
1665	57	Hieronymus Sanctolini.	ib.
1668	58	Io: Franc. Riccamontius	481
1709	59	Camillus Spreti.	ib.

COMACLENSIUM.

500	1	Pacatius.	482
702	2	Vincentius.	ib.
827	3	Vitalis.	ib.
861	4	Cyprianus.	ib.
879	5	Stephanus.	ib
962	6	Bernardus.	483
997	7	Georgius	ib.
1050	8	Ioannes.	ib.
1086	9	Adalbertus.	ib.
1141	10	Henricus.	ib.
1205	11	Ioannes.	ib
1227	12	Donatus.	ib.
1243	13	N.	ib
1253	14	Boſius.	ib.
1272	15	Michael.	ib.
1283	16	Honoratus.	ib.
1304	17	Petrus Manicellus.	ib.
1318	18	Superantius.	484
1329	19	Franciſcus de Boatheriis.	ib.
1333	20	Bartholomæus.	ib.
1348	21	Pacius.	ib.
1349	22	Remigius.	ib.
1358	23	Guillelmus.	ib.
1370	24	Theobaldus.	ib.
1382	25	Blaſius.	ib
1385	26	Simon Salterellus.	ib.
1369	27	Petrus Bonus.	ib.
1402	28	Iacobus de Obiziis.	ib.
1404	29	Ioannes de Strata.	485
1413	30	Alber. de Bonchriſtianis.	ib.
1432	31	Maynard. de Contrariis.	ib.
1460	32	Franciſcus de Folianis.	ib.
1471	33	Philippus Zobolus.	486
1497	34	Maladuſius Ettenſis.	ib.

1506

An.Chr.			Columna.
1506	35	Thomas Turchius.	486
1514	36	Ghillinus de Ghillinis.	ib.
1548	37	Alphonſus Roſſettus.	487
1563	38	Hercules Sacratus.	488
1592	39	Horatius Giraldus.	ib.
1617	40	Alphonſus Sacratus.	ib.
1625	41	Camillus Morus.	ib.
1630	42	Alphonſus Pandulphus.	ib.
1649	43	Julius Cæſar Boreas.	489
1655	44	Sigiſmūdus ex Com. Iſei.	ib.
1670	45	Nicolaus de Arcano.	ib.
1714	46	Franciſcus Beatini.	ib.

FAVENTINORUM.

An.Chr.			Columna.
313	1	Conſtantius.	492
454	2	Ægidius.	ib.
463	3	Juſtus.	ib.
649	4	Leontius.	ib.
680	5	Vitalis.	ib.
824	6	Leo.	ib.
861	7	Romanus.	ib.
880	8	Conſtantinus.	ib.
920	9	Paulus.	ib.
954	10	Gerardus.	ib.
1000	11	Ildeprandus.	ib.
1032	12	Euticus.	494
1057	13	Ugo.	ib.
1056	14	Petrus.	ib.
1076	15	Leo.	ib.
1086	16	Robertus.	ib.
	17	Conon.	ib.
1116	18	Petrus.	ib.
1118	19	Jacobus.	ib.
1141	20	Rambertus.	495
1160	21	Joannes.	498
1192	22	Bernardus Baldus.	500
1203	23	Theodoricus.	ib.
1209	24	Hubaldus.	ib.
1210	25	Rotlandus.	ib.
1220	26	Albertus.	ib.
1251	27	Gualterius.	ib.
1258	28	Jacobus.	ib.
1279	29	Theodoricus.	ib.
1281	30	Vivianus.	ib.
1287	31	Lotharius della Toſa.	501
1301	32	Matthæus.	ib.
1311	33	Ugolinus.	ib.
1337	34	Joannes Bruſatus.	ib.
1343	35	Stephanus Beronus.	ib.
1380	36	Franciſcus de Aguzzonis.	502
1383	37	Angelus Ricaſolus.	ib.
1391	38	Urſus.	ib.
1402	39	Nicolaus de Ubertinis.	503
1406	40	Petrus de Pago.	ib.
1412	41	Sylveſter Caia.	ib.
1428	42	Joannes.	ib.
1438	43	Franciſcus Zanovius.	ib.
1455	44	Joannes de Terma.	504
1458	45	Alexander de Stampis.	ib.
1463	46	Bartholom. Gandulphus.	ib.
1472	47	Federicus Manfredus.	ib.
1484	48	Baptiſta de Canonicis.	ib.
1510	49	Jacobus Paſius.	505
1528	50	Petrus Andreas Gābarus.	ib.
1528	51	Rodulphus Pius.	ib.
1544	52	Theodoricus Pius.	507
1562	53	Jo. Bapt. Seghicellus.	ib.
1575	54	Annibal de Graſſis.	ib.
1585	55	Jo. Antonius de Graſſis.	508
1603	56	Franciſcus Blandrata.	ib.
1605	57	Erminius Valente	509
1618	58	Iulius Monterentius.	511
1623	59	M. Antonius Gozzadinus.	ib.
1623	60	Franciſcus Cenninus.	512
1643	61	Carolus Roſſettus.	ib.
1682	62	Antonius Pignatellus.	ib.
1687	63	Io: Franciſcus Nigronius.	513
1697	64	Marcellus Duratius.	ib.
1710	65	Iulius Piazza.	ib.

FERRARIENSIUM.

An.Chr.			Columna.
330	1	Oldrandus.	517
331	2	Iulius.	ib.
364	3	S. Leo.	ib.
390	4	Agatho.	518
431	5	Virginius.	ib.
451	6	Marcellinus.	ib.
462	7	Ioannes.	ib.
494	8	Marcellus.	ib.
560	9	Victor.	ib.
608	10	Martinus.	ib.
611	11	Leo II.	ib.
634	12	Maurelius.	ib.
649	13	Ioannes.	ib.
657	14	Marinus Sabellus.	ib.
678	15	Andreas.	526
680	16	Iuſtinus.	ib.
772	17	Ioannes.	ib.
824	18	Andreas.	ib.
861	19	Conſtantinus.	ib.
863	20	Viator.	ib.
892	21	Conſtantinus.	531
954	22	Martinus.	532
973	23	Leo.	ib.
1014	24	Ingonus.	ib.
1032	25	Ambroſius.	ib.
1047	26	Rotlandus.	533
1070	27	Gratianus Gabriellius.	535
1083	28	Samuel.	ib.
1090	29	Vvido.	ib.
1099	30	Landulphus.	ib.
1141	31	Griphus.	536
1154	32	Deodatus.	ib.
1169	33	Amatus.	538
1181	34	Presbyter.	539
1183	35	Theobaldus.	ib.
1184	36	Craſſenderius.	ib.
1187	37	Stephanus.	ib.
1192	38	Uguccio.	540
1192	39	Theobaldus.	ib.
1196	40	Ugo.	ib.
1212	41	Rotlandus.	ib.
1236	42	Gravendinus.	ib.
1243	43	Philippus Fontana.	542
1252	44	Joannes Quirinus.	544
1255	45	Angelus Maltraverſus.	ib.
1255	46	Uguccio.	ib.
1256	47	Ioannes.	ib.
1261	48	B. Albertus de Pandonis.	ib.
1274	49	Guillelmus.	ib.
1290	50	Federicus.	ib.
1304	51	Othobonus de Carreto.	545
1304	52	Vvido de Pileo.	ib.
1332	53	Vvido Abaſius.	ib.
1349	54	Philippus de Antella.	546
1356	55	Bernardus.	547
1373	56	Petrus de Stagno.	ib.
1377	57	Aldobrandinus Eſtenſis.	ib.
1381	58	Vvido Abaſius.	ib.
1386	59	Thom. de Marzapiſcibus.	ib.
1392	60	Nicolaus Robertus.	548
1401	61	Petrus Bojardus.	ib.
1431	62	B. Ioannes de Toſſiniano.	551
1446	63	Franciſc. de Lignamine.	552
1460	64	Laurentius Roverella.	553
1475	65	Bartholomæus Roboreus.	ib.
1495	66	Ioannes Borgia.	554
1505	67	Hippolytus Eſtenſis.	ib.
1520	68	Ioannes Salviatus.	55
1550	69	Hippolytus Eſtenſis.	556
1553	70	Aloyſius Eſtenſis.	557
1563	71	Alphonſus Roſſettus.	ib.
1579	72	Paulus Leonius.	558
1590	73	Ioannes Fontana.	559
1611	74	Io. Baptiſta Lenius.	ib.
1628	75	Laurentius Magalottus.	ib.
1638	76	Franc. Maria Macchiavellus.	560
1655	77	Carolus Pius.	561
1663	78	Io. Stephanus Donghi.	562
1669	79	Carolus Cerrus.	ib.
1695	80	Dominicus Tauruſius.	563
1697	81	Fabritius Paulutius.	ib.
1701	82	Thad. Aloyſ. de Verme.	564
1717	83	Thomas Ruffus.	565

FOROLIVIENSIUM.

An.Chr.			Columna.
350	1	S. Mercurialis.	574
	2	Theodorus.	576
649	3	Creſcentius.	ib.
680	4	Vincentius.	ib.
861	5	Apollinaris.	ib.
887	6	Rogerius.	ib.
972	7	Vbertus.	ib.
1084	8	Ioannes.	ib.
1118	9	Petrus.	577
1151	10	Drudus.	ib.
1160	11	Alexander.	ib.
1198	12	Ioannes.	ib.
1221	13	Albertus.	579
1225	14	Ricciardellus de Camin.	ib.
1232	15	Albertus.	ib.
1237	16	Henricus.	ib.
1253	17	Guillelmus.	ib.
1253	18	Hieronymus.	ib.
1253	19	Richelbinus.	ib.
1270	20	Rodulphus.	ib.
1280	21	Henricus.	ib.
1286	22	Raynaldus.	580
1302	23	Thaddæus.	ib.
1303	24	Rodulphus.	ib.
1335	25	Thomas Bertinus.	ib
1342	26	Ioannes de Porta.	ib.
1349	27	Aymericus.	ib.
1352	28	Bartholom. de Sanzeco.	ib.
1381	29	Paulus	ib.
		Ortandus intruſus.	ib.
1384	30	Simon de Paganis.	581
1391	31	Scarpetta de Ordelafis.	ib.
1402	32	Ioannes de Numaiis.	ib.
1412	33	Matthæus.	582
1413	34	Albert. de Bonchriſtianis.	ib.
1413	35	Ioannes Strata.	ib.
1427	36	Ioannes Caſarellus.	ib.
1437	37	Ludovicus de Piranno.	583
1446	38	Marianus Farinata.	ib.
1449	39	Daniel de Alumno.	ib.
1463	40	Iacobus Palatinus.	ib.
1470	41	Alexan. de Malateriis.	584
1485	42	Thomas de Aſte.	ib.
1512	43	Petrus Gryphus.	ib.
1516	44	Bernardus Medices.	585
1519	45	Leonardus Medices.	ib.
1526	46	Nicolaus Rodulphus.	586
1528	47	Bernardus Medices.	ib.
1551	48	Petrus Ioannes Aleotus.	ib.
1562	49	Simeon Aleotus.	ib.
1563	50	Antonius Iannottus.	ib.
1578	51	M. Antonius del Giglio.	587
1580	52	Io. Franciſcus Mazza.	ib.
1587	53	Fulvius Theophilus.	ib.
1594	54	Alex. de Franceſchinis.	ib.
1599	55	Conradus Tartarinus.	ib.
1602	56	Cæſar Bartolellus.	588
1635	57	Iacobus Theodulus.	ib.
1666	58	Claudius Ceccolini.	ib.
1689	59	Ioannes Raſponus.	ib.
1714	60	Thomas Torellus.	589

FOROPOPILIENSIVM, ET BERTINORIEN.

An.Chr.			Columna.
330	1	S. Ruphillus.	594
432	2	Gratus.	598
494	3	Sabinus.	ib.
500	4	Azellus.	ib.
600	5	Fortunatus.	ib.

Digitized by Google

An.Chr.			Column.
621	6	Mailocus.	598
649	7	Stephanus.	ib.
679	8	Magnus.	ib.
753	9	Anſaucus.	ib.
774	10	Anfriſus.	ib.
	11	Agilulfus.	ib.
861	12	Ioannes.	599
954	13	Arnaldus.	ib.
980	14	Guinigiſus.	ib.
997	15	Teupertus.	600
1037	16	Honeſtus.	ib.
1070	17	Petrus.	ib.
	18	Sergius.	ib.
1152	19	Auſaricus.	ib.
1177	20	Gregorius.	601
1179	21	Lanfredus.	ib.
1203	22	Guelphus de Belmontiis.	ib.
1214	23	Ubertellus.	602
1234	24	AEgidius.	ib.
1249	25	Deſignatus.	ib.
1253	26	Ioannes.	ib.
1261	27	Aymericus.	ib.
1270	28	Rivaldinus.	ib.
1286	29	Thaddæus.	ib.
1304	30	Petrus.	607
1321	31	Petrus.	ib.
1321	32	Ubaldus.	ib.
1323	33	Ugolinus.	ib.
1350	34	Robertus.	ib.
1364	35	Robertus de Reſinella.	ib.
1377	36	Theobaldus.	608
1395	37	Urſus de Afflicto.	609
1405	38	Marcus de Teramo.	610
1418	39	Marcus.	ib.
1428	40	Ventura de Abbatibus.	611
1476	41	Iulianus.	ib.
1505	42	Alexander Farneſius.	612
1505	43	Ioannes de Theodulis.	ib.
1511	44	Barthol. de Moratinis.	613
1512	45	Angelus Petrutius.	ib.
1519	46	Raphael Petrutius.	ib.
1520	47	Petrus Petrutius.	ib.
1537	48	Benedictus Converſinus.	ib.
1540	49	Hieronymus Verallus.	614
1541	50	Cornelius Muſſus.	ib.
1544	51	Thomas Catellius.	615
1548	52	Ludovicus Theodulus.	ib.
1563	53	AEgidius Falzetta.	ib.
1564	54	Auguſtinus Molignattus.	ib.
1579	55	Io Andreas Caligarius.	616
1613	56	Innocentius de Maximis.	ib.
1624	57	Ioannes de Robbia.	617
1641	58	Iſidorus de Robbia.	ib.
1659	59	Octavianus Pratus.	618
1660	60	Guido Bentivolus.	ib.
1676	61	Vincentius Caballus.	ib.
1701	62	Io:Bapt. Miſsiroli.	ib.

IMOLENSIUM, ſeu FOROCORNELIEN.

400	1	S.Cornelius.	623
	2	S.Projectus.	ib.
532	3	S.Maurelius.	ib.
	4	Neſtor.	ib.
598	5	N.	ib.
609	6	Bothus.	ib.
680	7	Barbatus.	624
	8	Eugenius.	ib.
861	9	Petrus.	ib.
954	10	Ioannes.	ib.
1017	11	Paulus.	ib.
1056	12	Henricus.	ib.
1076	13	Vvido.	ib.
1089	14	Morandus.	ib.
1095	15	Oldo.	ib.
1118	16	Bennus.	ib.
1148	17	Rodulphus.	ib.
1167	18	Arandus.	627
1170	19	Henricus.	628
1195	20	Theodinus.	631
1198	21	Albertus.	932
1201	22	Albertus.	ib.
1202	23	Hieronymus.	ib.
1230	24	Mainardinus.	ib.
1249	25	Thomas.	637
1265	26	Thomas Ubaldinus.	638
1270	27	Sinibaldus.	ib.
1299	28	Benedictus.	ib.
1299	29	Ioannes Mutus.	ib.
1302	30	Matthæus Urſinus.	639
1317	31	Raimbaldus.	ib.
1342	32	Carolus.	ib.
1354	33	Lithus Alidoſius.	ib.
1383	34	Guillelmus Alidoſius.	640
1384	35	Iacobus Carafa.	ib.
1385	36	Emanuel Fliſcus.	ib.
1390	37	Antonius de Calvis.	ib.
1396	38	Iacobus Guidottus.	ib.
1399	39	Nicolaus.	ib.
1402	40	Hermannus de Brancaleon.	ib.
1411	41	Petrus de Hondedeis.	641
1450	42	Gaſpar.	ib.
1457	43	Antonius Caſtellanus.	ib.
1471	44	Gregorius de Buchis.	642
1479	45	Iacobus Paſſarellus.	ib.
1488	46	Simeon Bonadies.	643
1510	47	Dominicus Scribonius.	ib.
1533	48	Nicolaus Rodulphus.	ib.
1546	49	Hieronymus Dandinus.	ib.
1552	50	Anaſtaſius Ubertus.	644
1560	51	Vitellotius Vitellius.	ib.
1561	52	Franciſcus Guarinus.	645
1569	53	Ioannes II. Aldobrādinus.	ib.
1573	54	Vincentius Herculanus.	ib.
1579	55	Alexander Muſottus.	ib.
1607	56	Ioann. Garſia Mellinus.	646
1611	57	Rodulphus Paleottus.	648
1619	58	Ferdinandus Millinus.	ib.
1645	59	Marius Theodulus.	ib.
1646	60	Marcus Anton. Coccinus.	ib.
1652	61	Fabius Ghiſius.	650
1655	62	Io:Stephanus Donghus.	ib.
1664	63	Franc. Maria Ghiſlerius.	ib.
1672	64	Conſtantius Zanius.	ib.
1696	65	Thadd. Aloyſius de Verme	ib.
1701	66	Philip. Anton Gualterius.	ib.
1710	67	Ulyſſes Ioſeph. Gozzad.	ib.

SASSENATENSIUM.

	1	S.Vicinius.	652
426	2	S.Ruphinus.	654
445	3	Laurentius.	ib.
649	4	Donatus.	ib.
680	5	Stephanus.	ib.
	6	Benno.	ib.
861	7	S.Apollinaris.	ib.
875	8	Lupo.	ib.
	9	Florentius.	ib.
969	10	Ioannes.	ib.
997	11	Alexander.	ib.
1026	12	Ubertus.	655
1052	13	Martinus.	656
	14	V...	ib
1056	15	Henricus.	ib.
	16	Albardus.	ib.
1085	17	Hieremias.	ib.
1130	18	Dominnus.	ib.
	19	Divizzo.	657
1154	20	Ubertus.	ib.
1163	21	Anozius.	ib.
1176	22	Albericus.	ib.
1231	23	Rufinus.	659
1258	24	Ioannes.	660
1265	25	Vvido.	661
1266	26	Gratias.	663
1271	27	Henricus.	ib.
1305	28	Vguccio.	ib.
1327	29	Franciſcus Paulutius.	664
1360	30	Ioannes Nomajus.	665
1385	31	Marcus.	670
1385	32	Benedictus Accorſellus.	ib.
1397	33	Iacobus.	ib.
1398	34	Io.Phil p. Negulantius.	ib.
1445	35	Daniel de Alumno.	671
1449	36	Marianus Farinata.	ib.
1451	37	Fortunatus de Pellicanis.	ib.
1474	38	Antonius Monaldus.	672
1503	39	Galeazzius Cervara.	ib.
1515	40	Antonius Ronchius.	ib.
1523	41	Io. Antonius Ronchius.	ib.
1524	42	Raphael de Alexiis.	ib.
1530	43	Lælius Pius de Rotellis.	ib.
1574	44	Leand. Pius de Rotellis.	675
1581	45	Angelus Perutius.	ib.
1602	46	Nicolaus Brautius.	ib.
1632	47	Amicus Panichius.	676
1635	48	Carolus Bovius.	ib.
1646	49	Cæſar Righinius.	ib.
1658	50	Franciſcus Cajetanus.	ib.
1661	51	Federicus Martinotius.	ib.
1678	52	Franciſcus Chriſolinus.	ib.
1683	53	Bernardinus Marcheſius.	ib.
1699	54	Io:Bapt. Braſchi.	ib.

FIRMANORUM.

	1	S.Adrianus.	682
	2	S.Alexander.	ib.
	3	S.Philippus.	ib.
	4	S.Cyriacus.	ib.
	5	Victorinus.	ib.
	6	Theudicius.	ib.
500	7	Iuſtus.	ib.
539	8	N...	ib.
572	9	Fabius.	683
600	10	Paſſinus.	ib.
650	11	Lobianus.	ib.
780	12	Valpertus.	ib.
826	13	Lupus.	ib.
844	14	Giſus.	ib.
880	15	Theodoſius.	ib.
1016	16	Vbertus.	687
1040	17	Actius.	689
1049	18	Erimannus.	ib.
	19	Golfannus.	ib.
1059	20	Vldaricus.	ib.
	21	Philippus.	ib.
1079	22	Griſforaous.	ib.
1080	23	Vgo.	ib.
1088	24	Oldericus.	ib.
1094	25	Actius.	ib.
	26	Grimoaldus.	ib.
	27	Gualdericus.	ib.
1123	28	Libertus.	ib.
1148	29	Baligaous.	691
1179	30	Petrus.	695
1184	31	Presbyter.	ib.
1205	32	Adonulphus.	698
1214	33	Vgo.	700
1216	34	Petrus.	704
1223	35	Raynaldus.	706
1227	36	Philippus.	707
1250	37	Gerardus.	710
1264	38	Petrus.	ib.
1273	39	Philippus.	ib.
1300	40	Richardus.	711
1301	41	Albericus Vicecomes.	ib.
1317	42	Franciſcus Gentilis.	712
1334	43	Iacobus.	713
1349	44	Bonjoannes.	ib.
1363	45	Alphonſus de Tauro.	ib.
1370	46	Nicolaus.	ib.
1375	47	Antonius de Vetulis.	ib.
1385	48	Angelus de Perleonibus.	714
1406	49	Leonardus de Phyſicis.	ib.
1412	50	Ioannes Formanus.	ib.
1418	51	Petrus Melioratus.	ib.
1425	52	Iacobus Melioratus.	715

Digitized by Google

An.Chr. Columna.
1416 53 Dominicus Capranica. 715
1458 54 Æneas Silvius Piccolomineus. 717
1458 55 Nicolaus Capranica. ibid.
1473 56 Angelus Capranica. 718
1475 57 Hieronymus Capranica. ib.
1479 58 Io.Baptiſta Capranica. ib.
1496 59 Franciſc. Piccolomineus. 719
1500 60 Ludovicus. ib.
1503 61 Franciſcus Romelinus. ib.
1516 62 Ioannes Salviatus. ib.
1521 63 Nicolaus Gaddius. 720
1544 64 Laurentius Lentius. 721
1571 65 Felix Perettus. 722
1577 66 Dominicus Pinellus. ib.
1584 67 Sigiſmundus Zannetinus. 723
1595 68 Octavius Bandinus. 726
1606 69 Alexander Strozzius. 727
1621 70 Petrus Dinus. ib.
1625 71 Io.Baptiſta Rinuccinus. 728
1654 72 Carolus Gualterius. 729
1668 73 Innocentius Gualterius. ib.
1684 74 Io:Franc Ginettus. ib.
1697 75 Balthaſſar Cincius. ib.
1712 76 Hieronymus de Matthæis. ib.

MACERATENSIUM.
1312 1 Federicus. 736
1322 2 Petrus. 737
1347 3 Vvido. ib.
1349 4 Nicolaus. ib.
1367 5 Oliverius. ib.
1383 6 Nicolaus. ib.
1390 7 Angelus Cinus. ib.
1408 8 Iaquellus. 738
1412 9 Angelus Bileonus. ib.
1412 10 Nicolaus. ib
1418 11 Marinus de Tocco. 739
1419 12 Benedictus Guidalottus. ib.
1431 13 Ioannes Vitelleſchus. ib.
1435 14 Thomas Thomaſinus. ib.
1440 15 Nicolaus de Attis. ib.
1460 16 Petrus Georgius. 742
1471 17 Andreas Pellius. ib.
1477 18 Hieron. Baſſus Roboreus. 743
1507 19 Theſeus de Cupis. ib.
1516 20 Aloyſius Taſſus. ib
1535 21 Dominicus de Cupis. ib.
1535 22 Jo.Clericus. 744
1546 23 Philippus de Roccabella. ib.
1553 24 Hieronymus Melchiorius. ib
1573 25 Galeatius Moronus. ib.
1613 26 Felix Centinus. 745
1642 27 Papyrius Silveſter. 746
1660 28 Franciſcus Cini. ib.
1695 29 Fabritius Paulutius. ib.
1698 30 Alexander Varanus. ib.

MONTIS ALTI.
1586 1 Paulus Æmilius Joanninus. 751
1606 2 Tiberius Mindoſius. 752
1608 3 Paulus Urſinus. 753
1640 4 Horatius Juſtinianus. ib.
1645 5 Hieronymus Codebo. 754
1662 6 Cæſar Lancellotus. ib.
1673 7 Aſcanius Paganelli. ib.
1711 8 Lucas Anton Colöbonus. ib.

RIPÆ TRANSONAE.
1571 1 Lucius Sixtus. 760
1575 2 Philippus Sega. 761
1578 3 Nicolaus Aragonia. ib.
1579 4 Troilus Boncompagnus. ib
1582 5 Gaſpar Sillingardus. 762
1591 6 Pompeius de Nobilibus. ib
1607 7 Sebaſtianus Podius. ib.
1630 8 Laurentius Azzolinus. ib.
1634 9 Antonius Aragonius. 763
1636 10 Nicolaus Urſinus. 763
1653 11 Ulyſſes Urſinus. ib.
1680 12 Jo:Georgius Mainardus. ib.
1694 13 Franciſcus Azzolinus. ib.
1695 14 Petrus Alex.Procaccini. ib
1705 15 Joſaphat Baptiſtellus. ib.
1717 16 Georgius Laurus. ib.

SANCTI SEVERINI.
1586 1 Horatius Marzarius. 768
1607 2 Aſcanius Sperellus. 769
1631 3 Franciſcus Sperellus. ib.
1646 4 Angelus Maldachinus. ib.
1677 5 Scipio Nigrellus. ib.
1701 6 Alexander Avius. ib.
1705 7 Alexander de Calvis. ib.

TOLENTINI.
1586 1 Galeatius Moronus. 775
1613 2 Felix Centinus. ib.
1642 3 Papyrius Silveſter. 776
1660 4 Franciſcus Cini. ib.
1695 5 Fabritius Paulutius. ib.
1698 6 Alexander Varanus. ib.

URBINATENSIUM.
313 1 Evander. 785
592 2 Leontius. ib.
680 3 Exhilaratus. ib.
826 4 Marianus. ib.
853 5 Conſtantinus. ib.
861 6 Petrus. ib.
877 7 Ioannes. ib.
887 8 Albertus. ib.
1021 9 Theodoricus. ib.
1050 10 Teuzo. ib.
1059 11 B. Maynardus. ib.
1088 12 Petrus. 786
1179 13 Giſo. ib
1192 14 Vgo. ib.
1214 15 Raynerius. ib.
1220 16 Oddo. ib.
1250 17 Petrus. ib.
1259 18 Vvido. ib.
1285 19 Ægidius. ib.
1309 20 Conradus. ib.
1329 21 Alexander Guidius. ib.
1342 22 Marcus Roncionius. ib.
1347 23 Bartholom. de Caruſis. 737
1350 24 Franciſcus Branchaleo. ib.
1375 25 Gulielmus. ib.
1380 26 Oddo Columna. 788
1402 27 Matthæus. 790
1313 28 Georgius. ib.
1423 29 Thomas Thomaſinus. ib.
1424 30 Iacobus de Bilardis. ib.
1436 31 Antonius Pollidorus. 792
1450 32 Lucius Urſinus. 793
1452 33 Andreas. ib.
1463 34 Hieronymus Staccolus. 794
1468 35 Jo.Baptiſta Mellinus. ib.
1478 36 Lazarus de Racanellis. 795
1484 37 Philip. de Contronibus. ib.
1491 38 Jo Petrus Arrivabenus. ib.
1504 39 Gabriel de Gabriellis. 796
1511 40 Antonius Trombetta. 798
1514 41 Dominicus Grimanus. ib.
1523 42 Jacobus Narduccius. ib.
1540 43 Dionyſius Laurerius. ib.
1542 44 Gregorius Corteſius. 799
1543 45 Julius de Ruvere. ib.
1551 46 Felix Tyrannus. 800
1578 47 Antonius Giannottus. 802
1593 48 Joſeph Ferrerius. ib
1610 49 Benedictus Ala. 803
1621 50 Octavius Accorambonus. ib.
1623 51 Paulus AEmilius Sanctorius. 803
1630 52 Antonius Sanctacrucius. ib.
1639 53 Franciſcus Vitellius. 804
1646 54 Aſcanius Mapheus. ib.
1659 55 Jacobus de Angelis. 805
1667 56 Calliſtus Puccinellus. ib
1675 57 Jo: Baptiſta Candiottus. 806
1685 58 Anton. Franc. Robertus. ib.
1709 59 Franc. Anton. Sanvitalis 807
1716 60 Thomas Maria Marelli. ib.

CALLIENSIUM.
359 1 Gratianus. 811
500 2 Viticanus. ib.
721 3 Donatus. ib.
721 4 Podius. ib.
730 5 Anaſtaſius. ib.
761 6 Rodulphus. ib.
776 7 Adelfredus. ib.
815 8 Paſſinus. ib.
848 9 Andreas. ib.
870 10 Ioannes. ib.
887 11 Adolardus. 812
898 12 Martinus. ib.
968 13 Ioannes. ib.
1045 14 Luitulphus. ib.
1050 15 Marcus. ib.
1060 16 Hugo. ib.
1118 17 Quiricus. ib.
1154 18 Raynerius. ib.
1175 19 Allodericus. 814
1217 20 Anſelmus. 815
1229 21 Albertus. ib.
1232 22 AEgidius. ib.
1259 23 Morandus. 816
1266 24 Hugolinus Aquaviva. 818
1285 25 Guillelmus Saſſonis. ib.
1295 26 Octavianus. 819
1295 27 Angelus. ib
1297 28 Liteardus Cervata. ib.
1309 29 Rogerus de Todinis. ib.
1319 30 Petrus. ib.
1328 31 Albertus de Sicardis. 820
1342 32 Guido. ib.
1348 33 Petrus. ib.
1353 34 Thomas. ib.
1379 35 Auguſtinus. ib.
1398 36 Nicolaus de Marciariis. ib.
1414 37 Io. Petrus de Lutiis. ib.
1430 38 Geneſius. ib.
1440 39 Antonius Severinus. ib.
1444 40 Simon Paul. de Criſpignis. ib.
1460 41 Conſalurius Maſtinus. 821
1474 42 Petrus Antonius Conſalutius. ib.
1478 43 Vvido Boncherius. ib.
1484 44 Barozius. ib.
1494 45 Bartholomæus Torellus. ib.
1498 46 Gaſpar de Gulfis. ib.
1503 47 Ludovicus. ib.
1504 48 Bernardinus de Leis. 822
1505 49 Antonius de Caſtrionis. ib.
1507 50 Gregorius Bengiius. ib.
1513 51 Thomas de Albiziis. ib.
1525 52 Chriſtophorus de Monte. 823
1550 53 Ioannes de Monte. ib.
1554 54 Io. Bapt. Torus. ib.
1567 55 Paul. Marius de Ruvere. 824
1591 56 Aſcanius Libertanus. 825
1607 57 Timocrates Aloyſius. ib.
1610 58 Philippus Bilius. ib.
1619 59 Ioannes Paſſioneus. ib.
1641 60 Pacificus Traſius. ib.
1660 61 Caſtracanus Caſtracani. ib.
1670 62 Andreas Tamantini. ib.
1686 63 Iulius Caſtellanus. ib.
1694 64 Benedictus Luperti. 826
1710 65 Alphonus Bellincini. ib.

FOROSEMPRONIEN.
499 1 Innocentius. 827
826 2 Leopardus. ib.

An. Chriſt.			Column.
853	3	Joannes.	827
876	4	Petrus.	ib.
1044	5	N...	ib.
1059	6	Benedictus.	ib.
1069	7	Adamus.	ib.
1076	8	Fulcoinus.	ib.
1140	9	Gualfridus.	ib.
1192	10	Nicolaus.	ib.
1217	11	Monaldus.	ib.
	12	S. Aldebrandus.	830
	13	B. Richardus.	832
1255	14	Gentilis.	ib.
1285	15	Iacobus.	ib.
1295	16	Monaldus.	ib.
1304	17	Ioannes.	ib.
1305	18	N...:	ib.
1317	19	Petrus.	ib.
1327	20	Philippus.	ib.
1334	21	Arnaldus.	ib.
1342	22	Ugolinus.	ib.
1363	23	Galvanus.	ib.
1379	24	Oddo.	ib
1408	25	Roellus de Roellis.	833
1410	26	Ioannes.	ib.
1432	27	Delphinus Gozzadinus.	ib.
1434	28	Andreas.	ib.
1434	29	Gabriel de Benveduto.	ib.
1449	30	Auguſtinus Lanfranc.	834
1470	31	Hieronymus Sancturius.	ib
1494	32	Paulus.	835
1524	33	Ioannes Guidiccionius.	ib.
1541	34	Nicolaus Ardinghellus.	837
1547	35	Aloyſius Ardinghellus.	838
1569	36	Alexander Mazza.	ib.
1575	37	Horatius Montegranellus	ib.
1579	38	Octav. Accorambonus.	ib.
1609	39	Ioannes Canalius.	ib.
1612	40	Laurentius Landus.	ib.
1627	41	Benedictus Landus.	840
1633	42	Io. Bapt. Landus.	839
1648	43	Io. Bapt. Zecchadorus.	ib.
1696	44	Laurentius Fabri.	ib.
1709	45	Carolus Palma.	840

LEOPOLITANORUM, ſeu FERETRANORUM.

826	1	Agatho.	844
853	2	Stephanus.	ib.
877	3	Maximinus.	ib.
880	4	Ioannes.	ib.
1015	5	Arduinus.	ib.
1059	6	Adulphus.	ib.
1125	7	Petrus.	ib.
1154	8	Arnoldus.	845
1206	9	A...	ib.
1218	10	Ioannes.	ib.
1222	11	Rolandus.	ib.
1252	12	Hugo.	ib.
1252	13	Ioannes.	846
1282	14	Robertus.	ib.
1291	15	Clarus.	ib.
1293	16	Rolandus.	ib.
1295	17	Robertus.	ib.
1319	18	Benvenutus.	ib.
1350	19	Clarus de Peruzziis.	ib.
1388	20	Lucas.	847
1390	21	Benedictus.	ib.
1422	22	Ioannes Sechanius.	ib.
1444	23	Franciſcus Angelus de Clarevallenſibus.	ib.
1450	24	Iacobus Theobaldus.	ib.
1454	25	Andreas.	848
1458	26	Conradus Marcellinus.	ib.
1458	27	Iacobus.	ib.
1459	28	Robertus Adimarius.	ib.
1484	29	Celſus Mellinus.	850
1498	30	Lucas Mellinus.	ib.
1507	31	Antonius.	ib.
1510	32	Paulus de Alexandris.	ib.

An. Chriſti.			Column.
1538	33	Ennius Philonardus.	850
1549	34	Ennius II. Philonardus.	ib.
1565	35	Carolus Vicecomes.	ib.
1567	36	Io Franciſcus Lormanus.	ib.
1601	37	Petrus Cartularius.	855
1607	38	Conſalvus Durandus.	ib.
1643	39	Bernardus Scala.	ib.
1667	40	Antonius de Porſentib.	ib.
1672	41	Iacobus Bonus.	855
1678	42	Bernardinus Belluccius.	ib.
1703	43	Petrus Valerius Martorel.	ib.

PISAURIENSIUM.

247	1	Florentius.	858
302	2	s. Decentius.	ib.
347	3	s. Heraclianus.	ib.
499	4	Germanus.	ib.
500	5	Felix.	ib.
589	6	Felix.	ib.
649	7	Maximus.	ib.
680	8	Beatus.	ib.
743	9	Andreas.	ib.
820	10	Dominicus.	ib.
853	11	Raguel.	ib.
869	12	Ioſeph.	ib.
877	13	Adonius.	ib.
887	14	Laurentius.	ib.
	15	Raynerius.	ib.
998	16	Adelbertus.	ib.
1044	17	N...	ib.
1059	18	Petrus.	859
1062	19	Dominicus.	ib.
1074	20	Michael.	ib.
1123	21	Bambo.	ib.
1177	22	Stephanus.	ib.
1179	23	Petrus.	ib.
1188	24	Vvido.	ib.
1190	25	Henricus.	ib.
1217	26	N...	ib.
1225	27	Peregrinus.	ib
1228	28	Bartholomæus.	ib.
1268	29	Hugo.	ib.
1269	30	Nicolaus.	ib.
1272	31	Thomas.	ib.
1282	32	Franciſcus.	ib.
1283	33	Accurſius.	ib.
1292	34	Salvus.	ib.
1296	35	Iulius.	ib.
1296	36	Petrus.	ib.
1316	37	Iunta.	ib.
1317	38	Petrus.	ib.
1343	39	Franciſcus Vinoli.	ib.
1346	40	Homodeus.	860
1354	41	Blaſius Geminelli.	ib.
1357	42	Henricus.	ib.
1358	43	Nicolaus.	ib.
1370	44	Lealis Malateſta.	ib.
1373	45	Angelus Feduccius.	ib.
1386	46	Franciſcus.	ib.
1398	47	Angelus Roccius.	ib.
1407	48	Antonius Caſinus.	861
1409	49	Bartholomæus Caſinus.	ib.
1419	50	Ioannes de Benedictis.	ib.
1471	51	Barnabas Merlonius.	ib.
1473	52	Thomas de Vincentiis.	ib.
1478	53	Laurentius Capoferrus.	ib.
1487	54	Neſtor Malvaſia.	862
1488	55	Aſcanius Maria Sfortia.	ib.
1491	56	Aloyſius Capra.	ib.
1499	57	Franciſcus Oricellarius.	ib.
1504	58	Franciſcus de Ricchard.	ib.
1508	59	Albertinus Roboreus.	863
1513	60	Paris de Graſſis.	ib.
1528	61	Iacobus Simonetta.	ib.
1536	62	Ludovicus Simonetta.	ib.
1560	63	Iulius Simonetta.	864
1576	64	Robertus Saxatellus.	ib.
1588	65	Cæſar Benedictus.	ib.
1609	66	Bartholomæus Georgius.	ib.

Ann. Chriſti.			Column.
1612	67	Malateſta Baleoneus.	864
1641	68	Ioan. Franc. Paſſioneus.	ib.
1658	69	Io. Lucidus Palumbara.	ib.
1667	70	Alexander Dioralleviús.	ib.
1677	71	Hieronymus Valvaſor.	ib.
1688	72	Alexander Avius.	ib.
1702	73	Philippus Carolus Spada.	ib.

SENOGALLIENSIUM.

502	1	Venantius.	866
562	2	B. Bonifacius.	ib.
590	3	Sigiſmundus.	ib.
623	4	Maximus.	867
649	5	Maurus.	ib.
761	6	Anaſtaſius.	ib.
826	7	Paulinus.	ib.
853	8	Samuel.	ib.
861	9	Atticarius.	ib.
871	10	Petrus.	ib.
882	11	Severus.	ib.
885	12	Oroſius.	ib.
887	13	Benvenutus.	ib.
897	14	Iacobus.	ib.
1059	15	Theodoricus.	ib.
1062	16	Guillelmus.	868
1146	17	Tranſmundus.	ib.
1179	18	Iacobus.	ib.
1163	19	Henricus.	ib.
	20	Tranſmundus.	ib.
1223	21	Benno.	ib.
1232	22	Iacobus.	869
1271	23	Philippus.	ib.
	24	I...	870
1284	25	Federicus.	ib.
1288	26	Sigiſmundus.	ib.
1291	27	Theodinus.	ib.
1295	28	Franciſcus.	ib.
1308	29	Ioannes.	ib.
1309	30	Gratias.	ib.
1318	31	Franciſcus de Sylveſtris.	ib.
1321	32	Ugolinus.	873
1323	33	Federicus.	ib.
1328	34	Ioannes.	ib.
1350	35	Vgolinus.	ib.
1357	36	Ioannes de Pananeis.	ib.
1369	37	Chriſtophorus.	ib.
1369	38	Rodulphus.	874
1376	39	Petrus Amelius.	873
1378	40	Ioannes Vgucciolus.	874
1413	41	Laurentius Riccius	874
1419	42	Simeon de Vigilantibus.	ib.
1428	43	Franciſcus Mellinus.	ib.
1432	44	Bartholomæus.	875
1438	45	Antonius Columbella.	ib.
1467	46	Chriſtophor. e Brandata.	876
1477	47	Marcus Vigerius.	ib.
1513	48	Marcus II. Vigerius.	877.
1550	49	Urbanus Vigerius.	ib.
1571	50	Hieronymus Ruſticuccius.	ib.
1577	51	Franc. Maria Henricus.	878.
1591	52	Rodulphus.	ib.
1601	53	Anſaldus de Anſaldis.	879.
1625	54	Antonius Barberinus.	ib.
1628	55	Laurentius Campegius.	ib.
1645	56	Cæſar Facchinettus.	880
1655	57	Franciſcus Cherubinus	881
1657	58	Nicolaus a Balneo	ib.
1659	59	Claudius Marazzanus	ib.
1682	60	Raynutius Baſchius	ib.
1686	61	Mutius Dandinus	ib.
1706	62	Io: Dominicus Paraccianus.	ib.

URBANIENSIUM, & S. ANGELI IN VADO.

1636	1	Honoratus de Honoratis.	892
1684	2	Horatius Hondedei.	894
1688	3	Petrus Baruſius.	ib.
1709	4	Antonius Antonellus.	ib.
1714	5	Io: Vincentius Caſtellus.	ib.

Digitized by Google

INDEX

Nominum omnium Epiſcoporum, qui in hoc Secundo Tomo Italiæ Sacræ continentur, ordine alphabetico diſpoſitus.

Prior num. Columnam, poſterior numerum Marginalem notat.

A

Aron. *Regien.* 251.34
Accurſius *Piſaurenſis.* 859.33
Achilles de Graſſis *Bononien.* 37.92
Mareſcottus. *Cervienſis.* 476.39.
Actius *Firmanus.* 689.17.25
Adamus *Foroſempronien.* 827.7
Adalbertus, *Regien.* 280.48
Addo *Placentinus.* 211.43
Adelardus Triſſinus *Regien.* 265.42
Adelbertus *Comaclen.* 483.9
Piſauren. 858.16
Adelfredus *Bononien.* 14.53.
Callien. 811.7
Adelmus *Regien.* 247.24, 288.55
Adeodatus. *Mutinen.* 95.14
Parmen. 157.19
S. Aderitius *Ravenn.* 327.2
B Adolardus *Callien.* 812.11
Adonius *Piſauren.* 858.13
Adonulphus *Firmanus.* 698.32
Adrianus *Bonon.* 20.10
Cervien. 468.3
Firman. 682.1
Regien. 243.14
Sermattei S. Domnini. 72.11
Adulphus *Leopolit.* 844.6
S. Æduus *Bonon.* 8.2
Ægidius *Ariminen.* 435.55
Callien. 815.22
Faventinus. 492.2
Mutinen. 116.29. & 119.37
Placentinus. 223.52
Popilien. 606.24
Ravennas. 374.79
Urbinas. 786.19.
Falzetta *Popilien.* 615.53
de Foſcharariis *Mutinen.* 137.68
C Aeneas Silvius Piccolomineus *Firman.* 117.54
Agapitus *Ravennat.* 328.10
Agatho *Feretranus.* 844.1
Ferrarien. 518.4
Agilulphus *Popilien.* 598.11
Agnellus *Ariminen.* 419.10. & 11
Raven. 337.30
Alambertus *Bononien.* 12.45
Albardus *Saſſenaten.* 656.16
Albergus *Ariminen.* 423.23
Albericus *Regien.* 298.57
Albericus *Saſſenaten.* 657.22
Vicecomes *Firmanus.* 711.41
Alberius *Regien.* 292.56
Albertinus Roboreua *Piſauren.* 863.59
Albertus *Bononien.* 12.49
Callien. 815.21
Cervien. 468.10. & 469.13
Faventinus. 500.26
D *Imolen.* 632.21
Livienſis. 579.13. & 15
A Albertus *Ravennas.* 373.78
Urbinas. 877.8
Acciajolius *Bonon.* 24.73
Anſelmius *Parmen.* 178.36
Auxolettus *Imolen.* 632.22
Baduarius *Cremen.* 62.5
de Bonchriſtianis *Comaclen.* 485.30
de Bonchriſtianis *Livien.* 582.34
Boſchettus. *Mutinen.* 124.40
B. Albertus de Pandonis *Ferrarien.* 544.48
B. Albertus de Pandanis *Placentin.* 225.53
Sanvitalius *Parmen.* 178.35
de Sicardis *Callien.* 820.31
Vicecomes *Placentin.* 227.55
Alboinus *Parmen.* 144.11
S. Aldebrandus *Foroſempronien.* 830.12.
Aldobrandinus Ateſtinus *Mutinen.* 130.51
Eſtenſis *Adrien.* 403.27
Eſtenſis *Ferrarien.* 547.57
B Alemannus de Donatis *Mutinen.* 129.50
S. Alexander *Firmanus.* 682.2
Livienſis. 577.11
Saſſen. 654.11
Alexander Avius *Piſauren.* 864.72
Avius *S. Severi.* 769.6
de Calvis *S. Severi.* 769.7
Campegius *Bononien.* 39.94
Diotallevius *Piſauren.* 864.70
Eſtenſis *Regien.* 318.86
Farneſius *Parmen.* 187.53
Farneſius *Parmen.* 188.54
Farneſius *Popilien.* 612.42
de Franciſchis *Livien.* 587.54
de Guidiis *Urbinas.* 786.21
Ludoviſius *Bononien.* 52.100
de Malateriis *Livien.* 584.41
Mazza *Foroſempron.* 838.36
Muſottus *Imolen.* 645.55
Pallavicinus *S. Domnini.* 72.6
C Rangonius *Mutinen.* 139.74
de Roncoveteri *S. Domnini.* 72.10
Rubeus *Parmen.* 192.59
Scappius *Placentinus.* 237.88
Sforzia *Parmen.* 190.56.
de Stampis *Faventinus.* 504.45
Strozza *Firmanus.* 727.69.
Varanus *Macerat.* 746.30
Alexius *Placentinus.* 232.72
Alidoſius de Alidoſiis *Ariminen.* 425.40
Allodericus *Callien.* 814.19
Aloyſius *Ariminen.* 423.30.
Ardinghellus *Foroſempronien.* 838.35
Ateſtinus *Ferrarien.* 557.70
Capponius *Ravennas.* 396.108
Capra *Piſauren.* 862.56
Taſſus *Maceraten.* 743.20
Alphonſus Bellincini *Callien.* 826.65.
Paleottus *Bononien.* 46.98
D Pandulphus *Comaclen.* 486.42
Puteus *S. Domnini.* 70.3

Alphonſ. Roſſettus *Comaclen.* 487.37
Roſſettus *Ferrarien.* 557.71
Sacratus *Comaclen.* 488.40
de Tauro *Firman.* 713.45
Viceccomes *Cervien.* 477.50
Amatus *Ferrarien.* 538.33
Ambroſius *Ariminen.* 424.32
Caſenaten. 458.51 *Ferrarien.* 532.25
Amicus Panichius *Saſſenaten.* 676.47
Amon *Regien.* 249.30
Anaſtaſius *Callien.* 811.5
Senogallien. 867.6
Ubertus *Imolen.* 644.50
Andreas *Ariminen.* 426.41
Callien. 811.9
Feretranus. 848.25
Ferrarien. 526.15.& 18
Foroſempronien. 833.28
Piſauren. 858.9
Placentin. 230.66
Urbinas. 793.33
Pellius *Maceraten.* 742.17
Tamantini *Callien.* 825.62
Anfriſus *Popilien.* 598.10
Angelus *Ariminen.* 427.42
Callien. 819.27
Baleoneus *Maceraten.* 738.9
Cæſius *Ariminen.* 440.72
Capranica *Firman.* 716.56
Cinus *Maceraten.* 737.7
Feduccius *Piſauren.* 860.45
Maldachinus *S. Severini.* 769.4
Maltraverſius *Ferrarien.* 544.45
de Perleonibus *Firman.* 714.48
Petrutius *Popilien.* 613.45
Perutius *Saſſenaten.* 675.45
Ranutius *Bonon.* 54.105
Ricaſolus *Faventin.* 502.37
Roccius *Piſauren.* 860.47
Annibal de Graſſis *Faventin.* 507.54
de Paulis *Cervien.* 477.49
Anozius *Saſſenaten.* 657.21
Anſaldus de Anſaldis *Senogall.* 879.53
Anſaucus *Popilien.* 598.9
Anſelmus *Callien.* 815.20
Ravennas. 368.74
Dandinus *Cervien.* 480.56
Antoninus *Regien.* 241.3
Antonius *Adrien.* 403.29
Feretran. 850.31
Mutinen. 75.3
Antonellus *Urbanien.* 894.4
Arigonius *Ripanus.* 763.9
Barberinus *Senogallien.* 879.54
de Calvis *Imolen.* 640.37.
Caſinius *Piſauren.* 861.48
Caſtellanus *Imolen.* 641.43
de Caſtrianis *Callien.* 822.49
Columbella *Senogallien.* 875.45
Corſarius *Ariminen.* 432.50
Corarius *Bononien.* 29.81
Corarius *Cervien.* 475.35
Franciſcus Robertus *Urbinas.* 806.58
Giannottus *Urbin.* 802.47
Jannottus *Livien.* 586.50
Malateſta *Caſenaten.* 463.68
Maria de Monte *Ariminen.* 438.64
Monaldus *Saſſenaten.* 672.38
Pignatellus *Favent.* 512.62
Pollidorus *Urbinas.* 792.31
de Poſſentibus *Leopolit.* 855.40
Ronchius *Saſſenaten.* 627.40
de Sanctacruce *Urbin.* 803.52
Severinus *Callien.* 820.39
Trivultius *Placentin.* 233.78
Trombetta *Regien.* 312.74
Trombetta *Urbin.* 798.40
Vaira *Adrien.* 409.58
de Vetulis *Firman.* 713.47

S. Apollinaris *Forolivien.* 376.5
S. Apollinaris *Ravennas.* 327.1
Regien. 243.23
Saſſenaten. 654.8
Arandus *Imolen.* 627.18.
Ardicius *Placentinus.* 220.48
Ardingus *Mutinen.* 103.20.
Arditius *Mutinen.* 119.36
de Comitibus *Mutinen.* 125.42
Arduinus *Feretranus.* 844.5
de Comitibus *Mutinen.* 125.42
Arduinus *Feretranus.* 844.5.
Placentinus. 211.44
Arialdus *Parmen.* 172.30
Aribaldus *Regien.* 261.41
Aricius *Placentin.* 197.6
Arnaldus *Foroſempronien.* 832.21
Popilien. 599.13
Arnoldus *Feretran.* 845.8
Ravennas. 359.95
Sabaterius *Bononien.* 23.71
Articiarius *Senogal.* 867.9
Artius *Parmen.* 144.4
Aſcanius Libertanus *Callien.* 825.56
Maphæus *Urbin.* 804.54
Maria Sfortia *Piſaurien.* 862.55
Paganilli *Montisalti.* 754.7
Pariſanus *Ariminen.* 438.65
Sperellus *S. Severini.* 769.2
Aſtulphus *Adrien.* 401.6
Atho *Adrien.* 401.8
Averardus *Caſenaten.* 461.59
Auguſtinus *Callien.* 820.35
de Favaronibus *Caſen.* 462.67
Lanfranchus *Foroſempron.* 834.30
Molignattus *Popilien.* 615.54
Auguſtus de Bellincinis *Regien.* 320.91
Aurelianus *Ravenn.* 334.25
Auſaricus *Popilien.* 600.19
Aycardus *Parmen.* 144.10
Aymericus *Caſenat.* 453.66
Livien. 580.27 *Popilien.* 606.27
Ravenn. 388.88
Chattus *Bononien.* 26.76
Azellus *Popilien.* 598.4
Azzio *Regien.* 250.32
Azzius *Regien.* 253.35

B

Balthaſſar Cincius *Firmanus.* 729.75
Bambo *Piſauren.* 859.21
Bandellus Bandellius *Arimin.* 430.48
Baptiſta de Canonicis *Faventin.* 504.48
Pallavicinus *Regien.* 311.73
Barbatus *Bonon.* 11.33
Imolen. 624.7
Barnabas Marlonius *Piſauren.* 861.51
Barozius *Callien.* 821.44
Bartholomæus *Arimin.* 429.47
Comaclen. 484.19
Livien. 580.28
Piſauren. 859.28
Regien. 309.67
Senogall. 875.44
Boſchettus *Mutinen.* 125.43
Caccia *Placent.* 232.71
de Caruſis *Urbin.* 787.23
Caſinius *Piſauren.* 861.49
de Coccapanis *Arimin.* 436.56
Gandulſus *Faventin.* 504.46
Georgius *Piſauren.* 864.66
Malateſta *Arimin.* 433.52
de Moratinis *Popilien.* 613.44
de Raymundis *Bonon.* 28.80
Roboreus *Ferrarien.* 553.65
Roverella *Adrien.* 404.35
Roverella *Raven.* 391.98
Torellus *Callien.* 821.45
S. Baſilius *Bononien.* 8.6

Digitized by Google

Baſſianus *Mutinen.* 83.8
Beatus *Piſauren.* 858.8
Beltraminus Paravicinus *Bonon.* 24.74
Beltrandus Conſtabilis *Adrien.* 405.42
Bencivennus *Caſenat.* 460.56
Benedictus *Adrien.* 401.7
Feretran. 847.21
Foroſempron. 827.6
Imolen. 638.28
Mutinen. 116.28
Accoltus *Ravennas.* 393.102
Accorſellus *Saſſenat.* 670.32
Ala *Urbinas.* 803.49
Converſinus *Popilien.* 613.48
Guidalottus *Maceraten.* 739.12
Landus *Faroſempon.* 840.41
Luperti *Callien.* 826.64
Manzolius *Regien.* 317.83
Benenatus *Regien.* 243.15
Benno *Arimin.* 223.28
Caſenat. 477.37
Imolen. 624.16
Saſſenat. 654.6
Senogallien. 868.21
Benvenutus *Feretran.* 846.18
Senogall. 867.13
Borghiſinus *Adrien.* 403.26
Berlingerius Gypſius *Arimin.* 439.70
Bernardinus Belluccius *Feretran.* 856.42
de Leis *Callien.* 822.48
Marcheſius *Saſſenat.* 676.53
Scala *Feretran.* 855.39
Bernardus *Bonon.* 17.57.& 27.77
Comaclen. 483.6
Ferrarien. 547.55
Parmen. 184.46.& 172.31
Placentin. 202.28.& 228.60
Balbus *Faventin.* 500.22
de Bonavalle *Arimin.* 428.44
de Guaſconis *Cervien.* 474.28
de Martellinis *Caſenat.* 459.53
Medices *Livien.* 585.44.& 586.47
S. Bernardus de Ubertis *Parmen.* 168.28
Berttrandus de Boriano *Parmen.* 184.44
Blaſius *Comaclen.* 484.25
Geminellus *Piſauren.* 860.41
Novellus *Adrien.* 404.37
Bonadamus Boſchettus *Mutinen.* 129.46
Bonaventura *Ariminen.* 423.27
Bonifacius *Adrien.* 402.22
Mutinen. 129.49
Placentin. 198.13
B. Bonifacius *Senogallien.* 866.2
Aliardus *Adrien.* 408.44
Arlottus *Regien.* 313.75
Bevilaqua *Cervien.* 477.51
Fliſcus *Ravenn.* 381.85
BonIncontrus *Mutinen.* 129.47
Bonjoannes *Firman.* 713.44
S. Bonitius *Placentinus.* 210.41
Bonus *Cervien.* 468.2.& 8
Ravennas. 341.36
Senior *Regien.* 286.54
Boſus *Placentin.* 206.31
Bothus *Imolen.* 623.6
Boſius *Comaclen.* 483.14
Branda Caſtillionæus *Placentin.* 231.70
Buliganus *Firman.* 692.29

C

CAdolus *Parmenſis* 166.25
Cæſar Bartolellus *Livien.* 588.56
Benedictus *Piſauren.* 864.65
Facchinettus *Senogal.* 880.56
Lancellottus *M. Alti.* 754.6
Righinius *Saſſen.* 676.49
Cajetanus Garimbertus *S. Domnini.* 72.7
Cajus *Parmen.* 144.6
A Calliſtus *Regien.* 243.21
Puccinellus *Urbinas.* 805.56
S. Calocerus *Raven.* 328.5
Camillus Gualandus *Caſen.* 464.76
Marazzanus *Parmen.* 194.65
Morus *Comaclen.* 488.41
Spreti *Cervien.* 481.59
Candidus *Caſenat.* 446.19
Carolus *Imolen.* 639.32
Bojardus *Mutinen.* 131.56
Bovius *Saſſenat.* 676.48
Cerrus *Ferrarien.* 562.79
Gualterius *Firman.* 729.72
Labia *Adrien.* 408.56
Molza *Mutinen.* 140.78
Nembrinus *Parmen.* 193.62
Palma *Sempron.* 840.45
Pius *Ferrarien.* 561.77
Roſſettus *Faventinus.* 512.61
Vicecomes *Feretran.* 850.35
B Caſtorius *Ariminen.* 418.9
Caſtracanus Caſtracani *Callien.* 825.61
Catalanus Trivultius *Placentin.* 234.81
Cathariſinus *Placentinus.* 198.15
Celſus Mellinus *Feretran.* 850.29
Chariſſimus *Bonon.* 11.32
Chriſtophorus *Ariminen.* 433.51
Bonon. 511.38
Cervien. 475.34
Senogallien. 873.34
Boncompagnus *Ravenn.* 394.104
e Brandata *Senogall.* 876.46
de Monte *Callien.* 823.52
de Spiritibus *Caſenaten.* 464.73
Chromatius *Regien.* 241.2
Clarus *Feretranus.* 846.15
Clarus de Peruziis *Feretran.* 846.19
Claudius *Caſenat.* 446.21
Ceccolini *Livien.* 588.58
Marazzanus *Senogal.* 881.59
C Rangonius *Placentin.* 236.86
Regien. 318.85
Clemens *Bononien.* 14.50
Cletus *Mutinen.* 75.1
Concordius *Caſenaten.* 443.6.& 445.15
Condelardus *Regien.* 280.46
Conon. *Regien.* 280.39
Favent. 494.7
Conradus *Urbinas.* 786.20
Marcellinus *Feretran.* 848.26
Tartarinus *Livien.* 587.55
Conſalutius de Maſſinis *Callien.* 821.41
Conſalvus Durandus *Leopolit.* 855.38
Conſtantinus *Bononien.* 11.23
Caſenaten. 446.18.& 27
Faventinus. 492.8
Ferrarien. 526.19.& 21
Ravennas. 351.58
Regien. 243.20
Urbinas. 785.5
D Conſtantius *Faventinus.* 492.1
Zanius *Imolen.* 650.64
Corraſius *Regien.* 241.6
Corradus de Georgiis *Placent.* 229.65
S. Cornelius *Imolen.* 623.1
Cornelius Muſſus *Popilien.* 614.50
Craſſenderius *Ferrarien.* 539.36
Creſcentius *Forolivien.* 576.3
Coſmatus Melioratus *Bononien.* 27.79
Melioratus *Ravenn.* 390.95
Cyprianus *Comaclen.* 482.4
Parmen. 144.3
Pavonus *Ariminen.* 440.71
S. Cyriacus *Firmanus.* 682.4

D

DAmianus *Ravennas.* 342.40
D. Daniel de Alumno *Livien.* 583.39

S. Da-

Daniel de Alumno *Saſſenaten.* 671.35 A
S. Datus *Ravennas.* 328.8
S. Decentius *Piſauren.* 858.2
Decius Azzolinus *Cervien.* 477.48
Delphinus *Mutinen.* 132.59
Parmen. 185.47
Gozzadinus *Foroſempronien.* 833.27
Deodatus *Ferrarien.* 536.32
Regien. 243.11
Deſiderius *Caſenaten.* 44.33
Placentin. 199.22
Deſignatus *Popilien.* 606.25
Deuſdedit *Bononien.* 11.25
Ravenn. 346.51
Dionyſius *Mutinen.* 75.2
Placentin. 208.39
Laurerius *Urbinas.* 798.43
de Reſtanis *Mutinen.* 130.53
Divizzo *Saſſenaten.* 657.19
Dodo *Caſenaten.* 446.29
Mutinen. 116.30 B
Domitianus *Bononien.* 8.4
Dominicus *Piſauren.* 858.10.& 859.19
Camiſſatus *Caſenaten.* 463.69
Capranica *Firmanus.* 715.53
de Cupis *Maceraten.* 743.21
Grimanus *Urbinas.* 798.41
Maria Curſius *Arimin.* 441.76
Pinellus *Firman.* 722.66
Scribonius *Imolen.* 643.47
Tauruſius *Ferrar.* 563.80
Ublatella *Ravenn.* 351.54
Domninus *Bononien.* 11.28
Domninus *Placent.* 198.16
Saſſenaten. 656.18
Donatus *Callien.* 811.3
Comaclen. 483.12
Saſſenaten. 654.4
Donodeus *Regien.* 243.13
Drudus *Livien.* 577.10 C

E

Eccleſius *Ravennas.* 335.26
Edurenſis *Bononien.* 11.20
Eiounus *Parmen.* 162.22
Elburgus *Parmen.* 152.16
S. Eleocadius *Ravenn.* 327.3
Elias *Regien.* 241.4
Eliſæus *Bononien.* 11.30
Elpidius *Regien.* 241.8
Emanuel Fliſcus *Imolen.* 640.36
Ennius Philonardus *Feretranus.* 850.33
Philonardus II. *Feretranus.* 850.34
Erchardus *Parmen.* 152.17
Erimannus *Firman.* 689.18
Erminius Valente *Faventinus.* 509.57
Evander *Urbinas.* 785.1
Eubertus *Regien.* 284.52
Everardus *Placentin.* 203.29 D
Eugenius *Imolen.* 624.8
S. Euſebius *Bononien.* 8.7
Euſtachius Locatellus *Regien.* 316.81
Euticus *Faventinus.* 494.12
Exhilaratus *Urbinas.* 785.3
Exuperantius *Ravenn.* 331.20

F

Fabius *Firmanus.* 683.9
Ghiſius *Imolen.* 650.61
Guiniſius *Raven.* 397.110
Fabritius Marlianus *Placentin.* 232.77
Paulutius *Ferrarien.* 563.81
Maceraten. 746.29
Urſinus *Ariminen.* 437.62
Fatius Sanctorius *Caſenat.* 463.72
Faventius *Regien.* 241.7
S. Fauſtinus *Bonon.* 8.3
Joſeph Griphonus *Cremen.* 62.7
Federicus *Ariminen.* 425.38
Ferrarien. 544.50
Maceraten. 736.1
Senogall. 870.25. 873.33
de Ballachis *Ariminen.* 424.34
de Madiis *Placent.* 228.59
Manfredus *Faventin.* 504.47
Martinotius *Saſſenat.* 676.51
Sfortia *Arimin.* 441.73
S. Felix *Bonon.* 8.8
Ravenn. 343.41
Piſauren. 858.5.& 6
Centinus *Maceraten.* 745.26
Centinus *Tolentin.* 775.2
Perettus *Firman.* 722.65
Tyrannus *Urbinas.* 800.46
Ferdinandus Mellin. *Imolen.* 648.58
Ferrantes Farneſius *Parmen.* 191.57
Flaminius Marcellinus *Caſenat.* 466.81
Flavianus *Caſenat.* 443.10
Florentius *Piſauren.* 858.1
Ravenn. 330.15
Saſſenaten. 654.9
B. Florianus *Placentin.* 107.4
Placentin. 198.17
Fortunatus *Popilien.* 598.5
Florus *Adrien.* 402.13
Caſenaten. 445.13.& 446.17.24
Fortunatus de Pellicanis *Saſſenat.* 671.37
Fortunerius Vaſellius *Ravenn.* 389.92
Franciottus Urſinus *Ariminen.* 438.63
Franciſcus *Caſenat.* 451.44
Cervien. 474.23
Piſauren. 859.32. & 860.46
Senogal. 870.28
de Aguzzonis *Favent.* 502.36
Alidoſius *Bonon.* 36.91
Angelus de Clarevallenſibus *Eeep.* 847.23
Antonius Sanvitalis *Urbinas.* 807.59
Azzolinus *Ripanus.* 763.13
Beatini *Comaclen.* 489.46
Blandrata *Favent.* 508.56
de Boatheriis *Comaclen.* 484.19
Branchaleo *Urbinas* 787.24
Cajetanus *Saſſenat.* 676.50
Caſtillionæus *Placent.* 229.63
Cenninus *Favent.* 512.60
Cherubinus *Senogal.* 881.57
Chriſolinus *Saſſenat.* 676.52
Cinus *Macerat.* 746.28
Ferrarius *Mutinen.* 134.63
de Folianis *Comaclen.* 485.32
Gentilis *Firman.* 712.42
Gherius *Cervien.* 480.55
Gonzaga *Bonon.* 35.88
Guarinus *Imolen.* 645.52
de Lignamine *Ferrar.* 502.63
Maria Ghiſlerius *Imolen.* 650.63
Henricus *Senogal.* 878.51
Macchiavellus *Ferrar.* 560.76
Merlinus *Cervien.* 480.53
Martellius *Regien.* 317.82
Mellinus *Senogal.* 874.43
Michaelius *Raven.* 388.90
Oricellarius *Piſaur.* 862.57
Paulutius *Saſſen.* 664.29
Piccolomineus *Firman.* 719.59
Portius *Cervien.* 476.38
de Richardis *Piſaur.* 862.58
Romelinus *Firman.* 719.61
Sacratus *Caſen.* 465.78
Sperellus *S.Severini.* 789.3
de Silveſtris *Senogal.* 870.31
Vinoli *Piſaur.* 859.39
Vitellius *Urbinas.* 804.53
Zanovius *Faven.* 503.43

Fre-

Fredericus *Ravenn.* 359.64 A
Fredulphus *Regien.* 255.36.
S.Fulco Scottus *Placentin.* 222.50
Fulconius *Foroſempron.* 827.8
Fulgerius *Bonon.* 14.52
Fulvius Theophilus *Livien.* 587.53

G

GAbriel *Adrien.* 402.17
Gabriel de Benveduto *Foroſempron.* 833.29
Gabriel de Gabrielilis *Urbinas.* 798.39
Gabriel Paleottus *Bononien.* 41.97
Galeatius Cervata *Saſſenaten.* 672.39
Moronus *Maceraten.* 744.25
Moronus *Tolentin.* 775.1
Gallioniſtus *Adrien.* 401.1
Galvanus *Foroſempron.* 832.23
Gamenulphus *Mutinen.* 100.18
Gandulphus *Regien.* 282.51 B
Gaſpar *Imolen.* 641.42
de Gulfis *Callien.* 821.46
Silingardus *Mutinen.* 138.71
Silingardus *Ripan.* 762.46
S.Gaudentius Ariminen. 412.3
Bononien. 11.31
Gebeardus *Ravenn.* 360.67
Gebizo *Caſenaten.* 447.35
Gemerius *Adrien.* 401.5
s. Geminianus *Mutinen.* 76.4.& 82.6.& 91.12
Regien. 243.22
Geneſius *Callien.* 820.38
Gentilis *Foroſempron.* 832.14
Georgius *Comaclen.* 483.7
Urbin. 790.28
Barni *Placent.* 238.90
Laurus *Ripanus.* 763.16
Gerardus *Bonon.* 10.16.& 17.56.& 18.60.62.
Caſenaten. 458.49
Cervien. 474.24 C
Faventin. 492.10
Firman. 710.37
Ravenn. 372.75
Areoſtus *Bonon.* 19.63
de Portali *Ariminen.* 427.43
Gerbertus *Ravenn.* 353.62
Germanicus Mantica *Adrien.* 408.5.
Germanus *Bonon.* 11.22
Piſauren. 858.4
Geruntius *Cervien.* 468.1
Ghilinus de Ghilinis *Comaclen.* 486.36
Gibertus *Regien.* 261.40
Ravenn. 363.70
Giſio *Mutinen.* 92.13
Giſo *Urbin.* 786.13
Giſus *Firman.* 683.14
Goffredus *Parmen.* 179.40
Gotifredus *Caſenaten.* 446.28
Golfantus *Firman.* 689.19
Gothardus *Regien.* 261.38 D
Gothifredus *Mutinen.* 101.19
Gratianus *Callien.* 811.1
Ferrarien. 535.27
Gratias *Parmen.* 176.33
Saſſenaten. 663.26
Senogallien. 870.30
Gratioſus *Parmen.* 144.9
Ravenn. 344.46
Gratus *Popilien.* 598.2
Gravendinus *Ferrarien.* 540.42
Gregorius *Adrien.* 402.12.14.16
Caſenat. 443.7
Mutinen. 82.7.
Popilien. 601.20
Ravenn. 346.50
Andreaſſus *Regien.* 315.79
Benignius *Callien.* 822.50
de Buchis *Imolen.* 642.44
Gregorius Corteſius *Urbin.* 799.44
Griphus *Ferrarien.* 536.31
Grimoaldus *Firman.* 683.26
Griſoranus *Firman.* 689.22
Grumerius Porta *Placentin.* 220.49
Guadagnus de Majolis *Cervien.* 474.26
Gualderius *Firman.* 689.27
Gualfridus *Foroſempron.* 827.9
Gualterius *Faventin.* 500.27
Ravenn. 365.72
Guelphus Belmontius *Popilien.* 601.22
Guido *Callien.* 820.32
Bentivolus *Popilien.* 618.60
de Caminate *Arimin.* 424.33
Guillelmus *Comaclen.* 484.23
Ferrarien. 544.49
Livien. 579.17
Mutinen. 120.39
Ravenn. 373.77
Senogall. 868.16
Urbin. 787.25
Alidoſius *Imolen.* 640.34
de Bodio *Regien.* 307.61
Centuaria *Placent.* 230.67
Folian. *Regien.* 306.60
de Maſtinis *Callien.* 818.25
Mirolius *Caſenaten.* 459.64
Guinigiſus *Popilien.* 599.14

H

HEberardus *Parmen.* 167.26
Ector Molza *Mutinen.* 140.77
Henricus *Bonon.* 18.59
Comaclen. 483.10
Imolen. 624.12.& 628.19
Livien. 579.16.21
Mutinen. 119.33.35
Parmen. 144.2.& 162.23
Piſauren. 859.25.& 860.42
Raven. 362.69
Saſſenat. 656.15.& 663.27
Senogall. 868.19
Catalorcius *Regien.* 307.62
a Frata *Bonon.* 19.64
S.Heraclianus *Piſauren.* 858.3
Herbertus *Mutinen.* 115.27
Hercules Rangonius *Adrien.* 405.43
Rangonius *Mutinen.* 135.65
Sacratus *Comaclen.* 488.38
Heribertus *Ravenn.* 360.66
Hermandus *Regien.* 268.43
Hermanus de Branchaleonibus *Imolen.* 640.40
Hermutus *Ravenn.* 355.63
Hernidus *Mutinen.* 97.16
Hieremias *Saſſenaten.* 656.17
Hieronymus *Arimin.* 432.49
Imolen. 632.23
Livien. 579.18
Parmen. 144.12
Baſſus *Macerat.* 743.18
Boncompagnus *Bonon.* 54.104
Capranica *Firman.* 718.57
Codebò *M. Alti.* 754.24
Regien. 320.89
Columna *Bonon.* 53.102
Corius *Parmen.* 193.61
Dandinus *Imolen.* 643.49
Diedus *Cremen.* 60.1
de Fiſicis *Arimin.* 425.37
de Mathæis *Firman.* 729.76
Melchiorius *Macerat.* 744.24
Portia *Adrien.* 407.49
Ruſticuccius *Senogal.* 877.50
Sanctolini *Cervien.* 480.57
Sanctuccius *Foroſempr.* 834.31
Staccolus *Urbinas* 794.34
Valvaſorius *Piſaur.* 864.71

Veral-

Hieronymus Verallus *Popilien.* 614.49
Hildebrandus *Mutinen.* 105.22
Hildoardus *Placentin.* 198.20
Hippolytus Aceſtinus *Ferrarien.* 554.67
Aceſtinus *Mutinen.* 134.64
Eſtenſis *Ferrarien.* 556.69
Homodeus *Piſauren.* 860.40
Honerardus *Caſenaten.* 453.45
Honeſtus *Popilien.* 600.16
Ravennas. 351.60
Honoratus *Comaclen.* 483.16
de Honoratis *Urbanien.* 892.1
Horatius Giraldus *Comaclen.* 488.38
Hondedei *Urbanien.* 694.2
Iuſtinianus *Montiſalti.* 753.4
Marzarius *S.Severini.* 768.1
Montegranellus *Foroſempron.* 838.37
Hubaldus *Faventin.* 500.24
Ravennas. 374.80
Hugo *Callien.* 812.16
Cervien. 468.11
Feretran. 845.12
Parmen. 163.24
Piſauren. 859.29
Perleonius *Placent.* 216.46
de Piloſis *Placent.* 228.58
Rangonus *Regien.* 314.77
Hugolinus Aquaviva *Callien.* 818.42
Humbertus *Ariminen.* 419.19
Parmen. 157.20
Humphridus *Ravennas.* 360.68

I

IAcobus *Adrien.* 401.10.& 402.19.
Ariminen. 424.31
Caſenat. 460.58.& 461.60
Cervien. 473.17
Faventin. 494.19.& 500.28
Feretran. 848.27
Firman. 713.43
Foroſempron. 832.15
Mutinen. 126.45
Saſſenat. 670.33
Senogallien. 867.14. 868.18. 869.22
de Angelis *Urbinas.* 805.55
Antonius à Turre *Mutinen.* 132.58
Regien. 310.72
de Balardis *Urbinas.* 790.30
Boncambius *Bonon.* 22.66
Boncompagnus *Bonon.* 55.106
Bonus *Leopol.* 856.41
Carafa *Imolen.* 640.35
Diedus *Cremen.* 60.2
Elephantuccius *Caſen.* 466.82
Guidottus *Imolen.* 642.45
Maria Urſinus *Caſen.* 466.83
Melloratus *Firman.* 715.51
Narduccius *Urbinas.* 798.42
de Obiziis *Adrien.* 403.32
Comaclen. 484.28
de Oratoribus *Adrien.* 404.36
Pacius *Favent.* 505.49
Palatinus *Livien.* 583.40
Paſſarellus *Arimin.* 436.58
Imolen. 642.45
de Saladinis *Caſenat.* 461.62
Simonetta *Piſauren.* 863.61
Theobaldus *Feretran.* 847.24
Theodulus *Livien.* 588.57
Vannuccius *Arimin.* 434.53
Jannottus Gualterius *Firman.* 729.73
Jaquellus *Maceraten.* 738.8
Ignatius *Caſenat.* 443.3.8.11
Ildebrandus *Faventin.* 492.11.
de Graſſis *Mutinen.* 118.32
Ingo *Mutinen.* 112.25
Ingonus *Ferrarien.* 532.24

A Innocentius *Foroſempron.* 827.1
de Maximis *Popilien.* 616.56
Joannes *Adrien.* 402.23.403.28
Ariminen. 418.4.5.6.8.419.13.16
Bonon. 8.5.11.43.12.46.48.14.51.18.61.31.82.
Caſenat. 446.22.447.32.461.61
Callien. 811.10 812.13
Cervien. 468.4.475.31
Comaclen. 483.8.11
Joannes *Faventin.* 498.21. 503.42.
Feretran. 844.4.845.10.846.13
Ferrarien. 518.7.13.526.17.544.47
Forolivien. 576.8.577.12
Foropopilien. 599.12.606.26
Foroſempronien. 827.3.832.17.833.26
Imolen. 624.10
Mutinen. 83.10.106.23
Parmen. 178.39
Placentin. 197.9.198.14.19.206.33.214.45
Ravennas 331.21. 334.23.337.32.341.34.35.
B 343.42.344.45.346.52.351.55.61.
Regien. 243.18
Saſſenaten. 654.10.660.24
Senogallien. 870.29.873.34
Urbinas 785.7
Aldobrandinus *Imolen.* 645.53
Andreas de Bociaciis *Mutinen.* 133.61
Cæſius *Cervien.* 477.44
Caligarius *Popilien.* 616.55
Anſelminus *Adrien.* 403.31
Antonius *Parmen.* 187.52
Devia *Armin.* 441.77
de Graſſis *Favent.* 508.55
Ronchius *Saſſenat.* 672.40
Auguſtinus Marlianus *Regien.* 320.90
Baptiſta Acciajolus *Caſen.* 459.52
Bragadinus *Adrien.* 406.44
Braſchi *Saſſenat.* 676.54
Candiottus *Urbinas.* 806.58
Capranica *Firman.* 718.58
C Caſtellius *Arimin.* 436.5
Ferrarius *Mutinen.* 133.62
Groſſus *Regien.* 316.80
Landus *Foroſempr.* 839.42
Lenius *Ferrarien.* 559.74
Millinus *Urbinas.* 794.35
Miſſiroli *Popilien.* 618.62
Rinuccinus *Firmanus.* 728.71
Seghicellus *Favent.* 507.53
de Spiritibus *Caſenat.* 464.74
Torus *Callien.* 823.54
Zecchadorus *Foroſempr.* 859.43
de Benedictis *Piſauren.* 864.68
Bernardinus Scotus *Placent.* 234.82
Bonus de Lutiis *Callien.* 820.37
Borgia *Ferrarien.* 554.66
Bruſatus *Favent.* 501.34
Caſſarellus *Livien.* 582.35
de Caminate *Caſenat.* 455.48
Campegius *Bonon.* 40.95
D de Camperiis *Placent.* 232.74
Canalius *Foroſemp.* 838.39
Caſimirus Denoff. *Caſen.* 466.84
Clericus *Maceraten.* 744.22
Joannes Dominicus de Cupis *Adrien.* 406.45
Paraccianus *Senogal.* 881.62
Fontana *Caſenat.* 467.85
Ferrarien. 559.73
Formanus *Firmanus.* 714.50
Franciſcus Ginettus *Firman.* 729.74
de Guidis *Cervien.* 478.52
Lormanus *Feretran.* 850.36
Mazza *Livien.* 587.57
Nigronius *Favent.* 513.63
Paſſioneus *Piſauren.* 864.68
Riccamontius *Cervien.* 481.58
Garſia Mellinus *Imolen.* 646.56
Georgius Mainardus *Ripan.* 763.12
Guidiccionius *Foroſempron.* 835.33

Joan-

Digitized by Google

Joannes Jacobus Sclafinatus *Parmen.* 186.30
à Turre *Parmen.* 186.48
Jordanus Sabellus *Bonon.* 23.69
Linatus *S. Domnini.* 70.2
Placent. 236.87
Lucas a Puteo *Regien.* 313.76
Lucidus Palumbara *Piſauren.* 864.69
Melioratus *Ravennas.* 390.96
de Monte *Callien.* 823.63
Moronus *Mutinen.* 136.67
Mutus *Imolen.* 638.29
de Naſo *Bonon.* 24.75
Numajus *Livien.* 581.32
Saſſenat. 665.30
de Obiziis *Adrien.* 404.34
de Pananeis *Senogal.* 873.36
Paſſioneus *Callien.* 825.59
Paulus Savius *Adrien.* 408.53
Petrus Arrivabenus *Urbin.* 795.38
Philippus Neguſantius *Saſſen.* 670.34
de Placentinis *Cervien.* 474.27
de Podio *Bonon.* 34.86
Porta *Livien.* 580.26
Quirinus *Ferrar.* 544.44
Raſponus *Forolio.* 588.59
della Robbia *Popilien.* 617.57
Roſa *Arimin.* 436.5
Ruphus de Theodulis *Popilien.* 612.43.
Ruſca *Parmen.* 184.42
Salviatus *Ferrarien.* 555.68
Firman. 719.62
Sechanius *Feretran.* 847.22
Stephanus Donghi *Ferrarien.* 562.68
Imolen. 650.62
Ferrerius *Bonon.* 36.90
de Strata *Camaclen.* 485.29
Livien. 582.35
de Terma *Favent.* 504.44
de Toſſiniano *Ferrarien.* 551.62
de Traverſariis *Raven.* 351.57
Ventorellus *Ceſenat.* 463.70
Ugucciolus *Senogal.* 873.40
Vincentius Caſtellus *Urban.* 894.5
Vitelleſchus *Maceraten.* 739.13
Viventius *Cervien.* 474.28
Urſarola *Cervien.* 469.16
Jocellinus *Ariminen.* 423.25
Jonas *Mutinen.* 97.15
Joſaphat Baptiſtellus *Ripanus.* 763.35
Joſephus *Piſauren.* 858.12
Ferrerius *Urbin.* 802.48
Joſeph Grandemaria *Placent.* 238.89
Olgiatus *Parmen.* 193.64
Iſaac *Adrien.* 401.11
Iſidorus *Ceſenaten.* 443.2
Cervien. 476.37
della Robbia *Popilien.* 617.58
S. Iucundus *Bononien.* 20.14.
Julianus *Bonon.* 10.15.11.24
Placentin. 199.24
Popilien. 611.41
Roboreus *Bonon.* 35.89
Julius *Adrien.* 404.40
Ferrarien. 517.2
Piſauren. 859.35
Cæſar Borea *Comaclen.* 489.43
Cæſar Salacinius *Ariminen.* 439.69
Cananus *Adrien.* 406.47
Cananus *Mutinen.* 138.70
Caſtellanus *Callien.* 825.63
Maſettus *Regien.* 318.84
Monterentius *Faventin.* 511.58
Pariſanus *Ariminen.* 436.66
Piazza *Faven.* 513.65
Roboreus *Ravenn.* 394.104
Roboreus *Urbin.* 799.45

A Julius della Roſa *S. Domnini.* 72.9
Simonetta *Piſauren.* 864.63
Juo *Placintin.* 208.37
Iunta *Piſauren.* 859.37
Iuſtinianus *Bonon.* 11.26
Juſtinus *Ferrarien.* 526.16
Juſtus *Faventin.* 492.3
Firman. 682.7

L

LÆlius Pius de Rotellis *Saſſenat.* 672.43
Lambertus *Bononien.* 16.54
Lampertus *Parmen.* 145.14
Landulphus *Ferrarien.* 535.30
Lanfranchus *Parmen.* 172.26
Lanfredus *Popilien.* 601.21
Latinus Urſinus *Urbin.* 793.32
Laurentius *Saſſenaten.* 654.3
B *Piſauren.* 858.14
Azzolinus *Ripan.* 762.8
de Ballachis *Ariminen.* 424.34
Campegius *Bonon.* 37.93
Campegius *Ceſenaten.* 466.79
Campegius *Cervien.* 477.47
Campegius *Senogall.* 879.55
Capoferrus *Piſauren.* 861.53
Fabri *Sempronien.* 839.44
Landus *Foroſempron.* 838.40
Laurettus *Adrien.* 406.48
Lentius *Firman.* 721.64
Magalottus *Ferrarien.* 559.75
Pinotus *Regien.* 309.68
Riccius *Senogall.* 874.41
Roverella *Ferrarien.* 553.64
Lazarus de Racanellis *Urbin.* 795.36
Lealis Malateſta *Ariminen.* 429.46
de Malateſtis *Piſauren.* 860.44
Leander Pius Rotellus *Saſſenaten.* 675.44
C Leo *Adrien.* 401.2
Cervien. 468.6
Faventin. 492.6. 494.15
Ferrarien. 517.3. 518.11. 532.25
Ravenn.
Leodoindus *Mutinen.* 343.44
Leonardus *Ceſenat.* 97.17
Medices *Livien.* 447.39. 454.47
de Phyſicis *Firman.* 385.45
Leontius *Favent.* 714.49
Urbin. 492.4
Leopardus *Foroſempronien.* 785.2
Leto *Ceſenaten.* 827.2
Liberius *Raven.* 452.40
Libertus *Firman.* 328.9. 330.13.16
Lithus Alldoſius *Imolen.* 689.28
Lituardus de Cervatis *Callien.* 639.33
Lobianus *Firmanus.* 819.28
Lopicinus *Mutinen.* 683.21
Lotharius della Toſa *Faventin.* 83.11
D Lucas *Feretran.* 501.31
Antonius Colombonus *M. Alti.* 847.20
Mellinus *Feretran.* 754.8
Torrigianus *Raven.* 850.30
Lucidus *Cervien.* 396.108
Lucius *Ceſenat.* 468.7
Saxus *Ripan.* 460.57
Ludovicus *Callien.* 760.2
Firman. 821.47
Regien. 719.60
de Graſſis *Arimin.* 285.53
Ludovıſius *Bonon.* 434.54
Maſdoni *Mutinen.* 53.101
de Piranno *Livien.* 140.79
Saregus *Adrien.* 583.37
Scarampus *Bonon.* 407.50
Simonetta *Piſauren.* 33.84
Vanninus de Theodolis *Popilien.* 863.60
Luminoſus *Bonon.* 615.52
11.27

Luitulphus *Callien.* 812.14 A
Lupinus *Regien.* 243.19
Lupo *Saſſenaten.* 654.7
Lupus *Firman.* 683.13
Luſus *Bonon.* 30.18

M

MAgnus *Popilien.* 598. 8
Mailocus *Popilien.* 598. 6
Mainardinus *Imolen.* 632.24
Majoranus *Placentinus.* 197. 5
Maladuſius Eſtenſis *Comaclen.* 486.34
Malateſta Baleonus *Piſauren.* 864.67
Mancinus *Caſenaten.* 452.42
Mannatius *Caſen.* 447.31
S. Marcellinus *Ravenn.* 328.11
Marcellus *Bonon.* 10.21
Marcellus *Caſenat.* 446.20
Marcellus *Ferrarien.* 518.8 B
Marcellus *Cervinus Regien.* 315.78
Marcellus Duratius *Favent.* 513.64
Marcus *Callien.* 812.15
Marcus *Popilien.* 610.38.39
Marcus *Saſſenat.* 670.31
Marcus Antonius Bragadinus *Cremen.* 61.4
Marcus Ant. Coccinus *Imolen.* 649.60
Marcus Ant. del Giglio *Livien.* 587.51
Marcus Ant. Gozzadinus *Faventin.* 511.59
Marcus Battaglini *Caſenat.* 467.86
Marcus Gallio *Arimin.* 441.75
Marcus Roncionius *Urbin.* 786.22
Marcus Vigerius *Senogallien.* 877.48.49
M. Antonius Zolius *Cremen.* 62. 6
Marianus *Urbin.* 785. 4
Marianus Farinata *Livien.* 583.38
Saſſenat. 671.38
Marinianus *Ravenn.* 339.33
Marinus Sabellus *Ferrarien.* 518.14
Marinus de Tocco *Maceraten.* 739.11 C
Marius Theodulus *Imolen.* 649.59
S. Martianus *Ravenn.* 327. 4
Martinus *Adrien.* 404.39
Martinus *Bonon.* 11.37.40
Martinus *Callien.* 812.12
Martinus *Ferrarien.* 518.10.532.22
Martinus *Mutinen.* 120.38
Martinus *Parmen.* 177.34
Martinus *Ravenn.* 344.48
Martinus *Saſſenaten.* 656.13
Matthæus *Cervien.* 474.21
Faventin. 501.32
Livien. 582.33
Urbin. 790.27
Pius *Mutinen.* 125.41
Urſinus *Imolen.* 639.30
S. Maurelius *Ferrarien.* 518.12
S. Maurelius *Imolen.* 623. 3
Mauritius *Placentin.* 210.40
Regien. 243.17 D
Maurus *Caſenat.* 446.16.26
Placentin. 197.3.199.11
Ravenn. 341.37
Senogall. 867. 5
Maximianus *Ravenn.* 335.29
Maximinus *Leopolit.* 844. 3
Maximus *Piſauren.* 858. 7
Senogallien. 867. 4
Maynardinus *Adrien.* 404.33
de Contrariis *Comaclen.* 485.31
B. Maynardus *Urbin.* 785.11
S. Mercurialis *Forolivien.* 574. 1
Michael *Caſenaten.* 452.43
Comaclen. 483.15
Piſauren. 859.20
Angelus Tontus *Caſenaten.* 464.77
Marlianus *Placentin.* 232.75
Monaldus *Ariminen.* 419.18
Monaldus *Foroſempron.* 827.11.832.16
Morandus *Callien.* 816.22
Imolen. 624.14
Moyſes *Ravenn.* 368.73
Mutius Dandinus *Senogallien.* 881.61

N

NAtalis *Caſenaten.* 443.5.443.14
Neodebertus *Regien.* 247.25
Neon *Ravenn.* 331.19
Neſtor *Imolen.* 623.41
Malvaſia *Piſauren.* 862.54
Nicolaus *Ariminen.* 419.15
Firman. 713.46
Imolen. 640.39
Foroſempron. 827.10
Maceraten. 737.4.6.738.10
Piſauren. 859.30.860.43
Albergatus *Bonon.* 31.83
Bonon. 53.103
Amidarius *Placent.* 232.73
Aragonia *Ripan.* 761. 3
de Arcano *Comaclen.* 489.45
Ardinghellus *Foroſempron.* 837.34
de Aſtis *Maceraten.* 739.15
Bajardus *Mutinen.* 131.55
a Balneo *Senogallien.* 881.58
Brautius *Saſſenaten.* 675.46
Canalius *Ravenn.* 388.91
Capranica *Firman.* 717.55
Caranza *S. Domnini.* 72. 8
Fliſcus *Ravenn.* 391.100
Gaddius *Firman.* 720.63
Maltraverſus *Regien.* 303.59
de Marciariis *Callien.* 820.36
Maria Eſtenſis *Adrien.* 405.41
Robertus *Ferrarien.* 548.60
Rodulphus *Imolen.* 643.48
Rodulphus *Livien.* 586.46
Sandonninus *Mutinen.* 132.60
de Ubertinis *Faventin.* 503.39
Urſinus *Ripan.* 763.10

O

OCtavianus *Callien.* 819.26
Pratus *Popilien.* 618.59
Ubaldinus *Bonon.* 21.65
Bonon. 22.67
Octavius Accorambonius *Urbin.* 803. 50. & *Foroſempron.* 838.38
Bandinus *Firman.* 726.68
Cæſius *Cervien.* 476.43
Piccinardi *Regien.* 320.92
Sanctacrucius *Cervien.* 477.46
Odoardus Gualandus *Caſenaten.* 464.75
Oddo *Caſenaten.* 447.38.452.41
Foroſempron. 832.24
Urbin. 786.16
Columna *Urbin.* 788.26
Oldericus *Firman.* 689.24
Oldo *Imolen.* 624.15
Oldrandus *Ferrarien.* 517. 1
Oliverius *Maceraten.* 737. 5
Caraffa *Ariminen.* 437.59
Opizzo Eſtenſis *Mutinen.* 139.75
Sanvitalis *Parmen.* 173.22
Sanvitalis *Ravenn.* 382.86
Opizzus *Ariminen.* 420.20.421.21.40
Oroſius *Senogall.* 867.12
Othobonus de Carreto *Ferrarien.* 545.51
Otholinus *Adrien.* 402.21

Paca-

Digitized by Google

P

PAcatius *Comaclen.* 482.1
Pacificus Traſius *Callien.* 825.60
Pacius *Comaclen.* 484.21
Papinianus Roboreus *Parmen.* 180.41
Papyrius Picedus *S. Domnini.* 68.1
Picedus *Parmen.* 191.58
Sylveſter *Maceraten.* 746.27
Paris de Graſſis *Piſauren.* 863.60
Paſſinus *Callien.* 811.8
Firman. 683.10
S. Paternianus *Bonon.* 10.12
Paulinus *Senogallien.* 867.7
Paulus *Adrien.* 401.3.
Cervien. 475.33
Faventin. 492.9
Foroſempron. 835.32
Livien. 580.29
Imolen. 624.11
Placentin. 202.27
Regien. 250.33
Aemilius Joanninus *Montiſalti.* 751.1
Æmilius Sanctorius *Urbinas.* 803.51
de Alexandris *Leopolit.* 850.32
Areſius *Placent.* 234.83
Cæſius *Cervien.* 476.42
Coccapanius *Regien.* 319.87
Ferrantes *Caſenaten.* 462.66
Leonius *Ferrarien.* 558.73
Marius de Ruvere *Callien.* 824.55
Urſinus *Montiſalti.* 753.3
Paulutius Alterius *Raven.* 397.109
Pellegrinus Bertachius *Mutinen.* 139.73
Adrien. 402.20
Piſauren. 859.27
Regien. 249.29
Pertinax *Ravenn.* 344.49
Petrochinus Caſaleſchus *Ravenn.* 389.93
S. Petronius *Bonon.* 99
Regien. 261.39
Petrus *Adrien.* 401.9.9.402.18
Bonon. 11.20.35.41.12.47
Caſenaten. 446.25
Callien. 819.30.820.33
Cervien. 468.9
Faventin. 494.14.18
Feretran. 844.7
Firman. 695.30.704.34.710.38
Foroſempron. 827.4.832.19
Livien. 577.9
Imolen. 624.9
Maceraten. 737.2
Mutinen. 83.9
Parmen. 144.5.13
Piſauren. 859.18.23.36.38
Placentin. 208.35
Popilien. 600.17.607.30.31
Ravenn. 331.18.334.24.337.31
Regien. 255.37.299.58.307.64
Senogallien. 867.10
Urbin. 785.6.786.12.17
Accoltus *Ravenn.* 393.101
Aldobrandinus *Ravenn.* 395.106
Aleotus *Livien.* 586.48
Alexander Procaccini *Ripan.* 763.14
Amelius *Senogallien.* 873.39
Andreas Gambarus *Faventin.* 505.50
Antonius Conſalutius *Callien.* 821.42
Barbus *Cervien.* 475.36
Baruſius *Urbanien.* 894.3
Bojardus *Ferrarien.* 548.51
Bojardus *Mutinen.* 131.54
Bonaventura *Caſenat.* 466.80
Bonus *Comaclen.* 484.27
Cartularius *Feretran.* 855.37
S. Petrus Chryſologus *Ravenn.* 333.22
A Petrus de Coconate *Placentin.* 229.62
Dinus *Firman.* 727.70
Emmus *Cremenſis.* 61.3
Filargus *Placentin.* 230.68
de Fliſco *Cervien.* 476.41
Maceraten. 742.16
Griphus *Livien.* 584.43
de Hondedeis *Imolen.* 641.41
Maynerius *Placentin.* 230.69
de Melioratis *Firman.* 714.51
Mentius *Caſenaten.* 463.71
Monicellus *Comaclen.* 483.17
Opizzo Sanvitalis *Parmen.* 178.37
de Pago *Faventin.* 503.40
Petrutius *Popilien.* 613.47
de Stagno *Ferrarien.* 547.56
Valerius Martorellus *Leopolit.* 856.43
S. Philemon *Caſenaten.* 442.1
Philiaſius Roverella *Raven.* 391.99
S. Philippus *Firman.* 682.3
B *Firman.* 689.21.707.36.710.39
Foroſempron. 832.20
Mutinen. 125.44
Parmen. 144.1
Senogall. 869.23
de Antella *Ferrarien.* 546.54
Antonius Gualterius *Imolen.* 650.66
Bilius *Callien.* 825.58
Calandrinus *Bonon.* 35.87
Caraffa *Bonon.* 27.78
Carolus Spada *Piſauren.* 874.63
Caſonus *S. Domnini.* 71.5
de Contronibus *Urbin.* 795.37
Fontana *Ferrarien.* 542.43
Fontana *Ravenn.* 380.84
Fulgoſus *Placentin.* 226.54
de Roccabeila *Maceraten.* 744.23
Sega *Placent.* 235.85
Sega *Ripan.* 701.2
de Turre *Adrien.* 408.57
C Zobolus *Comaclen.* 486.33
Picininus *Ravenn.* 377.81
Pileus de Prata *Ravenn.* 389.94
Pinus *Cervien.* 475.32
Pius *Parmen.* 144.8
Placentinus *Placent.* 198.18
Placidus *Placentin.* 197.7
Podius *Callien.* 811.4
Podus *Placentin.* 200.25
Pompejus Cornazanus *Parmen.* 192.60
Pomponius de Nobilib. *Ripan.* 762.6
Spretus *Cervien.* 480.54
Presbyter *Ferrarien.* 539.34
Firman. 695.31
S. Probus *Ravenn.* 328.7
Probus *Ravenn.* 330.14
S. Proculus *Ravenn.* 328.6
S. Projectus *Imolen.* 623.2
S. Profper *Regien.* 241.9
Prothaſius *Regien.* 241.1
D Pyrrhus Gonzaga *Mutinen.* 135.66

Q

QViricus *Callienſis.* 812.17

R

RAguel *Piſauren.* 858.11
Rambertus *Faventin.* 495.20
Raphael de Alexiis *Saſſenaten.* 672.42
Petrutius *Popilien.* 613.46
Raimbaldus *Imolen.* 639.31
Raymundus Ferretus *Raven.* 397.111
Raynaldus *Firman.* 705.35
Livien. 580.22
Concoregius *Ravenn.* 382.87
Eſtenſis *Regien.* 319.88

Raynerius *Callien.* 812.18 A
Piſauren. 858.15
Placentin. 227.56
Urbin. 786.15
Scottus *S. Domnini.* 71.4
Ubertius *Arimin.* 421.22
Raynutius Baſchius *Senogallien.* 881.60
Farneſius *Bonon.* 40.96
Farneſius *Ravenn.* 393.103
Remigius *Comaclen.* 484.22
Reparatus *Ravenn.* 342.38
Ribaldus *Mutinen.* 118.31
Richardus *Firman.* 711.40
Foroſempron. 832.13
Ravenn. 364.71
Campanus *Placent.* 208.36
Ricciardellus de Caminate *Livien.* 579.14
Richelinus *Livien.* 579.19
Rivaldinus *Popilien.* 606.28
Robertus *Faventin.* 494.16
Feretran. 846.14.17 B
Popilien. 607.34
Regien. 248.27
Adimarius *Feretran.* 848.28
Fontana *Mutinen.* 140.76
de Reſinella *Popilien.* 607.35
Saxatellus *Piſauren.* 864.64
Rodulphus *Callien.* 811.6
Imolen. 624.17
Livien. 579.20.580.24
Senogallien. 874.38.878.52
Paleottus *Imolen.* 648.57
Pius *Faventin.* 505.51
Roellus de Roellis *Foroſempron.* 833.25
Rogerius *Forolivien.* 576.6
Caccia *Placentin.* 228.61
de Todinis *Callien.* 819.29
Rolandus *Feretran.* 845.11.846.16
Romanus *Bononien.* 11.34
Caſenaten. 446.23
Faventin. 492.7
Ravenn. 350.53 C
Rotlandus *Faventin.* 500.25
Ferrarien. 533.26.540.41
de Scarampis *Regien.* 308.66
Rotfredus *Regien.* 249.31
Ruphinus *Ariminen.* 423.26
S. Ruphinus *Saſſenaten.* 654.2
Saſſenaten. 619.23
S. Ruphillus *Popilien.* 594.1
Ruſticus *Cervien.* 469.15

S

Sabinus *Placentin.* 196.2
Popilien. 598.3
Sacramorus de Sacramoris *Parmen.* 186.49
de Sacramoris *Placent.* 232.76
Salvus *Piſauren.* 859.34
Samuel *Ferrarien.* 535.28
Senogallien. 867.8 D
Sanctinus *Regien.* 241.5
Scaramutia Trivultius *Placentin.* 234.80
Scarpetta de Ordelafis *Livien.* 581.31
Schiatta Ubaldinus *Bonon.* 22.68
Scipio Burgheſius *Bononien.* 52.95
de Mainentibus *Mutinen.* 131.57
Sanctacrucius *Cervien.* 477.45
Sebaſtianus *Caſenaten.* 462.65
Pighinus *Adrien.* 406.46
Podius *Ripan.* 762.7
Seraphinus Tavaccius *Regien.* 309.69
Sergius *Caſenaten.* 447.30
Foropilien. 600.18
Ravenn. 343.43
Severus *Bononien.* 12.44
S. Severus *Caſenaten.* 443.12
Ravenn. 329.12
Severus *Senogallien.* 867.11
Seufridus *Placentin.* 197.10.202.26
Sifredus *Regien.* 280.47
Sigefredus *Regien.* 277.45
Sigifredus *Bonon.* 17.55
Parmen. 155.18
Parmen. 160.21
Placentin. 206.34
Regien. 248.28
Sigiſmundus *Senogallien.* 866.3.870.26
ex Comitibus iſæi *Comaclen.* 489.44
Zannetinus *Firman.* 723.67
Sigulphus *Placentin.* 206.33
Silveſter Caſa *Faventin.* 503.41
Silvinus *Placentin.* 197.8
Simeon *Cervien.* 469.14
Ravenn. 377.82
Aleotus *Livien.* 586.49
Bonadies *Ariminen.* 437.61
Bonadies *Imolen.* 643.46
de Paganis *Livien.* 581.30
Paulus de Criſpignis *Callien.* 820.40
Salterellus *Comaclen.* 484.26
Salterellus *Parmen.* 180.42
de Vigilantibus *Senogall.* 874.42
Sinibaldus *Imolen.* 638.27
Sixtus de Vicedominis *Mutinen.* 137.69
Solon Barazacharius *Adrien.* 402.24
Stemnio *Ariminen.* 411.2.
Stephanus *Ariminen.* 418.7.419.12
Cervien. 468.5
Comaclen. 482.5
Feretran. 844.2
Ferrarien. 539.37
Piſauren. 859.22
Popilien. 598.7
Regien. 243.10
Saſſenat. 654.5
Agonettus *Bononien.* 23.72
Beronus *Faventin.* 501.35
Folgianus *Mutinen.* 140.80
Taberna *Parmen.* 187.51
Superantius *Adrien.* 403.25
Comaclen. 484.18
Lambertuccius *Cervien.* 474.25
Syrus *Placentin.* 197.11

T

Tauzus *Regien.* 270.44
S. Tertullianus *Bonon.* 10.13
Teupertus *Popilien.* 600.15
Thaddæus *Livien.* 580.23
Popilien. 606.29
Aloyſius de Verme *Ferrarien.* 564.82
Imolen. 650.65
Theobaldus *Cervien.* 469.12
Comaclen. 484.24
Ferrarien. 539.35.540.39
Placentin. 218.47
Popilien. 608.36
Seſſius *Regien.* 310.71
Theodinus *Adrien.* 401.3
Imolen. 631.20
Senogall. 870.27
Theodoricus *Cervien.* 473.20
Faventin. 500.23.29
Ravenn. 377.83
Senogallien. 867.15
Urbinas. 785.9
Pius *Faventin.* 507.52
Theodorus *Bononien.* 10.17.11.19.39
S. Theodorus *Mutinen.* 82.5
Forolivien. 576.2
Theodoſius *Firman.* 683.15
Ravenn. 342.39
Regien. 243.12
Theſeus de Cupis *Maceraten.* 743.19.
Theudicius *Firmanus.* 682.6
Theuzo *Urbinas.* 785.10

Tho-

Digitized by Google

Thomas *Bononien.* 34.85 A
Gervien. 473.19.
Imolen. 637.25
Piſauren. 859.31
Placentin. 198.21
Regien. 243.19.
de Albiziis *Callien.* 822.51
de Aſte *Livien.* 584.42
Bettinus *Livien.* 580.25
Thomas Carpineus *Arimin.* 441.74
Caſellius *Popilien.* 615.51
Cataneus *Cervien.* 476.40
Lilius *Placentin.* 235.84
Maria Morelli *Urbinas.* 807.60
de Marzapiſcibus *Ferrarien.* 547.59
de Murro *Ceſenaten.* 458.50
Perendulus *Ravenn.* 390.97
Rettanus *Adrien.* 408.51
Ruffus *Ferrarien.* 565.83
Saladinus *Parmen.* 193.63
Sferratus *Callien.* 820.34
Thomaſinus *Maceraten.* 739.14
Thomaſinus *Urbin.* 790.29
Torellus *Livien.* 589.60
Turchius *Comaclen.* 486.35
Ubaldinus *Imolen.* 638.26
de Vincentiis *Piſauren.* 851.62
Tiberius Mandoſius *Montiſalti.* 752.2
Timocrates Aloyſius *Callien.* 825.57
Titus Novellus *Adrien.* 404.38
Tobias *Parmen.* 144.7
Tranſmundus *Senogall.* 868.17.20
Troilus Boncompagnus *Ripan.* 761.4

V

Valerianus *Ravenn.* 344.47
Valpertus *Firman.* 683.12
Varinus *Mutinen.* 109.24
Vaſinus Malabaila *Placentin.* 233.79
Ubaldus *Cervien.* 473.18
Foropopilien. 607.32
Ubertellus *Popilien.* 602.23
Ubertus *Ariminen.* 419.17
Firman. 687.16
Forolivien. 576.7
Saſſenaten. 655.12.657.20
de Avocatis *Placentin.* 228.57
Pappafava *Adrien.* 408.51
Placentinus *Bonon.* 23.70
Zagnus *Placentin.* 229.64
Venantius *Senogall.* 866.1
Ventura de Abbatibus *Popilien.* 611.40
Veranus *Ceſenaten.* 443.9
Ugo *Ceſenaten.* 447.36
Faventin. 494.13
Ferrarien. 540.40
Firman. 689.23.700.33
Mutinen. 119.34
Urbin. 786.14
Robertius *Adrien.* 403.30 D
Ugolinus *Ariminen.* 423.29
Faventin. 501.33
Popilien. 607.33
Foroſempronien. 832.22
Senogall. 873.32.35
Malabranca *Ariminen.* 428.45
de Rubeis *Parmen.* 180.43
Seſſius *Regien.* 309.70

Uguccio *Ferrarien.* 540.38. 544.46
Saſſenaten. 663.28
Viator *Ferrarien.* 526.20
Vibertus *Mutinen.* 115.25
Vicedominus de Caſſadochis *Placentin.* 222.51
S. Vicinius *Saſſenaten.* 652.1
Victor *Bononien.* 11.29.18.58
Ceſenaten. 462.64
Ferrarien. 518.9
Placentin. 196.1
Ravenn. 335.28
Victorinus *Firman.* 682.5
Vido *Ferrarien.* 535.29
Imolen. 624.13
Maceraten. 737.3
Mutinen. 103.21
Piſauren. 859.24
Placentin. 204.30.208.38
Ravenn. 373.76
Saſſenaten. 661.25
Urbinas. 786.18
Abaiſius *Ariminen.* 425.39
Abaiſius *Ferrarien.* 545.53
Abaiſius *Ravennas.* 388.89
Abaiſius *Regien.* 307.63
Aſcanius Sforzia *Parmen.* 189.55
Baiſius *Ferrarien.* 547.58
de Baiſio *Mutinen.* 130.52
Boncherius *Callien.* 821.42
Gennarius *Cervien.* 474.22
de Guiſcis *Mutinen.* 129.48
de Pileo *Ferrarien.* 545.52
Robertus *Regien.* 307.65
Vincentius *Comaclen.* 482.2
Forolivien. 576.4
Caballus *Popilien.* 618.61
Carafa *Ariminen.* 437.60
Herculanus *Imolen.* 645.54
Vindemialis *Placentin.* 197.12
Vindicius *Placentin.* 211.42
Virginius *Ferrarien.* 518.5
Vitalis *Adrien.* 402.15
Bononien. 11.36
Ceſenaten. 460.55
Comaclen. 482.3
Faventin. 492.5
Vitellotius Vitellius *Imolen.* 644.51
Viticanus *Callien.* 811.2
Vivianus *Faventin.* 500.30
Uldaricus *Firman.* 689.20
Ulyſſes Joſephus Gozzadinus *Imolen.* 650.67
Urſinus *Ripan.* 763.11
Volmarus *Regien.* 280.50
Urbanus Vigerius *Senogallien.* 877.49
Urſicinus *Ravenn.* 335.27
Urſus *Bonon.* 11.42
Faventin. 502.38
Ravenn. 331.17
de Afflicto *Popilien.* 609.37
Uraltonus *Arimin.* 419.14
Uvidiboldus *Parmen.* 145.15
Uvillelmus Alidoſius *Cervien.* 475.30

Z

S. Zama *Bononien.* 7.1

INDEX
COGNOMINUM
OMNIUM EPISCOPORUM
SINGULARUM CIVITATUM,
Qui in hoc Secundo Tomo Italiæ Sacræ continentur ordine Alphabetico deſcriptus.

Prior numerus Columnam, Secundus numerum Marginalem notat.

A

ABaiſius Vido *Ariminen.*	425.39
Ferrarien.	545.53.547.58
Ravennas.	388.89
Vido *Regienſis.*	307.63
De Abbatibus Ventura *Popilien.*	611.40
Acciajolus Albertus *Bononien.*	24.73
Jo. Bapt. *Caſenaten.*	459.52
Accoltus Benedictus *Ravenn.*	393.102
Petrus *Ravenn.*	393.101
Accorambonius Octavius *Urbin.*	803.50
Octavius *Foroſempron.*	838.38
Accorſellus Benedictus *Saſſenaten.*	670.32
Adimarius Nicolaus *Placent.*	233.73
Robertus *Feretran.*	848.28
De Afflicto Urſus *Popilien.*	609.37
Agonettus Stephanus *Bonon.*	23.72
De Aguzzonis Franciſcus *Favent.*	502.36
Ala Benedictus *Urbin.*	803.49
Albergatus Nicolaus *Bonon.*	31.83.53.103
De Albiziis Thomas *Callien.*	822.51
Aldobrandinus Joannes *Imolen.*	645.53
Petrus *Ravenn.*	395.106
Aleotus Petrus Joan. *Livien.*	486.48
Simon *Livien.*	586.49
De Alexandris Paulus *Feretran.*	850.32
De Alexiis Raphael *Saſſenaten.*	672.42
Aliardus Bonifacius *Adrien.*	408.54
De Alidoſiis Alidoſius *Ariminen.*	425.40
Alidoſius Franciſcus *Bonon.*	36.91
Guillelmus *Imolen.*	640.34
Lithus *Imolen.*	639.33
Vvillelmus *Cervien.*	475.30
Aloyſius Timocrates *Callien.*	825.57
Alterius Paulutius *Raven.*	797.104
De Alumno Daniel *Livien.*	583.39
Daniel *Saſſenaten.*	671.35
Amelius Petrus *Senogallien.*	873.39
Andreatius Gregorius *Regien.*	315.79
De Angelis Jacobus *Urbinas.*	805.55
De Anſaldis Anſaldus *Senogallien.*	879.53
Anſelmus Albertus *Parmen.*	178.36
Anſelmus Joannes *Adrien.*	403.31
Antella Philippus *Ferrarien.*	546.54
Antonellus Antonius *Urbanien.*	894.4
Aquaviva Ugolinus *Callien.*	818.42
Aragonia Nicolaûs *Ripan.*	761.3
De Arcano Nicolaus *Comaclen.*	489.45
Ardinghellus Aloyſius *Foroſempron.*	838.35
Nicolaus *Foroſempron.*	837.34
Areoſtus Gerardus *Bonon.*	19 63
Areſius Paulus *Placent.*	234.83
Arigonius Antonius *Ripan.*	763.9
Arlottus Bonifacius *Regien.*	313.75
Arrivabenus Joan. Petrus *Urbin.*	795.38
De Aſte Thomas *Livien.*	584.42
De Aſtis Nicolaus *Maceraten.*	739.15
Ateſtinus Aldobrandinus *Mutinen.*	130.51
Aloyſius *Ferrarien.*	557.70
Hippolytus *Mutinen.*	134.64
Hippolytus *Ferrarien.*	454.67
Avius Alexander *S. Severini.*	769. 6
Piſauren.	864.62
De Avocatis Ubertus *Placent.*	228.57
Auxolettus Albertus *Imolen.*	632.22
Azzolinus Decius *Cervien.*	477.48
Franciſcus *Ripan.*	763.13
Laurentius *Ripan.*	762. 8

B

BAduarius Albertus *Cremen.*	62.5
De Baiſio Vido *Mutinen.*	130.52
De Balardis Jacobus *Urbin.*	790.30
Balbus Bernardus *Favent.*	500.22
Baleonius Angelus *Maceraten.*	738. 9
Baleonus Malateſta *Piſauren.*	864.67
De Ballachis Federicus *Ariminen.*	424.34
Laurentius *Ariminen.*	424.34
Balneo Nicolaus *Senogal.*	881.58
Bandellius Bandellus *Ariminen.*	430.48
Bandinus Octavius *Firman.*	726.68
Baptiſtellus Joſaphat *Ripan.*	763.15
Barazachaſius Solon *Adrien.*	402.24
Barberinus Antonius *Senogallien.*	879.54
Barbus Petrus *Cervien.*	475.36
Barni Georgius *Placent.*	238.90
Bartolellus Cæſar *Livien.*	588.56
Baruſius Petrus *Urbanien.*	894.3
Baſchius Raynutius *Senogal.*	881.60
Baſſus Hieronymus *Macerat.*	743.18
Battaglini Marcus *Caſenat.*	467.86
Beatini Franciſcus *Comaclen.*	489.46
Bellincini Alphonſus *Callien.*	826. 65
Auguſtus *Regien.*	320.91
Belmontius Guelphus *Populien.*	691.22
Belluccius Bernardinus *Feretran.*	856.42
Benedictus Cæſar *Piſauren.*	864.65
De Benedictis Joannes *Piſauren.*	861.50
Benignius Gregorius *Callien.*	822.50
Bentivolus Guido *Popilien.*	618.60
De Benveduto Gabriel *Foroſempron.*	833.29
Beronus Stephanus *Favent.*	501.35
Bertachius Pellegrinus *Mutinen.*	139.73
Bettinus Thomas *Livien.*	580.25
Bevilaqua Bonifacius *Cervien.*	477.51
Bilius Philippus *Callien.*	825.58

Blan-

Blandrata Franciſcus *Favent.* 508.56
De Boatheriis Franciſcus *Comaclen.* 484.19
De Bociaclis Joan. Andreas *Mutinen.* 133.61
De Bodio Guillelmus *Regien.* 307.61
Bojardus Carolus *Mutinen.* 131.56
Nicolaus *Mutinen.* 131.55
Petrus *Mutinen.* 131.54
Petrus *Ferrarien.* 548.51
Bonadies Simon *Ariminen.* 437.61
Simon *Imolen.* 643.46
De Bonavalle Bernardinus *Ariminen.* 428.44
Bonaventura Petrus *Caſenaten.* 468.80
Boncambius Jacobus *Bononien.* 22.66
Boncherius Vido *Callien.* 821.43
De Bonchriſtianis Albertus *Comaclen.* 485.30
Albertus *Livien.* 582.34
Boncompagnus Troilus *Ripan.* 761.4
Jacobus *Bonon.* 55.106
Chriſtophorus *Ravenn.* 394.104
Hieronymus *Bonon.* 54.104
Bonus Jacobus *Comaclen.* 484.27 *Leopol.* 856.41
Boreas Julius Cæſar *Comaclen.* 489.43
Borghiſinus Benvenutus *Adrien.* 403.26
Borgia Joannes *Ferrarien.* 554.66
Boſchettus Albertus *Mutinen.* 124.40
Bartholomæus *Mutinen.* 125.43
Bonadamus *Mutinen.* 129.46
Bovius Carolus *Saſſenaten.* 676.48
Bragadinus Jo. Bapt. *Adrien.* 406.44
Marcus Antonius *Cremen.* 161. 4
Branchaleo Franciſcus *Urbin.* 787.24
Branchaleo Hermanus *Imolen.* 640.40
Brandata Chriſtophorus *Senogall.* 876.46
Braſchi Jo: Baptiſta *Saſſenat.* 676.54
Brautius Nicolaus *Saſſenat.* 675.46
Bruſatus Joan. *Favent.* 501.34
De Buchis Gregorius *Imolen.* 642.44
Burgheſius Scipio *Bonon.* 52.99

C

Caballus Vincentius *Popilien.* 618.61
Caccia Bartholomæus *Placent.* 232.71
Caccia Rogerius *Placent.* 228.61
Cæſius Angelus *Ariminen.* 440 72
Jo. Andreas *Cervien.* 477.44
Octavius *Cervien.* 476.43
Paulus *Cervien.* 476.42
Caffarellus Joan. *Livien.* 582.36
Cajetanus Franciſcus *Saſſenat.* 676.50
Calandrinus Philippus *Bonon.* 35.87
Caligarius Jo. Andreas *Popilien.* 616.55
De Calvis Alexander *S. Severini.* 60.7
Atonius *Imolen.* 640.37
De Caminate Guido *Ariminen.* 424.33
Joan. *Caſenat.* 455.48
Ricciardellus *Livien.* 579.14
Camiſatus Dominicus *Caſenaten.* 463.69
Campanus Richardus *Placent.* 208.36
Campegius Alexander *Bonon.* 39.94
Joan. *Bonon.* 40.95
Laurentius *Bonon.* 37.93
Laurentius *Caſenaten.* 466.79
Laurentius *Cervien.* 477.47
Laurentius *Senogall.* 879.55
De Camperiis Joan. *Placent.* 232.74
Canalius Joannes *Foroſempron.* 838.39
Nicolaus *Ravenn.* 388.91
Cananus Julius *Mutinen.* 138.70
Iulius *Adrien.* 406.47
Candiottus Jo. Baptiſta *Urbinas.* 806.58
Candulphus Bartholomæus *Favent.* 504.46
De Canonicis Baptiſta *Favent.* 504 48
Capoferrus Laurentius *Piſauren.* 861.53
Capponius Aloyſius *Ravenn.* 396.108
Capra Aloyſius *Piſauren.* 862.56
Capranica Angelus *Firman.* 716.56
Dominicus *Firman.* 715.53

A Hieronymus *Firman.* 718.57
Jo. Bapt. *Firman.* 718.58
Nicolaus *Firman.* 717.55
Caraffa Jacobus *Imolen.* 640.35
Vincentius *Ariminen.* 437.60
Oliverius *Ariminen.* 437.59
Philippus *Bonon.* 27.78
Caranza Nicolaus *S. Domnini.* 72.8
De Caretto Othobonus *Ferrarien.* 545.51
Carpineus Thomas *Arimin.* 441.74
Cartularius Petrus *Feretran.* 855.37
De Caruſis Bartholomæus *Urbin.* 787.23
Caſa Silveſter *Favent.* 503.41
Caſaleſcus Petrachinus *Raven.* 389.93
Caſellius Thomas *Popilien.* 615.51
Caſinus Antonius *Piſauren.* 861.48
Bartholomæus *Piſauren.* 861.49
Caſonus Philippus *S. Domnini.* 71.5
Caſtellanus Antonius *Imolen.* 641.43
Julius *Callien.* 825.63
B Caſtellius Jo. Bapt. *Ariminen.* 438.67
Io. Vincent. *Urbanien.* 894.5
Caſtillioneus Branda *Placent.* 231.70
Franciſcus *Placent.* 229.63
Caſtracani Caſtracanus *Callien.* 825.61
De Caſtrianis Antonius *Callien.* 822.49
Catalorcius Henricus *Regien.* 307.62
Cataneus Thomas *Cervien.* 476.40
Ceccolini Claudius *Livien.* 588.58
Ceninus Franciſcus *Favent.* 512.60
Centinus Felix *Tolent.* 775.2
Felix *Maceraten.* 745.26
Centauria Guillelmus *Placent.* 230.67
Cerrus Carolus *Ferrarien.* 562.79
Cervara Galeatius *Saſſenat.* 672.39
De Cervatis Lituardus *Callien.* 819.28
Cervinus Marcellus *Regien.* 315.78
Chattus Aymericus *Bonon.* 26.76
Cherubinus Franciſcus *Senogal.* 881.57
Chriſolinus Franciſcus *Saſſenat.* 670.52
C Chryſologus S. Petrus *Raven.* 333.22
Cincius Balthaſſar *Firmanus.* 729.75
Cinus Angelus *Macerat.* 737.7
Franciſcus *Macerat.* 746.28
De Clarevallenſibus Franc. Ant. *Leopol.* 847.23
Clericus Joannes *Macerat.* 744.22
De Coccapanis Bartholomæus *Arim.* 436.56
Paulus *Regien.* 319.87
Coccinus M. Antonius *Imolen.* 649.60
De Coconate Petrus *Placent.* 229.62
Godibovius Hieronymus *M. Alti.* 754.5
Regien. 320.89
Colombonus Lucas Anton. *M. Alti.* 754.8
Columbella Antonius *Senogall.* 875.45
Columna Hieron. *Bonon.* 53.102
Oddo *Urbin.* 788.26
Comitibus Arditius *Mutinen.* 125.42
Concoregius Raynaldus *Raven.* 382.87
Conſalutius Petrus *Callien.* 821.42
Conſtabilis Beltrandus *Adrien.* 405.42
D De Contrariis Maynardus *Comaclen.* 485.31
De Contronibus Philippus *Urbin.* 795.37
Converſinus Benedictus *Popilien.* 613.48
Coratius Antonius *Bonon.* 29.81
Antonius *Ariminen.* 438.64
Antonius *Cervien.* 475.35
Corius Hieronymus *Parmen.* 193.61
Cornazanus Pompejus *Parmen.* 192.60
Corteſius Gregorius *Urbin.* 799 44
De Criſpignis Simon Paulus *Callien.* 820.40
De Cupis Dominicus *Maceraten.* 743.21
Joan. Dominicus *Adrien.* 406.45
Theſeus *Maceraten.* 743.19
Curſius Dominicus Maria *Arimin.* 441.76

Digitized by Google

D

Dandinus Anſelmus *Cervien.* 480.56
    Mutius *Senogal.* 881.61
    Hieronymus *Imolen.* 643.49
Denoff Jo.Caſimirus *Caſen.* 466.84
Devia Jo.Anton. *Arimin.* 441.77
Diedus Hieronymus *Cremen.* 60.1
    Jacobus *Cremen.* 60.2
Dinus Petrus *Firman.* 727.70
Diotallevius Alexander *Piſauren.* 864.70
Donatus Alemannus *Mutinen.* 129.50
Donghi Jo.Stephanus *Ferrar.* 562.68
    Imolen. 650.62
Durandus Conſalvus *Feretran.* 855.38
Duratius Marcellus *Favent.* 513.64

E

Elephantuccius Jacobus *Caſen.* 466.82
Emmus Petrus *Cremen.* 61.3
Eſtenſis Aldobrandinus *Adrien.* 403.37
    Aldobrandinus *Ferrarien.* 547.57
    Alexander *Regien.* 318.86
    Hippolytus *Ferrarien.* 556.69
    Maladuſius *Comaclen.* 486.34
    Nicolaus Maria *Adrien.* 405.41
    Opizo *Mutinen.* 139.75
    Raynaldus *Regien.* 319.88

F

Facchinettus Cæſar *Senogall.* 880.56
Fabri Laurentius *Foroſempron.* 839.44
Falzetta Ægidius *Popilien.* 615.53
Farinata Marianus *Saſſenaten.* 671.36
    Marianus *Livien.* 582.38
Farneſius Alexander *Parmen.* 187.53
    Alexander *Parmen.* 188.54
    Alexander *Popilien.* 612.42
    Ferrantes *Parmen.* 191.57
    Raynutius *Bonon.* 40.96.
    Raynutius *Raven.* 393.103
De Favaronibus Auguſtinus *Caſenat.* 462.67
Feducius Angelus *Piſauren.* 860.45
Ferrantes Paulus *Caſenaten.* 462.66
Ferrarius Franciſc. *Mutinen.* 134.63
    Jo.Bapt. *Mutinen.* 133.62
Ferrerius Jo.Stephanus *Bononien.* 36.90
    Joſephus *Urbinas.* 802.48
Ferretus Raymundus *Raven.* 397.111
De Fiebindaciis Angelus *Favent.* 502.37
Fieſcus Nicolaus *Ravenn.* 391.100
Filargus Petrus *Placent.* 230.68
De Fificis Hieronymus *Arimin.* 425.37
De Fliſco Petrus *Cervien.* 476.41
Fliſcus Emmanuel *Imolen.* 640.36
De Folianis Franciſcus *Comaclen.* 485.32
Folianus Guillelm. *Regien.* 306.60
    Stephanus *Mutinen.* 140.80
Fontana Joan. *Ferrarien.* 559.73
    Caſenat. 467.85
    Philippus *Raven.* 380.84
    Philippus *Ferrarien.* 542.43
    Robertus *Mutinen.* 140.76
Formanus Joan. *Firman.* 714.50
Foroaldus Eugenius *Imolen.* 624.8
De Foſcharariis Ægidius *Mutinen.* 137.68
De Franciſchis Alexander *Livien.* 587.54
Frata Henricus *Bononien.* 19.64
Fulgoſus Philippus Placent. 226.54

G

De Gabrieliis Gabriel *Urbinas.* 798.39
Gaddius Nicolaus *Firman.* 720.63
Gallio Marcus *Arimin.* 441.75
Gambarius Petrus Andreas *Favent.* 505.50
Garimbertus Cajetanus *S. Domnini.* 72.7
Geminellus Blaſius *Piſauren.* 860.41
Gennarius Vvido *Cervien.* 474.22
Gentiles Franciſc. *Firman.* 712.42
Georgius Bartholomæus *Piſauren.* 864.66
Georgius Corradus *Placent.* 229.65
    Petrus *Maceraten.* 742.16
Gherius Franciſcus *Cervien.* 480.55
De Ghilinis Ghilinus *Comaclen.* 486.36
Ghiſius Fabius *Imolen.* 650.61
Ghiſlerius Franciſcus Maria *Imolen.* 650.63
B Del Giglio Marcus Anton. *Livien.* 587.51
Ginettus Jo: Franciſcus *Firman.* 729.74
Giraldus Horatius *Comaclen.* 488.38
Giſela Gerardus *Bonon.* 18.62
Gonzaga Franciſc. *Bonon.* 35.88
    Pyrrhus *Mutinen.* 135.66
Gozzadinus Delphinus *Foroſempron.* 833.27
    Marcus Anton. *Favent.* 511.59
    Ulyſſes Joſephus *Imolen.* 650.67
Grandemaria Joſeph *Placent.* 238.89
De Graſſis Achilles *Bonon.* 37.92
    Annibal *Favent.* 507.54
    Ildebrandus *Mutinen.* 128.32
    Joan. Anton. *Favent.* 508.55
    Ludovicus *Ariminen.* 434.54
    Paris *Piſauren.* 863.60
Griſonus Fauſtinus Joſeph *Cremen.* 62.7
Grimanus Dominicus *Urbin.* 798.41
Groſſus Jo. Bapt. *Regien.* 316.80
Griphius Petrus *Livien.* 584.43
C Gualandus Odoardus *Caſenaten.* 464.75
    Camillus *Caſenaten.* 464.76
Gualterius Carolus *Firman.* 729.72
    Jannottus *Firman.* 729.73
    Philippus Anton. *Imolen.* 650.66
Guarinus Franciſcus *Imolen.* 645.52
De Guaſconis Bernardus *Cervien.* 474.28
Guidalottus Benedictus *Maceraten.* 739.12
Guidiccionius Joan. *Foroſempron.* 835.33
De Guidis Alexander *Urbinas.* 786.21
    Joan. Franciſc. *Cervien.* 478.52
Guidottus Jacobus *Imolen.* 640.38
Guiniſius Fabius *Raven.* 397.119
De Guiſcis Vvido *Mutinen.* 129.48
De Gulfis Gaſpar *Callien.* 821.46
Gypſius Berlingerius *Ariminen.* 439.70

H

D Henricus Franciſcus Maria *Senogall.* 878.51
Herculanus Vincentius *Imolen.* 645.54
De Hondedeis Horatius *Urbanien.* 694. 2
De Hondedeis Petrus *Imolen.* 641. 41
De Honoratis Honoratus *Urbanien.* 892. 2

I

Jannottus Antonius *Livien.* 586.50
Joanninus Paulus Æmilius Montisalti. 751.1
Iſæi Sigiſmundus *Comaclen.* 489.44
Juſtinianus Horatius *Montisalti.* 753.4

L

Labia Carolus *Adrien.* 408.56
Lambertuccius Superantius *Cervien.* 474.25

Lan:

Digitized by Google

Lancellottus Cæſar *M. Alti*. 754.6 A
Landus Benedictus *Foroſempron.* 840.41
Joan. Bapt. *Foroſempron.* 839.42
Laurentius *Foroſempron.* 838.40
Lanfranchus Auguſtinus *Foroſempron.* 834.30
Lavagna Bonifacius *Ravenn.* 381.85
Laurerius Dionyſius *Vrbinas*. 798.43
Laurettus Laurentius *Adrien.* 406.48
Laurus Georgius *Ripan.* 763.16
De Leis Bernardinus *Callien.* 822.48
Lenius Jo. Baptiſta *Ferrarien.* 559.74
Lentius Laurentius *Firman.* 721.64
Leonius Paulus *Ferrarien.* 558.73
Libertanus Aſcanius *Callien.* 825.56
De Lignamine Franciſcus *Ferrarien.* 502.63
Lillus Thomas *Placent.* 235.84
Linatus Joan. *S. Domnini*. 70.2
Joann. *Placent.* 236.87
Locatellus Euſtachius *Regien.* 316.81
Lormanus Jo. Franciſc. *Feretran.* 850.36
Ludoviſius Alexander *Bononien.* 52.100
Ludovicus *Bonon.* 53.101
Luperti Benedictus *Callien.* 826.64
De Lutiis Joan. *Callien.* 820.37

M

Macchiavellus Franc. Maria *Ferrarien.* 560.76
De Madiis Federicus *Placent.* 228.59
Magalottus Laurentius *Ferrarien.* 559.75
Mainardus Jo. Georgius *Ripanus*. 763.12
De Mainentibus Scipio *Mutinen.* 131.57
De Majolis Guadagnius *Cervien.* 474.26
Malabaila Vaſinus *Placent.* 233.79
Malabranca Ugolinus *Ariminen.* 428.45
De Malateriis Alexander *Livien.* 584.41
De Malateſtis Antonius *Caſenaten.* 463.68
Bartholomæus *Ariminen.* 434.52
Lealis *Ariminen.* 429.46
Lealis *Piſauren.* 860.44 C
Maldachinus Angelus *S. Severini*. 769.4
Malefardus Gregor. *Caſenaten.* 462.63
Maltraverſus Nicolaus *Regien.* 303.59
Angelus *Ferrarien.* 544.45
Malvaſia Neſtor *Piſauren.* 862.54
Mandoſius Tiberius *Montis alti*. 752.2
Manfredus Federicus *Favent.* 504.47
Mantica Germanicus *Adrien.* 408.5
Manzolius Benedictus *Regien.* 317.83
Maphæus Aſcanius *Urbin.* 804.54
Marazzanus Camillus *Parmen.* 194.65
Claudius *Senogal.* 882.50
Marcellinus Conradus *Feretran.* 848.26
Flaminius *Caſenat.* 466.81
Marcheſius Bernardinus *Saſſenat.* 676.53
De Marciariis Nicolaus *Callien.* 820.36
Marelli Thomas Maria *Urbinas*. 807.60
Mareſcottus Achilles *Cervien.* 476.39
Marlianus Fabritius *Placent.* 232.77
Joannes Auguſt. *Regien.* 320.90 D
Michael *Placent.* 232.75
De Martellinis Bernardus *Caſenaten.* 459.53
Martellius Franciſcus *Regien.* 317.82
Martinotius Federicus *Saſſenat.* 676.51
Martorellus Petrus Valerius *Leopol.* 856.43
De Marzapiſcibus Thomas *Ferrarien.* 547.49
Marzarius Horatius *S. Severini*. 768.1
Maſettus Julius *Regien.* 318.84
Maſdoni Ludovicus *Mutinen.* 140.79
De Maſtinis Conſalutius *Callien.* 821.41
Guillelmus *Callien.* 818.25
Petrus Anton. *Callien.* 821.42
De Matthæis Hieronymus *Firman.* 729.76
De Maximis Innocentius *Popilien.* 616.56
Maynerius Petrus *Placent.* 230.69
Mazza Alexander *Foroſempron.* 838.36
Joan. Franc. *Livien.* 587.57
Medices Bernardus *Livien.* 585.44
Medices Bernardus *Livien.* 586.47
Leonardus *Livien.* 585.45
Melchiorius Hieron. *Maceraten.* 744.24
Melioratus Coſmatus *Bononien.* 27.79
Coſmatus *Ravenn.* 390.95
Jacobus *Firman.* 715.51
Joannes *Ravenn.* 390.96
Petrus *Firman.* 714.51
Mellinus Celſus *Feretran.* 850.29
Franciſcus *Senogallien.* 874.43
Jo. Garſia Mellin. *Imolen.* 646.56
Ferdinandus *Imolen.* 648.58
Jo. Bapt. *Urbin.* 794.35
Lucas *Feretran.* 850.30
Mentius Petrus *Caſenaten.* 463.71
Merlinus Franciſc. Maria *Cervien.* 480.53
Merlonius Barnabas *Piſauren.* 861.51
Michaelius Franc. *Ravenn.* 388.90
Mirolius Guillelmus *Caſenaten.* 459.64
Miſſiroli Jo. Baptiſta *Popilien.* 618.62
B Molignattus Auguſtinus *Popilien.* 615.54
Molza Carolus *Mutinen.* 140.78
Molza Hector *Mutinen.* 140.77
Monaldus Anton. *Saſſenaten.* 672.38
Monicellus Petrus *Comaclen.* 483.17
De Monte, Antonius Maria *Ariminen.* 438.64
Chriſtophorus *Callien.* 823.52
Joannes *Callien.* 823.53
Montegranellus Horatius *Foroſempron.* 838.32
Monterentius Julius *Favent.* 511.58
De Moratinis Bartholomæus *Popilien.* 613.44
Moronus Galeazius *Tolent.* 775.1
Galeazius *Maceraten.* 744.25
Joannes *Mutinen.* 136.67
Morus Camillus *Comaclen.* 488.41
De Murro Thomas *Caſenaten.* 458.50
Muſotus Alexander *Imolen.* 645.55
Muſſus Cornelius *Popilien.* 614.50
Mutus Joannes *Imolen.* 638.29

N

Narduccius Jacobus *Urbinas*. 798.42
De Naſo Joannes *Bonon.* 24.75
Neguſantius Joan. Philippus *Saſſenaten.* 670.24
Nembrinus Carolus *Parmen.* 193.62
Nigronius Jo: Franciſcus *Favent.* 513.63
De Nobilibus Pomponius *Ripan.* 762.6
Vicedominus *Placent.* 222.51
Novellus Blaſius *Adrien.* 404.37
Titus *Adrien.* 404.38
De Numaiis Joannes *Livien.* 581.32
Joannes *Saſſenaten.* 655.30

O

De Obiziis Jacobus *Adrien.* 403.32
Comaclen. 484.28
Joannes *Adrien.* 404.34
Olgiatus Joſeph *Parmen.* 103.64
De Oratoribus Jacobus *Adrien.* 404.36
De Ordelafis Scarpetta *Livien.* 581.31
Oricellarius Franciſcus *Piſauren.* 862.57

P

Pacius Jacobus *Favent.* 505.49
De Paganis Simon *Livien.* 581.30
De Pago Petrus *Favent.* 503.40
Palatius Iacobus *Livien.* 583.40
Paleottus Rodulphus *Imolen.* 648.57
Alphonſus *Bonon.* 46.98
Gabriel *Bonon.* 41.97
Pallavicinus Alexander *S. Domnini*. 72.6
Baptiſta *Regien.* 311.73
Palma Carolus *Foroſempr.* 840.45

Pa-

Palumbara Io: Lucidus *Piſauren.* 864.69 A
De Pananeis Joannes *Senogal.* 873.36
De Pandanis B. Albertus *Placent.* 225.53
Albertus *Ferrarien.* 544.48
Pandulphus Alphonſus *Comaclen.* 488.42
Panichius Amicus *Saſſenaten.* 676.47
Pappafava Ubertus *Adrien.* 408.51
Paraccianus Jo. Dominicus *Senogal.* 881.62
Paravicinus Beltramin. *Bonon.* 24.74
Pariſanus Aſcanius *Ariminen.* 438.65
Julius *Ariminen.* 436.66
Paſſarellus Jacobus *Ariminen.* 436.58
Jacobus *Imolen.* 642.45
Paſſioneus Joannes *Callien.* 825.59
Joann. Franc. *Piſauren.* 864.68
De Paulis Annibal *Cervien.* 477.49
Paulutius Fabritius *Ferrarien.* 563.81
Maceraten. 746.29
Paulutius Franciſcus *Saſſenaten.* 664.29
Pavonus Cyprianus *Arimin.* 440.71
De Pellicanis Fortunatus *Saſſenaten.* 671.37 B
Pellinus Andreas *Maceraten.* 742.17
Pellizzarius Lazarus *Mutinen.* 139.72
Perendulus Thomas *Ravenn.* 390.97
Peretius Felix *Firmanus.* 722.65
De Perleonibus Angelus *Firman.* 714.48
Hugo *Placent.* 216.46
Perutius Angelus *Saſſenaten.* 675.45
De Peruzziis Clarus *Feretran.* 846.19
Petrutius Petrus *Popilien.* 613.47
Raphael *Popilien.* 613.46
Angelus *Saſſenaten.* 675.45
Philonardus Ennius *Feretran.* 850.33.& 34
De Phyſicis M. Leonardus *Firman.* 714.49
Piazza Iulius *Favent.* 513.65
Piccinardi Octavius *Regien.* 320.92
Piccolomineus Aeneas *Firman.* 717.54
Franciſcus *Firman.* 719.59
Picedus Papyrius *S. Domnini.* 68.1
Papyrius *Parmen.* 191.58
Pighinus Sebaſtianus *Adrien.* 406.46 C
Pignatellus Antonius *Favent.* 512.62
De Pileo Vvido *Ferrarien.* 545.52
De Piloſis Ugo *Placent.* 228.58
Pinellus Dominicus *Firman.* 722.66
Pinotus Laurentius *Regien.* 309.68
De Piranno Ludovicus *Livien.* 583.37
Pius Carolus *Ferrarien.* 561.77
Pius Rodulphus *Favent.* 505.51
Theodoricus *Favent.* 507.52
Mattheus *Mutinen.* 125.41
De Placentinis Joan. *Cervien.* 474.27
De Podio Joan. *Bonon.* 34.86
Podius Sebaſtianus *Ripan.* 762.7
Pollidorus Antonius *Urbinas.* 792.31
De Porta Grumerius *Placent.* 220.49
Joannes *Livien.* 580.26
De Portali Gerardus *Arimin.* 427.43
Portia Hieron. *Adrien.* 407.49
Portius Franciſc. *Cervien.* 476.38
De Poſſentibus Antonius *Leopolit.* 855.40 D
Prata Pileus *Ravenn.* 389.94.
Pratus Octavianus *Popilien.* 618.59
Procaccini Petrus Alexan. *Ripan.* 763.14
Pucinellus Calliſtus *Urbinas.* 805.56
A Puteo Joan. Lucas *Regien.* 313.76
Puteus Alphonſ. *S. Domnini.* 70.3

Q

QUirinus Joan. *Ferrarien.* 544.44

R

RAeanellis Lazarus *Vrbin.* 795.36
Rangonius Ugo *Regien.* 314.77
Claudius *Placent.* 236.86
Rangonius Claudius *Regien.* 318.85
Hercules *Mutinen.* 135.65
Hercules *Adrien.* 405.43
Rangonius Alexander *Mutinen.* 139.74
Ranutius Angelus *Bonon.* 54.105
Raſponus Joannes *Foroliv.* 588.59
De Raymundis Bartholom. *Bonon.* 28.80
De Retinella Robertus *Popilien.* 607.35
De Reſtanis Dionyſ. *Mutinen.* 130.53
Retanus Thomas *Adrien.* 408.51
Ricamontius Jo. Franciſcus *Cervien.* 481.58
Riccius Laurentius *Senogal.* 874.41
Richardis Franciſc. *Piſauren.* 862.56
Righinus Cæſar *Saſſenat.* 676.49
Rinuccinius Jo. Bapt. *Firman.* 728.71
Della Robbia Joan. *Popilien.* 617.57
Iſidorus *Popilien.* 617.58
Robertus Antonius Franciſcus *Urbinas.* 806.58
Nicolaus *Ferrarien.* 548.60
Ugo *Adrien.* 403.30
Vido *Regien.* 307.65
Roboreus Papinian. *Parmen.* 180.41
Albertinus *Piſauren.* 863.59
Bortholom. *Ferrarien.* 553.65
Iulianus *Bonon.* 35.89
Julius *Ravenn.* 394.104
Julius *Urbin.* 799.45
Paulus *Callien.* 824.55
Roccabella Philippus *Maceraten.* 744.23
Roccius Angelus *Piſauren.* 860.47
De Roellis Roellus *Foroſempron.* 833.25
Rodulphus Nicolaus *Imolen.* 643.48
Livien. 586.46
Romelinus Franc. *Firman.* 719.61
Ronchius Anton. *Saſſenat.* 672.40
Roncionus Marcus *Urbin.* 786.22
De Roncoveteri Alexander *S. Domnini.* 72.10
Roſa Joan. *Arimin.* 436.5
Julius *S. Domnini.* 72.9
Alphonſus *Ferrarien.* 557.71
Carolus *Favent.* 512.61
Rotellus Leander Pius *Saſſenat.* 675.44
Lælius Pius *Saſſenat.* 672.43
Roverella Bartholom. *Ravenn.* 391.98
Bartholomæus *Adrien.* 404.35
Filiaſius *Ravenn.* 391.99
Laurentius *Ferrarien.* 553.64
De Rubeis Ugolinus *Parmen.* 180.43
Alexander *Parmen.* 192.59
Ruffus Thomas *Ferrarien.* 565.83
Ruſca Joan. *Parmen.* 184.42
Ruſticuccius Hieron. *Senogall.* 877.50

S

SAbaterius Arnoldus *Bonon.* 23.71.
Sabellus Joan. Jordan. *Bonon.* 23.69
Marinus *Ferrarien.* 518.14
De Sacramoris Sacramorus *Parmen.* 186.49
Sacramorus *Placent.* 232.76
Sacratus Alphonſus *Comaclen.* 488.40
Franciſcus *Ceſenaten.* 465.78
Hercules *Comaclen.* 488.38
Saladinus Jacobus *Ceſenaten.* 462.62
Thomas *Parmen.* 193.63
Salicinius Julius Cæſar *Arimin.* 439.69
Salterellus Simon *Parmen.* 180.42
Simon *Comaclen.* 484.26
Salviatus Joan. *Ferrarien.* 555.68
Joan. *Firman.* 719.62
Sanctacrucius Anton *Urbin.* 803.52
Sanctacrucius Octavius *Cervien.* 477.46
Scipio *Cervien.* 477.45
Sanctolini Hieronymus *Cervien.* 480.57
Sanctorius Fatius *Ceſenat.* 463.72
Paulus Æmilius *Urbin.* 803.72

Sanctucetus Hieronym. *Foroſempron.* 834.31
Sandonninus Nicolaus *Mutinen.* 132.60
Sanvitalius Albertus *Parmen.* 178.35
Franc. Anton. *Urbinas.* 807.59
Sanvitalis Opizo *Parmen.* 173.22
Opizo *Ravenn.* 382.86
Petrus Opizo *Parmen.* 178.37
Saregus Ludovic. *Adrien.* 407.50
Savius Jo: Paulus *Adrien.* 408.53
Saxatellus Robertus *Piſauren.* 864.64
Saxus Lucius *Ripan.* 760. 1
Scala Bernardin. *Feretran.* 855.39
Scappius Alexander *Placent.* 237. 88
Scarampus Ludovic. *Bononien.* 33.84
Scarampus Rotlandus *Regien.* 308.66
Sclafinatus Joan. Jacob. *Parmen.* 186.50
Scottus S. Fulco *Placent.* 222.50
Scotus Joan. Bernardin. *Placent.* 234.82
Raynerius *S. Domnini.* 71. 4
Scribonius Dominicus *Imolen.* 643.47
Secanius Joan. *Feretran.* 847.22
Sega Philippus *Ripan.* 761. 2
Philippus *Placent.* 235.85
Seghicellus Jo: Bapt. *Favent.* 507.53
Selingardus Gaſpar *Ripan.* 762.5
Sermattei Adrianus *S. Domnini.* 72.11
Seſſius Theobaldus *Regien.* 310.71
Ugolinus *Regien.* 309.70
Severinus Anton. *Callien.* 820.39
Sferratus Thomas *Callien.* 820.34
Sfortia Alexander *Parmen.* 190.56
Aſcanius Maria *Piſauren.* 862.55
Federicus *Arimin.* 441.73
Vvido Aſcan. *Parmen.* 189.55
De Sicardis Albertus *Callien.* 820.31
Silingardus Gaſpar *Mutinen.* 138.71
Ripan. 762. 5
De Silveſtris Franciſc. *Ariminen.* 424. 36
Franc. *Senogallien.* 870.31
Papyrius *Maceraten.* 746.27
Simonetta Jacobus *Piſauren.* 863.61
Ludovicus *Piſauren.* 863.60
Julius *Piſauren.* 864.63
Spada Philippus Carolus *Piſauren.* 874.63
Sperellus Aſcan. *S. Severini* 769. 2
Franc. *S. Severin.* 789. 3
De Spiritibus Chriſtophorus *Caſenat.* 464.73
Jo. Bapt. *Caſenat.* 464.74
Spreti Camillus *Cervien.* 481.59
Pomponius *Cervien.* 480.54
Staccolus Hieron. *Urbin.* 794.34
De Stagno Petrus *Ferrarien.* 547.56
De Stampis Alexander *Favent.* 504.45
Strata Joan. *Comaclen.* 485.29
Joan. *Livien.* 582.35
Strozza Alexander *Firman.* 727.69

T

TAberna Stephanus *Parmen.* 187.51
Tamantini Andreas *Callien.* 825.62
Tartarinus Conradus *Livien.* 587.55
Taſſus Aloyſius *Maceraten.* 743.20
Tavaccius Seraphinus *Regien.* 309.69
De Tauro Alphonſus *Firman.* 713.45
Tauruſius Dominicus *Ferrar.* 563.80
Terma Joan. *Favent.* 504.44
Theobaldus Jacob. *Feretran.* 847.24
Theodulus Jacobus *Livien.* 588.57
Joan. Ruphus *Popilien.* 612.43
Ludovic. *Popilien.* 1615.52
Marius *Imolen.* 649. 5
Theophilus Fulvius *Livien.* 587.53
Tyrannus Felix *Urbin.* 800.46
De Tocco Marinus *Macerat.* 739.11
De Todinis Roger. *Callien.* 819.29
Tomaſinus Thomas *Maceraten.* 739.14
Thomas *Urbin.* 70.29
Tontus Michael Angel *Caſenat.* 464.77
A Tophaninus Vincentius *Arimin.* 439.68
Torellus Bartholom. *Callien.* 821.45
Thomas *Livien.* 589.60
Torrigianus Lucas *Ravenn.* 396.108
Torus Jo. Bapt. *Callien.* 823.54
Della Toſa Lotharius *Favent.* 501.31
De Toſſiniano B. Jo. *Ferrarien.* 551.62
Traſius Pacificus *Callien.* 825.60
De Traverſariis Joan. *Raven.* 351.57
Triſſinus Adelardus *Regien.* 265.42
Trivultius Anton. *Placent.* 233.78
Catalanus *Placent.* 234.81
Scaramutia *Placent.* 234.80
Trombetta Anton. *Regien.* 312.74
Anton. *Urbin.* 798.40
Turchius Thomas *Comaclen.* 486.35
Turre Iacob. Ant. *Mutinen.* 132.58
Jacob. Ant. *Regien.* 310.72
Joan. *Parmen.* 186.48
Philippus *Adrien.* 408.57
B

V

VAira Antonius *Adrien.* 409.58
Valente Erminius *Favent.* 509.57
Valvaſorius Hieronymus *Piſaur.* 864.71
Vannuccius Jacobus *Arimin.* 434.53
Varanus Alexander *Maceraten.* 746.30
Vaſellius Fortunerius *Ravenn.* 389.92
Ubaldus Octavianus *Bonon.* 21.65
Octavianus *Bonon.* 22.67
Schiatta *Bonon.* 22.68
Thomas *Imolen.* 638.26
De Ubertinis Nicolaus *Favent.* 503.39
De Ubertis S. Bernardus *Parmen.* 568.28
Ubertius Raynerius *Arim.* 421.22
Ubertus Anaſtaſ. *Imolen.* 644.50
Ublatella Dominicus *Raven.* 351.54
Ventorellus Io. *Caſenat.* 463.70
C Verallus Hieron. *Popilien.* 614.49
De Verme Thaddæus Aloyſius *Ferrarien.* 564.82
Imolen. 650.65
De Vetulis Antonius *Firman.* 113.47
Uguccciolus Jo. *Senogall.* 874.40
Vicecomes Albericus *Firman.* 711.41
Albertus *Placentin.* 227.55
Alphonſus *Cervien.* 477.50
Carolus *Feretran.* 850.35
De Vicedominis Sixtus *Mutinen.* 137.69
Vigerius Marcus *Senogal.* 877.47
Marcus *Senogall.* 877.48
Urbanus *Senogall.* 877.49
De Vigilantibus Simon. *Senogall.* 874.42
De Vincentiis Thomas *Piſauren.* 851.62
Vinoli Franciſcus *Piſauren.* 859.39
Vitelleſcus Jo. *Maceraten.* 739.13
Vitellius Franciſcus *Urbin.* 804.53
Vitellotius *Imolen.* 644.51
Viventius Joan. *Cervien.* 474.29
D Urſarola Joannes *Cervien.* 469.16
Urſinus Nicolaus *Ripan.* 763.10
Fabritius *Arimin.* 437.62
Franciottus *Arimin.* 438.63
Latinus *Urbin.* 793.32
Matthæus *Imolen.* 639.30
Paulus *Montis alti.* 753.3
Jacobus Maria *Caſen.* 466.83
Ulyſſes *Ripan.* 763.11

Z

ZAgnus Ubertus *Placent.* 449.64
Zanius Conſtantius *Imolen.* 650.64
Zannettinus Sigiſmundus *Firman.* 723.67
Zanovius Franciſcus *Favent.* 503.43
Zecchadorus Jo. Baptiſta *Foroſempr.* 839.43
Zobolus Philippus *Comaclen.* 486.33
Zolius M. Antonius *Cremen.* 62.6

INDEX
LOCUPLETISSIMUS RERUM ET MATERIARUM,
De quibus in hoc ſecundo Tomo, & Opere fit mentio.

Abbas vide Monaſterium. A
Abbatia de Mediana conceditur Epiſcopo Parmenſi a Carolo Rege. 150.C
Abbatia S. Martini Vallis Serenæ de Parma fundatur a Cardinali Gerardo Blaneo. 179.B
Abbatia S. Martini ædificata ditiſſime a Cardinali Blanco Parmenſi. 142.D
Abbatia de Berceto donatur aliis juribus, & confirmatur Epiſcopo Parmenſi a Carolo Rege 145.B
Abbatiæ de Pompoſa exemptio, & permutatio. 359.A
Abbatiæ S. Bartholomæi Ferrariæ fundata ex voto Ladæ celebris fœminæ pro incolumitate Marini filii. 527.A
Abbates monaſteriorum in Eccleſiis eorum Abbatiarum parochialium, ex antiqua diſpoſitione ſacrorum canonum presbyteros apponere non poſſunt ſine conſenſu Epiſcopi. 118.A
Abbati S. Ruphilli ab Epiſcopo Foropopilienſi plura donantur. 602.B B
Academiæ Bononienſis fundatio, & deſcriptio 6.C
Academia Parmenſis. 142.B
Academiæ Placentinæ erectio. 225.D.
Academia Firmana a Bonifacio VIII. fundata 681.C
Academia Firmana reſtituta a Sixto V. ib.
Academia Maceratenſis fundata à Nicolao IV. & Paulo III. 730.C
Academia Ferrarien. fundata a Federico Imperatore in odium Bononienſis. 315. D
Accurſus Gloſſator Bononiæ obiit. 22.C
Acta Synodi Ravennatenſis ſub Arnoldo Archiepiſcopo. 359.D
Adami, & Evæ ſtatuæ Mutinæ celebres. 75.B
Adeldæ Auguſtæ bona conceduntur Archiepiſcopo Ravennati a Gregorio V. poſt ejus obitum. 353.C
Adefridus Epiſcopus Callienſis comitatur Romam Carolum Magnum poſt victoriam Longobardorum. 811.C
Adminiſtratio Eccleſiæ Cæſenatenſis demandatur ab Eugenio Papa IV. 462.C C
Adriæ ſitus, Antiquitas, & conditores. 397.B
Adria colonia Etruſcorum a primis ipſius temporibus fortunæ fulmen ſenſit. ib.
Adriæ Epiſcopi Rhodigii Joanne X. Pont. Max. permittente ſedem figunt. ib.C & 401.B
Adriæ nobilis cathedralis ſtatus. ib.D
Adrienſis cathedralis ædificatores. ib.
Adriæ canonicorum collegium erectum. 401.D
Adria ad littus maris de ſuo nomine Adriatici dicti capta, & deſtructa à Sarracenis. 402.D
Advocatis conceditur in Emphyteuſim caſtrum S. Mariæ. 116.D
Æmiliæ Provinciæ fines qualiter apud varios auctores deſignentur. 1.A
Æmilia Inſubria Ciſpadana dicta. 1.A
Afflictæ gentis Præſules & Dynaſtæ 610.A.B.C
Ageltrudi Imperatrici donatur monaſterium S. Agathæ Ticini. 151.B
Albertus de Pandonis Epiſcopus Placentinus ſcribit contra Federicum II. Imperat. Eccleſiæ hoſtem. 226.B
B. Albertus Epiſcopus Ferrarienſis obiit. 544.C
Albertona, & Paccarona gentes deſcriptæ 701.B
Albertus Boſchettus Epiſcopus Mutinenſis hoſpitio excipit Innocentium IV. a Conc. Lugdunenſi redeuntem. 124.B
Albertus Boſchettus patriæ conſulit. ib.
Albizii Florentiæ exilio mulctati. 822.D
Albus equus mutuandus Epiſcopo Faventino pro feudo a monachis Camaldulenſibus. 495.C
S. Aldebrandi Epiſcopi Foroſempronienſis miracula, & vitæ fragmentum. 830.D
Alexander PP. II. confirmat privilegia, & de novo concedit canonicis Ferrarienſibus. 534.D
Alexander PP. III. canonicis Ferrarienſibus confirmat bona & jura. 538.B
Alexander PP. III. confirmat privilegia Imolenſibus. 628.A
Alexandri Muſotti Epiſcopi Imolenſis pietas in fundandis monaſteriis, & Eccleſiis inſtaurandis. 645. D
Alexander Card. Farneſius poſtea Paulus PP. III. adminiſtrat ante Pontificatum Epiſcopatum Bertinorienſem. 612.C
Alexander Ludoviſius Card. Archiepiſcopus Bononienſis ad Pontificatum evaſit dictus Gregorius XV. 53.A
Alexander Farneſius Epiſcopus Parmenſis poſtea Paulus Tertius. 187.D
Alexander Card. Farneſius Pauli III. nepos in ætate 14. annorum efficitur Epiſcopus Parmenſis. 188.C
Alexander Card. Farneſius plurima, & ditiſſima obtinet ſacerdotia. ibid.D
Alexandri Cardin. Farneſii legationes Apoſtolicæ. ibid.
Alexander Card. Farneſius ædificavit templum Societatis Jeſu Romæ, ac alibi alia. 189.A
Alexander PP. V. antea Petrus Philargus obtinuit Placentinum Epiſcopatum. 230 C
Alexander Card. Eſtenſis quatuor comitiis Pontificibus creandis magna ſui nominis gloria adfuit. 319.C
Alexander PP. V. dejicit ex Adrienſi Epiſcopatu Jacobum de Obiziis. 403.D
Alexander Card. Sfortia à Pio Papa IV. mittitur ad Conc. Tridentinum, eidemque Flaminiæ legato ſtatua erigitur. 190.C
Alexander PP. III. conventum Cremonæ habet, &

con-

confirmat decimas Epiſcopo Mutinenſi. 119.C
Alidoſius Card. occiditur a Duce Urbini. 37.A
Alphonſi Roſſetti ſedulitas in legationibus pro Principibus Ateſtinis. 557.D
S. Ambroſius ponit ejus ſcripta ſub cenſura S. Sabini Epiſcopi Placentini. 196.D
S. Ambroſius Bononiæ profugus corpora Ss. Vitalis, & Agricolæ divina revelatione reperit. 78.C
Amaltheus Cornelius carminibus in Ferrariam ludit. 516. A
Amelius Petrus Gallus Epiſcopus Senogallienſis. 873. D
Amelius Præpoſitus Bellimontis Capellanus PP. doctor, & Piceni gubernator. 732.C
Amerinus Manſus canonicis Faventinis conceſſus. 496. A
Anaſtaſius Card. privatus cardinalatu, & excommunicatur a Conc. ob abſentiam a ſua parochia. 785. B
Angelus Cardinalis Cipranica Abbatiam Ferrarienſem S. Bartholomæi Ciſtercienſibus dimittit. 530. C
S. Angeli oppidum erigitur in civitatem Epiſcopalem ab Urbano Papa VIII. 895 D
S. Angelo aſſignatur in diœceſim caſtrum Lamulæ. 888.C
Angliæ, & Galliæ diſcordias Pontifex componit per ſuum legarum ad Reges miſſum. 31. D
Anglorum Regi charus fuit ob cleri mores reſtitutos Cardinalis Campegius. 38. A
Anglica legatio Campegii in cauſa matrimonii Henrici, & Catharinæ Regum. ibid.B
Angliæ Regi charus Jacobus Paſſerellus Epiſcopus Arimin. ideo inſigniis Regiis donatur. 436. D
Angelus Cæſius Nuncius Apoſtolicus ad Rempublicam Venetam vir laudatiſſimus. 440.C
Angliæ nuncius Petrus Griſus Epiſcopus Forolivienſis. 584.D
Anichinus Cæſarianorum ductor Hetruriam vaſtat. 847. B
S. Annæ cranium Bononiæ in Eccleſia Carthuſianorum. 32.A
Annibal Annibaldenſis auctor peſtiferi ſeminis in Chriſtianam fidem reducitur ad meliorem frugem a Jacobo Epiſcopo. 869.D
Anſelmus Forolivienſis Dux monachus efficitur; fundat monaſterium Fananum, & Abbatiam Nonantulanam. 83. B
Anſelmus Forolivienſis dux effectus Abbas Nonantulanus condidit plura Xenodochia, ac plura præclare agit. 90.C
Anſelmi Abbatis Nonantulani mira geſta, & obitus. ibid.
Antiquitatis ſtudioſus Rodulphus cardinalis Carpenſis. 506.C
Fr. Antonius Card. Barberinus ex Ordine Capuccinorum Epiſcopus Senogallienſis plura ſemper in pauperes diſperſit, tandem pia loca ex aſſe hæredes fecit. 879.D
Antonii Geraldini Poetæ laureati carmina de Dominico Card. Capranica. 717.A
Apocrypha dicta Eccleſiaſticis prohibita. 358.C
S. Apollinaris miſſus a S. Petro Apoſtolo in Inſubriam ad prædicandum evangelium. 239.C
S. Apollinaris primus Epiſcopus Ravennas toti Flaminiæ Chriſti fidem prædicat. 327.A
S. Apollinaris unus ex 72. diſcipulis D.N. Jeſu Chriſti Martyrio decoratur, & ſuæ Eccleſiæ plurimum confert. ibid.
Appellationes ad ſedem Apoſtolicam impediuntur ab Epiſcopo Parmenſi, ideo quæſtioni & proceſſui ſubjiciuntur. 176.C D
Aquæ excreſcentes S. Geminiani invocatione ad alvum redeunt. 79.B
Aquam pluviam mirabiliter impetrat Cæſenatibus S. Severus Epiſcopus. 445.B
Archidiaconus Bononienſis celebris doctor, patruus Guidi de Guiſcis Epiſcopi Mutinenſis. 129.C
Archiepiſcopatus Bononienſis erectio. 40.A. B
Archiepiſcopi Ravennates quando ſe erexerint contra auctoritatem Rom. Pontificis. 341.C
Archiepiſcopus Ravennas Conſtantinopolim ſenex proficiſcitur ad Imperatorem Arrianum, ut jugum Romani Pont. excutiat. 342.A
Archiepiſcopus Ravennatenſis in Romano Concilio ſubſcribit ſubjectionem ſedi Apoſtolicæ. 342.B
Archiepiſcopus Ravennas, etiam mortuus invidia ſui cleri afficitur ob ſubſcriptionem ſubjectionis ſedi Apoſtolicæ. ibid.
Archiepiſcopatus Ravennaten. vacat per 11. annos. 359. D
Archiepiſcopus Ravennæ præſente Imperatore ſedet ad ſiniſtram Pp. abſente vero ad dexteram. 361. A
Archiepiſcopum Ravennæ electum à Federico Imperatore Adrianus Pp. confirmare noluit. 371.C
Archiepiſcopus Ravennæ ubique defert crucem, & tintinnabulum, niſi Romanus Pontifex intra Provinciam degat ad tertium milliare. 379.C
Arduinus Placentinus Epiſcopus jacit fundamenta cathedralis. 214.A
B. Arduini Ariminenſis obitus. 419.D
Argentea tabula legata a Carolo Magno Ravennati Eccleſiæ. 344.C
Argenta effecta juris Archiepiſcopi Ravennatis per Federicum Imperatorem. 372.B
Arimini antiquitas, ſitus, & denominatio. 409.B
Ariminum olim Armamentarium Romanum. ibid.
Arimini conditores qui. ibid.
Ariminum Romanorum colonia, prius Umbrorum. ibid.
Ariminum unum ex 7. locis, ubi antiquitus martyres trucidabantur. 413.C.D
Ariminum a pleriſque appellatum magna Urbs. 409. D
Arimini eadem regionum nomina, quæ Romæ. 410. A
Ariminum a S. Damaſo Pp. numeratur inter 7. martyrii palmas. 410.B
Ariminum Romanis Imperatoribus charum, ab Auguſto nobilitatur ponte, ab Antonino Pio fonte, & alii ædificiis. 409.D
Ariminum fidem Chriſti a S. Apollinare promptiſſime hauſit, conſtantiſſime retinet. 410.B
Ariminenſis Epiſcopatus primitus ſub immediata ſedis Apoſtolicæ protectione, poſtea efficitur ſuffraganeus Ravennati Archiepiſcopo a Clemente Papa VIII. ibid. C
Ariminenſis diœceſis amplitudo. 411.A
Arimini plura corpora Ss. 412.C
Arimini per cæcam mirabiliter inveniuntur corpora Ss. Gaudentii, Victoris, & Valentini. 415, A. B. C
Ariminenſis Epiſcopus in ingreſſu veſtimenta, & equum donat S. Gaudentio. 413.B
Ariminenſis Epiſcopus a Lucio Papa II. eximitur ab omnibus metropolitanis, ac Apoſtolicæ ſedi ſubjicitur. 412.D
Ariminenſis cenſus ſedi Apoſtolicæ per Epiſcopum ſolvendus. 423.A
Ariminenſe conciliabulum ab Arrianis celebratum. 412. B
Arimini varii domini, & Tyranni diverſis temporibus. 410.C
Armis gentilitiis uſus non fuit cardinalis Albergatus, ſed cruce. 32.D
Atriana hæreſis, & alia peſſima exploduntur a S. Geminiano Epiſcopo Mutinenſi. 78.B
Arriana templa Ravennæ expurgata. 337.B
Arriani Arimini conciliabulum celebrant, S. Gaudentium Epiſcopum trucidant. 412.B
Arriani plura incutiunt Bonifacio, & Sigiſmundo Senogallienſibus Epiſcopis. 866.C.D
Aſtulfus Longobardorum Rex confirmat privilegia Epiſcopis Mutinenſibus. 83.B
Aſtulphus Longobardorum Rex victus a Pipino Rege Galliæ. 325.A
Aſtulfus Longobardorum Rex iterum Ravennam occu-

occupat. 325.A A
Aſtulpho, & Longobardis devictis Carolus Magnus Romandiolam, & Ravennam iterum juris Romanæ Eccleſiæ efficit. ibid.
Aſtulphus, ſive Ayſtulphus Rachi Rex Italiæ plura dona dat Abbatiæ Nonantulæ. 83.C & 86.B
Ateſtini quando Mutinam ſui juris fecerint. 74.B
Ateſtini dominatum, Vicariatum, marchionatum & ducatum Ferrarienſem a ſede Apoſtolica obtinent. 514. AB
Attila Hunnorum Rex prætereiens fines Mutinæ a S. Geminiano excæcatur, ne illam conſpicere poſſit, ne diruatur. 79.B
Attilæ Regi obviam prodit Joannes archiepiſcopus Ravennatenſis, & obtinet, ne civitas evertatur, ſed tantummodo ejus portæ. 334.C
Avaritia maxima Jo. Baptiſtæ Ferrarii Card. ob quam occiditur inviſus omnibus. 134.B
Avaritiæ ſordes quomodo ſingulari exemplo evitaverit Card. Gabrielius. 796.C
Auditor Rotæ Venetus antiquitus. 418.D B
Auguſtiniani quando primum Bononiæ recepti. 22.C
Auguſtiniani vide Eremitani. 137.B
Auguſtana comitia Othonis Imperatoris.
Fr. Auguſtinus de Favaronibus Generalis Ordinis Eremitarum, vir doctiſſimus, ſanctitatis laude commendatur. 462.D
Auguſtinianis datur Eccleſia S. Mariæ de Monte ſancto Firmanæ diœceſis. 710.A

B

BAduarius Venetus orator impeditur, ac vulneratur in itinere, ne Romam veniat ad petendam pro Venetis inveſtituram Comaclii. 527.B
Baptiſtæ Mantuani de Macerata carmina. 730.A
Barberinus Maphæus, Urbanus PP. VIII. 839.D
Barberinus Fr. Antonius Capuccinus Cardinalis poſt plura erecta pia loca ditiſſimæ hæreditatis ex aſſe collegium de propaganda fide cum legato menſtrui ſtipendii Epiſcopis Orientalibus ad limina accedentibus hæredem dixit. 879.D C
Barbetinus Guizinigo filius nobilis militis. 501.B
S. Barnabas in Gallia Transpadana miſſus ad prædicandum evangelium a S. Petro. 239.C
Baronii æquivocum ſuppletur. 446.A
Bartoli locus de translatione civitatis Callii. 810.A
S. Bartholo Angelus & S. Geminianus aſſiſtit donec vitam trahit. 80.C
Bartholomæi Guidiccionii elegia de vita rurali. 836.A
Baſileenſe Concilium ſcribit ad Auximanos pro poſſeſſione tradenda Epiſcopo in eo intereſſenti. 833.C
B. Beatrix Eſtenſis. 544.B
Beluculæ domini inveſtiuntur a Gulielmo Epiſcopo Mutinenſi de caſtro Rochæ S. Mariæ. 123.B
Bellicus conflictus in Germania inter Langravium Turingiæ, & Conradum filium Federici Imperatoris. 543.D D
Benedictinorum cœnobium Mutinæ fundatur a Joanne Epiſcopo. 106.D
S. Benedictus regulam ita docuit, qualiter in ea vixit. 356.D
Benedictus Tudertinus, Sarſinæ Epiſcopus, ſpoliatus ab Ordelaffo, miſere periit. 670.B
Benedictus Accoltus Cardinalis carceri mancipatur à Paulo III. 393.B
Benedictus Cardin. Accoltus è carcere exſolutus contemplationi, & philoſophiæ ſe tradit. ibid.
Benzoni Crema potiuntur. 56.D
Berengarius Rex concedit plura Eccleſiæ Mutinenſi. 101.B
Berengarius Rex concedit privilegium juriſdictionis Epiſcopo Mutinenſi caſtri ab eo ædificati. 102.C.
Berengarius Rex concedit jus faciendi Mercatum Epiſcopo Mutinenſi, & ſucceſſoribus. 102.C
Berengarius de Berengariis ſtrenuus dux Forolivienſis corona Imperiali redimitur a Pontifice ob fortia geſta. 570.D
Berengaria, Regina Hieruſalem, ſoror Regis Hiſpaniæ. 700.C
Bernardus Parmenſis inveſtitur ab Henrico Imperatore de pluribus in remunerationem, & confirmantur ei conceſſa per Othonem Imperatorem. 162.C
S. Bernardus Ubertus Epiſcopus Parmen. Eccleſiam reſtituit, ſchiſmaticos ad unionem reducit, & alia fortiter peragit. 168.C
S. Bernardus Ubertus legatus Apoſtolicus in Inſubria pro ſchiſmate diluendo. ibid.
S. Bernardus Ubertus confirmatur Epiſcopus a Paſchali Pp. II. mortuus canonizatur. ibid.
S. Bernardus fundavit Abbatiam de Columba Placentiæ. 195.D 211.C
Berta filia Ugonis Regis Italiæ poſtea vocata Eudoxia. 157.A
Berta deſponſatur Romano Conſtantini Porphyrogeniti filio. ibid.
Bertam Conſtantinopolim deducit Sigefridus Epiſcopus. 157.A
Bertinorienſium rerum antiquarum inſtructio. 593.B
Bertinorium forum Triventinorum appellatum. 592.A
Bertinorium, & Forumpopilii a S. Apollinare erudiuntur in Chriſtiana fide. ibid.C
Bertinorienſis Eccleſiæ ſacerdotia, & res ſacræ, 593.C
Bertinorii domini ac tyranni variorum temporum. 593.B
Beſſarionis Cardinalis ſtudia coadiuvat Fr. Julianus Volaterranus Epiſcopus Foropopilienſis. 612.A
Bibliothecam Vaticam Nicolaus Papa V. auxit exquiſitis, & egregiis codicibus. 34.C
Bibliothecam M. S. Malateſta Cæſenæ inſtruit. 442. B
Bibliotheca Dominici cardinalis Capranici. 716.C
Bibliotheca Urbinatium ducum M. S. codicibus inſignis. 781.C
Bibliotheca Urbaniæ Franciſci Mariæ ultimi ducis. 883. B
Bobium vocabatur Sarſina, & Epiſcopus dicitur princeps Bobienſis. 10.C
Bonifacius nepos comitiſſæ Mathildæ donat, & confirmat donationes plurium caſtrorum Ravennati Archiepiſcopo. 268.C
Bonifacius VIII. Papa & Benedictus Papa XI. irritant electionem Pepponis electi Foropopilienſium Epiſcopi ob infidelitatem Eccleſiæ Romanæ. 606.D
Bononiæ deſcriptio. 3. A
Bononiæ conditores, & cur tale nomen ei inditum fuerit. ibid.B
Bononiam, & Felſinam dictam Boii Galli Hetruſcis expulſis obtinuere, ac denominavere. ibid.
Bononia, Roma antiquior, poſtea deducitur Romanorum colonia. 4.A
Bononiam deflagratam Claudius Cæſar reſtituit. 4. B
Bononia Romanis Imperatoribus pluries rebellans, tandem a Theodoſio Imperatore diruitur. 4. B
Bononia precibus S. Petronii a Theodoſio Imperatore reſtituitur. ibid.
Bononia e manibus Longobardorum erepta a Pipino Rege, & Carolo Magno Romanæ Eccleſiæ tribuitur. 5. A
Bononia iterum tribuitur Romanæ Eccleſiæ a comitiſſa Mathilda. ibid.
Bononia pluribus paruit, etiam civibus, ac Tyrannis. ibid.B
Bononia etiam in Reipublicæ liberæ formam vixit. ibid.
Bononienſes dominio exuti a Federico imperatore ob captum Regem Entium. 5 A

lib-

Bononienſes Tyranni. 5. A
Bononia à quibus fidem Chriſti hauſerit. 5. B
Bononia celebriora Italiæ templa continet. 5. D
Bononia monaſt. pluribus & collegiis referta. ibid.
Bononienſis Eccleſia erigitur in metropolim, & Archiepiſcopatum Æmiliæ. 6. B. a Gregorio Papa XIII. 42.A.B
Bononienſis academia fundata a Theodoſio Imperatore, reſtituta a Carolo Magno, & Lothario Impp. 6. C
Bononia patria plurium ſummorum Pontificum. 6. D
Bononienſes in tutelares protectores exoptant SS. Dominicum, & Franciſcum. 21. B
Bononia ſedi Apoſtolicæ recuperata a Beltramino Epiſcopo. 24. C
Bononiæ vicarius Thaddæus Pepulus pro ſede Apoſtolica declaratus. ibid.
Bononienſis Archiepiſcopatus erectio confirmatur a Clemente Papa VIII. 46 C
Bononienſi civitati ab Innocentio VI. conceditur privilegium ſtudii, & laureandi. 24. D
Bononienſis epiſcopatus poſſeſſionem Cardinalis Antonius Corarius adipiſci numquam potuit. 30. A
Bononienſi Archiepiſcopatui auferuntur Imola, & Cervia, quæ Ravennati Archiepiſcopo reſtituuntur, & eorum loco attribuuntur S. Domnini, & Cremæ Eccleſiæ. 46. C
Bononienſes Ravennam occupant. 325. A
S. Bonitius Epiſcopus Placentinus plura paſſus in ſchiſmate Cadaloi pro Eccleſia, electus Epiſcopus Placentiæ excæcatur, & martyrio coronatur. 211. A
Bonum in vita operandum: de hoc dicto vide plura notabilia. 356. A.B.C
Borgia veneno extinguit patruum; ob id evaſit fortunæ ludibrium. 490. C
Boſchettus Bonadamus Mutinæ Epiſcopus ejicitur e civitate a Gibellinis. 129. A
Bramantes templi Vaticani celeberrimus architectus. 890. A
Brancaleonii Metaurenſes caſtri Durantis Vicarii. 882. D
Branchaleonii fundatores Abbatiæ S. Chriſtophori caſtri Durantis nunc Urbania. 883. C
Branda Epiſcopus Placentinus privatur Epiſcopatu a Gregorio XII. Pp. quia contra ipſum ſentiebat. 231. A
Branda Epiſcopus Placentinus renunciationi Pontificatus promiſſæ a Gregorio XII. mordicus inſiſtit ibid.
Breviario ac miſſali corrigendo de ordine Cong Conc. Tridentini Fuſcararius Epiſcopus laboravit 137. B
Bulignanus Epiſcopus Firmanus adhæret Federico Imperatori contra Alexandrum Pp. III. ideo privatur Epiſcopatu. 694. A
Bulla confirmationis gratiarum, & privilegiorum conceſſorum à Romanis Pontificibus Epiſcopis Bononienſibus Gregorii Pp. VII. 16. B
Bulla vide privilegium.
Bulla erectionis Epiſcopatus Bononienſis in Archiepiſcopatum. 42. B
Bulla erectionis in cathedralem Eccleſiam Cremenſem. 57. D
Bulla confirmationis Archiepiſcopatus Bononienſis, & conceſſionis in ſuffraganeas Eccleſias Cremæ, & S. Domnini. 46. C
Bulla erectionis in cathedralem Eccleſiam S. Domnini. 63. B
Bulla proviſionis prima vice Eccleſiæ Burgi S. Domnini in perſonam Papyrii Picedi. 68 D
Bulla Stephani Pp. conceſſionis corporis S. Silveſtri Abbatiæ Nonantulanæ cum aliis privilegiis. 84. B
Bulla Bonifacii VIII. fundationis monaſterii, & Abbatiæ S. Martini de Parma. 179. B
Bulla Stephani Pp. IV. conſecrationis Epiſcopi Placentini. 203. A
Bulla Benedicti Pp. Octavi confirmationis bonorum & privilegiorum monaſterii S. Sabini de Placentia. 207 C
Bullæ Dionyſii Epiſcopi Placentini erectionis Abbatiæ, & monaſterii S. Sepulchri. 20.. C
Bulla Innocentii II. Pp. receptionis in protectionem Sedis Apoſtolicæ monaſterii de Columba Placentini. 213 A
Bulla Adriani IV. confirmationis electionis in Epiſcopum Placentinum Hugonem Perleonem. 216. C
Bulla Paſchalis Pp. Primi confirmationis privilegiorum Archiepiſcopi Ravennatis in cortice arboris. 344 C
Bulla Gregorii Pp. V. conceſſionis Epiſcopatuum in ſuffraganeos Ravennati Archiepiſcopo Placentiæ, & Montis Feretri. 35.. A
Bulla Gregorii Pp. V. conceſſionis privilegiorum & confirmationis obtentorum, nec non largitionis caſtrorum Archiepiſcopo Ravennati. 353. B
Bulla Clementis II. Pp. ſuper præcedentia Archiepiſcopi Ravennatis. 361. B
Bulla Honorii Pp. II. reſtitutionis Eccleſiarum ſuffraganearum Archiepiſcopo Ravenn. 365. C
Bulla Gregorii IX. Pp. confirmationis largitionum caſtrorum, & juriſdictionis Archiepiſcopo Ravennæ. 377. D
Bulla Lucii II. Pp. confirmat. privilegiorum, & aliorum indultorum epiſcopis Ariminenſibus. 421. D
Bulla Clementis V. Pp. fundationis capellæ S. Priſcæ factæ a Cardinali Battaglia. 425. C
Bulla Bonifacii IX. Pp. confirmationis privilegiorum obtentorum per Epiſcopos Ariminenſes. 429. B
Bulla Eugenii IV. Pp. adminiſtrationis Eccleſiæ Cæſenatenſis. 464. C
Bulla Gregorii IX. Pp. cum inſertione ſententiæ, & proceſſus fabricati ad favorem Epiſcopi Cervienſis contra Ravennates in negotio ſalis. 469 B
Bulla proviſionis Epiſcopatus Ferrarienſis in perſonam B. Joannis de Toſſignano facta ab Eugenio IV. Papa. 550. B
Bulla Eugenii III. Papæ confirmationis conceſſionum obtentarum per Epiſcopos Imolenſes, & receptionis ſub protectione ſedis Apoſtolicæ. 625. C
Bulla Honorii III. Papæ privilegiorum Eccleſiæ Firmanæ. 705. B
Bulla altera ejuſdem Honorii III. Papæ conceſſionis privilegiorum Eccleſiæ Firmanæ. 706. C
Bulla erectionis in metropolitanam ſedem Archiepiſcopalem Eccleſiam Firmanam. 723. C
Bulla Joannis Papæ XII. erectionis in cathedralem Maceratenſem civitatem, & Eccleſiam S. Juliani. 732. A
Bulla Sixti V. Papæ erectionis in cathedralem Eccleſiam Montisalti. 748. B
Bulla erectionis in cathedralem Eccleſiam Ripæ Tranſonis a Pio V. Papa 755. C. & in civitate oppidum.
Bulla erectionis in cathedralem Eccleſiam S. Severini in Piceno à Sixto Papa V. 765 C
Bulla erectionis in cathedralem Eccleſiam Tolentinatem a Sixto Papa V. 772. D. & oppidum in civitatem.
Bulla Bonifacii IX. Papæ exemptionis monaſterii S. Chriſtophori caſtri Durantis ab Epiſcopo Urbinati. 788. C
Bulla Julii II. Papæ erectionis collegii Judicum Urbini. 796. D
Bulla erectionis Archiepiſcopatus Urbini. 800. B
Bullæ Nicolai Papæ tranſlationis Callii in plano S. Angeli. 808. D
Bulla nuncupationis S. Angeli Papalis Nicolai Papæ IV. Callio ad planum tranſlato. 809 C
Bulla Alexandri Papæ III. exemptionis monaſterii Geruntii Callienſis. 813. C
Bulla Clementis III. Papæ receptionis in protectionem ſedis Apoſtolicæ monaſterii S. Petri de Maſſa montis Neronis Callienſis diœceſis, & conceſſionis privilegiorum. 814. B
Bulla Honorii Papæ III. receptionis in protectionem ſedis Apoſtolicæ Epiſcopatum Foroſempronien-

Digitized by Google

nienſem. 828.A
Bulla Gregorii V. Papæ conceſſionis privilegiorum Archiepiſcopo Ravennati. 352.A
Bulla Honorii II. Papæ receptionis in protectionem ſedis Apoſtolicæ Eccleſiam Feretranam, ſeu S. Leonis. 844.D
Bulla Gregorii XII. Papæ translationis Eccleſiæ Feretranæ S. Leonis, & ſedis cathedralis in oppido diœceſis. 851.A
Bullæ Honorii Papæ III. confirmationis privilegiorum, & bonorum Eccleſiæ Senogallienſis. 868.C
Bulla Joannis Papæ XXII. pro rebus Eccleſiæ Senogallienſis exiſtente Epiſcopo Franciſco Silveſtrio. 870.D.871.C
Bulla Urbani Papæ VIII. erectionis in civitates oppida caſtri Durantis, & S. Angeli. 884.B
Bulla Urbani VIII. Papæ, in qua oppido caſtri Durantis mutatur nomen, ac Urbania deinceps nuncupari mandatur. ib.
Bulla Urbani VIII. Papæ ſubjectionis Mercatelli, & Lamulæ Urbanienſi Epiſcopatui noviter erecto. 888.C
Burgum S. Domnini donatum Epiſcopo Parmenſi à Carolo Manno Imperatore, & Carolo Rege 148.A

C

Cadolus Epiſcopus Parmenſis poſtea Antipapa ſimoniace adipiſcitur Epiſcopatum. 166.D
Cadoloi inauguratio in Antipapam ab Epiſcopo Ariminenſi perficitur. 420 B
Cajetæ celebrare concilium Gregorius XII. Papa impeditur. 431.B
Callienſes eiiciunt Logoriam Epiſcopum Hiſpanum familiarem Valentini memoria trucidati eorum Epiſcopi alias ab Hiſpanis. 821.D
Calliſtus Papa II. deſignat fines diœceſis Mutinenſis. 117. C
Calliſtus Papa II. Placentiæ hoſpitio recipitur, conſecrat ibi cathedralem Eccleſiam. 214.A
Calli antiquitas, & ſitus. 808.B
Callium exciſum alio reſtituitur; factionibus popularibus iterum diruitur funditus. ib.
Callium vocabatur civitas S. Angeli Papalis. ib.
Callium auctoritate Nicolai Papæ IV. fuit translatum in plano S. Angeli præſidente Joanne Columna. ib.
Callium plures viros claros produxit. 810.B
Callienſis civitatis, & diœceſis ſacerdotia, & monaſteria. ib.D
Callienſi Eccleſiæ, & canonicis unitur monaſterium S. Gerunt ii dirutum. 813.B
Callienſibus pauperibus ſtrenuis cruce ſignatis pro expeditione in terram ſanctam Honorius Papa III. aſſignat decimam oblationum. 815 B
Callium a factionibus Guelforum iterum combuſtum. 819.B
Callienſes parti Manfredi Tarentini adhærent uti Gibellini, ac Guelfos eiiciunt civitate, ideoque anathemate à Pontifice feriuntur, ac privantur Epiſcopatu. 816 D
Callienſes Peruſinis inſtantibus ab Urbano Papa IV. ſupplices in gratiam recipiuntur, Epiſcopatu reſtituto poſt annum. ib.
Callienſes incendio ſuperſtites petunt a Nicolao Papa IV. facultatem condendi novam Urbem. 819.B
Camaldulenſis Ordo Bononiæ receptus. 26.C
Camaldulenſes Faventiæ recepti cum tributo de mutuando equitanti Epiſcopo alboequo. 495.C
Campanæ pulſatio aliis Eccleſiis non licita, dum pulſatur certis horis, & diebus illa Eccleſiæ matricis. 124.D
Campanæ pulſatio in nocte Sabbati S. ex privilegio. 219.C
Campana conſtructa ex calcaribus aureis Comitiſſæ Mathildæ. 530.A
Campegius Cardinalis poſt quinque obitas legationes in Romana direptione præſens vitæ conſulit cum Pontifice in Arce Adriana. 38.B
Campegii card. ſingulares virtutes, & opera. 38.A
Campegii quatuor Epiſcopi eodem tempore concilio interſunt. 39.D
Canonicorum Bononienſium numerus ab Epiſcopo deſignatur, & cenſus attribuitur. 14.C
Canonicorum regularium S. Salvatoris congregatio Bononiæ exordium ſumit. 24.D
Canonicis Mutinenſibus confirmatur quarta pars bonorum dictæ Eccleſiæ largitorum ab Ugone & Lothario Regibus. 99.C
Canonicis Mutinenſibus debentur ab Epiſcopo ſeptem annua convivia, & equus, in quo prima vice poſt conſecrationem inequitat. 121.B.C
Canonicis de Berceto Ugo Rex largitur plura 154.B
Canonici Imolenſes doctores, ſeu licentiati eſſe debent. 642.B
Canonicis Ferrarienſibus concedit privilegium Adrianus Papa IV. receptionis in protectionem ſedis Apoſtolicæ, & confirmationis bonorum. 536.D
Canones ſolvendi ad Abbatia S. Ruphilli Epiſcopo Foropopilienſi. 603.B
Canonica portio defunctorum ab Epiſcopo conceſſa canonicis Cæſenæ. 453.D
Capparum, & Rocchetti delationis indultum conceſſum canonicis Maceratenſibus ab Urbano Papa VIII. 745.C
Capuccini Ravennæ à cardinali Julio Roboreo inducti. 394.B
Cardinalis Corarius fundator congregationis canonicorum S. Georgii in Alga. 30 C
Cardinales fuere pater, & filius Campegii, & nepos legitime nati. 38.39.40.A.B.C
Cardinalis Ferrarius avaritia notatur; ideo omnibus infenſus a ſicario ea de cauſa occiſus. 134.B
Cardinalis Moronus plures legationes peragit optime. 136.B.C
Card. Moronus optimi paſtoris partes explet. ibid.
Card. Moronus præſidens Concilii Tridentini. ibid.
Card. Moronus ſuſpectus de hæreſi carceribus in Arce Adriana mancipatur. ibid. D
Card. Moronus vir conſtans animo in proſpera & adverſa fortuna Pontifex a S. Carolo Borromæo exoptatur. ibid.
Card. Cananus ex Imperiali Conſtantinopolitan. Imperatorum ſtirpe. 138.A. B
Card. Gerardus Blanchus fundator Abbatiæ S. Martini Vallis Serenæ de Parma. 179.A
Cardinales vocati presbyteri aliquot Eccleſiæ Firmanæ. 688.D.693.C
Card. Cananus purpuram, quam morte Julii Pontificis amiſerat, virtutis curriculo pervectus aſſequitur a Gregorio Papa XIII. 138.B
Card. Accoltus carceri mancipatus. 393.B
Carmelitani quando primum Bononiæ recepti. 22.C
Carmelitæ Mutinam introducti. 129.B
Carmelitæ Ferrariam introducti. 544.D
Carmina antiqua de Ss. Syneſio, & Theopompo. 111.B.C.
Carmina Borgiæ de Paulo Tertio. 188.A
Item de Alexandro Card. Farneſio. ibid.C
Carmina de Dominico Card. Capranica. 717.B
Carolus Magnus victo Deſiderio Longobardorum Rege Romæ coronatur. 322.A
Carolus Magnus Ravennæ exceptus ab Archiepiſcopis. 344.A.C
Carolus Magnus argenteam tabulam Ravennati Eccleſiæ legat. 344.C
Carolus Mannus Imperator concedit privilegium, & donat plura bona Epiſcopis Parmenſibus. 145.B
Caroli Manni Imperatoris, & Caroli Regis fratris plures conceſſiones factæ Epiſcopis Parmenſibus. 147.A. & ſeqq.
Carolus Calvus Papiæ inſignia Regni ſuſcepit. 202.C
Carolus V. Bononiæ coronatur, & cum Pontifice tractando per hyemem ibi moram trahit. 38.C
Carolum V. Imperatorem poſt coronationem ad ſua

redeuntem Card. Campegius itineris comes proſequitur, 38.C
S. Carolo Borromæo Lenius Cardin. Romæ templum ad Catinarios ædificat. 559.C
Carolus Magnus Romam proficiſcitur, 811.C
Carolus Imperator præſens conſecrationi Eccleſiæ Monaſterii S. Crucis factæ ab Epiſc. Firman. 686.B
Carolo Calvo Regi Galliæ legatum mittit Joann. Papa. 867.C
Carolus Magnus Epiſcopis Mutinenſibus confirmat conceſſiones, & illis dat exemptiones. 91.C
Carthuſianorum cœnobium Bononiæ exſtructum, 26. D
Carthuſiani Ferrariæ recepti, 553.B
Carreta gens habuit plures Epiſcopos, & Cardinales. 545.B
S. Caſſianus Epiſc. Brixinen. in Germania Chriſti fidem Imolæ prædicat. 620.C
S. Caſſiani Epiſc. Brixinen. vita. ibid.
Caſtrum Durantis ædificatum a Gulielmo Durando Speculatore dicto, nuncio, & legato Martini Papæ IV. 881.D
Caſtri Durantis ſitus. ibid.
Caſtrum Durantis ædificatum poſt exciſum Ripenſe oppidum ab Urbinatibus. 882.B
Caſtrum Durantis incolæ Ripenſes Metaurenſes antiquitus dicti. ibid.
Caſtri Durantis Abbatia erecta in Cathedralem, 883. D
Caſtra plurima Eccleſiæ Firmanę. 705.C
Caſtrorum ingens numerus ſpectantium ad Eccleſiam Ravennaten. 374.C
Caſtrum Rocchæ S. Mariæ conceditur in emphyteuſim Advocatis a Dodone Epiſc. Mutinen. 116.D
Cato Uticenſis urbe Imola delectabatur. 620.A
Catechiſmo componendo de ord. ſacri Concilii Tridentini qui Epiſcopi incubuerint. 137 B
Cathedralis Cæſenatenſis conſecrata a S. Eleutherio Papa. 442.C
Cathedralis novæ condendæ facultas conceſſa Cæſenatenſibus ab Urbano VI. Papa. 460.D
Cathedralem Imolenſem transfert, & conſecrat Henricus Epiſc. 630.B
Catholicam ſuccedunt Epiſcopi, qui Ariminen. conciliabulo ſubſcribere nolunt. 374.D
Catholica vicus in Æmilia cur ſic dictus. 440.D
Catharina Sfortia uxor Octaviani Riarii Forolivien. Vic. Prætorium in vindictam occiſi viri evertit. 565.D
cæca viſum recipit, & Arimini indicat corpora Ss. Gaudentii, Victoris, ac Valentini. 414.D
Cœleſtinorum ordo Bononiæ introductus. 26.D
Cenſum Imperialem ſolvere non debent coloni, & famuli Eccleſiæ. 100.C
Cerviæ Epiſcopis datur a legatis Apoſtolicis ſententia favorabilis contra Ravennates ſuper negotio ſalis. 469.B
Cerviæ antiquitas deſcribitur. 467.C
Cervia an eadem cum Ficodenſi civitate. ibid.
Cervia diruta premitur aeris inſalubritate. ibid.
Cervienſi Epiſcopo aſportatio ſalis alibi impediri non poteſt. 469.B.& ſeqq.
Cervienſis Epiſcopus ſchiſmaticus tempore Gregorii XII. Papæ, & Joannis XXIII. 475.B
Cæſena cur ſic appellata. 441.D
Cæſena quomodo alias denominata fuit. 442.A
Cæſenæ antiquitas, & conditores. ibid.
Cæſena exciſa a Romanis reſtituitur. ibid.
Cæſenatenſe ſolum fertile vino optimo. ibid.B
Cæſena a variis tyrannis variis temporibus preſſa. 442. A
Cæſenates tyranni tandem ejecti. ibid.
Cæſena traditur a Pontifice Archiepiſcopo Ravennati. ibid. C
Cæſena a quibus chriſtianam fidem hauſerit. ibid.
Cæſenates excommunicati ob invaſionem civitatis Saſſinæ juriſdictionis Epiſcopi. 663.C
Chronicon Nonantulanum. 83.C
Chronici Vaticani particula de Imolenſibus Epiſcopis. 619.A
Chriſtianæ fidei propagandæ in Pruſſia, & Livonia operam ſtrenuam ſua legatione navat Gulielmus Epiſcopus Mutinen. 123.D
Cincius Urbis præfectus per biennium obſeſſum retinet in arce Hadriani S. Angeli Honorium Antipapam. 167.C
Ciſtercienſes reſtituuntur ad monaſterium a Dominico Cardinali Capranicenſi. 716.A
Ciſtercienſis ordo reformatus opera Dominici Card. Capranicen. ibid.
Ciſtercienſes Maceratam introducti. 742.C
Civitas Geminiana, & nova civitas an eadem cum Mutina. 96.B
Claudia Roborea Magna Duciſſa Hetruriæ, ultima Conciæ Ducum Urbini. 780.A
Clauſtrum Carthuſianis, ſeu Certuſinis Romæ in Monaſterio S. Crucis in Hieruſalem ædificat Nicolaus Albergatus. 32.C
Clemens III. Antipapa creatur ab Epiſcopis Lombardiæ contra Gregor. VII. Papam. 116.A
Clemens III. Antipapa miſere obiit. 364.A
Clementis VII. Antipapæ fautor Epiſcopus privatur ſua Eccleſia. 860.D
Clemens Antipapa a quibus inthronizatus de ann. 1069. 468. D
Clemens VIII. opera Franciſci Card. Blandratæ in arduis utebatur. 508.D
Clemens VIII Papa recipiendæ urbi Ferrariæ eo ſe confert, ac ibi magiſtratus, & publica bona inſtituit. 514.B
Clemens Papa VIII. Ferrariæ ab Epiſcopo excipitur. 559.A
Clemens Papa VIII. excommunicat Cæſarem Eſtenſem occupatorem Ducatus Ferrarienſis, cum ſe Ducem coronare feciſſet. ib.
Clemens Antipapa. 787.D
Cleri reformatio edita a Laurentio Card. Campegio. 38.B
Clericorum crimina omni provocatione ſuppreſſa Pontifex mandat animadverti, & coerceri. 119.D
Clerus Placentinus nobilis. 195.C
Clerus nobilis Ferrarienſis deſcribitur. 515.A
Clerici antiquitus ſimul vivebant, & dormiebant in communi dormitorio. 447.C
Clerus Ravennæ defodit cadaver Archiepiſcopi Theodoſii, qui ſubiectionem Romani Pontificis faſſus fuerat. 342.B
Collegia plurima ſtudioſorum Bononiæ. 6.C
Collegio Germanico ædificando, ac faciendo Cardinalis Moronus S. Ignatium adiuvat. 136.C
Collegium Capranicenſe fundatum a Dominico Card. Capranica Romæ. 716.C
Collegium Nazarenum inſtitutum a Michaeli Angelo Card. Tonto. 465.B
Columba indice electi S. Aderitius, & alii Ravennates Epiſcopi. 327.B
S. Columbæ corpus navi Divino impulſu delatum Ariminum defertur. 412.A
S. Columbæ caput Bertinorii ſervatur. 593.B
Colliſcipuli dominus Gaddius Card. 721.A
Comaclenſes ſalinæ donatæ a Lothario Rege Vidoni Epiſcopo Mutinenſi. 103.C
Comaclenſis comitatus Archiepiſcopo Ravennati donatus a Gregorio Papa V. 353.C
Comaclenſis civitatis conditores recenſentur. 481.C
Comaclenſis civitatis præſens ſtatus, & inundationes deſcriptæ. ib.
Comaclenſis civitatis ædificatio, & portus Venetis magnam zelotypiam incutiunt, ne ab ipſis commercium, & mercium aſportatio, & nundinæ diſcedant. 527.B
Comaclum reſtituitur ab Ateſtinis. 481.C
Comaclenſis civitatis direptio facta a Venetis, ac pugna. 527.B
Comitatus Parmenſis conceſſus cum pluribus caſtris Epiſcopo Parmenſi. 165.B
Comitatus Parmen. conceditur, & de novo confir-

mitur

Digitized by Google

matur Epiſcopo Cadolo. 166.D
Comitatus dictus, quia comites ad regendas civitates mittebantur. 624.C
Comites de Modiliano carcerant Rufinum Epiſcopum Saſſenatenſem, & Federico Imperatori tradunt. 660.A
Comeſtiones charitativæ conceduntur ter in anno canonicis Cæſenatibus ab Epiſcopo. 452.C
Commiſſio abſolutionis, & receptionis in gratiam ſedis Apoſtolicæ Callienſium emanata ab Urbano Papa IV. Rectori Ducatus Spoletani. 817.A

Sacra Concilia, de quibus in Opere fit mentio.

Concilium Aquilejenſe de anno 381. 196.C
Conciliabulum Ariminenſe. 402.B
Conciliabulo Ariminenſi Arrianorum intereſt contra Gratianus Callienſis Epiſc. 811.A
Conciliabulo Ariminenſi Epiſcop. qui ſubſcribere renuunt, Catholicæ caſtro ſecedunt. 574.D
Concilium ſub Agathone Papa. 144.D.492.C.858 C. 624.A. 598.D.
Concilium Baſileenſe ſub Eugenio Papa IV. 185. A 232.C. 833.B
Concilium Conſtantienſe anno 1416. 231.B. 404. B. 485.B 611. A
Conc. Conſtantienſe elegit Martinum Papam V. 231. B. 714. C. 790. C
Concil. Conſtantinopolitanum. 500.B
Conc. Conſtantinopolitanum. 654.C
Conc. ſub Eugenio Papa III. pro Ciſalpinis Epiſcopis. 215.B
Conc. Florentinum ſub Eugenio Papa IV. 131.C. 463.B 583. A 32.B
Conc. Ferrariæ ſub Eugenio Papa Quarto. 515.B
Conc. in Laterano ſub Alexandro Papa III. 18.C. 119.C 172.D 423.B 498.A 451.D 402.B 373. A 298.D
Conc. Lateranenſe ſub Leone X. 188.C 233. D 437.C 476.C
Conc. Lateranen. ſub Julio II. papa. 476.C 505.B 672.B 876.D 798.B
Conc. Lateranenſe anno 680. 576 B
Conc. Lateranenſe anno 1179. 657.B 859.B
Conc. Lateranen. ſub Benedicto papa VIII. an. 1015 844. C
Conc. Lugdunenſe ſub Innocentio papa IV. 124. B
Conc. Lugdunenſe anno 1257. 178.B
Conc. Lugdunenſe ſub Gregorio papa X. 381.D
Concilium Mantuanum. 11. D
Conc. Mantuanum ſub Alexandro papa II. 16.A
Conventum conc. Mantuani ſub Pio papa II. 132.B
Conventus Cremonæ habitus ſub Adriano Papa IV 119.B
Conc. Mantuanum contra Aquilejen. 145.A 482. D. 492.C
Conc. Mantuanum anno 824. 247.A 526.D
Conc. ſeu ſynodus Marzaliæ ſub Honeſto Ravennate Archiep. 12. B
Conc. ſeu ſynodus Marzaliæ Archiepiſcopi Ravennatis pro controverſiis Epiſcoporum. 159.D
Conc. Mediolanenſe Provinciale de anno 449. 197. C
Conc. Mediolanenſe Provinciale ſub Euſebio Epiſcopo. 144.C
Conc. Nicœnum propugnatur ab Epiſcopis Æmiliæ 594.B
Conc. Piſanum. 403.D 231.B
Conc. Placentinum ſub Urbano Papa II. 211. B
Conc. Pontigonenſe ſub Joan. Pp. VIII. anno 876. 827. B
Conc. ſeu conventus parvus contra Vigilium. 682.D
Conc. Ravennatenſe ſub Joanne Papa IX. 12. A 812. A
Conc. Ravennat. de anno 1014. 208.A
Conc. Ravennatenſe Metropolitanum. 447.A
Conc. Romanum ſub Gregorio Papa VII. 689.C
Conc. Romano ſub Stephano Papa III. præſens fuit Ayſtulphus Rachis. 84.C
Conc. Romanum ſub Joanne papa IX. 203.C
Conc. Romanum ſub Agathone papa de ann. 681. 243.A 342.B 446.B 785.B
Conc. Romanum ſub Julio Papa anno 337. 3:9 A
Conc. Romanum ſub Symmacho Papa anno 499. 334.C 682.D 654.A
Conc. Romanum ſub Symmacho Papa anno 501. 418.C 468.B 598.C
Conc Romanum ſub Clemente Papa II. 360.D
Conc. Romanum de anno 313. 411.D. 785.C
Conc. Romanum ſub Eugenio Papa II. 419. C 446 B. 785. B 811. D.
Conc. Romanum ſub Martino Papa anno 649. 623. D 683. A 867.B
Conc. Romanum ſub Nicolao Papa II. anno 1059. 600.B 785.D 827.C 844.C 867.D
Conc. Romanum contra Monothelitas anno 649. 654. B
Conc. Romanum ſub Leone Papa IV. an. 853. 785. B 811. D
Conc. Romanum ſub Gregorio III. anno 730. 811.B
Conc. Romanum ſub Paulo Papa I. anno 760. 811.C
Conc. Romanum ſub Gregorio Papa II. ann. 721. 811.B
Conc. ſub Joanne XI. Papa anno 968. 812.A
Concil. Romanum anno 871. 858.D
Conciliabulum Ronchaliæ a Federico P. Imperat. convocatur. 496.D
Conc. Sardicenſe anno 347. 330.A
Conc. Senonenſe ſub Alexandro Papa III. 217.D
Conc. Tridentinum ſub Pio IV. 190.C 406. B. C 487.D 507.C 877.D
Conc. Vaſtallenſe anno 1106. 168.C
Conc. Viennenſe ſub Clemente V. Papa. 129.A
Concilii celebrandi a Paulo Tertio indicti legatus deſtinatur Cardinalis Campegius. 38. D
Conc. Tridentinum Bononiæ translatum in ædibus Campegiorum congregationes fiunt, & patres excipiuntur. 39.D
Conc. Tridentin. intereſt Card. Cananus tunc Epiſcopus. 138.B
Conc. Romanum damnat Rodoaldum Epiſcopum Parmen. 145.A
Conc. Piſanum deponit duos Pontifices, nempe Greg. XII. & Benedictum de Luna Antipapam. 231. B
Conc. Romanum ſub Gregorio II. Papa exauthorizat Leonem III. Imperatorem, & Anaſtaſium Patriarcham Conſtantinopol. 811.B
Conc. Lateranenſi a Julio Papa II. præponitur Marcus Card. Vigerius. 876 D
Conc. Tridentinum quomodo nuncupandum Vigerius oratione exponit. 877.B
Conc. Tridentini legato Card. de Monte acriter reſpondit Epiſc. Vigerius. ibid.C
Conc. Cajetæ celebrare impeditur Greg. Pp. XII. 431. B
Concil. Indicere cupienti Romæ Theodorico Regi reſiſtunt Epiſc. Æmiliæ in protectionem Symmachi Papæ. 83.A
Confirmatio donationis factæ ab Epiſcopo Bononienſi canonicis ſuæ Eccl. Joan. Papæ XIII. 13.C
Confirmatio donationum Lotharii, & Adalberti Regum factarum Mutinenſi Eccleſiæ. 103.C
Confirmatio priviiegiorum conceſſa a Conrado Imp. Epiſcopis Mutinenſibus in gratiam Vidonis Taurinen. Epiſc. 113.A
Confirmatio donationis factæ a Carolo Manno Epiſcopo Parmenſi emanata a Carolo Rege. 147. A
Confirmatio ejuſdem Caroli Regis donationis factæ Epiſc. Parmenſibus de oppido S. Domnini & aliorum. 148.A
Confirmatio Ugonis Regis Italiæ omnium exemptionum, &. conceſſionum factarum Epiſcopis Parmenſibus. 152.B.C
Confirmatio altera ejuſdem Ugonis Regis ad favo-

rem

Digitized by Google

rem Epiſcopo. 154.B A
Confirmatio Othonis Imperatoris conceſſa Epiſcopis Parmenſib. de omnibus illis largitis. 160.A
Confirmatio Conradi Imp. Epiſcop. Parmenſibus. 164.B
Confirmatio privilegiorum Epiſcoporum Parmenſium Othonis IV. Imp. 175.A
Confirmatio Sigiſmundi Imp. privilegiorum Epiſcoporum Parmen. 185.B
Confirmatio Alexandri Papæ III. canonicis Ferrarienſibus ſuper eorum privilegiis, & bonis indulta. 538.B
Conradus Imperator confirmat donationes Epiſcopis Mutinenſibus. 113.A
Conradus Imperator concedit poſt mortem Bernardi comitatum Parmen. Epiſc. dictæ civitatis. 164. B
Conſtantinopolitanus Imp. Ferrariæ pro concilio. 515.B
Conſecratio Ludovici filii Lotharii Imp. facta a Sergio II. 683.B B
Conſtitutiones fabricæ Eccleſiæ Mutinenſis. 124.C
Concilium Philippi Fontanæ Archiepiſcopi Ravennatis Eccleſiæ proficuum. 380.D
Conſuetudo auferendi mobilia Archiepiſcopi Ravennatis ſublata. 379.C
Cornelii Galli poetæ patria Forolivium. 569.B
Cornelii Amalthei carmina de Rodulpho Epiſcopo Senogallienſi 878.C
Cornelius Muſſus Epiſcopus concionator egregius 614.D
S. Cornelii Imolenſis Epiſcopi elogium a S. Petro Chryſologo exaratum. 623.A
Coronatio Ludovici Regis Romæ. 248.B
Sanctiſſ. Corporis Chriſti miraculum Ferrariæ effuſionis ſanguinis ex hoſtia. 538.A
Corpora plurium ſanctorum Faventiæ. 491.B
Cortia gens Veronenſis vetuſta, & nobilis deſcripta. 226.C
Corarius Epiſcopus Card. Bononienſis ſcripſit hiſtoriam ſui temporis. 30.A C
Corarii Cardinalis laudes Thomaſinus recenſet. ibid.C
Corarius Cardinalis diſpenſatis pie rebus ſuis obiit cum ſanctitatis opinione. ib.
Coſmatus Melioratus Archiepiſcopus Bononienſis efficitur Pontifex ſub nomine Innocentii VII. 28.B
Crema ædificata a variis populis Italiæ fugientibus Longobardorum tyrannidem. 56.B
Cremæ exordium rejecta antiqua opinione. ib.
Cremæ ſitus deſcribitur. ib.
Cremæ nomen unde provenerit. ib.
Crema pluries exciſa a Federico Æneobarbo, & aliis. 56.C.D
Crema tyrannorum jugum varium ſubit. ib.
Crema erigitur in Cathedralem civitatem a Greg. XIII. Papa. 57.B
Crema variis metropolitis diverſis temporibus ſubjecta. ib. D
Cremenſis Cardinalis Antipapa ſub nomine Paſchalis III. 57.B
S. Creſcentini Urbini patroni corpus Typhernatibus ablatum. 781.A
Creſcentius tyrannus Urbis deturbat Greg. V. Pontificem, ob id ab Imp. Othone III. damnatur. 206.B
Cruciatam armat cotra Sarracenos Vvido Archiepiſc. Ravennas. 373.A
Cruciata vide expeditio in Terram ſanctam.
Crucem gerendi facultas conceſſa a Greg. Papa VII. Epiſcopo Firmano. 689.D
Cruciferi Imolam introducti. 638.A
Cuſtodis Angeli officio fungitur S. Geminianus. 80.C

D

Damianus Archiepiſcopus Ravennaten. creditur mortuum excitaſſe, & Hebræum obſtinatum ad evangelium duxit. 332.B
SS. Darii, & Chryſantis corpora Regium Lepidi translata, 261.A
Deſiderius Longobardorum Rex Papæ Adriano infenſus a Carolo Magno devincitur. 92.C
Decimæ etiam diis gentium dabantur de aratis. 627. A
Demetrius coronatus a legatis ſedis Apoſtolicæ Dalmatiæ Rex, & obſequium eidem exhibet 448.B
Demetrius Dalmatiæ Rex dicitur, & coronatur a legatis Apoſtolicis in ſynodo Salonienſi. ib.
Defenſio Eccleſiæ quomodo ab Imperatoribus antiquitus permiſſa. 114.D
Deſiderius Longobardorum Rex victus a Carolo Magno in Galliam ducitur. 322.A
Diœceſis lis, & termini a curſu duorum equorum mutati inter Bononienses, & Mutinen. Epiſ. 11.B
Diœceſis Mutinenſis fines deſignati a Calliſto papa II. 117.C
Diœceſis quomodo antiquitus Epiſcopis præfixa. 592.D
Dionyſius Epiſcopus Placentinus nepos Comitis Rodulphi Longobardi donat bona monaſterio S. Sabini Placentini. 108.C
Dionyſius Epiſcopus Placentinus de ſede deturbatus ob concubinatum. 209.B
Dionyſii Cardinalis Laurentii virtutes eximiæ. 798.C
Dionyſii Lauterii geſtum in capitulo generali Servorum. ib.
Dignitates de Iurepatronatus diverſorum erectæ in Eccleſia Imolen. 622.C
Diploma privilegiorum Ferrarienſium Vitelliam papæ. 519.A
Diſceptatio de corpore Hadriani papæ I. 92.B
Diſcordia maxima inter Traverſarios, & Ubertinos. 377.B
Diſputandi partes in concilio Florentino ſuſcepere pro Latinis Ludovicus de Pirano, & Joannes Caſarellus Epiſcopi Forolivienſes. 583.A
Divitiæ in potentia devia inſtant ad perditionem. 341.C
S. Dominicus Bononiæ ædificat celebre monaſterium, & primum capitulum. 21.B
S. Dominici corporis translatio. 380.A
Dominicani quando Mutinam excoluerint. 124.B
Dominicus de S. Geminiano celeber jureconſultus Vicarius Mutinen. 131.B
Domini Forolivii variis temporibus. 565.C
S. Dominico amicus Joan. Albertinus Firmanus donum donat. 701.A
S. Dominici Eccleſia fundata.
Dominicus Cardinalis Capranica creatur Cardinalis a Martino V. in fin. vitæ publicatur. 715.A
Dominicus Cardinalis Capranica pro obtinendo Cardinalatu confugit ad concil. Baſileenſe, a quo obtinet, ſed ab Eugenio IV. denegatur. ib.B
Dominicus Card. Capranica humili actione facta ab Eugenio obtinet Cardinalatum. ib.C
Dominicus Cardinalis Capranica deſtruit arcem Girifalci, reſtituit Firmum, & alia oppida Eccleſiæ. ib.
Dominico Cardinali Capranica famulati plurimi magni viri. ib.
Dominicus cardinalis Capranica Mecœnas litteratorum. 716.B
Dominicus cardinalis Pinellus perditos graſſatores tollit. 722.D
Dominici cardinalis Pinelli legationes. ib.
S. Domnini Burgum erigitur in civitatem a Clemente VIII. 63.B

A S. Domnini deſcriptio & denominatio. 62.D
Donatio Othonis Imperatoris Ugoni Epiſcopo Mutinenſi. 104.D
Donationis magnæ diploma factæ Abbatiæ Nonantulanæ ab Ayſtulpho Rachi. 86.B
Donatio facta a Joanne Epiſcopo Mutinen. monaſterio S. Petri. 106.D
Donatio facta à Varino Epiſcopo Mutinen. monaſterio S. Petri dictæ civitatis. 109.B
Donatio Conradi Imp. in gratiam Giſlæ ejus uxoris Eccleſiæ Mutinenſi. 113.A
Donatio caſtri Rochæ S. Marci facta a comitiſſa Mathilda Eccleſiæ Mutinenſi. 116.C
Donatio comitatus Parmenſis facta Epiſcopo Ugoni Parmen. per Conradum Imp. 164.B
Eadem facta ab Henrico Imper. confirmatur. 186. D
Donatio comitiſſæ Mathildis plurium locorum Abbatiæ Nonantulanæ. 170.B
B Donatio facta a Federico Imperatore Parmenſi Eccleſiæ de caſtro Rignonis. 172.D
Donationes monaſterio S. Severini de Placentia Dionyſii Epiſcopi. 209.C
Donationes factæ pro fundatione monaſterii de Columba Placentini. 211.D
Donatio dimidietatis caſtri muſtioli Archiep. Ravennati a Bonifacio Lamberti comitis. 368.C
Donatio facta S. Petro Damiano pro ædificando monaſterio Arimini plurium rerum, & caſtrorum a Petro Bonono. 420.C
Donationis inſtrumenta factæ clericis Cæſenatenſibus ab Epiſcopo ut vitam, & victum communem habeant. 447.B
Donatio facta a Leonardo Epiſcopo Cæſenat. clericis, & presbyteris inſervientibus, ac canonicis ſuæ cathedrali pro augmento cultus divini. 448 D
Donatio Aymerici Epiſcopi Cæſenaten. facta canonicis de pluribus, & portione canonica, ac cathedratica. 453.B
C Donationis inſtrumenta facta de decimis & aliis ab Epiſcopo Ferrarien. & capitulo Eccleſiæ S. Georgii de Ferrarola. 540.D
Donatio facta a Philippo Fontana Epiſcopo Ferrarienſi de hoſpitali S. Juliani, & aliis bonis monaſterio S. Bartholomæi Ferrariæ. 544.B
Donatio Eccleſiæ S. Reparatæ facta ab Epiſcopo Forolivienſi Abbati S. Mariæ extra portam. 576.C
Donatio Benedicti Papæ VII. de plurimis bonis facta monaſterio S. Ruphilli Foropopilii. 599.A
Donationum factarum ab Epiſcopis Foropopilienſibus Abbatiæ S. Ruphilli confirmatio conceſſa ab Aymerico Epiſcopo Foropopilienſi. 606.B
Donatio Thomaſii de Foliano comitis Romandiolæ facta Epiſcopis Saſſinæ. 660.C
Donatio vide Inſt. & privilegium, & conceſſio.
Donatio facta ab Uberto Epiſcopo Firmano monaſterii S. Michaelis Arch. Abbatiæ S. Sabini Firmani, & Monachis S. Benedicti. 687.D
D Donatio, & confirmatio donationum factarum monaſterio S. Savini Firmi a Liberto Epiſcopo. 690.A
Donationum confirmatio facta a Bulignano Epiſcopo Firmano monaſterio S. Savini. 692.A
S. Donati corpus Imolæ inventum. 631.C
Draco a S. Ruphillo compreſſus. 597.B
Duellantes Mutinæ accumbentes & equum tradebant feudatariis Epiſcopi. 128.B
Ducatus Urbini devolutio ad ſedem Apoſtolicam. 779. B

E

Eccleſia antiquitus quomodo ex privilegio ſe tueri poſſit contra moleſtias illatas. 114.D
Eccleſia nobilis D. Mariæ virginis Cremæ in cathedralem erigitur. 57.C
Eccleſiæ cathedralis S. Germanii Mutinenſis ædificatio. 116.A
Eccleſiæ Mutinenſi perficiendæ miraculoſa marmora data. 120.D
Eccleſia Mutinenſis ditata per uniones Joannis XXII. & Benedicti XII. 129.C
Eccleſiæ bona in contractu abſque teſtibus venire non poterant. 379.D
Eccleſiarum ingens numerus conceſſus Epiſcopo Ariminenſi. 422.A.B.C
Eccleſiaſtica immunitas perſonis ſervientibus, & colentibus res Eccleſiæ Mutinen. conceſſa. 98.C
Eccleſiaſticæ libertatis decreta Senatus Mutinæ contraria opera Epiſcopi abrogantur. 125.C
Eccleſius Archiepiſcopus altare argenteum, & plura aurea vaſa donat Eccleſiæ Ravennati. 335.B
Eccleſius Ravennatenſis Archiepiſcopus charus Theodorico Regi legatus mittitur ad Juſtinianum Imp. 335.A
Ædificia conſtructa in ſolo alieno, & alia Ferrariæ quibus acquiſita ſint in vim antiquæ legis 524. B. C
Ægidius Fuſcararius Epiſcopus Mutinenſis cum cardinali Morono ſuſpectus de fide in Adriani mole carceratur. 136.D
Ægidius Cardinalis Carillus fundat cathedralem Faventinam. 491.A
Ægidius Carillus Cardinalis legatus exuit dominio plurium civitatum Æmiliæ Franciſcum Ordelaſum, qui Foropopilii ſe recepit. 590.D
Ægidii Cardinalis Albernotii vita. 713.B
Eigeltrada Comitiſſa. 363.A
Electio Epiſcopi Mutinen. dum controvertitur inter canonicos, Pp. providit Eccleſiam. 125.C
Electio Epiſcopi Mutinen. fit in perſonam duorum per diſcordiam capituli. 129.B
Electio Epiſcopi Placentini miraculo D. Virginis facta. 199.C
Electio Epiſcopi Placentini confirmata ab Eugenio III. ſalvo jure Archiepiſcopi Ravennatis. 214.B
Electio Epiſcopi Placentini facta in Urbe a clericis, & aliis de dicta patria, qui aderant cauſa litis. 216.C
Electioni Epiſcopi Placentini conſules tentant intereſſe. 220.A
Electio Archiepiſcopi Ravennatis irritata an. 432. ob præmonſtrationem divinam de S. Petro Chryſologo ſeligendo. 333.A
Electio ſuffraganeorum controvertitur, & interdicitur Archiepiſcopo Ravennati à Simplicio papa. 334. A.B
Electio per compromiſſum facta de Epiſcopo Cæſenatenſi. 455.C
Electio inter duos Comaclenſes litibus dilaniata a concilio judicatur. 485.B
Electio Firmani capituli, & Pſeudopapæ de Epiſcopo irritata. 712.D
Electio Ioannis de Præfectis in Epiſcopum Urbinatem irritatur ab Eugenio IV. 791.A
Electio Epiſcopi Callien. delata per compromiſſum ad canonicos Urbinates. 819.D
Electioni Cæſaris in Germaniam Eugenius IV. mittit legatum Epiſcopum Urbini, ut interſit. 792. C
Electis duobus pro Regii Lepidi Epiſcopis capitulo per octennium contendente, confirmationem Papa electis denegabat, ac Fr. Gulielmum conſtituit Epiſcopum. 307.B
Electus in Archiepiſcopum rejectus a Pontifice ex inſcitia pſalmorum. 339.A
Eleemoſynarii titulo, ac pluribus egregiis operibus decoratus Joannes Linatus Epiſcopus Placentinus. 237.A
Emanuel Orientis Imperator expetitus à Federico pro nuptiis, & armis contra Gulielmum Siciliæ Regem. 368.B
Emphyteuſis Eccleſiæ Mutinen. inſtrumentum. 116. D

Digitized by Google

Æneas Piccolomineus poſtea Pius II. Epiſcopus 717.C A
Entius Rex Sardiniæ capta Mutina obſidetur. 124.A
Epiſcopus Albertus Boſchettus Mutinam poſt ſacris exſolutam in patriam redit. 124.B
Epiſcopi Bononien. quando primitus titulum principis uſurparint. 18.D
Epiſcopus Bononien. donat præcipuam partem ſuorum bonorum canonicis ſuæ Eccleſiæ. 13.C
Epiſcopus Ariminen. dolore capitis preſſus impetrat a S. Gregorio dimiſſionem Eccleſiæ. 418.D
Epiſcopus electus Rogerius Gottia reſpuit conſecrationem ad evitandum ſchiſma. 226.C
Epiſcopus Ficoden. in articulo mortis ſe deferre facit ad monaſterium, & in porta ſe abdicat ab epiſcopatu, & monachus fit. 468.C
Epiſcopus Faventinus excommunicatus a Pp. Joanne, eo quia abſque ſua licentia conſecrationem ſuſceperat a Metropolitano. 492.C B
Epiſcopus Faventiæ adhærens Federico Ænobarbo excommunicatur a Pontifice, & Epiſcopatu dejicitur. 498.A
Epiſcopus Firmanus quando cœperit uti titulo Principis. 713.C
Epiſcopus lingua per ſeptennium divinitus ob alienationem bonorum Eccleſiæ captus. 16.A
Epiſcopo Mutinenſi conceditur privilegium reædificandi caſtrum Pontis, & alia a Federico Imperatore. 122.D
Epiſcopus Mutinenſis quando primum comitis, & principis titulo decoratus. 132.A
Epiſcopi munera Paſtoris nomine a Gregorio IX. deſcribuntur. 176.B
Epiſcopus morbo regio laborans petit dimiſſionem, illa obtenta, pœnitentia movetur privatæ vitæ peragendæ timore. 598.B
Epiſcopi non debent ordinare clericos alterius diœceſis abſque litteris, ex præſcripto Nicæni conc. 355.B
Epiſcopus Ordelaffus bis electus a diverſis Pontificibus Rom. reprobatus. 580.A C
Epiſcopis obſequium factum a Maceratenſibus. 711.C
Epiſcopi inhiantes ad bona temporalia cultum rei Chriſtianæ negligunt. 624.D
Epiſcopi antiquitus judicia non exercebant, ſed ſacra adminiſtrabant. 625.A
Epiſcopi tueri debent jura ſummi Pontificis. 176. C
Epiſcopi tueri debent libertatem Eccleſiæ etiam cum martyrio. ibid.
Epiſcopus dilapidans bona Eccleſiæ ſuſpenditur a Pontifice. 177.D
Epiſcopatu dejecti ob commiſſum bellum cum comitiſſa Mathilda Parmen. & Regien. Epiſcopi. 282. D
Epiſcoporum Ravennatenſium ſeries a S. Apollinare primo Epiſcopo uſque ad præſens incorrupte ſervatur. 325.C D
Epiſcopatu Patavino eiicitur per conjurationem Joannes Anſeiminus. 403.D
Epiſcopus à vidua porco ſublato plectitur ab ira Dei ulcere in gula. 483.B
Epiſcopatum in vim ſanctæ obedientiæ cogitur à Pp. recipere B. Joannes de Toſſignano. 551.C
Epiſcopus ſpurius Scarpetta Ordelaffus. 581.C
Epiſcopum probitate, & exemplo præeſſe decet, non lite, & jurgio. 637.D
Epiſcopi Saſſenatenſis carceratio ob adhærentiam Pontifici a Federico Imp. 660.A
Epiſcopus Saſſenaten. trucidatus ab invaſoribus bonorum Eccleſiæ. 661.B
Epiſcopus ſciſmaticus bis deturbatus a Sede. 689. C
Epiſcopus Vetulus Firmanus depoſitus, & reſtitutus. 713 D
Epiſcopus Callien. pœnitentiæ cauſa Epiſcopatum dimittit, monaſterium adit, laudatur a S. Petro Damiano. 812.A
Epiſcopi Callienſes, & Montisferetri, ex Epiſcopatibus deturbantur a Joannes XXII. eo quia ſuppetias tulerunt Federico Montefeltrio Eccleſiæ hoſti. 820.A
Epiſcopatu privatur Alexander Mazza, ob malam adminiſtrationem. 838.C
Epiſcopus S. Leonardi, ſeu Feretranus comitis titulum obtinet a Federico Imp. 845.D
Epiſcopus Petrus Piſauren. adhæret Federico contra Alexandrum III. Ideo Epiſcopatu privatus reſtituitur poſt reditum in gratiam. 859.B
Epiſcopalis dignitas Parmenſibus erepta ab Eugenio III. 142. A Reſtituitur poſt reſipiſcentiam ab Adriano IV. ibid.
Epiſcopatum Bononien. adipiſcitur Campegius filius poſt Patrem. 39.D
Epiſcopalis ſedis Foripompilii tranſlatio vindicatur ab injuria ob occiſum Epiſcopum. 592.B
Epiſcopalis cura quæ antiquitus. 624.D
Epiſtola Clementis IV. pro compeſcenda & vindicanda temeritate occiſorum epiſcopi Saſſinæ. 661.C
Epiſcopale Palatium reſtituitur a præpoſito canoniſta tunc Epiſcopo Placentino. 187.B
Epiſtola Henrici Imperatoris ad Archiepiſcopum Ravennæ pro reſtitutione ablatorum in Romandiola a Federico. 373.C
Equum, ſuper quo equitat Epiſcopus Mutinenſis, dum redit a conſecratione, prima vice deberi canonicis cathedralis judicio inſtituto prætenditur. 121.B
Equi Epiſcopi Mutinenſis Baluchis debetur. 127.D
Erectio Archiepiſcopatus Bononien. à Gregorio XIII. 42.B
Erectio cathedralis Cremen. 57.B.D
Erectio Epiſcopatus Burgi S. Domnini. 63.A.B
Erectio in cathedralem vide bulla.
Erectio in cathedrales civitates oppida ſancti Angeli, & Urbaniæ civitatis. 979.A
Eremitani S. Auguſtini Ferrariam introducti. 535.C
Eremitis optima inſtitutio traditur ſua prolixa littera ab Hermuto, ſeu Leone Archiepiſcopo Ravennaten. 355.D
Eremitanis S. Auguſtini conceditur conventus S. Domnini Mutinæ inſtantibus patribus Ordinis S. Auguſtini. 124.D
Eremitani Mutinam introducti. ibid.
Ermanni cadaver pro ſancto habiti Inquiſitor comburi juſſit, & ſectam ejicit. 545.C
Erminius Cardinalis Valent tractat Ferrariæ pacem inter Henricum IV. & Carolum Sabaudiæ Ducem primitus. 510.A
Error Baronii, & Sigonii corrigitur de Alphonſo Hiſpalenſi. 11.A
Error nominis Regii, & Epiſcopatus Joannis Generalis Carmelitarum Claudii Rogerii emendatus. 311. A
Eſtenſes comites de Canoxa comitiſſam Mathildam ſuam dicunt. 514.A
Eugenii III. epiſtola ad Ravennatem Epiſcopum ſuper electione Epiſcopi Placentini. 215.A
Eugubinus Epiſcopus proteſtatur, & renuit ſubjectionem Archiepiſcopi Urbinatis. 801.D
Eugubini coercentur ab impedimentis, & invaſionibus Carcelli per Greg. IX. 815.D
Ermuti reſponſio de profectione ad Eremum. 355.D
Exarchatum Ravennæ Leo Archiepiſcopus occupare tentat. 34[illegible].D
Excellentiſſimi titulus Regi Rachi datus. 198.C
Excommunicatus non poteſt excommunicare. 363 D
Excommunicatur Prætor Parmen. pro tuitione jurium Eccleſiæ ab Opizone Epiſcopo. 178.D
Exemptio facta ab Epiſcopo Firmano hoſpitali S. Marci Riviccelli. 707. D
Expeditio in Sarracenos Alberti Archiepiſcopi Ravennatis. 374. A

Expeditionem Cruciatæ in terram ſanctam Honorius Papa III. fovet, & juvat. 815.B A
Ezzelinus tyrannus carceri mancipat Archiepiſcop. Ravenn. legatum, & Brixienſem Epiſcopum. 380.D

F

FAma peſſima avaritiæ Joannis Baptiſtæ Ferraril Mutinenſis. 134.A
Fama Ferrarii fratris optima opera propria vices bonas reddit Franciſcus Ferrarius. 134.C
Farinata Ubertus pius in Patriam. 169.A
Fatius Sanctorius cardinalis S. Sabinæ timore amiſſæ gratiæ moritur. 464.A
Faventinum territorium donatum Archiepiſcopo Ravennati à Conrado Cæſare. 360.C
Faventiæ antiquitas, ſitus, & chorographia ab auctoribus late deſcribuntur. 490.B
Faventia a Gothis exciſa reſtituta cum arce à Federico II. Imperatore. ibid.C B
Faventia exactis Longobardis in libertatem ſe aſſerit. ibid.
Faventiæ domini, ac tyranni varii. ibid.
Faventiæ domini Manfredi ejiciuntur a Borgia, & converſio Borgiæ. ibid.
Faventiæ qui Chriſtianam Fidem primi prædicaverint. ibid D
Faventinis canonicis facultas excommunicandi, & interdicendi conceſſa. 496.C
Federicus I. Imperator confirmat privilegia Mutinenſi Eccleſiæ. 119 A 122.D
Federici Aenobarbi decretum reſtitutionis bonorum Eccleſiæ Parmenſi. 172.C
Federicus Aenobarbus donat Parmenſi Eccleſiæ caſtrum Rignoni. 172 D
Federicus Imperator coronatus ab Adriano IV. 368. C
Federicus Imperator ex qua cauſa cœperit eſſe infenſus Rom. Eccleſiæ. 371.C C
Federicus Imperator confirmat privilegia Eccleſiæ Ravennaten. ibid.
Federicus II. confirmat donationes factas Eccleſiæ S. Bartholomæi Ferrariæ, & monaſterium recipit ſub protectione. 543.B
Federicus Imperator confirmat conceſſa Imolenſibus. 629.C
Federicus Imperator vexat Priorem S. Salvatoris Firmi, qui adhærebat Pontifici. 707. B
Federicus Dux Urbini exciſa arce novam ædificat cum palatio, & nobilem Cathedralem. 780.A
Federicus de Monteſeltro Eccleſiæ hoſtis. 820. A
S. Felix Bononien. Epiſcopus ædificat monaſteria, Ss. Naboris & Felicis, & alia. 8.D
Felix Archiepiſcopus Ravennas rebellare facit civitatem ab Imperatore, & ab ipſo Pontifice clerum: captus Conſtantinopolim ductus, excæcatus mulctatur exilio. 342.C
Felix melior in exilio evaſit, reverſus ad civitatem plura ſancte peragit, obit cum opinione ſanctitatis. 343. A D
Fr. Felix Perettus Epiſcopus Firmanus, poſtea Sixtus Papa V. 722.B
S. Felicianus Umbris, & Callienſib. fidem Chriſti prædicat. 810.C
Feltrenſes cum Malateſtis juncti. 462.B
Feltrius Forolivienſium belli Dux. 568.B
Ferrantes Farneſius pro tuendis juribus ſuæ Eccleſiæ Epiſcopatus Parmen. excluſus ab Epiſcopatu. 191. C
Ferdinandus Neapolitanus Rex coronatur a Bartholomæo Card. Roverella. 391.B
Feretranum comitatum Archiepiſcopi Ravennæ. 362.D
Feretria, vide S. Leonis civitas.
Feretriæ Duces Urbini dominatum obtinebant. 841. D.
Ferrariæ Dux coronatur Cæſar Eſtenſis, paulo poſt excommunicatur. 559.A
Ferrariæ ædificatores, & principium a Vicohabentia. 513 C.D
Ferrariæ qui dominati fuerint. 514. A
Ferraria dono data Romanæ Eccleſiæ a Bonifacii Patre Comitiſſæ Mathildæ. ibid.
Ferraria formam Reipub. habuit. ibid.
Ferraria aucta ædificiis, & aliis ab Aeſtinis Principibus. ibid.B
Ferraria ad ſedem Apoſtolicam devoluta. ibid.
Ferrariæ Concilium incœptum. 515.B
Ferrariæ Conſtantinopolitanus Imperator pro concilio. ibid.
Ferraria inundationis, & incurſionis cauſa ultra Padum conſtituta. 515.C
Ferraria patria plurium virorum illuſtrium, qui recenſentur. 516. B
Ferrarienſes antiquitates, & res qui deſcribant. 513.D.
Ferrarienſium rerum ſcriptores. 516.B
Ferrarienſis epiſcopatus a Vicohabentia derivat. 515.C
Ferrarienſis privilegia Vitaliani Papæ non correſpondent ſtylo temporis. 519.A
Ferrarienſis Ducatus, & comitatus deſcribitur in privilegio Conſtantini Imperatoris cum conceſſione Mercati. 519.B & ſeqq.
Ferrarienſes LL. antiquæ, privilegia Vitaliani papæ & Conſtantini Imperatoris. 522.& ſeqq.
Ferrarienſes Epiſcopi primo dicti Vicohabentiæ, deinde Ferrarolæ, aliquando S. Georgii. 515.C
Ferrariæ Cathedralis primum tranſlata a Landulpho Epiſcopo ab Eccleſia S. Georgii. 535.C
Ferrarienſis vicariatus impetratur pro Aeſtinis a Petro de Stagno Epiſcopo Ferrarienſe Card. 547. A
Feſti dies ſervandi forma ex antiquo ſtatuto Ferrarien. 525.C
Feudum cuſtodiæ camporum, ubi duella ſiebant, Mutinæ datur ab Epiſcopo Balugolis. 128.A
Feuda Sarſinæ, quæ ſint, an Imperialia, vel Papalia. 673.A 674.C
Ficodia, & Cervia eadem. 467.C
Fidem Chriſti quando Parmenſes primum hauſerint. 141.D
Filius ſpurius Sergii Pontificis favore nobilis ſcorti Amaſiæ ad Archiepiſcopatum Ravennæ promotus. 351.A
Filiaſius Roverella philoſophiæ ſtudiis incumbit, dimiſſo ſponte Archiepiſcopatu Ravennati. 391. C.
Filii ſervorum Eccleſiæ in poteſtatem Eccleſiæ naſcebantur ex privilegio Federici. 658.B
Finium controverſia terminata inter magnos Duces, & Parmæ Duces, ac Epiſcopos Parmen. 70. B.
Firmana civitas cur ſic dicta. 679.A
Firmum nobilis colonia Romanorum. ibid.
Firmum Piceni urbs princeps in medio ſita. ibid.B
Firmum excuſſo Longobardorum jugo ad ſedem Apoſt. ſe tradit. 680 A
Firmi domini, ac tyranni. ibid.
Firmum deſolatum a Federico Imperatore opera Archiepiſcopi Moguntini, quia adhærebat Alex. III. ibid.
Firmum quando primum Chriſtianam fidem accepérit. ibid.B
Firmanus Epiſcopus crucem antiquitus ob dignitatem gerebat. 681.A
Firmani Præſulis prærogativæ a Pont. indultæ. ibid.
Firmana civitas plures martyres Chriſto peperit. 880.B
Firmanum ſtudium, & academia. 681. C
Firmi Ss. Epiſcopi. 682 B.C
S. Firmus Abbas non fuit Epiſcopus Firmanus. 689. A
Firmano Epiſcopo conceditur privilegium ab Innocentio, & Honorio III. ne quis præter legatum

Digitized by Google

in caſtris, & bonis Eccleſiæ ſuæ ſe ingerere poſſit. 705.C.706.C
Firmana Eccleſia in Metropolitanam erecta a Sixto V. 723.C
Firmi exemptio a juriſdictione Legatorum. 720.B
Florentia incendio mali civis Nerei de Abbatibus crudeli animo incenſo deflagrat. 611.B
Florentini Guelphi victores exactis Gibellinis, D. Bernardum Epiſcopum Cardinalem tutelarem revocant, in ejuſque tutelæ locum ponunt S. Bernardum Claravallenſem Abb. 169.D
Florentinorum legati ad Neapolitanum Regem. 847.A
Florentius Archiepiſcopus Ravennatenſium doctrina, & eloquio clarus pater pauperum defunctus, Conſtantinopolim delatus, lachrymis egenorum exclamatus. 330.C
Fontana Archiepiſc. Ravennat. vir inſignis, vide Philippus. 380.C
Fr. Fortunatus Vaſellius Card. vir omni doctrinæ genere inſignis Venetos, & Januenſes junxit fœdere. 389.B
Fori Livii conditor miles nomine Lucius Herminius. 565.B
Forolivienſes vicinis oppidis dominantur, bello cum Bononienſibus pugnant. 565.C
Forum Livii ſub Ordelafis, Riariis, & aliis. ibid.
Forum Livii Chriſtianam fidem ſuſcipit a S. Apollinare. ibid.D
Foro Livii in civitate plura Ss. corpora requieſcunt ibid.
Forolivienſis diœceſis Eccleſiæ, ſacerdotia, & monaſteria. ibid.
Forolivienſis hiſtoriæ caput ex Alexandro Paduano relat. 566.B
Forolivium Auguſtus, & Livia perveniunt. 567.A
Forolivii Gothi potiti. ibid.C
Forumlivii inDemocraticam rempublicam ſe erigit. 568.A
Forolivienſes dolo excipiunt milites Gallos, & illos ex improviſo adoriuntur, & occidunt, & obſidionem ſolvunt. ibid.B
Forolivienſes poſt varios dominatus ſeſe dedunt iterum Eccleſiæ. 569.A
Forum Livii patria Cornelii Galli poetæ, & Pauli diaconi, & aliorum virorum. 569.B.C
Forum Pompilii excidium a Grimoaldo Longobardorum Rege, & ab Arduino Card. legato Innocentii. 589.C
Forum Pompilii an fuerit dignitate Epiſcopali privatum excutitur. 591.592.A.B.C
Fori Pompilii conditor, & quomodo civitas creverit. 589.C
Fori Pompilii domini, & tyranni varii. 590.D
Forum Pompilii poſt rebellionem Franciſci Ordelafi in ejus odium legatus comburi mandat in pœnam fœdifragæ conjurationis cum Vicecomite. 591.A
Fori Pompilii Epiſcopus poſt incendium, & excidium urbis Bertinorium contendit. ibid.
Foropompilienſium ſtatus inſtructio legati Apoſtolici. 591.B
Foro Pompilii Eccleſia an ſuppreſſa, vel unita fuerit, memoria non extat. ibid.C
Foro Pompilii Epiſc. neceſſitatis cauſa exercet pontificalia apud Bertinorium. ibid.
Foropopolii ſedes Epiſcopalis vindicatur ob occiſi Epiſcopi cauſam. ibid.
Foropopilii ſacerdotia, & Eccleſiæ. 593.B
Foropopilii reſtaurationem juvat Urſillus de Afflicto Epiſc. 609.D
Foropopilii Epiſcopi reduces. 617.D
Forum Cornelii, vide Imola.
Forum Sempronii a barbaris exciſum, & reſtitutum. 826.B
Forum Sempronii plures martyres Chriſto peperit. 826.C
Fori Sempronii domini. ibid.
Foro Sempronii ſacerdotia diœceſis, & monaſteria. 826.D
Foro Sempronii diœceſis ampliata a Benedicto Lando Epiſc. 840.A
Foroſempronienſi Eccleſiæ quatuor caſtra donata. 827.D
S. Francha Ciſtercienſ. obitur Placentiæ. 218.B
S. Franciſcus Bononiæ ab Epiſcopo recipitur, & ibi ædificat monaſterium. 21.B
Franciſcus Parinus Mutinenſis juris canonici auctor. 74.D
Franciſcani Mutinæ. 124.B
Franciſcus Michaelius Archiepiſcopus Ravenn. recuperat bona male alienata ſuæ Eccleſiæ. 388.C
Franciſcus Cardinalis Aguzzonus Urbinas plures Metropolitanas Eccleſias obtinuit, & legatus in Vaſconia contra Antipapam mittitur. 502.B
Franciſcus de Lignamine de malo bonus evaſit, factus Epiſc. optime vixit. 552.C
Franciſcus de Calbulo Epiſcopus Saſſenaten. bellum gerit contra ſuos, victor pro defenſione juriſdictionis ſuæ Eccleſiæ. 664.B
Franciſcus Millinus Epiſcopus Senogallien. opprimitur a multitudine, quæ acceſſerat ad conciliorium. 875.B
S. Franciſci vita carminibus ſcripta a Foſcarario. 719.D
Franciſcus Cardinalis Piccolomineus Epiſcopus Firmanus pluries ſucceſſit coadjutoribus, & reſignatariis, poſtea factus Papa ſub nomine Pii III. 719.B
Franciſci Pamphili carmina de Septempeda, & S. Severino. 764.D
Franciſci Mariæ ultimi Ducis Urbini obitus 880.B
Franciſcanis datur Eccleſia S. Martini de Offida. 709.D
Franciſcani Foropopilium introducti. 613.A
Franciſcani Ferrariam introducti. 543.D
Fulienſes Ciſtercienſes in montem Soractem a Petro Card. Aldobrandino introducti. 395.B
Funus Card. Petri Aldobrandini. ibid.C.D
Funeris expenſis ſolvendis, ac debitis Epiſc. Bonifacius VIII. aſſignat fructus Epiſcopatus. 228.A
Ss. Fuſcæ, & Mauræ martyrium. 329.A
Fuſcararius Epiſc. in conc. Trid. arca ſcientiarum vocatus. 137.B
Fundationis, & dotationis bulla, & inſtrumenta capellæ S. Priſcæ erectæ à Battalia Card. Ariminen. 425.C
Fundatio, & dotatio Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ, & S. Thomæ Firmi per Presbyterum Epiſc. 695.A
Fundatio Eccleſiæ S. Domnini Firmi jacentibus primum lapidem Regibus Hiſpanis. 709.C
Funerale a Ss. expeditum, ut de S. Ubaldo. 812.D

G

GAbellæ ſubſidii quatrini, & aliarum exemptionem prætendit Epiſcopus Sarſinæ, & obtinet. 673.A
Gabriel Paleottus ex Auditore Rotæ ad concilium Tridentinum miſſus Cardinalis creatur. 41.C
Gabriel Paleottus Epiſcopus Bononien. reſtituit palatium Epiſcopale, & Eccleſ. ac mores cleri. ibid. D
Gabriel Paleottus celebrat jubileum a Gregorio XIII. indultum Bononienſibus. ibid.
Gabriel Paleottus ex Epiſcopali ſede Bononienſi Archiepiſcopali effecta primum ſacrum Archiepiſcopale facit præſentibus pluribus Cardinalibus, Epiſcopis, & aliis viris egregiis. 42.A.B
Gabrielis Cardinalis Paleotti opera, & obitus. 45.C
Gabrielis Cardinalis legationes, & egregia facta. avaritiæ odio opes ſententiarum a ſe latarum ad pedes Pontificis in uſum ſedis Epiſcopalis defert. 796.C

Gad-

Digitized by Google

A
Gaddius Cardinalis datus obſes Cæſarianis poſt direptionem Urbis. 720 D
Gaddius Cardinalis cadenti libertati Florentinæ Reipublicæ ſuccurrit irrito conatu. 721. A
Galliæ, & Angliæ diſcordiæ compoſitæ a Martino Papa V. per Nicolaum Albergatum. 3. A B C
Galeatius Bentivolus electus Epiſcopus Bononiæ,& invito Papa in poſſeſſionem intruſo Bononia cum ſua gente ejectus miſere obiit. 37. A
Gallia Ciſalpina nunc Romandiola. 321. A
Galliæ Ciſalpinæ fines antiqui, & moderni. ibid.
Galla Placidia Ravennæ templum ædificat, ibi ſepelitur. 325. C
Galla Placidia Ravennæ grato animo excipit electionem Petri Chryſologi. 333. B
Galliæ, & Italiæ terminus olim Rubico prope Ariminum. 409. C
Galla Auguſta opem dat templo ædifican. S. Gaudentii. 418. B
Galliam legatus Apoſtolicus petit contra factioſos hæreticos Hippolytus Cardinal. Eſtenſis. 554. C
B
Galli nomine ſedis Apoſtolicæ ſorum Livii obſidentes per inſidias occiſi. 568. C
Gallicum fœdus percutit Philippus Cardinalis legatus, in quo purpuram adipiſcitur. 761. C
Gallic. legatio Jo. Bapt. Card. Millini Epiſcopi Urbinatis cum Card. Alano Carolo VII. Rege. 794. C
Gaſpar Silingardus Mutinenſium Præſulum hiſtoriam ſcribit. 75. C
Gaſpar Silingardus Epiſcopus Mutinenſis legatus ad Regem Galliæ ſcripſit de Epiſcopis Mutinenſibus. 139. A
Gaſpar de Gulfis Epiſcopus Callien. capite truncatus, quia Duci Valentino reſiſtebat ad favorem Guidobaldi. 821. D
Gotius Cardinalis Battaglia fundat capellam S. Priſcæ Arimini. 425. C
S. Gaudentius Epiſcopus tutelaris Arimini. 412. B
S. Geminianus idololatriam Mutina expulit. 75. A
in Cathedrali ejus corpus. 76. B
C
S. Geminiani Mutinenſis Epiſc. vita. 76. C
S. Geminianus filiam Imperatoris Conſtantinopolitani a dæmone liberat. 78. A
S. Geminiani funeri celebran. rapitur celebrans Ravennæ Severus Archiepiſcopus, ac Mutinam defertur. 79. A
S. Geminiani in Hetruria civitas dicta ob plures gratias acceptas a S. Geminiano Epiſcopo. 79. C
S. Geminianus Epiſcopus variis in litaniis reperitur. 80. D
S. Geminiani Epiſcopi Mutinenſis miracula. 80. D & ſeqq.
S. Geminiano donaria, & ſtatua ænea dicatur. 130. C
Gentilitiis armis uti noluit Cardinalis Albergatus. 32. D
Gentilitas prædicatione S. Eleocadii e Ravenna convellitur. 327. C
Geraldinus Rodulphus in donatione nepotis Comitiſſæ Mathildis. 370. B
D
B. Gerardi Rangonii obitus. 125. A
Germaniæ legatio Cardinalis Nicolai Albergati. 32. A
S. Geruntius Epiſcopus Ficodenſis mortuus apud Callium. 811. B
Gibellini Guelphos Mutina ejiciunt cum Alberto Epiſcopo. 124. A
Iterum Bonadamum Epiſcopum. 129. A
Gibellinorum,& Guelphorum factiones Mutinæ ſedantur ab Epiſcopo. 124. A
Gibellinorum, & Guelphorum factionibus attrita Mutina in poteſtatem Ateſtini Opizonis ſe dedit. 126. A
Gibellinorum, & Guelphorum factiones incendio comburunt patriam Callium. 819. B
Gibellini Urbinates deſtruunt Ripenſe oppidum Guelphorum. 882. B
Gibertus Archiepiſcopus Ravennas creatur Antipapa ſub nomine Clementis III. 116. A
Gibertus Archiepiſcopus Ravennæ, poſtea Silveſter Papa II. eſt factus. 354. C
Gibertus Archiepiſcopus Ravennaten. Antipapa. 17. C.
Gibertus alter, ſeu Ubertus ſeditioſus pro Henrico Imperatore contra Gregor. VII. 363. D
Gibertus Antipapa efficitur ſub nomine Clementis III. exul repente obiit. 364. A
S. Georgii corpus Ferrariæ. 515. C
Griſforanus Epiſcopatu Firmano dejicitur a Greg. VII. in Romana ſynodo. 689. C
Gothi peſtilentia diminuti Imolenſem obſidionem ſolvunt. 621. B
Gothi poſt pugnam Thraciam,& Daciam populantur. ibid. C
Gothi Valentem vulneratum in domo comburunt. ibid. D
Gothorum vicus Forolivii. 567. C
Graſſus Cardinalis inconſtantia demum poſt res egregie geſtas notatur. 37. C
Gratia Epiſcopi Parmenſis ſcelera. 176. B
Gratioſus Archiepiſcopus Ravennæ præditus prophetiæ dono. 344. A
Gregorius Papa VII. confirmat conceſſiones factas Epiſcopis Bononien. 16. B
Gregorius XV. in Sabaudiæ Nuntiatura purpuram promeruit pace Italiæ procurata. 52. D
Gregorius XV. antea Archiepiſc. Bononien. Card. Pontifex efficitur. 53. A
Gregorius V. a Pontificatu dejicitur a Creſcentio tyranno, reſtituitur ab Othone III. Imperat. 206. B
Gregorius IX. dat commiſſionem ad inquiren. exceſſus contra Epiſcopum Parmen. qui impediebat appellationes ad ſedem Apoſtolicam, expilabat, & concutiebat clericos, & committebat laicis cauſas. 176. B
S. Gregorius tradit corpora Ss. Feliculæ, Criſpini,& aliorum Jo. Archiep. Ravennati, qui ad correctionem reſipuerat. 338. C
S. Gregorius interdicit uſum palli Imperialis Jo. Archiep. Ravennat,& dolet ejus obitum. 338. C
S. Gregorius dilexit Marinianum Archiepiſcopum Ravennaten. & eidem concedit privilegium confirmationis obtentorum. 339. A B
Gregorius Archiepiſcopus Ravennæ legatus Pontificis pro pace inter Ludovicum,& Lotharium bellum facit, diſſipat bona Eccleſiaſtica, vincitur. 346. B
Gregorius Archiepiſcopus Ravennaten. victus pacem componit, in Italiam redit inviſus populis reſtitutus Eccleſiæ. 346. B
Gregorii nomen abraditur ex albo Archiepiſcoporum Ravennaten. & honorifica caret ſepultura 346. C
Gregorius V. legavit in Germaniam Joann. Archiepiſcopum Ravennaten. ad coronandum Othonem III. Imperator. 351. D
Gregorius IX. confirmat Archiepiſcopo Ravennaten. infinita caſtra, & omnia alia privilegia monaſteriorum.& Eccleſiarum. 377. D
Gregorius XII. exceptus Arimini a Bendinello, & Malateſta, ad quem confugit. 431. A
Gregorius XII. recenſet labores pro tollendo ſchiſmate. ibid.
Gregorius Corteſius e monachatu inſcius Cardinalis creatur, plura opera litteraria compoſuit. 799. B
Gregorius IX. Interamnæ. 816. B
S. Gregorius reprobat electionem Epiſcopi Ariminen. 418. C
Griphonis Card. Ferrarien. Epiſcopi diſceptatio Cardinalatus. 536. C
Grimoaldus Longobardus Rex die Sabathi ſancti Forumpopilii diruit, & capit populo deleto. 598. C
Gualdi Epiſcopi Ariminen. diſceptatio, & familiæ deſcriptio. 427. B
Guarini opinio, & hiſtoria de corpore S. Leonis Papæ

Papæ Ferrariæ refertur, & excutitur. 517.C
Gubernium temporalium in chronico Imolenſi non approbatur in Epiſcopo. 624.C
Guelphi Florentini abigunt Gibellinos. 169.D
Guelphi fractis Gibellinis Mutinen. Bonaccoltio Mantuano tradunt. 74.A
Guelphi,& Gibellini factio Foro Livii extinguitur. 573.B
Guido de Monteſeltro Urbini dominus. 779.B
Guido de Monteſeltro comes Urbini inveſtitur a Martino V. vicariatus Caſtri Durantis. 883.A
Guido Aſcanius Sfortia conciliat ſumm.Pontiſ.Paulum IV. & Regem Hiſpaniarum. 189.C
Guido Aſcanius Sfortia ædificat ſacellum ſuæ gentis ad S.M.M. ibid.D
Guillelmus a Sabaudia eligitur Epiſcopus Mutinen. ab Honorio III. quia capitulum diſſentien. in partes duas elegerat. 122.D
Gulielmus Epiſcopus Mutinenſis legatus Apoſtolicus pro pace cum Theutonicis ab Innocentio III. miſſus. 123.A
Gulielmum Siciliæ Regem Federicus armis Orientis petere ſatagit. 368.B
Gulielmus Durandus Speculator dictus renuit opimum Sacerdotium Archiepiſcopatus Ravennaten. 382.A
Gulielmus Epiſcopus Urbinas adhæret Antipapæ Clementi, excommunicatur ideo, & privatur ab Urbano VI. 788.A
Gulielmus Durandus Epiſcopus Mimatenſis colligit populum exciſi oppidi Ripenſis, ac ædificat caſtrum Durantis. 882.C
Gulielmi Durantis egregia facinora in tumulo recenſentur. 891.A

H

HAdrianus Papa P. in itinere ad Carolum Magnum Spilimberti deceſſit. 92.B
Hadriani Papæ I. corpus Nonantulæ vindicatur. ibid. C
Hadriani Papæ geſta carminibus Leoninis deſcripta. ibid.D
Hadrianus Papa creat Patritium Romanum Carolum Magnum. 93.C
Hadrianus Papa a Deſiderio Longobardorum Rege exagitatus, Carolum Magnum advocat in auxilium. ibid.
Hadrianus Papa Anaſtaſio, & Leoni Iconomachis reſiſtit. ibid.D
Hadriani Papæ cadaver diviti planeta exuitur a Monachis, qui ira Dei plectuntur. 94.D
Heberardus Epiſcopus Parmenſis ſchiſmaticus victo Henrico a Mathilda in ſpelunca triduo cum Regienſi Epiſcopo delituit, tandem miſere obiit. 167.C
Henricus IV. Imp. appellat Ægidium Epiſcopum Mutinenſem principem ſuum. 119.D
Henricus Imp. concedit comitatum Parmenſem Cadolo Epiſcopo. 166.D
Henrici Imperat. inveſtitura, & confirmatio conceſſorum ab Othone Bernardo Parmenſi ob remunerationem. 162 C
Henricus IV. Imperator confirmat Parmenſibus Epiſcopis privilegia, & juriſdictiones. 174.A
Henricus Cæſar, dum Romam ad coronam adipiſcendam proficiſcitur, hoſpitio excipitur ab Uberto Placentino Epiſcopo Bononien.. 23.C
Henricus IV. Imperat. tractat de reſtitutione jurium Eccleſiæ Romanæ. 211.C
Henricus Imp. confirmat privilegia, & largitiones Archiepiſcopis Ravennaten. 362.C
Henricus Archiepiſcopus Ravennæ in Romanam Eccleſiam contumax. 363 D
Henrici IV. Regis Galliæ nuptias benedicit Cardinalis Petrus Aldobrandinus legatus. 395.A
Henricus Rex Galliæ conciliatus cum Hiſpaniæ Rege, & Sabaudiæ duce a Card. Aldobrandino. ibid.
S. Henricus Imperator pro Eremitica vita donat S. Romualdo Abbatiam S. Benedicti in Alpibus. 493.A
Henricus Epiſcopus Imolenſis vexatus a miniſtris Federici Imperatoris illis reſiſtit. 628.A
Henrici IV. reditum in gratiam Romanæ Eccleſiæ. Archiepiſcopus Giannottus Urbinas procurat ſelici exitu. 802.C
Hercules Rangonius excipit hoſpitio Leonem X. profugum clam è clade Ravennaten. & opibus juvit. 135.B
Herculis templum in cathedralem S. Columbæ Arimini mutatum. 411.D
Herculis ſanum in Sacram Ruphillinam ædem verſum. 594.C
Herculi decimæ aratoriæ dabantur. 627.A
Hereberto Epiſcopo Mutinenſi conceſſa facultas Mutinam reædificandi ab Henrico Imperatore. 115.D
Hermutus Archiepiſcopus Ravennatenſis a ſede ob ſimplicitatem abdicat. 355.D
Hermutus ad Eremitas ſcribit litteram auream variorum ſanctorum dogmatum. ibid.
Hieronymus Diedus primus Epiſcopus Cremenſis. 60. C
Hieronymus Cardinalis Ruſticuccius, vir magnis virtutibus præditus, templum S. Suſannæ ſuæ Eccleſiæ titulum magnifice ædificat. 878.B
Hippolyti Card. II. Eſtenſis legationes plurimæ. 556.C
Hymnus Ss. Syneſii, & Theopompi. 212.C
Hippolytus Cardinalis Eſtenſis ſeptennis fit Archiepiſcopus Strigonienſis, obtinet plura Sacerdotia, in Ungaria educatus. 554 C
Hippolytus Cardinalis Eſtenſis armis valuit, Venetorum exercitum vincit. ibid.
Hippolytus Cardinalis II. Eſtenſis ſavet, & recipit eruditos viros. 556.C
Hirundinum, & pernicum miracula S. Aldobrandi Epiſcopi Foroſempronii. 831.B
Hiſtoria Abbatiæ Nonantulanæ, & translationis inibi corporum Ss. 83.C & ſeqq.
Hiſtoriæ fragmentum Placentinæ Eccleſiæ de Ss. Epiſcopis Sabino, & Mauro, ac corporum plurium Ss. 196. C & monaſterii S. Sabini Placent.. 203.C
Hiſtoria Ravennaten. Hieronymi Rubei. 326.A
Hiſtoriæ Cæſenaten. ſcriptores. 442.D
Hiſtoria Vaticana Imolenſis civitatis. 619.B
Hiſtoria rerum geſtarum pro controverſia inter Henricum Epiſcopum Imolenſem, & miniſtros populi, & Federici Imperatoris. 628.A
Hildebrandus Epiſcopus Mutinenſis concedit locum ædificandi Oratorii Stephano presbytero. 105. D
Honorius II. Antipapa, antea Epiſcopus Cadolus Parmen. inthronizatus ab Henrico Imperarore obſidetur per biennium in Arce S. Angeli. 167.B
Honorius Antipapa pro effugio ſolvit libras 300. Centio Præfecto. 167.C
Honorius II. reſtituit Archiepiſcopo Ravennati Eccleſias ſuffraganeas Bononiam, Parmam, Placentiam, Regium. 365.C
Honorius Papa II. tradendo bona juriſdictionalia, & temporalia Epiſcopis, feneſtram avaritiæ patefecit. 624.D
Horæ canonicæ ritu Romano Mutinenſibus indicuntur recitandæ. 131.B
Horcii Jovis Fanum. 443.A
Hoſpitalia vide Xenodochia.
Horatius Marzarius primus Epiſcopus S. Severini. 768. D
Hoſpitale S. Marci Firmi eximitur ab Epiſcopo. 710. C
Hoſpitio exceptus Cardinalis de Podieto ab Epiſcopo Arnoldo Bononien. eo detecto, & incuſato de Simonia ab Epiſcopatu dejicitur. 23.D
Hubertus Epiſcopus Parmenſis fundator monaſterii S. Joannis Evangeliſtæ Benedictinorum. 160.A

Digitized by Google

Hubertus Epiſcopus Mutinen. favet Imp. Henrico contra Greg. VII. 116.A A
Hugo Imp. confirmat omnes donationes, & conceſſiones factas per Imperatores, & Reges Parmen. Epiſcopo, eximitque ab omni juriſdictione. 152. C
Hugo Rex largitur plura bona canonicis Parmen. ut vitam valeant ſubſtentare. 154.B
Idem confirmat Epiſcopis Parmen. donata ab aliis Imperatoribus. 155.B
Hugo Rex Italiæ confirmat ſucceſſiones, & exemptiones Epiſcopis Parmen. 156.B
Hugo Feltrius Epiſcopus Leopolitanus relicto Federico Imp. ad Pontificem redit. 846.A
Huguccio Placentinus in conc. Senenſi creatur Card. Epiſcopus Tuſculanus. 217.D
Humberti Epiſcopi Ariminen. vita. 419.D
Humiliati in Eccleſiam S. Petri Adrien. introducti. 402. A
Humfridus Archiepiſcopus Ravennas frater, & vic. in Italia Henrici Imp. 360.D B
Humfridus depoſitus ob lites excitatas Roman. Eccleſ. 362.B

I

JAcobus Boncambius Epiſcopus Bononienſis hoſpitio excepit Innocentium Pontificem, & plurima Eccleſiæ, & civitati proficua pace agit. 22.B
Jacobus Epiſcopus Senogallienſis reducit Romanos, & Annibaldenſem ad Gregorium Pontificem, 869. C
Jacobus Saladinus Epiſcopus Cæſenæ adhæret Antipapæ Benedicto. 462.A
Jeſuati Ferrariam introducuntur. 548.D
Jeſuitæ Firmum introducti. 722.D
S. Ignatius Loyola Venetiis ſacris initiatus à Neguſantio Epiſcopo. 670. D
Illuſtriſſimi titulus datur Epiſcopo Parmenſi ab Hugone rege Italiæ. 155.C
Imago chartacea B. Virg. a flammis ſervata Forolivii. 572.B C
Immunitas Eccleſiæ conceſſa claris familiis, & oclonis Eccleſiæ Mutinenſis per Vidonem Imperatorem. 98.BC
Imola cur ſic dicta, prius aliquando Forum Syllæ. 618.D
Imola diruta ab Athanarico, reædificata a Longobardorum Rege. 619.A
Imolæ conditorum ac reſtauratorum hiſtoria. ibid.
Imola habet portam Ilionem. 619. C
Imola Romanorum colonia deducitur. ibid.
Imolæ civitatis ſitus ædificiorum, fori & habitantium deſcriptio. ibid.
Imolæ Cato Uticenſis habitat. 620.A
Imola paruit pluribus dominis, & tyrannis. 620.B
Imolenſes viri illuſtres referuntur. ibid.
Imola ad prædicationem S. Apollinaris Chriſti fidem ſuſcepit. ibid.C
Imolæ martyrio coronatus S. Caſſianus Epiſcopus Brixienſis. ibid. D
Imola a Gothis capta, diruta, & incenſa ſub Athanarico Rege, martyrio tunc coronatur S. Caſſianus. 621.D
Imola patria S. Petri Chryſologi. 622.C
Imola ſervat corpora plurimorum ſanctorum. ibid.
Imolenſis clerus, & ſacerdotia deſcribuntur. ibid.
Imola interdicta ab Epiſcopo pro tuitione jurium Eccleſiæ, & impedimento juriſdictionis. 637.D
Imperator Græcorum hoſpitio accipitur a Nicolao Card. Albergato. 32.C
Imperiale diadema pervenit in prædam Parmenſium, qui obſidionem ſolverant propria irruptione. 141.B
Indulgentias concedit Pontifex auxiliantibus pro correctione occiſorum Epiſcopi Sarſinæ. 662.B
Indulgentia pro ſepeliri ſe facientibus in Eccleſia. 686. B
Indulgentiæ bullæ Gregorii XII. Arimini profugi. 432. A
Innocentius IV. Bononienſi Academiæ dat ſacræ Theologiæ facultatem laureandi. 25.A
Innocentius VII. antea Coſmatus Melioratus factus Epiſcopus Bononienſis non recipitur a clero, & civitate. 27.D
Innocentius IV. rediens a concilio Lugdunenſi hoſpitio excipitur ab Alberto Boſchetto Epiſcopo Mutinenſi. 124. B
Innocentius IV. alumnus Eccleſiæ Parmenſis. 177.D
Innocentius IV. erigit Placentinam Academiam. 225. D
Innocentii IV. e Gallia reditus. 606.A
Innocentius VII. antea Archiepiſcopus Ravennas. 390.B
Innocentius de Maximis Epiſcopus Bertinorienſis dum ſe jura Eccleſiæ augere putat, illa peſſumdat. 617. A
Inſcriptio monumenti ædificationis monaſterii Carthuſienſium Bononiæ Americi Chati Epiſcopi. 26. D
Inſcriptio monumenti Bononiæ Julii II. Pp. 36.A
Inſubria Ciſpadana eadem quæ Æmilia. 1.A
Inſubriæ populus contra Federicum Imp. ſociatur a legato Epiſcopo Mutinenſi. 118.D
Inſtrumentum conceſſionis in emphyteuſim caſtri Rochæ S. Mariæ Mutinen. 116.D
Inſtrumentum conceſſionis loci S. Domnini Mutinen. fratribus Eremitarum S. Auguſtini. 126.A
Inſtrumentum confirmationis donationum factarum ab Epiſcopis Cæſenatenſibus canonicis ſuæ Eccleſiæ, & novæ donationis factæ per Joannem Ricciardellum Ariminenſem Epiſcopum Cæſenæ. 455 C
Inſtrumentum erectionis monaſterii S. Crucis Firmanæ diœceſis donationis, & dotationis factæ per Theodoſium Epiſcopum Firmanum. 683.C
Inſtrumentum confirmationis donationum, & privilegiorum monaſterii S. Savini Firmi conceſſorum ab Adenulpho Epiſcopo Firmano. 699. A
Inſtrumentum donationis, & conceſſionis plurium Eccleſiarum bonorum factæ ab Ubertello Epiſcopo Foropopilienſi Abbatiæ S. Ruphilli. 602.B
Inſtrumentum electionis Epiſcopi Urbini Joannis de Præfectis. 691.B
Inſtrumentum creationis notarii factæ per Epiſcopum Feretranen. ſeu Leopolitan. 849. A
Inſtrumentum inveſtituræ factæ ab Epiſcopo Bertinorienſi Franciſco Calbulo de Paulutiis de caſtro S. Caſſiani. 608.D
Intruſus in Epiſcopatu Placentino male ſe habet, & peſſime tractari facit nuncium Papæ, deponitur. 224.A & ſeqq.
Inveſtitura caſtri Rochæ S. Mariæ Balugolis facta. 123.B
Inveſtitura comitum S. Secundi Parmenſium gentis Roboreæ. 182.B
Inveſtituræ comitum de Querciola confirmatio Innocentii IV. 307.A
Inveſtituræ plurium feudorum factæ a Fortunato Pellicano Epiſcopo Sarſinæ. 671.C
Invidia, & odio notatur Jo. Baptiſta Ferrarius, qui plus cura aggregandi æris, quam juſtitiæ apud Romanæ curiæ officia valuit. 134.A
S. Joannes Abb. S. Evangeliſtæ plura ſanctimoniæ opera cum ſociis. 160. A
Ioanni Aldobrandino Card. percutiendi ſacri fœderis pro bello Navali contra Turcas cura demandatur a Pio V. 645. B
Joannes Papa VII. dat litteras commendatitias pro Vvibodo Epiſcopo Parmenſi Carolo Manno 146.B
Joannes Andreas Caligarius conſecratur in Epiſcopum Bertinorii præſentibus Rege, & Regina Poloniæ. 616.B
Joannes Capharellus exordiendo Concilio Ferrariæ miſſus ab Eugenio IV. 583.A
Joannes Calaber Epiſcopus Placentinus Antipapa deturbat Gregorium papam, & ſe inthronizat a

factio-

factione Creſcentii tyranni. 206. B
Idem Joannes Antipapa ab Othone Tertio depoſitus mulctatur auribus, & naſo, ac per urbem aſcenſo aſino ducitur. 206. B
Joannes Bernardinus Card. Scotus ſingularis eruditionis vir. 234. C
Joannes Baptiſta Capranica Epiſcopus Firmanus occiditur. 718. D
Joannes de Columna Cardinalis Legatus Piceni. 709. C
Joannes Guidiccionus Foroſempronienſis Epiſcopus novos magiſtratus excitat pro compeſcendis ſeditionibus Ghelphorum, & Ghibellinorum. 573. B
Idem poeta laureatus plura opera præclare panxit. 835. D
Joannes Numajus Epiſcopus Saſſinæ jura ſuæ Eccleſiæ tuetur acerrime. 665. B
Joannes Paccaronus Firmanus Legatus Innocentii III. contra Albigenſes. 701. A
Joannes Petrus Arrivabene Epiſcopus Urbinas legatus ad Ferdinandum Regem Neapolitanum ſacellum B. Mainardi, & Palatium reſtaurat. 796. A
Joannes Salviatus Card. plurima opima ſacerdotia obtinet. 555. B
Idem Joannes Card. Salviatus Legatus ad regem Galliæ. ib. C
B. Joannis Satiati Minoritæ Callienſis obitus. 820. B
Joannes Epiſcopus Placentinus confirmatur biennio poſt electionem. 214. B
Joannes epiſcopus Placentinus abdicato Epiſcopatu ad ſuum Ciſtercienſis Ord. monaſterium redit. 216. B
Joanni Archiepiſcopo Ravennati ſæpe Angelus apparet. 331. C
Joannes Archiepiſcopus Ravennas a Simplicio Papa comminatur de ejectione, ſi auferit eligere ſuffraganeos. 334. B
Joannes Archiepiſcopus Ravennas defenditur de impoſtura inobedientiæ Pontificis. 338. B
Ioannes Archiepiſcopus Ravennæ dum cauſam ſuorum flagitiorum in conventu Romano perire videt, ad preces confugit, obtinet ne deponatur. 346. D
Ioannis Papæ X. literæ ſuper ædificationem Rhodigii. 401. B
Joannes Epiſcopus Faventinus in Syriā profectus armatus ſub Ptolemaide occiditur à Saladino cum Archiepiſcopo Ravennate ductore crucefignatorum. 498. B
B. Joannes de Toſſignano divina inſpiratione ductus Epiſcopus Ferrarienſis electus miraculis claret vivus, & mortuus. 551. D
B. Joannes de Toſſignano obtinet facultatem ab Epiſcopo Ferrarienſi conſtruendi oratorium & domum pro ſuis fratribus. 551. C
Joannes Theodulus Epiſcopus Foropopilienſis Theſaurarius Sedis Apoſtolicæ. 613. A
Jovis & Minervæ Fanum Cæſenæ deſtructum ab Epiſcopo. 443. A
Jovis Templum S. Petro Mutinæ conſecratur. 74. D
Iſibrandus Anguſciola Abbas de Columba electus Epiſcopus Placentinus, maluit in clauſtro vivere, quam Epiſcopari. 218. C
Iſidori Epiſcopi obitus Bononiæ intelligitur de Siculo, non de Hiſpalenſi. 11. A
Iſidis Deæ Fanum apud Forumpopilii. 590. B
Italicæ nationis procurator in concilio Conſtantienſi Jacobus de Opizis Epiſcopus Adrienſis. 403. D
Italiæ curam Marcus Patricius Romanus tenebat tempore Juſtini Imp. filii Juſtiniani. 444. B
Italia Oenotria cur dicta. 619. B
Judicia male commiſſa, & participata in emolumentis cum Epiſcopo dicuntur latrocinia. 176. C
Judicia antiquitus apud Prætores, non apud Epiſcopos. 624. C
Julius II. antea Julianus de Ruvere Epiſcopus Bononienſis Pontifex efficitur. 35. D
Julius II. Ariminum ſedi Apoſtolicæ recuperat. 410. C
Julius II. ejus pædagogum Cardinalem, & Epiſcopum facit. 464. A
Julius Roboreus Cardin. Archiepiſcopus Ravennas ſtuduit, & Archiepiſcopale Palatium maxima munificentia inſtruit. 394. B
S. Juliani martyris Ariminum defertur corpus ab Angelis in tumulo marmoreo. 419. B
S. Juliani martyris protectoris Maceratæ inventio brachii, & manus. 740. A
Jura Parmenſis Eccleſiæ reſtituta ab Opizzone Sanvitali Epiſcopo. 173. D. & 175. D
Juriſdictio tribuitur a Pontifice S. Theodoro Bononienſi Epiſcopo in monachis, & presbyteris ſuæ civitatis. 10. D
Juriſdictio Caſtri ædificati ab Epiſcopo Mutinenſi conceditur Epiſcopis ſucceſſoribus a Berengario Rege, & jus faciendi mercatum. 102. C
Juriſdictiones caſtrorum Mutinenſis Epiſcopi. 120. C
Juriſdictiones temporales, & exemptiones conceſſæ Epiſcopo Parmenſi a Carolo Manno, & Carolo Regibus. 145. A 147. A
Juriſdictionem exercere non poſſunt conſules, & judices Parmenſes, niſi prius jurent in manibus Epiſcopi ex privilegio Imperatoris. Othonis. 175. B
Juriſdictio Epiſcopalis contra clericos non poteſt laicis demandari. 176. D
Juriſdictio maxima Archiepiſcopi Ravennatis in pluribus locis Romandiolæ, & Piceni, ex privilegio Henrici Imperator. 462. 362. C
Juriſdictio temporalis Saſſinæ Epiſcopo reſtituitur. 665. C
Juris ordo, quod tenere poterat Eccleſia pro ſui antiqua defenſione. 114. D
Juſtinianus Imperator deceptus in interrogatione inventi theſauri. 336. A
Juſtiniana gens Chii, & aliarum Inſularum Aegæi maris domina. 753. C

L

LAda Ateſtina mater Marini profugi per aquas ab excidio Comaclenſi ſalvati, monaſterium ædificat S. Bartholomæi prope Ferrariam ex voto uti filium ſalvum recepit. 527. A. B. C
Ladiſlaus Rex Pannoniæ ad obſequium Pontificis rediit. 710. B
Lanfranchus Epiſcopus Parmenſis privatur Epiſcopatu ab Eugenio III. cum contra Apoſtolicum præceptum auxilium tuliſſet contra Nonantulanos. 172. B
Reſtituitur ab Adriano IV. ib.
Lateranenſes canonici Regium Lepidi evocati. 313. A
Laurentius Campegius plures magiſtatus egregie obivit. 879. D
Idem poſt obitum ultimi Ducis Urbini juramentum fidelitatis nomine ſedis Apoſtolicæ excepit, Ducatum regit. 880. C
Laurentius Lentius Epiſcopus Firmanus arma tractat ſub Paulo IV. poſtea in Gallia nuncius. 721. D
Laurentius Medices Urbini Ducatui præficitura Leone X. expulſis Roboreis. 780. A
Idem contra Franciſcum Mariam Roboreum de Ducatu Urbini contendit. 822. D
Laurentii Cardin. Magalotti geſta præclara. 559. D
Laurentius Roverella Philoſophus inſignis plures cathedras univerſitatum doctiſſime replevit. 553. A
Idem factus Epiſcopus Ferrarienſis deſtinatus nuncius in Pannoniam, munus egregie obit. ib.
Latinæ linguæ corruptio. 624. C
Lealis Malateſta Epiſcopus Leale oppidum ædificat. 429. A

Legatio Apoſtolica in Pruſſia optime habita a Guillelmo Epiſcopo Mutinenſi. 123.C
LegatioS. Bernardi Card. in Inſubria nomine Paſchalis Papæ. 168.C
Legatio Cardinalis Alexandri Sfortiæ ad componendos deperditos homines. 190.C
Legatio Card. Laurerii in Anglia, & Scotia. 798.C
Legatio ad Cæſarem,& in Galliam Jo. Guidiccionii Epiſcopi Foroſempronii. 835.D
Legatio ad Cæſarem Malateſtæ Baleonei Epiſcopi Piſaurenſis. 864.B
Legatio Conſtantinopolim Maximi Epiſcopi Senogallien.contra Patriarcham. 867.A
Legatio in Germaniam Card.Jo.Garſiæ Millini pro pace inter Auſtriacos fratres firmanda. 646.D
Item in Poloniam,& Hiſpaniam. ibid.
Legatio Philippi Fontanæ in Germaniam ab Innocentio IV. pro ſubrogando Catholico Imp.Friderico II.excommunicato. 544.A
Legatio Jacobi Paſſerelli in Britanniam. 436.C
Legatio Jacobi Epiſcopi Senogallienſis in Livoniam. 869.D
Legatio Joann. Epiſcopi Ficodenſis in Galliam pro cognoſcenda cauſa matrimoniali Lotharii cum pellice. 468.B
Legatio Jo. Baptiſtæ Caſtelli ad Regem Galliæ, in qua obiit. 438.D
Legationes Joannis Andreæ Bociaccii Epiſcopi Mutinenſis. 133.BC
Legationes Joannis Cardinalis Moroni plures. 136. BC
Legationes Joannis Franciſci Cardin. a Balneo. 478.C
Legatio miſſa ab Eugenio IV. in Germaniam pro Cæſaris electione. 792.C
Legatio ad Regem Pannoniæ Philippi Firmani Epiſcopi. 710.C
Legationes contra Ferrariæ Ducem Vigerii. 876 D
Legationes Apoſtolicæ etiam non Cardinalibus dabantur. 781.C
Legationes duodecim Dominici Card. Capranicæ 710.B
Legationes Card. Dandini in Galliam, & ad Cæſarem pro pace. 643.D
Legationes in Dalmatia Apoſtolicæ. 448 D
Legationes egregiæ Card.Segæ. 761.C
Legationes Card.de Graſſis. 37.B
Legationes Hippolyti Cardinalis Eſtenſis. 554.C
Legationes Card.Rodulphi Carpenſis. 506.ABC
Legationes Joan.Card.Salviati. 555.B
Legationes Nicolai Card. Albergati plures. 31.D 32. A
Legationes Nicolai Card. Ardinghelli ad Regem Galliæ. 838.A
Legationes Card.Pariſani. 438.A
Legationes Card. Roverellæ plurimæ. 391.A
Legationes Simonis Pauli Epiſc.Callienſis Nicolai IV.nomine. 820.D
Legatus pro pace bellum facit, & victus remanet. 346.B
Leges,& ſtatuta Æmiliæ Card.Cananus condidit. 138.B
Leges præſcriptæ Ferrarienſibus in vetuſto diplomate,quod dicitur Vitelliani Papæ, & Conſtantini Imp. 521.A & ſeqq.
Lenius Card. S. Carolo Borromæo templum Romæ ædificat. 559.C
S.Leonis civitas, Leopolis, ſive Feretranus mons 841.B
Ejuſdem ſitus deſcriptio. ibid.
Eo ſe recepit Berengarius iram Othonis Imp.declinans. ibid.
Capitur a Leone X.quam Valentinus Borgia irrito conatu appetierat. 841.C
Patria Feretranæ clariſſimæ gentis. 841.D
Ejuſdem ſacerdotia, & monaſteria. 842.D
S. Leonis Epiſc. non reſidet apud Cathedralem ob cuſtodiam militum. 842.C

A Ejuſdem Cathedralis tranſlatio in oppidum Pinnæ Billorum a Gregorio XIII. 842.D
Leonis Epiſcopi corpus Ferrariam tranſlatum. 517.A
Diſceptatio an ſit corpus S. Leonis Papæ Quarti. ibid. C
Libertas Eccleſiæ tueri dicitur ab Epiſcopo, etiam cum martyrio. 176.C
Ligures devicti a M.Popilio Lenate divenduntur injuſſu Senatus. 589.D
Livia Auguſta ForumLivii ædificationem procurat. 567.A
Lingua captus fuit Epiſcopus dilapidator bonorum Eccleſiæ. 16.A
Lis Epiſcopi Firmani & marchionis Murro Vallium, dirimitur per Federicum Imperatorem. 693.C
Lis inter Archiepiſcopum Ravennatenſem,Patriarcham Aquilejenſem, & Archiepiſcopum Mediolanenſem ſupra præcedentia terminata a Clemente II.ad favorem Ravennatis. 361.A
B Lis inter Epiſcopum Parmæ, & Bononienſis terminatur in ſynodo provinciali. 12.B
Lis finium diœceſis Bononienſis, & Mutinenſis, quomodo terminatur. 11.B
Litis cognitiones, & ordinationis antiquæ,dum moleſtatur Eccleſia ſuper conceſſione Imperiali. 114.D
Lis ſuper confinibus Regienſis Eccleſiæ, & Gonzagæ gentis terminata opera Jacobi Antonii Epiſcopi Mutinenſis. 132.B
Litteræ Adriani ad clerum Placentinum de electione Ugonis Perleonis in Epiſc. 216.D
Litteræ Baſileenſis concilii ad Auximanos. 833.C
Litteræ Benedicti XII. ſuper expulſione Thomaſini de Foliano intruſi in Epiſcopatum Regii Lepidi. 308.B
Litteræ Clementis IV. contra homicidas Vvidonis Epiſc.Saſſenaten. 661.C
Litteræ Eugenii III.ad favorem Joan.Epiſc.Placentini. 214.B
C Item de eodem. 215.A
Item de ſubventione facienda Joan. Epiſcopo. 216.A
Litteræ gratulatoriæ reip. Florentinæ pro electione Philippi de Antella. 546.C
Litteræ Gregorii IX. ad Federicum Imperat.pro Epiſcopo Saſſenatenſi. 659.B
Litteræ Gregorii IX. contra exceſſus Gratiæ Epiſcopi Parmenſis. 176.B
Litteræ Gregorii XI.ſupra executione ſententiæ latæ ad favorem Epiſcopi Saſſenatenſis. 669.B
Litteræ Gregorii IX.Eugubinis ad favorem Epiſcopi Callien. 815.D
Litteræ Honorii III. pro expeditione Cruciatę. 815.B
Ejuſdem Odoni Epiſcopo Urbinaten. electo. 786.B
Litteræ Innocentii III. abſolutionis Comitum de Modigliano. 660.A
D Litteræ Innocentii IV. contra Placentinæ civitatis officiales. 224.A
Litteræ Urbani VI. confirmationis privilegiorum canonicorum Cæſenaten. 460.D
Litteræ Joann. VIII. ad Carolum Mannum pro Epiſc.Parmen. 146.B
Litteræ Joannis XXII. ſuper alienatione caſtri Pinnæ communi Arimini per Epiſc. Feretranen. 846.C
Litteræ Joan. XXII.proviſionis Eccleſiæ Senogall. de Franciſco Silveſtro. 870.D
Litteræ ejuſdem Joan.XXII. contra occupantes bona Eccleſiæ Senogallien. 871.C
Litteræ Martini V. ſuper reſtitutione ſacrorum indumentorum Card.Bontempi Eccleſiæ Maceraten. 738.B
Litteræ Othonis IV. Imp. ſuper obſervatione privilegiorum Parmen.Epiſc. 175 A
Item Federici II 175.D

Digitized by Google

Littera prima pro toto nomine ſcribebatur ab antiquis. 672.A
Litteræ Sergii Papæ de rebenedictione monaſterii Nonantulani. 205.B
Litteræ Urbani IV. pro receptione in gratiam ſedis Apoſtolicæ Callien. 817. AD
Longinus primus Exarchatum Ravennæ nomine Juſtiniani Imp. exercet, & Longobardis opponitur. 337.C
Longobardi victi a Carolo Magno. 325.A
Longobardi quomodo primum in Italiam venerunt. 337.C
Longobardi Mutinam diruunt. 73.D
Lotharius Rex donat Vuidoni Epiſcopo Mutinenſi Salinas Comaclen. 103.C
Lotharius, & Adelbertus Reges confirmant donationes Epiſc. Mutinen. 104.A
Lotharius Imp. concedit privilegium Epiſcopis Placentinis. 206.A
Lucius III. proficiſcens Veronam Mutinenſem Cathedralem conſecravit. 119.C
Ludoviſia gens Bononien. 52.D
Ludovicus Ludoviſius Card. Bonon, a fortuna pluribus cumulatus, parum ſuperfuit. 153.A
Ludovicus Pius confirmat privilegia Mutinenſibus Epiſcopis. 95.D
Ludovici Pii Imp. filii cum Lothario bello dimicant. 346.B
Ludovicus Lotharii filius in Italiam. 346.C
Ludovicus Sareguſ vir undequaque litteratura, & genere nobilis Epiſcopus Adrienſis plurima munia ſedis Apoſtolicæ egregie obiit. 407.C
Ludovicus Theodulus Epiſcopus diſputandi munus cum hæreticis excepit. 615.B
Ludovicus XII. Rex Gallorum Cremam Venetis aufert. 57.A
Luitprandus Arrianus vicit. 866.D
Lutheri hæreſim dum compeſcere ſtudet Laurentius Card. Campegius, creatur Card. 38.A

M

Macharellus Adellardus Cathedralis Ferrarienſis ædificator. 514.D
Macerata ædificata ex ruinis Elviæ Recinæ. 729.D
Maceratæ ſitus deſcriptio. ibid.
Fertile ſolum, ibidem.
Maceratenſis academia, & collegia. 830.C
Maceratenſia ſacerdotia, & monaſteria. 831.A
Maceratæ corporale aſperſum ſanguine e ſacratiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ſpectatur. 731.A
Aliæ reliquiæ, ibid.B
Macerata erigitur in Cathedralem, & ei datur diœceſis Recinetum ſede illa ſuppreſſa. 732.A
Maceratenſis Rota agnoſcit cauſas appellationis ab Archiepiſcopo Firmano. 736.A
Maceratenſis Epiſcopus, & Tolentinas dictus. ibid.
Maceratenſis Epiſcopus, & Recanatenſis dictus. 736.C
Maceratenſis, & Recanaten. Eccleſiæ diſiunctio. 743.B 744.D
Maguntinus Archiepiſcopus Card. reperitur ſubſcriptus in bulla Innocentii III. ante Epiſc. Hoſtien. 221.D
Maguntinus Archiepiſcopus Ravenna aufert corpora Ss. Severi, Vincentii, & Innocentii, & Herſudium transfert. 346.A
Mainardinus Epiſcopus Imolæ vir ſagax res geſtas Federici II. Imp. ſcribit, caſtra ædificat, tyrannus efficitur patriæ. 632.C
S. Majolus ex gente Sacrata, quæ & Majola dicta. 488.D
Malabranca Epiſcopus Ariminen. eruditiſſ. plura ſcripſit. 428.C
Malateſta Robertus electus Archiep. Ravennas, ſed a Bonifacio VIII. impeditus. 381.D
Malateſtæ gentis Arimin. exordium. 410.B
Malateſta fovet & recipit Gregor. XII. 431.A
Malateſta Sigiſmundus occupat pro arce Eccleſiam palatium Epiſcopale Senogallien. 875.D
Manfredi crudeliſſime necati, & Faventiæ dominio exuti. 490.C
Manfreda gens extinguitur. ibid.
Manfredus Tarentinus hoſtis Eccleſiæ. 710.A
Mantuæ Capitanei ſedis Apoſtolicæ Ludovic. Gonzaga, & Guido Philippinus Feltrinus. 308.B
Mandoſia gens Amerina plures illuſtres viros peperit. 756.B
Marcellus II. Papa nomen mutare noluit ante Pontificatum. 315.D
Marchio] S. Mariæ quatuor caſtella donat Eccleſiæ Foroſempronien. 827.D
Marcus Contarenus Prætor Imolenſis infenſus Epiſc. 638.A
Margarita Auſtriaca Ferrarien. Eccleſiæ nobile ſacrum indumentum donat. 515.C
Margarita Auſtriaca Philippo Hiſpaniarum Regi Ferrariæ deſponſatur. ibid.
Marinus Ateſtinus per aquas evadit a bello Comacleni 527.C
Martinus Epiſcopus Parmenſis ſuſpenditur a Pontifice ob dilapidationem bonorum Eccleſiæ, 177.D
Martinus IV. cum exercitu Gallorum Forum Livii obſideri mandat. 568.B
Martinus de Amelia eximius legum doctor dat votum pro reintegratione juriſdictionis Epiſcopi Saſſinæ. 668.A
Martyrii duplex genus. 77.B
Martyrum loca ſeptem in civitatibus exiſtebant. 413.C
Martyres plures Firmi. 680.B
Marzaliæ conventus Metropolitan. Ravenn. 446.D
Mater S. Projecti Epiſcopi Imolenſis, dum eum in ventre geſtat, ſomniat filium parere lilium in manibus geſtantem. 623.B.
Mathematicorum princeps ſui ævi Paulus a Middelburgo Epiſcopus Foroſempronienſis. 835.B
Mathilda Comitiſſa donat caſtrum Rocchæ S. Mariæ Eccleſiæ Mutinenſi. 116.C
Mathilda Comitiſſa vincit, & fugat Hentium Cæſarem. 167.C
Mathilda Comitiſſa Dux S. Petri multa perpeſſa pro Romana Eccleſia. ibid.
Mathilda Comitiſſa proprietario jure comitatum Ferrariæ, & alia tradidit ſanctæ Rom. Eccleſiæ. 170.7.
Mathilda Comitiſſa donat plurima bona Abbatiæ Nonantulæ cum cenſu Lateranenſi palatio. ibid.
Mathilda Comitiſſa tollit abuſus præſtationum ſubditis de Monticulo. 171.B
Mathilda Comitiſſa ædificiis, & opibus Abbatiam S. Proſperi Regii Lepidi auget. 240.A
Mathilda Comitiſſa donat calcaria aurea pro novæ campanæ fractæ fuſione Monachis S. Bartholomæi Ferrariæ. 530.A
Matrimonialis cauſa Lotharii in Gallia cognoſcitur per legatos ſedis Apoſtolicæ. 468.B
Matrimonia ante concilium Tridentinum Nicolaus Epiſcopus Mutinenſis tribus feſtivis diebus ante celebrationem mandat publicari, ſynodali conſtitutione. 132.D
Matthæi de Afflicto mores, & honores. 610.A
Matthæi Bruni carmina in laudem Arimini. 411 B
Matthæus Pius Epiſcopus Mutinæ Ghibellinos ſedat, & plurima bona parat pro Eccleſia. 125.B
S. Maurus Romanus monachus S. Benedicti Epiſcopus Cæſenæ nepos Joannis IX. Papæ. 446.C
Muri Forilivii exciſi mandante Martino IV. 569.A
S. Maurelius Epiſcopus, & martyr floret. 518.B
S. Maximianus ex bubulco Archiep. Ravennas. 335.C
S. Maximianus arando theſaurum invenit, callide partem tulit Juſtiniano Imperatori, a quo eligitur Archiep. Ravennas. ibid.
S. Maximianus non recipitur a Ravennatenſib. in

Archiep. per aliquot tempus; tandem excipitur, plura ædificat ſacra loca. 336.A
Mediolanenſis Archiep. a Roman. ſynodo dejectus, in cujus locum juſſu Joann. Papæ datur facultas eligendi Ariminenſi, & Ticinenſi Epiſcopis. 419.B
Meilini Franciſci Epiſc. Senogallien. virtutes, & obitus. 874.D
Mellinus Io. Garſia Card. legatus Apoſtolicus plura egregie munera obivit. 646.C
Mercati faciendi jus conceditur Epiſcopis Mutinenſib. a Berengario Rege. 102.D
Meldola cum aliis locis donata Archiep. Ravennatenſi a Bonifacio nepote Comitiſſæ Mathildis. 365. A 369.C
S. Mercurialis Epiſcopi Forovilienſis præclara geſta. 574.D
Mobilia auferebantur a civibus Ravennatenſibus Archiep. 379.C
Monaſteria Bononienſia a ſanctis Epiſc. ædificata. 8.C. D
Monaſterii S. Bartholomæi Ferrariæ ædificatio ex voto matris Ladæ Marini Eſtenſis. 527.D
Monaſterium S. Bartholomæi Ferrariæ plures egregios viros protulit. 430.B.C
Monaſterium S. Columbani ædificat Petrus Bononien. Epiſc. 11.A
Monaſterii S. Crucis Eccleſia territorii S. Elpidii conſecrata coram Carolo Imperatore. 683.C
Monaſteria plurima Ceſenæ. 442.D
Monaſterium S. Chriſtophori Caſtri Durantis eximitur a juriſdictione Epiſcopi Urbinatenſis a Bonifacio Papa IX. 788.C
Monaſteriorum ædificatio abſque licentia Abbatis, qui Eccleſias habet, non poteſt fieri. 605.C
Monaſterium Flaſtræ Tolentini Ciſtercienſis ord. Jeſuitis datur. 771.B
Monaſterium S. Geruntii Callienſis diruitur pro condenda arce, inde arce diruta ibi Capuccinorum cœnobium excitatur. 813.B
Monaſterium Montis Caſini vicarius Apoſtolicus Nicolaus Sandonninus Epiſcopus Mutinenſis. 133.A
Monaſterium S. Mariæ de Miſericordia Mutinæ dirutum in ædificatione murorum civitatis. 133.C
Monaſterium mulierum pœnitentium Mutinæ fundatur. 136.B
Monaſterium S. Mariæ de Criſpino privilegiis exornat Fridericus Imp. 498.B
Monaſterium de Maradio ord. Vallis Umbroſæ recipitur ſub protectione ſedis Apoſtolicæ ab Alexandro III. 499.B
Monaſterium monialium S. Claræ Urbini celebre. 781.C.
Monaſterio monialium S. Catharinæ Firmi Ugo Epiſcopus concedit plurimas exemptiones. 702.C
Monaſterii monialium S. Catharinæ Firmi Petrus Epiſcopus jura anteceſſorum confirmat. 704.C
Monaſteria Parmenſia plurima. 142.D
Monaſterium S. Petri Benedictinorum Mutinæ fundatio, & dotatio facta a Joanne Epiſc. 106.D & 108.A & 109.B
Monaſterii S. Savini fundator Placentiæ Everardus Epiſc. Placentiæ. 203.C
Monaſterium S. Sabini Placentinum pluribus bonis, & beneficiis auctus a Sigifredo Epiſc. 206. C
Monaſterium S. Sepulchri fundatum a Dionyſio Epiſc. Placentino. 209.B
Monaſterio S. Savini Firmi Adonulphus Epiſcopus confirmat Eccleſias, & donationes prædeceſſorum ſuorum. 699.A
Monaſteria ſpectantia ad Archiepiſcopum Ravennatenſem. 374.C.& ſeqq.
Monachos 1144. habuit ſub ſe Anſelmus Abbas Nonantulæ. 900.D
Monaſticam vitam induit abdicato Epiſcopatu in mortis articulo Lucidus Epiſcopus Ficodenſis. 468.C
Monita S. Rufilii Epiſcopi morti proximus. 597.D
Montis Feretri, & Placentini Epiſcopi ſub Raven. Archiep. ponuntur a Greg. V. 351.C
Mons Altus a Patritiis coloniæ Aſculanæ ædificatum. 747.B
Mons Altus erigitur in civitatem a Sixto V. 748.B
Montis Alti territorium amœniſſimum, & fertile. 747.D
Monumentum inſcriptionis antiquæ Ariminen. 410. A
Monumentum inſcriptionis antiquæ Cervienſis. 467.D
Monum. inſcrip. antiquæ corporis SS. Zamæ, & Fauſtini Bonon. 8.B
Monum. inſcriptionis antiquæ Foropopilienſis. 589. D. 590.C
Monum. inſcriptionis antiquæ de Callio Romæ. 808.B
Monumentum inſcriptionis antiquæ S. Severini. 764. C
Monumentum inſcriptionis antiquæ Saſſenatenſium. 651.D
Monumentum inſcriptionis antiquæ Tolentini. 770.D
Monumentum inſcriptionis Barbati Epiſcopi Bononien. 11.C
Monum. inſcrip. Bartholomæi de Raymundis Epiſcopi. 28.D
Monumentum inſcriptionis collegii Placentini. 232. B
Monumentum Campanæ reſtauratæ ex aureis calicibus comitiſſæ Mathildæ. 530.A
Monumentum inſcrip. Catholicæ a Bernardino Card. Spada poſitum. 440.D
Monum. inſcrip. Comaclenſis. 482.D
Monum. inſcrip. conſecrationis Eccleſiæ S. Proſperi Regii. 310.A
Monum. inſcriptionis carminum Tolentini. 771.D
Monum. inſcrip. corporis S. Creſcentini Urbini. 785.D
& S. Mainardi Epiſc. 785.D
Monum. inſcript. civitatis S. Angeli in Vado. 882.B
Monumentum inſcriptionis conſecrationis Urbaniæ. 893.D
Monum. inſcrip. carminum S. Sigiſmundi Regis Imolæ quieſcentis. 640.A
Monum. inſcrip. corporis S. Alexandri Epiſc. Firmani. 682.C
Monum. inſcrip. corporis S. Victoris Epiſc. Placentini. 196.C
Monum. inſcrip. tranſlationis corporis S. Sabini. 197. B
Monum. inſcrip. corporis S. Bernardi Epiſc. Card. 169.A
Monum. inſcrip. conſecrationis Eccleſiæ S. Michaelis Firmi. 706.B
Monum. inſcrip. conſecrationis Altarium Eccleſiæ Bononien. 18.C
Monum. inſcrip. Card. de Graſſis Epiſc. Bonon. 37. C
Monum. inſcrip. Camerini Card. Alexand. Sfortiæ. 190. D
Monum. inſcrip. coronationis Caroli V. Bononiæ. 38. C
Monum. inſcrip. Card. Campegii Bononiæ. 39.B
Monum. inſcrip. Erminii card. de Valentibus Faventiæ. 510.D
Monum. inſcrip. concilii Bononiæ tranſlati. 39. B
Monum. inſcrip. Cathedralis Parmenſis. 142.C
Monum. inſcrip. erectionis Epiſcopatus Cremen. 60. C
Et conſecrationis Eccleſiæ. ibid.
Monum. inſcrip. Eccleſiæ de Pace Maceraten. 736.D
Monum. inſcrip. ædificationis Cathedralis Ferrariæ. 515.A
Monum. inſcrip. ædificationis Eccleſiæ Cathedralis Mutinenſis. 116. B
monum. inſcript. Eccleſ. Archiepiſc. Ravenn. 335. A

Monum. inſcrip. Gotii de Battaliis Card. Arimin. 426.D
Monum. inſcrip. conſecrationis Eccleſiæ S.Bartholomæi Ferrariæ. 519.B.
Monum.inſcrip.Faventiæ montis Pietatis. 505.A
Monum.inſcrip.Ferrarienſis Clementis VIII.514.B
Monum. inſcrip. Ferrariæ translationis corporis S. Leonis Epiſcopi Vicohabentiæ. 517.B
Monum. inſcrip. fundationis Cathedralis Feretran. 841.C
Monum. inſcrip. Firmanæ academiæ reſtaurationis 722.B
Monum.inſcrip.Gabrielis Car Paleotti.34.D 45.AB
Monum.inſcrip.Joan.Archiep.Raven. 338.AC
Monum.inſcrip.Julii Monterentii Epiſc.Faventini. 511.C.
Monum. inſcrip. S. Maximiani Archiepiſcopi Ravenn. 336.C
Monum.inſcrip.Metauren. 822.B
Monum.inſcrip.Mutinen. Nicolai Sanſedonii Epiſcopi. 133.A
Monum.inſcrip. Neonis Archiep.Raven. 334.A
Monum. inſcrip. primi lapidis jacti in fundamentis Eccleſiæ Metropolitanæ Bonon.ab Alphonſo Paleotto Archiep. 46.C
Monum.inſcrip.Rodulphi Paleotti. 648.C
Monum. inſcrip. Smaragdi Exarchi Ravennæ. 338.C
Monum.inſcrip. translationis corporum Ss. Placentiæ. 197.A
Monum. inſcrip. Turris campanariæ Maceratæ. 731.C
Monum. inſcrip. translationis corporis S. Sixti Placentiæ. 218.B
Monum.translationis corporis S. Maurelii Epiſc. Ferrarienſis. 518.C
Monum. inſcrip. Videboldi Parmenſis Epiſcopi. 152.A
Monum. inſcrip. Vitalis Epiſcopi Cæſenatenſis. 460.A
Monum.inſcrip.Xenodochii Ferrarienſis. 552.A
Moyſes Vercellenſis reſtaurat Archiepiſcopatum Raven. 368. B
Mutinæ ſitus novus, & vetus. 73.B
Mutinæ ædificationes variæ recenſentur. ibid.
Mutina Romana colonia. ibid.
Mutinæ mentio apud plures auctores. ibid.C
Mutinam reſtituit Conſtantinus Imp. deinde Carolus Magnus. ibid.D
Mutina pluries exciſa. ibid.
Mutinæ domini varii. 74.A
Mutina a Carolo V.Imp.Ateſtinis principibus adjudicatur. ibid.B
Mutinæ academia celebris. ibid.C
Mutina patria plurimorum virorum illuſtrium. ibid.D
Mutina Chriſtianam fidem hauſit a Dionyſ. Areopagita. ibid.
Mutinæ idololatria expellitur a S.Geminiano Epiſ. 75.A
Mutinæ Epiſcopus variorum Archiepiſcoporum ſuffraganeus. ibid.
Mutinenſe dominium qui primi ceperunt. 74.A
Mutinæ reædificandi facultas conceſſa Epiſcopo. 115.D
Mutinenſis jus Eccleſiæ colligitur ex Henrici Imp. privilegio. ibid.
Mutinæ ædificatur Cathedrale templum D. Geminiano. 116.A
Mutina dignitate Epiſcopali privatur ab Eugenio III. ob invaſionem Nonantulanæ Abbatiæ, reſtituitur priſtinæ dignitati ab Adriano IV. 118.C
Mutinenſis civitatis murorum ampliatio. 119.D
Mutinenſi Eccleſiæ conceduntur privilegia confirmationis, & exemptionis a Federico Imp. 119.A 120.A & 122. D
Mutinen.Epiſcopus equum poſt conſecrationem prima vice a ſe conſcenſum pro itinere ad ſuam Eccleſ.deberi cum capitulo litigio contendit. 121.BC
Mutina ſacris interdicitur ob ejectionem Epiſcopi Guelphæ factionis. 124.A
Mutinenſes Ghibellinorum Guelphorumque factionibus attriti Opizoni Ateſtino ſe dederunt. 126. A
Mutina ſe in libertatem vindicat. 129.A
Mutina interdicta ob ejectionem Epiſc. Ghibellini. 129. A
Mutinæ muri ampliati. 119.D

N

Narſes Exarchatum Ravennæ fundat. 324.A
Narſes S. Geminiani Venetiis templum ædificat. 79.C
Narſes S. Geminiani oppidum in Hetruria vocari jubet. ibid.
Narſes Gothorum ſpolia Archiepiſcopo Ravennati donat. 337.B
Neguſantii Fanenſes viri clariſſimi. 671.A
Naves Epiſcopi Parmenſis exemptæ in Pado a ſolutione gabellarum. 161.C
Nerus de Abbatibus crudeli animo mille domicilia Florentiæ igne comburit. 611. B
Nicœnum concilium mandat clericis alterius diœceſis ab Epiſcopis non ordinari abſque literis. 355.B
Nicœni concilii fides propugnata eſt ab Epiſcopis Æmiliæ in conciliabulo Ariminenſi. 594.B
Nicolaus Albergatus Card. Epiſcopus Bononienſis efficitur a populo poſtulatus. 31.D
Ejuſdem legationes, & mores. ibid.
Nicolaus Brautius Epiſcopus Sarſinæ vitas ſanctorum carminibus expreſſit in carcere. 675.C
Nicolaus Baccettius Abbas ord. Ciſtercienſis, vir eruditione clariſſimus, auctoris præceptor, plura ſcripſit egregie. 133.C
Nicolaus, & Albertus Ateſtini vicariatu Ferrarien. a ſede Apoſtolica jure fiduciario inveſtiuntur. 547.A
Nicolaus Canalius legatus pro pace ad Galliæ, & Angliæ reges. 389.A
Nicolaus de Mattarellis clarus juriſconſultus Mutinæ evocatus ad condenda ſtatuta dum ſe in libertatem vindicarat. 129.A
Nicolaus V. Papa eodem anno effectus fuit Epiſcopus Cardinalis, & Papa. 34.B
Idem Nicolaus literas ſuæ electionis dat capitulo ſuæ Bononienſis Eccleſiæ poſt ſuam aſſumptionem. ibid.
Idem Nicolaus vir eruditiſſimus, literis, & virtute præditis favet. ibid.C
Idem Nicolaus Ariminenſis Eccleſiæ jura confirmat. 435.A
Idem Nicolaus V. literatorum hominum dictus Mecœnas. 553.A
Nicolai Sandonnini mira conſtantia. 132. D
Ejus legationes in Gallia. 133.A
S. Nicolai de Tolentino corpus in dicta civitate colitur. 771.B
Nobilitatis denominatio antiquitus ſolis viris nobilibus dabatur. 610.C
Nonantulana Abbatia fundata & dotata ab Anſelmo Duce Forojulienſi monacho effecto. 83.C
Nonantulanæ Abbatiæ fundationis hiſtoria. ibid.
Nonantulanæ Abbatiæ divexatio facta a Mutinenſibus, ob id privatur dignitate Epiſcopali, ipſa Mutina. 118. B
Nonantulana Abbatia conceditur Epiſc.Parmen.ab Henrico Imp. 161. C
Nonantulana Abbatia concremata ab Ungaris. 204.D
Norimbergæ Card. Campegius legatus Apoſt. contra Lutherum conventum habet, & Ratisbonæ decreta publicat. 38.B
Nova civitas prope Mutinam. 96.B
Nummus Ariminenſis S. Gaudentii. 418.B
Numiſma Sigiſmundi Malateſtę cum templo. 433.B

Nun-

Nuntiatura fungitur Jo. Bapt. Caſtellius ad Regem Galliæ, in qua obiit. 438.C

O

OBitus Anſelmi Abbatis Nonantulani. 91.A
Obitus Franciſci Philelphi. 35.C
Obitus S. Bernardi Epiſcopi, & Card. diſceptatio, quando contigerit. 169.A
Obitus coadiutoris Epiſcopi cum futura ſucceſſione ante coadiutoriam. 613.B
Obitus Franciſci Mariæ ultimi Urbini Ducis. 883.B
Obitus Simeonis Aleotti in concilio Tridentin. 586. D
Obſequium erga Epiſcopum antiquitus magnum erat. 711.C
Obedientia coegit recipere majora dimiſſis minoribus. 235.A
Oblatum Epiſcopatum Placentinum reſpuit Rogerius Coſtius. 226.B
Octavianus Riarius Forolivii vicarius occiditur. uxor cædem vindicat excidio prætorii. 565.C
Octavianus Card. Ubaldinus efficitur Epiſcopus Bononien. cum adhuc triginta annos non attigiſſet. 21.D
Idem partes Federici Imperatoris ſequitur. ibid.
Octavii Card. Bandini legationes, & emerita opera. 726.D
Oculis privatur Felix Archiepiſcopus Ravennas, qui ſeditione rebellare coegerat civitatem. 343.A
Odericus Erulorum Rex Ravennam occupat, inde ejicitur a Theodorico Longobardorum Rege. 324.B
Odore fragrat corpus Petri Archiep. Ravennatis 334.C
Odium ſibi conciliat Sixtus Epiſcopus Mutinæ ex aſperitate morum. 137.D
Officiales ob impedimentum præſtitum executioni litterarum, & citationis Papæ perpetuo ad officia inhabilitantur. 224.B.C
Olivetanis Monachis exactis canonicis regularibus traditur inſignis Eccleſia S. Georgii Ferrariæ. 548.C.D
Olivetanus ordo Bononiæ recipitur. 26.C
Oppidum S. Geminiani in Hetruria ſic dictum, quando S. Geminianus illud illæſum ſervavit ab Hunnis. 79.D
Opizo Sanvitalis Epiſcopus Parmenſis gratus Imperatori obtinet confirmationes privilegiorum ſuæ Eccleſiæ. 174.A
Opera Felicis cæci Archiepiſcopi Ravennatis. 343.A
Opera Ugolini Malabranchæ Epiſc. Ariminen. 428.C
Opera bona operanda ante mortem. 695.A
Oricellarius Bernardus hiſtoricus. 862.D
Oratoria, & Eccleſias ædificari non debere cavit Alexander III. inconſulto Epiſcopo. 119.C
Oratorio ædificando conceditur Eccleſia S. Petri diruta Stephano presb. ab Epiſcopo Hildeprando Mutinæ. 105.D
Ordelaphi Forolivio ejecti. 565.C
Iterum Forolivio potitus. 569.B
Ordelaphi vicariatu obtento deditione Foropopolii bis conjurat contra Eccleſiam. 590.D
Ordelaphi electio in Epiſcopum Foropopilien. a Pontifice irritatur. 606.D
Ordeoneus præfectus veteranorum militum occiditur; ejus epitaphium. 590.D
Orientalium Imperatorum Exarchatus Ravennæ. 324.B
Origo diſſenſionis, & ſchiſmatum inter Federicum Imperatorem, & Alexandrum III. 371.C
Oſtrogothi Ravennæ. 324.B
Hoſtia ſacra ſanguinem effudit ſuper altare Ferrariæ. 538.A
Otho Imp. confirmat privilegia Parmen. Epiſcopis 157.B
Otho II. plura largitur Vidoni Epiſc. Mutinenſi. 104.D
Otho in Calabria jus dicit. 159.D
Otho Imp. concedit privilegium Parmæ ad inſtantiam Huberti Epiſcopi Parmæ. 158.C
Othonis II. confirmatio Parmenſis Epiſcopatus. 160. B
Otho III. Imp. vocat ſe ſervum Apoſtolorum. 359 B
Otho IV. confirmat jura, & privilegia Eccleſiæ Ravenn. 374.B
Otho III. Imp. confirmat jura Eccleſiæ Foropopilienſis. 599.D

P

PAbulum 12. pauperibus tradendum ex antiqua conſuetudine in anniverſario. 688.B
Paccarona gens Firmana. 701.B
Pacis compoſitio inter filios Ludovici Pii, & Lotharium. 346.B
Pallii Imperialis uſum conceſſum Archiepiſcopo Ravennati quater in anno. 339.B 353.B
Paleottus Jo. Vincentius conſiliarius Regis Angliæ. 642. C
Palatium Epiſcopi Mutinenſis magna ex parte inſtauratum a Nicolao Sandonnino Epiſcopo viro egregio. 132.D
Pallavicinæ gentis origo a Longobardis. 213. D
Pallavicinæ gentis beneficia, ac donationes erga monaſterium de Columba. ibid.
Paleotti Gabrielis Archiepiſcopi Bononienſis viri eximii opera. 41.c. & ſeqq.
Pamphilus de laudibus Piceni carmina pangit. 730. B
Papienſis Cardinalis componit lites Epiſcopatus Mutinenſis, & poſſeſſionis denegatæ a duce Ferrarienſi ſpreta PP. cenſura. 132.D
Papirius Picedus primus Epiſcopus Burgi S. Domnini. 68.C
Parafrenum Epiſcopi habere debent Baluguli, quando primum poſt conſecrationem civitatem Mutinæ intrat. 127.D
Parmenſi Epiſcopo conceditur a Conrado Imperatore comitatus Parmenſis, & plurima alia caſtra. 164.B 165.A 168.A
Parmenſi Epiſcopo confirmantur donata a Lothario præſertim curtes Neronis per votivam largitionem. 162.C
Parmenſis Epiſcopus princeps vocatur ab Imp. Carolo IV. 181. A
Parma cur ſic vocata. 140.D
Parmenſes conditores, ſitus, & de ædificatione diſceptationes deſcribuntur. 141.A
Parma in libertatem ſe vindicat. ibid.B
pacis auctor inter Bononien. & Mutinen. 118.D
Parma colonia Romanorum floruit florente Imperio. 141.B
Parmæ domini per varia tempora. ibid.B.C
Parmenſes adhærent Pontifici contra Federicum Imperatorem, ideoque biennali obſidione premuntur. ibid.
Parmenſes facta irruptione ſolvunt obſidionem, fugant exercitum Federici Imperatoris, magna præda potiuntur. ibid.
Parmenſes facta irruptione acquirunt diadema Imperiale Federici Imp. ibid.
Parma iterum juriſdictionis Eccleſiæ effecta à Julio Papa II. ibid.
Parma Gallis reſtituta a Leone Papa X. iterum adempta. ibid.
Parma Farneſiis data a Paulo Papa III. ibid.
Parma patria Macrobii, & aliorum virorum illuſtrium. ibid.
Parmenſes fidem Chriſti hauſere a SS. Barnaba, & Apollinare. ibid. D

Par-

Digitized by Google

Parmenſis Epiſcopi juriſdictio, & principatus ditiſſimus. 142.A
Parmenſis Epiſcopus Brixillenſis etiam aliquando dictus, & cur. 142.B
Parma ab Attila miſere exciſa. ibid.
Parmenſe territorium pluribus bonis refertum. ibid.
Parmenſis Epiſcopus Brixillum confugit exciſa Parma ab Attila. ibid.
Parmenſium SS. & rerum Epiſcopatus ſcriptores Garofanus, & Picus. 143.A
Parmenſi Epiſcopo conceſſa juriſdictio a Carolo Manno in pluribus locis, & intra tria milliaria a civitate. 148.A
Parmenſis Epiſcopi jura plurima. ibid.A.B.C
Parmenſi Epiſcopo conceditur comitatus Parmenſis poſt mortem Bernardi, ideo Epiſcopi vocantur comites. 164.A
Parſimonia ingentes divitiæ, & officia adepta fuere. 134.A.B
Paſchæ recta celebratio elicitur ex explicito ſuper hoc tractatu edito a Paulo a Middeburgo Epiſcopo Foroſempronii. 835.B
Paſchalis Papa II. cum comitiſſa Mathilda præſens fuit translationi corporis S.Geminiani, & altare conſecravit. 116.B
Paſchalis Antipapa III. antea Cardinalis Cremenſis. 57.B
S. Paternianus Epiſcopus Bononienſis miracula excipit ad ſepulchrum SS. Vitalis, & Agricolæ. 10. B
Pepuli vicarii pro ſede Apoſtolica Bononienſes. 24. C
Pentapolis quæ provincia fuerit. 409.C
Patria Alexandri Papæ excutitur qualis fuerit. 230. C
Patavina conjuratio Jo. Anſelmini Epiſcopi Patavini cum Galeazzo comite contra Carrariam. 403. D
Patrochinus Caſaleſcus juris lucerna. 530.C
Patrum 318. imprecatio comminata in Bulla S.Gregorii. 340.D
Paulus Papa II. prius dictus Petrus Barbo Epiſcopus Cervienſis. 475.D
Paulus III. Papa ante Pontificatum Epiſcopus Parmenſis. 187.D
Pauli diaconi patria Forumlivii. 569.C
Pauperum pater vocatus Octavius Accorambonus Epiſcopus Foroſempronienſis. 838.D
Paulutia, & Calbula gens eadem. 608.C
Paulutius Franciſcus hæredem fecit Rempublicam Florentinorum ſuorum locorum. 609.B
Perleona gens antiqua, & nobilis ſuſtentat ſuo auxilio Romanam Eccleſiam. 217.A
Perleonæ gentis origo controverſa. 218.A
Pergulæ ædificatio abEugubinis. 815.D
Peſtifera lues ceſſat Mutinæ ex circumgeſtatione in proceſſionibus corporum SS.Syneſii, & Theopompi. 110.D
Peſtilentia Bononiæ ceſſat, & in aliis locis, ex geſtatione, & delatione corporum SS. Syneſii, & Theopompi. 14.B
Peſtilentia in pluribus Æmiliæ civitatibus ceſſat per aſportationem corporum SS. exiſtentium in Abbatia Nonantulana. 517.D
Petrarchæ judicium de Milleloquio Bartholomæi Epiſcopi Urbinatis. 788.C
S. Petronius Bononienſis Epiſcopus, & Patronus plura genti utilia facit. 9.A.B
S. Petronio Bononienſes templum ſumptuoſe ædificant. 10.A
Petrus Cluniacenſis ſcribit pro confirmatione Joannis Ciſtercienſis electi Epiſcopi Placentini. 214.D
Petrus Aloyſius Farneſius primus Dux Placentinus inauguratus de ann.1545. 234.B
S. Petrus Chryſologus a Sixto papa III. divinitus demonſtratus eligitur Archiepiſcopus Ravennas irritata alterius electione. 333.A.B
S. Petrus Chryſologus adhuc juvenis diaconus Eccleſiæ Ravennatis effectus. ibid.
S. Petrus Chryſologus patria Imolenſis. ibid.
S. Petrus Damiani recepit donationem a Petro Arimini pro monaſterio. 420 C
S. Petrus Damiani ponit monaſterium a ſe ædificatum Arimini ſub cura Epiſcopi. ibid.
S. Petrus Damiani inſcribit opuſculum de parentelæ gradibus. 447.A
Petri Cardin. Aldobrandini laudantur geſta. 395.A
S. Petrus Damiani invitatur ad aſſiſtentiam electionis novi Epiſcopi Faventini. 494 B
S. Petri Damiani ſermo de S. Ruphillo Epiſcopo Foropopilienſi adhuc publici juris non factus. 594. D
Petrus Chartularius Epiſcopus Feretranus vir in omnibus laudatiſſimus. 855.B
Pia opera Epiſcopi Rodulphi Paleotti pro Eccleſia Imolenſi. 648.B
Philippus Fontana Epiſcopus Ferrarienſis carceri mancipatur a Federico Imp. 380.D
Philippus Fontana Epiſcopus Ferrarienſis legatus Apoſtolicus ad Federicum II. Imperatorem in Germania. ibid.
Philippus Fontana donat bona monaſterio S. Bartholomæi Ferrariæ, & impetrat ei ab Imperatore privilegium. ibid.
Philippus Fontana Archiepiſcopus Ravennas vir egregius legatus contra Ezzelinum tyrannum capitur, & ſe redimit. ibid.
Philippus Fontana Archiepiſcopus celebrat concilium ſaluberrimum. ibid.
Piceni deſcriptio. 677.A
Piceni cur ſic dicti. ibid.B
Picenum poſt Longobardos Marchia Anconitana ſeu Firmana dictum. 678.A
Picentes ad 360.millia in fidem Romanorum deſcripti. ibid.
Picenum honoris ergo vocatum Pentapolis in ſexta Synodo. 678 B
Pileus de prata Cardinalis carceri mancipatur ab Urbano VI. fugam inde arripuit, & adhæret Antipapæ. 389.D
Pileus Cardinalis adverſus Urbanum VI. Pontif. in bello aufert plures civitates Urbano, qui eum cardinalatu privat. ibid.
Pileus reſtituit Arces Spoletanam, & Narnienſem, ac montem Flaſconem Bonifacio papæ IX. ibid.
Pileo Cardinalatus à Bonifacio reſtituitur. ibid.
Pipinus Rex victo Ayſtulpho Longobardorum Rege Romandiolam Romano pontifici tradit. 322. A
Piſaurum Urbs Regionis ſextæ Umbrorum. 857. B
Piſaurum cur ſic dictum. ibid.
Piſaurum terræmotu conciſum reſtauratur. ibid. C
Piſaurum iterum deſtruitur a Totila Gothorum Rege. ibid.
Piſaurum reſtauratur a Beliſario. ibid.
Piſaurum colonia Romanorum deducitur a M. Antonio. ibid.
Piſauri domini per varia tempora. ibid.
Piſaurenſia Sacerdotia, ac monaſteria. 858.A
Piſauri tutelares SS. martyres, & Epiſcopi. ibid.
Pius II. papa, antea dictus Æneas Sylvius Piccolomineus, Epiſcopus Firmanus. 717.C
Pius papa III. antea dictus Franciſcus Piccolomineus, pluries ad Epiſcopatum Firmanum redit. 719.B
Pius papa V. erigit in cathedralem Eccleſiam Ripæ Tranſonis. 755.C
Planeta diviti exultur cadaver Hadriani papæ: ob id viſio factum incuſans oſtenditur. 94.D
Placentiæ ſitus, & ædificatio deſcribitur. 194.C
Placentinæ civitatis conditores referuntur. ibid.
Placentia colonia Romanorum deducta. ibid.
Placentia ſuppetias fert populo Romano laboranti,

Digitized by Google

ideo ab Hannibale excidium paſſa. 194.D
Placentiam Romani inſtaurant. ibid.
Placentia acriter obſeſſa à Cæcina duce Othonis Imperatoris. ibid.
Placentia defenſa a Spurina Vitellio. 195.A
Placentiæ Amphitheatrum dirutum. ibid.
Placentia labente re Romana variis tyrannis in prædam ceſſit. ibid.
Placentia a Julio papa II. ſedi Apoſtolicæ reſtituta, itemque a Leone papa X. ibid.
Placentia a Paulo III. in feudum datur Aloyſio Farneſio. ibid.
Placentia a S. Barnaba prædicationem Chriſtianæ fidei excipit. ibid.B
Placentiæ S. Antoninus martyr legionis Thebeæ. ibid.
Placentiæ rudimenta in fide Chriſtiana. ibid.
Placentia variis metropolitis ſubjecta per varia tempora. 195.C
Placentina templa, & monaſteria egregiæ ſtructuræ. ibid.
Placentia patria B. Gregorii Papæ X. & plurium virorum illuſtrium ſanctitate, & literatura. ibid.D
Placentia ab Alarico Rege direpta. 197.D
Placentia interdicitur, & Epiſcopali dignitate privatur ob hæreſim, abſolvitur ejectis hæreticis, ac reſtituitur. 222.B
Plauti comœdiæ ubi repertæ. 671.D
Podagram tenui victu extinguere volens Cardin. Ludoviſius vitam extinxit. 53.B
Polentani Ravennæ. 325.B
Pompoſæ Abbatiæ exemptio, ac permutatio. 359.A
Pompoſa Abbatia Archiep. Ravennati tribuitur adminiſtranda. 359.A
Pontificum geſta in Gallia in unum collecta. 645. A
Pons miraculoſe a S. Geminiano pro ſalute oppidi dejectus. 8. A
Poſſeſſio Epiſcopatus Mutinenſis per quinquennium denegatur a Borſo Ferrariæ Duci ſpreto etiam interdicto. 132.D
poſſeſſio Forolivienſis Epiſcopatus impeditur ab intruſo a Gregorio XII. fr. Alberto de Bonchriſtianis. 582.C
Præcedentia Archiep. Ravennati debetur ab omnibus Italiæ Archiep. 361.A.B
Prædicatores Faventiam introducti. 500 C
Prædicatoribus Imolam cœnobium datur. 642.D
Præfecturæ ſiſtendi annuæ antiqua forma revocata a Croinbergh Federici Imp. ductore copiarum. 628. C
Prætores duo Urbanus, & Peregrinus apud forum Cornelii. 620.A
Præpoſitus canoniſta poſtea Epiſc. Parmen. antea præpoſitus inſignis Eccleſiæ S. Ambroſii Mediolani. 187.B
Privilegium Theodoſii Imp. conceſſum academiæ Bononienſi. 9.C
Privilegii Theodoſii excutitur veritas. 9. B
Privilegium Federici II. Imp. conceſſum Epiſcopis Bononien. 19.C
Privilegium Innocentii IV. PP. academiæ Bononienſi conceſſum. 25.A
Privilegium Nonantulanæ Abbatiæ Stephani Papæ III. 84.B
Privilegium vide bulla, indultum, conceſſio, confirmatio, exemptio.
Privilegium Caroli Magni conceſſum Epiſc. Mutinenſibus. 91.D
Privilegium exemptionis, & confirmationis conceſſum ab Imperatoribus, iterum a Ludovico II. Imp. Epiſcopis Mutinenſibus datur. 97.B
Privilegium Vidonis Imp. immunitatum, & exemptionum Eccleſiæ Mutinenſis. 97.D
Privilegium Lamberti Imperatoris conceſſum Epiſcopis Mutinenſibus confirmatorium aliorum obtentorum ab aliis Imperatoribus ſuper exemptionibus, ac immunitatibus. 100.B
Privilegium Berengarii Imp. & conceſſio plurium fundorum Eccleſiæ Mutinenſi. 101.C
Privilegium Mutinenſis Eccleſiæ Lotharii, & Adalberti Regum. 104.A
Privilegium Othonis Imp. datum Epiſc. Mutinenſibus. 104.D
Privilegium Corradi Imp. Epiſc. Mutinenſib. conceſſum. 113.A
Privilegia antiquitus Eccleſiæ pro defenſione dabantur. 114.D
Privilegium reædificandi civitatem Mutinenſem cum aliis ampliſſimis facultatibus. 115.D
Privilegium Federici Imp. Eccleſiæ Mutinen. conceſſum. 120.A
Privilegia alia Federici Imper. pro d. Mutinenſi Eccleſia. 122.D
Privilegium Henrici VI. Imp. confirmationis juriſdictionum, & aliarum conceſſionum factarum Eccleſiæ Parmenſi. 174.A
Privilegium Othonis IV. Imp. Epiſc. Parmen. conceſſum. 175.A
Privilegium Caroli IV. Imp. Epiſc. Parmen. datum 181. B
Privilegium Regis Rachis Longobardorum in favorem Placentinæ Eccleſiæ emanatum. 198.C
Privilegium Lotharii Imp. Epiſc. Placentinis conceſſum. 202. B
Privilegium Innocentii papæ III. elargitum Placentinis Epiſc. 220.C
Privilegium monaſterii S. Sabini civitatis Placentinæ. 218.D
Privilegium Valentiniani Imp. de uſu pallii Imperialis Archiepiſc. Ravennatibus indultum. 332.A
Privilegia pallii, ac aliarum conceſſionum, & largitionum caſtrorum confirmatio Archiepiſcopis Ravennatibus impartiuntur a Greg. Pp. V. 353.B
Privilegium S. Greg. Pp. Archiep. Ravennatibus conceſſum. 339.B
Privil. Henrici Imp. & confirmatio obtentorum pro Epiſc. Ravennatibus. 362.C
Privil. Federici Imp. conceſſum Ravennati Archiepiſcopo. 371.C
Privil. Ariminenſia vide verb. bulla.
Privil. canonicorum Cæſenatenſium confirmantur ab Urbano papa VI. 460.D
Privileg. Innoc. papæ IV. conceſſum Cervienſibus Epiſc. cum confirmatione aliorum obtentorum. 472. B.
Privil. Caroli Manni Imp. conceſſum Parmenſibus Epiſc. 145.A
Privil. Ugonis Imp. conceſſum Epiſc. Parmenſibus ſuper confirmatione aliarum conceſſionum, & largitionum. 152.B
Privil. Othonis Imperat. conceſſum Humberto. 158. C.
Privil. Othonis II. Imper. quo confirmantur alia data privilegia, & exemptiones Epiſc. Parmen. 160. B
Privil. Parmenſium Epiſcoporum, & conceſſiones aliorum Imp. confirmantur a Conrado Imper. 164.B
Privil. Alex. papæ III. conceſſum canonicis Cæſenatibus. 461.D
Privil. Honorii papæ II. receptionis in protectionem canonicis Faventinis datum. 494.D
Privil. Lucii papæ II. conceſſum canonicis Faventinis. 495. C
Privil. Federici I. Imp. conceſſum Faventinæ Eccleſiæ. 497.A
Privil. Federici Imp. datum Monaſt. S. Mariæ de Criſpino Faventinæ. 498.B
Privil. Vitelliani papæ, & conceſſionis elargitæ Ferrarienſibus canonicis. 519. A
Privil. Ludovici II. Imp. conceſſum monaſterio S. Bartholomæi Ferrariæ. 528.C
Privil. monaſterii S. Bartholomæi Ferrariæ conceſſum a Conſtantino Epiſc. 531.C
Privil. Henrici Imper. conceſſum canonicis Ferra-

rien-

rienſibus. 532.B A
Privil. Henrici III. Imp. conceſſum Rotlando Epiſcopo Ferrarienſi. 533.B
Privil. Victoris Pp. II. conceſſum canonicis Ferrarienſibus. 533.D
Privil. Alex. Papæ II. cum confirmatione conceſſorum indultum canonicis Ferrarienſibus. 534. D
Privil. Innoc. Pp. II. cum confirmatione ſtatutorum, ac conceſſionum pro canonicis Ferrarienſibus. 535. D
Privil. Adriani Papæ IV. pro canonicis Ferrarienſibus. 536. D
Privil. Alex. Papæ III. conceſſum canonicis Ferrarienſibus. 538. B
Privil. Cœleſtini Papæ III. conceſſum monaſterio S. Mariæ de flumine Forolivienſis. 578. A
Privilegium Othonis III. Imp. pro Abbatia S. Ruphilli Foropopilii. 599.D
Privil. Alex. Papæ III. cum confirmatione aliorum indultorum monaſterio S. Ruphilli Foropopilii, 600. D
B
Item aliud Honorii III. pro eodem. 605. A
Privil. Conradi Imp. conceſſum Epiſc. Saſſenaten. 655. A
Privil. Federici Imp. conceſſum Epiſc. Saſſenaten. 657.C
Item aliud ejuſdem pro eodem Epiſcopo. 658. C
Privil. Federici II. Imp. conceſſum canonicis Eccleclefiæ Firmanæ. 694.B
Privil. Federici II. Imp. Epiſc. Firmano conceſſum, ne moleſtaretur in bonis. 697.A
Privil. Henrici VI. Imp. conceſſum pro protectione Firmanis Epiſc. 698. A
Privil. Federici Æneobarbi Imp. habitare volentibus Imolenſem civitatem, & comitatum. 627.B
Privil. Honorii Papæ III. conceſſum Epiſc. Senogall. 868. C
Privil. Honor. Papæ II. conceſſum Epiſc. S. Leonis ſeu Feretranis. 844.D
Principes qui pauperes ditant, & honeſtis perſonis nihil dant, quid faciant. 627. A
C
Prioris canonicorum S. Petri in Vaticano ſigillum 701. C
Priori S. Salvatoris Firmi ab Epiſc. Indulgetur pars oblationum, quæ debetur pauperibus pro relevatione damnorum illatorum a Feder. Imp. 707.B
S. Projectus Epiſc. Imolenſis pauperibus, & egenorum uſui conſulens crumenam divinitus repletam reperiit. 623.D
Provincialia concilia Ravennatenſia. 579.D 580.A
Provinciale concilium Imolæ de anno 1280. 606. D
Provinciale concilium Forolivil, & Imolæ. 638.C
Provinciale concilium Argentenſe. 639.B
Provincia Æmiliæ, ſeu Bononien. Inſubriæ Ciſpadanæ deſcriptio. 1.A
Provincia Flaminiæ, ſeu Romandiola Ravennatenſis. 321.A
Provincia Urbinatenſis, ſive Umbria Senonum. 778. A
D
Provincia Firmana, ſive Picenum, aut Marchia Anconitana. 679. A
S. Proſperi Aquitanici opera, ſtudia, ac ſummæ virtutes. 241. D
S. Proſperi Aquitanici Epiſcopatus diſceptatio. 242. ABC
S. Proſper Aquitanicus an fuerit Epiſc. Regii Lepidi in Inſubria, an Regii in Gallia Narbonen. ibid.
S. Proſper Aquitanicus à ſecretis S. Leonis Papæ. 241. D
Pruſſiam, & Livoniam Chriſtianæ fidei ſegeti ſeminandæ Apoſt. legatione adoritur Gulielmus Epiſc. Mutinenſis. 123. D
Puer monachus, qui ad patrem profectus fuerat abſque licentia S. Benedicti, nec mortuum ſepultura retinere poterat. 358.B

Q

Qualis cura Epiſcopalis ſit. 624.CD
Qualiſquiſque ſit, nemo eſt tam infirmus, quod non poſſit habere quod ei ſufficiat; Nemo tam fortis, & dives, ac ſanus, ut non habeat pro quo laboret; dictum S. Patris Epiſcopi. 357. A
Quando lingua Latina corrumpi cœperit. 624. C
Quanta egerit pro pace Regum Chriſtianorum, & pro conciliis œcumenicis congregandis Cardinalis Carpenſis. 506.A & ſeqq.
Quanta pia opera egerit in Epiſcopatu Imolenſi Rodulphus Paleottus Epiſc. 648. B
Quatuor SS. Coronatorum corpora inventa, & eorum Eccleſia in Urbe reſtituta, & ornata a Joanne Garſia Millino Cardinali titulari. 647. A
Querelæ Eccleſiæ, & ordinis Eccleſiaſtici mira expoſita narratio in epiſtola Clementis Papæ IV. dū differit de occiſo Epiſcopo Vidone Saſſinæ. 661.C
Quæ de Card. Capranica referat S. Antoninus 716. D
Quæſtio inter plures civitates de patria Alexand. V. Pont. Max. 230. C
Quæſtio de nuncupatione, & appellatione œcumenici conc. Trid. 877.B
Querelatus de Simonia, & irregularitate a capitulo ſuæ Eccleſiæ Petrus Epiſc. Adrien. ſe tueri curat. 402. C
Quinquennale ſtudium requiritur in doctoribus, qui judicando præfici debent. 9. D
Quicquid poteſt operare manus tua, pie inſtanter fac, nam apud inferos nil proficiunt opes, & ſapientia, ut eſt aſſertio prudentis. 695. A
Quarta pars bonorum Eccleſiæ canonicis attribuitur. 99.C
Quorum Epiſcoporum Bononienſium electiones irritatæ. 23. C
Quouſque duraverit conſuetudo auferendi mobilia Archiep. Ravennatibus. 379.C
Quouſque ſchiſma Eccleſiæ Benedicti de Luna duravit, maxima damna Reipublicæ Chriſtianæ obvenere. 231.B

R

Rachis Rex Longobardorum concedit privilegium Epiſc. Placentiæ, & confirmat conceſſa per alios. 198.C
Raynaldus Concoregius Archiepiſc. Ravennaten. in opinione ſanctitatis cleri diſciplinam ſynodis reſtaurat. 382. C
Raynutius Card. Farneſius Bononien. Eccleſiam ornavit. 41.A
Rangonius Card. deliciæ Senatus. 235. B
Ravennatum Archiepiſc. creat Epiſc. Mutinen. & Symmachus Papa minaces de temeritate litteras ſcribit. 82. D
Ravennatum Archiep. cauſæ delegantur ab Innoc. IV. Epiſc. Mutinenſi. 124. B
Ravennati Archiepiſcopo adjudicatur ſuffraganea Eccleſia Placent. 215.D
Ravennæ exordium diverſimode a pluribus recenſetur. 323.A
Ravennæ antiquitas, & nuncupatio excutitur. ibid.
Ravenna ſub Sabinis, & Hetruſcis. ibid.B
Ravennæ Umbri auxiliarii acciti, ideo etiam inter civitates Umbriæ aliquando poſita. 324.A
Ravennatum ædificiorum miræ amplitudinis, & mœnium conditores. ibid.
Ravenna Romanorum colonia. ibid.
Ravenna Oſtrogothis per ſeptuaginta annos paret. ibid.
Ravennæ Exarchatus fundatus a Narſete ejectis Oſtrogothis. ibid B
Ravennæ Archiepiſc. adminiſtrat nomine Pontificis Rom. juriſdictionem. 325. A

Digitized by Google

Ravenna ab Aſtulpho Longobardorum Rege aliquando eripitur. 325.A A
Ravennates tyranni. ibid.B
Ravenna adhæret Pontifici contra Federic. II.Imp. ibid.
Ravenna iterum, & bis ablata, ac reſtituta a Venetis. ibid.
Ravennates Archiep. maxima audacia freti cum Romano Pont. de dignitate decertabant. 326.A
Ravennates Epiſcopi poſt exceſſum S. Apollinaris columba de cœlo lapſa indice electi. 325.C
Ravennaten.pietas, & magnitudo ex nobilibus templis,& ædificiis apparet. ibid.D
Ravenna patria plurium SS.& virorum illuſtr. ibid.
Ravennatenſi Archiep.olim plures epiſc.ſuffraganei 326. A
Ravennatenſi Archiep. interdicitur electio ſuffraganeorum a Rom.Pont. 334.B
Ravennati Archiep.interdicitur uſus pallii Imperialis. 338.C B
Ravennaten.Archiep. inobedientes Pontifici Rom. 341.C.342. A & ſeqq.
Ravennati Archiep. decernitur ſeſſio juxta Pontif. ad ſiniſtram. 361. A
Ravenna Eccleſia Agia Anaſtaſis. 362.B
Ravennæ Archiep.ubique defert crucem, & tintinnabulum, ac benedicit, niſi adſit Rom. Pontif.citra tria milliaria. 379. C
Ravenn. archiepiſc.compeſcitur a S.Projecto epiſcopo Imolæ jubente Simplicio Papa. 623.C
Ravennates Cervienſibus epiſcopis infeſti ſententia, & Apoſtolico diplomate compeſcuntur. 469.B
Recinetum,ſive Recanatum privatur a Jo.xxii. epiſcopatu in pœnam rebellionis. 732.C
Recanatenſes juncti Auximanis trucidant Mareſciallum Gubernatoris provinciæ,& 300. ſocios. ibid.
Recanaten. epiſcopatus, & diœceſis Maceratæ datur. ibid. C
Recanatum in gratiam receptum ab Innoc.vi. epiſc. reſtitutum. 737.B
Recanatenſis, & Maceraten. Eccleſiæ disjunctæ. 743. B
Redempti a ſervitute argento Eccleſiæ ex vaſis conflato. 683.A
Regium Lepidi cur ſic dictum. 238.C
Regii Lepidi antiquitas, & conditores diſcutiuntur. ibid.
Regium Lepidi colonia Romanorum deducta ab Æmilio Lepido Conſule. ibid.
Regii Lepidi a Regio Galliæ differentia. 239.A
Regium Lepidi patria plurium virorum illuſtrium excidium paſſum a Longobardis reſtituitur a Carolo Magno. ibid.
Regii Lepidi domini,& tyranni per varia tempora ibid. B
Regii Lepidi a S. Barnaba fidem Chriſti ſuſcepit. ibid.C
Regium Lepidi pluribus Metropolitis extitit ſubjectum. ibid. D
Regii Lepidi Epiſc.comites dicuntur. ibid.
Regii nomine tres civitates recenſentur in Inſubria, Calabria, & Gallia. 242.D
Regii Lepidi an fuerit epiſc.S. Proſper Aquitanicus diſceptatur. 242.ABC
Regii Lepidi epiſc. Principis Imperii titulum adipiſcitur. 239.D
Richardus epiſc. Placentin. mulctatur exilio a Conrado Imp. 208. B
Riarii Forolivii vicarii extincti. 569.A
Richildes Imperatrix coronatur a Petro epiſc. Foroſempron. 827.B
Rignoni caſtrum donatur a Federico Imp. Parmen. epiſcopis. 172.D
Ripæ Tranſonis civitas cur ſic dicta. 755. B
Ripæ Tranſonis nobile oppidum erigitur in civitatem a Pio V. & Cathedralem. ibid.C
Ripæ Tranſonis ſacerdotia,& monaſteria. 755.B
Ripenſes Metauenſes vindicant exciſam patriam contra Urbinates. 882.C
Roborea gens Urbini Ducatui præfecta extincta. 780. A
Rhodigium ædificatum, & fundatum a Paulo epiſcopo Adrienſi ex permiſſione Joan. papæ X. 401. B
Rodulphus Pius card. Carpenſis vir omnigena laude præditus bono Chriſtianæ reipub. natus pluribus legationibus egregie fungitur. 506.A
Rodulphus Rex Burgundiæ, & Italiæ donat epiſcopo Parmenſi Sablonetam precibus Hermengardis Comitiſſæ, & Bonifacii Marchionis. 153.C
Romandiola Gallia Ciſalpina, cur Romandiola dicta. 321.A
Romandiola fideliſſima Romanis ſemper illis adhæſit. ibid.
Romandiola Rom.Pont. datur a Pipino Rege. ibid.
Romandiola flos Rom.Imperii, honoris ergo ſic appellata. 322.A
Romandiolæ gubernium demandatur Franciſco de Calbulo epiſc.Saſſinæ. 664 C
Romandiola cur ſic dicta. 568.A
Romani æſtate bellis addicti, per hiemem jus dicebant. 566.D
S. Romani corpus dono datum a Pontifice Innocentio II. Griſoni epiſcopo Ferrarienſi quo defertur. 536. C
Romani compreſſi tumultu, ab errore decepti, ad obedientiam Gregorii IX.reducuntur. 869.D
S. Romualdus Ravennas Eremiticæ vitæ in Italia inſtaurator. 325.D
S.Romualdus in monaſterio Claſſenſi habitum S.Benedicti induit. 351.C
S.Romualdus apud Callii montes ſecedit. 812. A
Roncionus Marcus Epiſc.Urbinas in profluenti extinctus. 786. D
Rota Maceratenſis. 736.A
Rubea gens S. Secundi feudum obtinet ab epiſcopo Parmenſi ob auxilium præſtitum Eccleſiæ. 182. B
S. Ruphillus Foropopilii epiſc. ſacra templa erexit, ex idolorum fanis. 594. B
S.Ruphilli epiſcopi corpus apud Forum Livii tranſlatum. ibid.

S

S. Saba per ignem incedit, & illæſus pertranſit. 358. D
S. Sabinianus unus ex 72. diſcipulis fidem Chriſti Senogalliæ profeminat. 865.C
S.Sabinus Epiſc. Placentinus aquas Padi in alvo proprio compeſcuit. 196. D
Sarraceni monaſterium Claſſenſe diripiunt. 341.B
Sarraceni Adriam deſtruunt. 402. D
Saſſinæ ſitus, & antiquitas. 651.B
Saſſinates cum Umbris centum armatorum millia colligunt pro Romanorum ſubſidio contra Gallos. ibid.C
Saſſinatibus debellatis Romani triumphum habent in capitolio. ibid.
Saſſinæ Epiſcopus Bobienſis etiam dictus. 652.B
Saſſinæ Epiſc. aliquorum oppidorum dominus eſt 652. D
Saſſinæ Epiſc. juriſdictionem temporalem civitatis habuit. 665. C & ſeqq.
Schiſmati Cadoli contra Greg.VII.adhæret Dionyſius Epiſc. Placentinus 209. B
Schiſma inter Urbanum VI. & Clem. VII. Pſeudo pont. 502.B
Scottorum genere prænobili ortus S. Fulco Epiſc. Placentinus. 222.C
Scotti nobiles Placentini caſtra permutant cum Epiſc. 228.B
Seminarii Imolenſis erectio. 645 A
Senogalliæ ædificatio a Gallis Senonibus. 865 B

Seno-

Senogallia dicta ad differentiam Hetruriæ Senæ. 865.B
Senogallia Umbriæ antiqua civitas. ib.
Senogalliæ cœnobia, & ſacerdotia. ib.C
Senogallia a Gothis exciditur. ib.
Senogallien. Epiſc. imperare cœpit. 868.B
Sententia contra Epiſc. Mutinenſem ad favorem capituli. 122.B
Sententia lata pro Eccleſia S. Reparatæ coram Mathilda Comitiſſa. 364.C
Sententia lata ad favorem Epiſc. Foroſempron. Alexand. II. Papa ſedente. 828.A
Confirmata ab Honorio III. ib.
Sepulturæ, & aliorum ſacrorum venditio prohibita. 360.B
Sepultura antiquitus in Eccleſiis, ex privilegio conceſſa. 496.C
Sepulturæ antiquum jus. 219.B
Sergius Papa confirmat privilegia, & jura Nonatulanæ Abbatiæ. 205.B
Sergius uxoratus eligitur Archiepiſc. Ravennas. 343.B
Servitæ Arimini recipiuntur. 424.C
Servitæ quando primum Bononiæ recepti. 22.C
Servitæ Ferrariam introducti. 546.A
Septempeda civitas Piceni ædificata. 764.B
Septempeda exciſa a Gothis. ib.
Septempedæ, & S. Severini hiſtor. ſcripſit eques Lancellottus. ib.C
S. Severus dux lanificus cœlitus dimiſſa columba ſuper eum, fit Archiepiſcopus Ravennas. 329.B
S. Severus doctrina cœleſti infuſus egregie ad populum verba fecit. ib.C
S. Severus divinitus Epiſcopus Cæſenas eligitur. 443.C
S. Severini civitas Piceni ex ruinis antiquæ Septempedæ ædificatur. 764.B
S. Severinum erigitur a Sixto V. in civitatem, & Eccleſia in Cathedralem. 765.C
S. Severini Epiſc. Septempedani corpus miracoloſe flumen traiecit. 764.B
Sigefredus ab Imp. ſimoniace intruditur in Epiſc. Bonon. 17.C
Sigonii obitus. 45.D
Sigillum antiquum Stephani de Paccaronis nobilis Firmani prioris canonicorum S. Petri de Urbe 701.C
Sigiſmundus Malateſta, cur templum D. Franciſco ſacrum Arimini ædificat. 434.A
S. Silveſtri Papæ corpus conceditur a Stephano Papa Regi Aſtulpho pro Abbatia Nonantulana. 83.D
Simonia expetitus Arnoldus Sabaterius Epiſcopus Bonon. a capitulo ab Epiſcopatu deiicitur. 23.D
Simonia Cadolai pro adipiſcendo Parmen. Epiſcocopatu. 166.D
Simoniacus Archiepiſcopatu Ravennæ dejectus. 343.C
Simonia poſtulatus Epiſcop. Adrien. a capitulo. 402.C
Sixtus V. Academiam Firmanam reſtituit, in Metropolitanam erexit. 681.C
Studii Bonon. privilegia. 9.B.C.D
Stephani Papæ litteræ de conceſſione corporis S. Silveſtri Abbati Nonantulæ. 84.B
Sublonetta una cum juribus ſuis a Rodulpho Rege Parmenſibus Epiſcopis donata. 153.C
Superbia maxima Ioann. Epiſcopi Placentini. 206.B
Ss. Syneſii & Theopompi corporum delatio luem peſtiferam Mutinæ extinguit. 14.B
Synodus Romana ſub Agathone Papa. 83.A
Synodus Romana ſub Symmacho Papa. 10.C
Synodus Papienſis ad favorem Epiſc. Veron. 115.C
Synodus Romana ſub Benedicto Papa VIII. 162.B
Synodus Papienſis. 160.D
Synodus Moguntina. 168.A
Synodus Marzaliæ celebrata ab Archiep. Ravenn. 206.A
Synodus Romana ſub Greg. 339.A
Synodus Ravennaten. Petri Archiep. 351.B
Et ſub Giberto. 354.C
Item ſub Arnoldo. 359.D

T

Templa nobiliſſima Bonon. 5.D
Templariorum bona Hoſpitalarlis S. Joann. tribuuntur. 23.C
Templum Cathedrale Parmenſe ad inſtar S. Petri Romæ exædificatum. 142.C
Templum Societatis Jeſu ædificat Romæ Card. Farneſius. 189.A
Templa inſignia civitatis Ravennæ. 325.C
Theologiæ ſtudio Bononiæ fundatur. 25.A
Theodoricus Longobardorum Rex Ravennæ ſedem fixit. 324.A
Theodoricus Rex quando Ravennam occupavit. 334.B
Theodoricus Rex legatum mittit Eccleſium Archiep. Ravennatem ad Juſtinianum Imperat. 335.A
Theodoſius Epiſc. Firmanus fundat, & dotat monaſterium S. Crucis. 683.C
S. Theopompi, & Syneſii martyrum antiqua carmina. 111.B
Tintinnabuli deferendi uſus. 379.C
Tomaſinus de Foliano occupat Regienſem Epiſcopatum. 308.B
Tolentini antiquæ civitatis deſcriptio. 770.B
Tolentinum in civitatem erigitur, & Eccleſia in Cathedralem per Sixtum V. 772.D
Tolentinum cur ſit dictum, & a quo conditum. 770.B
Tolentinum an fuerit colonia Romanorum. ib.
Tolentinum patria plurimorum illuſt. virorum. 771.B
Tolentinates fidem Chriſti ſumpſerunt Apoſtolorum temporibus prædicante Sancto Catervo. 771.C
Tolentinas antiquus Epiſc. intereſt conc. Romano ſub Symmacho. 772.C
Translatio Cathedralis S. Leonis Feretran. ad oppidum Pinnæ Billorum. 851.A
Traverſarii Ravennæ viri nobiles. 325.A
Terræmotus ingens Ferrariæ. 557.D
Tridentini, & Veronenſis Epiſc. controverſia, ab Epiſcopo Ferrarienſi cognoſcitur. 527.A
Tumulus Achillis de Graſſis Card. Bononienſis. 37.C
Tumulus. Antonii Tubetæ Epiſcopi Urbinatis. 798.B
Tumulus Antonii Card. Corarii. 30.B
Tumulus Auguſtini Zannetti ſuffraganei Bonon. 40.C
Tumulus Ægidii Foſcararii Epiſc. Mutinenſis. 137.C
Tumulus Alphonſi Putei Epiſc. Burgi S. Donnini. 70.D
Tumulus Aldobrandini Eſtenſis. 547.C
Tumulus Alberti Sanvitalis Parmenſis Epiſcopi. 178.B
Tumulus Alex. Card. Sfortiæ Epiſc. Parmenſis. 190.D
Tumulus Alexand. Rubei Epiſcopi Parmenſis. 192.C
Tumulus Alexand. Muſotti Epiſcopi Imolenſis. 646.A
Tumulus Agnelli Archiepiſcopi Ravennat. 337.B
Tumulus Antonii Malateſtæ Epiſc. Cæſenaten. 463.B
Tumulus Achillis Mareſcotti Epiſc. Cervien. 476.B
Tumulus Aurillæ Comitiſſæ Mathildis Pincernæ. 529.D

A

Tumulus Aldobrandini Aceſtini Epiſc. Ferrarien. 547.C
Tumulus Aloyſii Capræ Epiſcopi Piſaurienſis, 862.B
Tumulus Alphonſi Roſſetti Epiſc. Ferrarienſis. 558.B
Tumulus Aloyſii Taſſi Epiſcopi Maceratenſis, 862.B
Tumulus Annibalis Oricellarii Epiſc. Carcaſſon. 862.D
Tumulus Auguſtini Lanfranchi Epiſc.Foroſempronien. 834.B
Tumulus Baptiſtæ Pallavicini Regii epiſcopi, 311.C
Tumulus Bernardi Marcellini epiſc. Cæſenaten. 459.D
Tumulus Bernardini de Leis epiſcopi Callienſis, 822.A
Tumulus Bernardi Epiſc.Bononien. 17.D
Tumulus Bernardi de Carpo Epiſc. Parmenſis. 185.A

B

Tumulus Benedicti Manzolii epiſc. Regii Lepidi 317.C
Tumulus Bertrandi Conſtabilis epiſc. Adrien. 405.C
Tumulus Bartholomæi epiſcopi Bononienſis. 28.C
Tumulus Blaſii de Novello epiſcopi Adrienſis, 404.D
Tumulus S.Bonitii epiſc.Placentini. 211.A
Tumulus Bonifacii epiſcopi Regii Lepidi. 313.C
Tumulus Borſii Ducis Ferrariæ. 553.B
Tumulus card. Philippi Caraſæ epiſc. Bononien. 27.D
Tumulus card. Campegii epiſcopi Bononienſis. 39.A
Tumulus card. Roberti Galli ord. Ciſtercienſis. 180.B
Tumulus card. Sclafinati epiſcopi Parmenſis. 187.A
Tumulus card. Blandæ Caſtillionæi epiſc. Placent. 231.C

C

Tumulus cardin. Seghæ epiſcopi Placentini. 235.D
Tumulus card Pilei de Prata. 390.A
Tumulus card, Meliorati Archiep. Ravennæ. 390.C
Tumulus card. Roverellæ Archiep. Ravennæ. 391.B
Tumulus card.Petri Aldobrandini Archiep.Ravennæ. 395.D
Tumulus card, Fatii Sanctorii epiſcopi Cæſenat. 464.A
Tumulus card.Michaelis Angeli Tonti epiſc. Cæſenaten. 465.C
Tumulus card. Aguzzonis epiſcopi Faventini. 502.C
Tumulus card. Erminii Valentis epiſcopi Faventini 510.D
Tumulus card. Marci Antonii Gozzadini epiſcopi Faventini. 512.A
Tumulus cardd. Aceſtinorum. 556.D
Tumulus card. Jo.Bapt. Millini epiſc. Urbinat. 794.D

D

Tumulus card. Jo. Garſiæ Mellini epiſc. Imolen. 687.D
Tumulus card.Nicolai de Gaddiis. 721.B
Tumulus card. Dominici Pinelli epiſc. Firmani, 723.A
Tumulus cardin. Lucii Saxi epiſcopi Ripani. 760.D
Tumulus card. Julii de Ruvere epiſc. Urbinat. 799.D
Tumulus card. Ardinghelli epiſc. Foroſempron. 838.A
Tumulus card. Jacobi Thebaldi epiſc. Feretrani, 847.D
Tumulus card. Hieronymi Ruſticucci epiſc. Senogall. 878.B
Tumulus card. Dionyſii Laurerii epiſc. Urbinat. 799 A
Tumulus card.Gabrielii epiſc. Urbinatenſis. 796.C
Tumulus card. Dominici Capranici epiſc.Firmani. 716.D
Tumulus card.Hieron.Dandini epiſc.Imolen. 644.C
Tumulus card.Hieronymi Veralli. 614.B
Tumulus card. Rodulphi Pii epiſcopi Favent. 506.D
Tumulus card. a Balneo epiſcopi Cervienſis. 478.C
Tumulus card. Decii Azolini epiſc. Cervienſis, 477.C
Tumulus card. Berlingerii Gypſii epiſc. Arimin. 439.D
Tumulus card.S.Georgii. 187.C
Tumulus card. Jo. Stephani Ferrerii epiſc. Bonon. 36.C
Tumulus card. Sebaſtiani Pighini epiſc. Adrien. 406.B,
Tumulus card. Vidonis Aſcanii Sfortiæ epiſc. Parmen. 189.D
Tumulus card. Jo. Bapt. Ferrarii epiſc. Mutinen. 134.C
Tumulus card. Nicolai Albergati epiſc. Bonon. 33.A
Tumulus card. Blandratæ. 509.A
Tumulus Claudii Rangonii epiſcopi Regii. 318.C
Tumulus Chriſtophori Boncompagni Archiep. Ravenn. 394.D
Tumulus SS.Catervii, & ſociorum Tolentini. 771.D
Tumulus Cornelii Muſſi epiſcopi Bertinorii. 614.D
Tumulus Euſtachii Locatelli epiſcopi Regii. 316.D
Tumulus Friderici de Comitibus S. Martini epiſc. Ferrarien. 542.D
Tumulus Felicis Tyranni Archiep. Urbinatenſis. 802.B
Tumulus Felicis Archiep. Ravenn. 343.B
Tumulus Franciſci de Boateriis epiſc. Comaclen. 484.A
Tumulus Franciſci Martelli epiſcopi Regii. 317.B
Tumulus Franciſci Mellini epiſcopi Senogallien. 875.C
Tumulus *Franciſci de Lignamine epiſcopi* Ferrarien. 552.D
Tumulus Franciſci de Calbulo epiſc. Saſſenaten. 664.D
Tumulus Gaſparis Silingardi Epiſc. Mutinen. 139.A
Tumulus Gratioſi Archiepiſcopi Ravennaten. 344.B
Tumulus Gebeardi Archiep.Ravenn. 360.D
Tumulus Galeatii Moroni epiſcopi Maceraten. 745.B
Tumulus Ghillini epiſcopi Comaclen. 487.B
Tumulus Gofredi de Vezzano epiſcopi Parmen. 179.D
Tumulus Guillelmi Durandi epiſcopi Mimaten. 891.A
Tumulus Guillelmi Foliani epiſc.Regii. 306.D
Tumulus Hieronymi Melchioris epiſc. Macerat. 744.D
Tumulus Hieronymi Sanctuccii epiſc. Foroſempron. 834.D
Tumulus Horatii Gerardi epiſcopi Comaclenſis. 488.B
Tumulus Joannis epiſc. Bononien. 18.D
Tumulus Joan. epiſc. Bonon. 31.C
Tumulus Joan.de Podio epiſcopi Bononienſis. 35.A
Tumulus Joan. Jacobi Diedi epiſcopi Cremen. 61.A
Tumulus Joan. Andreæ Bociacii epiſc. Mutinen. 133.D
Tumulus Joan. Linati epiſc. Placent. 237.C
Tumulus Joan. de Toſſignano epiſcopi Ferrarien. 552.B

Tumu-

Digitized by Google

Tumulus Joan. Fontanæ epiſcopi Ferrarienſis . 559.B
Tumulus Joan. de Numaiis epiſcopi Forolivienſis . 582.A
Tumulus Joan. Andreæ Caligarii epiſcopi Bertinorii . 616.C
Tumulus Joann. Bapt. Capranici epiſc. Firmani . 718.D
Tumulus Joan. Bapt. Sighizelli epiſcopi Faventini. 507.C.
Tumulus Joan. Petri Arrivabeni epiſcopi Urbinat. 796.A
Tumulus Joann. Guidiccionii epiſc. Foroſempron. 835.D
Tumulus Joannis Ruſchæ epiſcopi Parmenſis . 184. D.
Tumulus Julii Canani epiſc. Mutinen. 138.C
Tumulus Julii Cæſaris Salicini epiſcopi Ariminen. 439. B
Tumulus Jacobi Paſſarelli epiſcopi Ariminenſis . 436. D
Tumulus Juliani epiſc. Bertinorien. 612.B
Tumulus Lazari Pellizarii epiſcopi Mutinenſis . 139.B
Tumulus Lucæ Cerruti epiſc. Conſtantien. ſuffraganei Parmen. 190.B
Tumulus Laurentii Pinotti epiſc. Regii . 309.D
Tumulus Laurentii Laureti epiſcopi Adrienſis . 406.C
Tumulus Laurentii de Ballachis epiſc. Ariminenſis. 424.C
Tumulus Ludovici Sareghi epiſc. Adrienſis . 407.D
Tumulus Ludovici de Graſſis epiſc. Ariminen. 435. A
Tumulus Laurentii Roverellæ epiſc. Ferrarienſis. 553.B
Tumulus Liti Alidoſii epiſc. Imolen. 640.B
Tumulus Mariniani Archiepiſcopi Ravennaten. 341.A
Tumulus Odonis epiſc. Foroſempronien. 832.D
Tumulus Octavii Accorambonii epiſc. Foroſempronienſis . 838.D
Tumulus Octaviani Ubaldini , & aliorum epiſcoporum Bonon. 22.D
Tumulus Pauli Æmilii Joannini epiſc. Montis Alti. 751.D
Tumulus Pauli Æmilii Sanctorii Archie. Urbin. 803.C
Tumulus Pauli Capranici Archiepiſc. Beneventani . 717.D
Tumulus Paccaroni Paccaroni canonici Firmani . 702.B
Tumulus Pavonum Ariminen. 440. B
Tumulus Petri de Coconate Epiſcopi Placentini . 229.B
Tumulus Petri Mentii Epiſcopi Cæſenatenſis . 463.D
Tumulus Petri Griphi epiſcopi Forolivien. 585.B
Tumulus Petri epiſc. Foropopilien. 607.A
Tumulus Philippi epiſc. Urbinaten. 795 .C
Tumulus Rogerii Cacciæ Epiſcopi Placentini . 228.C
Tumulus Rodulphi de Toſſiniano epiſcopi Senogallien. 879.A
Tumulus Sebaſtiani Poggi epiſc. Ripan. 762.D
Tumulus Scipionis Mainentis epiſcopi Mutinenſis. 132. A
Tumulus Sixti Vicedomini epiſcopi Mutinenſis . 137.D
Tumulus Sigiſmundi Malateſtæ . 433.D
Tumulus Superantii Lambertuccii epiſcopi Cervien. 474.B
Tumulus Theodorici epiſcopi Cervien. 473. D
Tumulus Thomæ de Marzapiſcibus epiſcopi Ferrarien. 548.A
Tumulus Thomæ de Aſte epiſcopi Forolivienſis . 584. D
Tumulus Tiberii Mandoſii epiſcopi Montis Alti . 752.D
Tumulus Vibodi epiſcopi Parmenſis . 152.A
Tumulus Ugonis Rangonii episc Regii . 314.C
Tumulus Vvidonis de Monte bello epiſcopi Ferrarienſis . 545.D

V

Valentiniani Imp. privilegium aſſertum ab Archiepiſcopis Ravennatibus de Manto , ſeu Pallio Imperiali , ſuſpectum . 332.A
Valens Imperator vulneratus in domo comburitur a Gothis . 621.C
Valentis uxor Dominica Conſtantinopolitanam urbem viriliter tuetur . ibid.
Varani Tolentini domini . 771. A
Vaſa aurea , & argentea largita Eccleſiæ Ravennati . 335.B
Ubertæ gentis Florentinæ laudes , & monumenta 172. A
Ubaldus Archiep. Ravennas , dimiſſo Archiepiſcopatu , cum aliis regulam canonicorum Lateranenſium profitetur . 377.C
Ubaldini inter potentes a Federico annumerati . 498.C
Vectigalium exactio ab agricolis juxta antiquam formam , & ſolutionis modum . 376. B
Vectigalia antiqua S. ſedi Apoſtolicæ ſolvenda a Ferrarienſibus . 522.A
Venetorum , & Mediolanenſium contentiones , legatione card. Albergati ſublatæ . 32.A
Veneti pluries Ravennam occupant , & reſtituunt. 325.B
Veneti , ac Januenſes fœdere juncti a Fortunio Vaſellio card. 389.B
Veneti Faventiam detinent . 490.C
Veneti diruere Portum Comaclen. 527.C
Venetorum , & Ateſtinorum diſſidia , & pugna ob civitatem Comaclen. ibid.
Venetorum orator in itinere ad Pontif. pro re Comaclen. detinetur . ibid.
Venetiis reconciliatio Alexand. Papæ III. cum Federico Imp. 859.A
Verba Miſſæ: *Et te in veneratione B. Mariæ Virginis laudare*: Urbanus II. papa I. Placentiæ celebrando pronunciavit , inde univerſalis Eccleſia recepit . 211.B
Ugolinus de Rubeis ex Comitibus S. Secundi obtinet confirmationem privilegiorum a Carolo IV. Imp. 181.B
Ugolinus ob recuperationem bonorum Eccleſiæ Romanæ eiicitur a civitate , per decem annos exulare cogitur . 182.B
Ugolinus Rubeus affectans Principatum Parmen. a Barnaba Vicecomite doloſe capitur , & Mediolani veneno extinguitur. 184.B
Ugolinus Aquaviva ſuum caſtrum donat Callienſi civitati , efficitur monachus , & epiſc. 818.B
S. Victor Placentinus epiſc. ædificat Eccleſiam , quam D. Antonino præſagit poſtea dicaturam . 196.C
Vicani qui . 410.A
SS. Victoris , & Valentini inventio corporum Arimini . 415.A & ſeqq.
Vicarii Faventiæ Manfredi ſedis Apoſt. nomine . 502. A
Vicarii Imolæ Alidoſii nomine ſedis apoſt. ibid.
S. Vicini Epiſc. Saſſenatenſis miraculis clari hiſtoriæ fragmentum. 653.A
Victor papa II. concedit privilegium epiſc. Ferrarienſibus . 533.D
Vido epiſc. Mutinen. efficitur Archicancellarius ab Othone Imp. 104.D
Vido Inſubriæ legatus epiſc. Mutinæ nepos Archidiaconi magnus juriſconſultus . 129.C
Vido Imp. donat monaſterium S. Agathæ Ageltrudi Imperatrici . 151.B
Vido epiſc. Placentinus adhæret Berengario , contra Rodulphum comitem . 205.C

Vido epiſc. Ravennas ductor cruciatæ in bello cum epiſc. Faventino a Sarracenis obtruncatus. 373.B
Vido epiſc Sarſinatenſis peſſime trucidatus ab Alexandro Aldobrando, & aliis bona ſuæ Eccleſiæ occupantibus. 661.B
Vido Abailius jure conſultus eximius. 22.D
Vido Appius Dux Gallorum per inſidias a Forolivienſib. cum 2000. Gallis occiſus. 568.C
Widiboldus epiſc. Parmen. nepos Caroli Magni ampliſſ. privilegiis donatur. 145.A.B
Villa Catonis Uticenſis apud Imolam. 610.A
Vinum Cæſenatenſe optimum. 442.B
Virginum conjugium coacte imperans hæreſis exploditur. 78.B
Viri plures magni nominis, qui Card. Joann. Salviatum laude proſecuti ſunt. 556.A
Viri clariſſimi litteris, & armis illuſtres Forolivien. 569.B & ſeqq.
Viſitator Urbis Apoſtolicus Annibal de Graſſis epiſc. Faventinus. 508.A
Vitæ SS Syneſij, & Theopompi a quibus ſcriptæ. 111.B
Item de iiſdem carmina. ibid.
Vitæ ſanctorum cur in eorum ſolemnitatibus recitentur. 443.D
Vita S. Severi epiſc. Cæſenatis. ibid.
Vitellotius cardin. Vitellius geſta Pontificum in Gallia colligit. 645.A
Umbri Ariminum coloniam deducunt. 469.D
Umbria Senonum Gallia togata. 778.A
Ungari Italiam clade afficiunt, Nonantulanam Abbatiam concremant, & diripiunt. 204.D
Univerſitas, vide Academia.
Urbanus papa II. in itinere Gallicano Placentiæ concilium congregat. 211.B
Urbanus papa III. Ferrariæ obiit. 540.A
Urbanus papa VI. carceri mancipare facit Cardin. Pileum. 389.D
Urbanus papa VI. milite collecto a Cardin. Pileo appetitur, ac exuitur pluribus civitatib. ibid.
Urbani papæ VIII. conceſſio delationis capparum ad inſtar canonicorum S. Petri de Urbe canonicis Maceratenſibus. 745.D
Urbanus papa VIII. reſidentiam epiſcoporum ad antiquum ſacrorum canonum præſcriptum reducit. 785.B
Urbanus papa IV. recipit in gratiam, & abſolvit Callienſes. 817.A.D
Urban. papa VIII. Eccleſiam Abbatiæ S. Chriſtophori Caſtri Durantis erigit in Cathedralem, & oppidum in civitatem. 884.B
Urbani VIII. papæ litteræ proviſionis epiſcopatuum Urbanien. & S. Angeli. 852.D
Urbaniæ nomen inditum oppido Caſtri Durantis ab Urbano papa VIII. 883.D
Urbanienſi Epiſcopatui uniuntur oppida Mercatelli, & Lamulæ. 888.C
Urbania, vide Caſtrum Durantis.
Urbinum in Umbria Senonenſi. 778.A
Urbinates Hortenſes, & Metauren. 779.A
Urbini ſitus, & chorographia deſcribitur a Procopio. ibid.
Urbinum capitur à Beliſario, diruitur, & reſtituitur. ibid.B
Urbinum Monteſeltris paret, Roboreis, ac Mediceis. ibid.
Urbinum redit ſub dominio S. Eccleſiæ Romanæ Urbano VIII. Pont. ibid.
Urbini arx diruta, & denuo ædificata. 780. A
Urbinum quando Chriſtianam fidem ſuſceperit. ibid.B
Urbini ſacerdotia, monaſteria, & loca pia enumerantur. 781.B
Urbino ab Antipapa Clem. datur epiſcopus. 788.A
Urbinates Epiſc. tempore ſchiſmatis electi. 790.A
Urbinatis collegii judicum erectio. 796.D
Urbinum erigitur in Metropolim. 800.B
Urbinum Metauren. 882.B
Urſianum templum Ravennaten. a S. Urſo ædificatum. 331.A

X

Xenodochia fundata ab Anſelmo Nonantulano Abbate. 90.C
Xenodochium fundatur a Matthæo Pio epiſc. Mutinenſi. 125.B
Xenodochia plura ope epiſc. Mutinen. ditata, & confirmata. 128.D

Z

S. Zama mittitur epiſc. Bononiam a S. Dionyſio papa. 7.D
S. Zama fundat Eccleſiam Cathedralem Bonon. & ibidem ſepulturam recipit. 8.A

FINIS.

NOI REFFORMATORI
dello Studio di Padova

Havendo veduto per atteſtato del Segretario noſtro nel libro Stampato in Roma l'anno 1647. intitolato ITALIA SACRA, ſive de EPISCOPIS ITALIÆ Tomus II. Auctore D. FERDINANDO UGHELLO, non eſſervi coſa alcuna contro Principi, e buoni coſtumi, concedemo licenza a Sebaſtiano Coleti, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite copie alle publiche librarie di Venezia, e di Padova.

Data 22. Agoſto 1717.

(Girolamo Venier Kav. Proc. Refformator.
(Franceſco Soranzo Proc. Refformator.
(Lorenzo Tiepolo Kav. Proc. Refform.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

REGESTUM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTUXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx.

Omnes ſunt Terniones præter * Rr Ss Tt Vv Xx. Duerniones.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google